LIBRARY
RAWDON COLLEGE.
B. 1. No. 445.

SEXTVS TOMVS

OPERVM DIVI HIERONYMI, COMMENTARIOS IN DVODECIM PROPHETAS, quos minores vocant, iuxta vtramq; translationem continet.

PARISIIS APVD CLAVDIVM CHEVALLONIVM.

ANNO M. D. XXXIII.

RAWDON COLLEGE LIBRARY

BRVNO AMORBACHIVS CANDIDO LECTORI S. D.

COmmentarios diui Hieronymi in duodecim prophetas, quos minores vocant, hic ſextus Tomus continet. In quibus Hebraica, ſicut & alibi, in ſuis addita ſunt locis, & item Græca. Commentarios autem in Amos prophetam, neſcio quis ita confuderat, vt ex vnis geminos reddiderit: & tamen eſſent vtriq; temerè permixti. Hos iuxta veterum codicum autoritatē, priſtinæ reſtituimus integritati. Deniq; epitomen in Habacuc adiecimus, quam Hieronymi titulo ſcriptam reperimus, quanquam ſtilo reclamante. Arbitror ex Hieronymi ſcriptis ab aliquo ſtudioſo collectā. Verùm enimuerō ſcis candide lector, quàm ſacra res ſit prophetia, nec ignoras ſacrum eſſe interpretem, ſi quid omnino ſacrum habet apud Latinos Chriſti eccleſia: Nemo enim prophetas intelligere poteſt, niſi qui ſpiritu ſit prophetico. Proinde ſi religioſè ſubire ſoles ædes ſacras: caue ne illotis (quod aiunt) pedibus in hæc irruas myſteria, néve quicquam ἀνίπτοις χεροὶ contrectes, vbi ſancta ſunt omnia. Atq; hic quidem theſaurus per ſe precioſiſſimus, aliquāto tibi charior eſt futurus, ſi ſcieris quàm à multis eruditis viris, è quorum numero ſunt Ioannes Reuchlinus, Conon Norimbergēſis, Gregorius Reiſchius, Chōradus Pellicanus, haud ęſtimādis vigilijs ſit deſudatū, vt hęc partim ex vetuſtis exēplaribus, partim ex ſagaci cō iectura reſtituerentur, nō ignorantibus quo minus ſupereſt bonorū autorū, hoc acrius annitēdum vt ab interitu vindicentur. Equidem tot totius Græciæ proceres, pro vna Helena reſtituenda dimicarunt: at quot Helenis vnus præſtat Hieronymus? Cui mirum igitur videri poſſit, ſi tam multis eruditiſſimorum hominū ſuppetijs ad hoc præclarum negocium ſumus vſi? Neq; verò ſilentio prætereundi ſunt, qui inſtitutum noſtrum, cōmodatis exemplaribus adiuuerunt, vt illis etiam ſe debere ſciant ſtudioſi. Miſerunt ad nos itaq; Marpacenſes cœnobitæ volumina aliquot vetuſtiſſima, nonnulla Lucellenſes, ſed & Maioraugiani, & cœnobitæ diui Blaſij in ſylua Hercinia, & diui Galli, & Albiburgenſes, & Murbachij, quæ habebant, benignè communicarunt. Nam ſine veterum auxilio codicum, in reſtituēdis authoribus nihil agitur. Nūquam enim eorum exemplum placuit, qui prout temerè quiduis in mentem inciderit, ita ſcripturam ſtatim aut ſupplendam, aut eradendam putant. Exemplariorum authoritate, & in primis iudicio neutiquam præcipiti opus eſt. Porrò nunc quando ſuperis auxiliantibus, quod laboris erat, exantlatum eſt atq; confectum, ſupereſt vt fruamur toto pectore eximij doctoris monumentis. Hæc enim non ſolum docent, verūetiā inflammant affectum, ac linguam ſimul & vitam emendant. Decuerit autē poſtremò candidum lectorem, vt gratus ſit noſtris laboribus, & noſtram operam boni conſulat. Nam vt in ludo ſphæræ non ſatis eſt commodè mittere, niſi commodè & accipiatur quod mittitur: ita in officijs reſpondere debet qui accipit. Et vt in conuiuio commodè agit etiam qui accipitur: Ille dat operam vt præſtet lautum cō uiuatorem, iſte vt comem cōmodumq; conuiuam: ſic is qui beneficium ſuſcipit, erga eum qui offert animatus eſſe debet. Bene vale. Baſileæ Calend. Iunijs Anno reſtitutæ ſalutis M. D. XVI.

A

DIVI HIE
RONYMI PRESBYTERI
Commentariorum in Osee prophetam ad Pammachium proœmium.

SI in explanationib⁹ omniũ prophetarũ sancti spiritus indigemus aduẽtu, vt cuius instinctu scripti sunt, illius reuelatione pandãtur: Et in Esaia atq; apocalypsi signatũ librũ legimus, quẽ scribę & pharisæi, q legis lras nosse se iactant, non possunt legere, quia signat⁹ est: nullusq; inueniri potuit, nisi leo de tribu Iuda, quẽ signauit deus pater, qui eius posset reserare mysteria: quãto magis in explana

B tione Osee prophetæ orãdus est dominus, & cum Petro dicendum: Edissere nobis parabolã istam: præsertim cùm obscuritatẽ voluminis in fine testetur ipse qui scripsit: Quis sapiens & intelliget istã, intelligẽs & cognoscet ea? Quod non pro impossibili, sed pro difficili debemus accipere: iuxta illud Euangelij: Quis putas est seruus fidelis & prudens quem cõstituit dominus super familiam suam? Quis enim non statim in fronte libri scandalizetur, & dicat: Osee primus omnium prophetarum meretricem accipere iubetur vxorẽ, & non cõtradicit? Non saltẽ nolle se simulat, vt rem turpem facere videatur inuitus: sed exequitur lætus imperiũ, quasi optauerit, quasi multo tẽpore eum pudicitię vacasse pœniteat: cũ honestiora & absq; pctõ sãctos viros renuisse dño iubẽte, legerimus. Moyses mittitur ad Pharaonem, & dux Israëliticiq populi constituitur, & tamen nõ imbecillitate sed humilitate respondet: Prouide alium quẽ mittas. Hieremias puerum esse se dicit, ne peccantem arguat Hierusalem. Ezechiel de omni genere leguminis ac sementis vnum subcinericiũ panẽ facere, & coquere illũ in humano stercore iubetur,

C & ait: Nequaquam domine, quia nunquam immũdum introiuit in os meũ. Et Osee audiens à domino: Accipe vxorem fornicariam: non frontem rugat, non mœrorẽ pallore testatur, non verecundiam mutato genarũ rubore demonstrat: sed pergit ad lupanar, & scortum ducit ad lectulum. Et non initiat illam pudicitię matronali, sed se luxu rioſum ac nepotẽ probat. Quid enim adhęret meretrici, vnum cum ea corpus efficitur. Hæc igitur audiẽtes quid possumus respõdere nisi illud propheticum: Quis sapiẽs & intelliget ista, intelligẽs & cognoscet ea? Vnde & nobis dicendum est cum Dauid: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: vt introducat nos rex in cubiculum suum, & velamẽ quod ante oculos Moysi positum fuit in lectione veteris testamenti, tollat à nobis. Statim enim vt locutus est dominus: Pater in manus tuas commẽdo spiritum meum, & hæc dicẽs expirauit, velũ templi scissum est, & omnia Iudęorum secreta patuerũt. Et fons qui egrediebatur de domo Dauid, ingressus est mare solitudinis: & verus Helisęus aquas steriles atq; mortife-

Esa.26.d. Apoc. 5.a
Ioan. 6.c.
Matt.13.e
Oseę.14 d
Mat.24 d
Exod.3.c. Hiere.1.b Ezec.4.d
Acto.10.b
Osee.1. a.
1.Cor.6.d
Pſal.118.c Cant.1.a. Exo.34.g
Luc.23.b.
4.Reg.4 g.

ras sapientię suæ cõdiuit sale, & fecit esse vitales. †potabi-Marath aqua legis†, quę interpretat amaritudo, ligno patibuli dulcorata est. Intelligim⁹ eñ quis sit Iudas patriarcha electus in regẽ, nec miramur cur ad Thamar quasi ad meretricẽ vir sanctus introierit: Quare Samson qui interpretatur sol, Dalilam amauerit, quę trãsfertur in pauperẽ: & propter eam irrisus & mortuus aduersariorum milia trucidarit: Cur Salmon virum iustum Booz de Raab meretrice generarit: q Ruth Moabiten pinna pallij sui operiens, & iacentẽ ad pedes, ad caput Euãgelij trãstulerit: Quid causæ sit vt cũ Dauid tot habuerit vxores, nullũ alium regni sui fecerit successorem nisi eũ qui de Bethsabee procreatus est: vt non solũ meretrices, sed etiam adulterę deo placere videantur. Vnde & in hoc ipso propheta legimus, quòd iunctus primùm meretrici, secũdò adulterę copuletur, dicente ad eũ domino: Adhuc vade dilige mulierem dilectam amico, siue diligẽtem mala & adulteram. Hæc est mulier meretrix & adultera, quæ in euãgelio pedes domini lachrymis lauit, crine detersit, & confessionis suæ honorauit vnguento, indignantibusq; discipulis, & maximè proditore, quòd non fuisset venditũ, & precium illius in alimenta pauperum distributũ, dominus respõdit: Quid molesti estis mulieri? opus bonum operata est in me: pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Et ne putaremus leue esse quod fecerat: & nardum pistícum: id est, vnguentum fidelissimũ, ad aliud quid & non ad ecclesiam esse referẽdum, dat nobis occasionẽ intelligẽtiæ: & magnæ fidei, magna pręmia repromittit, dicẽs: Amẽ amẽ dico vobis, vbicũq; prædicatum fuerit hoc Euangeliũ in toto mũdo, dicetur quòd hæc fecit in memoriã eius. Hæc est meretrix de qua loquitur dominus ad Iudæos: Amen dico vobis, meretrices & publicani præcedent vos in regno dei. Vos eñ missum ad vos filiũ patrisfamiliæ & dominum vineę, qui plantauit eã, susc ipere noluistis. Ista meretrix exploratores meos duos fortissimos iuuenes, quorũ alterum in circuncisionem misi, alterum ad gentes, humanitate susc epit, absc ondit studio, leuauit in tectum, operuit lini stipula. Quę cęsa persecutionibus, & lota in baptismate, immutat colorem, & de tetro in albũ vertitur. Nec mirum si in figura domini saluatoris, & ecclesię de peccatorib⁹ congregatę, hęc facta memoremus, cũ ipse in hoc eodem dicat propheta: Loquar ad prophetas: ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum: vt quicquid prophetę iubentur operari, ad meam referatur similitudinem. Cuius vxor Aethiopissa est: cõtra quam Aaron & Maria carnale sacerdotium Iudæorum, & prophetia literę seruiẽs mussitant & offendunt deũ: Quę dicit in Canticocanticorum: Fusca sum & formosa filiæ Hierusalẽ. Alioquin si omnia quę pręcipiuntur ob causas, vt in similitudinem fiant, verè facta contẽdimus: ergo & Hieremias accinctus lumbari, vestimẽto muliebri, inter innumerabiles nationes & Assyrios atq; Chaldęos, gentes inimicissimas Iudæorum, iuit ad Euphraten, vt ibi absconderet lumbare suũ: & post multa tẽpora reuersus, inuenit illud computruisse quod nulli esset vsui. Quomodo exire poterat, & ire tam longè obsessa

Num.12.a
Cant. 1.b.
Hiere.13.e

RAWDON COLLEGE LIBRARY

G Hierusalem, extructis per circumitum munitionib⁹,fossa, vallo,atq; castellis? Qui cùm semel ad Anatoth viculũ suum in tertio miliario ab vrbe †exire, in porta capitur. situ voluisset exire in portã,capitur:† & reductus ad principes,quasi proditor verberatus in carcerẽ mittitur. Si illud in typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo, quia si fiat turpissimum est. Sed respondebis, deo iubente nihil turpe est: & nos dicimus, nihil deus præcepit nisi quod honestum est:nec iubẽdo turpia,facit honesta quę turpia sunt.Sed quia scimus nihil deum velle nisi qđ honestum est, hoc præcepit quod honestum est. Hæc in principio prolixius sum locutus,vt difficillimam primùm soluerem quæstionem:& abditum †oppositum. †in ipso exitu scopulum dei auxilio prætergrediens,ad tuta decurrerem. Cæterùm nõ ignoH ro Pammachi charissime à multis ecclesiasticis prætermissam:& qui exponere sunt conati, apud Græcos reperi Apollinarium Laodicenum: qui cùm in adolescentia sua breues & in hunc & in alios prophetas commentariolos reliquisset: tangens magis sensus q̃ explicans:rogatus est postea vt in Osee plenius scriberet:qui liber venit in nostras manus:sed & ipse nimia breuitate ad perfectam intelligentiam lectorem ducere non potest. Origenes paruum de hoc propheta scribit libellum,cui hunc titulum imposuit, περὶ τοῦ πῶς ὠνομάσθη ὁ θεὸς Ὡσηὲ Ἐφραΐμ,hoc est, quare appellatur in Osee Ephraim,volens ostendere quæcunq; cõtra eum dicuntur,ad hæreticorum referenda personam. Et aliud volumen ἀκέφαλον καὶ ἀτέλεσον: quòd & capite careat & fine.Pierij quoq; legi tractatum longissimum,quem in exordio huius pro- I phetę die vigiliarum dominicæ passionis extemporali & diserto sermone profudit. Et Eusebius Cæsariẽsis in octauodecimo libro εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως quædam de Osee propheta disputat. Vnde ante annos circiter viginti duos,cùm rogatu sanctæ & venerabilis socrus,(imò matris tuę Paulę: illud enim nomen carnis,hoc spiritus est:quę monasteriorum & scripturarum semper amore flagrauit) essem Alexãdrię:vidi Didymum,& eum frequenter audiui, virum sui temporis eruditissimum: rogauiq; eum vt quod Origenes non fecerat ipse cõpleret,& scriberet in Osee commẽtarios: q̃ tres libros ad me,me petẽte dictauit,quiq; quoq; alios in Zachariam. Nam & in ipsum duo tantum Origenes scripsit volumina,vix tertiam partem à principio libri vsq; ad visionem quadri K garum ediserens. Hæc dico vt noueris quos in prophetæ huius campo habuerim præcursores: quos tamen vt simpliciter & non superbè (sicut quidam meorum amicorum semper insibilat)tuę prudentiæ fatear, non in omnibus sum secutus, vt iudex potius operis eorũ quàm interpres existerem:diceremq; quid mihi videretur in singulis, & quid ab Hebræorum magistris vix vno & altero acceperim: quorũ & apud ipsos iam rara auis » est,dum omnes delitijs studeant & pecunijs, & magis ventris q̃ pectoris curam gerunt: & in hoc se doctos arbitrantur, si in tabernis medicorum decunctorum operibus detrahant. Sed iam tempus est vt prophetæ verba ponentes, ea quæ scripta sunt differamus.

Diui

A DIVI HIERONYMI PRESBYTERI
Commentariorum in Oſee prophetam,
Liber primus.

VErbum domini quod factum &c.)Verbum domini quod in principio erat apud deum patrem, & deus erat verbum: factũ eſt ad Oſee filium Beeri,vt prophetam quoq; deũ faceret: ſaluatore dicente: Si illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura:Quem pater ſanctificauit & miſit in mundum: vos dicitis, blaſphemas:quia dixi, filius dei ſum. Vt quomodo deus deos facit,& ſtat in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat: & cùm ipſe ſit verum lumen quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum:ad apoſtolos loquit: Vos eſtis lux B mundi:Sic & ipſe ſaluator prophetam ſuum faciat ſaluatorẽ.

Ioan.10.g.
Pſal.81.a.
Ioan.1.a.
Matt.5.b.

VErbũ dñi quod factum eſt ad Oſee filiũ Beeri, in diebus Ozię,Ioatham, Achaz,Ezechiæ regum Iuda:& in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſraël. SEP. Principiũ verbi domini ad Oſee. Et dixit dñs ad Oſee: Vade tolle tibi vxorẽ fornicationis, & filios fornicationis:

a
b
c HEB.Principiũm loquẽdi domini in
d Oſee. Et dixit dñs ad Oſee: Vade ſume tibi vxorem fornicationũ,
e ac filiós fornicationũ:

הוֹשֵׁעַ
Nume.14
τῆς φυλῆς ἐφραὶμ ἀυσῆ ἱὸς ναυῆ.
בְּאֵרִי
Gene.16. 21.26.& 46.
Puteus.
Lacus.
Hiere.2.c
Pſal.35.c.

Oſee enim in lingua noſtra ſaluatorem ſonat: quod nomen habuit etiam Ioſue filius Nun, anteq̃ ei à deo vocabulũ mutaretur. Non enim (vt malè in Græcis codicibus legitur & Latinis)Auſe dictus eſt:quod nihil omnino intelligitur:ſed Oſee, id eſt ſaluator:& additum eſt eius nomini, dominus, vt ſaluator domini diceretur. Iſte ergo ſaluator filius eſt Beeri,id eſt putei mei:quos puteos fodit Abraham,Iſaac & Iacob:& Allophyli eos conabãtur ſemper obruere. Inter puteum & lacum,id eſt, ciſternam, hoc intereſt, quòd puteus perpetuas aquas habet,& de viuo fonte manãtes. Ciſterna, quę refrigerat,aquas ſuas externas & aduenticias poſſidet. Vnde per Hieremiam prophetam loquitur deus:Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas, quæ aquas non valent continere. De hoc fonte ad deũ pſalmiſta proclamat: Apud te eſt fõs vitæ,& in lumine tuo videbim⁹ lumen. Vnde quidam putant Beeri interpretari, lumẽ meũ: ſed ſuperior vera trãſlatio eſt. b ¶In diebus Oziæ &c.) Azarias qui vocatur & Ozias,de ſtirpe Dauid, regnauit in Hieruſalẽ ſuper duas tribus quæ appellabantur Iuda,annis quinquaginta duob⁹: Cui ſucceſſit in regnũ filius eius Ioatham:qui & ipſe regnauit annis ſedecim:poſt quẽ filius eius Achaz regnauit annis ſimiliter ſedecim. Cuius anno vndecimo decẽ tribus quæ appellabantur Iſrael, captæ ſunt à Salmanaſar rege Chaldæorum, & in Medorum montibus collocatę. Poſt Achaz regnauit filius eius Ezechias annis viginti & octo. Ex quo perſpicuum eſt prophetante Oſee, Eſaia, & Iohel & Amos & Abdia & Iona & Michea,qui σύγχρονοι,id eſt,contemporanei eius fuerunt, regnũ decem tribuũ eſſe finitum:quod à primo rege Hieroboam vſq; ad vltimũ Oſee permanſit,annis ducentis quinquaginta:Eo autem tẽpore quo Ozias regnare cœpit ſuper Iudam, duodecimum annum ſuper Iſrael regnabat Hieroboã pronepos Iehu, cui dominus repromiſerat vſq; ad quartam generationem ſobolem illius regnaturam:eò q̃ percuſſiſſet duos reges impios, Iuda & Iſrael. Hoc dicim⁹ vt tibi breuiter oſtẽdamus Oſee prophetã,& ante captiuitatẽ Iſrael,& poſt captiuitatẽ eius vaticinatum: & tam vicinã q̃ preſentẽ & preteritã vidiſſe, & denunciaſſe venturã,& luxiſſe ingruentẽ,& in emẽdationem Iudę retexuiſſe præterita:quod in ipſo propheta iuxta hiſtoriam conabimur approbare. Ozias interpretatur,fortitudo domini:Ioathã,domini conſummatio atq; perfectio: Achaz,virtus:Ezechias,imperiũ domini. Hi regnabãt in populo Iuda,cuius nomẽ confeſſio eſt. Porrò in Iſrael qui ſibi idola fecerat & â dei populo fuerat ſeparat⁹ regnabat Hieroboam:qui interpretatur,χρονισμὸς:id eſt,tẽporalitas ſiue mora:quòd mundũ amauerit, & in ipſo morari diu,vitã

ὀζίας.
ἰωάθαμ.
ἄχαζ.
ἐζεκίας.
ἱεροβοὰμ.
ἰωὰς.
עֻזִּיָּה
יוֹתָם
אָחָז
יְחִזְקִיָּה
יְהוֹאָחָז
יָרָבְעָם

putauerit ſempiternã, nequaq̃ futuris ſed præſentib⁹ delectatus. c ¶Principiũ loquendi domini in Oſee)Quia vt ſuprà dixim⁹,& alij prophetis præferũtur in titulo: Ozias, Ioathã,Achaz,& Ezechias,quib⁹ regnãtib⁹ prophetauerũt: idcirco nũc dicit q̃ inter omnes hos primùm in Oſee dominus ſit locut⁹,& poſtea ad cęteros. Aliud eſt autẽ loqui dominũ in Oſee:aliud ad Oſee. In Oſee,non ipſi loquitur Oſee,ſed per Oſee ad alios:ad Oſee verò loquẽs,ad ipſum ſignificatur cõferre ſermonẽ. Alij autẽ nõ primum omniũ prophetarũ volunt fuiſſe Oſee, ex eo quòd dicitur: Principium loquẽdi domini in Oſee: ſed oſtẽdi quòd hæc quæ ſequũtur, primùm ad Oſee domin⁹ ſit locut⁹. d ¶Et dixit dominus ad Oſee:Vade &c.)Verbum Hebraicum וְזַנִּים, nõ fornicariam & fornicationẽ, vt pleriq; æſtimant,ſed multas fornicationes ſonat. Ex quo oſtenditur mulier iſta quã propheta ſumit in coniugẽ,nõ ſemel ſed frequẽti⁹ fornicatã:vt quãto illa ſordidior eſt, tãto ſit prophe ta patiẽtior qui talẽ vxorẽ duxerit. Q đq; additur: e ¶Ac filios fornicationum &c.)ἀπὸ κοινοῦ ſubauditur, Sume tibi vxorẽ fornicationũ,& ſume tibi filios fornicationũ. Vtrũq; põt intelligi,q & fornicarię priores de fornicatione ſuſceptos recipiat filios, & ipſe ex meretrice generet filios: qui idcirco fornicationis appellãdi ſunt filij,q ſint de meretrice generati. Nec culpãdus propheta interim vt ſequamur hiſtoriã,ſi meretricẽ cõuerterit ad pudicitiã, ſed poti⁹ laudãdus q ex mala bonã fecẽrit. Nõ enim q bon⁹ pmanet ipſe polluit,ſi ſocieť malo:ſed q malus eſt,in bonũ vertit,ſi boni exẽpla ſectet. Ex quo intelligim⁹ nõ prophetã perdidiſſe pudicitiã fornicariæ copulatũ, ſed fornicariam aſſumpſiſſe pudicitiã quã antea nõ habebat: Preſertim cũ beatus Oſee, nõ ob cauſam luxurię,nõ libidinis,nõ propria fecerit volũtate:ſed dei paruerit imperio:vt qđ in iſto carnaliter legimus,in deo factũ ſpiritualiter probarem⁹: Q ui ſuſcepit ſynagogã:hoc eſt populũ Iudęorũ fornicationi & libidini ſeruientẽ. Ad quã domin⁹ loqtur p Ezechielẽ: Et tu meretrix audi verbũ domini:Fractę enĩ ſunt in Aegypto mãmæ eius: & volutabať in ſãguine:& fuerat polluta vſq; ad verticẽ,vt nulla pars corporis atq; mẽbrorũ ei⁹ eſſet quę turpitudinis maculã nõ haberet. Operuit talẽ dominus pallio,& ſuis iunxit amplexibus:dedit ei mel & oleũ & ſimilã mãducare: & induit eã veſtib⁹ precioſiſſimis:poſuit in collo ornamẽta gẽmarũ:aures ornauit auro & lapide precioſiſſimo: armillas quoq; brachijs prębuit vt bonis vtereť opib⁹. Et nihilomin⁹ hæc cõtẽpta largitate & bonitate viri, prioris ímemor turpitudinis, amatores Chaldæos & Aſſyrios & Aegyptios q magnarũ ſunt carniũ ſecuta eſt. De ſaluatoris & eccleſię typo in præfatiũcula diximus,q ſumpſerit ſibi vxorẽ fornicariã,quæ prius idolis ſeruiebat. Si qs aũt cõtẽtioſus,& maxime gẽtiliũ,noluerit figuraliter dictũ recipe:& irriſerit prophetã fornicarię copulatũ, opponam⁹ ei illud qđ ſolet laudare Gręcia,& philoſophorũ ſcholæ cõcinũt:Q ua ratione prędicẽt virũ eruditiſſimũ Xenocratẽ, q Polemonẽ luxurioſiſſimũ iuuenẽ,& iter pſaltrias atq; tibicines & ipudicas mulieres ebriũ, & hędera coronatũ fecit obedire ſapiẽtiæ: & adoleſcentẽ turpiſſimũ mutauit in ſapiẽtiſſimũ philoſophorũ. Cur Socratẽ ad cælũ leuẽt,qui Phędonẽ,ex cuius nomine Platonis liber eſt,de lupanari ob crudelitatẽ & auaritiam domini multorũ libidini ſeruiẽtẽ, in Academiã trãſtulerit? Et quicqd illi de philoſophię magiſtris reſponderint, nos ad prophetæ defenſionẽ referim⁹. Hæc aduerſum ethnicos & eos q ethnicorũ ſunt ſimiles dixerim⁹. Cęterũ noſtris:qui tamẽ volũt ſuſcipere veritatẽ:illud breuiter oſtẽ-

G damus,ex eo quòd dicit: a ¶ Quia fornicans fornicabit &c.) Non tã prophetã iunctũ esse meretrici,q̃ oẽ hoim genus à societate domini recessisse. Potest quoq; ex eo ꝙ non † al's, non Iudea accipi: vel ꝓpriè † Samaria & Isrl: id est decẽ trib⁹: quę eo tpe quo hęc dicebãt à domino recesserãt. b ¶ Et abijt, & accepit Gomer &c.) Prophetę sic multa post scĩa de aduẽtu Christi & vocatiõe gẽtiũ pollicent, vt prętes tẽp⁹ nõ negligãt: nec cõcionẽ ob aliud cõuocatã nõ docere de his quę instant, sed de incertis ac futuris ludere videãtur. Itaq; & hæc Gomer filia Deblaim, quę ab Osee vxor accipit: & cõcipit ex eo, & parit ei filiũ noie יִזְרְעֶאל q̃ interpretat semẽ dei: in cui⁹ sanguinis vltionẽ, regnũ subuertit Iehu: siue, vt malè error obtinuit, Iuda: sic ad vocationẽ referẽda est nationũ, vt illi tpi cõgruat sub quo filiũ generas se memorat. Et ne lõgo tractatu lectoris auri tatẽ differam: duæ iste mulieres q̃rũ vna vocat Gomer, & est meretrix, pariq; tres liberos: primũ Iezraël, secũdã puellã, quę vocat absq; miseri cordia: & tertiũ masculũ, qui & ipse appellat, nõ pp's me⁹: Et altera mulier quæ cõducit argẽteis quidecim, & coro, & dimidio coro hordei, & vocat adultera: referũt ad Israël & ad Iudã, id est ad decẽ tribus quæ erãt in Samaria sub rege Hieroboã, qui fuit de Ephraim: & ad Iudã qui regnabat in Hierusalẽ de stirpe Dauid. Hę sunt duę mulieres quę in Zacharia vpupæ, siue milui, siue herodij pẽnas habere dicunt, & ire in terrã Sẽnaar, vbi Babylon cõdita est. Has mulieres sub noie duarũ sororũ Oolla significat & Ooliba: hę in duabus virgis, quas Ezechiel in vnã virgã sociat, demõstrant. Et quia cõmẽtarios, nõ lata volumina scribi⁹, singulis capitulis explanationes proprias in suis locis reseruãtes: nũc tãtũ de præsenti capitulo disputem⁹. גֹּמֶר interpretat τετελεσμένη, id est, cõsumata atq; ꝑfecta: alij θώρακας, id est, loricas significari putãt. Sũt q mẽsurã siue amaritudinẽ suspicẽtur: quod rectè dicerent si ג literã nõ haberet. עָכֹר H sonat: quarũ in Palęstina ꝓmagna copia est: & quas Esaias propheta vlceri Ezechię regis iubet apponere. Est autẽ massa pinguiũ caricarũ, quas in morẽ laterũ figurãtes, vt diu illæsæ ꝓmaneãt, calcãt atq; cõpingũt. Igit & Israël cõsummata in fornicatiõe atq; ꝑfecta filia voluptatis, quę fruẽtib⁹ suauis videt & dulcis, in typo domini saluatoris ab Osee vxor accipit: & prim⁹ ex ea dei filius generat, id est, Iezraël: est autẽ ciuitas metropolis decẽ tribuũ, in qua interfect⁹ est Naboth: ob cuius sanguinẽ suscitatur Iehu, qui deleuit domũ Achab & Iezabel. Verũ quia & ipse Iehu vltor sanguinis iusti, ingressus est ꝓ vias Hieroboã filij Nabath: q fornicari fecit Israël: & cõstituit vitulos aureos in Dan & in Bethel: regnũ quoq; eius dicit subuertẽdũ: sub cuius pronepote Hieroboã prophetare cœpit Osee: quo mortuo, fili⁹ eius Zacharias successit in regnũ: quem sexto mẽse imperij sui occidit Sellũ de alia stirpe generat⁹. Q uã ob causam nũc dicit: Adhuc modicũ & visitabo sanguinẽ Iezraël, id est, occisionẽ populi mei sup domũ Iehu regiam, quę eo tpe ꝓerat Israël. Nec mirũ si domus Iehu subuertat, cũ etiã regnũ domus Israël, hoc est decẽ tribuũ post nõ multos ãnos oino sit delendum. A Zacharia enĩ filio Hieroboã, cui⁹ atauus fuit Iehu: vsq; ad nonũ annũ Osee, sub quo decẽ trib⁹ ductæ sunt in captiuitatem, supputãtur anni quadraginta & nouẽ. Occisoq; Zacharia, qui fuit vltimus de stirpe Iehu: statim reges Assyrij ceperũt Rubẽ & Gad & dimidiã tribũ Manasse, quę erãt trãs Iordanẽ: & deide multas ciuitates Samariæ, & deinde totã Neptalim, ad extremũ oẽs reliquas tribus. Pro Iehu in

a HEB. tionũ: qa fornicãs fornicabitur terra à dño.

SEP. tionis: quia fornicãs fornicabitur terra post dominũ. Et abijt & accepit Gomer filiã Debelaim: * & cõcepit & peperit filiũ. Et dixit dñs ad eum, Voca nomẽ eius Iezraël: quia adhuc modicũ & vlciscar sanguinẽ Iezraël sup domũ Iuda: & quiescere faciã regnũ domus Israël.

b

*Δεβλαϑαείμ.

Et in illã die conteram arcum Israël in valle Iezraël.

a HEB. Et concẽpit adhuc, & peperit filiã: & dixit ei, Voca nomẽ eius, absq; misericordia: quia nõ addam vltrà misereri domui Israël: sed obliuione obliuiscar eorũ. Et domui Iuda misebor: & saluabo eos ĩ dño deo suo: & nõ saluabo eos in gladio, & in arcu, & in bello, & ĩ eqs, & in eqtib⁹.

SEP. Et cõcepit adhuc, & pepit filiã: & dixit ei, Voca nomẽ eius, absq; misericordia: qa neq̃q̃ addã vltrà misereri domui Israël: sed aduersãs aduersabor eis: filiorũ aũt Iuda miserebor, & saluabo eos ĩ dño deo suo: & nõ saluabo eos in arcu, neq; ĩ gladio, neq; in bello, neq; in eqs, neq; in eqtib⁹.

c

Et ablactagni Samariæ prope quã sunt cãpi latissimi: & vallis nimię vtilitatis, quę plus q̃ decẽ miliũ tẽdit passib⁹. In hac cõmisso certamine, ab Assyrijs cęsus est Israël: id est decẽ trib⁹: quę ob Hieroboã de tribu Ephraim, q prim⁹ schisma fecit in populo, appellatę sunt Ephraim. Interdũ propter Ioseph q fuit pater Ephraim vocãt Ioseph: nõnũq̃ Samaria: quę & ipsa altera vrbs fuit metropolis decẽ tribuũ: quę postea ab Augusto cęsare appellata est Augusta, id est, σεβαστή: in qua ossa Ioannis baptistę condita sunt. Post diuisionẽ ergo duarũ & decẽ tribuũ, ob maximã partẽ multitudinis quæ Hieroboã secuta est, nomẽ pristinum Israël remãsit in decẽ tribub⁹. Et propter tribũ Iuda quę regnauit in Hierusalẽ, alię duę trib⁹ appellatę sunt Iudas: simulq; typi veritas explicat. Q ũo enĩ propter sanguinẽ Naboth, q effusus est in Iezraël, deleta est dom⁹ Achab, vt Helię vaticiniũ cõpleret: sic propter sanguinẽ veri Iezraël: hoc est seminis dei, regnũ destructũ est Iudęorũ. In oib⁹ q̃dẽ prophetis: sed præcipuè in Osee, decẽ tribus referunt ad hęreticos, quorũ multitudo maxima est: duę autẽ trib⁹ quę appellant Iuda, ecclesię psonã possident, quæ sub stirpe Dauid regnabãt. Arc⁹ igit hęreticorũ de qb⁹ scriptũ est: Filij Ephraim intẽdẽtes, & mittẽtes arcũ, cõuersi sũt in die belli: cõfringet in valle seminis dei, de quo humilia & terrena senserũt.

Iezraël.

Iezraël.

Samaria.

Sebaste.

I

4. Regũ. 20. b. & Esa. 38.

3. Regum. 12. g.

4. Regum 15. b.

d ¶ Et cõcepit adhuc &c.) Postq̃ cõtritus est atq; cõfract⁹ arc⁹ Israël, in valle Iezraël: & regnũ decẽ tribuũ destitutũ, ita vt ducerent in captiuitatẽ: neq̃q̃ iã Iezraël. i. semen dei: nec masculini sexus filij⁹ nascit: sed filia, id est, fœmina fragilis sex⁹, & quę victorũ pateat cõtumelię, & vocat absq; misericordia. Idcirco enĩ captiua ducta est: qa misericordiã dei nõ habuit. Et cõsiderãda domini ĩdignatio ꝙ neq̃q̃ domui Israël se dicat misereri vltrà, sed eos de memoria sua ęterna obliuione delere, qa vsq; hodie Persarũ regibus seruiũt: & nũq̃ est eorũ soluta captiuitas. Domui autẽ Iuda misericordiã pollicet: & dicit ꝙ eos saluet in domino deo suo, vel in seipso q loquit: vel pater saluet in filio: iuxta illud quod scriptũ est: Pluit domin⁹ à domino. Saluauit eos etiã quando Israël Assyrijs traditus est de manu Sennacherib, non in arcu & gladio & bello & in equitum multitudine: sed in suo robore, quando misit angelum, & percussit de exercitu Sennacherib regis Assyriorũ vna nocte centũ octoginta quinq; milia. Iuxta typũ dicimus eos qui propter sanguinem

Psal. 77. b

4. Reg. 19

A guinem ſeminis dei vocantur abſq; miſericordia, & dicere
Matthæi. auſi ſunt: Sãguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros: huc-
27.c. uſq; ſeruire Romanis. Domũ autẽ Iuda, eos videlicet ex Iudæis qui dominũ ſunt confeſſi: nõ in exercitus fortitudine, ſed in euangelij prędicatiõe ſaluatos. Quod in Iſrael & Iuda tam iuxta hiſtoriã q̃ iuxta typũ interpretati ſumus, referamus ad hęreticorũ cõciliabula, & ad eccleſiã domini ſaluatoris: q; illis abſq; miſericordia derelictis, regnũq; perdẽtibus, eccleſia dei ſui virtute ſuperarit.

a Et ablactauit eam quæ erat abſq; miſericordia: & concepit, & peperit filiũ, & dixit: Voca nomen eius non populus me⁹: quia vos nõ populus meus, & ego nõ ero veſter.

b HEB. Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt & non numerabit. Et erit in loco vbi dicet eis, Nõ populus meus vos: dicetur eis, filij dei viuentis. Et cõgregabunt filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibimet caput vnũ, & aſcẽdent de terra: quia magnus eſt dies Iezraël.

SEP. Et erit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, quæ non menſurabitur, nec nũerari poteſt. Et erit in loco vbi dictum eſt eis, Nõ populus meus vos: vocabunt filij dei viuẽtis. Et cõgregabunt filij Iuda & filij Iſraël ſimul: & ponent ſibi principatũ vnũ, & aſcendent de terra: qm̃ magnus eſt dies Iezraël.

Caput II.

c DIcite fratrib⁹ vr̃is, popul⁹ me⁹: & ſoro ri veſtrę, miſericordiam

Caput II.

DIcite fratri veſtro, popul⁹ me⁹: & ſoro ri veſtrę, miſericordiam

a ¶Et ablactauit eam &c.) Qui vocabatur ſemẽ dei, verſus in fœminã: & propter imbecillitatẽ virium, offenſaḿq; dei, ductus in captiuitatẽ: quia domini miſericordiã nõ habebat, nequaq̃ ablactat⁹ B dicitur, ſed ablactata: viri enĩ iã robur amiſerat. Qui ablactat, recedit à matre, parẽtis lacte nõ veſcitur: alimẽtis ſuſtentatur externis: Ita & Iſraël proiectus â domino, & captiuitatis circũdatus anguſtijs, atq; in Babylone cibis ſuſtentatus immũdis, vocatur nõ populus dei: & æterna gẽtis alienæ feritur ſentẽtia, vt dicatur nõ populus meus, & abijciatur in ꝑpetuũ. Quod rectè intelligere poſſumus, & in oĩ populo Iudæorũ qui propter offenſam ſeminis dei captiuitati traditus, regnũ ꝑdidit & prouinciã, appellatuŕq; nõ populus dei: Et in perſona hæreticorũ. Si quis autẽ cõtẽtioſus interpres noluerit recipere iſta quæ diximus: ſed meretricẽ nomine Gomer filiã Deblaim: primũ & tertiũ maſculos: ſecundam, quæ media eſt, fœminã intellexerit procreaſſe: hoc volens ſcripturã ſonare quod legitur: Reſpõdeat quomodo in Ezechiel illud exponat, vbi iubetur à domino portare iniquitates domus Iſraël, id eſt, decẽ tribuũ: & trecentis nonaginta diebus in vno latere ſiniſtro dormire ꝑpetuò, licèt in Lxx. centũ & nonaginta ſcripti ſunt, & dormire ita vt nunq̃ euigilet, nèc mutet latus, niſi fortè ſopore ſatiatus paululum aperuerit oculos ad ſumẽdũ ſordidiſſimũ cibũ ſubcinericij C panis: qui de frumento & hordeo & faba & lente & milio coctus ſit in humano ſtercore. Hoc enim rerũ natura nõ patitur, vt quiſq̃ hoĩm ꝑ trecẽtos nonaginta dies in vno ſemp latere dormiat. Et rurſus, inquit, ſuſcipies iniquitates dom⁹ Iuda: & dieb⁹ quadraginta dormies in latere dextro. Hi autem dies pro annis ſupputant́: quib⁹ Iſraël & Iudas obſidione & captiuitate lõgiſſima detinẽtur: ita vt vincti & immobiles, de altero in alterũ latus ſe verſare nõ poſſint. Si illa & cætera his ſimilia quæ in ſcripturis ſanctis legim⁹, facta nõ potuerit approbare, ſed aliud quid ſignificare cõtẽderit: ergo & meretrix iſta mulier, & alia adultera mulier quæ aut prophetę iungebant́, aut ſeruabant́ à propheta: nõ turpẽ ſtupri coniunctionẽ, ſed ſacramẽta indicãt futurorũ. b ¶Et erit numerus filiorũ Iſraël &c.) Legimus abiectionẽ decem tribuũ, & nõ miſerabilẽ Iſraël, nec vltrà populũ dei indignatione ꝑpetua cõdẽnatũ: Nunc diſcimus qũo filij Iuda & filij Iſraël pariter cõgregent́: & ponãt ſibi caput vnũ ſiue principatũ, & aſcẽdant de terra: & in loco vbi prius dicebatur: nõ populus me⁹, appellent́ filij dei viuẽtis: & hoc fieri, quia magnus ſit dies Iezraël. Ambigẽti & in varias ſentẽtias fluctuanti, illud occurrit Pauli apoſtoli ad Romanos ſcribentis:
Roma.9.e Quòd ſi volens deus oſtẽdere irã & notã facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patiẽtia vaſa irę apta in interitũ, vt oſtẽderet diuitias glorię ſuæ in vaſa miſericordię quę prę-

parauit in gloriã: quos & vocauit nos, non ſolum ex Iudæis, D ſed etiã ex gẽtib⁹: ſicut in Oſee dicit: Vocaui nõ plebẽ meã plebem meã: & nõ miſericordiã cõſecutam, miſericordiam cõſecutam. Et erit in loco vbi dictũ eſt eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Eſaias autem clamat pro Iſraël: Si fuerit numerus filiorum Iſraël tanq̃ arena maris, reliquiæ ſaluæ fient. Verbũ enim conſummãs & breuians in æquitate: quia verbũ breuiatũ faciet dom⁹ ſup terrã. Et ſicut prædixit Eſaias: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus: & ſicut Gomorra ſimiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus: quòd gẽtes quę nõ ſectabãtur iuſtitiã, apprehẽderunt iuſtitiã? iuſtitiã autem quę ex fide eſt: Iſraël verò ſectãs legẽ iuſtitię, in legẽ iuſtitię nõ puenit. Igit́ beat⁹ apoſtol⁹, Oſee prophetę aſſumens teſtimonium, & exponens illud ſuper vocatione gentium, & eorum fide qui ex Iudæis credere voluerunt: omnẽ nobis difficultatem interpretationis abſcidit, aſſerens Chriſti temporibus eſſe completum: vt ſcilicet in Iſraël eligantur duodecim tribus: hoc eſt, omnis populus Iudæorum: & in Iuda hi qui ex gentibus Ieſum dominũ confitentur. Si quis autem alienus à fide Chriſti, & non recipiens autoritatem noui teſtamenti: ſed de numero circumciſionis, reſponderit filios Iuda & filios Iſraël duas tribus ſonare & decem, de quibus crebrò diximus: & in hoc dantes manus, nihil fidei noſtræ nocere monſtrabim⁹. Sed poſtquàm fuerit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris in toto orbe diſperſus: & omnẽ ſupputationem vicerit populi multitudo: tunc habebit licẽtiam Iſraël, qui hodie quoq; captiuus eſt, & qui prius dicebatur, abſq; miſericordia, & non populus meus, cũ duabus tribubus, id eſt Iuda & Beniamin, quarum magna pars in Chriſtum credidit, inire concordiã: vt corporibus ſeparatos iungat fides: & vnum ſibi caput po F nant & principem, de quo ſcripſit Ezechiel: Et princeps Eze.34.f. vnus in medio eorum, Dauid ſeruus meus: & reſuſcitabuntur quaſi ab iferis mortui: Iuda ſcilicet & Iſraël qui in infidelitate mortui erant. Et hæc omnia fient, quia magnus eſt dies ſeminis dei, qui interpretatur Chriſtus. Ex quo perſpicuũ eſt, ideo in typo Naboth Iezraëlitis ſanguinẽ pręceſſiſſe, vt veritas cõpleret in Chriſto. In hoc enĩ & nõ in illo magnus eſt dies Iezraël, de quo dicit: Hęc eſt dies quã fecit dominus: exultem⁹, & letemur in ea. Interpretatiõis tertiæ quã ſuſcepim⁹, Iſraël in hæreticis: Iudã in eccleſiæ hoĩbus exponendis, hic ſenſus eſt: Vt poſtq̃ dominus in claritate ſua venerit regnatur⁹: hi qui antè vocabant́ nõ populus eius, vocẽtur filij dei viuentis: cùm Iudæ, id eſt, eccleſiæ dei fuerint copulati: & vnum caput Chriſtum habuerint: & aſcenderint de terra, id eſt de terrenis ſenſibus & humilitate literæ: & ſuſceperint magnum diem ſeminis dei. Pro οὐκ ἠλεημένη, id eſt abſq; miſericordia: in quibuſdã fertur exẽplaribus, οὐκ ἠγαπημένη, id eſt, non dilecta: Sed veriora ſunt exemplaria, quæ habent abſq; miſericordia, maximè quia ad diſtinctionem Iſraëlis cui non miſeretur, infert deus: Domui autem Iuda miſerebor. Caput II.

c DIcite fratribus veſtris &c.) Quia magnus eſt dies Iezraël: in quo Iudas & Iſraël vnum habebunt principem: & nequaquam dicetur Iſraëli, non populus meus: ſed ecõtrariò vocabuntur filij dei viuentis:

G Idcirco ô homines tribus Iuda nolite desperare decem tribuum salutem:sed eam quotidie & sermone & voto & literis ad pœnitentiã prouocate: quia frater vester appellatur & soror : frater,ex eo quòd dicitur,populus meus:soror,ex eo quòd appellatur,misericordiam consecuta.Aliter: Qui in Christũ creditis, & estis tam ex Iudæis q̃ ex gentibus, dicite fractis ramis,& priori populo, qui proiect⁹ est: populus me⁹,quia frater tuus est:&,misericordiã consecuta,quia soror tua est.Cũ enim ĩtrauerit plenitudo gẽtium,tunc omnis Israel saluus fiet. Hoc idẽ nobis præcipitur ne hæreticos penitus desperemus, sed prouocemus ad pœnitentiam: & illorum salutẽ germanitatis optemus affectu. H a ¶ Iudicate matrem vestram,iudicate.&c.) Hucusq; ad Israel populũ, hoc est decem trib⁹ sermo directus est: Nunc alterum caput incipit : & præcipitur filijs,id est populo,vt ineant iudicium aduersum matrẽ suam, quæ eos genuit: quæ de meretrice vxor effecta , mores pristinos nõ reliquit: & rursum fornicata est cum amatoribus suis. Et vide clementiã viri: Iam repudiata est,iam abiecta est , iam ei locutus est : hæc non vxor mea,& ego non vir eius:tamen præcipit filijs,vt nequaquam ad vxorem patris quem illa dimisit,sed ad matrem suam loquantur quæ eos genuit.Loquantur autem ad pœnitentiam prouocantes : vt auferat fornicationes à facie sua : & adulteria sua de medio vberũ suorum. Fornicaria est,quæ cum pluribus copulatur. Adultera , quæ vnum virum deserens : alteri iungitur. Quorum vtrunq; est synagoga:quæ si permanserit in fornicatione & adulterio,auferet ab ea deus vestem & ornamenta quæ derat. De quibus scribit Ezechiel : In die quando nata es, non ligauerunt mamillas tuas,& sale non es salita: & transi ui per te & inueni te nudam & deturpatam & conspersam in sanguine. Et post paululum: Indui te byssino & subtilibus,& ornamenta circumposui tibi : & dedi armillas circa manus tuas,& monile circa collum tuum. Hæc tunc ei dedit maritus largissimus , quando inuenit illam in Aegypto idololatriæ libidine constupratam & diuaricantem omnibus pedes suos.Et nunc comminatur si ad virum suum noluerit reuerti : ita eam futurã absq; deo & viro,sicut prius in Aegypto fuerat.Ne semper triplici explanatione tendamus volumina,hoc rarò admonuisse sufficiat,quę dicta sunt conuenire & Iudæis negantibus Christum , & hæreticis fidem domini relinquentibus:quorum fornicatio propriè inter vbera est,& in artificio idolorum & variorum dogmatum corde versantur : qui reuertentur ad diem natiuitatis suæ:vt si non egerint pœnitentiam , ethnicis comparentur.

a HEB. diam cõsecuta. Iudicate matrẽ vestram , iudicate , quoniam ipsa non vxor mea , & ego non vir eius:auferat fornicationes suas à facie sua , & adulteria sua de medio vberum suorum:ne fortè expoliem eam nudam,& statuã eam secundum diem natiuitatis suæ. b Et ponã eam quasi solitudinẽ:& statuam eã velut terrã inuiã:& interficiam eã siti. c Et filiorum illius nõ miserebor, qm̃ filij fornicationũ sunt: quia fornicata est mater eorũ: cõfusa est quę cõcepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos,qui dant panes mihi,& aquas meas,lanam meam,& linum meum,& oleum meum, & potum meum. d Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis , & sepiam eam maceria : & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehẽdet eos:& quęret eos & non inueniet : & dicet, Vadam

b ¶Et ponã eam quasi solitudinẽ &c.) Si noluerit ad meliora conuerti,faciã illi quod feci in solitudine : vt ducti in captiuitatem cadant in terra aliena,patiẽtes sitim omnium bonorum,& ad patriam suam redire non valeant. Vel certè audiant in euãgelio: Relinquetur vobis domus vestra deserta.Et mittet eis dominus nõ famẽ panis,nec sitim aquæ:sed famem audiendi verbũ domini. De quo & Esaias loquitur: Erunt sicut paradisus aquam nõ habẽs. Hæretici qui abiecti sunt à domino , si non redierint ad pristinam domũ: sic omniũ rerũ patientur penuriam,vt etiam quod falsum habere videntur,redigat ad nihilũ. c ¶Et filio rũ illius nõ miserebor. &c.) Hoc plus faciam ei cui dixi : non vxor mea,& ego nõ vir tu⁹: ponã eã quasi solitudinẽ,& faciã eã velut terram inuiã. Quãdo enĩ de Aegypto eduxi eã, interfectis parentibus filij eorũ terrã repromissiõis ingressi sunt: Nunc autẽ fornicariæ matris liberi peribũt cum matre meretrice: quoniã filij fornicationis sunt,& mali ex malis geniti. Quib⁹ in euãgelio dicitur: Generatioviperarũ quę in tãtamvenit impudentiã: vt audiret per Hieremiã: Facies meretricis facta est tibi:impudorata es tu. An non est hoc durę frõtis & meretriciæ impudẽtię,vt in suo scelere glorieť, & dicat : sequar amatores meos: vadam ad idola quæ mihi & ad victum & ad vestitũ necessaria prębuerũt. Omnia quę propheticus sermo describit, spũaliter à domino accepere Iudæi. Et quia dei filium negauerũt,eligentes sibi Barrabbam latrocinij & seditionis autorẽ,& crucifigẽtes filiũ dei: Propterea vsq; hodie sequunť dæmones: & dei beneficia ad illos referũt,qui cultorũ suorũ animas perdiderunt. Panes & aquas habẽt & hæretici:quorũ panis luctus est:& aquæ eorũ cœnosæ,quę suffocãt & interficiunt baptizatos. Habent & lanã de scabidis ouibus, & linum in nigredine pseuerãs: oleũq;,de quo propheta dicit: Oleum peccatoris nõ impinguet caput meũ:Et potũ aquarũ Aegypti,de quibus clamat Hieremias: Quid tibi & viæ Aegypti, vt bibas aquã Geon? &,quid tibi & vię Assyriorũ,vt bibas aquas fluminũ?Breuiter cũcta percurrimus,vt ad reliqua transeam⁹. d ¶Propter hoc ecce ego sepiã.&c.) Dixerat meretrix, Vadã post amatores meos,qui omniũ rerũ mihi abũdantiã prębuerũt. Respõdit dominus:Ego sepiam viam tuã spinis siue sudib⁹, ne possis ire quó desideras : & interponam maceriam,siue murũ:& semitas tuas quas crebro trieras pede, non inuenies , ne apprehendas eos quos tanto studio sequebaris : vt rerum necessitate compulsa reuertaris ad virum tuũ:& dicas illud de euangelio : Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus:ego autẽ hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meũ & dicam illi : Pater,peccaui in cœlum & corã te:& iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Ex quo intelligim⁹q; quidẽtia dei,sæpe nobis accidãt mala, ne habeamus ea quę cupimus: & varijs oppressi calamitatibus huius seculi, ac miserijs ad dei seruitutẽ redire cogamur. Amatores autẽ Hierusalẽ & gentis

Roma.11. a.&.c.

Fornicaria.

Adultera.

Ezec.16.a

K Matt.23.d Amos.8.d Esaię.1.g.

L Matt.3.b. &.12.c. & 23.d. Hiere.3.b

M Psal.140. b. Hiere.2.d Luc.15.d.

Ioan.18.g.

HEB. Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc, magis quàm nunc. Et hæc

SEP. Vadã & reuertar ad virum meũ priorem: quia melius mihi erat tunc, q̃ nunc est. Et ipsa nesciuit quia ego dedi ei frumentũ, & vinũ, & oleũ, & argentũ multiplicaui ei: hęc aũt argentea & aurea fecit ipsi Baal. Propterea reuertar & tollã triticũ meũ in tempore suo: & vinũ meum in tẽpore suo: & auferã vestimenta mea, & linteamina mea, ne operiãt ignominiã eius. Et nũc reuelabo immundiciã eius in cõspectu amatorũ illius: & nullus eruet eam de manu mea: & auertã oẽs lęticias ei⁹, solẽnitates illi⁹, & neomenias, & sabbata, & cũctas festiuitates illi⁹ & dispersam vineã ei⁹, & ficus illi⁹, quę dixit: mercedes meę istę sũt, quas dederũt mihi amatores mei: & ponã eam in testimoniũ, & comedẽt eã bestiæ agri ⊢ volatilia cœli & reptilia terræ ·· & vlciscar sup eã dies Baalim: in quib⁹ immolabat eis: & circũdabat sibi iaures suas, & monilia: & ibat post amatores suos: mei aũt oblita est, dicit

a nesciuit, quia ego dedi ei frumentũ & vinũ, & oleũ, & argentum multiplicaui ei & aurum, quæ fecerunt b Baal. Idcirco reuertar & sumam frumentum meũ in tẽpore suo: & vinũ meũ in tempore suo: & liberabo lanam meã, & linum meũ, quæ operiebant ignominiã eius. Et nunc reuelabo stultitiã ei⁹ in oculis amatorũ eius: & vir non eruet eã de manu mea: & cessare faciã omne gaudiũ ei⁹, solẽnitatem eius, neomeniã eius, sabbatũ ei⁹, & omnia festa tẽpora eius: & corrũpam vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit: mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eã bestia d agri. Et visitãbo super eã dies Baalim, quibus accẽdebat incẽsum, & ornabatur inaure sua, & monili suo: & ibat post amatores suos: & mei obliuiscebat, dicit

a ¶ Et hæc nesciuit &c.) Ad superiora respondit, dixerat enim: Vadã post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam, & linum, & oleum, & potum meũ: quæ vniuersa suscepe rat vt in dei cultũ ver teret. Illa verò panem Psal. & vinũ, qui cõfirmat: 103.c. & quod lætificat cor Ibidem.b. hominis: & oleũ quod illuminat omnem ho- Ioan.1.a. minem venientem in B hunc mundum: & argentum de quo sæpe diximus: Eloquia do- Psal.11.b. mini, eloquia casta: ar & 17.e. gẽtum igne examinatum, probatum terrę, purgatum septuplũ. Et aurum de quo legim⁹: Si dormiatis in- Psal.67.c ter medios cleros, pẽnæ columbæ deargẽtatę, & posteriora dor si ei⁹ in viroreֿ auri: †al's, pal- vertit in idola, & fe- lore. cit Baal, quod inter- בַּעַל pretatur superior & deuoratio: dũ aut ma iora se putat habere dogmata q̃ eccleſia: aut in ipsa falsæ opinionis scientia deuoratur. Q uòd autẽ iuxta literã, auro & argento & cunctis opibus abũdauerit Hierusalem, & fe- C cerit idola Baal dæmoni Sidoniorũ: siue, vt quidam rectius arbitrantur, Babylonio, ex quo & Bel dicitur, Ezechiel ple nius in suo ponit volumine: & omnis prophetarum narrat chor⁹. b ¶ Idcirco reuertar &c.) Grauior pœna est, quãdo in tẽpore messis & vindemiæ speratę fruges auferũtur & vinũ, & quodãmodo tentæ tolluntur è manibus: Sin autẽ in tẽpore areæ & præli & torcularis, quando sterilitatem prętęritã nouis frugibus terra fœcundat, omniũ rerum penuria est: quid de reliquo anni tẽpore quando vetera conseruantur, ęstimare debemus? Liberatur aũt lana & linum, siue vestes & linteamina, ne vltrà ignominiã operiãt meretricis: vt scilicet dei nudetur auxilio: & omniũ ab ea angelorũ tutela discedat. Vnde & apostolus liberari dicit creaturam à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Multi accepere aurũ & argentum sapiẽtiæ & eloquentiæ, de quibus facerent candelabrũ septem lucernarũ ex auro purissimo: & mensam propositionis aureã, & propiciatorium, & Cherubim auri splendore radiantia, & bases columnarũ argenteas, & triticũ sermonis dei, & vinum gaudiũ spiritus sancti, vestimenta quoq; & linteamina quibus credentes vestirentur in Christo: quæ vniuersa verterunt in idololatriæ cultum, varia errorum dogmata componentes: & decepti alios deceperunt: Q uæ omnia auferet deus: vt qui ex copia datorem non senserant, sentiãt ex penuria. c ¶ Et nunc reuelabo &c. bestiæ agri &c.) Q uod D sequitur: Volatilia cœli & reptilia terræ, obelo prænotandum est. Pro saltu quoq; quod Hebraicè dicitur יַעַר Vnde קִרְיַת יְעָרִים interpretatur villa syluarum, Lxx. transtulerunt testimonium, ר & ד literarum falsi similitudine. Si enim pro ד, ר legatur, testimonium dicitur: ita duntaxat, vt ' litera non præcedat. Liberatis ergo veste & linteamine ne operirent vltrà ignominiã fornicarię: omnis turpitudo Hierusalẽ, siue stultitia per quam operata est turpitudi nem, reuelabitur in cõ spectu amatorũ eius: vt quam velatam desi derabant, apertã contemnãt. Cumq; tradita fuerit amatoribus suis, Assyrijs siue dæmonibus, qbus & ipsa & Assyrij seruiũt, nullus, inquit, eam de ma E nu mea poterit eripere, probata ibecillitate dæmoniaca, q̃ quos rebus oĩbus abundãtes recęperãt, oppressos malis liberare nõ possunt. Tradita autẽ Babyloniæ seruituti, nequaq̃ tres solennitates, paschæ & pẽtecostes & tabernaculorum celebrare poterit. Non neomeniæ, id est, Kalendarũ, non sabbati exercere lęticiam: nec omnes festi uitates quas vno nomine comprehendit. Vinea quoq; & ficus & rerum omnium abundantia corrũpetur: in vinea læticiam, in ficu suauitatem & dulcedinem intellige: quæ auferentur grauissimæ seruitutis malis: & auferentur idcirco, quia non à deo sibi donata quasi coniũgi, F sed abamatoribus suis quasi meretrici pro libidinis merce dibus arbitrata est. Tunc nequaq̃ habebit arbores pomiferas, sed omnia vertẽtur in saltum. Et quia semel metaphoram à siluis cœperat, finit in reliquo: vt hostes à quibus deuoranda sunt omnia, bestias nuncupet. Hæc & iuxta historiam, & iuxta tropologiam: infelix Iudæa perpessa est: cui⁹ omnis turpitudo in oculis gentiũ reuelata est, & nullus eam eruere potuit de manibus dei. Cessauerunt vniuersæ cerimoniæ: in luctum est versa festiuitas: omnia quæ sibi putabat dari à dæmonibus, nunc ob offensam dei ablata cognoscit. Deuorauerunt eam primùm Assyrij atq; Chaldæi, Medi, & Persæ, atq; Macedones: ad extremũ sæuissima lacerauit bestia Romanorum imperium: Cuius in Daniele nomen tacetur, vt maior formido his qui deuorãdi sunt augeatur. Q uæ de Iudæa diximus, refer ad hęrèticos: qui prima frõte doctrinam & scientiam promittentes egressi de ecclesia deseruntur à deo, & omnis eorum ignominia in conspectu amatorum ponitur, quos prius deceperãt: & traditi bestijs quas propheta declinat, dicens: Ne tradas bestijs animam Psal.73.d cõfitentem tibi: earum morsibus derelinquentur. b ¶ Et visitabo super eam dies Baalim &c.) Seruat personã meretricis, quę auro ornat & gẽmis vt placeat amatoribus suis: & quicquid pulchritudinis non habet per naturã, arte conquirit.

G quirit. Has inaures, quibus aures eius doctrina dei fuerant adornatę: & hæ margaritę quæ ex collo precioſæ pẽdebãt: ita vt ſponſus ad eam diceret & maritus: Collũ tuum ſicut monilia: miſit ante porcorũ pedes: & dedit ſanctũ canibus. Et impletũ eſt quod in Prouerbijs legimus: Sicut inauris aurea in naribus ſuis: ita mulieri peſſimæ pulchritudo. Hęc aũt vniuerſa faciebat, vt ſequeret amatores ſuos, & relinqueret virum. Tantũq; fuit deſideriũ voluptatis ac libidinis vt omnẽ memoriã amiſerit maritalẽ, & oblita ſit fuiſſe ſe cõiugẽ. Q uãobrẽ in ipſis ſolẽnitatibus quibus incendebat thura dæmonibus, viſitabitur in plagis, & corripiet in pœnis. Baal, numero ſingulari: Baalim pluraliter, eadẽ ídola nominãtur genere maſculino. Vbicũq; enim in fine Hebraici ſermonis יִם ſyllabã legim⁹, nũero plurali eſt genere maſculino: vbi aũt וֹת, numero plurali genere fœminino. Ergo כְּרוּבִים & שְׂרָפִים plurali intelligim⁹ nũero, genere maſculino. צְבָאוֹת autẽ qđ interpretat militiarũ vel exercituũ ſiue virtutũ, nũero plurali genere fœminino. Itaq; & Baalim maſculino genere, numero ſunt plurali: licèt qđã malè τὰ βαάλ ἡ βααλεὶμ legãt genere fœmínino. Q uõ autẽ decipiãt hęretici amatores ſuos, & cõponãtur eloquij venuſtate, ſtructuraq; verborũ, vt mendacia ſimulent veritatẽ, & coniugalẽ pudicitiã derelinquãt, & incendãt Baalim, id eſt, ídolis, quę de ſuo corde finxerũt, quotidie cernimus. Nõ enim habẽt curã ruſticę ſimplicitatis, quæ meretricia ornamẽta non quærit, ſed artificis elegãtiſq; mendacij, vt amatoribus ſuis diabolis & dæmonijs placeant.

a HEB. dicit dñs. Propter hoc ecce ego lactabo eam: & ducam eam in ſolitudinẽ: & loquar ad cor eius,
b & dabo ei vinitores ei⁹ ex eodẽ loco: & vallẽ Achor
c ad aperiẽdã ſpẽ. Et cãnet ibi iuxta dies iuuentutis ſuę, & iuxta dies aſcenſionis ſuę de terra Aegypti,
d Et erit in die illa, ait dominus, vocabit me vir meus: & non vocabit me vltra Baalim: & auferã nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum.

A buisse Israëlem in idolorũ cultu, vt nõ imitatus sit Chananęos,id est,ethnicos: sed ad imitationẽ sui eos prouocarit erroris.Hoc ipsum & ad hæreticos referri potest: & dicitur ad Iudam,id est,ad virũ ecclesiasticum: quia Ephraim ꝙ interpretat̃ καρποφόρος,falsam sibi doctrinæ vbertatẽ, & frugifera dogmata promittit, & semel amicus est dæmonũ:dimitte eũ atq; contẽne: præsertim cũm sacrificia eorũ â tuis sint sacrificijs separata. Hoc est em̃ quod dicit: separatum est conuiuium eorum: semel fornicati sunt: & principes eorũ infelicẽ populum deceperũt:& pro dei cultu imbuerunt eos ignominia idolorũ: & ligauit eos diaboli spiritus in alis suis:qui circunferunt̃ omni vẽto doctrinæ: & stabili in ecclesia pede permanere non possunt. Qui verè in suis sacrificijs confundent̃,quia panis eorum panis luctus est.Quod̃q; dicitur,prouocauit Chananæos:eodem sensu referri potest ad hæreticos: quòd tam spurca plerisq; hæreticorum & nefanda confinxerint, habeant̃q; immunda sacrificia,vt idololatria inferior sit.Vel certè quia Chananæus interpretatur,negociator,siue μεταβολος,id est,translator: omnes qui domũ patris faciunt domũ negociationis: & lucra quærunt de populis, & ecclesiæ veritatem transferunt in mendacium,Chananęi appellandi sunt.

Ephe.4.c

B

Ioan.2.c.

Caput V.

a AVdite hæc sacerdotes,& attendite domus Israël, & domus regis auribus &c.)Sacerdotes decẽ tribuum ad iudiciũ vocantur,& reges: non quòd sacerdotes sint de tribu Leui, sed quòd sacerdotes vocentur

C à populo. Vnde & sacerdotes Baal,& prophetæ quadringenti quinquaginta quos interfecit Helias : & postea Iehu filius Namsi,præsente Ionadab filio Rechab,appellati sunt sacerdotes:sed & Israël,id est,populus vocatur ad iudiciũ, & nullus excipitur:vt & sacerdotes & populus & reges,qui induxerant populum,& constituerant sacerdotes,simul audiant quid fecerint,& cur tradãtur inimicis. Speculatores, inquit,vos posui,& principes in populo,& in excelso dignitatis culmine cõstituí,vt populũ corrigeretis errantẽ. Vos autem facti estis laqueus:& non tam speculatores & principes,quàm venatores appellandi.Expanditis enim rete super montem Thabor, quem septuaginta ἰταβύριον trãstulerunt: hanc habentes consuetudinem, vt Hebræa nomina Græco sermone declinent,sicut Edom,hoc est,Esau & Seir, semper Idumæam interpretantur. Est autẽ Thabor mons in Galilæa,situs in cãpestribus,rotundus atq; sublimis,& ex omni parte finitur æqualiter. De hoc monte & in psalmo legimus : Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt. Hunc mõtem & in Hieremia Septuaginta Itabyrium trãstulerũt: in quo aues laqueis capi solent.Et victimas,inquit, declinastis in profundum:vt nullus ageret pœnitẽtiam,nec occisus eleuaret caput.Prohibuerunt & reges, & sacerdotes ire populum ad templum Hierusalem: idcirco in profundum victimas declinasse dicuntur. Iuxta tropologiam, accusatur populus ne se alienum arbitretur à crimine,si in-

3.Reg. 18.f. 4.Reg.9. c.&.10.c.

Thabor.

Psal.88.c.

Hiere. 46.c.

HEB. Cap. V.

a AVdite hæc sacerdotes, & attendite dom9 Israël, & domus regis auribus auscultate, quia vobis iudicium est:quoniam laqueus facti estis speculationi : & rete expansum super Thabor : & victimas declinastis in

b profundum. Et ego erudi tor omnium eorum:& ego scio Ephraim, & Israël nõ est absconditus a me: quia nunc fornicat9 est Ephraim:contaminatus est Israël: non dabunt cogitationes suas, vt reuertãtur ad deũ suum:quia spirit9 fornicationũ in medio eorũ, & dominũ non cognouerunt. Et rẽspondebit

c arrogantia Israël in facie eius: & Israël & Ephraim ruẽt in iniquitate sua:ruet etiam Iuda cum eis.

In gregibus

SEP. Cap. V.

AVdite hæc sacerdotes,& attendite dom9 Israël,& domus regis auribus percipite: ad vos enim est iudiciũ : quia laqueus facti estis speculationi : & sicut rete expansum super Itabyriũ,qđ qui capiunt, venationem confixerunt.Ego enim magister vester : ego cognoui Ephraim,& Israël non recessit à me: quia nunc fornicatus est Ephraim:commaculatus est Israël : non dederũt cogitationes suas vt reuerterentur ad dominum deũ suum:quia spiritus fornicatiõis est in eis : dñm aũt nõ cognouerũt, Et humiliabit̃ iniuria Israël in facie eius: & Israël & Ephraim infirmabunt̃ in iniquitatibus suis:infirmabitur etiam Iudas cũ eis.

Cum ouibus

ductus fit à regibus & à sacerdotibus, quos hæreticorum principes intelligimus.Ipsi quoq; principes accusant̃,quòd quasi laqueus, ceperint populum, & positi speculatores in ecclesia,eos duxerint in errorem. Et in monte Thabor excelso atq; pulcherrimo,qui interpretatur veniẽs lumen, insidias posuerũt : vt deceptos quosq; pertraherent in profundũ,& immolarent dæmonibus:& in barathrũ victimas declinarent, ne aliquãdo resipiscerẽt, ne domũ dei ecclesiam suspirarẽt. Quidam Thabor interpretari putãt lacũ,id est,cisternã, & præsenti sensui cõuenire, quòd hæretici foderint lacũ, & inciderint in foueã quã fecerũt. b ¶Et ego eruditor &c.)O sacerdotes & reges ꝙ meũ populũ decepistis : & tu populę decept9 es,tã grauiter deliquistis,vt nõ solũ occideritis victimas,sed & ĩ profundũ eas miseritis infernũ:nolite arbitrari magnitudine sceleris vos à me penit9 recessisse: Ego sum magister vester:imò eruditor, qui emendare cupiam,non punire:& saluare, non perdere.Ego,inquit,scio Ephraim,id est,Hieroboam:à quo seductus est populus, & omnes reges qui eũ & dignitate & scelere sunt secuti:& Israël non est absconditus à me: id est, decem tribuum populus:quia fornicante rege,contaminatus est Israël.Rex primò cœpit à dei cultu fornicari, vitulos aureos cupiens adorare: & volens secutus est populus: paremq; impietatẽ pari studio cõpleuerunt.Deniq; non reuertentur ad dominũ:quia quod voluerant, inuenerunt : & spiritus fornicationis,qui(iuxta Apostolũ)operatur in filijs diffidentiæ,possidet eorũ corda captiua:& idcirco illo regnante dominum nescierunt, imò obliti sunt creatoris sui. Vnde & principes dogmatũ peruersorum & populum dominus nõ ignorat:nõ quòd eius notitia digni sint,sed quòd nihil eum lateat eorũ quæ occultè faciunt: quorũ alij deceperunt,alij sunt decepti. Nec dabunt cogitationes suas vt agant pœnitentiã,qui semper in perditione proficiunt. Spiritus enim fornicationis quo fornicati sunt in ecclesia, & à vero matrimonio recesserunt,versat̃ in medio eorum: ideo dñm nõ cognouerũt. c ¶ Et respõdebit arrogãtia &c.) Verbum גְּאוֹן Lxx.& Symmachus interpretant̃ τὸ ὕψιμ, id est,iniuriam: Aquila & Theodotion ἀλαζονείαμ, id est, superbiam.Quicquid igitur fecit Israël, vel superbè agens contra dominum, vel in iniuriam creatoris idola venerans, respondebit in facie eius:vt non habeat̃ impunitus, sed humilietur eius contumelia: & populus & reges in iniquitate sua pariter corruant,siue infirmẽt̃ : vt qui fortes erant in scelere,infirmi ad dñm redire cogantur.Et hoc non solum eueniet Israëli & Ephraim, id est, decem tribubus & regibus earũ,vt ducantur in captiuitatẽ:sed etiam Iudas,id est, duæ tribus quæ regnabant in Hierusalem,sequentur vestigia captiuorum:vt quorũ imitãtur scelera, imitẽtur & pœnam.Hæretici matrẽ habent iniquitatis suæ superbiam, dũ semper altiora scire se iactitant: & in ecclesiæ contumeliã debacchantur.Sed infirmabitur arrogantia eorũ, & populus ac magistri pariter corruent:Iudas quoq; qui videt̃ esse

Ephe.2.a.

3.Reg. 12.f.

D

E

F

G in domo dei,& in eccleſia,nō mēte,ſed corpore cōmoratur: & eandē habet cū hęreticis in errore ſentētiā: fruſtra nomē eccleſiaſticū repromittit:quia & ipſe cū hæreticis puniēdus eſt.Manifeſta tranſcurrim⁹,vt in obſcurioribus īmoremur.

a ¶In gregibus ſuis &c.)Nō ſolū Iſraēl & Ephraim ibūt cū gregibus & armētis ad dīm requirendum:ſed etiam Iudas, de quo ſu prà ſcriptum eſt: ruet etiam Iudas cū eis:hoc habētes oēs certamen, vt quē pręuaricationibus offenderant,hoſtijs placare nitantur: & nō īueniēt quē requirūt: quia à recedentibus & ipſe diſceſſit:pręſertim cū & alibi loquatur:Nūquid mādu cabo carnes taurorū:aut ſanguinē hircorū bibā?Et iterū:Nō accipiā de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et in Eſaía:Holocauſta arietū,& adipē agnorū,& ſanguinē hircorū atq; taurorū nolo:pręuaricati ſunt eīm in dīno:quia fornicātes cū idolis,nō deo filios genuerūt, ſed dęmonibus. Alij putāt hoc ſignificari qđ in Eſdra multo poſt tpe dicit, qñ vxores alienigenas aſſumpſerūt, creātes ex eis liberos,& poſtea repudiare cōpulſi ſunt.Sed hic melius eſt alienos filios accipere:qui in idolorū errore generati ſunt : ſiue quos ducētes p ignē,idolis cōſecrarūt. Quia igitur hoc fecerūt, non multo poſt tpe,nō annorū ſpacijs infinitis:& vt ſolitus erā prius,longè poſt futura prędicere:ſed nūc & in pręſentiarū aduenier Aſſyrius, atq; Chaldęus,& deuorabūt eos cū partibus ſiue cleris ſuis,id eſt,cū poſſeſſionib⁹ quas in diuiſione terrę ad menſurā funiculi ſuſceperunt. Pro eo qđ nos diximus,deuorabit eos mēſis,Lxx.rubiginē,tranſtulerūt: cū vtiq; rubigo,id eſt:ἐρυσίβη חָסִיל appellet,vt ipſi quoq; dixerunt in propheta loc̄l:Reliquias bruchi comedet rubigo,

Pſal.49.c

Eſaiæ.1.c.

1.Eſdrę.10 c.

H

a HEB. In grēgibus ſuis & in armētis ſuis vadent ad quærēdum dīm, & nō inuenient:ablatus eſt ab eis: in dño prævaricati ſunt: quia filios alienos genuerunt, nunc deuorabit eos menſis cū partibus ſuis.

Clangite

id eſt חֹדֶשׁ:menſis autē dicitur:deniq; Aquila neomenias,id eſt Kalendas interpretatur:Symmachus & Theodotion menſem:& eſt ſenſus:per ſingulos menſes hoſtis aduenier,& cuncta vaſtabit.Legamus Regū & Paralipomenon libros : & īueniemus ſub rege Phacee: qui regnabat decem tribubus , veniſſe Teglathphalaſar regē Aſſyriorum , & magnam partem populi Samariæ in Aſſyrios tranſtuliſſe : quo tēpore apud Grǽcos ſecundus annus primę Olympiadis fuit : & apud Latinos (necdum Roma cōdita) Albæ viceſimo anno Amulius īmperabat:quem poſtea Romulus regno pepulit. Hæretici ſuſpicātur quòd in ſacrificiorum multitudine placent deum: & eccleſiaſtici, quòd faciendo eleemoſynas redimant peccata,in quibus permanent:cū omne ſacrificium prętérita ſcelera deleat,nō prętentia:ideo non īueniunt dominum: quia aufertur à talibus, & procul recedit. Iſti verè prævaricati ſunt in deum:& alienos filios nō Chriſto, ſed diabolo procrearunt : ideo omni tēpore maledicta ſunt opera eorum:& cuncta quæ faciunt,cruenti coloris rubigo populatur:quia ſanguini & interfectioni proxima ſunt. Rubigo autem propriè deſcendere dicitur in rore nocturno:ac lactantia in ſpicis frumēta maculare colore minij vel ſinopidis : & congruè iuxta ἀναγωγὴν vaſtat cleros hæreticorum:de quibus dicitur:Cleri eorū nō proderunt eis.

K Ioel.1.a.

SEP. Cū ouib⁹ & vitulis ibūt & quærēt dīm,& nō inuenient eum:declinauit ab illis,quia dominum reliquerunt: quia filios alienos genuerunt ſibi : nunc deuorabit eos rubigo, & cleros eorum.

Clangite

L

Libri primi cōmentariorum Hieronymi in Oſee prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN SECVNDVM LIBRVM
cōmentariorum Oſee,ad Pāmachium,proœmium.

OVi ſæpe nauigat,aliquādo patitur tempeſtatem:qui viam frequenter ingreditur,aut ſuſtinet latronum impetus,aut certè metuit:omniq; in arte , tam gloria quàm obtrectatio, ſecūdis aduerſiſq; ventis oritur:dum aut amici plus merito laudant,aut inimici plus iuſto detrahunt:rarūq; inuenias qui in vtrāq; partem nō fauore,aut odio,ſed rerū æquitate ducatur. Quod mihi in ſcripturarum explanatione ſudanti accidere video. Alij enim quaſi parua contēnunt:& quicquid dixerimus, cōtrectare deſpiciunt. Alij odio nominis noſtri,nō res,ſed perſonas conſiderant:magisq; aliorum ſilentium quàm noſtrū ſtudium probant.Sunt qui audacter nos facere aſſerant,quòd arripuimus opus,quod nullus ante nos Latinorum tentare auſus eſt. Quidam in eo ſe diſertos arbitrantur & doctos, ſi alieno operi detrahant:& non quid ipſi poſſint,ſed quid nos non poſſimus dijudicent. Tu autem Pammachi qui nos facere præcepiſti hoc, « neceſſe eſt vt fautor ſis imperio tuo:& [1] Amaſinios ac Rabirios noſtri tēporis:qui de Grǽcis bonis, La« tina faciunt nō bona:& homines eloquentiſſimos,ipſi elingues transferunt, euāgelico calces pede: [2] hydramq; & ſcorpium iuxta fabulas Poētarum,[3] aduras cauterio,ſolea conteras:& Scylleos canes ac mortifera carmina Sirenarum ſurda aure pertranſeas: vt pariter audire & noſſe valeamus quid vaticinetur Oſee propheta:in cuius explanationē ſecundum dictabimus librum. Cùmq; tuo læter adminiculo: & in prima vrbe terrarū,primū & nobilitate & religione habere me gaudeam defenſorem:tamen magis opta« rem illud mihi contingere,quod Titus Liuius ſcribit de Catone:cuius gloriæ neq; profuit quiſquam lau« dando,nec vituperando quiſquam nocuit:cū vtrūq; ſummis prædíti fecerint ingenijs. Significat autem M.Ciceronem & C.Cæſarem : quorum alter laudes, alter vituperationes ſupradicti ſcripſit viri. Dum enim viuimus, & in vaſe fragili continemur , videntur amicorum prodeſſe ſtudia , & nocere æmulorum opprobria. Poſtquam autem reuerſa fuerit terra in terram ſuam, & tam nos qui ſcribimus, quàm eos qui de nobis iudicant,pallida mors ſubtraxerit , & alia venerit generatio, primiſq; cadentibus foliis [4] virens ſylua ſuccreuerit:tunc ſine nominum dignitate, ſola iudicantur ingenia : nec conſiderat qui lecturus eſt,cuius : ſed quale ſit quod lecturus eſt:ſiue ille epiſcopus, ſiue ſit laicus,imperator & dominus, miles & ſeruus:aut purpura & ſerico, aut viliſſimo panno iaceat: non honorum diuerſitate,ſed operum merito iudicabitur.

I M

Habes ſcholia Eraſmi, tomo. 3. fo. 11.e.

Cato.

Vera iudicia.

Commentariorum

A COMMENTARIORVM DIVI HIERONYMI in Oſee prophetam ad Pammachium, liber Secundus.

a CLangite buccina &c.)Ephraim & Iſraël & Iudā, mēſes ſinguli,ſiue rubigo cum ſuis partibus deuorabunt.

QUamobrem præcipio vobis qui auditis, vt nō voce ſublimi, ſed clara buccina concrepetis: claro enim auditu opus eſt, vt omnes audiant qui in circuitu ſunt. Clangite buccina in Gabaa: cui⁹ etymologiam in colles Lxx. tranſtulerunt:& tuba in Rama, quę interpretatur excelſa: iſtæ autē duæ ſunt in tribu Beniamin,vicinæ ſibi mutuo ciuitates:id eſt Gabbaa, in qua natus eſt Saul:& Rama, quæ eſt iuxta Gabaa,in ſeptimo lapide à Hieroſolymis ſita:& quam rex Iſraël occupare conatus eſt, vt exitum & introitum clauderet tribui Iudæ. In Gabaa itaq; & in Rama clara buccina & tuba perſonate:quorū buccina paſtoralis eſt,& cornu recuruo efficitur: vnde & propriè Hebraicè שׁוֹפָר, Græcè κερατινὴ appellatur. Tuba autē de ęre efficitur vel argento:qua in bellis & in ſolennitatibus cōcrepabant. Super Bethauen,quę quondā vocabatur Bethel, & eſt in tribu Ephraim,in qua vitulus aureus erat:nō clangore & ſonitu,ſed vlulatu opus eſt: quia vicina captiuitas eſt. Et pulchrè dixit ꝙ Bethauē poſt tergū ſit Beniamin: vbi enim tribus finitur Beniamin: haud procul in tribu Ephraim hæc vrbs condita eſt. Idcirco aūt dico atq; præcipio:Clangite buccina in Gabaa,& tuba in Rama, & vlulate in Bethauen:qa dom⁹ regia Ephraim,ſiue ipſe Ephraim,hoc eſt imperiū Iſraël,iam in deſolatione erit: & inſtat vicina captiuitas. In die correptionis atq; ſupplicij decem tribuū Iſrāël,oſtendi mea fidelia verba,quæ per prophetas cōminatus ſum: vt quod ſermone prædixerā, opere comprobarem. Quidā Bethauen iuxta Lxx. qui dixerunt domus ὤμ,ciuitatem ſolis,interpretati ſunt:& ſolem iuſtitiæ Chriſtū dicentes,vrbē illius eccleſiā eſſe voluerunt. Quod mihi diſplicet: Neq; enim domus idoli, quā Aquila interpretatus eſt,domū inutilem, iuxta tropologiā ad eccleſiam referri poteſt. Sed hoc dicamus,ꝙ hęretici qui in Gabaa & Rama,excelſam ſibi ſcientiā pollicentur,iubeantur vlulare in domo idoli:& non ſint ante faciē Beniamin,qui interpretatur,filius dextræ:ſed poſt tergum eius,vbi oculos nō habet. Omnis enim Ephraim iactantia,quæ interpretat⁹ vbertas:breui in deſolatione erit:& cū iudicij,inquit, dies & tēpus correpionis aduenerit, verba mea non eſſe inania rebus oſtendā. Pro eo quod tranſtulimus nos, poſt tergū tuū Beniamin: Lxx. verterunt,mente motus eſt Beniamin: ſemper ἔκστασιν,id eſt,mentis exceſſum,Beniamin,viro eccleſiaſtico aptantes. Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo dicitur: Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Et in benedictionibus Iacob,ſuper perſona Beniamin, de qua tribu Paulus apoſtolus fuit,ſcriptū legimus: Beniamin lupus rapax:mane comedet prædā,& ad veſperā dabit eſcā. Quī enim in principio perſequebatur eccleſiam,poſtea in toto orbe,euangelij credentibus alimenta largitus eſt. Vnde & Saul qui de tribu Beniamin fuit:in mētis exceſſu,tota die vſq; ad veſperū vaticinatus eſt inter prophetarum chorū. b ¶Facti ſunt principes Iuda &c.)Ductis Ephraim & Iſraël in captiuitatē,& redacta terra eorū in ſolitudinem:principes Iuda qui flere debuerant:& ſuū populum cohortari vt recederēt ab idololatria,ne & ipſi ſimilia ſuſtinerent:cœperunt gaudere atq; lætari, ꝙ pateret ſibi terra eorū ad poſſidendū latius:& facti ſunt quaſi aſſumētes terminos Iſraël, tranſeūtes fines ſuos: & in locis quōdā eorū,regnū ſuum & poſſeſſionem dilatare cupientes. Quāobrē dicit dñs, Et ſup ipſos principes Iuda venient Babylonij:& ita eos quaſi aquæ impetus occupabunt:non ſuis viribus, ſed indignatione mea. Dicit quoq; & ad principes Iuda,hoc eſt,eccleſiæ, ꝙ nō debeant exultare:& hęreticorum perditionē ſuā ſalutē æſtimare: ſed potius plangere, ꝙ illi perierint. Vnde & apoſtolus Paulus docet eccleſiaſticos viros,ne glorientur ſup fractione Iudaicorū ramorū, ſed potius timeant ne & ipſi frangant. Et in alio loco: Quis,ait,ſcandalizat, & ego non vror? Alioquin ſuper tales principes qui in aliorū miſerijs gloriant̄,& idcirco ſe ſtare putant ſi alij corruāt, effundet dñs quaſi aquā iram ſuā. Pro ira Lxx. ὅρμημα,id eſt,impetum tranſtulerunt:& putant quidā pro benedictione accipiendū,iuxta illud quod alibi legimus: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Sed rectius(vt omnes præter Lxx. tranſtulerunt)ira accipienda eſt:præſertim cū nomen effuſionis & iræ cōueniat:dicente propheta ad dñm: Effunde ſup eos iram tuā:& furor iræ tuæ cōprehendat eos. Trāsferunt principes Iuda terminos quos poſuerunt patres eorum,quando immutāt mendacio veritatē: & aliud prædicant q̄ ab apoſtolis acceperūt. c ¶Calumniā patiens eſt Ephraim &c.) Si impius eſt Ephraim, & propter impietatem ſuā erit in deſolationem,quomodo nunc dicit:calūniam patiēs Ephraim fractus iudicio? qui eā calumniā patitur & frangit,iudiciū eius iniquè opprimit:maximè cùm cauſa iuſta ponat,quare ſit tradit⁹ captiuitati. Sequit eā: quoniā cœpit abire poſt ſordē,hoc eſt,poſt idola quę ſordibus cōparant̄. Q d ergo dicit,hoc eſt: opprimit Ephraim ab Aſſyrijs:primùm à Phul, deinde à Teglathphalaſar, poſtea à Salmanaſar:nō quòd illi iuſti fuerint,qui eum oppreſſerunt,& idcirco traditus eis ſit:ſed quòd qui quondā fuerunt populus meus,me eos deſerēte tradunt̄ ad pœnas, & in hoc videt̄ eſſe calūnia,nō deo,qui iuſtā infert ſententiam:ſed his qui tormenta ſuſtinēt,dū peioribus ſe aduerſarijs concedunt̄: Redditq; cauſam dñs, idcirco eos in hac parte calumniam ſuſtinere,& tradi peioribus,& erga illos iudiciū nō ſeruari:qa cœpit Ephraī:id eſt,Hieroboā abire poſt idola,& deū derelinquere: ipſe eā aureos fabricatus eſt vitulos. Secūdū Lxx. interpretationē: oppreſſit Ephraim,id eſt,Hieroboā aduerſariū ſuū Roboam,id eſt,tribum Iuda,& in eo oppreſſit:quia deſerta Hieruſalē & templo, Aegyptiarū ſordiū ſimulachra ſectat⁹ ſit. De hęreticis manifeſtus eſt ſenſus:quòd falſis ſophiſmatib⁹ ſuis & arte dialectica ſępe opprimāt eccleſiaſticos:ſed cū hoc fecerint,nō mundiciā veræ fidei:ſed ſordes ſequant̄ mendacij,quī traditi diabolo & angelis eius,vident̄ ſibi calumniā pati, & in ſe fractā eſſe iudicij veritatē. Taliter vaſtatur Iſraël:& oēs labores eius Aſſyrio vincente populant̄: deumq; perdidit præſulem,& idcirco fractus iudicio eſt: quia ſecutus eſt idola. d ¶Et ego quaſi tinea &c.) עָשׁ lingua Hebraica

CLāgite tuba ſup colles:ſonate ſup excelſa: prædicate i domo ὤμ:mēte excidit Bēiamin: Ephraim in deſolatiōe factus eſt,in dieb⁹ correptionis:in tribubus Iſraël oſtēdi fidelia. Facti ſunt principes Iuda quaſi transferentes terminos: ſuper eos effundam ſicut aquam impetū meū. Oppreſſit Ephraim aduerſarium ſuū,cōculcauit iudicium:quia cœpit abire poſt vana. Et ego quaſi cōturbatio Ephraī, & quaſi ſtimulus domui Iuda.

O tinea dicit. רָקָב putredo & caries:quorũ alterũ veſtes, alterũ ligna cõſumit:pro quibus Lxx.ταραχὴν & κέντρον,id eſt tumultũ, vel cõturbationẽ,& ſtimulũ tranſtulerunt. Et notandũ quòd tinea referat ad Ephraim, & putredo ad domũ Iuda.Quomodo igit tinea veſtimenta cõſumit, & putredo vel caries ligna: qđ vtrũq; lõgo ſit tẽpore:ita de⁹ & decem tribub⁹,& poſtea tribub⁹ duab⁹,longo tẽpore dans locũ pœnitẽtiæ,& eos prouocãs ad ſalutem: theſaurizantes ſibi irã in die iræ,quaſi tinea efficit & putredo,non q̃ de⁹ tinea ſit vel putredo, aut cõturbatio vel ſtimul⁹,ſed quòd ſuſtinẽtib⁹ pœnas hæc vniuerſa videatur. Primus igitur cõſumpt⁹ eſt Ephraim & Iſrael: deinde ſecuta eſt H & dom⁹ Iuda:nõ ipſe Iuda,ſed domus eius, alioquin nõ reſeruabatur de genere Iuda cui repoſitũ fuit:Et ipſe erat expectatio gẽtiũ. Punitis aũt hæreticis,qui intelligunt Ephraim:etiã Iudas, ſcilicet hi q̃ cũ eccleſia permanẽt,& hæreticorum vel erroribus vel vitijs continent,ſimili ſentẽtiæ ſubiacebunt.

HEB. Iuda. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculũ ſuũ, & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem,& ipſe nõ poterit ſanare vos: nec ſoluere poterit à vobis
a vinculum. Quoniam ego quaſi leæna Ephraim, &
b quaſi catulus leonis domui Iuda. Egõ ego capiam, &
c vadam, & tollam, & non eſt qui eruat: vadens reuertar ad locum meum donec deficiatis, & quæratis faciem meam. Cap. VI.
d IN tribulatione ſua mane cõſurgẽt ad me: venite & reuertamur ad dominum:

SEP. Iuda. Et vidit Ephraim infirmitatem ſuã, & Iudas dolorem ſuum, & abijt Ephraim ad Aſſyrios,& miſit legatos ad regem Iarib, & ipſe nõ potuit liberare vos,nec ceſſare faciet à vobis dolorem. Quia ego ſum quaſi panther Ephraim, & quaſi leo ĩ domo Iuda, & ego rapiã, & vadã & tollã,& non erit qui eruat: ibo & reuertar in locum meũ donec diſpereant & quærant faciem meam. Caput VI.
IN tribulatiõe ſua mane vigilabũt ad me,dicẽtes eamus & reuertamur ad dominum

In tranſlatione Lxx. παρεῖμ. reperimus.

Iudic.6.f.

4.Reg. 15.d.

I

4.Reg.16 b.

Pſal. 118.b

Pſal.8.a.

Pſal.6.b.

a ¶ Et vidit Ephraim languorem ſuum &c.) Legatos nõ habet in Hebræo.Et vbi Lxx.poſuerunt Iarib, nos iuxta Symmachum, vltorem vertimus:nam Aquila & Theodotion,iudicem interpretati ſunt.Quòd autem יָרֵב vltorem ſignificet & iudicem,nomen Gedeonis oſtendit, quem cùm cultores Baal expeterent ad ſuppliciũ, eo quòd lucum Baal arasq; euertiſſet:reſpondit pater:vlciſcatur ſe Baal, aũt iudicet eum Baal,& appellatus eſt, inquit, יְרֻבַּעַל, id eſt, vlciſcatur ſe Baal. Intelligens itaq; Ephraim infirmitatẽ ſuam, & Iudas vinculum ſuũ, quo cum decem tribubus peccato fuerat colligatus:non à deo qui ſoluere poterat, ſed à rege Aſſyriorum quæſiuit auxilium. Legimus,quòd ſub rege Manahen,qui decem tribubus præfuit Iſrael,Aſſyrijs dona trãſmiſerit:& Iudas ſub rege Achaz præſidium flagitarit Teglathphalaſar regis Aſſyriorũ : qui eos aduerſante deo liberare non potuerunt, nec captiuitatis vinculum ſoluere. Poſſumus vinculum,pro quo in Hebræo ſcriptũ eſt מָשׁוֹר, & Aquila interpretatus eſt ἐπίδεσιν ſiue σωδησομόν, id eſt,colligationem ſiue coniurationẽ,& ad illud tempus referre:qñ Raſin & Phacee filij Romelię,multa de tribu Iuda hominũ milia vaſtauerũt,quòd fruſtra Iudas aduerſus reges duos nõ dei,ſed Aſſyriorum auxiliũ flagitarit.Quidã iuxta Tropologiã,Ephraim & Iudã,ad hęreticos, & ad viros eccleſiaſticos referunt, eo quòd & illi & Iudas peccatorum vinculis colligati:iuxta illud quod ſcriptum eſt: Funibus peccatorum ſuorum vnuſquiſq; conſtringitur,miſerint ad Aſſur & ad regem vltorem, id eſt, ad diabolum, de quo legimus:Vt deſtruas inimicum,& vltorem.Et quia non verum vel auxiliatorem vel iudicem deprecati ſunt: idcirco permanere eos fecit in dolore languoris & vinculis delictorum.Legi in cuiuſdam commentarijs regem Iarib Chriſtum interpretari:Et quia ſequitur : Ipſe non poterit ſanare vos:Hoc argumento vſus eſt, quòd hæreticos vel eccleſiaſticos peccatores Chriſtus ſanare non poſſit in tẽpore iudicij,vbi nulla eſt miſericordia: iuxta illud quod ſcriptum eſt : In inferno autem quis confitebitur tibi ? Et quòd ſanare vel liberare non poſſit:nequaquam ſua imbecillitate,ſed eorum merito, qui ſerò auxilium poſtularint: Quomodo & dominus dicitur ſigna in patria ſua facere non potuiſſe:& cauſa cur non potuerit,exponitur:quia,inquit,non credebant in eum.Hæc ille dixerit:nos in malam partem regem interpretemur vltorem . Pro eo quod nos expoſuimus Iarib:id eſt, vltorem : alij malè legunt יְעָרִים per ם literam,quod transfertur in ſiluas:vnde קְרִיַּת יְעָרִים interpretat villa ſiluarum b ¶ Quononiã ego quaſi leæna &c.) Illis euntibus ad Aſſur , & mittentibus ad regem vindicem vel vltorẽ , qui eos ſanare non poterit,nec ſoluere vinculum colligatum:oſtendam quòd me aduerſante omne hominũ auxilium vanum ſit : Ero enim quaſi leæna Ephraim,& quaſi catulus leonis domui Iuda . Pro leæna ,quod Hebraicè dicit שַׁחַל, Lxx.interpretati ſunt pantherem,quæ Græcè ſimiliter dicitur & Latinè, & tam nomen beſtię quàm omnis beſtia accipi poteſt:vt quicquid ſæuum in beſtijs eſt , hoc in dei indignatione cognoſcas.Nihil panthere velocius, nihil leone fortius: in panthere velox per Aſſyrios regni Samariæ ſignificatur interitus : & in leone fortiſſimum contra Hieruſalem & Iudam aliquanto poſt tẽpore regnum oſtẽditur Chaldęorum,Et quia leęnam ſiue pantherem,& leonem ſe eſſe dixerat, Metaphoram ſeruat,& dicit:

L

c ¶ Ego ego capiam,& vadam &c.)Quæritur ſi capiente,& tollente,& tenente deo,nullus de manibus eius poteſt eripere:iuxta illud quod ſcriptum eſt:Nemo poteſt rapere de manu patris mei: quomodo Iudas de manu dei proditione ſit raptus?Ad quod breuiter reſpondebimus , nullum poſſe rapere de manu dei:poſſe autem eum, qui tenetur,propria voluntate de manu dei excidere . Quod q; ſequitur:Vadens reuertar ad locum meum.Locum dei,magnificentiam & maieſtatem eius debemus accipere:vt nequaquam pro diſpenſatione deſcendat ad homines,iraſcatur,miſereatur,obliuiſcatur,fiat quaſi panther, vertatur in leonẽ,mutetur in beſtias:ſed res ſpernat humanas, & permittat eos quos antea protegebat hoſtibus ſubiacere,vt tabeſcant,& deficiant & intereant,& poſtea quærant faciem domini,& dicant: Illumina faciem tuam , & ſalui erimus: Et:Oſtende nobis domine miſericordiam tuam,& ſalutare tuum da nobis Hæreticis quoque & eccleſiæ negligenti, deus in pãtherem vertitur & leonem:& tollet ab his prædam quam eccleſiæ antè rapuerunt: vt capti ſaluentur qui liberi perierant : & nequaquam habitabit in conciliabulis peruerſorum,ſed reuertetur ad locum ſuum:de quo dicit: Ego in patre,& pater in me , & eos ſpernet atq; deſpiciet, donec deficiant in impietate , & quærant eum per pœnitentiam à quo fuerant dereliĉti.Alij locum dei cœlum putant:quò offenſus deus ab his qui in terra habitant reuertatur,& eos faciet diſperire , qui clementiſſimum dominum magnitudine peccatorum in ferarum ſibi rabiem cõuerterunt. Caput VI.

M

Pſal. 79. Pſal.84.a

Ioan.14.b

d IN tribulatione ſua mane &c.)Ideo de⁹ tradidit Ephraim & Iudam captiuitati , & nullus eſt qui de manu eius poſſit eripere,& reuertetur ad locum ſuum donec deficiant , & quærant faciem eius:vt quem propitiũ præſentemq; non ſenſerant,iratum & abſentem requirant : & in tribulatione ſua orto eis lumine pœnitentiæ,mane conſurgant ad eum:iuxta illud quod in Eſaia legimus : In tribulatione domini recordatus ſum . Et in primo graduum

Pſalmo

Psal.119. Psalmo. Ad dominum cùm tribularer clamaui,& exaudi-
A uit me.Cumq; ad dominum mane surrexerint,quid loquẽ-
tur?Venite & reuertamur ad dominum.Non sunt propria
salute contenti,sed se mutuo prouocant, vt reuertantur ad
dominum,quem reliquerant, quem propter peccata dese-
ruerant,à quo fuerant
derelicti:quia ipse ce-
pit,& sanabit nos: qui
suprà dixerat: Ego e-
go capiã & vadã:per-
cutiet & curabit nos.
Pro eo qđ nos dixim⁹
curabit nos,oẽs simili
ter trãstulerũt,μοτώ-
σθ: propriè aũt μότα
appellantur linteola
quæ inserũtur vulne-
ribus,vt putridas car-
nes comedant,& extra
hant purulentias: arti-
sq; medicorum est
grãdia vulnera longo
sanare tẽpore, & per
dolorem reddere sa-
nitatem. Percutit er-
B go dominus, & curat
nos:quia quem diligit
Heb.12.b. corripit, & castigat
omnem filium quem
recipit:& non solũ cu
rat, sed viuificat post
dies duos,& die tertio resurgens ab inferis, omne hominũ
secum suscitat genus.Cumq; percussos curauerit, & cura-
tos viuificauerit,& viuificatos suscitauerit, tunc viuemus
in conspectu eius,qui illo absente mortui iacebamus. Vi-
uemus autem in conspectu eius:sciemus eum, & omni stu-
dio sectabimur,vt cognoscamus dominum: quo tertia die
resurgente,resurreximus. His sermonibus explicatur illud
quod sæpe iam admonuimus:& Israelem & Iudam, id est,
decem & duas tribus,tunc vnum habituras esse pastorem,
& regem Dauid cùm crediderint in dominũ resurgentem,
frustraq; Iudæi mille annorũ sibi somnia pollicentur: cùm
salus vniuersorũ die tertio tepromissa sit:qua dominus ab
inferis resurrexit.Hebræi diem secundũ in aduentu Chri-
sti sui interpretantur & diem tertium in iudicio, quando
saluandi sunt:Quod vt concedamus, respondeant nobis,
quæ sit dies prima:hoc est primus saluatoris aduentus. Et
C cùm respondere non potuerint, inferamus primum diem
esse iuxta quod ipsi volunt in humilitate saluatoris aduen-
tum:secundum in gloria:tertium in habitu iudicãtis.Q ui
autem secundũ tertiumq; suscipiunt:primum se perdidisse
testantur: quia secundus & tertius sine primo non potest
appellari. a ¶Quasi diluculum præparatus &c.) Ve-
nite,inquit,& reuertamur ad dominũ, quia ipse qui cepit
& sanabit nos, percutiet & curabit nos, & viuificabit nos
post dies duos,& die tertio suscitabit nos:ipse & nõ alius:
quasi mane & aurora paratus est nobis. De quo & vicesi-
mi primi psalmi titulus est:Pro assumptione matutina, li-
cèt in Hebræo scriptum sit:Pro ceruo matutino: eo quòd
interfecta morte,& tortuoso antiquoq; serpente,cupiat ad
montana conscendere:& ipse,tenebris dissipatis,oritur no-
bis sol iustitiæ,vt nostram illuminet cæcitatẽ. Et pulchrè
Psal.18.b. præparatus est,inqt,egressus eius.De quo iuxta tropologiã
in octauodecimo psalmo legim⁹:Et ipse tanq; sponsus egre-
dit de thalamo suo.Q ui non solũ mane vocat,& aurora,&
diluculum: sed veniet nobis quasi imber tẽporaneus & se-
rotinus terræ.Nos Christum recipimus temporaneũ,quã-
do fidei in nobis iacta sunt fundamenta:& suscipiemus eũ
imbrem serotinum, quando maturis segetibus fruges ca-
piemus æternas,& in dominica horrea recondemur. Ergo
Iudæi qui tẽporaneas pluuias non receperunt,& absq; plu-

HEB.dñm: quia ipse ce-
pit,& sanabit nos:percutiet,
& curabit nos: viuificabit
nos post duos dies, & ī die
tertio suscitabit nos:& vi-
uemus in conspectu eius:
sciemus sequemurq;,vt co-
a gnoscamus dñm. Quasi
diluculum præparatus est
egressus ei⁹:& veniet quasi
imber nobis temporaneus
b & serotinus terræ. Quid
faciã tibi Ephraim? quid
faciam tibi Iuda? misericordia vestra, quasi nubes
matutina,& quasi ros mane pertransiens: propter
hoc dolaui in prophetis,& occidi eos in verbis oris
mei, & iudicia tua quasi
c lux egredientur. Quia
misericordiã volui,& non
sacrificium:

SEP.dñm deũ nostrũ: qa
ipse verberauit,& sanabit
nos: percutiet, & curabit
nos: sanos nos faciet post
dies duos:in tertio resurge
mus & viuem⁹ coram eo,
& sciem⁹ & persequemur,
vt cognoscamus dominũ.
Quasi mane paratũ inue-
niemus eum:& veniet no-
bis quasi pluuia tempora-
nea & serotina terræ.
Quid faciã tibi Ephraim:
quid faciã tibi Iuda? misе-
ricordia autẽ vestra, quasi
nubes matutina, & quasi
ros mane ptransiens: pro-
pterea succidi prophetas
vestros: occidi eos in ver-
ba oris mei, & iudiciũ tuũ
quasi lux egreditur. Quia
misericordiam volo,& nõ
sacrificium:

uijs iecere sementẽ:segetũ fructus in vltimo tẽpore non re- D
cipiẽt. Hęc est pluuia de qua dñs pollicet dicẽs:Dabo vo- Deu.11.b.
bis pluuiã tẽporaneã,& serotinã. Iuxta Allegoriã:dat plu-
uia tẽporanea,quando ex parte cognoscimus:datur pluuia
serotina,quando venerit quod perfectũ est. Semperq; dñs
mane surgẽtibus para
tus est,qui possunt di-
cere Consurgã dilucu Psal.56.
lo.Et: Deus deus me⁹ Psal.62.
ad te de luce vigilo:
Sitiuit ī te anima mea.
b ¶Quid faciã &c.)
Quando dicit: Quid
faciam tibi Ephraim:
Quid faciam tibi Iu-
da?parentis in perdi-
tos filios monstrat af-
fectum:iuxta illud qđ
in Esaia legim⁹:Quid Esa.5.b.
est quod vltrà debui
facere vineæ meæ, &
non feci ei? Et in Mi-
chea:Populе me⁹ quid Micheę.
feci tibi,aut quid mo- 6.b.
lestus fui tibi?Respon
de mihi:quia eduxi te E
de terra Aegypti: de
domo seruientium li-
berauite, & misi ante
faciem tuam Moysen
& Aaron, & Mariam.
Quid igit faciã tibi Ephraim,qd faciã tibi Iuda?misericor
dia vestra,qua vobis semp misert⁹ sum:quasi nubes matu-
tina pertrãsijt,& quasi ros mane cõsurgens,q orto sole sic-
cat:Iam em captiuitas propè est: iã vos cerno duci in Assy
rios,& in Babylonios catenatos:dolaui vos in prophetis, &
verbis terribilib⁹ cõminat⁹ sum:scalpellũ,ignes & cauteria
protuli:vt q clementẽ contẽnebatis,timeatis offensum: &
occidi negligẽtes in verbis oris mei,vt antè peccatores ver
borũ terrore punirẽ q̃ captiuitas immineret. Et hæc vni-
uersa feci,vt iudicij quo te iudicatur⁹ sum veritas appare-
ret,nullusq; dubitaret vos iustè quæ patimini fuisse ppes-
sos.Pro eo quod est,dolaui in prophetis,Lxx.transtulerũt,
ἀπεθέρισα τους προφήτας ὑμῶν,id est, succidi prophetas
vestros,ipsos pseudoprophetas occisos à dño itelligẽtes:vt
q causa erroris fuerãt prospera promittẽtes,interfecti ver
terẽtur in occasionẽ salutis:Et est sensus,ne diceretis,pro- F
phetis credidimus:etiã ipsos interfeci,vt omnis vobis pec- 3.Reg.
candi tolleretur occasio.Legimus in regum volumine qua- 18.g.
dringẽtos quinquaginta prophetas Baalim interfectos sub
Helia:& aliã innumerabilẽ multitudinẽ sub Iehu: qui sub- 4.Reg.
uertit domũ Achab. Hęc eadem & ad hęreticos,& ad verũ 10.c.
Iudã,qui similia perpessurus est dicta sentimus:quòd pro-
uocet eos dñs ad misericordiam,& reuerti cupiat ad salu-
tem. Sed illi delicias huius seculi & refrigeria,quasi nubem
& rorem qui citò transeat consectent, quibus in euangelio
dicit:Stulte hac nocte repetunt animã tuã à te,quæ autem Luc.12.c.
parasti cuius erũt?Et diues ille purpuratus,qui ante ianuas
suas iacentem Lazarũ contemnebat:omne quod fruit⁹ est, Luc.16.c.
instar nubis ac roris transisse cognouit.Semp aũt prophe-
tas hæreticorũ interficit deus:dum ęterna eis supplicia cõ
minat,& aufert de vera vita,& morti scelerũ derelinquit.
Nos aũt nubẽ diligamus illã quę ppetua est,& quę à mũdi
huius ardore nos protegit:cui sedẽs dñs venit in Aegyptũ,
& oia Aegyptiorũ simulachra cõfregit. Amemus illũ rorẽ
de quo Moyses loquit:Descendãt sicut ros verba mea. Et Deu.33.a.
de quo Esaias dicit: resurgent mortui, & resuscitabuntur Esa.26.d.
qui in sepulchris sunt:ros em qui à te est,sanitas eorũ est. secundum
Sunt qui prophetas interfectos verè sanctos æstimẽt, eo ꝙ Lxx.
causa populi peccatoris etiã prophetę occisi sint, & hosti-
bus traditi. c ¶Quia misericordiam volui & non sa-
crificium:

HEB. sacrificium: & scientiam dei plus q̃ holocausta: ipsi autẽ sicut Adam transgressi sunt pactum: ibi præuaricati sunt ī me.

SEP. sacrificium: scientiam dei magis quàm holocausta: ipsi verò sunt sicut homo præteriens testamentum. Ibi eñ contempsit me Galaad, ciuitas quæ operatur vana: & conturbat aquam, & fortitudo tua viri piratæ. Absconderunt sacerdotes viam domini: interfecerunt Sicima: quia iniquitatem operati sunt. In domo Israël vidi horribilia: ibi fornicationem Ephraim: contaminatus est Israël & Iuda: ĩcipe vindemiã tuam cùm conuertero captiuitatem populi mei.

G crificium & scientiam dei &c.) Quod sequitur in Lxx. Ibi contempsit me Galaad ciuitas, quæ operatur vana, & reliqua: sequenti capitulo coaptanda sunt: nos quod proposuimus, differamus: Dolaui eos in prophetis, occidi in verbis oris mei: grauia cõminatus sum, vt misererer pœnitentium, vt lapsis atq; surgentibus porrigerem manum. Neque enim in sacrificijs delector & victimis, & holocaustorum multitudine: Victimę meę & holocausta, salus credentium, & conuersio peccatorum est. Ipsi autẽ imitati sunt Adam, vt quod ille in paradiso fecerat, pactum meum legemq; præteriens, isti in terra facerent: Et ibi, hoc est, in paradiso, omnes præuaricati sunt ī me, in similitudinem præ-
H uaricationis Adam: Non enim mirum si quod in parente præcessit, etiam in filijs condemnetur. Quotidie deus & eos qui extra ecclesiam sunt, & qui peccant in ecclesia cõmorantes, prouocat ad pœnitẽtiam & dicit eis: Misericordiam volo, & non sacrificium: & scientiam dei plus quàm holocausta. Illi verò offerunt panem sacrilegũ, & dant eleemosynas, & sectari videntur humilitatem: quæ ego si verè fiant, holocausta interpretor. Cùm autem scientiam dei reliquerint: frustra truncato capite fidei cætera membra habere se iactant: præuaricati sunt enim pactum dei in ecclesia, sicut Adam præuaricatus est in paradiso: & imitatores se antiqui parentis ostendunt, vt quomodo ille de paradiso, sic & isti eijciantur de ecclesia. a ¶ Galaad ciuitas operantium idolum, supplantata sanguine &c.) Virorum latronum, siue viri latronis: vtrunq; enim legi po-
4. Reg. 9. a teſt. Legimus in Ramoth Galaad vnctum esse in regem Iehu, qui sanguinẽ sanguini miscuit: & Achab subuertit domum, & ante solis ortum aceruos capitum filiorum eius fussit statui: in hac vrbe trans Iordanem in possessione tribus Gad, idolum consecratum est: quæ habitabatur à sa-
I cerdotibus: nam & ipsa fugitiuorum ciuitas fuit. Quanto igitur celebrior & maioris autoritatis, quia in partem sacerdotum fuerat delegata: tanto trans Iordanem habitanti Israël principium idololatriæ, & malorum omnium fuit, vt qui primi peccauerant, primi ab Assyrijs caperentur. Et quoniam ipsa prouincia plena est latrociniorum, comparat eos latronibus: vt quomodo illi viatoribus, sic sacerdotes simplicitati populi insidiati sunt. Porrò secundum Tro
וְלַעַ pologiam, Galaad interpretatur transmigratio testimonij, & contemnit deum, dum testimonia scripturarum ad peruersa deprauat dogmata, & omnia opera illius vana sunt, conturbatq; ecclesiæ aquas, & de purissimis fontibus cœnosos & sordidos riuos facit, qui maculent potius quàm mundent baptizatos: Omnisq; fortitudo huius vrbis, quasi viri piratæ est, dum imitatur diabolum, qui in huius seculi mari, in quo naues pertranseunt, insidiatur his qui ad portum peruenire contendunt. Deniq; Symmachus manifestius interpretatus est, dicens: Et fauces tuæ quasi viri insidiatoris. De istiusmodi piratis in Iob legimus: Non est dilatio piratis. Quanuis enim in præsenti seculo se iactare videantur, & conturbare aquas, & operari vana, & exercere piraticam: tamen non est mora pœnarum, quę eos velociter comprehendent. b ¶ Particeps sacerdotum in via &c.) Symmachus hũc locũ ita interpretatus est: Societas sacerdotũ in via interficiebant Sichẽ: Theodotion hoc K
modo, Abscõderunt sacerdotes viam, interficiebãt in dorso. Aquila, Participatio sacerdotum in via occidebant humeros: quorum cùm intelligentiam iuxta historiam quæreremus ab Hebræo: ita nobis expositum est: Sacerdotes Bethel, imò fanatici Bethauen, temporibus paschæ, & Pentecostes, & Scenophegiæ: quãdo per Sichem, quæ hodie Neapolis appellatur, eundum erat Hierosolymam: vbi solum licebat victimas immolare, ponebant in itinere latrones, qui insidiarentur pergentibus, vt magis vitulos aureos in Dan & in Bethauen, quàm in Hierosolymis & in tẽplo adorarent deum. Quòd autem dicit: Participatio & societas sacerdotum: L
consurationem eorum significat, & in malã partẽ consensum. Sin autem legerimus: vt nos interpretati sumus: particeps sacerdotum: ad Galaad, inquit, referendum est, quæ operatur idolum: & supplantata est sanguine, quòd sacerdotum impietatem secuta sit, & latrocinijs vacet ac sanguini. Hoc illi dixerint: Nos aũt dicamus intercludere hæreticos viã, ne de Sichem, id est, de bonis operibus pergamus in Hierusalem, id est in ecclesiam: Isti sunt quasi fauces virorum latronum, & interficiunt eos, qui per huius seculi viam ad veritatem pergere cupiunt. Sichem interpretatur שֹׁכֶם
ὦμοι, id est, humeri: in humeris opus intelligimus, & omnes falsi sacerdotes absondunt viam, & occidunt homines malis operibus, ne perueniant Hierusalem. Quòd autem humerus opus significet, illud ostendit: Da cor tuum in humerum tuum: hoc est, quæ intelligis, verte in opera. Et de Isachar legimus, quòd suppoſuerit humerum suum ad laborandum, & vir agricola sit. Gene. 49. c.
c ¶ In domo Israël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim &c.) De hoc scelere & horrore terribili est Hieremias locutus: Obstupuit Hiere. 2. c
cœlum super hoc, & exhorruit terra vehementer. Quid M
enim horribilius, q̃ decem tribus ad idolorum cultum repentè transgressas? Vnde ad metropolim earum dicitur: Aufer vitulum tuum Samaria, in qua primus fornicatus est Ephraim: id est, Hieroboam de tribu Ephraim, & illo fornicante contaminatus Israël est, populus videlicet Samariæ, qui magna ex parte commune Israëlis nomen obtinuit. Vnde & ad Iudam sermo conuertitur: Tu quoque Iuda pone messem tibi: & est sensus: Non te putes esse securum, quòd Israël captiuus abducitur: tu quoq; præpara tibi segetes, vt metantur: non multo enim post tempore ducêris captiuus in Babylonem, & messionis tuæ tempus aduenier: cumq; te Chaldæi messuerint, conuertam rursum captiuitatem populi mei, & sub Cyro rege Persarum, & Artaxerse reducam populum meum. Et nota quàm significanter Iudæ captiuitas, & regressio pariter prophetetur: de Israël autem, hoc est, de decem tribubus, & nunc tacitum est, & si quando prosperum quid dicitur, in Christi differtur aduentum. In domo autem hæreticorum quotidie videmus horrenda: fornicantibus primùm magistris, & populo qui ab eis inducitur fordidato. Iudæ quoque, hoc est, ecclesiæ præcipitur, vt & ipse propter peccata paret sibi messem, siue vindemiam cùm iudicij tempus aduenerit. Sed huic ignoscitur, &

veniam

A veniam dominus pollicetur, quia quem diligit corri-
Heb.12.b. pit, & castigat omnem filium quem recipit, vt probatum & purgatum condat in thesauros suos. Quidam hoc quod dicitur, Iuda incipe vindemiam tuã, siue pone messem tibi, ad bonã partẽ referunt: vt punito Israël, iste operum suorum fructus recipiat: iuxta illud quod scriptũ est:
Psal.125.a Qui seminãt in lachrymis, in gaudio metẽt. Nobis superior sensus magis placet.

Caput VII.

a CVm sanare vellem Israël, & reuelata est iniquitas Ephraim, & malicia Samariæ: quia operati sunt mendacium &c.) Multa sæpe Israel ido lolatriæ accepit vulnera, & maximè illud,

B quando in eremo vituli conflauerunt caput, atque dixerunt:
Exod. 32.b. Isti sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Aegypti. Vn
Ezech.18. g.&.33.c. de ego qui malo pœnitentiã peccatoris, quàm mortẽ, & postea loquor in euãgelio: Non indigẽt sani medico, sed hi qui malè habent: vulnera populi mei sanare conatus
Luc.5.f. sum. Et cùm hæc omni arte tractarẽ, vt miserabilis populus curaretur, subitò extitit Hieroboã de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret, & malicia Samariæ reuelata est, sequentis regẽ impium: operati sunt eñ & rex & populus mendacium, hoc est, idolum. Sicut enim contrarium est simulachrum deo, ita mendacium veritati. Ipse autem rex instar furis ingressus est ad populum Israël, & quasi latrunculus infelicem plebem dei expoliauit auxilio: Et est sensus: Cùm vellem vetera populi mei peccata delere, propter antiquam idololatriam: Ephraim & Samaria noua idola repererunt. Sed & hoc dici potest, quòd domino saluatore post effusionem sanguinis sui, & ecclesiam suam tam de Iudæis quàm de gentibus congregatam, volente populi peccata sanare, & eos ad pœnitentiam reducere: subitò Ephraim, qui vbertatem falsorum dogmatum repromittũt, & populus Samariæ qui se dicit dei præcepta seruare: surrexerunt & operati sunt idolum falsorum dogmatum, & per illos ingressus

C est fur & latro diabolus in ecclesiam: siue ipsa doctrina hæreticorum ingressa est, quasi fur & latrunculus: de
Ioan.10.b. quibus saluator dicit in euangelio: Omnes qui venerunt ante me, fures fuerunt & latrones. Fures insidiantur, & occulta fraude decipiunt. Latrones audacter aliena diripiunt. Qui enim furantur, nocte furantur & in tenebris: Vnde significanter ait, quòd fur ingressus clàm sit, & latrunculus expoliet foris: Non enim possunt expoliare veste Christi quos docuerunt, nisi eos de ecclesia foras eduxerint, & in peruersa doctrinarum suarum via fecerint ambulare. Fures & latrones qui venerunt ante dominum, non Moysen & prophetas, qui semper saluatoris ore laudantur: sed pseudoprophetas debemus accipere, & postea hæreticos, qui non missi sunt à domino, sed sua voluntate venerunt. b ¶ Et ne dicant in cordibus suis, omnis maliciæ eorum me recordatum &c.) Ne forsitan, inquit, dicant in cordibus suis: vetera nobis deus peccata restituit, & patrum delicta persoluimus:
Hiere. 31.e. illi comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, idcirco quæ nunc & in præsentiarum me videnter fecerũt, & quotidie faciunt, sequenti sermone nar-

rabo, & ostendam illis adinuentiones suas, siue cogita- D
tiones, quibus mala studiosissimè consectati sunt, & quæ me præsente gesserunt, non timentes faciem meam. Quod aũt in Septuaginta legimus, vt cõcinant quasi canẽtes in cordibus suis: ad illud referendũ est: quòd ideo

Caput VII.

a CVm sanare vellem Israël, & reuelata est iniquitas Ephraim, & malicia Samariæ: quia operati sunt mendacium, & fur ingressus est, spolians latrunculus foris.

b HEB. Et nẽ dicant in cordibus suis omnis maliciæ eorum me recordatum: nunc circundederunt eos adinuẽtiones suæ: coram facie mea factę sunt. c In mãlicia sua lætifica uerunt regem, & in mendacijs suis principes. d Omnes adulterantes quasi clibanus succẽsus à coquente: quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermentaretur totũ. e Dies rẽgis nostri: cœperunt princi-

SEP. Vt concinant quasi canentes in cordibus suis, omnes malicias eorum recordatꝰ sum: nũc circundederũt eos cogitationes suæ, contra faciem meã factę sunt. In malicijs suis lætificauerũt reges, & in mẽdacijs suis principes. Oẽs adulterantes quasi clibanus ardens ad coquendũ in deustionem flammæ à cõmixtione fermẽti, donec fermẽtaret totũ. Dies regũ vrorum. Cœperunt princi-

furingressꝰ, siue latrũculus expoliauerit foris, ne in pristinis diuitijs & vestibꝰ pmanẽtes, repellerent furis latronisq; consensum: sed cùm spoliati fuerint cõcinant cum eis, & vno corde afficiantur, idcirco recipient quæ fecerunt, & omnes cogitationes eorum vel opera, meum non merebuntur aspectum. Hęretici quoque non possunt vetera contra deum peccata causari, cũ quotidie antiquis operibus nouam addant impietatem, & cũ perditis pereãt, suisq; ligentur erroribus, & cùm E
deũ se cælare putent, oculos eius vitare non valeant c ¶ In malicia sua lætificauerunt regem, & in mendacijs suis principes.) Exponit quæ coram facie eius fecerunt: In malicijs suis lætificauerunt regem Hieroboam, & in mendacijs suis principes qui sub Hieroboam populo præfuerant. Hæretici quoque in malicia operum suorum lætificanerunt regem diabolum, & in mendacijs dogmatum peruersorum principes: haud dubium quin mundi huius: quorum falsam sapientiam destruit deus. Possumus regem apud hæreticos dicere, qui primus hæresim reperit, & principes eos qui præpositi hæreticorum populis, falsum sibi vendicant sacerdotium. Et simul notandum, quòd in peccatis nostris gaudeant contrariæ fortitudines & rectores ac principes tenebrarum istarum. d ¶ Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente &c.) Qui in malicia sua lętificauerunt regem, & in mendacijs F
suis principes: omnes adulteri sunt, & instar clibani ab Hieroboam idololatriæ igne succensi, vt panem coquerent impietatis, qui cùm erroris in animas eorum misisset incẽdium: quasi caminus & clibanus primò igne succensus, paululum conquieuit: vt non vim faceret populo, sed suæ eum dimitteret voluntati, donec fermentaretur omne mendaciũ: quicquid eñ necessitate fit, citò soluitur: quod volũtate arripitur, perseuerat. Ideo & hic quia „
„
translationem à clibano sumpserat, qui ad coquendos panes succenditur: seruat in reliquis, vt in cõmixtione fermenti totius populi monstret assensum: quò scilicet & rex & populus pari in idololatria ardore corruerint. Hæreticorum corda diaboli igne succensa, vt in eis panes coquãtur Antichristi, nemo ambigit: qui idcirco primùm quiescunt in ecclesia, & loquuntur occultè, & omnia pacificare promittunt: vt cancer paulatim serpat in populos, & fermentum doctrinæ eorum (quod & dominus intelligens loquit: Cauete à fermento pharisæorum) Matt.16.a
cũ intumuerit in cordibus deceptorũ: tunc in apertã prorũpunt insaniã, & impletur in eis qđ à Ioanne apostolo dicit: Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim 1.Ioan.2.a
fuissẽt ex nobis, mãsissent vtiq; nobiscũ. e ¶ Dies regis nostri &c.) Obscurus locus & attento lectoris sensu indigens. Vt primũ historiã cognoscamus: Paululũ Israël & Samariæ ciuitas cõquieuit recepto in se erroris ardore, donec tota massa fermẽto similis fieret, & crescret atq;

b Dã eis domine: quid dabis eis? da eis vuluam sine filijs, & vbera

tem, & de suo recessit loco. Auem aũt appellauit, vt velocẽ D in Babylonẽ transitũ demõstraret: Sin autẽ legerimus, quasi auis auolauit gloria eorũ: hoc dicimus q̃ dei ab eis recesserit & auolauerit auxiliũ. Q uodq; sequitur, à partu, & ab vtero, & à cõceptu: dupliciter intelligi potest: vt gloria quę auolauit ab Ephraim, etiam à partu, & ab vtero, & à conceptu eorũ recedat: hoc est deserat filios eorũ, & posteros derelinquat. Aut certè dicimus omnem gloriam Israel habuit in multitudine, & in eo se maiorem arbitratus est Iuda fratre suo: quia ipse decem tribubus, ille duabus prę fuit. Vnde dominus loquitur: quòd etiam si enutrierint filios, & liberorum multitudinem congregauerint, tradentur neci: & tunc eis verum incum- E bat væ, cùm ab eis recesserit deus. Et consequenter exponit, qualis quondam fuerit Ephraim, qui nunc desertus est: tam pulcher, inquit, erat, & sic dei vallabatur auxilio, vt Tyrus quę mari cingitur: vel certè, vt scopulus durissimus: qui fixus in terra, omnes contemnit procellas, & de turbinibus vẽtisq; non curat. Ipse autem, id est, Ephraim siue Tyrus, quæ erat fundata in maris pulchritudine, educet ad captiuitatem filios suos. Multi hoc capitulum ad Azaëlis tempora referunt: qui obse- 4.Reg.6.
dit Samariam, & longo tempore afflixit fame, vt leuius 7.&.8.
arbitrarentur obsessi gladio perire, quàm inedia. Nos autem dicamus iuxta Tropologiam: Ephraim, id est, hæreticos quasi auem de ecclesia recessisse: & omnem habere gloriam in partu, & in vtero, & in conceptu, si multos genuerint filios: quos dominus comminatur etiam si enutriti fuerint puniendos, & punisendos non ab alio quolibet, sed ab ipso domino, quoniam filios fornicationis generarint, & verum illis sit væ cùm deus recesserit ab eis. Simulq; replicat qualis fuerit Ephraim: quando, inquit, in ecclesia erat, ita seculi huius tentationibus, quasi Tyrus maris fluctibus tundebatur, & tamen nihil aduersi poterat su- F
stinere, quia habebat fundamẽtum Christi: super quo ædi- Matt.7.d
ficata domus, euerti non potest. Nunc autẽ filios suos educit ad interfectorem: hoc est, ad diabolum. Et pulchrè dixit educit, id est, de ecclesia facit exire foras. Possumus filios Ephraim, cogitationes pessimas dicere, & cõtraria dogmata veritati: quæ interficit dominus spiritu oris sui, & eos tales liberos habere nõ patitur, & æternò interitui dere linquit. Q uod autem in Lxx. legimus: Caro mea ex eis: Ephraim, quomodo vidi, in venationẽ præbuit filios suos: ita intelligimus: Si Christus caput est corporis, id est, ecclesiæ: omnes nos Christi & ecclesiæ mẽbra sumus. qui ergo de ecclesia recesserit, Christi corp⁹ lacerat: igitur & Ephraim caro fuit & membrum domini Saluatoris. Sed in venationem præbuit filios suos: in venationem autem eorum, de quibus scriptũ est: Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo Psal.123.a
venãtium. Et eduxit de ecclesia liberos suos, ad occisionem, siue ad vulnerandum, vt vulnerentur ab his qui mittunt ardentes sagittas: vt percutiant pariter & exurant. b ¶Da eis domine: quid dabis eis? da eis vuluam sine filijs &c.) Si his quæ deus pro benedictione donauit malè abutamur, & in contrarium quàm ab eo data sunt cõuertantur: expedit vt auferãtur à nobis. Deniq; lingua data est ad laudãdum dominũ deum, & quæ bona sunt eloquenda: si quis ea abutatur

G ea abutatur in blasphemiã, contra hunc psalmista dominũ
Psal.30.c. deprecatur: Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustũ iniquitatẽ in superbia & in abusione. Et in alio loco: Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguã magniloquã. Quia igit Ephraim gloriabat in vtero, & in cõceptu, & in partu, & i populorum multitudine:
Ibi.11.a. propheta dñm deprecatur & dicit: Da eis domine. Sibiq; ipse respondit: Quid dabis eis? & statim infert: Da eis vuluam sterilem, & vbera arẽtia, ne habeãt causas superbiæ, vt in quo sibi gloriari solẽt, in eo confundant. Q d & de magistris cõtrariorum dogmatũ intelligi posse, perspicuum est: qui in populorum multitudine gloriãtur, & in ijs liberis quos nutrierunt ad interitum, vt educerẽt eos de ecclesia & inducerent ad
H interfectorem. Tot enim diabolus iugulat, quot hæretici in errrore genuerint
Sapiẽ.3.a. filios. De istiusmodi anima dicitur: Beata sterilis immaculata, quæ non cognouit cubile in peccato: Beatus est enim vir ecclesiasticus, qui comparatione hæretici in errore filios non procrearit. Et in alio loco legimus: Melius
†al's,q̃ virtutem. est filios nõ habere cũ virtute †. Ex iniquo enim concubitu semen peribit, & cũ longi fuerint tẽporis, reputabũtur in nihilum, & ignobilis in nouissimis erit senectus eorum: fœcunda enim impiorum multitudo ad nihilum est vtilis: neq; eã existimare debemus quòd vuluam sterilem, & vbera arentia corporaliter deprecatus sit. a ¶Omnes nequitiæ eorũ in
1.Reg.10. Galgal &c.) In Galgal Saul vnctus in regem est, Samuele iram dei populo nũciante. Ibi, inquit, exosos habui eos: & sibi regem hominẽ postulantes, à meo imperio recesserunt: Siue quia Galgala idololatrię locus est, vbi omnia scelera cõmiserunt. Verũm quia Galgala interpretatur reuelatio aut
בלגל κυλισμοὶ, id est volutabra: omnes malitias hęreticorũ dicit
I eo tẽpore reuelãdas, cũ eis dederit deus vuluam sterilem & vbera arentia, & viderint ignominiã suã. Et qui se iactabant per superbiã, quòd ad excelsa conscenderint: deuoluẽtur in terrã, siue ad inferos pertrahẽtur. Verè hęretici odio dei digni sunt, qui loquuntur cõtra dominũ mendaciũ, de quibus dicit in cõsequentibus: b ¶Propter malitiã adinuentionum eorũ &c.) Et de hæreticis quidem nõ est dubium, quin de domo dei eiecti sint, & non addat vt diligat eos, quandiu in errore permãserint: omnesq; principes eorum recedentes à deo sunt, siue inobediẽtes, vt Valentinus, Marcion, & cæteri. Possumus principes hæreticorum dæmones dicere, qui verè à deo recesserunt: & appellãtur principes, iuxta
Ioan.14.d quod dominus loquitur in euãgelio: Veniet princeps huius
Ephe.6.b. mundi & inueniet in me nihil. Et Apostolus aduersus potestates, & principatus & rectores tenebrarũ istarum pugnare nos dicit. Quæritur autem iuxta historiam, quomodo de domo sua eiecerit eos, id est decem tribus, cùm in domo dei non fuerint? Sed domum dei, vel terram sanctam appellabimus, in quã introducti sunt: vel falsum nomen Israẽlis: vel quòd ad eos, quasi ad populum dei mittebãtur prophetæ. Quòd autẽ nõ addat vt diligat eos, & omnes reges Israẽl à deo fuerint recedentes, perspicuũ est: vsq; hodie eã permanent in captiuitate. Alij hoc quod scriptũ est, de domo mea eijciam eos: ad regnũ Iuda referri arbitrãtur, quòd & ipsi ducendi sint in captiuitatem. Sed quomodo eis poterit adaptari, nõ addam vt diligam eos, cũ postea Hierosolymã sint reducti, & omnes principes eorũ recedentes: cũ le-

a & vbera arentia. Omnẽs nequitiæ eorum in Galgal: quia
b ibi exosos habui eos. Propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos. Nõ addam vt diligam eos: omnes principes eorum recedentes. (siue inobediẽtes.
c HEB. Percussus est Ephraim: radix eorum exicata est: fructum nequaq̃ facient: quòd & si genuerint, interficiam amãtissima vteri eorum. Abijciet eos deus meus, quia non audierunt eum: & erũt vagi in nationibus.

Caput X

d VItis frondosa Israẽl: fructus adęquatus est ei: secũdum multitudinem fructus sui multipli-

SEP. Doluit Ephraim radices suas: arefactus est: fructum nequaquam affert: quia & si genuerint, interficiam desiderabilia vteri eorum. Repellet eos deus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

Caput X.

VItis frõdosa Israẽl: fructus abũdãs in ea: secũdum multitudinem fructuum suorũ multipli-

gerimus Dauid, Asa, Iosaphat, Ezechiã, & Iosiam reges fuisse K
iustos? Vnde ad Christi tempora transeundum est, quòd in aduentu eius eiecti sint de domo dei, & nequaq̃ saluẽtur vt
Ioan.2.c. Israẽl, sed vt populus Christianus. Vnde & dominꝰ fecit sibi flagellum de funiculis, & eiecit eos de templo: quia domum patris eius fecerãt domum negociationis.

c ¶Percussꝰ est Ephraim: radix eorum exiccata est &c.) Metaphoram sumit ab arbore: cuiꝰ si radices aruerint, fructum afferre nõ poterit, & si paululum fecerit, statim in ipso flore siccabitur. Dicit autem de Ephraim: cuius radix aruit, quia deum in quo fundatus erat perdidit: siue patres suos Abrahã, Isaac & Iacob, in quibus radicem miserat, habere nõ meruit, & propterea fructum iustitiæ nõ faciet: quòd & si fecerit, interficiam, inquit,
amantissima vteri eius, iuxta id quod suprà dixerat: si enu- L
trierint filios suos, absq; liberis eos faciã in hominibus: vnde & abiecit eos deus, & fecit ire captiuos, & erunt vagi in nationibus. Possumus hoc ipsum & de omnibus Iudæis dicere: quorum quia principes à deo recesserũt, cõmouentes populum, vt eum ad mortem expeterent: propterea eiecit eos de domo sua, & non addet, vt vltrà diligat eos: Percussit radicem eorũ & exiccauit, & fructũ vltrà nõ faciẽt: quòd & si fecerint, & visi fuerint scripturã sanctam legẽmq; meditari, & quasi amantissimi filij aliquid scientiæ atq; doctrinæ de suo corde protulerint, aduersante domino succidetur. Abiecit enim eos deus omniũ prophetarũ, quia nõ audierũt eũ, & vagi erunt † in nationibus: nõ habẽtes altare, nõ sedẽ, † al's, errãt
nõ ciuitatẽ propriã. Vnde & Dauid loquitur in psalmo: Ne Psal.58.c.
occidas eos, ne quãdo obliuiscantur populi mei: disperge illos in virtute tua. Et in alio loco: Secũdum multitudine im- Psal.5.c.
pietatum eorum expelle eos, quoniã iritauerũt te domine.
De hac arbore etiã in euangelio legimus: Iam securis ad ra Matt.3.c.
dices arborum posita est. Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonum, excidetur & in ignem mittetur. Hæreticos fructus M
facere nõ posse virtutum: quia dominũ perdiderũt: sup quo iuxta Apostolum radicati esse debuerant & fundati, nemo Ephe.3.d.
dubitet: quòd & si fecerint, & aliquos vteri sui fœcunditate generarint, domino aduersante morientur. Siue quia fructus eorum, sunt vniuersa quę fingunt: & de suo corde generant, arefient & peribũt: & erit cunctis perspicuũ, sicca radicem fruges afferre non posse. Isti abijcientur, imò abiecti sunt à deo: quia nõ audierunt eum dicentẽ: Ne trãsferas terminos Deut.19.d
quos posuerũt patres tui. Et idcirco vagi erunt in nationibus: nunc ad has, nũc ad illas sententias trãseuntes, dum non eis placet, quod semel repererint: sed semper vetera mutãt nouis, & ethnicorum imitantur errores. Caput X.

d VItis frondosa Israẽl: &c.) Pro vite frondosa, Aquila interpretatus est, ἔνυδρον, quã nos aquosam vel ἐξοινον, possumus dicere, eo quòd vini perdat saporem: Symmachus ὑλομένουσαν, quæ tota in frondibus creuerit. Vites quæ putatę à vinitore nõ fuerint, in flagella frondesq; luxuriant, & humorẽ quem debuerant in vina mutare, vana frondiũ & foliorũ ambitiõe dispdũt: istiusmodi vitis dãnosa est agricolis. Talis fuit Israel, crescens in multitudine populorũ, & nõ reddẽs fructus agricolæ deo debitos. Dicamus & aliter. Vitis frõdosa, siue iuxta Lxx. εὔκλιματοῦσα, id est bonas habens propagines, & flagella fructifera, multos botros attulit, & vuarum fœcunditas, ramorũ magnitudinem coę quauit.

A coęquauit:ſed hæc quæ prius talis erat antequam offenderet deum, poſtea abundantiam fructuum vertit in offenſæ multitudinem:vt quanto plures haberet populos,tanto plura ædificaret altaria, & abundantiam terræ numero vinceret idolorum. Pro ſimulachris, Lxx.verterunt στήλας,quas nos ſtatuas, vel titulos appellamus, qui propriè dæmonum ſunt, aut hominum mortuorum.Ita & hęretici dũ eſſent in eccleſia plantati,& creſcerent in domo dei,vocabantur vinea Sorech, & afferebant vberrimos fructꝰ: poſtea verò quãto plures facti ſunt,tanto ſibi multiplicauerunt altaria: vt pro vno altari quod verum eſt, plures erroris ſui aras extruerent:& iuxta vber-
B tatem terræ ſuæ exuberauerũt ſimulachris. Hæreticorum terra fœcunda eſt, qui à deo acumen ſenſus & ingenij percipientes, vt bona naturæ in dei cultum verterent,fecerunt ſibi ex his ſdola. Nullus enim poteſt hæreſim ſtruere, niſi qui ardentis ingenij eſt,& habet dona naturæ quæ à deo artifice ſunt creata. Talis fuit Valentinus: talis Marcion,quos doctiſſimos legimus.Talis Bardeſanes, cuius etiam philoſophi admirantur ingenium. Iſti ergo terræ ſuæ bona verterunt in titulos mortuorum: quia omnis doctrina eorum nõ ad viuentes refertur ſed ad mortuos, tam eos quos colunt,quàm illos quos decipiunt. b ¶Diuiſum eſt cor eorum, &c.) Tradunt Hebræi huiuſcemodi fabulam: ſuſpicionem ſuam ſcripturarum autoritate confirmantes: Quàmdiu & reges & populi pariter vitulos aureos adorabant, & habebant in impietate conſenſum: non venit captiuitas. Extremus rex
4.Regum 17.a. decem tribuum fuit Oſee: de quo ſcriptum eſt, quòd fecerit quidem malum Oſee in conſpectu domini:ſed non ſicut reges Iſraël,qui fuerunt ante eum: cuius nono anno Salmanaſar rex Aſſyriorũ cepit populum Iſraël, & duxit eos in
C Aſſyrios, & habitare fecit iuxta flumen Gozan in ciuitatibus Medorum. Quæritur ergo quare ſub peſſimis regibus capti nõ fuerint: ſed ſub eo qui cœperat ex parte aliqua ad meliora conuerti? Ad quod hæc inferunt:excuſabat ſe primùm populus & dicebat,regum paremus imperijs:nec poſſumus eorum reſiſtere tyrannidi:colimus vitulos quos adorare cõpellimur:in diebus autem Oſee ab eodem rege præceptum eſt,ne tanto ſtudio vituli colerentur, ſed qui vellet iret in Hieruſalem & in tẽplo ſacrificaret deo: huic,aiunt, ſententiæ populus contradixit.Et hoc eſt,quod nunc dicit: diuiſum eſt cor eorum,hoc eſt,regis & populi:& nulla excuſatione remanente, nunc interibunt & tradentur æternæ captiuitati:ſtatim enim vt populus diſſenſit à rege,venit interitus.Quodq; ſequitur:ipſe cõfringet ſimulachra eorum: de deo dicit: arasq; depopulabitur:nõ quòd deus ipſe propria hoc fecerit manu, ſed q̃ p̃ hoſtes voluntas eius expleta ſit. Hæreticorũ inter ſe corda diuiſa, & contrarijs repugnare ſentẽtijs,etiã ipſi nõ negant dũ diuerſa ſentiũt: Vnde diſperdentur & confringet ſiue ſuffodiet dominus ſimulachra vel altaria eorum, quæ de ſuo corde finxerunt, & va-

HEB. multiplicauit altaria:iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſimulachris. Diuiſum eſt cor eorum:nunc interibunt:ipſe confringet ſimulachra eorum: depopulabitur aras eorum. Quia nũc dicent, non eſt rex nobis: non enim timemus dominum: & rex quid faciet nobis? loquimini verba viſionis inutilis,& ferietis fœdus: & germinabit quaſi amaritudo iudicium ſuper ſulcos agri.

Vaccas

ſtabit titulos quibus ſinguli ſuis appellantur nominibus, & D vocauerunt nomina ſua ſuper terras ſuas,vt nequaquã Chriſti eccleſiæ, ſed illius vel illius eſſe dicantur. b ¶Quia nunc dicent,nõ eſt rex nobis &c.) Poſtquã confregerit deus ſimulachra Iſraël,& depopulatus fuerit aras vel ſtatuas eorum,& extrema captiuitas venerit:dicent,nõ eſt rex nobis. Et ne in longum tempus putent ſententiã protelari,addidit:Nũc dicent,quãdo vaſtãtur, quãdo ſentient Oſee regem vltimum à ſe eſſe ſublatũ, ideo rex ablatus à nobis eſt:quia non timuimus dominũ verum regem: homo enim rex prodeſſe quid poterat? dicite quid vultis,errores veteres ſuſpirate: pollicemini vobis proſpera quæ vertentur in E contraria:fœdus ferietis,nequaquam cũ deo, ſed cum mendacio: Et poſt fœdus, quod Lxx. interpretati ſunt,teſtamentum:germinabit vobis,nõ ſeges fœcunda frumenti, non ſaltem iumentorum cibos,hordeum, nõ legumina varia,non vites quæ fructus ſuos in muſta deſudant: non poma arbores germinabunt,quæ humorem terræ in varios mutant ſapores:ſed orietur vobis amaritudo,imò amaritudinis iudicium:ſiue ἄγρωσιν, quam Latinè in gramen vertimus. Eſt enim genus herbæ calamo ſimile, quæ per ſingula genicula,fruticem ſurſum & radicem mittit deorſum: rurſuſq; ipſi frutices & virgulta alterius herbę ſeminaria ſunt: atq; ita in breui tempore ſi non imis radicibus effodiatur, totos agros veprium ſimiles facit. Deniq; etiam ſi ſicca eius aliqua pars,dũmodo genicũlum habeat,ſuper cultã terram ceciderit: omnia replet gramine. Hæc diximus iuxta Lxx. interpretes,cęterũ in Hebraico ראש ſcriptum habet:quod in amaritudinem vertitur: hoc eſt, amaritudinis iudicium, de quo & dominus loquitur in euangelio: In iudicium ego Ioan.9.g. in mũdum iſtum veni:& de alijs ſcriptum eſt,quòd recipiat amplius iudiciũ. Diſcipuli quoq; cõtrariorũ dogmatũ cùm Mar.12.d. eorum fuerint contrita mendacia,& aræ lucíq; ſubuerſi,ſe- F rò dicent: Nõ habemus reges qui nobis prius imperauerãt, quibus decipientibus,dominũ nõ timuimus:quid enim nobis profuit illos ſequi quorum in neceſſitate nõ ſentimus auxilium?Hæc loquẽtur querentes aliquã excuſationẽ,vt nõ per ſe ſed per doctores peſſimos erraſſe videant. Vnde & Lxx. verba eorũ,excuſationes falſas tranſtulerunt:quas propheta deuitat,dicens: Ne declines cor meum in verba malitiæ,ad Pſal.140. excuſandas excuſationes in peccatis: libenter vitijs noſtris a. applaudimus: & ſuperati voluptatibus, obtendimus carnis infirmitatem,aut dura maiorum imperia: vnde verba & viſiones hæreticorum inutiles erunt. Et ferient fœdus,nequaquam cum deo,ſed cum amaritudine, quæ cùm dies iudicij aduenerit,germinabit ſuper ſulcos agri eorum, vt qui ſeminauerũt in gaudio,metant in lachrymis:qui riſerunt, fleant: qui habuerunt conſolationem,lugeant.

Comentarij ſecundi in Oſee prophetam finis.

G K

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN TERTIVM LIBRVM COMmentariorum in Oſee, ad Pammachium, proœmium.

NOn ignoro Pammachi, difficillimũ me duodecim prophetarũ opus cudere: certè interpretatũ Latinis, & quod magis temeritatẽ noſtrã poſſit arguere, q̃ ſcientiã prodere. Sed quia tibi hortanti, imò imperanti, negare nihil poſſumus: & pro offerentiũ viribus in gazophylacium dei, multorũ diuitias, duo mulieris pauperis æra ſuperarũt: quicquid poſſumus, primũ deo, deinde tibi qui dei es, ſoluimus: illiuſq; ſemper verſiculi recordamur: Pollio & ipſe facit noua carmina. Cumq; apertũ fautorem pro iure amicitiæ eſſe te gaudeã: tacitũ eruditionis tuæ iudicium pertimeſco: magisq; te laudantem quàm aduerſarios detrahentes metuo. Illis eñ æmulatio detrahit fidẽ, & non tam iudices quàm accuſatores vocandi ſunt. Tu autẽ qui diligis, nequaquã perſonarũ, ſed rerũ promis ſententiã: quãquam & amor recipiat errorem, pulchrũq; ſit illud Θεοφράσου, quod Tullius magis ad ſenſum, quàm ad verbum interpretatus eſt, τυφλὸν δ' φιλῶν πρὸς τὸ φιλούμενον, id eſt, amantium cæca iudicia ſunt. Attamẽ in iſtam partem peto magis vt labaris, nõ odio ſed amore. Tertium in Oſee prophetã dictamus librũ, & ad vaccas Bethauen vſq; peruenimus: nobisq; interpretationis vela pandentibus, tu debes propheticũ illud dicere: A quatuor ventis cœli veni ſpiritus: vt celeri curſu varios inſidiantium ſcopulos tranſeuntes, merces dominicas, ex omni parte ſæuiente naufragio, ad portus tutiſſimos perferamus. Luc. 21.a

Ezec. 37.e

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI cõmentariorum in Oſee prophetam Liber Tertius.

H

a VAccas Bethauen coluerunt &c.) Quæ ſit Bethauen: pro qua Lxx. tranſtulerunt, domũ ὤμ, & qui ſit rex Iarib, qui interpretatur vltor, ſuprà plenius diſputauimus. In Bethauen igit, id eſt Bethel, vaccas aureas coluerunt habitatores Samarię: quas cũ irriſione nõ vitulos ſexus maſculini, ſed vaccas, id eſt, fœminas appellauit: vt videlicet Iſraël nõ ſolum deos vitulos, ſed deas vaccas coleret. Et vt oſtenderet vaccas Bethauen, vnum in Bethel vitulũ ſentiendum: nõ intulit: I luxit ſuper eis populus: ſed, ſuper eo: id eſt, vitulo aureo. Si autem luxit populus, quare æditui eius ſup eo exultauerunt? Tradũt Hebræi vitulos aureos à ſacerdotibus furtò eſſe ſublatos, & pro his æneos & deauratos repoſitos. Cũ igitur lugeret populus tẽpore neceſſitatis & anguſtiæ: etiã vitulos aureos inter munera cætera Aſſyrijs regibus & maximè regi Sennacherib ab Iſraël rege eſſe directos, exultabant æditui, quòd fraus eorũ nequaquã poſſet argui vel deprehendi. Et hoc eſt quod ait: ędituí eius, id eſt, vituli, ſuper eo exultauerunt in gloria populi: hoc eſt, in vitulo quem habebant pro gloria: quia migraſſet ab eo, id eſt, à populo, & tranſlatus eſſet ad Aſſyrios. Et vt ſciamus, inquiũt, hoc eſſe quod dicitur, perſpicuè ſequens verſus oſtendit: Siquidem ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori: ſtatimq; ſequitur: Confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſraël in voluntate ſua: ſiue, in conſilio ſuo. Deprehenſa eñ fraus deauratorũ vitulorũ, regi Iſraël literis indicatur: & vnde ſe placere æſtimauerant, inde vel maximè confunduntur, & offendunt eos quibus munera miſerant, æſtimãtiũ nõ furto ſacerdotum, ſed fraude regum atq; conſilio hoc eſſe perfectũ. Legimus in Regũ volumine, regẽ Iſraël Manahẽ, regi Aſſyriorum Phul mille argenti talenta miſiſſe, vt eſſet mãnus eius L cũ eo: id eſt, vt ei præberet auxiliũ: inter quæ nonnulli arbitrantur etiã vitulos aureos eſſe directos. Pro Iarib in præſenti loco Symmachus interpretat⁹ eſt ὑπερμάχοντι, id eſt

יָרֵב

HEBRAEI.

a VAccãs Bethauen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eum populus eius: & æditui eius ſuper eum exultauerũt in gloria eius: quia migrauit ab eo. Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori: confuſio Ephraim capiet: cõfundetur Iſraël à voluntate ſua. b Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumã ſuper faciem aquæ, & diſper-

SEPTVAGINTA.

APud vitulum domus ὤμ morabunt qui habitãt in Samaria: quia luxit populus eius ſup eum. Et ſicut iritauerũt illũ: gaudebunt ſup gloria eius, quia tranſlata eſt ab eo: & ipſum in Aſſyrios ligãtes: tulerunt munera regi Iarib in domo. Ephraim ſuſcipiet cõfuſionẽ: cõfundetur Iſraël in cõſilio ſuo. Proiecit Samaria regẽ ſuũ ſicut cremiũ ſuper faciem aquæ: & auferen-

preſuli & defenſori. Iuxta ſpiritalẽ intelligentiã laborandũ eſt, quomodo oía hęreticis coaptemus: Vaccas Bethauen, ſiue domus ὤμ, q̃d interpretatur labor, coluerunt hæretici: qui ſe in cuſtodia mandatorum dei, hoc eſt, Samaria habitare iactabant: dieq; iudicij qñ germinabit quaſi amaritudo iudiciũ ſup ſulcos agri lugebit ppl's ſup eum: hoc eſt ſup vitulum, & ſup dogma puerſum: q̃d putabat deum: Sed & æditui, nõ dixit, exultabũt: ſed, exultauerũt: ad pręteritũ tẽp⁹ refe- M rẽs ſup gloria ſua, qua quondam glorioſa conſinxerant: eo quòd migraſſet ppl's à deo: ſiue q; ipſa gloria dei migraſſet à ppl'o, à quo fuerat derelicta. Quicqd autẽ loquunt hæretici, & pulchro ſermone cõponũt, mittũt munera regi ſuo diabolo, ad illum cũcta referẽtes: vnde cõfuſio eos capiet in ęternũ & cõfundent in voluntatib⁹ ſuis. Quidã & ſuprà & in pręſẽti loco in cõmẽtarijs ſuis ſcriptũ reliquit: regẽ יָרֵב, id eſt vltorẽ, Chriſtũ intelligendũ. Q d nobis oino diſplicet. Impiũ eñ eſt qd iuxta hiſtoriã intelligit de rege Aſſyrio: iuxta Tropologiã ad Chriſtũ referri. b ¶Tranſire fecit Samaria regẽ ſuũ quaſi ſpuma &c.) Pro ſpuma quam Lxx. & Theodotion φρύγανον, id eſt, cremiũ, tranſtulerũt: aridas herbas, ſiccaq; virgulta quæ camino & incẽdio pręparãtur Symmachus poſuit ἐπίζεμα volens oſtẽdere feruẽtis ollæ ſuperiores aquas & in ſpumã bullaſq; ſurgentes, quas Græci κομφόλυγας vocant. Sicut igitur ſpuma, quæ ſuper aquã eſt, citò diſſoluitur: ſic regnũ decẽ tribuũ velociter finiet, & peribũt excelſa, id eſt בָּמוֹת de quibus ſcriptũ eſt: Verũtamẽ adhuc populus immolabat & adolebat in excelſis. Ipſa autem excelſa אָוֶן ὤμ ſunt ſiue id eſt, 1. Regum. 22. f.

A id eſt,idoli,quod interpretatur inutile: quod idolum & inutile,peccatum eſt Iſraël. Diſſipato autem idolo & excelſis eius, a ¶Lappa &c.) Signũ vltimæ ſolitudinis,vt ne parietes quidẽ & extrema ædificiorũ veſtigia relinquãtur. Eo tẽpore dicẽt mõtibus,operite nos &c. Quod dñs in vltimo tpe captiuitatis Iudaicæ dicit eſſe cõplendũ. Quicqd ergo nunc cõtra decẽ tribus,ſiue cõtra oẽm dicitur Iſraël: ſciamus τυπικῶς etiã ad totum populũ poſſe trãsferri: vt quãdo Romani ceperint Hieruſalem, & ſubuerterint tẽplum: ſiue cũ iudicij dies venerit, vt alij ſuſpicantur: dicãt magno horrore metuẽtes,montib⁹: operite nos: & collibus,cadite ſuper nos: mori magis optantes q̃ cernere quæ afferunt mortẽ. Sed & ſpiritalis B nequitiæ Samariæ:quæ ſe à populo dei diuiſerat,fecit regem ſuum tranſire velociter, ſermonẽ videlicet hæreticorũ,atq; doctrinã quaſi ſpumã,ſiue cremiũ ſuper faciem aquæ:quorum aliud dum videtur,repentè diſſoluitur: aliud facile eſt tollere de aquarum ſummitatibus & in ignẽ mittere. Tales ſunt hæretici ſpumãtibus verbis tumentes:& arſura præcepta Chriſti baptiſmati ac ſermonibus illius cõmiſcentes. Quę omnia pertranſibunt:& verba magnifica in quibus laborauerunt,quod interpretatur ὦμ, illicò diſpergentur: in quibus peccauit Iſraël: tãtáq; erit ſolitudo doctrinæ peſſimæ: vt ſpinæ & tribuli aſcẽdant ſuper aras eorum. Spinas & tribulos ibi naſci,vbi agrorũ nulla cultura eſt: omnibus patet. Iſtæ ſpinæ ſunt quæ ſuffocant ſementẽ: & creſcere nõ ſinunt quæ naſcuntur in manu temulenti: quas pro vua fecit Iſraël. Dominus eñ expectauit vt faceret vuas:& fecit ſpinas,ſiue labruſcam habentem vuæ ſimilitudinẽ: & amaro guſtu veſcentiũ ora torquentẽ. Ideo cùm iudicij tẽpus aduenerit:& fuerint cuncta ſubuerſa: dicent montibus, quos prius excelſos putabant: & magiſtris quondam ſuis: operite nos: collibuſq;,cadite ſup nos. Sed quia in montibus poſuit, operite nos: & in collibus,cadite: ſacratius aliquid C explanandum eſt. Montibus,id eſt,ſanctis qui veram habẽt Pſal.31.a. & nõ fictam altitudinẽ,dicent: operite nos: Beati enim quorum opertæ ſunt iniquitates. Et collibus qui nõ habent altitudinem naturalem,quos dudum putabant habere aliquid ſummitatis,loquentur: cadite ſuper nos: montes enim operient,& colles cadent: hęc autẽ fient prę pauore & incredibili formidine,per quã & montes & colles humiliabuntur.

b ¶Ex diebus Gabaa peccauit Iſraël &c.) Ex eo die quo Iudic.19.f vxorem leuitæ turpiter atq; crudeliter interfecit Beniamin in vrbe Gabaa: peccauit mihi omnis Iſraël: nõ quia vltus eſt iniuriam,& ſcelus ſanguine vindicauit: ſed quia dolore maritali proſiliuit ad pugnam, & ſacrilegiũ in deũ ſuũ noluit vindicare: eo ꝙ in domo Michę Ephod & Theraphim quę pro idolis adorabãtur neglexerint. Hìc igit ſtetit Iſraël: ibi ſuum repreſſit gradũ ne vltrà ambularet in vijs dñi: idcirco nõ eos cõprehẽdet ꝓpter Gabaa prælĩũ,ſiue captiuitas,ſicut ipſi putãt: ibi eñ bene fecerũt vt ꝓſequerent filios iniquitatis: ſed corripiã,inquit,eos atq; erudiam tota animi mei voluntate, & cõgregabo aduerſus illos populorũ multitudinẽ, quia duas fecerunt iniquitates,vindicando hominem, & dei ſui iniuriam negligendo. Siue duas iniquitates: quia primũ peccauerunt in idolis Michæ: ſecundò in vitulis Hieroboam, vel certè duos vitulos Samariæ in Dan & Bethel, poſſumus duas iniquitates appellare: de quibus & Hieremias Hier.2.c. loquitur: Duo peſſima fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt ſibi lacus contritos, D qui non poſſunt aquas continere. Hæ duæ iniquitates contra duo decalogi erupere præcepta: in quibus dicitur: Ego Exo.20.a. dominus deus tuus: non erunt tibi dij alij abſq; me. Septuaginta Gabaa, colles interpretati ſunt. A diebus ergo collium peccauit Iſraël: quando montes eccleſiæ dereliquit, & ad colles ſiue cliuos deſcendit hæreticos: doctiorem ſe putãs quàm eccleſia eſt, & ſublimius aliquid reperiſſe: ibi ſteterunt, hoc eſt in errore perſeuerauerunt. Quod q; ſequitur: Non comprehẽdet eos in colle prælium: quidam ſic interpretati ſunt: Quia genuerũt filios iniquitatis, & de eccleſia recedentes, cœperũt eſſe in collibus: cùm perſecutio aduenerit, nõ eos E comprehẽdet prælium, diabolo ſuos impugnare nolente. Alij ita: quoniam ex diebus collium peccauit Iſraël, & ibi ſtetit & vltrà ambulare non potuit: nõne oportet eum in collibus à prælio comprehendi? Nõne debent pugnare aduerſus eum viri eccleſiaſtici, vt illos deſtruant ſuper filios iniquitatis? qui ſi fuerint comprehenſi & ſuperati, vltrà generare non poterunt. Simul q; dominus pollicetur quòd corripiat eos atque eruditat: vt cùm ſuperati fuerint magiſtri, congregentur aduerſus eos diſcipuli ſui, quos antè deceperant, & videant correptionem propter duas iniquitates, quia & eccleſiam fontem domini reliquerunt, & foderunt ſibi lacus contritos, ſpeluncas ſcilicet hæreticorum: qui non poſſunt aquas, id eſt, doctrinam ſaluatoris & ſacramentum baptiſmi continere.

c ¶Ephraim vitula ſiue vacca &c.) Etenim quod Hebraicè dicitur עֶגְלָה, id eſt μόσχος, & δάμαλις, vtrũq; ſignificat. Locus iſte imò omnia quę hoc capitulũ ſequũtur, magnis obſcuritatibus inuoluta ſunt. Vnde & nos qui explanare conamur, & prudens ſimul lector attendat, vt ſi non veritatem, quod difficillimũ eſt, ſaltem ſuſpicionẽ veriſimilium inueſtigare valeamus. Hanc habet cõſuetudinem ſermo diuinus, vt per tropologiam & Metaphoram, hiſtoriæ exprimat veritatem. Igitur Ephraim ſimilis eſt vaccæ vel vitulæ, F quæ à iuuentute ſua didicit aream terere, & ferreos orbes ſuper aceruos ſegetũ trahere vt paleæ à tritico ſeparentur: & nõ ſolum didicit, verùm nimia cõſuetudine cœpit amare quod docta eſt. Et ego, inquit, tranſiui ſup pulchritudinem colli eius. Verbũ Hebraicũ עָבַרְתִּי, id eſt, tranſiui, maximè quãdo à deo dicit, ſemp plagas & aduerſa ſignificat: Deniq; & exterminator in Aegypto tranſiſſe memoratur. Quia Ephraim vacca vel vitula diligit aream terere: ego, inquit, tranſiui ſuper pulchritudinẽ colli eius, & tumentes ceruicũ toros iugo impoſito edomui. Quid memorẽ legis iugum? Ipſe aſcẽdi ſup eã, & me ita laborante, Iudas hoc eſt duę tribus cœperũt arua ſcindere vomere, & in ſulcos terrã reclinare. Portante autẽ iugum Ephraim, & arãte Iuda: cõfregit ſibi ſulcos Iacob. Hìc Iacob ad diſtinctionem Iſraël & Iudæ duodecim trib⁹ intelligam⁹: ꝙ cœperint aratris glebas frangere: terrã q; cõminuere: vt emollita recipiat ſementẽ, & fœcunda poſt modicũ ſeges pullulet. Pro tritura vel area, cõtẽtionẽ Lxx. trãſtulerũt: Et eſt ſenſus: Quia Ephraim nõ vult legis recipere iugũ: ego trãſibo & aſcendã ſup pulchritudinem colli eius: vt diſcat cõtentioſa vacca atq; laſciuiẽs laborare qđ nõ vult. Iudas autẽ arabit ſponte ſua: quia habet tẽplũ & moraſ in lege, vt totę certatim duodecim trib⁹ arua prępарent ad ſerendũ. Quod q; ſequit iuxta eoſdẽ Lxx. ſuperponam

SEP. auferentur aræ ὦμ peccata Iſraël. Spinę & tribuli aſcendent ſup altaria eorũ, & dicent montibus, operite nos: & collibus, cadite ſuper nos. Ex quo colles ſunt peccauit Iſraël: ibi ſteterunt: nõ cõprehendit eos in colle bellũ ſuper filios iniquitatis: venit vt corriperet eos: & cõgregabuntur ſuper illos populi, quãdo correpti fuerint in duabus iniquitatibus ſuis. Ephraim vitula edocta diligere contentionem: ego autem veniam ſuper pulchritu-

HEB. diſperdẽtur excelſa a idoli: peccatũ Iſraël: Lappa & tribulus aſcendet ſuper aras eorum: & dicent montibus, operite nos: & collib⁹, cadite ſup nos. Ex b diebus Gabaa peccauit Iſraël: ibi ſteterũt. Nõ cõprehendet eos in Gabaa prælĩũ ſup filios iniquitatis: Iuxta deſideriũ meũ corripiam eos: congregabuntur ſuper eos populi, cùm corripientur ſup duas iniquitates ſuas. Ephraĩm vitula docta diligere triturã: & ego tranſiui ſuper pulchritu-

G perponam Ephraim & reticebo Iudam,roborabitur ſibi Iacob:hic eſſe ſenſus poteſt: Ephraim qui contentioſus eſt,& non vult legis onera portare,imponam captiuitatem:Iudam autem parumper relinquam,& nihil loquar de eo:quicunq; autem tam de Ephraim quàm de Iuda mea præcepta ſeruauerit, roborabitur ſibi & vocabitur Iacob.Secũdum ἀναγωγὴν hoc dici poteſt: quòd Ephraim qui erudit? fuit in lege dei vt tereret aream ſcripturarũ, & meditaretur in ea die ac nocte:cœpit diligere contentionem,& iugum legis abijcere, & contendere contra eccleſiaſticos in ſubuerſionem audientiũ. Vnde dominus eleuatam ceruicem & ſibi ſublimia promittentem:vel iugo premit, vel ipſe tranſiens calcabit pedibus ſuis, & aſcendet ſuper eum: vt

HEB. pulchritudinẽ colli eius, & aſcendam ſuper Ephraim: arabit Iudas: confringet ſibi ſulcos Iacob. Seminãte vobis in iuſtitia: metite in ore miſericordiæ: Innouate vobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cùm venerit qui docebit vos iuſtitiã. Arãſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis:comediſtis frugem mendacij. Quiã confiſus

H ſciat ſe habere dominum. Iudas autem,hoc eſt eccleſiaſticus arabit:in cœpto opere perſeuerans:ſiue reticebo,inquit, Lucæ.5.f. Iudam. Non enim ſani indigent medico: ſed qui malè habent. Iacob verò qui interpretatur ſupplantator, & quotidie ſupplantat vitia atq; peccata: & accipit primitiua fratris ſui,& hæres paternæ poſſeſſionis eſt, & dormit in Bethel,quod interpretatur domus dei: ſulcos glebaſque confringet: vt molli ſinu iactatam ſementem terra ſuſcipiat,& faciat centum modios hordei: ſiue vt habetur in Hebræo, centuplum. Neq; enim credẽdum eſt quòd patriarcha Iſaac hordeo ſtuduerit, & non frumento. Vſq; hodie vir eccleſiaſticus Iacob glebas hiſtoriæ & literæ duritiam confringit in partes, & ſpiritaliter diuidit vt poſſint fruges reddere ſpiritales: Quod quidem & dominum feciſſe legimus: vt quinq; legis panes quos integros populus comedere non poterat in fruſta concerperet:vt per apoſtolorum Lucæ. 9.b manus veſcendos credentibus daret:Quod autem dicit iuxta Lxx.ἐνισχύσει αὐτῷ Ἰακώβ,id eſt,roborabitur ſibi Iacob: oſtendit ſibi omnem laborantem laborare: vt fructus capiat ſempiternos. a ¶Seminate vobis &c.) Seruat ab agricolis ſemel cœptam tranſlationem: Dixerat Ephraim vitulam edoctam triturã areæ amare ac diligere, & ſe

I aſcendiſſe ſuper collum eius,& araſſe Iudam,& confregiſſe ſulcos, ſiue glebas Iacob: Nunc præcipit vt ſeminent ſibi per pœnitentiam, & ſeminent in iuſtitia, id eſt, in lege: Exod.21.c metantq; in miſericordia,id eſt,in gratia euãgelij: Ibi enim Matt.5.f. oculum pro oculo,dentem pro dente: hìc legimus, Qui te percuſſerit in dexteram maxillam: præbe ei & alteram. Cumq; ſeminaueritis in iuſtitia, & meſſueritis in miſericordia:innouate vobis læta nouàlia. Redditq; cauſas cur ſeminent,cur metant: cur innouent læta noualia: Tempus, inquit,requirendi dominum eſt: cùm venerit Chriſtus atque ſaluator qui docebit vos iuſtitiam quam nunc ſperatis in le

Rom.10.a ge: finis enim legis Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni operanti bonum. Pro eo quod nos diximus, metite in ore miſericordiæ:Lxx.tranſtulerunt,vindemiate fructum vitæ:magiſq; ſemini cõuenit meſſio,quàm vindemia: fructus autem vitæ ipſe eſt,qui & lignum vitæ. Et pro eo quod nos poſuimus,innouate vobis nouale, illi verterunt, illuminate vobis lumen ſcientiæ: vt ex operibus atque mandatis legis noticiam habere mereamur: iuxta illud qđ in quodã libro legi-

Eccli.1.d. mus. Deſideraſti ſapientiam: ſerua mandata, & dominus dabit eam tibi. Qui enim mandata in opera verterit,ſeminat in iuſtitia,& metet ex ea fructus vitæ. Vnde & alibi le-

Pſal.18.a. gimus: Mandatum domini lucidum illuminans oculos. Et Eſaias ad dominum dicit: Lux præcepta tua ſuper terram.

Pſal.118. Et in alio loco:A mandatis tuis intellexi. His quoq; qui ab eccleſia ſeparati ſunt, & falſum ſibi Chriſtianorum nomen K aſſumunt:præcipitur vt agant pœnitentiam,& vtrumq; recipiant teſtamentum: in veteri iuſtitiam ſeminent:in nouo metant miſericordiam: & illuminent ſibi lumen ſcientiæ: ſiue innouent ſibi noualia,& requirant dominum,qui docere eos poteſt veram iuſtitiam: falſoſq; magiſtros deſtruant: à quibus non diſcunt iuſtitiam, ſed iniquitatem.

SEP. pulchritudinem colli eius ſupponam Ephraim, & reticebo Iudam: roborabitur ſibi Iacob. Seminate vobis in iuſtitia: vindemiate fructũ vitæ:illuminate vobis lumẽ ſcięti æ, quoniam eſt tempus: quærite dominũ donec veniãt fruges iuſtitię vobis. Quid reticetis impietates,& iniquitates eius vindemiaſtis: comediſtis fructum mendacem? Quia ſperaſti

b ¶ Araſtis impietatem &c.) Cogor contra voluntatem meam ſæpius de Hebræa linguæ proprietatib⁹ diſputare: Neq; enim rhetorum more ſententias repetimus, verba cõſtruimus, & audientes vel legentes in laudes noſtras declamationibus ſuſcitamus: ſed quæ obſcura ſunt: maximè alienæ linguæ hominibus explanare nitimur. Suprà vbi nos interpretati ſumus:arabit Iudas, in Hebraico legitur יַחֲרוֹשׁ per ׳ primam literam: quam Lxx. putantes, L
וחרש interpretati ſunt,& tacebo. Nunc quoq; in Hebreo ſcriptũ eſt חַרְשְׁתֶּם quod nos vertimus,araſtis:pro quo Lxx.tranſtulerunt,quid reticetis:ſimili errore quo ſuprà ſilentiũ pro aratione interpretantes. Eſt autem ſenſus iſte dictorum:Super collum vitulæ Ephraim contentioſæ amantiſq; triturã, ego tranſiui,& ego aſcendi: vt arante Iuda & confringente ſulcos,Iacob tereret aream,& ſolis ferret calorem:Monuiq; eos vt ſeminarent in iuſtitia,& meterent in miſericordia,& facerent ſibi noualia:tẽpusq; requirendi dominũ illud eſſe cognoſcerent: quo venturus eſt qui docebit nos iuſtitiam. Me hæc iubente & volente de lætis noualibus fructus iuſtitiæ ac miſericordiæ accipere: arauerunt impietatem: qua egerunt impiè contra dominum,relinquentes creatorem & colentes idola,& meſſuerunt iniquitatem: de malo ſemine malas fruges recipientes:de quibus fecerunt non ſolum panem ſubcinericium,ſed fraudulentum atq; mendacem: qui vana ſpe deciperet comedentem. Iſtiuſmodi ſunt hæretici: qui arant ſermone compoſito & protegunt vel tacent impietatem:ne impietas eſſe videatur,ſed credatur pietas. Vn de quia dixerunt in corde ſuo,non eſt deus:corrupti ſunt & Pſal.13.a. abominabiles facti ſunt,& meſſuerunt ſiue vindemiauerunt M iniquitates. Quomodo enim radix omnium malorum eſt 1.Tim.6.b auaritia:ſic peccatorum ſcelerũq; cunctorum radix eſt impietas:quã qui arauerit ſiue ſeminauerit,metet iniquitates. Qui igitur arauerunt impietatem,& meſſuerunt iniquitates,comederũt fructum mendacij:omnia quæ falſa ſunt deceptis populis prædicantes: vt non quærant panem verum, qui de cœlo deſcendit: ſed panem mendacij qui ſuffocat & Ioã.6.d.e. interficit deuorantes. c ¶ Quia confiſus es in curribus tuis &c.) Ideo comedetis frugem mendacij: & in cunctis quæ propoſuiſtis ſpes vos vana decepit: quia confiſus es ô Ephraim in vijs idololatriæ tuæ; hæ ſunt enim viæ tuæ,& in multitudine fortium tuorum: non in deo habens ſpem: ſed in exercitus robore: Itaque conſurget tumultus in populo tuo :quod Hebraicè dicitur, שָׁאוֹן id eſt, ſonitus & fremitus vlulantis exercitus:quibus clamantibus,omnes munitiones tuæ vaſtabuntur, & ea quæ munita arbitrabaris & tuta, patebunt hoſtibus, & ſic vaſtabuntur: quomodo vaſtatus eſt atque contritus Salmana princeps Madianitarum,qui interfectus eſt à domo Hierobaal: Haud dubium quin Gedeonem ſignificet: qui ex eo quòd deſtruxit phanum Baal, lucúmque ſuccidit: & ille ſe vindicare non potuit, cognomentum Hierobaal ſortitus eſt: id eſt, vlciſcatur ſe Baal: vt quomodo Salmana interfecit filios coram matribus ſuis,ipſis quoq; matribus deinceps interfectis: Iudic.8.c. Hierobaal

ſic &

A sic & filij tui ô Ephraim te præsente interficientur, qui & ipse trucidãdus es. Quærimus, vbi scriptũ sit, quòd Salmana matrẽ super filijs occiderit. Legimus in Iudicũ libro loquente Gedeone ad principem Madian: Quomodo absque liberis fecit gladius tuus multas matres: ita sine filijs erit inter mulieres mater tua. Sicut igitur vastatus est Salmana ab Hierobaal, quem malè quidam arbitrantur Hieroboam filiũ Nabath, qui decẽ tribubus præfuit & vastatus est: vt in Hebræo continetur ab אַרְבְּאֵל: id ipsum יְרֻבַּעַל significante, qđ & Hierobaal, sed breuiori dissertioríq; sermone: sic fecit vobis ô Israël à facie malitiarum vestrarum Bethel, in qua vitulum aureũ posuistis, & estis venerati Aegyptios deos. Pro B בֵּיתְאֵל quod interpretatur domus dei: Lxx. trãstulerũt οἶκον τοῦ Ἰσραήλ, id est domus Israël, quod in Hebræo penitus non habetur.

Iudic. 8.

HEB. cõfisus es in vijs tuis: ĩ multitudie fortiũ tuorũ cõsurget tumult⁹ in populo tuo, & oẽs munitiões tuę vastabunt: sicut vastatus est Salmana à domo eius: qui vindicauit Baal in die prælij matre sup filios allisa: sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

Caput XI.

a SIcut mane transijt: ptrãsit rex Israël: quia puer Israël: & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filium meum: vocauerunt eos: sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant.

Euasimus vtcunq; de confragosis locis: Nunc in altum vela tendentes, allegoriæ pelagus transeamus. Quia confisus es ô Ephraim in vijs siue in curribus tuis: de quibus scriptum est: Hi in curribus & hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur: & confisus es in multitudine fortium tuorum, quos tibi falsa scientia roborasti: ideo consurget tumultus & sonitus in populo tuo. Quicquid enim loquuntur hęretici, non habent vocem sententias explicantem: sed tumultum clamoremq; & sonitum. Et omnes munitiones tuæ, siue quæ murata sunt, vastabũtur: nõ enim testimonijs scripturarum, sed arte dialectica, & argumentis philosophorum munita sunt atque constructa: Sicut vastatus est quondam Salmana à Gedeone, matre super filijs interfecta: Cuius historiæ & octogesimus secundus psalmus meminit: vbi inter cæteros duces Madian etiam Salmana fuisse commemorat, dicens: Fac eis domine, haud C dubium quin eos significet qui contra dominum inierunt pactum siue testamentum, sicut Madian & Sysare. Et pòst reliqua: Pone, inquit, principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Sebee, & Salmana, omnes principes eorum qui dixerant: hæreditate possideamus sanctuarium dei. Et in hoc eodem psalmo duces hęreticorũ describũtur: qui altare dei sibi vẽdicare conati sunt. Quod q; sequitur: sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum: propriè hæreticorum principibus coaptatur: quòd eis fecerit Bethel quam ipsi vocant Bethel, hoc est domum dei, & falsam ecclesiam: vt sit sensus: Sic vobis faciet ecclesia vestra quam vocatis domum dei: cæterùm ex quo à vobis tenetur, appellanda est Bethauen, id est domus idoli propter multitudinem malitiarum vestrarum. בֵּיתָאֶן

Psal. 19. b.

Caput XI.

a SIcut mane transijt: pertransit rex Israël: &c.) Diuersis figuris eundem explicat sensum. Qui suprà dixerat, transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ: eo quòd spuma & bullæ in aquarum summitatibus natantes celeriter dissoluantur: Nunc eandem rem sub alia ponit similitudine: Sicut enim ortus auroræ & diluculum & principium diei, quod appellatur mane, inter noctis solisq; viciniam transit celeriter: ita vt finiatur nox & claresçat dies: sic rex Israël, id est, decem tribuum, velociter transiet: Exponitq; beneficia quæ in ipsum contulerit deus. Dum, inquit, esset puer & paruulus, & captus in Aegypto teneretur: intantum eum dilexi vt mitterem seruum meum Moysen: & ex Aegypto vocarem filium meum: de quo dixi in alio loco: Filius primogenitus meus Israël. Et quia Israël singulariter quidem dicitur: sed pluraliter intelligitur: quomodo & populus & Ephraim & Iudas: siquidem in numero singulari multus est numerus, qui hoc numero continetur: veteris recordator historiæ: quòd vocauerit quidem eos per Moysen & Aaron, qui vocauerunt eos vt egrederentur de Aegypto: ipsi verò vocati ab eis recesserunt à facie eorum, vertentes eis terga, & mentis duritiam gestu corporis indicantes. Nec eis sufficit vocantes contemnere, nisi immolarẽt Baal E & sculptilibus suis, siue simulachris adolerent incẽsum. Adorasse eos Baal primũ sub Achab rege Israël legimus: qui Sidonij regis filiam Iezabel duxit vxorem: & Babylonium ac Phœnicis idolum transtulit in Samariam. Ergo distantia peccata temporibus, vno sermone coniungit: quomodo primùm vocati sint de Aegypto & appellati filij: deinde in solitudine recesserint à deo: Beelphegor magis colentes, quàm deum: & postea in terra sancta Baalim, & Astaroth, & cæteris idolis seruierint. Et transire hæreticos instar diluculi, & regem eorum diabolum vel hæresiarcham intelligimus: quos in infantia quando crediderunt in ecclesia, & erant paruuli, & Christi nomine censebãtur: dilexit eos deus & vocauit illos de tribulatione & tenebris Aegypti: Vocauit autẽ p Apostolos & doctores ecclesiæ. Cùmq; à meis, inquit, ducibus sint vocati, recesserunt à facie eorum: & adorauerunt Beelphegor, hoc est suis vitijs & libidini seruierunt: & postea immolabãt Baalim & simulachris quæ sibi confinxerãt. Singuli enĩ hęreticorũ habẽt deos suos: & quodcũq; simulauerint, quasi sculptile colunt atq; cõflatile. Pro eo quod nos diximus: Ex Aegypto vocaui filium meũ: Lxx. transtulerũt: ex Aegypto vocaui filios eius: quod in Hebraico nõ habetur: nullìq; dubiũ est Matthęum de hoc loco sumpsisse testimonium iuxta Hebraicam veritatem. Ergo qui detrahunt nostræ translationi, videant † scripturam, de qua euangelista hoc testimonium sumpserit: & interpretatus est in domino saluatore: quando de Aegypto reductus est in terram Israël: & cùm inuenire non quiuerint: desinant rugare frontem, adducere supercilium, crispare nares, digitis concrepare. Hunc locum in septimo volumine Iulianus Augustus quod aduersum nos, id est, Christianos euomuit, calumniatur: & dicit quod de Israël scriptum est, Matthæus euangelista ad Christum transtulit: vt simplicitati eorum qui de gẽtibus crediderãt illuderet. Cui nos breuiter respondebimus: Primũ Matthæum euangeliũ Hebræis literis ædidisse: qđ nõ poterãt legere nisi hi qui ex Hebręis erant: ergo non propterea fecit vt illuderet ethnicis. Sin autẽ Hebræis illudere voluit, aut stultus aut imperit⁹ fuit: stultus si apertũ finxit mẽdaciũ: iperit⁹ si nõ intellexit, de quo hęc dicerẽt. Stulticiã ipsum volumẽ excusat: qđ prudẽter ordinatéq; cõposi tũ est: iperitũ nõ possum⁹ dicere quẽ ex alijs testimonijs scripturarũ scientiã legis habuisse cognoscim⁹. Superest vt illud discamus q̃ ea quæ τυπικῶς præcedunt in alijs: iuxta veritatẽ

D

Exod. 4. f.

E

F

Matt. 2. c.

† al's, dent.

Matthæi euãgeliũ.

G & adimpletionem referantur ad Christum:quod Apostolum in duobus montibus Sina & Sion, & in Sara & Agar feciſſe cognouim⁹. Neq; eñ nō eſt Sina mōs,& nō eſt Sion: non fuit Sara & non fuit Agar, quia hæc apoſtolus Paulus
Gal.4.c. ad duo retulit teſtamenta. Sic igitur hoc quod ſcriptū eſt:
Suprà eodem. Paruulus Iſraël & dilexi eum:& ex Aegypto vocaui filiū meū: dicitur quidē de populo Iſraël:qui vocatur ex Aegypto: qui diligitur:qui eo tempore poſt errorē ido lolatriæ quaſi infans & paruulus eſt vocatus: ſed perfectè refertur ad Chriſtum. Nam & Iſaac in typo
Gene. 22. Chriſti fuit:quòd futurę mortis ligna ſibi ipſe portauerit: & Iacob quia Liam
Geñ.29.d dolētem oculos:& Rachel pulchrā habuerit vxorē. In Lia quæ maior erat,cæcitatem intelligimus ſynagogæ: in Rachel pulchritudinem eccleſiæ: & tamen qui ex parte typi fuerunt domini ſaluatoris,non omnia quæ feciſſe narrant,
H in typo eius feciſſe credendi ſunt. Typus enim partem indicat:quod ſi totum præcedat in typo,iam non eſt typus, ſed hiſtoriæ veritas appellanda eſt. Hæc breuiter vt in cōmentarijs diximus: nunc ad reliqua curramus. a ¶Et ego quaſi nutricius Ephraim &c.)Multū inter ſe Hebraicum & Lxx.interpretum æditio diſſonat. Tentemus igitur iuxta Hebręos hiſtoriā:iuxta Lxx.ἀναγωγὴν texere. Q ui ſuprà dixerat:puer Iſraël & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filiū meū:& poſtea intulit quòd perpetrauerit nefas, Baalim immolabant & ſimulachris ſacrificabāt:Nunc narrat quo Iſraël amore dilexerit,ſecundū illud quod in Deu-
Deu.1.c. teronomio legitur:Portauit te dominus deus tuus,vt ſolet homo geſtare paruulum filiū ſuum,in omni via per quam ambulaſti,donec venires ad locum iſtum. Et in alio loco:
Ibi.32.b. Expandit alas ſuas & aſſumpſit eum, atq; portauit in humeris ſuis. Ego,inquit,qui pater eram, nutrici⁹ factus ſum: & paruulum meū in vlnis meis ipſe portabā, ne læderetur in ſolitudine:& ne vel æſtu vel tenebris terreretur, in die
Exod.13.d nubes eram, in nocte ignis columna: vt quos protexeram, meo illuſtrarem & ſanarem lumine:cūq; peccaſſent & fe-
Exod.13.b ciſſent ſibi vituli caput,dedi locum pœnitentię:& ignorauerunt quòd curarē eos, & vulnus idololatriæ quadraginta annorū ſpacio obducerē,& priſtinæ redderem ſanitati.
I Curaui autem eos propter funiculos & vincula charitatis: quibus mihi Abrahā, Iſaac & Iacob aſtrinxeram. Pro Adā enim Aquila & Symmachus & Lxx.& Theodotio, homines tranſtulerunt:vt dicerent,in funiculis hominū traham eos,in vinculis charitatis. Q uodq; ſequitur: Ero eis quaſi exaltans iugum:pro quo interpretatus eſt Symmachus: & putauerūt quòd imponerem iugum ſuper maxillam eorū: dupliciter accipitur: Aut abſtuli ab eis iugum cunctarum per circuitum nationum:aut legem meam quaſi grauiſſi-
Exod.16. mum iugi pondus arbitrati ſunt. Et dedi eis eſcam manna in deſerto quo veſcerentur,hoc eſt enim,quod ait,declinaui ad eum,vt veſcerer: pro quo interpretatus eſt Symmachus:& declinaui ad eū cibos:Non quòd deus ad eum declinauerit:ſed quòd cibū mannæ ad eum fecerit declinare. Aliter:Intantū dilexi eos:& tam clemēs paſtor fui:vt mor-
Lucę.15.a bidam ouem humeris meis ipſe portarem: ipſi verò ignorauerunt quòd mea illos paſſione curarem: & qui amator ſum omnium hominū,traherem eos ad credendum in vinculis charitatis:iuxta illud quod in euangelio ſcriptū eſt:
Ioan.6.c. Nemo venit ad me,niſi pater qui miſit me traxerit eū. Et arbitrati ſunt iugum meū leue,eſſe grauiſſimum: & declinaui ad eos deſerēs regna cœlorū: vt cum eis veſcerer aſſumpta forma hominis: ſiue dedi eis eſum corporis mei: ipſe & cibus & conuiua. Tranſeamus ad intelligentiā ſpi-

a HEB.ſacrificabāt. Et ęgo quaſi nutricius Ephraim, portabā eos ī brachijs meis: & neſcieſt quòd curarē eos. In funiculis Adā trahā eos:in vinculis charitatis. Et ero eis quaſi exaltās iugum ſuper maxillas eorum: & declinaui ad eū
b vt veſcereſ. Nōn reuertet in terram

ritualem,iuxta Lxx.duntaxat interpretes:ne ſi vtrumq; & K
ſecundū hiſtoriā & ſecundum ἀναγωγὴν, voluerimus exponere,tendamus libri magnitudinem: Illis immolantibus Baalim quæ de ſuo corde finxerūt:& me vocāte fugiētibus à facie mea:ita enim in Lxx.cōtinetur: Ego clementiſſim⁹ dominus ligabam pedes Ephraim,ne à me longuis fugerent: hoc enim ſignificat σωιπόδησα:ligabam autē teſtimonijs ſcripturarum, & diſputatione magiſtrorū eccleſiæ: vt ligatos per patientiam ſuis brachijs cōtineret,non intelligētes quòd patiētia dei ſalutis eorū eſſet occaſio: Vnde in corruptione hominum,videlicet magiſtrorū,qui eos deceperant contractos perfidiæ frigore,extendi calorēm fidei:& quaſi repugnantes vinculis meæ dilectionis aſtrinxi. Et quia non ſua ſponte currebant:ſed vincti funibus trahebantur: paulum maxillas eorū alapis verberaui:non puniēs,ſed corrigens & emendans. Iudex lacerat carnes, torquet funiculis,flagellis atq; ignibus cruciat. Q ui autem pater eſt: la- L
ſciuientem filiū palma percutit manus. Et pulchrè nō dixit:ero eos alapis verberans,ſed quaſi homo maxillas manu percutiens:Percutit autem deus filios aberrantes comminatione pœnarū,euangelica lectione,& teſtimonijs prophetarum. Cumq; ſic percuſſerit in maxilla,vt hæreticum panem atq; doctrinā excutiat de ore polluto:tunc reſpicit
Pſal.85.c. ad eum dicente ſibi filio verberato:Reſpice in me & miſe-
Ibi.12.a. rere mei. Et iterum: Reſpice & exaudi me domine deus meus. Cumq; eos reſpexerit, præualebit ſiue proderit eis: id eſt,ſuperabit aduerſarios: & de fugitiuis ſeruos faciet. Siue dabit eis verum & dulcem cibum, qui prius hæreticorum mendacia & cibos amariſſimos deuorabant.
b ¶ Non reuertetur in terram Aegypti &c.)Q uando dicit:non reuertetur in terrā Aegypti:oſtendit quòd reuerti cupiat,ſed ire non poſſit. Reuerti autem cupiebat Iſraël ab Aegyptijs auxilium efflagitans: ſed poſſeſſus eſt ab Aſſyrio:qui cepit eum & dominatus eſt illius iure victoris: & hoc paſſus eſt:quia conuerti noluit,nec agere pœnitentiā. Vel certè dicamus, quòd reuerſus ſit in terram Aegypti: quando Aegyptios in terra ſancta adorauit deos, vel illo ſenſu accipiendum quo ſuprà dictum eſt: Aegyptum inuocabant:ad Aſſyrios abierunt. Cœpit itaq; gladius in ciui- M
tatibus eius:ſiue irruet: vt interpretat⁹ eſt Aquila:aut vulnerabit,vt Symmachus tranſtulit. Et vide quātum pondus ſit miſeriarum,vt nō agri vel poſſeſſiones ac rura vaſtentur:ſed medias ciuitates hoſtis introēat, & conſumat electos eius, ſiue brachia illius: vt interpretatus eſt Symmachus,quod Hebraicè dicitur, זְרֹעָיו, Cùmq; cōſumpſerit gladius electos,& principes,ſiue robur exercit⁹:& deuorauerit vel capita vel conſilia eorum, vt nō poſſint aliquod inuenire præſidium:tunc plebs miſerabilis quæ ad me reuerti noluit,meum ad ſe reditum præſtolabitur: & ſerò aget pœnitentiam,hoſtibus cuncta vaſtantibus: Itaq; quia peccata grandia grandibus ſunt punienda ſupplicijs: imponent eis qui derelicti fuerint de populo (rege eorum ac principibus Aſſyrio mucrone truncatis) iugum grauiſſimum ſeruitutis: & imponent pariter quod non auferetur iuxta literam: niſi ſpiritualiter tollatur in Chriſto. Iuxta Lxx, habitabit Ephraim in Aegypto: terram ſanctam ſe habere dicens, & eccleſiam domini ſaluatoris: ſed vitijs atque peccatis & peruerſitate fidei ſemper in Aegypto commoratus eſt. Q uia igitur habitauit in Aegypto: ſenſus magnus Aſſyrius erit rex eius: noluit enim reuerti ad eccleſiam: & virtute perdita,id eſt, Chriſto:qui eſt dei virtus & dei ſapientia: ſemper in lan- 1.Cor.1.d.

guore ver-

A guore versatus est,& infirmus fuit, cunctis dæmonibus ac perturbationibus subiacens : idcirco gladius,hoc est scien-
† sentētia. tia † spiritalis,vel sermo ecclesiastici viri,vastans atque debellans semper versabitur in vrbibus eius : quas impiè extruxit contra dominum : & ipse gladius requiescet in manibus eius : vt occisus ab alio,alium non possit occidere : nec contra aduersarium leuare manum. Deniq; recipient &vorabunt secundum consilia sua. Infelix autem populus &vulgus indoctum suspirabit antiquam patriam & captum se esse sentiet : siue pendebit in incolatu suo, nescies quid agat, & quò vertatur ignorās: deus verò sup preciosa eorum , aurum videlicet & argentum quæ ac-
B ceperant ab eo,de quibus sæpe diximus, irascetur: nequaquam liberabit eū qui suo vitio corruit. Hoc iuxta Lxx.eundem autē sensum & Hebraico coaptabimus. a ¶Quomodo dabo te Ephraim : protegā te Israël? &c.) In eo loco vbi nos & Lxx.interpretati sumus : protegam te Israël ? in Hebraico scriptum est : אֲמַגֶּנְךָ יִשְׂרָאֵל quod Aquila transtulit ὅπλῳ κυκλώσω σε, id est scuto circundabo te. Quod cùm in bonam partem putaremus intelligi : & significare protectionem : ex æditione Symmachi contrarius nobis sensus subijcitur dicentis : ἐκδιώσω σε, id est tradam te. Ex translatione quoque Theodotionis non prospera sed aduersa demonstrantur: ἀφοπλίσω σε, quod significat nudabo te : & auferam à te ὅπλον, hoc est scutum, quo te antè protexeram : & hic sensus magis conuenit domino comminanti. Quod igitur dicit,hoc est:quoniam noluerunt conuerti,& Assur factus est rex eorum ,deuorabit gladius & vrbes & principes & populum : & imponetur eis iugum, quod non auferetur ab eis, & videbatur dura sententia , nequaquam eis locum pœnitentiæ derelinquens. Nunc deus parentis ad Israël loquitur affectu : Quid tibi faciam Ephraim? quomodo te meo auxilio denudabo ? quid tibi faciam? qua te arte corripiam ? quo potero sanare medicamine? Sicut Adama & Seboim ponam te : quæ duæ sunt quinque vrbium,
Genē.19.c. sicut in Genesi legimus : Sodoma & Gomorra, Adama, & Seboim & Bale,quæ est Segor : & Syro sermone Zoara dicitur. Ponam itaq; & vertam te in solitudinem , & delebo vsque ad cineres ac fauillas:sicut deleui Adama & Seboim. Cùmq; duram imò crudelem sententiam protulisset : rursum parentis affectu misericordia vincitur : & austeritatem iudicis pietate mitigat patris. Dicit enim: Conuersum est in me cor meum : pariter cōturbata est pœnitudo mea. Statim vt locutus sum, me Ephraim & Israël sicut Adama Seboimq; positurum:mea cōmota sunt viscera. Pœnituit me meum quondam populum delere in perpetuum:idcirco nō faciam secūdum furorem iracundiæ meæ : nec de mea clementia cōmutabor,vt disperdam Ephraim:nō enim percutio vt perdam in perpetuum , sed vt emendem : Crudelitas mea,pœnitentiæ & pietatis occasio est: deus enim ego sum, & non homo. Homo ad hoc punit vt perdat : deus ad hoc corripit vt emendet. In medio tui sanctus: & non ingrediar

HEB. in terrā Aegypti: & Assur ipse rex eius: qm̄ noluerūt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatib⁹ eius, & consumet electos eius : & comedet capita eorum: & populus meus pendebit ad reditum meum: Iugum autem imponetur eis simul,quod non auferetur.
a Quōmō dabo te Ephraim : protegam te Israël ? quomō dabo te sicut Adama:ponam te vt Seboim? Conuersum est in me cor meum : pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam Ephraim : quoniam deus ego sum & nō homo: in medio tui sanctus , & non ingrediar ciuitatem.
b Post dominum ambulabūt : quasi leo rugiet: quia ipse

SEP. Ephraim in Aegypto:& Assur ipse rex eius: quia noluit conuerti . Et infirmat⁹ est gladi⁹ in ciuitatibus eius : & requieuit in manibus illius: & comedent de cogitationibus suis:& populus eius suspensus est ex incolatu suo , & deus super preciosa eius irascetur, & non exaltabit eū. Quid faciā tibi Ephraim: ptegā te Israël? Quid faciam tibi? sicut Adama ponā te, & sicut Seboim: conuersum est cor meum in ipso : simul conturbata est pœnitudo mea. Non faciā iuxta irā furoris mei. Nō derelinquā vt deleatur Ephraim : quoniā deus ego sum,& non homo: in te sanctus : & non ingrediar ciuitatē. Post dn̄m ambulabo: sicut leo rugiet : quia ipse

ciuitatē:hoc est nō sum vnus de his qui in vrbibus habitāt: D qui humanis legibus viuunt:qui crudelitatē arbitrantur iustitiam: quibus ius summū summa malitia est:mea autē lex meaq; iustitia,est saluare correctos. Possumus & aliter dicere:quia primus Cain parricida extruxit ciuitatem in nomine filij sui Enoch: in huiusce modi vrbē dominus non ingreditur, quæ ex scelere & sanguine & parricidio fabricata est. Sin autē voluerim⁹ legere quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israël? sic intelligendū est: Quid tibi faciam? num protectione dignus es,q̄ tanta fecisti? Notādū quoq; quòd vbi contra Iudam dicitur,id est populum dei: non Adama ponitur & Seboim:sed Sodoma & Gomorra. Legimus em̄ in Esaia: E Audite legem dei principes Sodomorū: attendite verbū domini populus Gomorrę. In euāgelio quoq; ciuitas quę apostolos non receperit,excutientib⁹ eis puluerem pedum suorum: dicitur de ea : quòd in Mat.10.b. die iudicij tolerabilius erit terrę Sodomorū & Gomorræ q̄ ciuitati illi: Et ad Hierusalem prophetalis sermo dirigitur: iustificata est Sodoma ex te. Datur ergo nobis suspicio:quòd Sodoma & Gomorra principes fuerint in peccato: & Adama & Seboim earum exempla sectatæ sint: & quòd potentes potenter tormenta patiantur : & seruus Sapiē.6.a qui scit voluntatē domini sui & nō facit eā: vapulet multis. Luc.12.f. Vnde & Ecclesiastici viri: si ijsdē quibus hęretici sceleribus cōtinētur: nequaq̄ Adamæ & Seboim, quæ inferiores sunt, sed Sodomæ & Gomorrę,quę maiorū criminū esse dicūtur, cruciatibus subiacebunt. Ad hæreticos quoq; deceptūq; ab eis populū loquitur dn̄s : quòd nisi egerint pœnitentiā,ponantur sicut Adama & Seboim,vt nullam spem habeant salutis. Rursum vt clemētissimus pater,dicit se suam mutare F sententiā:& pœnitere φ talia fit locutus : vt illos quoq; ad cōuersionē & ad pœnitentiā prouocet: Nō faciā,inquit,in furore meo:nō disperdā Ephraim. Quātum,inquit,in me est: quantū ego cupio:si errorē veritate correxerit:si me magis amauerit q̄ principes hęreseos:deus em̄ ego sum,& nō homo:lapsis manū porrigā:errantes ad salutē vocabo. Et quia sanctus sum,propterea nō ingrediar ciuitatē:id est,cōciliabula & vrbes hęreticorū. Foras exeuntes de vrbib⁹ suis libēter recipio: in ciuitates eorū nō ingrediar. Hoc q̄d dixit,nō ingrediar ciuitatē:& iuxta Lxx.sequit : post dn̄m ambulabo:quidā sic interpretati sunt:vt dicerēt dño populū respōdisse,& esse sensum: Quia cōuersum est cor tuū in te,& nō secundū peccata nostra fecisti nobis: sed imitaris clementiā tuā,& nostra delicta nō punis,& polliceris te sanctū & clementē in nostri medio versaturū:idcirco & ego malorū hominū nō ingrediar ciuitatē : nec ero de numero peccatorū: sed ambulabo post dn̄m deū meū. Hebræi autē ex persona dei ita ediserūt: Nō te derelinquā: nō ibo ad aliam gētem: nec ingrediar alterā ciuitatē. b ¶Post dominū ambulabunt quasi &c.) Domino prospera pollicēte,populus cōuertet ad eū:& ambulabit post dn̄m: quia domin⁹ rugiet quasi leo. De quo & Amos propheta cōmemorat. Dn̄s de Sion ru Amos.1.a. giet,& de Hierusalē dabit vocē suam. Rugiet autē quando

G dicit:ſicut Adama, ponam te vt Seboim.Cũq; ille rugierit: tunc formidabunt filij maris,ſiue aquarum:vt Lxx.tranſtulerunt.Etenim verbum Maim,quod per tres literas ſcribitur מים:ſi legatur מָיִם,aquas ſignificat:ſi מִים de mari intelligitur.Hæc Hebræi ad aduentum Chriſti referunt:quem ſperant eſſe venturũ: Nos iam tranſacta conuincimus:quia & de Aegypto,& de Aſſyrijs: hoc eſt ab Oriente & Occidẽte, & ab Aquilone & à Meridie venerunt,

Matt.8.b. & quotidie veniũt qui diſcumbant cum Abraham,Iſaac & Iacob. Filios autem maris, ſiue aquarũ, eos poſſumus

Matt.13.f. appellare, qui ſagenã dñi comprehenſi ſunt, & abſtracti de mari huius ſeculi. Cùmq; capti fuerint de morte ad vitam, collocabuntur in domibus ſuis:quę hor-

Mat.13.d. rea vocat euangelium,

H in quibus electa & à paleis ſeparata frumenta

Leonis natura. conduntur. Natura leonum eſſe dicitur: vt cùm infremuerint & rugierint, omnia animantia contremiſcant, & fixo gradu ſe mouere non poſſint: tantus pauor eſt & tanta formido. Itaq; & dominus cùm inſtar leonis rugierit,& intonuerit,ac dederit vocem ſuam: cunctæ aues & vniuerſa volatilia perhorreſcent:& ibunt ad nidos,id eſt ad domos ſuas,in quibus dominus habitabit cum eis. Dicamus & aliter. Cùm verus leo infremuerit:falſus leo qui eſt iuxta Apoſto-

1.Pet.5.b. lum Petrum aduerſarius noſter,ilicò conticeſcet: & omne dogma peruerſum os ſuum aperire non poterit: quiq; antè ab eo capti fuerant, rugitu leonis ſoluti & comminatione terribili,ſequentur dominum deum ſuum.Tunc timebũt filij maris,ſiue aquarum: qui in amaritudine & falſis hæreticorum aquis fuerant procreati: & aſſumptis pennis, volabunt quaſi aues ex Aegypto, & quaſi columba de terra

Pſal.54.b Aſſyriorum, & dicent: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? vt qui apud hæreticos laborauerant, requieſcant in eccleſia: & habitent in domibus ſuis:de quibus fuerant errore ſeducti. Aegyptum,id eſt מִצְרַיִם tribulationem interpretari:& anguſtiam nouimus:

אַשּׁוּר I Aſſyrios quoq;,dirigẽtes:ſiue vt melius arbitramur,arguentes.Ab his ergo liberabũtur hæretici,cùm habitare cœpe-

Mat.23.d. rint in domibus ſuis: & malis parentibus dixerint: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. a ¶Circundedit me in negatione &c.) Tradunt Hebræi huiuſcemodi fabulam: In exitu Iſraël ex Aegypto, quando ex alia parte mons, ex alia rubrum mare, & ex alia Pharaonis cingebat exercitus:& incluſus populus tenebatur: cæteris tribubus deſperantibus ſalutem, & aut reuerti in Aegyptum, aut bellare cupientibus:ſolus Iuda fideliter ingreſſus eſt mare:vnde & regnum meruit accipere: & hoc eſſe quod nunc dicatur: Iudas teſtis ſermonum dei, & aſtipulator ac vindex deſcendit cum deo in mare: & inter ſanctos fuit fideliſſimus: vt verbis iubentis crederet dei. Hoc illi dicunt. Nos cœptæ explanationis ſequamur ordinem, quòd circundederit Ephraim regia tribus & domus Iſraël,populus qui tribui regiæ ſeruiebat:& circundederit eum in negatione ſiue mendacio:dum dominũ negant & idola confitentur. Iudas autem,hoc eſt duæ tribus,quę habebant templum,legem,prophetas,& ſeruabant præcepta legalia,erant teſtes gradientesq; cum deo & cum ſanctis fideles. Sanctos poſſumus dicere, vel angelos,vel patriarchas ac prophetas, & cæteros qui dei imperio ſeruiebant.Ad comparationem enim illius temporis quo hæc dicebantur,aberrante penitus Ephraim,

HEB.ipſe rugiet & formidabunt filij maris,& volabũt q̃ſi auis ex Aegypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum: & collocabo eos in domibus ſuis, dicit a dominus.Circũdedit me in negatiõe ſua Ephraim: & in dolo domus Iſraël: Iudas autẽ teſtis deſcendit cũ deo & cum ſanctis fidelis. Cap. XII.

b EPhraim paſcit ventum,& ſequitur eſtũ: tota die mendacium & vaſtitatem mutiplicat: & fœdus cum Aſſyrijs inijt: & oleum in Aegyptũ ferebat.

& decepto in idolorum cultu Iſraël:ſolus Iuda remanſerat, K qui in dei cultu & teſtimonijs verſaretur: & poſſet deſcendere cum eo,ſiue fortis eſſe cum forte:רָד enim & deſcenſionem & fortitudinem ſignificat:pro quo Aquila tranſtulit ἐπικράτησεν. Iuxta ἀναγωγὴν circundant hæretici dominum in mendacio, imò in negatiõe.Quic quid enim loquuntur, negatio,imò mendaciũ eſt: & circundant eum in dolo,ſiue in impietate domꝰ Iſraël: dum vniuerſa quę ſimulant, artifici ſermone componunt, & impietatem loquuntur contra dominum. Iudas autem, hoc eſt vir eccleſiaſticus,nõ ſupbit,nõ inflatur tumore hæretico: ſed humiliatur cũ deo: & cum ſanctorum choro fidelis eſt & robuſtus:dum ædificat do- Mat.7.d.
mũ ſuam ſuper petrã quæ nulla tempeſtate quatiatur. Lxx. multo L
aliter tranſtulerunt:quòd & Ephraim & domus Iſrael & Iudas circundederint deum in mendacio & in impietate: & tantæ clementiæ ſit deus vt nõ ab eis abſcidat ſpem ſalutis: ſed cognoſcat illos:& paratus ſit vocare populum ſanctum, & populum dei,qui nunc impietate peruerſus eſt.Iuxta tropologiam quoq;,velle deum & hæreticos ſaluari: & eccleſiaſticos peccatores & omnes ſuo vocabulo nuncupari.Qui autem verè ſanctus eſt: non circundat deum in mendacio, ſed in veritate:pſalmiſta dicente. Potens es domine: & ve- Pſal.88.b.
ritas tua in circuitu tuo.

SEP. ipſe rugiet,& formidabũt filij aquarũ,& volabunt quaſi auis ex Aegypto,& quaſi colũba de terra Aſſyriorũ: & collocabo eos in domibus ſuis,dicit dñs. Circũdedit me in mendacio Ephraim: & in impietate domus Iſraël & Iuda: nunc cognouit eos deus:& populus ſanctꝰ vocabitur dei. Cap. XII.

EPhraim aũt peſſimꝰ ſpũs,ꝑſecutꝰ eſt eſtũ: tota die inania & vana multiplicauit: & teſtamentũ cum Aſſyrijs pepigit:& oleum in Aegypto mercabatur.

Caput XII.

b EPhraim paſcit ventum & ſequitur æſtum &c.) Sacra narrat hiſtoria, Manahen regem Iſrael pace fa- 4.Regum
cta cum Aſſur: ab Aegyptijs auxilium poſtulaſſe: & 15.d.
hoc eſt quod nunc dicitur, Ephraim paſcere ventos, id eſt ſpe vana ſe decipere,ſequiq; καύσωνα,hoc eſt æſtum,& ire ad Meridiem: nihilque aliud agere tota die niſi ſibi illudere. Et dum huc illúcque diſcurrat, vaſtitatem & euerſionem ſuis vrbibus præparare. An non eſt vaſtitas atq; mendacium,pepigiſſe fœdus cum Aſſyrijs: & oleum tuliſſe in Aegyptum, συνεκδοχικῶς à parte totum, quòd videlicet munera Aegyptijs miſerit. Licèt quidam arbitren- M
tur quòd nequequam in Aegypto oleum gignitur, ſed precioſiſſimum miſſum eſſe ab Ephraim,cuius terra Samaria olei fertiliſſima eſt. Porrò ſecundum Tropologiam omnes hæretici peſſimo dæmonum ſpiritu continentur: de quo & in Apoſtolo ſcriptum eſt: Aduerſus ſpiritualia nequitiæ in Ephe.6.b.
cœleſtibus. Et immundus ſpiritus cùm exierit ab homine, Lucę.11.c.
& requiem non inuenerit: ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe ſibi copulat: & ad priſtinam reuertitur domum. Spiritu igitur peſſimo ſequuntur καύσωνα, id eſt ariditatem ſiue ventum vrentem: qui contrarius floribus eſt,& germinantia cuncta diſperdit: tota die inania vacuáque ſectatur: nec proprio errore contentus eſt: ſed multos diſcipulos, imò comites ſuæ vanitatis erroriſque multiplicat. Fœdus quoque facit cum Aſſyrijs: quorum princeps eſt ſenſus magnus:vt quæcunque finxerit, ſapienter ſimulaſſe videatur, ea ſapientia quæ deſtruitur à deo:quam & Apoſtolus præcipit declinandam,dicens: Videte ne quis vos de- Coloſ.2.d.
prædetur per philoſophiam & inanem ſeductionem, ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi. Sed & oleum fert in Aegyptum:ſiue mercatur Aegypti ſapientiã,eccleſiaſticis cupiens miſcere dogmatibus oleum vnctionis: quo vngebantur prophetæ ac ſacerdotes: quo

vngebantur

A vngebantur & reges. Hoc oleum habẽt & ſancti, de quibus
Pſal. dicitur: Filij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ
127.a. tuæ. Et bona oliua in qua oleaſter noſter inſert⁹ eſt. Q uãuis autem conentur hæretici veritati miſcere mendacium: oleum aquis & cæteris humentibus atq; liquẽtibus rebus non poteſt copulari: Semper veritas ſuprà eſt: deorſumq; mẽdacium. Omnes alię ſpecies, id eſt, hæreſes, quæ non habẽt, vt diximus, oleũ veritatis: poſſunt ſibi miſceri, & de pluribus vnum effici corpus. Sed harum oleum quod defertur in Aegyptum: & de terra ſancta ad Pharaonis regna deſcendit, deteſtat⁹ propheta, dicens: Oleum
Pſal. peccatoris nõ impinguet caput meum.
140.b. a ¶ Iudiciũ ergo do-
B mini &c.) Ephraim ſemel paſcente ventos, & ſequente mendacium: qui in tantam venit amẽtiam, vt inter duas gentes aduerſarias dubius fluctuaret, faciens pacem cũ Aſſyrijs: & oleum portans in Aegyptum: Nunc mihi omne iudicium eſt cum Iuda, & viſitatio ſuper Iacob. Viſitationem autem vocat flagella atque ſupplicia: vt qui Ephraim reddidit quod merebatur, Iudæ quoq; qui de Iacob ortus eſt ſemine, reddat iuxta vias & iuxta adinuentiones ſuas: qui non tantum fortuito errore deceptus eſt, & humana concidit fragilitate: ſed inquiſiuit & adinuenit in quibus peccaret & rueret. Exponit aũt quãta bona Iudas, hoc eſt, Iacob acceperit: & in patre filius nominatur, veteriſq; recordatur hiſtoriæ: vt & dei miſericordia erga Iacob: & illius contra dominũ duritia cognoGeñ. 25.c ſcatur. Dũ adhuc eſſet in vtero Rebeccæ, ſupplãtauit fratrem ſuũ Eſau: non vtiq; fortitudine propria, qui ſentire nõ poterat: ſed miſericordia dei: qui cognoſcit & diligit eos quos prædeſtinauit. Et nõ ſolũ in vtero ſupplantauit fratrem ſuũ: ſed in fortitudine quoq; direct⁹ eſt cum angelo,
Geñ. 32.f. quando ad torrẽtem Iacob aduerſum angelum tota nocte
C pugnauit. Et qa direct⁹ eſt cũ angelo: propterea εὐθυτάτου:
✠ quod Hebraicè dicitur יָשָׁר: hoc eſt dirigẽtis, ſiue directi, nomen accepit. Et inualuit, inquit, aduerſum angelum: & eius benedictione quẽ vicerat, confortatus eſt. Fleuit quoq;
Ibidem. & rogauit eum, id eſt angelum, dicens: Non te dimittã niſi mihi benedixeris. Cumq; patris matriſq; conſilio Meſopotamiam fugeret, inuenit eundẽ angelum in Bethel: qui locutus eſt ad eum: locutus eſt nobiſcũ: id eſt, in patre locutus & filijs eſt: & in Iacob dilexit & Iudam: ex quo tẽpore vſq; ad præſens, nominis eius quod illi ab angelo & à deo impoſitum eſt, memoria perſeuerat. Cùm hæc ſe habeant ita: & tu ô Iuda imitare parentem tuũ: plora & roga dñm exercituũ: & ad eum conuertere. Cuſtodi miſericordiã & iudiciũ, & cùm vtrumq; feceris, ſpera in deo tuo ſemp, bonis operibus ad maiora proficiens. Pro eo qđ in Hebraico habet, fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcũ: legimus in æditione vulgata: fleuerunt & rogauerunt me, in domo ὠμ inuenerunt me: & ibi dictum eſt ad eos. ὠμ interpretatur dolor. Si quis igit flet, & agit pœnitentiam, & dominũ deprecatur, inueniet eum in dolore cordis ſui: & cùm eum inuocauerit, ſibi audiet reſpõdentem. Poſſumus Iudam eccleſiaſticũ virum intelligere, qui à domino corripitur: quòd non ſit priſtinorũ in ſe beneficiorum eius memor: ſed quotidie peccatis peccata cõſociet: & exponit quæ ſint ipſa beneficia: Cùm te, inquit, naſcentem in fide eccleſia parturiret, ſupplantaſti Iudęum

a HEB. ferebat. Iudiciũ ergo dñi cũ Iuda: & viſitatio ſup Iacob: iuxta vias ei⁹, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrẽ ſuũ: & in fortitudine ſua directus eſt cũ angelo: & inualuit ad angelũ, & cõfortatus eſt: fleuit, & rogauit eũ: i Bethel inuenit eũ: & ibi locutus eſt nobiſcum: & dñs deus exercituũ, dñs memoriale eius: & tu ad deũ tuũ conuerteris: miſericordiam & iudicium cuſtodi: & ſpera b in deo tuo ſemp. Chanãã in manu

ſiue gentilem fratrem tuũ: & eius accepiſti primogenita: D
& in fortitudine tua directus es cũ angelo: vel vincens aduerſarias fortitudines: vel roboratus benedictionib⁹ angeli, qui ipſe eſt deus: & inualuiſti per figuram contra angelum, vt inualeſceres contra homines, & confortatus es.

SEP. mercabatur. Et iudiciũ dño cũ Iuda, vt vlciſcatur Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuẽtiones eius reddet ei. In vtero ſupplantauit fratrẽ ſuũ: & in labore ſuo ꝓualuit deo: & cõfortatus eſt cũ angelo, & potuit: fleuerunt & depręcati ſunt me: in domo ὠμ inuenerunt me: & ibi dictũ eſt ad eos: dñs aũt de⁹, omnipotens erit memoriale ei⁹: & tu i deo tuo cõuerteris: miſericordiã & iudicium cuſtodi: & appropinqua deo tuo ſemper. Chanaan in manu

Cùmq; eſſes victoriam conſecutus, fleuiſti & rogaſti angelum domini: & pecca torum veterum recordatus, inueniſti eũ in Bethel, hoc eſt in domo dei, quæ eſt eccleſia: ſiue in domo ὠμ, doloris & lachrymarũ & pœnitẽtię. Et vt ſcirem⁹ quis eſſet iſte Iudas: ibi, inquit, locutus eſt nobiſcum: hoc eſt, nobis Chriſtianis: & ex eo tẽpore vſq; in præſentem diem, Chriſti cenſemur nomine: & ipſo dirigẽte corrigimur. O ítaq; E
vir eccleſiaſtice, qui appellaris Iudas, & cõfitens: cõuertere quotidie per pœnitentiã ad dominũ tuũ: & ſi fortè peccaueris, imitare prophetã dicẽtem: Laborauí in gemítu meo, lauabo per ſingu Pſal. 6.b.
las noctes lectum meum, lachrymis meis ſtratum meũ rigabo. Nec hoc dixiſſe ſufficiat, ſed dei ſerua mandata: fac in alios miſericordiam, vt & ipſe miſericordiã cõſequaris: Iudiciũ verũ iudica: vt in quo iudicaueris, iudicetur de te. Et ſpera in deo tuo ſemp: ſiue appropinqua deo tuo iugiter: vt omni tẽpore in virtute proficiẽs, appropinques deo tuo. b ¶ Chanaan in manu eius ſtathera doloſa. &c.) Monuerat Iudam vt conuerteretur ad dominũ deũ ſuũ, & miſericordiã ſeruaret atq; iudiciũ: & ſperaret in domino ſemper, ſiue appropinquaret ei iugiter: Nũc ad Ephraim, hoc eſt ad decem tribus ſermo conuertitur: quem vocat Chanaan: iuxta illud quod loquitur Daniel ad presbyterũ: qui vtiq; erat de ſemine Iuda: Semen Chanaan & nõ Iuda, Daníe. 13.f
ſpecies decepit te. Et in Ezechiel ad Hieruſalem dictũ legimus: Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa. Et in Ezech. 16.a.
Eſaia dicitur ad tribum Iuda: Audite verbũ domini príncipes Sodomorum: percipite auribus legem domini noſtri Eſa. 1.c.
populus Gomorræ. In Zacharię quoq; extremo verſiculo F
legimus: & non erit Chananęus vltrà in domo domini. Dicit autem Chanaan, hoc eſt Ephraim habere in manu ſua Zacha. 14.d.
ſtatheram doloſam, ſiue iniquam: iubente ſcriptura: æqua Leuí. 19.g
ſint tibi pondera: & non ſolum habere ſtatheram iniquam ac doloſam, ſed diligere calumniã, & opprimere homines per potẽtiam. Et ne putaremus Chanaan alium quempiam ſentiendum: ponit manifeſtius qui ſit iſte Chanaan: Dixít Ephraim, Veruntamen diues effect⁹ ſum: & eſt ſenſus: Non refert vnde poſſideam: dũmodo poſſideã. Hoc morbo laborant plurimi, de quibus ſcriptum eſt: Diuitię cõgregatę iniquè, euomentur: Redemptio enim animę viri, propriæ Iob. 20.b.
diuitię. Vnde pręcipitur vt faciamus nobis amicos de ini- Prouer.
quo mãmona, qui nos poſſint recipere in æterna taberna- 13.b.
cula. Ephraim autem qui gloriatur & dicit: Veruntamen Luc. 16.c.
diues effect⁹ ſum: inueni idolũ mihi, ſiue ἀνωφελές, hoc eſt, לֹא: quod non profit poſſidenti, caſſo labore ſudauit. Sicut autem guloſi & luxurioſi venter deus eſt: ita & auarus adorat auri idolũ: & dicit in corde ſuo: Inueni quod quærebam: ſed audiet: Stulte, hac nocte rapiet anima tua à te: Luc. 12.c.
quæ aũt præparaſti, cuius erunt? Cumq; ſemel oculos eius diuitiarũ, non dicam fulgor, ſed cæcitas occuparit: loquit: Omnes labores mei nõ inuenient iniquitatem meam, in qua peccaui: & eſt ſenſus: quicquid peccauero, ſi habuero diuitias ab his qui meo indigeat auxilio, mihi non poterit imputari:

Psal.9. d. putari:secũdum illud quod scriptũ est:Et qui iniqua gerit,
G benedicitur: Diuitum enim amici multi. Vnde & ad hæreticos hoc ipsum refertur. Chanaan quippe interpretari potest,quasi mouentes. Et nota quòd dixerit:quasi mouentes, non mouẽtes. Mouentes sunt,eos quos deceperint:quasi mouentes, illos quos mouere tentauerint. Sed
Matt.7.d quia fundati sunt sup petram, nullo possunt turbine cõcuti:nec pedum suorũ mutare vestigium. In istiusmodi Chanaan manu,hoc est operibus,stathera dolosa est & iniqua: quicquid enim hęreticus loquitur,dei iustitiã non habet:& plenũ est doli & fraudium:vnde & calũniam diligũt,dum deprimunt innocẽtes, siue opprimũt eos per potẽtiam. Opprimitur paup ecclesiastic⁹ verbositate & argutijs hę
H reticorum: qui postq̃ aliquos deceperint,solent dicere: diuites facti sum⁹: habemus plurimam multitudinem:discipulorum turba nos sequitur:inuenimus idolum vel refrigeriũ nobis. Idcirco enim vel ma-
2.Ti.3.b. ximè hæreses componuntur,vt deuorent domos viduarum, quę semper discunt & nunq̃ ad scientiam perueniunt veritatis. Et pulchrè inueni,ait,idolum mihi:Omnia enim hæreticorum figmenta idola sunt & simulachra gentilium: nec multum differunt in impietate, licèt in nomine discrepare videantur. Solentq; dicere:quicquid fecero: quicquid egero,mihi non poterit imputari:habeo enim diuitias meas,argumenta philosophorum:habeo populi multitudinem:quã qui aspexerit,me peccare non arbitrabitur. a ¶Et ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: adhuc sedere te faciã in tabernaculis &c.) Tu quidem tanta peccasti vt lætareris in scelere: & multitudinem peccatorum putares esse diuitias, & diceres: Diues effectus sum: inueni idolum mihi:omnes labores mei, peccata mea inuenire non poterunt:Ego autẽ dominus deus tuus qui te eduxi de terra Aegypti,quando seruiebas Pharaoni:& ædificabas de lu
Exod.5. I to & paleis ciuitates:adhuc tribuo tibi locum pœnitentiæ: & magnitudine promissorum hortor,vt ad me redeas: adhuc enim sedere te faciam in tabernaculis sicut in dieb⁹ festiuitatis. Diem festiuitatis, scœnophegiam vocat: septimo mense quintadecima die mensis, quãdo de Aegypto egressi sunt filij Israel. Sicut, inq̃t,in eo tẽpore quo te de Aegypto liberaui:& habitasti in tabernaculis ad terram sanctã,& ad locum templi ire festinans:Sic etiam nunc educã te de tribulatione & angustijs:& imminente captiuitate,si tamen feceris quæ præcepi. Ego enim sum qui per omnes prophetas & varia genera visionum assimilatus sum hominibus: & te ad pœnitentiam prouocaui. An non est humanæ similitu-
Exo.17.c. dinis,quando Moyses in altum extollens manus orat, vt Iesus vincat Amalech: & crucis in eo sacramenta monstrentur? Nonne in manibus prophetarũ assimulatur deus,quando Ionas tribus diebus ac noctibus in profundo est: vt dominum significet die tertia ab inferis resurgentem? Multiplicatas autẽ visiones in omnibus prophetis legimus:quan-
Ezec.10.c do in Ezechiel dominum cernit in aurigæ modum sedentem
Esa.6.a. super Cherubim. Et Esaias: Vidi,inquit,dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum:& duo seraphim in circuitu eius clamantia ad inuicem: Sanctus, sanctus,
Abac.3.a. sanctus dominus deus sabaoth. Et Abacuk: Stabat in specula sua, vt cornua videret in manibus saluatoris: in quibus abscondita est fortitudo eius. Vnde & psalmista conclamat: Audiam quid loquatur in me dominus Psal.84.b
deus. Vt autem sciamus omnem prophetiam in scripturis sanctis appellari visionem: Et omnis, inquit, populus vide- Exo.20.c.
bat vocem domini: vnde & prophetæ antè dicebãtur videntes. Ad eos quoq; q ab hęreticis seducti sũt, dicitur vt reuertantur ad dominũ: qui mauult pœ- Ezec.18.g
nitentiam peccatoris,q̃ mortem: ipsum enim esse qui eos eduxerit de terra Aegypti,id est de tenebris & errore gentilium. Et ne forsitan peccati memores tardius reuertant: Adhuc, inquit,sedere vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis: vt quod facit baptisma, hoc faciat pœnitentia: & habitent in tabernaculis saluatoris, hoc est ĩ ec
L clesijs: de quibus dicitur: Plantati in domo domini, in atrijs domus dei nostri Psal.91.c.
florebũt: Et ne putent hęresiarchas & principes erroris sui dei locutos spiritu: Ego sum,inqt,qui locutus sum ad prophetas,& non ad magistros vestros: & ego visiones multiplicaui: & in manu prophetarum meorum qui sunt in ecclesia constituti,assimilatus sum. b ¶Si Galaad idolum, ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes &c.) Pro eo quod nos transtulimus, bobus, qui Hebraicè appellantur שְׁוָרִים: Lxx. interpretati sunt ἄρχοντες,id est principes, qui vocantur שָׂרִים: verbi similitudine atq; ambiguitate decepti. Rursum, vbi nos posuimus, aceruos, qui Hebraicè appellantur גַּלִּים: & propriè θινὰς significant,hoc est,ex arena tumulos congregatos: qui maximè in deserto,& in litoribus flante vento,vel augentur,vel minuuntur: Lxx. trãstulerunt χελῶνας, id est testudines: pro quibus Symmachus, aceruos lapidum, interpretatus est: Theodotio, colles. Et reuera si θινὰς respicias, habent similitudinem magnarum testudinum in deserto agro: vel in ripis atq; littoribus paululum humo eminẽtium. Q uod ergo dicit,hoc est,
M si in Galaad de qua scriptum est: Galaad ciuitas operantiũ idolum, supplãtata à sanguine,falsi sunt dij & peruersa religio: & est trans Iordanem vbi duę tribus habitant,Ruben & Gad & dimidia trib⁹ Manasse: ergo & Galgal de qua in hoc eodem propheta legimus: Omnis malitia eorũ in Galgala, quæ est post tergum Bethauen quicunq; idola colunt: non boues dijs immolant,sed bobus offerũt sacrificia, imitantes errorem Samariæ. Eo enim tẽpore quo hęc prophetabantur, Galaad in regno decem tribuum erat: & Galgal sub imperio duarum tribuum,quę appellabantur Iuda. Ergo & decem tribus:& duę pari idololatriæ errore deceptæ sunt: & altaria eorum sicut acerui & tumuli de lapidibus congregati siue de arenis. Cumq; & illi & hi in captiuitatem fuerint abducti: aræ quondam eorum absq; cultoribus testudinum vel tumulorum habebunt similitudinem. וְלֹעַ וְגִלְגָּל Q uia vero Galaad inierpretatur, transl atio testimonij: & Galgal, volutabrum: hoc dicere possumus, quòd principes hæreticorum testimonia veritatis transferant in mendacium: & quicquid colunt, idolum sit: & sacrificia eorum habeant similitudinem, vel aceruorum de lapidibus congregatorum, vel testudinum. Q uomodo enim θῖνες, & acerui hinc atque illinc de lapidibus & fabulo congre-

HEB. in manu eius stathera dolosa, calumniam dilexit:& dixit Ephraim, Veruntamen diues effectus sum: inueni idolum mihi: omnes labores mei nõ inuenient mihi iniquitatem quã peccaui. Et egõ
a dñs deus tu⁹ qui eduxi te de terra Aegypti: adhuc sedere te faciã i tabernaculis sicut in diebus festiuitatis: & locutus sum sup pphetas: & ego visionẽ multiplicaui: & in manu prophetarum assimi-
b latus sum. Si Galaad idolum: ergo frustra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum

SEP. in manu eius stathera iniquitatis, opprimere p potentiã dilexit:& dixit Ephraim, Veruntamẽ diues effect⁹ sum: inueni requiẽ mihi, omnes labores eius nõ inueniẽtur ei, ꝓpter iniquitates in quibus peccauit. Ego autẽ dominus deus tuus eduxi te de terra Aegypti: adhuc habitare te faciã in tabernaculis, sicut in dieb⁹ solẽnitatis, & loquar ad prophetas: & ego visiones multiplicaui, & in manib⁹ prophetarũ assimilatus sũ. Si non Galaad est, ergo falsi erãt in Galgala principes immolantes, & altaria eorum
K

A lo congregantur: ita & hęretici de ſapientia ſeculari & argutijs hominum, fraude atq; mendacio, ſimulachra componunt. Et cùm hoc fecerint, tardis greſſibus in vno mouẽtur loco: & totum orbem occupare nõ poſſunt. Teſtudo tardigrada & onerata, imò oppreſſa pondere ſuo, non tam ambulat q̃ mouetur: hæreticorum grauiſſima peccata ſignificãs: qui ſuis in cœno & voluta bro luti erroribus immolant: adorãtes opera manuum ſuarum, & inſtar boum cũcta pro terrenis frugibus labo rantes. a ¶Fugit Iacob in regionem Syrię: & ſeruiuit Iſraël in vxore, & in vxore ſeruauit. &c.) Videtur abſq; ratione & ordine prophetali poſt ido lum Galaad & Galgal & altaria aceruis lapidum ſimilia, ſubitò hiB ſtoriã Geneſeos de Iacob voluiſſe narrare: Q ð ſtatim ſoluit, qui ſuprà de Iacob legiſſe ſe meminit, ĩ vtero ſup plantauit fratrem ſuũ: & in fortitudine ſua di rectus eſt cum angelo: & inualuit ad angelũ, & confortatus eſt: fleuit & rogauit eum: in Bethel inuenit eum: & ibi locut⁹ eſt nobiſcũ. Iſte igĩt Iacob non fruſtra ab angelo cõfortatus eſt: ſed quia tota nocte pugnauit, & vicit aduerGeñ.27 g ſariũ, vt ex hoc fratrem diſceret non timere: cuius metu in Syriam fugeret ad Laban auunculum ſuum: & ſeruiuit in vxore Rachel ſeptem annis: & pro Lia oues ſoceri Laban, eodem annorum ſpatio cuſtodiuit. Et quia ſemel Iacob dixerat & Iſrael: patrem filioſq; coniungit: & ſequentis recordatur hiſtorię, quando in propheta Moyſe eduxit dominus Iſrael de Aegypto: & duodecim trib⁹, qui generati ſunt de Iſrael propheta educente ſeruatę ſunt. Non errabit qui ſupC plãtatorem Iacob: & Iſraël videntem deum in typo domini dixerit præceſſiſſe: & Rachel primùm ſterilem atq; formoſam, quam plurimum dilexit Iacob, ſignificare eccleſiam: Liam autem lippientibus oculis atq; fœtoſam, ſynagogæ ſacramenta monſtrare: & quòd ipſe credentium populum eduxerit de tenebris hui⁹ ſeculi: & ad dulciſſima Iordanis, id eſt baptiſmi fluenta peruenerit. b ¶Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis &c.) Cùm ergo Ephraim tanta præſtiterim, vt nudum & exulem & ſolum, diuitem dominumq; reducerẽ, & multorum filiorũ parentem, deſeruit me Ephraim, imò ad iracundiam prouocauit: & amaritudine ſua amarum fecit eſſe qui dulcis ſum. Vnde ſanguis eius ſuper eum veniet, id eſt ipſe erit cauſa mortis ſuæ, ſecundum id quod Dauid loquitur ad eum qui 2.Reg.1.e Saulis nunciauit interitum: & à ſe regem Iſrael cæſum eſſe memorabat: Sanguis tuus ſup caput tuũ. Non mea ſententia, ſed p Saulis ſanguine tuus ſanguis effundetur. Q uodq; ſequitur: Et opprobrium eius reſtituet ei dominus: illi ſen2.Reg.12. d ſui congruit quem Nathan loquitur ad Dauid: Q uia blaſphemare feciſti inimicos nomen domini, propter hãc rem, hoc eſt, propter hoc peccatũ, quo interfeciſti Vriam: ipſa blaſphemia atq; opprobrium, quo per te dominus blaſphematus eſt, vertetur in caput tuum. Semper hæretici ad iracundiam prouocant clementem dominũ: & qui mauult pœnitentiam peccatoris q̃ mortem, duritia cordis ſui punire

HEB. rum quaſi acer-
a ui ſuper ſulcos agri. Fũgit Iacob in regionem Syrię: & ſeruiuit Iſraël in vxore, & in vxore ſeruauit. In p pheta autem eduxit dominus Iſraël de Aegypto: & in propheta ſeruatus eſt.

SEP. rum quaſi teſtudines ſuper deſertũ agri. Et receſſit Iacob in campum Syrię, & ſeruiuit Iſrael in vxore, & in vxore cuſtodiuit: & in propheta eduxit dñs Iſrael de Aegypto: & in propheta ſeruatus eſt.

b Ad iracũdiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis: & ſanguis eius ſuper eum veniet: & opprobriũ illius reſtituet ei dominus ſuus.

HEB. Cap. XIII.

c LOquẽte Ephraim, horror iuaſit Iſraël: & deliquit in Baal, & mortuus eſt: & nunc addiderunt ad peccandũ: feceruntq; ſibi cõflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum: factura artificum totum eſt: his ipſi dicũt, immolate homines vitulos adorantes.

SEP. Cap. XIII.

IVxta verbũ Ephraim iuſtificationes accepit ipſe in Iſraël: & poſuit Baal, & mortu⁹ eſt: & nũc appoſuit vt peccaret: & fecerũt ſibi conflatile ex auro & argẽto ſuo, ſecũdum imaginẽ idolorũ, opera artificũ completa†: his ipſi dicũt: immolate homines, vituli enim defecerunt.

d Idcircõ erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area: & ſicut fumus de fumario.

Ego

compellunt: & ſanguis eorũ quo & ſuum & multorũ effu- D derunt ſanguinem, veniet ſuper caput eorum: & opprobria quibus dñm blaſphemauerunt, reſtituet eis dominus ſuus: non q̃ eorum dominus ſit, ſed qui quondam dominus eorum fuit.

Cap. XIII.

c LOquẽte Ephraim &c.) Pro eo q̃ Lxx. interpretati ſunt, immolate homines, vituli enim defecerunt: & nos vertimus, immolate homines vitulos adorantes: Symmachus interpretatus eſt, immolate homines, vitulos adorẽt: vt ſit ſenſus: Immolate, hoc eſt ſacrificate idolis: & hucuſq; diſtinctio: ſequatur, rationale animal homines, adorent vitulos muta animantia. Loquẽte ergo Ephraim. i. Hieroboam filio Nabath de E tribu Ephraim, horror iuaſit Iſraël: id eſt, decem tribus. Pro horro re qui Hebraicè dicitur, רָתַת quẽ Symmachus & Theodotio tremorẽ interpretati ſũt: neſcio quid volẽtes ſ, καιώματα, id eſt, iuſtificationes, Lxx. tranſtulerunt. Et tãtus Iſraëlẽ horror inuaſit, vt derelinqueret & offenderet deum in Baal & moreretur, perdens eum qui dicit: Ego ſum vita. Anima Ioan.14.a enim quæ peccauerit, ipſa morietur. Et Apoſtolus: Vidua, Ezec.18.a inquit, quæ in delitijs eſt, viuens mortua eſt. Et non ſolum 1.Tim.5.a mortuus eſt in Baal, ſed addidit peccata peccatis: vt ex argento quod dominus dederat, idola fabricaretur, opera manuum hominũ. Q uibus ipſi dicũt, id eſt ſacerdotes & principes qui populum bona docere debuerant: Immolate homines vitulos adorantes: quod quidẽ & in pſalmis dicitur: Immolauerũt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. Pro eo qđ Pſal.105.f iuxta Symmachum & Theodotionem vertimus, adorantes: F Aquila interpretatus eſt, καταφιλοῦντες, id eſt deoſculãtes. Q ui enim adorant, ſolent deoſculari manũ ſuam: quod Iob Iob.31.c. feciſſe ſe negat, dicens: Si oſculatus ſum manum meam apponens ori meo: & hoc mihi ad iniquitatem maximam reputetur. Sin autem vt quidã volunt, dæmones loquuntur ad populum: Immolate homines, vituli enim defecerũt: oſtenditur ingluuies eorum, qui ſanguine victimarum aluntur, & holocauſtorũ fumo: quòd deficientibus hoſtijs, homines ſibi cupiant immolari: quorum non ſolum interitu, ſed & cruore lętantur. Loquentibus autem hæreticis, imò principibus hereticorum: id eſt Ephraim: horror & tremor inuaſit infelicem populum: & deliquit in idolis, quę de ſuo corde cõfinxit: & mortuus eſt cum populo quẽ ſeduxit: Et non ei ſufficit corruiſſe, niſi linguam quam ad canendum deum acceperat, vertat in imagines idolorum: & artifici eloquio ſimile veritati dogma componat: quod nihil eſt aliud, niſi excogitatio prauitatis humanę: præcipiũtq; diſcipulis ſuis, vt & ipſi immolent homines, hoc eſt, furentur de eccleſia dei: & introducant ad hæreticos, & occidant quos deceperint. Q uodq; ſequitur: Vituli enim defecerunt, hunc habet ſenſum: Nolite quærere quos ſeducatis de gẽtibus, qui vocantur bruta animalia: ſed eos rapite, eos immolate, qui in eccleſia conſtituti, Chriſti cenſentur nomine: & homines appellantur. d ¶Idcirco erunt quaſi nubes matutina &c. & ſicut

G ſicut fumus de fumario.) Lxx. hoc ſolũ quod in vltimo eſt immutantes: & ſicut vapor de locuſtis, ſiue de lachrymis: quia in pleriſq; codicibus ἀκρίδων, in alijs δακρύων poſitum reperimus. Quia, inquit, homines pro vitulis immolauerunt, & adorauerunt vitulos: idcirco erunt quaſi nubes matutina: & ſicut ros manè pertranſiens: ſicut puluis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario. Quę omnia videntur ad tẽpus & ſubitò dilabuntur, iuxta illud qđ dixerat: Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumã ſuper faciẽ aquæ. Et iterũ: Sicut mane trãſiit, pertranſit rex Iſrael. Et nubem quidem aut rorẽ tranſire velociter, & puluerem ex arua: & fumum de fumario, nemo ambigit, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Sicut deficit fumus, deficiãt. Pſal. 67. a

H Quærimus autem quare Lxx. pro fumario qđ Theodotio trãſtulit καπνοδόχον, locuſtas ĩterpretati ſunt: apud Hebræos, locuſta & fumarium, ijſdem ſcribitur literis: אר ב ה: quod ſi legatur אַרְבֶּה, locuſta dicitur: ſi אֲרֻבָּה, fumariũ: pro quo Aquila κατάρακτην: Symmachus foramen interpretati ſunt. Cataractam autem propriè vocat foramen in pariete fabricatum, per quod fumus egreditur. Si quis autem contentioſus & nolens recipere Hebraicam veritatem, locuſtæ ſenſum quæſierit: audiat Ephraim ἀτμίδα: id eſt, vapori ſiue aurę & ſpiritui comparari: qui ita tenuis de ore locuſtæ egreditur, vt non ſentiatur: Quòd ſi econtrario obiecerit, quare nõ alijs, quę minora ſunt, periturum Ephraim aſſimilauerit: verbi gratia pulici, qui omnia membra habet: caput, oculos, pedes, ventrem, & cętera: quæ licèt oculis non videamus, tamen ſenſu intelligimus: intantum vt os pulicis ac dentes non videtes oculis, morſib⁹ ſentiamus. Reſpondendum eſt ei, quòd ideo vapori locuſtæ, ſiue auræ tenuiſſimæ, periturorum gloria comparata ſit: quia locuſta noxia eſt, & ſic inimica mortalibus: vt famem faciat, & ſegetum culta populetur: intãtum vt arbores quoq; & vineas decorticet: qđ plenius in Iohel propheta legimus. Et huic locuſtę & nubi matutinæ & rori & puluери hæretici cõparãtur: de quibus & in epiſtola catholica dicitur: Hi ſunt nubes ſine aquis. Habent enim ſpeciem prophetarum, & nubium apoſtolicarum: ad quas dei veritas peruenit: ſed non habent aquas, id eſt gratiã ſpiritus ſancti, dicẽte domino in Euangelio: Quicredit in me (ſicut dicit ſcriptura) flumina de ventre eius fluent aquę viuæ: Hoc autem, inquit, dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. De lachrymis autem, quę ſermone Greco habent aliquam ſimilitudinem locuſtarũ δακρύων Θ ἀκρίδων, manifeſtus error eſt: quibuſdã pro locuſtis lachrymas æſtimantibus. Pulex. I Iohelis. 1. & 2. Iudæ. d. Ioan. 7. f

a ¶Ego autem dominus &c. firmans cælum, & creans terram: cuius manus creauit omnem militiam cæli: & non oſtendi ea tibi, vt ambulares poſt ea.) Quę quoniam & in Hebraico nõ habentur, & à nullo vertũtur interpretum: in antica quoq; æditione Lxx. non legũtur, obelo prænotanda ſunt: præſertim cùm ſenſus eorũ perſpicuus ſit. Vnde ad reliqua trãſeamus: cum his quæ ſequuntur iungẽtes ſuperius capitulũ.

b ¶Ego autem dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti &c.) Qui ſuprà dixerat: Fugit Iacob in regionem Syriæ: & ſeruiuit Iſrael in vxore, & ĩ vxore ſeruauit: in propheta eduxit dominus deus Iſrael de Aegypto, & in propheta ſeruatus eſt: etiam nunc quid eis præſtiterit, refert: Ego dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: qui tibi mandaui per Moyſen: attende, ne fortè comedas & ſatureris: & obliuiſcaris dei tui, qui eduxi te de terra Aegypti: Non eſt enim alius deus præter me, & qui poſſit ſaluare, nullus eſt alius. Ego qui conditor omnium ſum, cognoui ſiue paui te in deſerto & in terra inhabitabili: vbi rerũ omniũ penuria, vbi nullæ aquæ: dedi tibi manna de cœlo: & aquarum fontes pduxi de petra duriſſima. Quiuxta illud qđ alibi ſcriptũ eſt: Incraſſatus eſt, ĩpinguatus, dilatatus, & recalcitrauit dilect⁹: nũc quoq; comederunt & ſaturati ſunt: & eleuauerunt cor ſuum, & obliti ſunt eius cuſus beneficiorũ memores eſſe debebãt. Neq; enim per tantam eremi vaſtitatem, vbi non ſolum fruges & arbores vi neæq;, ſed nec herba quidem gignitur: & nullæ aquæ ardorem tẽperant ſolis: quadraginta annis poterat Iſraël ad terrã peruenire Iordanis, niſi domin⁹ omnia præſtitiſſet. Hæreticos quoq; eduxit domin⁹ de terra Aegypti, de domo ſeruitutis, & de camino ferreo: qui primò ſeruiebant regi Pharaoni & ducibus eius: præcepitq; eis in eccleſia, vt alium neſcirent deum, niſi eum qui creator eſt omnium: & nouit ſaluare quos fecit. Ipſe cognouit eos & paуit in terra ſolitudinis: ita vt poſſint dicere: Domin⁹ paſcit me & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit: ſuper aquam refectionis educauit me. Deditq; eis angelorum panem manna de cœlo, quod in Aegypto nunq̃ comederãt: & aquas de ſequenti eos petra. Petra autem iuxta Apoſtolum Chriſtus eſt: qui comederunt & impleti ſunt: & cibos domini non tulerũt. Quibus idem Apoſtolus loquitur: Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis, atq; vtinam regnetis, vt & nos regnemus vobiſcum. Comederũt enim in ſanctis ſcripturis, panem qui de cœlo deſcendit: & cum Dauid dixerunt: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Impleticq; & ſaturati eleuauerunt cõtra creatorem cor ſuum: & alterum ſibi finxerũt deum. Quicquid biberant & comederant, ſuis meritis, non dei miſericordiæ deputantes: Idcirco obliti ſunt dei, qui præceperat eis: vt legis verba religarent inter oculos & in manib⁹, atq; in fimbrijs palliorũ: ne vnq̃ obliuiſcerentur dei ſui. Deut. 32. b K L Pſal. 22. a. 1. Cor. 10. a. 1. Cor. 4. b Pſal. 50. b M

c ¶Et ego ero eis quaſi leæna: ſicut pardus in via Aſſyriorum &c.) Illi adimpleti ſunt & ſaturati: eleuauerunt corda ſua & obliti ſunt mei. Ego autem, inquit, ero eis quaſi leæna ſiue pãther: de quo ſuprà plenius diximus: & ſicut pardus in via Aſſyriorum: quando ducentur captiui ab Aſſyrijs: & occurram illis quaſi vrſa raptis catulis ſiue indigens cibo: & diſrumpam eorum vniuerſa vitalia. Aiunt qui de beſtiarum ſcripſere naturis: inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſæuius cùm perdiderit catulos, vel indiguerit cibis: & non ſolũ pantheræ, pardi, & vrſę ferociam comminatur, ſed leonis quoq; & omnium beſtiarum, quę gignuntur in ſaltibus: & in hæc omnia dicit ſe eſſe vertendum, quando ierint ad Aſſyrios: ne cùm ibi dura fuerint perpeſſi: non potentię & indignationi domini, ſed hoſtium fortitudini aſſignent miſerias ſuas. Simulq; conſideremus: quòd qui in Euangelio credentibus loquitur: Venite ad me oñes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: iugũ enim meũ ſuaue eſt & onus meũ leue, nunc per prophetã incredulis, & nolentibus agere pœnitentiam, panther, pardus, vrſa & leo efficitur: non ſolum Iſraëlitis Vrſę natura. Matt. 11. d

A Iſraëlitis,q propter idololatriã in Medorũ vrbib⁹ ſiue mõtibus collocati ſunt:ſed etiam hęreticis, qui propter mẽtis ſuperbiam,& falſorum dogmatum vanitatẽ,obliti ſunt dei ſui:& finxerũt idola,& ſecuti ſunt deos alienos. a ¶Perditio tua Iſrael,tantummodo in me auxilium tuum. Vbi eſt rex &c.) Pro eo quod Lxx. interpretati ſunt. ἀνέχομ, id eſt, habui: omnes abſtuli tranſtulerũt. Infœlix Iſrael & dign⁹ maledictione ꝑpetua: qui in tantũ impietatis deſcẽdit profundum, vt ſolius dei ſaluetur miſericordia. Poteſt autem in Hebræo & hoc ſenſu legi:Diſpeas Iſrael,quia nihil tibi reliquum eſt niſi vt mea ſolum clementia conſerueris. In Lxx.autẽ alter eſt ſenſus: Corruptioni tuæ Iſrael quis auxiliabit, B id eſt, captiuitati tuæ & vltimæ ſeruituti qs ferre poterit auxilium eorum, quos tibi prę ſules æſtimaſti? Vbi eſt rex tuus, de quo dice-

HEB. beſtia agri ſcindet a eos. Perditio tua Iſrael, tm̃modo in me auxilium tuũ. Vbi eſt rex tuus? maximè nunc te ſaluũ faciat in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui,de quibus dixiſti:Da mihi regẽ & principes: dabo tibi regem in furore meo: & auferam̃ in b indignatione mea. Colligata eſt iniqtas Ephraim: abſcõditum peccatũ eius: dolores parturiẽtis veniẽt ei, ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit in c cõtritione filiorũ. De manu mortis liberabo eos:de morte redimam eos: Ero mors tua ô mors:ero morſus tuus inferne. Conſolatio

1.Reg.8.a bas ad Samuel: Conſtitue ſuper nos regem,vt iudicet nos: ſicut & gentes habent cæteræ? Cumq; ille cõtradiceret: reſpondebas:nequaq̃,ſed rex erit nobis: & erimus etiam nos ſicut & gentes omnes:& iudicabit nos rex noſter: & egredieť ante nos,& pugnabit pro nobis. De quo ergo tibi promiſeras ꝙ tua bella bellaret: nunc in neceſſitate ſubueniat, & vniuerſas vrbes tuas liberet de ſeruitute. Vbi ſunt iudices tui? vbi reges? Tu enim dixiſti: Da mihi regem & principes: itaq; dedi tibi Saulem regem in furore meo: intantum vt in diebus meſſis pluuiam demonſtrarem cõtra naturam Iudæę prouinciæ. Et abſtuli,inquit,in indignatione mea regem videlicet Sedechiam:vt quem cum furore dederã,tollerem cum indignatione. Alij arbitrantur datum in furore regem Hieroboam filium Nabath: & ablatum in indignatione Oſee vltimum regem decem tribuum. Hoc quod expoſuimus,dedi tibi regem & abſtuli regem in indignatione C mea,Hebręi ad futurum tempus referunt: Eo,inquit,tempore quo dicebas: da mihi regem & principes: ego tibi reſpõdebam per Samuelem, quòd daturus tibi eſſem in furore meo,& ablaturus in indignatione mea. Perditus eſt omnis hæreticus & corruptioni traditus: Qui enim corrũpit templum dei,corrumpet illũ dominus:& in nullo alio habet auxilium,niſi in ſola miſericordia dei, quam pœnitudine conſequitur: Huius rex & iudices diabolus eſt & dæmones: ſiue omnes principes dogmatum peruerſorum:qui eos tempore neceſſitatis & anguſtiæ liberare non poterũt:qui dati ſunt in furore,& auferẽtur in indignatione:non ꝙ dominus tales eos voluerit habere reges: alioquin non auferret quos ſponte dederat:ſed ꝙ dimiſerit eos voluntatibus ſuis:vt comedentes & incraſſati carnibus, nauſearent, & euomerent per nares ſuas:& odiſſe inciperẽt eos quos tanto ſtudio ſequebantur. b ¶Colligata eſt iniquitas Ephraim: abſconditum &c.) Q uomodo ſi ligetur quid in ſacculo,cõſeruatur,& nõ perit ei cui ligatum eſt:ſic omnis iniquitas qua in deum peccauit Ephraim, colligata eſt ei & abſcondita: & quaſi in marſupio reſeruatur. Deniq; cùm dies vltionis aduenerit,& extrema captiuitas: dolores quaſi parturiẽtis venient ei,ſiue apprehendent illum. Mulier parturiens multo anteq̃ pariat,ex eo tempore quo concepit,ſcit ſe eſſe paritura: & expectat quotidie extrema tormẽta cruciatusq; venturos: Ita & Ephraim filius inſipiens, de quo ſuprà dixe-

SEP. beſtiæ agri diſrumpent eos. Corruptioni tuę Iſraël qs auxiliabitur? vbi eſt rex † tuus iſte? & ſaluũ te faciat in cunctis vrbibus tuis: iudicet te de quo dixiſti, da mihi regem & principem: & dedi tibi regẽ in ira mea, & habui in furore meo. Congregatio iniquitatis Ephraim: abſcõditum eſt peccatũ eius: dolores quaſi parturientis veniẽt ei: iſte eſt filiꝰ tuus ſapiens: quia nunc non ſuſtinebit in contritione filiorum. De manu inferni liberabo eos, de morte redimam illos: vbi eſt cauſa tua mors? vbi eſt aculeus tuus inferne? conſolatio

rat:Ephraim columba inſipiens, non habens cor in contri- D tione filiorum & populi ſui: cùm dies parturitionis & captiuitatis aduenerit,aut ſtare,aut ſufferre non poterit. Pro inſipiente filio,in Lxx.per ironiã legitur:Iſte filius ſapiens, hoc eſt quem ſapientem putabas,vt econtrariò intelligatur inſipiens. Omnibus autẽ hæreticis iniquitas colligata eſt: quam in excelſo locuti ſunt: & abſconditum eſt peccatum eorum, dum ſe putant venena ſui cordis abſcondere, & habere ſecreta: quæ cũm dies parturitionis aduenerit, dolore eiulationibuſq; pandentur, Iſte Ephraim filius inſipiens eſt,quia dei ſapiẽtiam dereliquit: de quo in Hieremia ſcriptum eſt:Nouiſſimum eius erit inſipiẽs: & in cõtritione filiorũ ſuorum quos interfecit, E quos iugulauit: dei irã ſuſtinere non poterit. c ¶De manu mortis liberabo eos &c.) Secundũ vtramq; intelligentiam: Ephraim, hoc eſt, & decem tribuum, & hæreticorum qui ſuſtinere non poterunt, in contritione filiorum ſuorum, cùm dolores quaſi parturientis aduenerint, dominus pollicetur de manu mortis ſe eos liberaturum,& de morte redempturũ. Manum autem mortis appellat opera quibus interficit: iuxta illud quod ſcriptũ eſt:In manu linguæ mors & vita. Liberauit autem omnes dominus:& redemit in paſſione crucis & effuſione ſanguinis ſui: quãdo anima eius deſcendit in infernum:& caro eius nõ vidit corruptionem:& ad ipſam mortem atq; infernum locutus eſt: Ero mors tua ô mors. Idcirco enim mortuus ſum vt tu mea morte moriaris. Ero morſus tuus inferne,qui omnes tuis faucibus deuorabas. Videnſq; mortis duram neceſſitatem: & quòd nullus ſit hominum qui viuat & non videat mortem: clementiſſimus pater ſententię recordatur antiquæ:quia in Adam omnes morimur. Siue propheta intelligens fragilitatem ſuam:& conditionem carnis humanę: Conſolatio, ait, abſcondita eſt ab oculis meis:& eſt ſenſus:Non valeo conſolari:quicquid mente concepero,dolorem meum non poteſt mitigare: cernentis chariſſima inter ſe nomina morte ſeiungi: ipſe enim infernus inter fratres diuidit. Q uicquid igitur ſeparat fratres,infernus eſt appellandus: & maximè mulier meretrix: quæ vocans inſipientem ad ſe,dicit in opibus prudentiæ, panes occultos libenter attingite, & aquę furtiuæ dulcedinem bibite:& neſcit inſipiens, quoniã terrigenæ apud eam pereunt: & in profundũ inferni incurrunt. Q uicquid enim non licet,magis deſideratur:& quod raritate dulce eſt,aſſiduitate in amaritudinem vertitur. Et mel diſtillat de labijs mulieris meretricis,quæ ad tẽpus impinguat fauces inſipientis:nouiſſimè autẽ amarius felle inuenitur:& acutius magis q̃ gladius vtrinq; acut⁹. Q uicũq; terrigena eſt,& de cœlo non naſcitur,interficitur eius amplexibus:& ligatur inſtitis lectulorum: & inſipientiæ pedes deducunt eos, qui vtuntur ea,cum morte ad inferos. Inter mortem autem & inferos,hoc intereſt:Mors eſt,qua anima ſeparatur à corpore. Infernus,locus in quo animæ recludũtur,ſiue in refrigerio,ſiuè in pœnis,pro qualitate meritorũ. Hoc diximus,vt oſtẽderemus id mortem facere,quod meretricem mulierem:Mors enim diuidit fratres, hoc & mulier facit. In fratribus,omnem intellige charitatem:quod & mater diuidatur à filia, & pater à filio, & frater à fratre.

† al. tuus? ſtet & ſaluum &c.

Hiere.17.b.

Prouer.18 d.

Pſal.88.g.

1.Co.15.c.

Prou. 5.a.

Mors.

Infernus.

Q uòd

G Quòd autem aliud sit mors,& aliud infernus,& psalmista
Psal. 6.b. demonstrat, dicens: Non est in morte qui memor sit tui:
Ibid. 54.c in inferno autem quis confitebitur tibi?& in alio loco: Veniat mors super eos,& descendant in infernum viuentes. Pro eo quod nos interpretati sumus:Ero mors tua ô mors: ero morsus tuus inferne: Lxx. transtulerũt: vbi est causa tua ô mors, vbi est stimul9 tu9 infer ne? pro quo Apostolus
1.Cor. 15. posuit: Absorpta est mors in contentione, vbi est mors contentio
g. tua: vbi est mors aculeus tuus? Et exponens virtutẽ testimonij intulit: Aculeus autẽ mortis peccatũ est,virt9 verò peccati lex:Deo autem gratias qui dedit nobis victoriã,per dominum nostrum Iesum Christũ. Itaq; quod ille in resurrectionẽ interpretatus est domini:nos aliter interpretari,nec possum9 nec audemus. Potest mors,& infernus & diabolus accipi, qui Christi morte iugulat9 est:de quo & Esaias loquitur:Deuorauit mors inualescens.Et postea sequitur: Abstulit dominus omnẽ lachrymam ab omni facie.Duos autem fratres inter se morte diuisos,iuxta historiam illius temporis, quidam Israël & Iudam intelligunt:vt quod tunc figurabatur in parte,nũc sentiatur in toto, & cum omni humano genere Israel & Iudas liberandus sit & redimendus. In eo loco in quo Lxx.trãstulerũt:πῦ ἡ δίκη σου, id est,vbi est causa tua:& nos diximus, ero mors tua:Symmachus interpretatus est,ero plaga tua. Quinta æditio & Aquila:Vbi sunt sermones tui: quod Hebraicè scribitur, דְּבָרְךָ:legentes דֶּבֶר, hoc est,verbum, pro
Esa.9.b. דֶּבֶר,quod interpretatur mors:iuxta illud quod in Esaia legimus:Mortẽ misit dominus in Iacob & venit in Israël,hoc est,deber,pro quo nos interpretati sumus: Verbum misit in Iacob,& venit in Israel,id est,dabar. Pro aculeo quoq; quẽ nos morsum trãstulimus:Symmachus ἀπάντημα, id est,occursum:Theodotion & quinta ęditio,plagam & conclusionem interpretati sunt. a ¶Adducet vrentem ventũ &c.) Legi in cuiusdam commentarijs, ventum vrentem quẽ adducet dominus de deserto,illum esse qui percusserit domũ
Iob.1.d. Iob in quatuor angulis:& fecerit eam super filios ruere cõ
Matt.7.d uiuantes:& vnum esse de his ventis,quos in Euangelio legimus flare & venire cum turbine, pluuijs atq; fluminibus, vt
I subuertant domum,quę super petram ædificata est, siue super arenas.Quod nequaq; mihi videt: neq; eñ in Iob scriptum est,quòd ventum de deserto dominus adduxerit: sed nomen domini tacitum est:vt ventus de solitudine,qui contra sanctum virũ sua venerat voluntate,contraria possit accipi fortitudo:& venti qui domorum fundamenta subuertunt, vtiq; ad bonam partem nõ poterunt referri: Superest vt ventũ vrentem quem adducet dominus de deserto ascẽdentem, illum intelligamus,de quo & in Abacuk legimus:
Abac.5.a. Deus ab Austro veniet,& sanctus de mõte Pharan:qui vtiq;
Cant.1.b. in solitudine & in meridie situs est.Et in Cantico legimus: Vbi pascis,vbi cubas in meridie?Hunc itaq; ventum vrentẽ qui siccet venas mortis,& fontes eius arefaciat:adducet dominus de deserto ascendentem: de deserto autem humani generis,in quo & diabolus quærens requiem, inuenire non potuit: Siue desertum intelligimus sanctæ Mariæ vterum virginalem,quòd absq; semine humano nulla frutice pullulauerit:sed virga simplex atq; purissima & vnione fœcunda ædiderit eum florem qui dicit in Canticocanticorum: Ego
Cant. 2.a. flos campi & lilium conuallium. Et pulchrè tam in Esaia,q̃
Esa.11.a. in præsenti loco,flos ascendens & ventus ascendens dicitur:

HEB. latio absc̃odita est ab oculis meis:qa ipse inter fratres diuidet. Adducet vrentem ventũ dominus de deserto ascendentẽ, & siccabit venas ei9,& desolabit fontem eius,& ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

Caput XIIII.

b PEreat Samaria: quoniam ad amaritudinem concitauit deum suum: in gladio pereant: paruuli eorum elidantur, & fœtę eius discindantur. Conuer-

quia de humilitate carnis ad excelsa conscendit:& nos secũ K
duxit ad patrem,dicens in Euangelio:Cùm exaltatus fuero, Ioan.12.e.
omnia traham ad me. Ipse quasi radix ascẽdet de terra inhabitabili:& nequaq̃ mors in eum, sed ipse morti superueniet:neq; enim mors in eo vllam suæ potestatis viam reperit,& hoc est, quod in

SEP. latio absconditа est ab oculis meis: qa ipse inter fratres diuidet. Adducet vrẽtem ventum dominus de deserto super eos, & siccabit venas eius,desolabit fontes illius:iste arefaciet terrã eius, & omnia vasa desiderabilia.

Caput XIIII.

DIsperdet Samaria quoniã restitit deo suo, in gladio corruẽt,& lactẽtes eorum elidentur ad petrã, & habentes in vtero disrumpẽtur. Conuer-

Prouerbijs dicitur: Im Prou.30.e
possibile est super petram serpẽtis inuenire vestigia. Et ipse loquit in Euangelio: Ecce ve- Ioan.14.d
niet princeps mũdi huius, & iueniet in me nihil. Iste siccabit venas mortis, & desolabit fõtes ei9. Venę mortis & fontes & aculeus, peccata ab Apl'o nominãtur:qb9 arefactis,mors quoq; ipsa siccabitur. Quodq; sequitur:Ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis: dupliciter accipit: L
siue quod desiderabilia sunt his q in morte habitant:siue vasa desiderabilia quę in thesauro retinebantur inferni,sanctos intelligimus: quos alligatos fortè dominus eripuit & rapuit & tulit de inferis: & quasi vasa preciosissima secum perduxit in paradisum. Pro thesauro,Lxx.terram transtulerũt:terra haud dubium quin mortem significet.Et in psalmis legimus:Credo vide- Psal.26.d
re bona domini in terra viuentium.Et iuxta Euangeliũ: Mi Matt.5.a.
tes possidebunt terram. Econtrariò debemus accipere terram inferni non esse terram viuentiũ,sed mortuorũ, quę diripitur atq; vastatur: quãdo morte Christi vinctę apud inferos animæ liberantur.Secundum tropologiam in eisdem (de quibus suprà diximus)commẽtarijs legimus ventũ vrentem,diabolum intelligi & singulos hæresiarchas.Quod nobis displicet:Neq; enim diabolus venas mortis fontesq; erroris siccare potest:cùm ipse fons & initium mortuorũ sit. Itaq; sermo ecclesiasticus, vrens intelligendus est vẽtus,qui omnia hæreticorum dogmata arefaciat & perducat ad nihilum,& diripiat eos atq; dispergat, qui hæreticorum doctrina in morte fuerant congregati. Cap. XIIII.

b PEreat Samaria &c.)Sępe diximus decẽ tribus appellari Samariam à metropoli Samaria, quę ex nomine Augusti nũc vocatur Augusta,id est,Sebaste. Cur autem Samaria dicta sit ciuitas, in regum volumine legimus. Imperat igitur propheta,& vt verius dicam, optatiuo mo- M
do loquitur,vt Samaria pereat.Cui cùm deus tanta præparârit bona, illa contra deum faciat, & magis dæmonũ simulachra sectetur.Symmachus autem nõ dixit,pereat:sed μεταμελήσῃ,id est aget pœnitẽtiam: suiq; eam pœnitebit erroris,quòd dulcissimũ deum in amaritudinem verterit: ita vt bellatores eius in gladio pereant:paruuli & lactẽtes elidantur ad terram:& fœtę eius atq; prægnantes disrumpantur in mortem.Quę omnia ei accidisse credendum est tempore captiuitatis & angustię,quando suam patriam perdiderũt, & qui euasere gladium,in seruitutem perpetuã sunt abducti. De hæreticis facilis intelligentia est,quòd vocẽtur Samaria:eo quòd dei præcepta seruare se iactent:non quòd custodes sint legis eius,sed quòd hoc esse se dicant,in similitudinem schismatis Nouatianorũ:qui & ipsi καθαροὺς,id Nouatiani
est,mundos se vocant,cùm sint omnium immundissimi, negantes pœnitentiam,per quam peccata mũdantur:iuxta illud quod scriptum est:Lauabis me & super niuem dealba- Psal. 50.b
bor.Et in Esaia:Lauamini,mundi estote. Lauacrum autem Esa.1.d.
non baptismum vocat,sed omnem pœnitudinẽ quæ sordes abluit peccatorũ.Pereat igitur huiusmodi Samaria: quia quicquid loquitur,repugnat deo suo: & clementiã eius vertit in crudelitatẽ: vsq; adeo vt qui viri sunt apud illã & ad malitię

A malitiæ ætatem venere perfectam, ſpirituali mucrone truncentur. Q ui autem paruuli atq; lactentes, elidantur ad pe-
Pſal.136.b tram. De quib⁹ & in pſalmo legimus: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Fœtę quoq; eius atq; prægnantes quæ de malo ſemine conceperunt: ideo diſrumpentur, ne peſſimos liberos faciãt. Tale quid & in Euangelio nobis
Luc. 21.e. ſubijcitur: Vę prægnãtibus & nutrientibus in diebus illis: diebus videlicet tribulationis & anguſtiæ. Interficiuntur autem & bellatores Samariæ gladio, & lactentes eliduntur, & prægnantes diſrumpũtur: vt pereũte malo ſemine, zizanijſq; ei⁹ exuſtis, ſolum remaneat triticum: quod in domini horrea recondatur. a ¶Conuerte-
B re Iſraël ad dominum deum tuum: quoniam corruiſti in iniquitate tua: tollite vobiſcũ verba, & conuertimini ad dominum &c.) Pereunte Samaria & viris ei⁹, & paruulis & prægnãtibus occiſis, eliſis atq; diſciſſis: totus Iſraël ad pœnitentiam prouocatur: vt qui infirmatus eſt, ſiue corruit in iniquitatibus ſuis: reuertatur ad medicũ & recipiat ſanitatem: vel ſtare incipiat qui corruerat: doceturq; quomodo debeat agere pœnitentiam. Tollite, inquit, vobiſcum verba, id eſt, preces & delictorum confeſſionem: & conuertimini ad dominũ tam verbis quàm operibus: & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, nihil languoris in nobis & ruinæ priſtinæ derelinquas, ne rurſum mali ſeminis pullulent rediuiua plantaria: & accipe, inquit, bonum: Niſi enim tuleris mala noſtra: bonum tibi quod offeramus habere non poſſumus: iuxta illud quod alibi ſcri-
Pſal.36.e. ptum eſt: Declina à malo, & fac bonum: & reddemus, ait, vitulos labiorum noſtrorum. Pro vitulis qui Hebraicè appellãtur *aſ. פָּרִי. *פָּרִים, καρπόν, id eſt fructum: Lxx. tranſtulerunt
C qui dicitur פָּרִים, falſi ſermonis ſimilitudine. Vituli autẽ la-
Pſal.50.d biorum, laudes in deo ſunt & gratiarum actio: Sacrificium enim deo ſpiritus contribulatus. Igitur illo iam tẽpore carnalibus victimis reprobatis: placabilis deo hoſtia, eſt pura confeſſio. Q ui reddituros ſe eſſe dicunt labiorum vitulos, & dei laudes perpeti voce canituros: etiam illud repromittunt quòd nequaquam in Aſſyrijs ſpem habeant:
Pſal.32.d nec ſuper equos Aegyptios, quia fallax equus ad ſalutem, & vltrà non adorent opera manuum ſuarum vitulos aureos, quos in Dan Bethelq; conflauerant: & idcirco, inquiunt: Nequaquam operi manuum noſtrarum dicemus, dij noſtri: quia tu eius qui in te eſt pupilli miſereberis:
Exod.4.f hoc eſt, populi Iſraël: de quo dixeras: Filius primogenitus meus Iſraël. Et, Filios genui & exaltaui, ipſi autem me
Eſa.1.a. Pſal.17.g ſpreuerunt. Et in alio loco: Filij alieni mentiti ſunt mihi. Pupillus autem vocatur: quia deum perdidit patrem. Q uidam autem pupillum expoſuit eum qui à malo patre receſſerit diabolo: & idcirco dei miſericordia ſubleuetur. Ad omne quoq; dogma peruerſum quotidie propheta loquitur, & ſectatores eius ad pœnitentiam prouocat, dicens: Conuertimini ad dominum deum veſtrum, qui corruiſtis, ſiue elanguiſtis, domini perdita ſanitate: tollite vobiſcum verba, veram fidei confeſſionem, & dicite: Auſer D
iniquitatem quæ in noſtro corde verſatur, & accipe bonũ fidei: quia corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſ- Rom.10.b
ſio fit ad ſalutem. Vituli & victimæ, ſiue fructus labiorum, ſunt in patrem & filium & ſpiritum ſanctum, & in paſſionem & reſurrectionem domini credere: quam qui obtulerit ei, nequaquam ſperabit in rege Aſſyrio, de quo crebrò diximus. Nec aſcendet ſuper equũ quem præcepit dominus nequaq̃ multiplicandum: quem habẽs Pharao, cum ſuo Exod.14.
eſt demerſus equitatu. Omnis enim hæreticus aſcendit equos per ſuperbiam, quos in errore ſuo ipſe generauit. Et nequaquam vltrà dicẽt operibus manuum ſuarum, quæ ipſi artifici eloquio confinxerunt, dij noſtri. Guloſi venter deus eſt: auarus colit mammona: hęreticus dogma quod finxit: qui vniuerſa hęc deſeruerit, id eſt, Aſſur & equum & opera manuum ſuarum, reuertetur ad dominum, & placabit patrem ſuum à quo fuerat abiectus.

SEP. Cõuertere Iſraël ad dominũ deum tuum: quia infirmatus es in iniquitatibus tuis: ſumite vobiſcũ ſermões, & reuertimini ad dominum: dicite ei vt nõ tollatis iniquitatẽ ſed aſſumatis bona, & reddemus fructũ labiorum noſtrorũ. Aſſur nõ ſaluabit nos: ſuper equum non aſcẽdemus: nequaquam vltrà dicemus, dij noſtri, operib⁹ manuum noſtrarum, qui in te eſt miſerebitur pupilli. Sanabo habitatores eorum: diligam eos manifeſtè, quia auerſa eſt ira mea ab eis: ero quaſi ros: Iſraël florebit vt lilium, & mittet radices ſuas quaſi Libanus: ibũt rami ei⁹, & erit quaſi oliua fructifera: & odor illius quaſi Libani: cõuertent & ſedebũt ſub vmbra eius:

b ¶Sanabo cõtritiones eorum: diligam eos ſpontaneè &c.) Conuerſis ad pœnitentiam: & inſtar pupilli patrem quem reliquerant cognoſcentibus, reſpondit deus: Sanabo contritiones vel habitacula eorum in quibus fuerant vulnerati ſiue confracti, vel in quibus tam malè habitauerant: diligam eos ſpontaneè: quod Lxx. trãſtulerũt ὁμολογουμένως, perſpicuè atque apertè, vel abſque vlla dubitatione. Diligit autem dominus diligentes ſe: de quibus & in alio loco ait: Ego diligentes me diligo: qui enim prius iraſcebar eis Prou.8.b.
propter peccata quæ fecerant: nunc miſerebor propter clementiam meam. Et ero eis quaſi ros: vt fornacem Babylonicam, & caminum æſtuantis incendij meo rore reſtinguã: F
qui & per Iſaac patriarcham ad Iacob ſeruum meum locutus ſum: De rore cœli erit habitaculum tuum. Q uomodo enim dominus fit credentibus lumen, via, veritas, panis, vinea, ignis, paſtor, agnus, ianua, vermis &c. ſic qui indigemus illius miſericordia, & peccatorum febribus æſtuamus: in rorem nobis vertitur: ad quem dicit Eſaias: Ros enim qui à te Eſa.26.d.
eſt, ſanitas eorum eſt. Et in Deuteronomij cantico Moyſes ſecundum
loquitur: Deſcendant ſicut ros verba mea. Cùm autem nos Lxx.
dominus ſuo rore reſperſerit, & ſiccitatem pectoris noſtri Deut.32.a
ſuis pluuijs irrigarit, germinabimus, imò florebimus vt lilium, imitantes dominum ſaluatorem: qui dicit in Canti-
cocanticorum: Ego flos campi & lilium conuallium: & lo- Cant.2.a.
quitur ad ſponſam ſuam, quæ non habet rugam neq; maculam: Sicut lilium in medio ſpinarũ, ſic proxima mea in medio filiarum. Cumq; creuerimus in domino: mittemus radices noſtras ſicut arbores Libani: quæ quantum in auras conſurgunt vertice: tantum radicem in ima demergunt, vt nulla tempeſtate quatiantur, ſed ſtabili mole cõſiſtant. Harum arborum rami huc illucq; tenduntur: vt veniant volatilia cœli & habitent in eis. Et ne forſitan putaremus, quia dixerat, erumpet radix eius, ſiue emittet radices ſuas quaſi Libanus, de cedris eum loqui & infructuoſis arboribus: ſanctum virum & conuerſum ad dominum, oliuæ frugiferæ comparat,

Psal. 51.b. comparat:qui dicit in alio loco: Ego autem sicut oliua fru
Matt. 25.a ctifera in domo dei. Cuius fructũ quinq; sibi sapientes vir-
G gines parauerunt, ex quo vulnerum mitigatur tumor: lan-
guentis membra requiescunt: in tenebris lumen accendi-
tur: vnguntur in agone certantes. Hæc oliua habebit odo-
rẽ quasi Libani vel thu
ris: quod genus est thy
miamatis: θυωνύμως
apud Græcos & He-
bræos: & mons appel-
latur & thus: Vel cer-
te mõtis Libani, qui fer
tilissimus & virens, dẽ-
sissimis arborum co-
mis ptegit: ita vt pos-
sit oliua dicere: Chri-
2.Cor. 2. sti bonus odor sumus.
d. Qui autẽ conuersi fue
rint ad dominum, acci
pient conuersionis suæ
præmium: vt sedeant
H in vmbra eius & dicãt:
Cant. 2.a. subvmbra eius requie-
ui & sedi, & fructꝰ eius
dulcis est in ore meo. Cumq; sederint in vmbra illius, viu-
ent qui prius mortui fuerant, siue iuxta Lxx. bibent & in-
ebriabuntur tritico, hoc est, rerum omnium abundantia.
Quòd autem hìc ebrietas, non euersionem mentis, sed co-
piam rerum omnium significet, versiculus ille declarat, di-
Psal. 64.b cens: Visitasti terram & inebriasti eam. Et Ioseph conui-
Gen. 43.g uium, in quo inebriasse dicitur fratres suos: Et dominus lo-
quens ad Apostolos: Comedite amici mei, & bibite, & ine-
briamini fratres. Siue quia dominus noster ipse est frumen
tum & vinea: quicunq; crediderit in eo, inebriari dicitur.
Denique sequitur: Et efflorebit quasi vinea: memoriale eius
sicut vinum Libani. Vinum autem Libani possumus appel-
lare mixtum & conditum thymiamate, vt odorẽ suauissi-
mum habeat: vel vinum Libani quod domino libatur in tẽ-
Zach. 11. a plo: de quo in Zacharia sub Libani vocabulo legimꝰ: Aperi
I Libane portas tuas. Cùm ergo tanta rerum abundantia sit
futura, ô Ephraim, omnis qui agis pœnitentiã & qui meus
esse cœpisti: dimitte idola, simulachra cõtemne: Ego enim
sum qui humiliaui te: & ego exaltabo te, siue ego exau-
diam & dirigam, & faciam eum quasi abiẽtem virentem:
vt de illo iuxta Hebræos dicatur in Psalmo: Abies domus
eius. Aut certè ego ero quasi iuniperus condẽsa, vt sub mea
vmbra requiescat. De ἀρκεύθοις, id est, iuniperis, iuxta Lxx.
interpretes Salomon ianuas templi fecisse memorat: quia
Christus, per quem ad patrem accedimus, hanc habet na-
turam, vt semper floreat, semper nouos afferat fructus, &
nunquam deponat virorem suum. Hæc iuniperus sub vm-
bra sua quiescentibus, ne mundi huius ardore feriantur, &
Ionę. 4. percutiat æstus caput eorum, sicut quondam percussit &
Ionæ: dat fruges, & non solum dormientibus requiem &
sedentibus, sed & saturitatem vescentibus præbet. Quic-
quid secundum ἀναγωγὴν interpretati sumus, in aduentu
domini saluatoris, & in conuersione veri Israël, hoc tam ad
hæreticos & Iudæos, quàm ad gentes & ad omne dogma
peruersum referri potest: vt cùm egerint pœnitentiam, ve-

HEB. bra eius: viuent tri
tico, & germinabunt qua-
si vinea. Memoriale eius
sicut vinũ Libani, Ephrai-
im quid mihi vltrà idola:
ego exaudiam & dirigam
eum: ego vt abietem virẽ-
tẽ, ex me fructus tuus in-
a uentus est. Quis sapiens
& intelliget ista: intelli-
gens & sciet hæc? quia rec-
tæ viæ domini: & iusti
ambulabunt in eis: præ-
uaricatores verò corruent
in eis.

SEP. bra eius, bibẽt & in-
ebriabuntur frumento, &
efflorebit vt vinea, memo
riale eius quasi vinum Li
bani Ephraim. Quid ei
vltrà & idolis? ego humi-
liaui eũ, & ego confortabo
illum: ego sicut iuniperus
condensa: ex me fructus
tuus inuẽtus est. Quis sa
piens & intelliget hęc, aut
intelligẽs & cognoscet ea?
quia rectæ vię dñi, & iusti
ambulabũt ĩ eis, q aũt im-
pij fũt, infirmabunt ĩ illis.

Verbum

niam consequantur. Si ergo plenitudo repromissionis adim K
pleta est in aduentu Saluatoris, & quotidiè impletur in ec
clesia: credendum est quòd plenius impleatur: quando per-
fectione veniente, quod nunc ex parte est destruetur. No-
tandum quod sæpe iam diximus, salutem Israëlis & reuer-
sionis ad dominum: & de captiuitate redemptionem, non carnali-
ter accipi, vt Iudæi pu
tant, sed spiritualiter,
vt verissimè comprobatur. a ¶Quis sapiens & intelliget ista: &c.) Quando dicit, Quis sapiens & intelliget hæc: intelligens & cognoscet ea? obscuritatem voluminis & dif
ficultatem explanationis ostendit. Si autem ipse qui scripsit, vel dif
ficile vel ipossibile con L
fitetur: quid nos facere
possumus, qui lippien-
tibus oculis & peccatorum sordibus obscuratis, clarissimũ
iubar solis non possumus intueri, nisi dicere illud quod scri
ptum est: O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ Rom. 11. b
dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles
viæ eius? Quis enim potest absq; Christo docente cogno-
scere quid significet Iezrael: quid soror eius, non miseri-
cordiam consecuta: quid tertius frater, non populus meus:
quæ sit adultera, quę sine lege dei multo sessura sit tempo-
re: quod sit pactum cum bestijs terrę, & cum volatilibus cœ
li: qui sit Dauid ad quem populus reuersurus sit, cuius sit
die tertia resurrectio, & egressus eius diluculo comparetur: quæ sit pluuia prima & nouissima: qui sit quem prophe
ta dicit esse venturum, qui nobis monstret iustitiam, aut in
cuius typo Israël educatur ex Aegypto, & portetur in bra-
chijs, & ducatur in funiculis charitatis: qui sit qui interfi-
ciat mortem, & siccet venas eius & fontes arefaciat, & diri M
piat vasa quæ in thesauro condita tenebãtur, & cætera quę
longum est retexere? Vnde quicũq; sanctus & iustus est, rec-
tas vias domini esse cognoscet. Vias autem domini esse co
gnoscimus lectionem veteris & noui testamenti, & sancta-
rum intelligentiam scripturarum. In his vijs qui ambulat,
nisi conuertatur ad dominum, & ablatum ab eo fuerit vela-
men quod erat ante oculos Moysi, rectum iter inuenire non
poterit. Sin autem dixerit cum Dauid: Reuela oculos meos Psal. 118.
& considerabo mirabilia de lege tua: ambulabit in eis, &
Christum inueniet, & Iudæos atq; hæreticos, quos vel præ-
uaricatores vel impios scriptura nunc nominat, offendere
in eis, & infirmari atque corruere sentiet: iuxta illud quod
scriptum est: Ecce iste positus est in ruinam & in resurre- Luce. 2.c.
ctionem multorum in Israël.

Commentariorum in Osee
prophetam finis.

Diui

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN IOELEM
prophetam, ad Pammachium, proœmium.

NOn idem ordo est duodecim prophetarū apud Lxx. interpretes, qui in Hebraica veritate retinetur. Illi enim ponunt secundum Amos, tertium Micheam, quartum Ioel, quintum Abdiam, sextum Ionam, septimum Naum, octauum Abacuk, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, vndecimum Zachariam, duodecimū Malachiam, Hebræi autē post Osee, qui apud vtrosq; primus est, secundum legunt Ioel, tertiū Amos, quartum Abdiam, quintum Ionam, sextū Micheam, septimū Nahum, octauū Abacuk, nonum Sophoniam, decimum Aggeum, vndecimum Zachariam: duodecimum, qui & vltimus est, Malachiā. Et quia semel omnes vnius voluminis prophetas enumerauimus: vtile nobis videtur ἐτυμολογίας singulorum & Græcè & Latinè breuiter adnotare. Osee interpretatur σώζων, quē nos saluatorem possumus dicere. Ioel, ἀρχόμενον θυ, id est, incipiens: Amos, βασάζων, qui apud Latinos portans dicitur. Abdias, δοῦλος κυρίου, id est, seruus domini. Ionas, περιστερά, hoc est, colūba. Micheas, ὁσιοῦ, ex duabus orationis partibus nomen compositum, quod apud nos sonat, quis quasi: aut quis velut. Naum, παράκλησις, id est, consolatio. Abacuk, περιλαμβάνων, id est, amplexans, siue luctans. Sophonia, κεκρυμμένος κυρίου, hoc est, arcanus domini. Aggeus ἑορτάζων, quem nos festiuum siue solennem possumus dicere. Zacharias, μνήμη κυρίου, id est, memoria domini. Malachias, ἄγγελός μου, id est, nūcius meus. Quæ omnia quo
B sensu accipiēda sint, in suis voluminibus differetur. Quatuor autem reliqui prophetæ, vt sedecim compleamus, Esaias, Ezechiel, Hieremias, Daniel, hāc habent intelligentiam: Esaias σωτηρία κυρίου, dicitur, id est, salus domini: Ezechiel κραταίωμα κυρίου, quod nos robur, vel imperium domini possemus appellare: Hieremias, ὕψωμα κυρίου, id est excelsus dñi: Daniel, ἔκρινέ με κύριος, id est, iudicauit me dominus. Quæ cùm ita se habeant, obsecro mi Pammachi, qui omni arte pugnandi aduersum diabolū dimicas, vt nobis cōtra Amalech pugnantibus leues cum Moyse ad dominum manus, & aduersarios Israel orationibus superes. Nuper de Aegypto egressi sumus, & in Osee Pharaone submerso, rubrum transiuimus mare: nūc post latam eremi vastitatem, multo nobis labore sudādum est: vt ad Lxx. palmas & fontes Apostolicos peruenire valeamus. Insurgat licèt scorpio, & arcuato vulnere ferire conetur: tu comes itineris, & excātator venenatorum morsuum, spiritualem nobis φάρμακον exhibe: quodq; sanctę ac venerabili Paulæ parenti tuæ polliciti sumus, pius hęres suscipe: & quicquid vel ingenio vel doctrina minus tua expectatione possumus, amici fauore sustenta: nec in nobis vires consideres, sed voluntatem.

Sedecim prophetarū etymologiæ.

E

Vide scholiū Erasmi, tomo 3. fo. 11. e.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI in Ioel prophetam Commentarij.

a VErbum domini qđ factum est &c.) Lxx. interpretes pro פְּתוּאֵל verterunt Bathuel: quod apud Hebræos omnino nil resonat, Phatuel autem in linguam
C nostram vertitur latitudo dei, vel aperiens deus, vt in Marco legi-
Marc. 7. g mus, saluatorem ad surdū mutumq; dicētem: הִפָּתַח quod est adaperire. Quia enim cum
2. Cor. 6. c Apostolo dicere poterat: Os nostrū patet ad vos ò Corinthij, cor nostrum dilatatum est: &
Psal. 80. b audiebat à domino: Dilata os tuū, & implebo illud. Ipsa quoq; oris adapertio, non
1. Cor. 16. b. in hominis, sed in dei potestate est, Paulo dicente: Ostiū mihi apertum est magnum & euidēs, sed aduersarij multi: idcirco aperiens dicitur deus. Cumq; sanctus semper proficiat, ex parte cognoscens & ex parte prophetans, donec veniat quod perfectum est: de latitudine & adapertione gene
יוֹאֵל ratus, appellatur Ioel, quod apud nos sonat incipiens, vel est
Philip. 3. c deus, dicente Apostolo: Fratres, ego me non arbitror cōprehendisse: qua humilitate succrescens cū Moyse meretur au-
Exod. 3. d. & 14. c. dire: Qui est, misit me. Ad distinctionem enim eorum qui
Hester 14 b. non sunt, de quibus & in Hester legimus: Ne tradas sceptrū tuum his qui non sunt: deus & sancti eius esse monstrantur. Hęc de noīe Ioel, & patris eius pstricta sint breuiter, vt re-

a VErbum domini quod factū est ad Ioel filium Phatuel.

HEb. Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si facta sunt talia in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum: pro his filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorū gnationi alterę.

SEP. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si facta sunt talia in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum: super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorū gnationi alterę.

Residuum

F

ctè verbum dei, quod erat in principio apud deum, factū esse narretur, baptista Ioanne referente: Qui post me vēturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Porrò factum esse sermonem ad meritum eius refertur, cui fit, non ad cōditionē illius qui fieri dicitur, vt alibi legimus: Dominus mihi factus est in salutē. Quomodo autē in Osee propheta, quem in principio duodecim prophetarum ante hunc librum explanauimus, sub nomine Ephraim ad decem tribus cōfertur vaticinium: quæ vel Samaria, vel Israel sępe memorant: Sic in Ioel, qui iuxta Hebræos secundus est, omne quod dicitur, ad tribum Iuda, & ad Hierusalem pertinere credendum est, & nullam omnino Israelis, id est, decem tribuum in hoc fieri mentionem. Tempora quoq; in quibus prophetauit, eadem debemus accipere, quę & in Osee legimus: In diebus Oziæ, Ioathan & Achaz & Ezechiæ regū Iuda: & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israël. b ¶ Audite hoc senes, & auribus percipite &c.) Senes iubētur audire, habitatores terræ auribus percipere. Senibus non dicitur, audite omnes: habitatoribus terræ additur, auribus percipite omnes. Auditus enim in scripturis sanctis nō est iste qui in aure resonat: sed qui corde pcipitur: Iuxta illud qđ dñs loquit in Euāgelio: Qui habet aures audiēdi, audiat. Quòd antē nos interpretati sumus, auribꝰ pcipite, & apud Grecos & apud Hebręos vnū verbū est, apud Grecos ἐνωτίσασθε: apd Hebręos הַאֲזִינוּ, qđ propriè nō corde, sed aure pcipit. Et vt sciamus

Ioan. 1. b.

Psal. 117. d

Matt. 13. b

G sacratiorem esse auditū q̄ id quod in auribus resonat, Esaia
Esa.1.a. loquente discamus: Audi cœlum, & auribus percipe terra. Qui senes sunt & cœlestes, audiunt spiritaliter: qui habitāt in terra appellanturq; terreni, auribus percipiunt. Et hoc in omnibus scripturis notandum vbi hęc duo verba iuncta ponuntur. Quod in Lamech quoq; legim⁹ peccatore, qui locutus est ad vxores suas Ada & Sella: Auditeverba mea vxores Lamech, aurib⁹ percipite verba mea: quia virū occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuorē meum: sciebat obscura esse quæ loquebatur: & idcirco vxores suas non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoq; dictorum intelligentiā prouocabat. Si quis igitur senex est, & maturæ ætatis in domino electus senex, vt in consequentibus iuxta Lxx. interpretes legimus, ac paruulorū reliquit infantiam, audiat quæ dicuntur. Quī autem adhuc habitat in terra, & non potest di
Psal.38. cere: Aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei: au
H ribus percipiat. Si factum est, inquit, istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Arte rhetorica ex rerū magnitudine attentum auditorem facit: nulla hæc, inquit, ætas meminit, quæ dicturus sum: nec vestro, nec patrum vestrorū atq; maiorum facta sunt tempore. Patres autē auos atauosq; cognosce, & filios filiorum, omnem deinceps sobolem: iuxta
a illud Vergilianum: Et nati natorum, & qui nascētur ab illis. Et senes ergo & habitatores terrę, filijs vestris posterisq; narrate: qui senex est, liberos suos doceat sacramenta: qui habitator est terræ, simplicem narret historiā. Vnde vsq; hodie nos qui in Christo credimus, quorum cum Moyse ablatū est
Sapiē.4.b velamen ab oculis, & de quib⁹ dicitur: Cani hominis sapientia eius: filijs nostris secreta & mira narramus: Iudæi autem qui habitant in terra, loquuntur terrena, & humi cohærētia,
Ioan.3.d. de quibus scriptum est: Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est. a ¶Residuum erucę comedit locusta &c.) Exordiū sequitur narratio: ibi vt attentum faceret auditorem, magna & incredibilia se dicturū esse ꝓmisit, quæ nec vetus sciret historia, nec præsens ætas facta cognosceret. Hic erucam, & locustam, & bruchū, & rubiginem posuit, vt quæ singula rarò eueniunt, omnia simul facta memorentur: & ideo mirabilia sint. Erucam quę Hebraicè גָּזָם, Græcè dicitur κάμπη, Hebræi Assyrios inter-
I pretantur, Babylonios atq; Chaldæos: qui de vno orbis climate procedentes, tam decem tribuum q̄ duarum, hoc est, Israëlitici populi cuncta vastarūt. Locustam autem, Medos interpretantur & Persas: qui subuerso imperio Chaldæorū, Iudæos habuere captiuos. Bruchum, Macedonas, & omnes Alexandri successores: maximeq; regem Antiochum cognomēto Epiphanen, qui instar bruchi sedit in Iudæa, & omnes priorum regum reliquias deuorauit, sub quo Machabæorū bella narrantur. Rubiginem referunt ad imperium Romanorum, qui quarti & vltimi intantum oppressêre Iudæos, vt de suis finibus eos pellerent. Scribit plenius Iosephus septē voluminibus, Vespasiani & Titi narrans triumphos. Helij quoq; Hadriani contra Iudæos expeditionem legimus: qui ita Hierusalem murosq; subuertit, vt de vrbis reliquijs ac fauillis sui nominis Heliam conderet ciuitatem. Hęc quatuor regna quæ subuertere Iudęam, in quatuor cornibus Zacha-
Zach.1.d. rias vidisse se scribit, dicente ad eum angelo: Hęc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam & Israël & Hierusalem. Et
Ibid.6.a. rursum: Leuaui, inquit, oculos meos & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ænei: in quadriga prima, equi rufi: & in quadriga secunda, equi nigri: & in quadriga tertia, equi albi: & in quadriga quarta, equi varij fortes. Cuiusq; propheta dixisset ad angelum qui loquebatur in eo: Quid sunt hæc domine mi? Respondit angelus: Isti sunt quatuor vēti cœli, qui egrediuntur vt stent coram dominatore omnis terrę: & est sen-

sus: isti sunt qui egrediuntur à facie domini, vt eius impleāt K
voluntatem. Cum habitatoribus terræ, percepimus auribus quid eruca, locusta, bruchus, rubigo, significēt: nunc cum senibus quod dictum est audiamus: Quatuor esse perturbationes quibus animarum sanitas subuertatur, omnes philosophorum scholæ conclamant. Duæ præsentes sibiq; cōtrariæ, duæ futuræ mutuo dissidentes. Præsentes, ægritudo & gaudium. Aegritudinē animi dicimus, alioquin corporis non ægritudo, sed ægrotatio nominatur. Aut igitur tristes sumus, & mœrore conficimur, statusq; nostræ mentis euertitur. Vnde & Apostolus monet, ne abundātiori tristitia absorbeatur frater: Aut ecō- 1.Cor.2.b
trariò gaudemus, gestimusq; lætitia, & bona nostra moderanter ferre non possumus: iustiq; & fortis viri est, nec aduersis frangi, nec prosperis subleuari: sed in vtroq; esse moderatum. Diximus de perturbatione præsentium: dicamus & de futurorū, in quibus metus, aut spes est. Aduersa timemus, prospera prestolamur: & quod ægritudo & gaudium L
operantur in præsenti, metus & spes faciūt de futuro: dum aut aduersa plus quàm decet timemus esse vētura, aut prospera quæ speramus intantum nos faciunt exultare, vt non teneamus modum: maximè in his quæ incerta sunt: quia futura sperantur potius, q̄ tenentur. Has perturbationes vno, & nec pleno versiculo illustris poēta comprehēdit. Hi me- »
tuunt, cupiūtq;: hoc de futuro: Dolēt, gaudētq;: hoc de præ- »
senti. Neq; auras, inquit, respiciunt, clausi tenebris & carce- »
re cæco. Quī enim perturbationum tenebris obuoluuntur, clarum sapientiæ lumen non valent intueri. Cauendum est igitur ne ægritudo, quasi eruca nos comedat: ne locusta vastet in gaudio, huc illucq; volitans, & gestiente lætitia per diuersa se iactans: ne bruchus, id est, pauor & futurorum metus, radices sapientiæ deuoret: ne rubigo & desiderium futurorum res inutiles concupiscat, & nos perferat ad ruinam. Sed vt in omnibus, quatuor quadrigas & quatuor cornua, & quatuor equos rufos, & varios, & albos, & nigros, id est, vel aduersa, vel prospera, vel ex vtroq; sociata frenis sapientiæ gubernemus. Ego reor erucam esse incipientem in animo passionem, quæ tarda est, & discurrere non potest, & mora ipsa ac pertinacia ebibit & exugit omnem virorem: quam si non occiderimus, in nobis crescit & auolat: & nunc deuorat quicquid attigerit, nunc semesa di- M
mittens pergit ad alia: reuertensq; ad pristinam sedem bruchus efficitur, vt non solum fruges, & folia & cortices, sed & ipsam medullam deuoret tarditate. Sin autem euenerit, quod tamen rarum est, vt etiam post bruchum vitalis quippiam in nobis spiritus resideat: cuncta rubigo populatur, ita vt stipulam & vile fœnum vertat in nigredinem, vt non solum esui, sed & fimo inutilia sint. De his quatuor perturbationibus, in principio quoque Amos, si vi- Amos.1.a
ta comes fuerit, differemus: vbi scriptum est: Super tribus sceleribus, & super quatuor Damasci, Gazæ, Tyri, Idumææ, filiorum Ammon, & Moab, & Iuda, & Israël, non conuertam eos dicit dominus. Quas nos perturbationes interpretati sumus: Græci πάθη appellant, quæ si κακοζήλως in passiones vertamus, verbum magis quàm sensum verbi expressérimus. b ¶Expergiscimini ebrij & flete: & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine &c.) Quasi senes atque presbyteri audire debemus: nulla res ita inebriat vt animi perturbatio. Est tristitia, quæ ducit ad mortem: hæc abominanda ebrietas est. Est ira quæ iustitiam Iræ impodei non operatur: & furori proxima, mentis suæ impotentia.
tem facit: intantum vt labia tremant, dentes concrepent, vultus pallore mutetur, Rectèque illud laudatur Archytæ Tarentini, qui cùm villico suo esset iratus: Iam te, »
inquit, occiderem, nisi iratus essem. Quid referam de »
gaudio & voluptate, & maximè amore, qui excæcat cordis oculos:

a Rēsiduum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.

b HEB. Expergiscimini ebrij & flete: & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab

SEP. Euigilate qui ebrij estis in vino vestro: & plorate & plāgite oēs q̄ bibitis vinum in ebrietate: qm̄ ablatū est de

A dis oculos:& nihil aliud amantem, nisi id quod amat,cogitare permittit. Annō est dicenda ebrietas,cùm propter vile scortum,& ignominiosam corporis partem, animæ libertas in seruiles blanditias inclinatur?cùm laborē suum alterius facit esse delitias?cùm furto,scelere,atq; periurijs,opes futuræ præparet voluptati?& cùm videat ab omnib⁹,se æstimat nō videri:dūmodo potiatur eo quod desiderat. Sed & auaritia excæcat animum eius, cui nihil satis est, & muliebris timor, & dulcium cupido vitiorum. Vnde dicitur ad eos: Euigilate & expergiscimini qui ebrij estis:nequaq̄ vino: vt in solis Lxx.continetur:sed omni perturbatione vitiorum:Flete & plāgite,& agite pœnitentiam:& assumite tristitiā quæ ducit ad vitam, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dul-

Prou.5.a. cedine: siue,in ebrietate. Dulcia enim sunt vitia:quia mel di

B stillat de labijs mulieris meretricis: & idcirco in dei sacrificio non aufertur:quoniam perijt siue ablatū est de ore vestro vinum,ebrietas atq; dulcedo quæ vos deceperat. Sæpe quippe dei fit prouidentia,vt qui non cognouerunt deum in prosperis,cognoscant in aduersis: & qui diuitijs malè abusi sunt,ad virtutes penuria corrigantur. Iuxta hunc sensum audiant senes:habitatores autem terrę percipiant auribus, de

Ephe.5.d illo vino nūc precipi,in quo est luxuria,& quo qui inebriati fuerint,regnū dei possidere non possunt. Qui vini ebrietate sopitus est,euigilet & ploret ebrium se fuisse,& vlulet: vt postea vlulatus eius & fletus vertat in risum, & gaudeat se ebrietatis materiam non habere, quæ eum per abundantiam ebrium fecerat & vesanum. a ¶Gens enim ascendit super terram &c.)Iudæi putant in diebus Ioel tam innumerabilem locustarum super Iudæam venisse multitudinē, vt cuncta complerent: & non dicam fruges, sed ne vinearum quidem & arborum cortices ramosq; dimitterent, ita vt omni virore cōsumpto,arentes arborum rami,& sicca vinearum flagella remanerent. Hoc vtrum factum nec ne sit,liquidò affirmare non possumus:neq; enim Regum & Paralipomenon narrat historia: Quod vtiq; si fuisset: quomodo fa-

3.Reg.17. mem sub Helia trium annorum, & sex mensium legimus: nunq̄ scriptura tacuisset. Tantum dicimus quòd sub metaphora locustarum,hostium describatur aduentus, siue Assyrio-

C rum & Babyloniorum,qui tunc imminebant:siue Medorum atq; Persarum,qui post futuri erant:siue Macedonum, quos multo tēpore post fuisse cognouimus:siue vltimos Romanorum,de quibus suprà diximus:licèt nunc nobis magis de Babylonijs dici videatur atq; Chaldeis,quorum crudelitas in populum dei feritasq; describitur: & ni fallor,videor mihi in hoc propheta aliquid reperisse: Narratur impietas hostium sub figura locustarum:& rursum sic de ipsis locustis dicitur,quasi hostibus comparentur: vt cùm locustas legeris,hostes cogites:cùm hostes cogitaueris, redeas ad locustas. Ascendit ergo gens locustarum de solitudine,siue exercitus Chaldæorum super terram dei,fortis & innumerabilis. Quid enim locustis innumerabilius & fortius, quib⁹ humana industria resistere non potest?Dentes eius,gētis videlicet locustarum,omnia autem τυπικῶς intellige,quasi dentes leonis:& molares illius,vt catuli leonis:vt qui in fortitudine & multitudine locustis coęquātur,in ferocitate & crudelitate leonibus cōparentur. Hæc,inquit,gens posuit vineā meam in desertum,quam de Aegypto transtuli, & plātaui:

Mar.11.c. & ficum meam decorticauit,populum Iudæorum ad quem venit Saluator,vt comederet fructus, & non inuenit:maledixitq; ei & aruit in æternum. Omnia autem sub metaphora locustarum,dicta noscamus:quæ întantum cuncta populentur,vt derodant arborum cortices:exutasq; proijciant, & o- D

mni virore consumpto,albos ramos & aridos derelinquant. Diximus iuxta historiam:transeamus ad intelligentiam spiritualem,vt cum senibus audire possimus:Ascendit gens super terram dei,animam videlicet humanā. Omnes enim animæ dei sunt: sicut anima patris, sic & anima filij,& ascēdit gēs principū mūdi isti⁹,& tenebrarum, & spiritualia nequitię in cœlestibus, aduersū quos nobis est lucta atq; certamen, de quibus dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te: locum tuum ne dimiseris: Cuius gentis dētes sunt, sicut dētes leonis: de quo Petrus Apostolus loquit̄: Aduersarius noster diabolus, quasi leo rugiēs circuit quęrēs quem deuoret. Et molares illius quasi catuli leonis. Catulum leonis, vel eū intellige,qui eleuatur cōtra omne quod dicitur deus & religio,vel certè omne dogma peruersum. De cuius con- E

SEP.ablatū est de ore vestro. Quia gens ascendit super terrā fortis & innumerabilis:dentes eius,leonis:& molares eius, vt catuli leonis. Posuit vineā meā in dissipationē,& ficos meas in confractionem: scrutās scrutatus est eam, & proiecit: dealbauit ramos eius. Plange ad me super sponsam accinctam cilicio,super virum

Ecclī. 10. a.

1.Pet.5.b.

tritis molaribus,qui intrinsecus latent & non videtur, ne facilè vitentur:etiā psalmista lætatur dicēs: Molas leonum cō- Psal.57.a

fringet dominus. Si ergo dederimus locū huic genti,vt ascēdat in nobis,statim ponet vineam nostram in desertum, de qua vinum facere solebamus:quod lætificat cor hominis:& Psal.103.b

ficus nostras decorticat siue confringit,ne habeamus in nobis spiritus sancti dona dulcissima,ne sub nostra vinea & ficu,vir sanctus requiescat:sub quib⁹ cùm fuerit, aduersariorum impetus non timebit. Nec sufficit huic genti vineā disperdere,ficumq; confringere, nisi scrutans scrutetur eas, & quicquid in illis vitale fuerit,interficiat:vt omni virore cōsumpto,albi atq; emortui ramusculi remaneant, & cōpleatur in nobis:Si in viridi ligno hæc faciunt,in sicco quid fa- Luc.23.c.

cient? b ¶Plāge quasi virgo accincta sacco,super virum pubertatis tuæ &c.) Vir pubertatis, siue vt Lxx. transtulerunt.παρθενικόν, quem vulgò virgineum vocant, eo quòd primus florem virginitatis abstulerit, non alius intelligitur nisi deus,qui in Abraham Isaac & Iacob desponsit sibi virginem sponsam:nulla idololatrię sorde maculatam. Ad quā & per Hieremiam loquitur:Non vt dominum me vocasti, Hier.3.b.

& patrem,& principem virginitatis tuæ. Vnde & Apostolus ad credentes loquitur:Desponsi vos vni viro virginem 1.Cor.2.a

castam exhibere Christo: quàm diu cum hac sponsa sponsus fuerit, non potest ieiunare, nec plangere, nec absentis Matt.9.b

F sponsi desiderium lachrymis indicare. Cùm autē ablatus fuerit sponsus ab ea,plāgit & plorat, & accingit se sacco & cilicio,& pro zona reste circūdatur. Intellexímus quis spōsus sit virginalis: verùm quia iste sponsus siue maritus, non solum virginem accepit sponsam: sed & meretricem in Osee ducit vxorem: propterea scriptum est in Deu-

teronomio: Si egressus fueris contra inimicos tuos: & tra- Deut.21.b

diderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisq; habere vxorem: introduces in domum tuam:quæ radet cæsariem, & circuncidet vngues suos, & deponet vestem in qua capta est, sedensq; in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mense,& postea intrabis ad eam,dormiesq; cum illa,& erit vxor tua. Huiusmodi mulieris nō est maritus, id est,dominus virginalis, sed meretricem de gentium sordibus ducit vxorem. Quod & de omni anima credentium possumus dicere:Si à parua ætate credidit domino,habet sponsum dominum virginalem: Sin autem ex Iudæis siue gentilibus,& hæreticorum spurcissimis fecibus, ad fidei venerit veritatem, & de tenebris ad lucem transierit: habebit quidem sponsum,sed non virgineum:& de huiusmodi hominibus

Ezec.23.a dicitur: In Aegypto fractæ ſunt mammæ tuæ, & ibi deuirginata es. a ¶Perijt ſacrificium &c.) Quantum ad hiſtoriam pertinet, ob locuſtarum, ſiue hoſtiũ multitudinem, qui ſub earum ſpecie deſcribuntur: vaſtatis omnibus atque conſumptis, perijt ſacrificium & libatio de domo domini: quorum alterum de ſimila, alterum de vino offerre ſoliti erant. Idcirco luxerunt ſacerdotes q̃ ſunt miniſtri domini, nec ſacrificijs, nec libamẽtis rite celebratis: maximè quia & decimæ quas accipere cõ ſueuerant, nequaquam oblatæ ſunt. Regio eñ vniuerſa populata eſt. Luxit humus: μεϱωνυμικῶς, pro eo qđ eſt, hi qui verſantur in humo: triticum, vinum oleũq; elãguit: ipſi quoq; agricolę & vinitores cõfuſi ſunt, & vlulauerunt: quia non ſolũ frumentum, ſed hordeum quoq;, quod vilius fertiliusq; eſt, aruit. Et legumina quæ ego puto ſignificari in eo quòd ait, perijt meſſis agri: id eſt, cuncta quę ſolet humus gignere. Quid loquar de frumẽto, vino, oleoq; & hordeo, cùm etiam arborũ poma ſiccata ſint, ficus elanguerint, & malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna, vel infructuoſa, vel frugifera locuſta vaſtãte cõſumpta ſint? quæ facta ſunt omnia, vt auferretur ſiue cõfunderetur gaudium à filijs hominum. Poſſumus hæc eadem & poſt aduentũ dicere Saluatoris accidiſſe populo Iudæorum, quando pari furore clamantes dixerunt: Ioan.19.b Crucifige, crucifige talẽ: nõ habemus regẽ niſi Cæſarẽ: quãdo circũdata eſt Hieruſalẽ ab exercitu: & in tãtã neceſſitatẽ venerũt famis ac peſtilẽtię, vt filiorũ nec dũ maturis corporibus veſcerẽtur: & ſacrificia vniuerſa ſublata ſunt, & cõſuſum eſt gaudiũ à filijs hoĩm: quia gaudiũ recipere noluerũt, de quo angelus loquit ad paſtores: Annũcio vobis gaudiũ magnũ. Luxta ἀναϱωγήν, iſte nobis ſenſus videt: Poſtq̃ ſponſa quæ receperat doctrinã dei, p peccata à ſpõſo fuerit ſeparata, & pro byſſinis lineisq; veſtib⁹, cilicio circũdata, id eſt, habitũ lugẽtis aſſumpſerit: tũc peribit ſacrificiũ, de quo Pſal.50.d ſcriptum eſt: Sacrificiũ deo ſpiritus contribulatus: & vini libatio, quod lætificat cor hominis, de domo dei, quæ eſt ecclęſia, dicente Apoſtolo ad Timotheum: Vt ſcias quomodo in domo dei conuerſeris, quæ eſt eccleſia dei viuentis. Auferetur autem ſacrificium & libatio de domo domini, quãdo multiplicata iniquitate, refrixerit charitas multorum: & principes populi ac miniſtri altaris viderint campos & plana credentium, fructus non afferre virtutum: ſed omnia vitijs inhorreſcere, quando frumentum & hordeum, vineasq; & oleum: eruca, locuſta, bruchus, rubigo conſumpſerint, & Pſal.22.b nequaquam habuerimus calicem, de quo ſcriptum eſt: Calix tuus inebrians quàm pręclarus eſt? Et perierit oleum, de quo in Eccleſiaſte legimus: Omni tempore ſint candida veſtimenta tua, & oleum de capite tuo nõ deficiat: quo exhilaratur facies, & caput ieiunantis vngitur. Tunc confundentur agricolæ, cùm viderint in poſſeſſionibus ſuis non naſci triticũ, quo aluntur homines: & hordeum, quo iumẽta irrationabilia ſuſtentantur: & cõfuſam eſſe vineã, de qua ſcriptũ eſt: Vinea frondoſa Iſraël, fructus abũdãs in ea: expectante domino, vt faceret vuas, & fecit ſpinas. Ficus quoq; elãguit ſub qua fuit, anteq̃ crederet, Nathanael: & malogranatum, cũius cortici genæ ſponſę in Cãtico cõparantur: & palma quæ perdito virore ſiccata eſt, de qua olim dicebat: Iuſtus autẽ vt palma florebit: & malum de quo in eodẽ cãtico legimus: Sicut malum in medio lignorũ: ita fratruelis meus in medio filiorum. Quid neceſſe eſt omnes arbores pcurrere, cũ vniuerſa aruerint: & pro gaudio atq; lętitia, filios hominũ mœror oppreſſerit & cõfuſio? b ¶Accingite vos & plangite ſacerdotes &c.) Qui ſanctus ſacerdos eſt, & comedit paſcha domini: accingatur baltheo caſtitatis, & audiat cũ Apoſtolis: Sint lũbi veſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris. Qui autẽ peccator eſt, & quẽ remordet propria cõſcięntia: cilicio accingat & plãgat, vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur eccleſiã, de qua propter peccata fuerat egreſſus: & cubet, vel dormiat in ſacco: vt præteritas delitias, per quas offẽderat deũ, vitæ auſteritate cõpenſet. Qui enim mollib⁹ veſtiũtur, in domib⁹ regũ ſunt. Accingantur autẽ ſacerdotes & plangant & vlulent, & dormiant in ſacco: propheta eos ad pœnitẽtiam cohortãte, qui dicit: Miniſtri dei mei, quomodo interijt de domo dei veſtri ſacrificiũ & libatio? de quib⁹ ſuprà dictũ eſt. Nec ſufficit flere vel plãgere & habitũ lugẽtis aſſumere, niſi ſanctificẽt ieiuniũ, & vocẽt cœtũ. Si oñe ieiunium placeret deo: nunq̃ diceret, ſanctificate ieiuniũ: & nõ tale ieiuniũ elegi: dicit dñs. Et in Euãgelio condẽnãtur qui exterminãt facies ſuas, vt videãtur hominibus ieiunare: & in dieb⁹, inquit, ieiuniorũ veſtrorũ pcutitis pugnis, & opprimitis pauperẽ. Eſa.58.a.b Idcirco nũc dicit, ſanctificate ieiuniũ. Ieiunat Manichęus, & multi hęretici: maximèq; Encratitę: quorũ prĩceps Tacian⁹ eſt, ſed hoc ieiuniũ ſaturitate & ebrietate deteri⁹ eſt. Et vocate cœtũ, ſiue curationẽ: vt p pœnitẽtiã nr̃a pct̃a curemus, Pro cœtu in Hebraico legit עֲצָרָה qđ Symmach⁹, ſynodũ: Aqla, diẽ collectę interpretatus eſt. Cõgregate ſenes, quorũ ætas vicina morti, maturæq; ſentẽtię, magis timorẽ & cultũ ſuſcipit dei. Oẽs quoq; habitatores terræ de quib⁹ ſuprà dixerat: audite hoc ſenes: & auribus percipite oẽs habitatores terræ: vt & ſenes & habitatores terræ in domũ dei, quæ eſt eccleſia, cõgregẽtur. Cùmq; fuerint in eccleſia, & de diſpari grege ſacerdotũ & populi, ſenũ & habitatorum terræ, vnus grex fuerit effectus, c ¶Clamate, inquit ad dominũ &c.) Pro eo quod nos tranſtulimus, à potente, & Hebraicè dicitur

HEB. virum puberta-
a tis tuæ. Pẽrijt ſacrificium & libatio de domo domini: & luxerunt ſacerdotes miniſtri domini: depopulata eſt regio: luxit humus, quoniam deuaſtatum eſt triticum. Confuſum eſt vinum: elanguit oleum: confuſi ſunt agricolæ. Vlulauerunt vinitores ſuper frumento & hordeo, quia perijt meſſis agri: vinea confuſa eſt, & ficus elanguit, malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confuſũ eſt gaudium à filijs hominũ. Ac-
b cingitẽ vos & plangite ſacerdotes, vlulate miniſtri altaris, ingredimini, cubate ĩ ſacco miniſtri dei mei: quoniam interijt de domo dei veſtri ſacrificium & libatio: ſanctificate ieiuniũ, vocate cœtum, congregate ſenes, omnes habitatores terræ in domum dei veſtri, & clamate ad domi-
c num: Clãmate, inquit, ad dñm in cordibus veſtris, & dicite, ah ah, ah diei, quia propè

SEP. virum ſuum virgineum. Ablatum eſt ſacrificiũ & libatio de domo domini, lugete ſacerdotes miniſtri domini, quoniã deſolati ſunt campi: lugeat terra, quoniã afflictũ eſt triticum, aruit vinum, imminutum eſt oleum, aruerunt agricolę: lugete poſſeſſiones pro frumento & hordeo, quia perijt vindemia de agro, vinea aruit, & ficus imminutæ ſunt: malogranatum & palma & malum & omnia ligna agri arefacta ſunt, quoniã confuderunt gaudium filij hominũ. Accingitevos & plangite ſacerdotes, lamentamini qui miniſtratis altari, ingredimini, dormite ĩ ſaccis miniſtri dei, quoniam defecit de domo dei veſtri ſacrificium & libatio: ſanctificate ieiunium, prædicate curationem, congregate ſenes, oñes habitatores terræ in domum dei noſtri, & clamate ad dominum vehementer: Heu mihi, heu mihi, heu mihi in die, quoniã iuxtà

Ioan.1.g. Cant.6.b. Pſal.91.c. Cant.2.a. L Luc.12.e. Matt.11.a M Ioel.2.d. Matt.6.b. Eſa.5.a

A dicitur שׁוֹד,quod vnum esse de decem dei nominibus, aliquoties diximus:Lxx. interpretati sunt miseriam: שׁוֹד pro שֹׁד legentes:Vox igitur sacerdotum & populi ad dominũ clamantis inducitur,vt tertiò dicant,heu mihi: credo, quia propter peccata quæ fecerunt sanctã offenderant trinitatẽ. Dies autem retributionis omnium delictorũ illa est, de quà vniuersi scribunt prophetæ: & Esa.13.b. maximè Esaias clamitat:Ecce dies domini in sanabilis venit, furoris & iræ, vt ponat vniuersum orbem desertum, & peccatores pdat ex eo,Hic dies rectè appellatur insanabilis: quia cùm dies iudicij venerit,nõ erit locus pœnitentiæ: qui æternitati cõparatur:propè est,& non longè. Quod & sequitur: Et quasi miseria de miseria veniet:

B siue,vastitas à potente veniet:hic sensus est,ꝙ mala succedant malis: & omnis afflictio, deo iudice dispensetur: qui Matt.10.c potens est & corpus & animam perdere in gehennam. Quod generaliter de die iudicij dixinus,specialiter referamus ad tempus Iudaicę captiuitatis:quãdo Hierusalem capta, tẽplumq; destructũ est: Nõ multo enim post tẽpore venit & decem & duarum tribuum ab Assyrijs Chaldæisq; captiuitas: prædicituṙq; ventura,vt cùm venerit,non casu accidisse videatur, aut hostium fortitudine,sed ira & cõminatione dei:vel certe agente populo pœnitentiam non veniat,quæ ventura est, si permanserit in delictis.

C do iam speratę fruges è manibus auferuntur,& præuenit locusta messorem:vt quod spe in horreis conditũ est,bruchus & rubigo consumãt.His quoq; qui in ecclesia commorãtur, pro qualitate meritorum, frumentum spiritus, & hordeum literæ si peccauerint tollitur, vt patiantur famem sermonis dei.Cùmq; fuerint alimenta sublata,consequenter gaudium Philip. 4. & lætitia tollitur de domo dei,vt qui audiebant antè Apo- a. stolum dicentem: Gaudete in domino semper, iterum dico Matt.5.a. gaudete:postea dominum audiant ad pœnitentiam prouocantem:Beati qui lugent,quoniam ipsi consolabuntur.

b ¶Computrueruut iumenta in stercore suo &c.)Postq̃ alimenta perierunt,& de domo dei gaudium lętitiaq; sublata sunt:Iumenta quoq; computruerunt in stercore suo:siue iuxta intelligentiam spiritualẽ,lasciuierunt in pręsepibus suis, & calcitrauerũt cõtra creatorẽ suũ:vt impleret qđ scriptũ Psal.58.d est:Si saturati nõ fuerint,murmurabũt:Cõputrescit in ster- Ioel.1.d. core suo cui⁹ de⁹ vẽter est,& q̃ dicit:Mãducem⁹ & bibam⁹, Esa.22.d. cras enim moriemur: huic demolita sunt horrea futurę felicitatis,& apothecæ æternæ abũdãtię dissipatæ sũt:vel subuersa sunt torcularia:quia si frumẽta & vina nõ fuerint,frustra horrea & torcularia prępărãtur.Cũq; oĩa aruerint,tũc voce flebili querentur & dicẽt:qd reponemus nobis?Q đq; sequitur iuxta Lxx.Fleuerunt armenta boum, quoniam non sunt eis pascua:compellit nos non de bobus & armentis accipere quæ dicta sunt:sed de his qui propter simplicitatem

HEB. quia propè est dies dñi,& quasi vastitas à potẽte veniet. Nũnquid non corã oculis nostris alimenta perierunt de domo dei nostri,lętitia & exultatio?

b Cõputruerunt iumenta in stercore suo: demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ, quoniam confusum est triticũ: quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti?quia nõ est pascua eis:sed & greges pecorum disperierũt.

c Ad tẽ domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flãma succendit omnia ligna regionis: sed & bestiæ agri, quasi area sitiens, imbrem suspexerunt ad te:quoniam exiccati sunt fontes aquarũ, & ignis deuorauit speciosa deserti.

Cap. II.

d CAnitẽ tuba in Siõ: vlulate in mõte sancto meo: cõturbent omnes habitatores terræ: quia venit dies domini: quia

SEP. quoniam iuxtà est dies domini,& quasi miseria de miseria veniet. Ante oculos vestros alimenta perierunt:de domo dei nostri lętitia & gaudiũ. Subsultauerunt vituli in præsepibus suis:dissipati sunt thesauri,suffossa sunt torcularia,quia arefactum est triticum:quid reponemus nobis? fleuerunt armenta boum, quia non erant pascua eis, & greges ouium disperierunt. Ad te domine clamabo, quoniam ignis consũpsit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna agri: & iumenta campi suspexerũt ad te, quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

Caput II.

CAnite tuba in Siõ, prędicate in monte sancto meo, cõturbẽtur oẽs habitatores terræ: quoniã adest dies dñi:

a ¶Nunquid non coram oculis nostris &c.)Ante oculos pereunt alimenta peccantiũ,quan-

b ¶Computrueruut iumenta in stercore suo &c.)Postq̃ alimenta perierunt,& de domo dei gaudium lętitiaq; sublata sunt:Iumenta quoq; computruerunt in stercore suo:siue iuxta intelligentiam spiritualẽ,lasciuierunt in pręsepibus suis, & calcitrauerũt cõtra creatorẽ suũ:vt impleret qđ scriptũ est:Si saturati nõ fuerint,murmurabũt:Cõputrescit in stercore suo cui⁹ de⁹ vẽter est,& q̃ dicit:Mãducem⁹ & bibam⁹, cras enim moriemur: huic demolita sunt horrea futurę felicitatis,& apothecæ æternæ abũdãtię dissipatæ sũt:vel subuersa sunt torcularia:quia si frumẽta & vina nõ fuerint,frustra horrea & torcularia prępărãtur.Cũq; oĩa aruerint,tũc voce flebili querentur & dicẽt:qd reponemus nobis?Q đq; sequitur iuxta Lxx.Fleuerunt armenta boum, quoniam non sunt eis pascua:compellit nos non de bobus & armentis accipere quæ dicta sunt:sed de his qui propter simplicitatem boues vocantur & oues.De quorum pascuis Saluator loquitur: Ingredietur & egredietur,& pascua inueniet. Hæc autem omnia intellige sub metaphora, erucæ, locustæ,bruchi & rubiginis,quòd sublatis frugib⁹ atq; vastatis,fames & pestilentia cuncta possederint.

c ¶Ad te domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti &c.)Propheta clamante ad dominum,vel populo per prophetam: quia ignis comederit speciosa deserti, & flamma succenderit omnia ligna regionis: bestiæ & iumenta agri siue campi suspexerunt ad dominum quasi areola sitiens imbrẽ: Hoc enim vno verbo significat Aquila dicẽs,ἐπῆραν σιώδη:& suspexerunt ad eum:quoniam aruerunt fontes, vel emissiones aquarũ, & ignis deuorauit speciosa deserti:quòd scilicet hoc eruca, & locusta, & bruchus fecerint & rubigo,quod ignis in stipula, flãma in vepribus. Speciosa autẽ deserti,quæ Hebraicè dicuntur: נְאוֹת intelligam⁹ aut plana cãporum,aut pratorũ florentia,aut virentia herbis loca,quę pascua prębuere iumẽtis. Clamare autem ad dominum per prophetam,& iumenta ad eum suspicere,fecit ignis qui deuorauit speciosa deserti, & flamma quæ succendit omnia ligna regionis,vt & fruges & poma pariter interirent:& quia siccati sunt fontes aquarum, & quicquid in deserto poterat inueniri, vorax flamma consumpsit. Simulq; cõsideremus,quòd nisi propter angustiam,& ablationem delitiarum,nec propheta,nec bestiæ clamassent ad dominum,aut ad dominum suspexissent:quod quidem & ad iustum quondam virum referri potest: qui cùm declinauerit & fecerit malum:nequaq̃ ei virtutes pristinę proderunt:sed iudicabit eum dominus in quibus inuenerit.Speciosa deserti appellare possumus,de quib⁹ scriptum est:Plures filij desertę magis q̃ eius quæ habet virũ.Flamma autem quę succendit omnia ligna regionis:illa esse credenda est, quæ immittitur ardentibus diaboli sagittis, vt nihil in nobis bonarum frugum remaneat,sed cũcta incendio cõsumantur: Oẽs enim adulterantes,quasi clibanus corda eorũ: & non solum propheta,vel populus per prophetam,qui rationale animal est:sed iumenta quoq;,de quibus dictum est: Homines & iumẽta saluos facies dñe.Et alibi: Quasi iumentũ factus sum apud te.Et iterum:Seminabo eos semine hominũ & iumentorum:suspexerũt ad dñm,& rorem illius misericordiæ flagitarunt:quia exiccati sunt fontes aquarũ,quos ceruus desiderat.Et de quibus dñs loquitur per Hieremiã:Me dereliquerũt fontem aquæ viuę. Siccatis autẽ fontibus aquarum: qui arentia quęq; irrigãt atq; refrigerant:cõsequenter quicquid in nobis pulchrum fuit,ignis ardore consumptum est, de quo dominus loquitur in Euangelio: Videbam Satanam quasi fulgur cadentem de cœlo.

Cap. II.

d CAnite tuba in Siõ:vlulate in mõte sancto meo &c.) Rursum p metaphorã locustarũ,describit impetus Chaldęorũ:& iubet ppheta,imò p prophetã oĩbus

Ioan.10.b

Esa.54.a

Oseę.7.a.

Psal.35.b.

Ibi. 72.d.

Hier.31.c.

Hiere.2.c

Luc.10.a.

G qui possunt dei audire sermonẽ,vt quasi tuba exaltent vocẽ suã:& in Sion prædicent, & clangant in monte sancto eius, vt ad strepitum clamoris & buccinæ omnis Hierusalem populꝰ cõtremiscat.Cumq;,ait,cecineritis,hoc dicite:Nequaq̃ dies domini vltrà differetur, id est,dies vltionis atq; vindictæ:adest vicina captiuitas: iam de suo loco Babyloniorũ est egressus exercitus:propè est dies tenebrarum,& angustiæ,dies caliginis & nubis & turbinis, ĩqua auferetur lumen omne lætitiæ,& cuncta tenebris opprimentur. Sicut, inquit,mane & diluculũ subitò tenebras fugat, & cunctos montes aurora collustrat: ita Babyloniorũ super omnem terram vestrã fundetur exercitꝰ. Nec putetis turbam esse inH ualidam:populus multus & fortis est: cuius similis nec in præterito, nec in futuro vlla gens alia poterit inueniri: quicquid attigerit, quasi vorax flamma consumet: nihilque post se integrum dere linquet: quasi hortꝰ & paradisus voluptatis omnis terra est quã non tetigerit: quasi solitudo & desertum quicquid fuerit depræ datus:neq; vllꝰ poterit inueniri, qui illius effugiat manus. Aspectus eorum quasi ferocium equorũ, & quasi equites huc illucq; discurrent.Non quò Babylonij equitibus comparẽtur: sed quò locustæ p I translationem hostium quasi eqtes dicãtur huc illucq; discurrere: Sicut sonitus,inquit,quadrigarũ & curruum:sic erit sonitus locustarũ. Super capita montiũ exilient,vt omnia excelsa conscẽdant: & sicut stipulam citò flamma consumit, ita sonitus & terror vocis eorum cuncta populabitur.Q uodq; infert:Velut populus fortis præparatus ad præliũ: rursum ad locustas refert,vt nõ quasi de hostibꝰ,sed quasi de locustis referre videatur:& tamẽ dũ locustas legimus,Babylonios cogitemus. Tantus terror erit,vt omnes per circuitum nationes, & animo & corpore perhorrescant,imò cruciẽtur:& pauoris magnitudine, vultus omnium in ollæ similitudinem conuertãtur:quæ igne combusta,nigredinem & fuliginẽ fœdi monstret aspectus.Discurrent,inquit,quasi viri fortes: haud dubium quin locustæ:& quasi viri bellatores ascendent murũ, vt murorum sublimitas impetũ fortium prohibere non valeat:& nequaq̃ per portas,sed per muros ingrediantur.Singuli in vijs suis gradientꝰ,& non declinabunt à semitis suis. Hoc nup in hac prouincia vidimus. Cũ enim locustarũ agmina venirent,& aërem qui inter cœlum & terrã est occuparent,tãto ordine ex dispositione iubẽtis dei volitãt,vt instar tesserularum quę in pauimentis artificis figuntur manu suũ locũ teneant,& ne pũcto quidẽ,& vt ita dicam,vngue transuerso declinẽt ad alterã. Et vt apertam faceret metaphoram,& per fenestras ait cadẽt,& non demolientur. Nihil enim locustis inuium est:cũm & agros, & sata, & arbores,& vrbes,& domos,& cubiculorũ secreta penetrẽt. Hoc autẽ de locustis dicitur,vt de hostibꝰ intelligatur. Q uodq; nos interpretati sumus,per fenestras cadent ,& non demolientur:Lxx. transtulerũt,aggrauati in armis suis ibunt, & in iaculis suis cadẽt & nõ consumentur : quod nequaq̃ mihi videtur expositionis ordini cõuenire,sed in eo errorem esse generatũ quòd שְׁלַח verbum Hebraicũ: illi iacula:nos fenestras intelleximꝰ: Seruatq; cœptã narrationẽ,vt eos dicat vrbẽ ingredi,in muris discurrere,domosq; cõscendere,& p fenestras intrare quasi fures,non quòd furum timorẽ habeãt qui victores sunt: L sed vt fures solent ingredi per fenestras, & occultè rapere: sic illi clausis ianuis,ne vlla sit mora,per fenestras tota irrumpent audacia. A facie istiusmodi locustarum terra contremuit, & cœli moti sũt: quæ dicta hyperbolicè sentiamus, nõ quòd locustarũ aut hostiũ tãta vis sit vt possint mouere cœlos, & terrã concutere:sed quòd aduersa patiẽtibus prę terroris magnitudine, & cœlum ruere & terra fluctuare videatur.Deniq; prę multitudine locustarũ obtexentiũ cœlũ, sol & luna cõuertẽtur in tenebras, & stellę retrahẽt splẽdorẽ suũ:dũ M lumẽ in medio nubes posita locustarũ,ad terrã non sinit peruenire. Dñs quoq; dabit vocẽ suã ante faciẽ tã potẽtis exercitꝰ:quia multa sunt castra eius,& magnitudo virtutis illius in paruis quoq; animãtibus demonstratur. Hæc autẽ multa castra,& innumerabilia,fortia sunt nimis, & faciẽtia verbũ illius. Q uo dicto ostẽditur Babylonios dei voluntate vẽturos,& illius imperio parituros.Magnus est,inquit,dies dñi, quo capiẽda est Hierusalẽ:& valde terribilis,& nullus eum poterit sustinere, & de necessitate captiuitatis aut mortis euadere.Iunctã & cohęrentẽ sibi pericopen diuidere nolui: ne quod sensu vnũ erat,diuersis capitulis carperetur.Trãseamus ad intelligentiã spiritualẽ, singula quęq; repetentes. Tubarũ buccinarũq; clagorẽ nõ solũ in Leuitico & Numerorũ legimꝰ:in qbꝰ iubẽt,vt duas argẽteas tubas faciat Moyses,qbꝰ & in kalẽdis & in septimo mẽse, prima die mẽsis & in iubileo,& in cęteris festiuitatibꝰ:& quãdo ad bella procedũt canãt hi q huic officio mãcipati sũt:sed etiã muros Hiericho ad tubarũ clangorẽ scriptũ est corruisse. Et dñs angelũ missurũ se dicit esse cum clãgore tubę:& Apłus resurrectionẽ mortuorũ,ad tubę sonitũ fieri prędicat.Et in Apocalypsi quoq; Ioannis legimus,septem angelos accepisse tubas singulas: quibus per ordinem canentibus, facta sunt quæ scriptura describit . Præcipitur ergo nunc sacerdotibus &

HEB. quia propè est dies tenebrarũ & caliginis, dies nubis & turbinis, quasi mane expansum super mõtes:populus multus ac fortis: similis ei non fuit à principio,& post eũ non erit vsque in annos generationis & generationis. Ante faciẽ eius ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo,& post eum solitudo deserti: neq; est qui effugiat eum: quasi aspectus equorũ, aspectus eorum: & quasi equites sic current:sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitꝰ flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium: à facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam: sicut fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum: viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis: vnusquisque fratrem suum non coartabit: singuli in calle suo ambulabunt. Sed & per fenestras cadent, & non demolientur: vrbem ingre-

SEP. quoniam iuxtà est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & pruinæ: sicut mane fũdetur super mõtes: populus multus & fortis:similis ei non fuit à principio: & post eum nõ erit vsq; ad annos generationis generationum. Ante eum consumens ignis, & post eum flamma succẽsa. Sicut paradisus voluptatis terra ante faciẽ eiꝰ, & posteriora illius, sicut campus solitudinis:& qui saluetur non erit ei: sicut aspectus equorũ, aspectus eorum: & sicut equites sic psequẽtur.Sicut vox quadrigarũ supervertices mõtium exilient,& sicut vox flammæ ignis deuorantis stipulam, & sicut populus multus & fortis præparatus ad prælium:à facie eius conteretur populi: omnis vultus sicut adustio ollæ: sicut pugnatores current, & sicut viri bellatores ascẽdẽt super muros, & vnusquisq; in via sua ambulabit,& non declinabũt à semitis suis: singuli a proximo suo non recedent: aggrauati armis suis ibunt, & in iaculis suis cadent,& non consumentur: vrbem appre-

K

Ioſuę.6.c.

Mat.24.c

1. Cor.15. g.

Apoc.8. a

A tibus & magiſtris,vt exaltent quaſi tuba vocem ſuam,& ſm
Eſa.40.b pleant illud quod ſcriptum eſt: In montẽ excelſum aſcende
qui euangelizas Sion:exalta vocẽ tuam qui annuncias Hie-
ruſalem,vt canant tuba in Sion,id eſt,in eccleſia quæ inter-
pretatur ſpecula atq; ſublimitas. Et in ſancto dei mõte,qui
Chriſtus eſt, vt contur
bentur ſiue confundan
tur omnes habitatores
terræ,& cõfuſio eos p-
trahat ad ſalutẽ.Diem
autẽ domini, diem in-
tellige iudicij, ſiue diẽ
exitus vniuſcuiuſq; de
corpore. Quod enim
in die iudicij futurum
eſt omnibus, hoc in ſin
gulis die mortis imple
tur. Dies tenebrarũ eſt
& anguſtiæ, dies nubis
& turbinis: quia cũcta
pœnarũ plena ſunt at-
q; cruciatuum, Veniet
angelorũ populus mul
tus & fortis, vt reddat
B vnicuiq; ſecũdum ope-
ra ſua:& ſicut mane &
aurora conſurgens pri
mũm occupat montes,
ſic iudicium ab excel-
ſis & potentibus inci-
Sap.6.a. piet, vt potentes poten
ter tormenta patiãtur.
Similis ei nõ fuit à pri
cipio, & poſt eum non
erit vſq; ad annos gene
rationis & generatio-
nis. Omnia enim mala
quę veteribus hiſtorijs
cõtinentur,& aut inundatione maris,aut alluuione fluminũ,
aut peſtilentia,morbis,fame,beſtijs,hoſtium vaſtitate, homi
nibus acciderunt: his ſupplicijs, quæ in die ſunt reddenda
iudicij, non poterunt comparari.Ante faciem huius populi
qui fortis & multus eſt,erit ignis vorans,ſiue conſumens,vt
omne in nobis fœnum,ligna,ſtipulamq; conſumat. Vnde &
Deut.4.d de deo dicitur:Deus ignis cõſumens eſt,& poſt eũ vrens flã
ma:vt nihil abſq; ſupplicijs derelinquat.Q uẽcunq; hic po-
C pulus non attigerit,nec inuenerit in eo combuſtionis mate-
riam, horto dei & paradiſo aſſimilabitur voluptatis: qui
Hebraicè dicitur גן עדן: Si quem autem exuſſerit, quaſi ſolitudinem in cinerem rediget ac fauillas, nec eſt qui fu
rorem eius poſſit euadere,cuius crudelis aſpectus frementium equorum habebit ſimilitudinem: & ſic diſcurrent ad
cruciãdos quos in poteſtatem acceperint,quaſi equites huc
illucq; volitantes:terribilis erit ſonitus eorum,quaſi quadri
garum per prona currentium:& ſuper capita montium exi
lient:excelſos quoſq; & in eccleſię culmine conſtitutos cru
ciare cupientes.Et quia ante faciem eorum ignis eſt vorax,
atq; conſumens:ſic cuncta vaſtabunt quomodo ſtipulã flam
ma cõſumit,ita venient ad puniendum:ita expediti erunt &
parati,vt populus fortis ad prælium. Tantus erit timor o-
mnium & tanta conſciẽtia peccatorum,vt nullus luceat,nec
ſplẽdorem habeat gaudij,ſed inſtar aduſtæ ollæ facies eius
vertatur in tenebras. Aſcendẽt murum & omnem munitio-
nem,iniunctumq; ſibi explentes opus,non declinabũt in par
tem alteram,ſed inhiabunt miſerorũ ſupplicijs, nec tormen
tis eorum ſatiabuntur:ſed vnuſquiſq; credita ſibi in pecca-
tores ſupplicia perſequetur.Sed & per feneſtras intrabũt,
ſiue cadent,vel aggrauati armis ſuis ambulabunt, & in iacu
lis eorum cadent hi,quos acceperint conſumẽdos. Hæ ſunt
Hiere. 9.f feneſtræ, de quibus & Hieremias dicit: Mors intrabit per
feneſtras noſtras:per oñes enim ſenſus noſtros ingredi ho-

HEB. ingrediẽtur:in mu
ro current,domos conſcẽ-
dent, per feneſtras intra-
bunt quaſi fur:à facie eius
cõtremuit terra,moti ſunt
cœli,ſol & luna obtenebra
ti ſunt,& ſtellę retraxerũt
ſplẽdorem ſuum:& domi-
nus dedit vocẽ ſuam ante
faciem exercitus ſui: quia
multa ſunt nimis caſtra
eius:quia fortia & facien-
tia verbum eius. Magnus
enim dies domini & ter-
ribilis valde, & quis ſu-
ſtinebit eum? Nunc ẽrgo
a dicit dominus: conuerti-
mini ad me in toto corde
veſtro, in ieiunio, & fletu
& planctu: & ſcindite cor-
da veſtra,& non veſtimen
ta veſtra: & conuertimi-
ni ad dominum deum ve-
ſtrũ: quia benignus & mi-
ſericors eſt,patiens & mul
tæ miſericordiæ,& prę-
ſtabilis ſup malitia: quis ſcit
ſi cõuertatur & ignoſcat,
& relin-

SEP.apprehẽdent: & ſup
muros diſcurrent, ſup do-
mos aſcẽdẽt,& p feneſtras
intrabũt ſicut fures: à fa-
cie eius cõfundetur terra,
& cõmouebitur cœlũ, ſol
& luna cõtenebrabũtur,&
ſtellæ auferẽt lumẽ ſuum:
& dñs dabit vocẽ ſuã à fa
cie fortitudinis ſuæ: quo-
niam multa ſunt nimis ca
ſtra eius: qm̃ fortia opera
ſermonũ illi9: quia magna
dies dñi,magna & illuſtris
nimis,& quis erit ſufficiẽs
ad eam? Et nunc dicit dñs
deus noſter: conuertimini
ad me ī toto corde veſtro:
in ieiunio, in cilicio,in fle
tu,& in plãctu: & ſcindite
cordaveſtra,& nõ veſtimẽ
ta veſtra: & conuertimini
ad dominũ deum veſtrũ:
quia miſericors & miſera-
tor eſt,patiẽs & multæ mi
ſericordię,& pœnitens ſu-
per malitijs: quis nouit ſi
reuertaſ & pœniteat eũ:
& di-

qui eſt multus & fortis,
terra cõtremuit, & cœ
li commoti ſunt: Cœlũ Mat.24.c
enim & terra tranſi-
bunt, verbũ autem do- Eſa. 40.b
mini permanet in æter
num. Sed & ſol & luna
tanta miſerorũ ſuppli-
cia videre non poterũt,
& mœrebũt,non habẽ-
tia officij ſui iuſtitiã,&
pro claro lumine,tene-
bris operientur horrẽ-
dis:ſtellæ quoq; retra-
hẽt fulgorem ſuum:dũ
etiã qui ſãcti ſunt præ-
ſentiam domini abſq;
formidine nõ videbũt,
In his oibus dabit do- E
minus vocẽ ſuã,ante fa
ciẽ exercit9 ſui. Q uo-
modo enim Babylonij
puniẽtes Hieruſalẽ,dei
vocantur exercitus: ſic
angeli peſſimi(de qui-
bus ſcriptũ eſt: Furo- Pſal.77.e
rem & iram & angu-
ſtiam, immiſſionẽ per
angelos peſſimos) dei
exercitus dicũtur,& ca
ſtra illius nominantur,
dum domini faciũt vo
luntatem. Magnus eſt
dies domini atq; terribilis:de quo alibi ſcriptũ eſt: Vt quid Amos.5.e
deſideratis diẽ domini?& hic eſt tenebræ, & nõ lux,& ter-
ribilis valde,raruſq; aut nullus eũ poterit ſuſtinere, quin in
ſe præbeat materiam fæuiendi. a ¶Nunc ergo dicit do-
minus:conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio,
& fletu & planctu &c.) Superius capitulum ab eo loco vbi
ſcriptum eſt: Canite tuba in Sion: vlulate in monte ſancto
meo:conturbentur omnes habitatores terræ,vſq; ad eum lo
cum,vbi legimus:Magnus eſt dies domini & terribilis val- F
de,quis ſuſtinebit eum?per tranſlationem locuſtarum, ad-
uentum nunciat Chaldæorum,& quæ mala ventura ſint po
pulo.Nunc eos ad pœnitentiam prouocat, & conuerti ad
dominum cohortatur,vt tota mente correcti,non patiantur
quæ dominus cõminatur:& eſt ſenſus: Omnia quæ ſermo-
ne prętęrito continẽtur,propterea ſum locutus,vt vos cõmi
natione mea terrerem. Vnde conuertimini ad me in toto
corde veſtro,& animi pœnitentiam ieiunio & fletu, & plan
ctibus indicate,vt nũc ieiunantes poſtea ſaturemini:nũc flẽ-
tes poſtea rideatis:nunc plangẽtes poſtea conſolemini. Et
quia cõſuetudinis eſt,vt in triſtib9 atq; aduerſis ſcindatis ve-
ſtes,quod & põtifex ad dñi ſaluatoris crimẽ augendum in Matt. 26.
Euãgelio feciſſe memoraſ:& Paulũ & Barnabã audiẽtes ver g.
ba blaſphemiæ legimus ppetraſſe:Idcirco ego pręcipio vo Act.14.c.
bis,vt nequaq̃ ſcindatis veſtimẽta,ſed corda quę plena ſunt
peccatis,quę inſtar vtriũ niſi ſciſſa fuerint,ſponte rumpen-
tur.Cũq; hoc feceritis,redite ad dñm deũ veſtrũ,quẽ vobis
priora peccata alienũ fecerãt, nec deſperetis veniã ſcelerũ
magnitudine:quia magna peccata,magna delebit miſericor
dia.Eſt eñ benignus & miſericors,malẽs pœnitẽtiã pecca- Ezec.33.a
torũ q̃ mortẽ,patiẽs & mult9 in miſericordia:q nõ humanã
imitaſ impatientiã,ſed lõgo tẽpore noſtrã pręſtolaſ pœnitẽ
tiã:& pręſtabilis ,ſiue pœnitẽs ſup malicijs:vt ſi nos egeri-
mus ſup peccatis pœnitẽtiã,& ipſum pœniteat cõminatio-

G nis suæ:& mala quæ comminatus est nobis non inferat, nostræq; mutatione sententiæ, & ipse mutetur. Malitiam autem in hoc loco non contrariam virtuti debemus accipere,
Matt.6.d. sed afflictionem: iuxta illud quod alibi legim⁹: Sufficit diei malitia sua. Et,si est in ciuitate malitia quam dominus non fecerit. Simulq; quia suprà dixerat, benignus & misericors,patiés & mult⁹ in misericordia, & præstabilis, siue pœnitēs super malitijs, ne forsitan magnitudo clementiæ nos faceret negligentes, ex persona prophetę iungit & dicit: Quis scit si cōuertatur & ignoscat,& relinquat post se benedictionē. Ego,inquit,hortor,quod meum est,ad pœnitentiam: & deum ineffabiliter noui esse clementem: dicente Da
Psal.50. uid: Miserere mei deus
H secūdum magnam misericordiā tuam: & secūdum multitudinē miserationū tuarum dele iniquitatem meam. Sed quia profundum diuitiarum & sapientiæ & scientiæ dei nosse non possumus: sentētiam tē pero, & opto potius q̄ præsumo, dicens: quis scit si conuertatur & ignoscat? Quòd ait qs, aut impossibile, aut difficile sentiēdum est: Sacrificiū & libamen domino deo nostro. Vt postq̄ dederit benedictionē, & nostra nobis peccata donauerit, deo hostias offerre valeamus.

HEB. & relinquat post se benedictionem, sacrificiū & libamē domino deo nostro? Cānite tuba in Sion: sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum: sanctificate ecclesiam, coadunate senes: congregate paruulos & sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo: inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri domini, & dicent: Parce domie populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes: quare dicunt in populis,
b vbi est deus eorum? Zelatus est dominus terrā suā, & pepercit populo suo: & respōdit dominus & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum & vinum & oleū, & replebimini eo: & non dabo vos vltrà opprobriū in gentibus: & eū qui ab Aquilone est, procul

a ¶Canite &c.) Adhuc eos ad pœnitētiam cohortatur, anteq̄ veniat hostilis exercitus. Suprà,inquit,dixeram: Canite tuba in Sion,vlulate in mōte sancto meo.& reliqua: quia venit dies domini: quia propè est dies tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbinis, annuncians vobis populū multum &
I fortem esse venturum: qui vestras possessiones vrbesq; subuerteret. Nunc quia benignus sum & misericors,patiens, & multus misericordia,rursum prędicipio & dico: Clangite tuba in Sion,& pœnitentiam in populis prędicate,sanctificate ieiunium,prędicate curationem, siue cœtum: de quibus iam antè diximus: congregate populum,vt qui dispersus peccauerat,cōgregatus peccare desistat. Sanctificate ecclesiam,vt nullus in ecclesia non sanctus sit,ne forsitā impediātur oratio-
1.Cor.5.b nes vestræ, & modicum fermentum totam massam corrumpat. Coadunate siue eligite senes, vt non ætas in eis, sed sanctitas eligatur. Congregate quoq; paruulos & sugentes vbera,ne vlla sit ætas quę non conuertatur ad dominū. Par-
Psal.8.b. uulos atq; lactentes,de quibus in Psalmis & in Euangelio le-
Matt.21.a gimus: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.
1.Pet.2.a. Quos Petr⁹ rationali & absq; dolo dicit lacte nutritos: qui-
1.Cor. 3.a bus Paulus loquitur: Lac vobis potum dedi, non escā: quo-
Matt.25 d rum & Saluator meminit: Ne contemperitis vnum de minimis istis. Egrediatur quoq; sponsus de cubili suo,& sponsa de thalamo suo: vt in tempore ieiunij, vocationis & cœtus,sanctificationis ecclesiæ,electionis senum,cōgregationis paruulorū & sugentiū vbera, non seruiat sponsus & sponsa operi nuptiali: quibus & lege permissum est,vt ad bella non
1.Cor.7.a procedant. Vnde & Apl'us recedendū parūper à coitu prącipit,vt vacare possimus orationi. Ergo qui in castigatione

victus,& ieiunio atq; eleemosynis dicit se agere pœnitentiā: K
frustra hoc sermone promittit,nisi egrediat de cubili suo: & sanctum purumq; ieiunium pudica expleat pœnitentia. Quodq; sequitur: Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes,pro vestibulo,Lxx.ἀνὰ μέσον τῆς κρηπῖδος, id est, inter crepidinē interpretati sunt,Symmachus προπύλαιον,Aqla πρόδομον,Theodotio ipsum verbum Hebraicum posuit אוּלָם: quam nos ante fores tē pli corticū; possumus dicere. Et nota q, sacerdotibus præcipiat qui sunt ministri domini,vt plorēt inter tēplum & altare,& dicāt cū Apostolo: Quis infirmatur, 2. Cor.11.
& ego non infirmor? qs scādalizatur,& ego nō vror? Et flere cū flentibus. Locusq; aptus pœnitentiæ & confessioni, templum est & altare: L
docetq; qd dicere debeant sacerdotes, imò quomodo dominū deprecari: Parce dñe populo tuo: q quādo peccabat,vocabatur nō populus tuus: nunc postq̄ recessit à vitijs appellatur populus tuus. Et ne des hæreditatem tuā in opprobrium, vt dominentur eis nationes. Apertū est ænigma qđ latebat. Populus enim ille multus & fortis: qui

SEP. & dimittat post se benedictionem, sacrificiū & libamē domino deo nostro? Clāgite tuba in Siō, sanctificate ieiuniū, prædicate curationem, congregate populum, sanctificate ecclesiam, eligite senes: congregate paruulos & sugentes vbera, egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, inter crepidinem & altare plorabunt sacerdotes ministri domini & dicēt: Parce domine populo tuo, & ne dederis hæreditatē tuam in opprobrium, vt dominentur eorum gentes, ne dicāt in nationib⁹, vbi est deus eorū? Et zelatus est dñs terram suam,& pepercit populo suo: & respō dit domin⁹,& dixit populo suo: Ecce ego mittā vobis frumentum & vinum & oleum: & implebimini ex eis: & non dabo vos vltrà opprobriū in gētibus, & eum qui ab Aquilone est repel-

suprà sub erucę,& locustę,& bruchi,& rubiginis descriptus est nomine: nunc manifestius qui sit ostenditur: Vt dominentur,inquit,eis nationes. Datur autē in opprobriū hęreditas domini,quādo seruierint hostibus,& dixerint nationes: Vbi est deus eorū: quē sibi præsulem,quē defensorem esse iactabant. Possumus nationes interpretari & aduersarias potestates,quę q̄diu non agimus pœnitentiam, dominātur nostri,& exprobrant & dicunt: Vbi est deus eorū. Iudęi istū locum ad M
Gog & Magog referūt,sęuissimas nationes: quas in vltimo tē pore cōtra Israēl dicūt esse vēturas: de quib⁹ plenius scribit in Ezechiel. b ¶Zelatus est dñs &c.) Postq̄ sacerdotes pro populo deprecati sūt,& dixerūt: Parce dñe populo tuo, & ne des hæreditatē tuā in opprobriū: fecitq; populus quod prąceptū est,vt sanctificaret ieiuniū, prædicaret curationē, cōgregaret multitudinē,sanctificaret ecclesiā,eligeret senes, paruulos & sugētes vbera cōgregaret, & egrederet sponsus de cubili suo,& sponsa de thalamo suo, & nequaq̄ carni & voluptati,sed animæ & fletibus inseruirēt: Zelatus est dñs terram suam,quam prius quasi alienā contempserat: & passus fuerat locusta vastante populari: & intantū pepercit pœnitētib⁹, vt eos dignos sua respōsione faceret,diceretq; quoniam omnes fruges vestras,locusta,bruchus,rubigoq; vastauit: ideo dabo vobis frumētum, & cætera quæ propheta describit: & vltrà vos non tradam captiuitati. Et Assyrium atq; Chaldæum qui ab Aquilone est,procul faciam à vobis: de quo suprà scriptum est: Populus multus & fortis,ante faciem eius ignis vorās,& post eum exurens flamma,quasi adspectus equorum aspectus eorum. Et expellam,inquit, eum in terram solitudinis,& primæ partes illius cadent in mare Orientale: & posteriores in mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, id est, qui ab Aquilone est, & putre-

do quia

A do quia ſuperbè egit. Sæpe cõmonui ſub tranſlatione locuſtarum deſcribi impetũ Chaldæorũ, quo Iudæa vaſtata eſt. Itaq; ſeruat metaphoram in reliquis: & iuxta ſitum prouinciæ ſic loquitur, quaſi non de hoſtibus, ſed de locuſtis referre videatur. Etiam noſtris tẽporibus vidimus agmina locuſtarum terrã texiſſe Iudæã: quæ poſtea miſericordia domini inter veſtibulũ & altare, hoc eſt, inter crucis & reſurrectionis locũ, ſacerdotibus & populis dominũ deprecantib⁹ atq; dicentibus: Parce populo tuo: vento ſurgente in mare primum & nouiſſimum præcipitatæ ſunt. Mare primũ qđ iuxta ſolitudinẽ eſt, & vergit ad Orientem, illud intellige, in quo fuit quondã Sodoma & Gomorrha, Adama & B Seboim: quod nũc mortuũ nominat: eo quòd nulla ibi viuant animãtia. Mare autẽ nouiſſimũ, hoc quod ad Occidentem eſt, & quod ducit in Aegyptum: in cuius littore Gaza, & Aſcalon, Azotúsque & Ioppe, & Cęſarea, & cętere vrbes maritimę ſitæ ſunt. Cumq; littora vtriuſq; maris aceruis mortuarũ locuſtarum, quas aquę euomuerant implerentur, putredo earum & fœtor intantum noxi⁹ fuit, vt aẽrẽ quoq; corrumperet: & peſtilentia tam iumentorum q̃ hominũ gigneretur. Quærat eruditus lector vbi hoc iuxta literam factum ſit de Chaldæis? Non multo poſt Eſa.37.g. tẽpore q̃ hæc prophetata ſunt: ſiquidem in Eſaia legimus: centum octogintaquinq; milia Chaldæorũ ſub rege Ezechia C in vna nocte angelo ſæuiente percuſſa. Hoc iuxta hiſtoriam dixerimus: Cæterũ iuxta tropologiã omnis anima terra eſt domini, in qua ſeminat paterfamilias ſementẽ ſuam: quæ cũ pro tritico zizania fecerit, id eſt, auenas & lolium, & offenderit dominũ ſuum: & poſtea egerit pœnitentiam, plangensq; dixerit: parce domine populo tuo: zelatur dominus terrã ſuam, & parcet ei quã dudum contẽpſerat: ſuoq; eam dignatur alloquio & dicit: Mittam tibi frumẽtum, de quo Ioan.12.d. ſcriptum eſt: Amen amen dico vobis, niſi granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, ipſum ſolum manet: ſi autem mortuũ fuerit, multos fructus facit: & vinum quod lætificat cor hominis: & oleum quod exhilarat faciem: vt vetus triſtitia peccatorũ, frumenti & vini & olei, id eſt, virtutũ lætitia tẽperetur: tantãq; habebunt bonorũ omniũ abundantiã: vt repleantur eis atq; ſaturẽtur. Cũq; hoc fuerint cõſequuti, nequaq̃ tradentur in opprobriũ gentibus: de quibus Apoſto Ephe.6.b. lus loquitur: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Eum quoq; qui ab Aquilone eſt: de quo Hiere-Hiere.1.c. mias loquitur: Ab Aquilone exardeſcent mala ſup oẽs habitatores terræ: de quo & Salomon ſcribit: Aquilo ventus duriſſimus: procul, inquit, à vobis faciã, & expellam eã in terram inuiam & deſertam: quæ nõ habet notitiam dei, in qua nõ habitat ſpiritus ſanctus. Faciesq; eius erit in mari primo D & in mari nouiſſimo: in his qui aperuerint ei ianuam peccatorum: & apud quos vſq; ad extremũ vitæ tẽpus permanſerint: & fœtor illius & putredo aſcendit etiã in eos qui ſibi magna promittunt: & cadunt per ſuperbiã: quia nunquã tuta eſt humana fragilitas: & quãto virtutibus creſcimus, tãto magis timere debemus ne de ſublimibus corruamus. Iuxta literam, greges locuſtarũ magis auſter q̃ Aquilo conſueuit adducere, id eſt, nõ ex frigore veniunt, ſed ex calore: verũm quoniam de Aſſyrijs loquebatur, locuſtarũ ponẽs ſimilitudinẽ: ideo Aquilonẽ interpoſuit: vt nõ veram locuſtã, quæ ab Auſtro venire conſueuit, ſed ſub locuſta intelligam⁹ Aſſyrios atq; Chaldæos. a ¶Noli timere &c.) Omnib⁹ E quæ ſuprà fuerat comminatus, nunc cõtraria pollicetur. Suprà dixerat: ignis comedit ſpecioſa deſerti: & flãma ſuccendit omnia ligna regionis: & beſtiæ agri quaſi area ſitiens imbrẽ ſuſpexerunt ad te: qm̃ exiccati ſunt fontes aquarũ, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti. Nunc lætis triſtitiã mitigat: & lachrimas vertit in riſum. Nolite, inquit, timere animalia regiõis: quia germinauerũt ſpecioſa deſerti: quia lignum attulit fructum ſuum: ficus & vinea dederunt virtutem ſuam: & tanta erit rerum omniũ abundantia, vt nequaq̃ deſit vobis frumẽtum, vinum & oleum quo ſaturemini: ſed adimpleantur areæ frumento, & redundent torcularia vino & oleo: vt nõ ſolum ipſi comedere, ſed etiã alijs prębere valeatis. Ad filios quoq; Sion ſpecialiter loquitur, vt exultent & gaudeãt, nõ in quacũq; re leui, ſed in domino deo ſuo, qui dedit eis alimenta iuſtitiæ: & vt Lxx. tranſtulerunt, imbrem tẽporaneum & ſerotinum, vt comedant atq; lætentur, & laudent nomen domini dei ſui, qui fecit cũ eis mirabilia, & nequaq̃ confundãtur: & ſciant quia dominus deus Iſraẽl habitet in medio eorũ & prẽter illum nullus ſit alius: quia pater in filio, & filius in patre: & nõ confundetur populus illius in ætẽrnũ. Hæc iuxta literã: quia à domino repromiſſa ſunt credimus acciditſſe, & ſterilitatem prẽteritã nouis frugibus cõpenſatã: vt quicquid locuſta, bruchus, & rubigo, & eruca cõſumpſerat, annis ſequentibus impleretur. Quærimus cur eruca fortitudo vel virtus domini appellata ſit: & nõ ſolum virtus, ſed virtus magna? Quomodo potentia dei in Aegyptijs plagis oſtenſa eſt per parua animalia: & prẽcipuè cyniphes, qui tam parui ſunt cubices, vt vix cernantur oculis. Sic & nunc in paruo tardoq; vermiculo, qui vix moueri poteſt: & leui tactu conteritur, dei potentia & humana fragilitas demonſtratur. Non quòd deus ad nutum ſuum & potentiæ maieſtatẽ nequeat terras ſubuertere, & operire cuncta diluuio, vel fulmine cõcremare: ſed per parua, & vt ita dicam, puncta corporum oſtendit humanã fragilitatẽ. Vnde & illud ſolemus Marcioni & cæteris

SEP. eſt repellã à vobis: & educam eũ in terrã quę eſt ſine aqua: & diſpdã faciẽ eius in mare primũ: & poſteriora ei⁹ in mare nouiſſimũ, & aſcendet fœtor eius, & aſcẽdet putredo illius: qm̃ magnificata ſunt opa eius. Cofide terra, gaude atq; lętare: qa magnificauit dñs vt faceret: confidite iumenta campi: quoniã germinauerũt campi ſolitudinis: quia lignũ attulit fructum ſuum: ficus & vinea dederunt fortitudinẽ ſuã, & filij Sion gaudete atq; lætamini in domino deo veſtro: quoniã dedit vobis eſcas iuſtitiæ: & pluit vobis imbrẽ tẽporaneũ & ſerotinũ, ſicut à prĩcipio: & replebunt areę tritico, & redũdabũt torcularia vino & oleo. Et reddã vobis p annis in quib⁹ comedit locuſta, & bruch⁹ & rubigo, & eruca. Fortitudo mea magna quã miſi in vos: & veſcemini comedentes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen dñi dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia:

HEB. eſt, procul faciam à vobis, & expellã eũ in terrã inuiã & deſertã: facies eius cõtra mare orientale, & extremũ ei⁹ ad mare nouiſſimũ: & aſcendet fœtor eius, & aſcendet putredo illius, quia ſuperbè egit. Noli timere terra: exulta & lætare: quoniam magnificauit dominus vt faceret: nolite timere animalia regionis, quia germinauerunt ſpecioſa deſerti: quoniã lignũ attulit fructũ ſuum: ficus & vinea dederũt virtutem ſuã: & filij Sion exultate & lętamini ĩ dño deo veſtro: quia dedit vobis doctorẽ iuſtitiæ, & deſcendere faciet ad vos imbrẽ matutinũ, & ſerotinũ in prĩcipio, & implebũtur areæ frumento: & redundabunt torcularia vino & oleo, & reddã vobis annos quos comedit locuſta, bruch⁹, & rubigo, & eruca. Fortitudo mea magna quam miſi in vos: & comedetis veſcẽtes, & ſaturabimini: & laudabitis nomen dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia:

G teris reſpondere hæreticis qui vetus laniant teſtamentum: quòd & pulices & culices & cimices, & huiuſcemodi animantia idcirco fecerit deus, vt fragilitatem & imbecillitatẽ noſtrę carnis oſtenderet: quæ intantũ nihil eſt, vt ab his quę parua ſunt vulnereť. Si autẽ eruca tardus paruuſq; vermiculus fortior hoie eſt, q̃d gloriatur terra & cinis, & elata per ſuꝑbiã (cũ ex humo ſit, à quo homo appellatur) humana contẽnit? Quidã loco iſtum ſic interpretantur: A dextris & à ſiniſtris virtutes & fortitudines dei legimus: quas Græci δωάμεις vocant. A dextris ſeraphim & cherubim, cunctaſq; angelicas poteſtates: à ſiniſtris cõtrarias fortitudines: de quibus Pſal.77.c ſcriptum eſt: Miſit in eos iram indignationis ſuæ: furorem & iram, H & tribulationem, immiſſionem per angelos malos: de quibus 3.Re.22.c & Micheas in Regum volumine loquitur: Vidi dominum deum Iſraël ſedentem ſuper thronum ſuum: & omnis exercitus cœli ſtabat iuxta eum à dextris & ſiniſtris eius. Ego puto ſiniſtrum fuiſſe ſpiritum: qui egreſſus eſt, & ſtetit corã dño, & ait: Ego decipiã Achab, & egrediar, & ero ſpiritus mẽdax in ore omniũ prophetarũ eius. Ad quam ſiniſtram & contrariã poteſtatẽ quę apta erat ad decipiẽdum, & exercitata ad ruinas, & multos antè deceperat, loquitur deus: Decipies, & prævalebis: egredere & fac ſic. Spiritus quoque ille qui ſuffocabat Saul, de quo dixerunt ad eum 1.Re.16.c pueri ſui: Ecce ſpiritus dei malus obſtupeſcere te facit: de ſiniſtris partibus erat: qui miniſtrant domino ad puniendos eos qui cruciari propter peccata meruerunt, Non ſolum enim homines miniſtri ſunt, & vltores iræ eius, in his qui malum operantur: & non ſine cauſa portant gladium. Sed etiã cõtrariæ fortitudines, quæ appellantur furor & ira Pſal.6. dei, quos propheta declinans ait: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Iſtiuſmodi (vt ita 1.Cor.5.b dicam) quæſtionarijs atq; tortorib⁹ tradidit Apoſtolus peccatorem in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret: de quibus & ſatanas eſt, cui tradidit alios, vt diſcerent nõ blaſphe 1.Tim.1.d mare. Hæc de eruca cur dei appellata ſit virt⁹. Tranſeamus I ad ordinem intelligentiæ ſpũalis: Ne timeas terra, imò cõfide atq; lætare: quæ prius ſementẽ dominicam tua ariditate perdideras: quia magnificauit dñs, vt faceret tecum miſericordiam: in tantũ vt etiã iumenta regionis & deſertæ ſolitudinis, lætis noualibus cõplerẽtur: & lignũ crucis afferret fructum ſuum, & ſpũs ſancti dona dulciſſima ſuam cunctis tribuerent largitatẽ. Vos quoq; quos iuſtè poſt pœnitẽtiam voco filios Sion & eccleſiæ: lętamini atq; gaudete, quia dedit vobis deus pater doctorẽ iuſtitiæ, ſiue tribuit vobis ali Eſa.30.e. menta iuſtitiæ, & deſcẽdere fecit ad vos pluuias tẽporaneas atq; ſerotinas. Pluuia tẽpeſtiua eſt, quãdo primũ doctrinam ſuſcipimus: pluuia ſerotina, quãdo laboris noſtri fructus recipimus, & ad perfectã ſanctarũ ſcripturarũ ſcientiã peruenimus. Poteſt pluuia tẽporanea & ſerotina, vetus & nouum accipi teſtamentum. Et nõ ſolum, inquit, hoc dedit, ſed fecit vos nouis virtutũ frugibus abũdare, & ſaturari atq; inebriari frumẽto, vino & oleo: de quo ſæpe dixim⁹. Et annos quos perturbationibus antè regnantibus perdideratis in vobis: qñ opera veſtra locuſta, bruchus, rubigo, erucaq; cõſumpſerãt: deus vobis perire nõ paſſus eſt. Tũc comedetis fructus iuſtitiæ, & ſaturabimini, & laudabitis nomen dñi dei veſtri: qui fecit vobiſcũ mirabilia. Si autẽ poſt pœnitentiã tantã vbertatem deus rerũ omniũ pollicetur, quid reſpondebit Nouatus negans pœnitentiã: & reformari poſſe peccatores in priſtinum ſtatum, ſi digna fecerint opera pœnitentiæ? Intantũ K eñ deus recipit pœnitentes, vt vocet eos populum ſuum, & nequaq̃ aſſerat confundendos: & habitaturũ ſe in eorũ medio repromittat, nec amplius eos aliũ habituros deum, ſed in eum toto animo confiſuros, qui in illis maneat in æternũ.

HEB. mirabilia: & non cõfundetur populus meus in ſempiternum: & ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum: & ego dominus deus veſter, & non eſt amplius: & non confundetur populus meus in ſempiternum. Et erit poſt hæc, effundam ſpiritũ meũ ſuper omnẽ carnẽ, & prophetabunt filij veſtri, & filię veſtræ: ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt: ſed & a

SEP. mirabilia: & non cõfundetur populus meus in æternum: & ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum: & ego dominus deus veſter, & non eſt amplius præter me: & non confundetur populus meus in æternũ. Et erit poſt hæc, effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem, & prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ: & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt: & iuuenes veſtri viſiões videbũt: & ſup

a ¶Et erit &c.) Hunc locũ beatus apoſtolus Petrus impletũ tẽpore dominicę paſſionis expoſuit, quãdo deſcẽdit Acto.2.c. die pentecoſtes ſpiritus ſanctus ſup credentes, & oẽs loquebãtur ſicut ſpirit⁹ ſanctus dabat eis: ita vt mirarentur qui aderãt, & dicerent: Nõne oẽs iſti qui loquũtur Galilæi ſunt? & quomodo nos audiuimus linguã noſtrã in qua nati ſumus, Parthi, & Medi, & Elamitæ, & reliqui: alij verò dicebant: quid vult hoc eſſe? Irridentibuſq; alijs atq; dicentibus: muſto pleni ſunt: ſtãs L Petrus cũ vndecim eleuauit vocem ſuã, & ait: Viri Iudæi, & qui habitatis Hieruſalẽ vniuerſi, hoc notũ ſit vobis, & auribus ꝑcipite verba mea: Neq; eñ vt vos æſtimatis, iſti ebrij ſunt, cũ ſit hora tertia diei: ſed hoc eſt quod dictum eſt per prophetã Ioël. Et erit poſt hęc, dicit dominus: Effundam de ſpiritu meo ſup omnẽ carnẽ, & prophetabũt: & reliqua vſq; ad eũ locum, quẽ in capitulo propoſuimus. Cũ igitur Petrus illo tẽpore quo paſſus eſt dominus prophetiã Ioël impletã eſſe memoret: hoc tantũ querimus, quomodo & ſuperiora & media, & quæ ſequũtur vſq; ad finẽ voluminis ſibi valeant cohęrere: ne ſub vno textu cõſequentiaq; ſermonis, diuerſa & diſſonãs inter ſe explanatio ſcatere videat? A principio ergo vſq; ad eum locũ vbi ſcriptum eſt: Magnus dies domini & terribilis valde, & quis ſuſtinebit eum? cõminatio eſt atq; deſcriptio quæ peccatori populo dñs illaturus ſit. Ab eo autem loco vbi legimus: Conuertimini ad me in toto corde, & in ieiunio, & in fletu, & in planctu: vſq; ad eum locum: vbi ait: Quare dicunt in populis, vbi eſt deus eorum? cohortatio domini eſt poſt pœnas atq; ſupplicia ad pœnitẽtiam prouocãtis. Rurſum ab eo loco qui ſequitur: Zelatus eſt dominus terrã ſuam, & pepercit populo ſuo: & reſpondens dominus dixit: vſq; ad eum locum, vbi ſcriptum eſt: Et nõ confundetur populus meus in æternũ: repromiſſio futu- M rorum eſt, quę bona poſtq̃ egerint pœnitentiã, debeant prę-ſtolari. Et poſt multa quę nũc longũ eſt retexere, hęc quoq; in promiſſione dicuntur, quę in præſentiarũ conamur exponere: Effundã de ſpũ meo ſup omnẽ carnẽ, & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtrę, & reliqua. Videor mihi à principio vſq; ad hunc locũ, textum ſeruaſſe ſermonis: laboris eſt maximi, quomodo quæ ſequũtur, his quę nũc diſſerim⁹ coaptanda ſint. Alius dicit quę generaliter in vltimo tpe repromiſſa ſunt, nunc ex parte cõpleta. Et qa prę̃miũ futurorũ in primo aduentu dñi Apoſtoli ſentiebant, libamẽta quædã & primitias mirabilium expleta memoraſſe, vt donec veniat quod perfectũ eſt, id quod ex parte præceſſerat ſentiremus. Alius verò Apoſtolicæ eſſe aſſerit cõſuetudinis: iuxta illud quod de ſancto viro ſcriptũ eſt: Diſpenſabit ſermones ſuos Pſal.111.a. in iudicio: vt quicquid vtile audientibus eſſe cernebant, & nõ repugnare præſentibus, de alterius tẽporis teſtimonijs roborarent, non quòd abuterẽtur audientiũ ſimplicitate & imperitia: vt impius calũniatur Porphyrius: ſed iuxta Apoſtolum Paulum prædicarent opportunè importunè. Et ſequen 2.Tim.4. tes regulam prophetarum, quicquid Iudæi in vltimo tẽpore ſibi carnaliter repromittunt: ſpiritualiter in primo aduẽtu domini ſaluatoris dicerẽt eſſe completum: maximè cùm & illi, & nos quę promiſſa ſunt, in Chriſto dicamus eſſe cõplenda: a

A plenda:in hoc tantūmodo diſcrepantes,q illi futura contē-
dunt,nos iam facta conuincimus:de quo in his quæ ſequun-
tur plenius diſſerendum eſt. Omnis autē caro ſuper quam
effuſurum ſe de ſpiritu ſuo dominus pollicetur,illa eſt de
Eſa.40.b. qua Eſaias loquitur:Et videbit omnis caro ſalutare dei.Er-
go ſalutare dei videri
nō poteſt,niſi ſpiritus
ſanctus effundatur. Et
quicūq; credere ſe di-
cit in Chriſtū,non cre-
dens in ſpiritū ſanctū,
perfectæ fidei oculos
nō habebit. Vnde & in
Act.19.a. actibus apoſtolorū:qui
baptizati erant bapti-
ſmate Ioannis in eum
qui venturus erat: hoc
eſt,in nomine dñi Ieſu:
quia reſponderūt Pau-
lo interroganti: Sed ne
ſi ſit quidem ſpiritꝰſan
ctus nouimus:iterū ba-
ptizantur, imò verum
baptiſma accipiunt:qa
B ſine ſpū ſancto & my-
ſterio trinitatis, quic-
quid in vnam & alteram perſonam accipitur, imperfectum
eſt.Neq; verò omnis qui acceperit ſpiritū ſanctū,ſtatim ha
bebit & gratiā ſpiritualem,ſed per effuſionē ſpiritus ſancti
1.Co.12.b diuerſas gratias conſequētur: alij prophetiā, vt filij & filiæ
qui maioris ſunt meriti:alij ſomnia,vt ſenes iam prouectio-
ris ætatis:alij viſiones,vt iuuenes qui vicerunt malignū.Ser-
ui verò & ancillæ qui adhuc ſpiritū timoris habent,& nō di
1.Ioā.4.d. lectionis:quia perfecta dilectio foras mittit timorē:nō habe
bunt prophetiā,nō ſomnia,nō viſiones:ſed ſpiritus ſancti ef-
fuſione contēti,fidei tantū & ſalutis gratiam poſſidebunt.
Tunc dabit prodigia dominus in cœlo & in terra: in cœlo,
quia ſol eſt verſus in tenebras,& luna in ſanguinē: in terra,
quia tam vehementi & inſolito motu terra contremuit, vt
monumenta aperta,& ſaxa diſrupta ſint.Q uòd autē dicit,
ſanguinem & vapores, ſiue vaporem fumi: ſanguis ille eſt,
de quo in pſalmis legimus : Vt intingatur pes tuus in ſan-
Pſal.67.c guine.Et in Eſaia:Q uām rubicunda ſunt veſtimēta tua?Et
Eſa.63.a. quē percuſſo latere ſaluatoris mixtis aquis Romanus miles
Ioā.19.f. effudit. Et ignis ſpiritus ſancti,qui deſcendit de cœlo:vt in
Acto.2.a. actibus apoſtolorū legimus:Apparuerūt illis diſpertitæ lin
guæ tanq; ignis,ſeditq; ſupra ſingulos eorum:& repleti ſunt
C omnes ſpiritu ſancto:& cœperūt loqui varijs linguis,prout
Lucę.12.f. ſpiritus ſanctus dabat eloqui illis. Hic eſt ignis quem venit
dominus mittere ſuper terram:& anteq; pateretur in diſci
pulis ſuis optabat ardere. Ignis naturæ eſt duplicis : habet
lumen credētibus:habet tenebras ſuppliciaq; incredulis:qui
appellantur vapores fumi. Iſte fumus eſt amariſſimus, qui
excæcauit oculos Iudæorum:de quo in Prouerbijs legimus:
Pro.10.d. Sicut fumus noxius eſt oculis,& immatura vua dentibus,ſic
iniquitas vtentibus ea. De hoc fumo & Eſaias in viſione ma
Eſaię.6.b. gna loquitur,in qua prædicebatur cæcitas Iudæorū: Et ſu-
perliminare motum eſt, & domus impleta eſt fumo. Vnde
poſtea ſequitur:Vade & dic populo huic: Auditu audietis,
& nō intelligetis:& videntes aſpicietis , & non videbitis:in-
craſſatum eſt eñ cor populi huius,& auribus ſuis grauiter
audierunt.Sol quoq; eſt verſus in tenebras, quādo pendentē
dominum ſuum videre non auſus eſt:& luna in ſanguinem.
Q uod aut iuxta hiſtoriā factum eſſe credamus,& ab euan-
geliſtis ſilentio prętermiſſum. Neq; enim omnia quæ fecit
Ieſus,ſcripta referuntur:quæ ſi ſcriberentur per ſingula, ne
ipſum quidem arbitror mundum capere eos qui ſcribendi
ſunt libros. Aut certè quomodo ſol verſus in tenebras eſt:
nō quòd ipſe ſit mutatus in tenebras,ſed q tenebras mūdo
induxerit. Sic & luna nō eſt verſa in ſanguinē:ſed Iudæos
blaſphemiarum & negationis in Chriſtū horrore cooper-

HEB. ſed & ſuper ſeruos
meos & ancillas meas in
diebus illis effundā ſpiri-
tum meum:& dabo prodi
gia in cœlo & in terra,ſan
guinē, & ignē,& vapores
fumi. Sol conuertetur in
tenebras,& luna in ſangui
nem , antequā veniat dies
dñi magnus & horribilis.
Et erit omnis qui inuoca-
uerit nomē domini,ſaluus
a erit. Quiā in monte Sion
& in Hieruſalem erit ſalu-
atio : ſicut dixit dominꝰ:
& in reſiduis quos domi-
nus vocauerit.

Quia

tos, æterno teſtimonij ſui ſanguine condemnauit, dicentes: D
Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros. Hæc omnia Mat. 27.c
priuſquam dies domini veniat magnus & horribilis,futu-
ra deſcribit. Dies autem domini magnus & horribilis,aut
reſurrectionis eſſe credendus eſt,aut certè multa poſt tēpo
ra dies iudicij,qui verè
magnꝰ ē, & horribilis.
Sed quia ſequitur: Et
erit oīs qui inuocauerit
nomen domini, ſaluus
erit, [meliꝰ de die paſ-
ſionis Chriſti,vel reſur
rectiōis accipi. Inuoca-
tio verò in qua ſalus cō
ſiſtit : non ex ſermone
tantū, ſed ex corde &
opere cōſtat. Vnde hu-
ius tripartitæ inuoca-
tionis gra nō incipien-
tiū, ſed perfectorū eſſe
credenda eſt : quia qđ
credit,qđ amat, os cōfi
tetur,manus opere cō-
plet. Vnde & ecōtrariò E
illis dicitur, qui domi-
nū ſolo ſermone inuo-
cant, & opere fidei ſermonē nō complent, Non omnis qui Matt.7.c.
dicit mihi domine dñe , intrabit in regnū celorū:ſed qui fa
cit voluntatē patris mei,ipſe intrabit in regnū cœlorū:] &
hoc apoſtolꝰ Paulꝰ refert ad tēpus dominicę paſſionis, ma-
gis de reſurrectionis die intelligendū eſt. Ait enim ſcribens
ad Romanos: Nō eſt diſtinctio Iudæi & Gręci . Idē enī ipſe Rom.10.c
dominus omniū : diues in oēs qui inuocant illū. Omnis enim
quicunq; inuocauerit nomē dñi,ſaluus erit. Q ūo enim inuo
cabūt, in quē nō crediderūt? aut quomodo credēt ei,quē nō
audierūt ? quomodo aūt audient ſine prędicāte? qūo autem
prædicabunt niſi mittantur? Q uodq; ait: Omnis qui inuo-
cauerit nomen domini , ſaluus erit:non leue eſſe credamus:
licèt enim idē Apoſtolus ſcribat: Nemo dicit dominum Ie- 1.Co.10.a.
ſum niſi in ſpiritu ſancto:tamen hoc ipſum dicere,non ſer-
mone,ſed affectu cordis eſt ponderandum:Omnis enim qui
inuocauerit nomen domini , ſaluus erit. Vnde & Paulus &
Soſthenes ſcribunt eccleſiæ dei quæ eſt Corinthi: Sanctifi- 1.Cor.1.a.
catis in Chriſto Ieſu,vocatis ſanctis cum vniuerſis qui inuo
cant nomen domini Ieſu Chriſti : ſecundum illud quod in
pſalmis legimus: Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Pſal.98.b.
Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Inuocabant do-
minum,& ipſe exaudiebat eos : in columna nubis loquebatur F
ad eos. Si igitur de credentibus Corinthijs,& de Moy-
ſe & Aaron ac Samuele ſcribitur, quòd inuocauerint nomē
domini:non incipientium,ſed perfectorū hanc gratiam eſſe
credamus. Verbum quoq; effuſionis,quod Hebraicè dicitur
אשפוך:& omnes ſimiliter tranſtulerunt , oſtendit muneris
largitatem:quòd nequaquam in paucos prophetas (vt olim
fiebat in veteri teſtamento) ſed in omnes credentes in no-
mine ſaluatoris,ſpiritus ſancti dona deſcenderēt: nequaq; in
hunc & illum,ſed in omnem carnem. Neq; enim eſt diſtin- Roñ.10.c
ctio Iudæi & Græci,ſerui & liberi,viri & fœminæ: quia om
nes in Chriſto vnum ſumus. Vnde & Agabus Cæſareę pro- Act.12.d.
phetauit,& in Antiochia erant prophetæ plurimi: & Apo-
ſtolus præcipit:vt ſi altero prophetante alteri fuerit reue- 1.Co.14.f
latum, prior taceat. Et quatuor filias Philippi euangeliſtæ Act.21.c.
legimus prophetaſſe. Senes quoque viderunt ſomnia,quādo
Paulus iam ſenex audiuit virum Macedonem, dicentem ſi- Ibi.16.b.
bi:Tranſiens in Macedoniam adiuua nos. Et omnes iuuenes
qui in Chriſto extitere fortiſſimi , & in domino bellarunt,
viderunt viſiones,domino ſua promiſſa complente: Ego vi-
ſiones multiplicabo , & in manibus prophetarū aſſimilatus Oſeę.12.c
ſum. a ¶ Q uia in monte Sion &c.) In eo loco in quo nos
poſuimus,ſaluatio,ſiue ſaluatus:& in Hebraico ſcriptū eſt:
פליטה Symmachus tranſtulit, qui fugerit. Et rurſum vbi
nos diximus,

G nos diximus, in reſiduis: & Lxx. tranſtulerunt, annuncians: in Hebraico legitur, שְׂרִידִים quod Iudæi loci nomen exiſtimant. Poſtquam igitur venit dies domini magnus & horribilis: & ſaluus effectus eſt, quicũq; poſt domini reſurrectionem nomen illius inuocauit: omnis qui fuit in monte Sion, & in Hieruſalẽ ſaluatus eſt: de Siõ em̃ egreſſa eſt lex, & verbũ domini de Hieruſalẽ: de qua ſcriptum eſt: Non capit prophetam perire extra Hieruſalem. Principiũ ergo eorum qui ſaluati ſunt, fuit in Sion & Hieruſalem: in ſpecula, & in viſione pacis: & in his qui reſidui fuerunt, quos vocauit dominus. Reſiduos eos debem⁹ intelligere, qui de Iudęorũ populo crediderũt: de quib⁹ Eſaias loquitur: Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles fuiſſemus. Hos reſiduos dom⁹ vocauit, ſiue euangelizauit eos quos vocauit: ſic enim Septuaginta interpretati ſunt. Locus hic difficillimus eſt, & multiplicem recipiens explanationẽ: vt ſub tropologia omnia quæ dicta ſunt ad illa tempora referamus, ad quę Petrus, & Paulus apoſtoli retulerunt: hoc eſt, quãdo paſſus eſt dominus & reſurrexit. Neq; enim fieri poteſt, vt ſuperiora in tẽpore paſſionis, & quæ ſequuntur, intelligamus in die iudicij: maximè cùm ſequatur: Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo. Et iſte verſiculus, præcedentibus inferiora connectens, vno dicat cuncta tempore perpetrata.

Eſaię.2.a.

Luc.13.g.

Eſaię.1.c.

H

HEB. Cap. III.

a Quia ecce in dieb⁹ illis, & in tempore illo cùm cõuertero captiuitatem Iuda & Hieruſalẽ, cõgregabo omnes gentes, & deducã eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cũ eis ibi ſup populo meo, & hęreditate mea Iſraël, quos diſperſerũt in nationib⁹: & terram meã diuiſerunt, & ſuper populũ meũ miſerunt ſortem: & poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellã vendiderũt pro vino, b vt biberent. Vẽrùm quid vobis & mihi Tyrus & Sidon, & omnis termi- nus Palæſtinorum? Nunquid vl-

SEP. Cap. III.

Quia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo quãdo conuertero captiuitatẽ Iuda & Hieruſalem, congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis ibi pro populo meo, & hæreditate mea Iſraël, qui diſpſi ſunt in gẽtibus: & terram meã diuiſerunt, & ſuper populũ meum miſerunt ſortes: & poſuerũt puerũ in proſtibulo, & puellas vendebant pro vino, & bibebãt. Quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum? Nũquid re-

Caput III.

a Quia ecce in diebus illis, &c.) Dicamus vt polliciti ſumus, primùm iuxta anagogen, priorib⁹ poſteriora iungentes, & eadem ſi poterimus, ad diem iudicij referre tentabimus. Saluatis credentibus in monte Sion, & Hieruſalem: & vocatis reſiduis de populo Iudæorũ, qui cũ apoſtolis & per apoſtolos crediderũt: in tẽ I pore illo poſtq̃ conuerterit dominus captiuitatem Iuda & Hieruſalem: qui venerat prędicare cæcis viſum, & captiuis remiſſionem, & liberauit eos qui dominũ confitẽtur, & qui verſantur in eccleſia, in qua viſio pacis eſt: congregabit omnes gentes quæ credere noluerunt: & deducet eas in vallem Ioſaphat: quod ſignificantius, iuxta Hebraicã veritatẽ Græcè dicitur κατάξω, id eſt, deorſum ducam, & de ſublimibus ad inferiora detraham. Simulq; conſidera, quãdo incredulos quoſq;, vel aduerſarias poteſtates dominus ad iudiciũ prouocat, & diſceptat cũ eis pro populo ſuo: deducã, inquit, eas in vallem Ioſaphat. Quãdo autẽ credentes ad prælium cohortatur & dicit: Suſcitate robuſtos: accedant, aſcẽdant oẽs viri bellatores: cõſurgant & aſcẽdãt gẽtes in vallẽ Ioſaphat: nõ deſcẽdere, ſed aſcendere cohortatur. Oĩs em̃ qui iudicat ꝑpter pctã ſua, in valle poſitus eſt, quæ appellat Ioſaphat, יְהוֹשָׁפָט id eſt, domini iudiciũ. Qui em̃ credit in domino, nõ iudicabitur. Ibiq; diſputabit cũ eis, nõ potentia maieſtatis, ſed rationis eos veritate cõuincens qui partiti ſunt populum dei, & hæreditatem illius diſperſerunt in nationibus: vt ſeruos dei ſibi ſeruire cõpellerent: & terrã illius diuiſerunt, multis eam inter ſe erroribus ſeparãtes: vt alij colerẽt Iouẽ, alij Iunonem, & Mineruã, & Febrem, & rubiginẽ, Anubim & crocodilium, & ibin, noctuas, accipitres, & ciconias. Sub his nominibus quondam diuiſus eſt populus dei: quæ aduerſariæ nationes, id eſt, principes mundi iſtius, & rectores tenebrarum: nõ ſolum diuiſerũt ſibi populũ dei, ſed poſuerunt pueros in proſtibulum: vt virilem cogerent mutare naturam: de quibus Apoſtolus loquitur: Propterea tradidit illos deus in paſſiones ignominiæ: ſiquidẽ fœminæ eorum immutauerũt naturalem vſum, in eũ vſum qui cõtra naturã eſt. Similiter & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, accẽſi ſunt in deſideriũ ſui, in inuicem maſculi in maſculos turpitudinẽ operantes: & mercedẽ quã oportuit erroris ſui in ſemetipſos recipiẽtes. Nec hoc feciſſe cõtẽti, vendiderũt puellã pro vino, vt biberẽt, & libidini præferrẽt gulam. Quæ vniuerſa Iudæi, Veſpaſiani Titiq; temporibus, & maximè Hadriani, iuxta literã impleta eſſe cõmemorãt. Si autẽ ad diem iudicij quę ſcripta ſunt voluerimus referre, dicimus L omnẽ qui ſaluat, ſaluari in eccleſia, ſiue in cœleſti Hieruſalẽ. Et poſtq̃ Iudæ fuerit & Hieruſalẽ cõuerſa captiuitas, tunc cõgregãdos & deducẽdos oẽs in vallẽ Ioſaphat: & ibi diſceptaturũ dñm cũ eis qui ſuũ populũ perſequuti ſunt: & diuiſerũt ſibi hæreditatẽ dñi, & diſperſerũt eos in nationibus, & ſup terrã illius miſerunt ſortẽ: quæ nõ ſolũ ſup hęreticis debemus accipere, qui ſibi dei populũ diuiſerũt, & eos faciunt eſſe gẽtiles, ſed ad oẽm rigidũ ſupbũq; doctorẽ, qui ſub nomine doctrinæ & ſacerdotij dominant cleris, & opprimũt eos qui ſibi ſubiecti ſunt. Cũq; fuerint negligẽtes, & ſcandalizauerint vnũ de mínimis: etiã pueros ponũt in proſtibulũ, ſiue tradunt meretricibus: & cauſa voluptatis ſuæ, quorum deus vẽter eſt: & gloria in cõfuſione eorũ: vendunt Phil.3.d. puellas, vt bibãt vinũ. Tradit autẽ aduleſcẽtes meretricib⁹, & puellas vẽdit luxuriæ, qui turpis lucri gratia nõ corripit delinquentes. b ¶ Verũ quid vobis & mihi Tyrus &c.) Et hæc Iudęi aduerſum Tyrũ & Sidonẽ & Palæſtinorũ terminos, ſiue Galilęã alienigenarũ dici arbitrant: q̃ tempore captiuitatis Iudaicæ, qñ victi ſunt à Romanis, dei populum M perſecuti ſunt, ímò in populo dei ipſum deũ qui pręfuit populo: ſecũdum illud qđ ſcriptũ eſt: Qui vos recipit, me re- Mat.10.d. cipit. Ergo ecõtrariò qui ꝓſequitur populũ dei, ipſum deũ perſequitur cuius eſt populus. Reddã, inquit, vobis quę feciſtis populo meo: quia argentũ meũ & aurum, id eſt, vaſa tẽpli: & quicquid in eo precioſiſſimũ & ſpecioſiſſimum fuit: candelabrũ aureũ, & mẽſam propoſitionis auream, & duos cherubim aureos, & propiciatoriũ, & phialas ac thuríbula aurea tuliſtis, & cõſecraſtis idolis veſtris. Hæc autẽ narrat 4.Regum hiſtoria Chaldæos magis feciſſe, qui vaſa tẽpli dñi poſue- 25.c. runt in tẽplo Bel: vnde poſtèa Balthaſar potat in phialis: & Dan.5.a. ſtatim regnũ eius in Medos & Perſas transfertur. Sed quia poſt diem dñi magnũ & horribilẽ hæc futura dicunt, quæ apoſtoli in reſurrectiõe domini interpretãtur, & Hebræi in futurum iudicij tẽpus differũt: magis de Romanis eſt intelligendũ, q̃ Veſpaſianus & Titus Romæ tẽplo pacis ædificato, vaſa tẽpli & vniuerſa donaria in delubro illius cõſecrarunt: quę Græca & Romana narrat hiſtoria. Eo tẽpore filij Iuda & Hieruſalẽ, nequaq̃ Iſraël & decẽ tribuum quæ vſq; hodie in Medorũ vrbibus & montibus habitant: venditi ſunt filijs Gręcorũ, vt exterminarẽtur de finibus ſuis: & omnis orbis Iudaica captiuitate cõpletus eſt. Hoc illi referunt vt vltionẽ ſanguinis Chriſti & ſubuerſionẽ Hieruſalem, quę dei iudicio accidit, cõtra Tyrũ & Sidonẽ pro ſe acciditſſe confirment.

A firmẽt. Nos autẽ iuxta cœptã tropologiã, Tyrũ & Sidonem & Palæſtinos, eos interpretemur, qui dei populũ coanguſtãt & tribulant & perſequũtur: hoc eſt enim Tyrus in lingua noſtra reſonat, & eũ venẽtur in mortẽ: quod nomẽ Sidonis indicat: & bibẽtes ſanguinẽ corruunt, ſiue volutãtur in cœno: quod צר צידון

Philiſtijm Galileáq; ſignificant. Velociter & citò reſtituet eis dñs quod merẽtur: qa pſecuti ſunt eũ. Et argẽtũ illi⁹ & aurũ, eloquia videlicet ſcripturarũ, & νοήματα, id eſt, ſententias: & omne quod pulchrum in eccleſia fuit, ſuis erroribus mãciparũt. Hæretic⁹ quoſcũq; deceperit, & ſua fecerit adorare ſimulachra filios Iuda & filios Hieruſalẽ vẽdit Græcis, ſiue gentilibus: & eos de Chriſtianis ethnicos facit: vt exterminet de finibus ſuis, in quibus in Chriſto fuerãt procreati: & nequaq̃ in Iudæa, & veritatis cõfeſſione, ſed in gẽtiũ errore verſentur. Quæ oĩa & ad diẽ iudicij referre poſſumus, nõ diſcrepante vindicta: licèt in tẽpore à ſupiorib⁹ diſcrepare videant. Pro Galilea in Hebræo ſcriptum eſt: גלילות qđ Aquila περιχώρους, Symmachus termi nos trãſtulit: περιχώρους autẽ, id eſt, tumulos arenarũ, referamus ad littora Paleſtinæ: nõ ad Galileã Philiſtijm, quę oĩno nulla eſt. a ¶Ecce ego ſuſcitabo &c.) Verbũ Hebraicum עֹרְרִים qđ Aquila & Symmachus ita vt ſcriptũ eſt tranſtulerunt: Lxx. εἰς ἀιχμαλωσίαμ, id eſt, captiuitatẽ interpretati ſunt: qđ meli⁹ captiuos ſignificat. Sabaĩm autẽ gens trans Indiam dicit: de qua fuit & regina Saba, quæ venit ſapientiã audire Salomonis: de quibus & Eſaias loquit: Et Sabaĩm viri excelſi ad te trãſibũt. Vnde & thusvenire phibetur, dicente Vergilio: Centũq; Sabęo thure calent aræ: licèt quidã Sabęos, Arabes ſuſpicent. Promittũt ergo ſibi Iudæi, imò ſomniãt, qp in vltimo tpe cõgregent à dño, & reducant in Hieruſalẽ. Nec hac felicitate cõtẽti, ipſum deũ ſuis manibus Romanorũ filios & filias aſſerũt traditurũ: vt vẽdãt eos Iudęi, nõ Perſis & Aethiopib⁹ & cæteris nationib⁹ quę vicinæ ſunt: ſed Sabęis, genti longiſſimę: quia dñs locutus ſit, & populi ſui vlciſcat iniuriã. Hęc illi & noſtri Iudaizãtes, qui mille annorũ regnũ in Iudęę ſibi finib⁹ pollicent: & auream Hieruſalẽ, & victimarũ ſanguinẽ, & filios ac nepotes & delicias incredibiles: & portas gẽmarũ varietate diſtinctas. Nos autẽ dicam⁹ qp & ſuſcitauit dñs poſt aduentũ ſuũ, & quotidie ſuſcitat, & ſuſcitaturus eſt eos, quos varius error eduxerat de finibus ſuis. Pulchréq; ſuſcitabo, ait, quaſi iacẽtes & corruẽtes: vt qui iacebãt in hęreſi, ſtent in eccleſia: reddens hęreticis qđ fecerãt: Vt filios eorũ & filias: quos & in myſticis & in carnalib⁹ erudierãt: tradat in manib⁹ filiorũ Iuda: in manibus eorũ qui eccleſiarũ principes extiterũt: & inſtru

HEB. quid vltionem vos reddetis mihi? & ſi vlciſcemini vos cõtra me, citò velociter reddã viciſſitudinẽ vobis ſuper caput veſtrũ. Argentũ eĩm meũ & aurũ meũ tuliſtis: & deſiderabilia mea, & pulcherrima intuliſtis in delubra veſtra: & filios Iuda, & filios Hieruſalẽ vẽdidiſtis filijs Grę corũ: vt lõgè faceretis eos de finib⁹ ſuis. Eccẽ ego ſuſcitabo eos de loco, in quo vẽdidiſtis eos: & conuertã retributionẽ veſtrã in caput veſtrum: & vendã filios veſtros, & filias veſtras, in manibus filiorum Iuda: & venũdabunt eos Sabæis, gẽti longinquę: quia dñs loquutus eſt. b Clãmate hæc in gentibus: ſanctificate bellum: ſuſcitate robuſtos. Accedant, aſcendant omnes viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios, & ligones veſtros in lãceas. Infirm⁹ dicat, quia fortis ego ſum. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu: & congregamini, ibi occumbere faciet dominus robuſtos tuos. c Cõſurgant, & aſcendant gẽtes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu: mittite falces, quoniã maturauit meſſis. Venite & deſcendite, quia plenũ eſt torcular: exuberant torcularia, quia multiplicata eſt malicia eorũ. Populi

SEP. quid retributionem vos redditis mihi: aut irã in corde retinetis aduerſũ me? (hoc enim Græcè ſignificat μνησικακεῖτε:) velociter & citò reddã retributionẽ veſtrã in capitib⁹ veſtris: ꝓ eo quòd argẽtũ meũ & aurũ meũ tuliſtis: & electa mea & optima ituliſtis in tẽpla veſtra: & filios Iuda, & filios Hieruſalẽ vẽdidiſtis filijs Gręcorũ: vt ejce retis eos de finib⁹ ſuis. Ecce ego ſuſcitabo eos de loco in quo vendidiſtis eos: & reddã retributionẽ veſtrã in capita veſtra: & vẽdam filios veſtros & filias veſtras in manibus filiorũ Iuda: & venũdabũt eos in captiuitatẽ gẽti quę ꝓcul abeſt: qm̃ dñs locutus eſt: Prædicate hęc in gẽtibus: ſanctificate bellũ: ſuſcitate pugnatores: adducite & aſcendite oẽs viri bellatores: cõcidite aratra veſtra in gladios, & falces veſtras in lanceas. Fortis dicat, qa prędualeo ego. Cõgregamini & introite oẽs gentes ꝓ circuitũ: & cõgregamini illuc: manſuetus ſit pugnator. Conſurgant & aſcendant omnes gentes in vallẽ Ioſaphat: quia ibi ſedebo vt iudicẽ omnes gẽtes in circuitu: emittite falces quoniam adeſt vindemia. Introite & calcate, quia plenum eſt torcular: & redundant torcularia, quia repleta ſunt mala eorum. Sonitus

ti ſũt armatura Apli: & habent ſcutũ & lanceã veteris & noui inſtrumenti. Vt cũm ceperint filios eorũ & filias: vendant Sabæis, & faciant eſſe captiuos, vt procul ſint à finib⁹ ſuis. Et ad meliora cõuerſi, eccliaſticis dogmatib⁹ incipiãt eſſe ſubiecti. b ¶Clamate &c.) Locus iſte dupl'r intelligit: quidã eĩm arbitrant hęc ſanctis gentib⁹ prędicari, vt prępararent ad bellũ: & propulo dei dimicent, vt oĩa inſtrumẽta agricultur ę in gladios lãceasq; cõuertãt: vt infirm⁹ dicat ſe eſſe robuſtũ: & veniãt oẽs de circuitu, & in certamẽ dñi congregent: maximè quia iuxta Lxx. ſequit: Manſuet⁹ & mitis ſit pugnator: iuxta illud qđ in Paralipomenis ſcriptũ eſt: Et trãs Iordanẽ de Rubẽ & Gad & dimidia tribu Manaſſe: in oĩbus vaſis bellicis centũ viginti milia: oẽs iſti viri bellatores parati ad pugnã mente pacifica: hos eſſe volunt ímitatores veri. Dauid: de quo legimus: Memẽto dñe Dauid, & oĩs mãſuetudinis ei⁹. Et ipſe loq't in euãgelio: Diſcite à me, quia humilis ſum, & mitis, ſiue mãſuet⁹. Viros quoq; eos intelligi volunt: q deſtruẽtes initia paruulorũ, ad perfectæ ętatis robur acceſſerit: & oẽ ſtudiũ quo príus animarũ ſuarũ exercebãt agros, ad neceſſitatẽ prelij cõtulerũt Nobis autẽ Hebręorũ opinionẽ ſequẽtibus videt eſſe cõtrariũ. Ideo eĩm gẽtes aduerſarię Iſraẽli, parant ad pugnã: & aratra ſua ligonesq;, vel falces in gladios lanceasq; cõmutãt: & infirm⁹ robuſtũ ſe eſſe dicit: erũpũtq; & veniunt de circuitu, & contra dñi exercitũ cõgregant: vt occũbere dñs faciat robuſtos earũ: & intelligãt ſe deo aduerſante ſupatas. Hęc iuxta literã ſibi Iſraël miſerabilis repromittit. Nos iuxta cœptã tropologiã: & gẽtes dęmonũ, & eos qui quotidie cõtra eccleſiã dimicãt: & in vltimo qui ſub antichriſto aduerſum ſanctos dñi pugnaturi ſunt, accipere poſſumus: qui idcirco cõgregant, vt pereant. c ¶Cõſurgãt & aſcẽdant &c.) Et hæc iuxta ſuperiorẽ ſenſum interpretant bifariãm. Alij eĩm gẽtes aſcẽdere in vallẽ Ioſophat, quę יְהוֹשָׁפָט interpretat dñi iudiciũ: & ſedere ibi deum: vt dijudicet oẽs gentes, quę de circuitu veniunt: in bonã partẽ intelligũt: quò ſcilicet

Eſa. 45.c. Eſaię. 2.b. Matt. 11.a. Pſal. 131.a. 1. Para. 5.d 3. Regum. 10.a.

G ſcilicet & ſancti cõtra dei aduerſarios cõgregent:& mittãt falces ſuas,vt maturã hoſtiũ meſſem demetãt:& veniãt atq; deſcẽdant,calcentq; torcularia,qa adſit vindemia:& intãtũ muſta exuberẽt,vt torcularia cape nõ poſſint.Et vt ſcirem⁹ quæ ſit vindemia, plenũq; torcular,intulit:multiplicata eſt malicia eorũ:haud dubiũ quin eos ſignificet, qui cõtra dñm congregati ſunt.Alij autẽ cõſurgere gentes & cõuenire in vallẽ Ioſaphat: & ſedere dñm, vt oẽs iudicet nationes: ideo aſſerunt, vt parẽt ſe & aſſumãt vniuerſa arma pugnãtiũ:& in valle Ioſaphat dñi falcib⁹ demetant.Veniſſe eñ cõtra eos tẽpus iudicij:& ſtantũ eorum creuiſſe mala,vt dei vicerẽt patientiã.Nã & Amorrei tũc expulſi ſunt,qũ expleta ſunt peccata eo-
H rũ.Iudei iſtum locũ ad Gog & Magog gentes ſeuiſſimas referunt: de quib⁹ ſuprà diximꝰ,arbitrãtes vltimo tpe qñ Hieruſalẽ fuerit inſtaurata, ſub mille annorũ impio cõtra dei populũ eſſe vẽturas,& inualle Ioſaphat quę ad oriẽtalẽ partẽ tẽpli ſita eſt, eſſe ruituras: aduenisſe eñ tempus occiſionis earũ,& effundendi ſanguinis inſtare vindemiam.

a HEB. Populi populi in valle cõciſiõis: quia iuxtà eſt dies dñi in valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum.

b Et dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam: & mouebũtur cœli & terra: & dñs ſpes populi ſui, & fortitudo filiorũ Iſraël: & ſcietis quia ego dñs deus veſter, habitans in Sion monte ſancto meo:& erit Hieruſalem ſancta: & alieni non tranſibunt per eam amplius.

c Et ẽrit in die illa, ſtillabunt montes dulcedinem:& colles fluent lacte: & per omnes riuos Iudæ ibunt aquæ.

d Et fons de domo domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.

SEP.Sonit⁹ exauditi ſũt in valle iudicij:quia iuxtà eſt dies domini in valle iudicij, Sol & luna obtenebrabũtur,& ſtellæ occidere faciẽt ſplendorẽ ſuum. Dominus autem de Sion clamabit, & de Hieruſalẽ dabit vocem ſuam:& mouebitur cœlum & terra:& dominus parcet populo ſuo, & confortabit filios Iſraël: & ſcietis quia ego dominus deus veſter habitans in Sion monte ſancto meo: & erit Hieruſalem ſancta, & alienigena non tranſibit per eam ampli⁹. Et erit in die illa, ſtillabũt mõtes dulcedinẽ, & colles fluẽt lacte,& oẽs emiſſiões Iudæ fluẽt aqs.

a ¶Populi populi in valle conciſionis &c.) In eo loco vbi nos poſuimus,populi populi:& Lxx.trãſtulerũt ὅχλοι ὄξυχλοι, id eſt,ſonitus exauditi ſunt:in Hebraico ſcriptũ eſt: הֲמוֹנִים הֲמוֹנִים:quod vtiq; multitudinẽ,& turbas eorũ qui iudicandi ſunt,non ſtrepitũ ſonitũq; ſignificat. Rurſum vbi nos diximus,in valle cõciſionis,ſequẽtes tranſlationẽ Aquilę & Symmachi & quintę æditionis: Septuaginta & Theodotio τῆς δίκης καὶ τῆς κρίσεως, id eſt,cauſæ & iudicij,trãſtulerunt:pro quo in Hebraico ſcriptũ eſt חָרוּץ,qđ Hebræi nõ ſolum cõciſionẽ,ſed & aurũ interpretari putant:quò ſcilicet in valle iudicij,quã ſuſpicãtur gehẽnã,excoctis ſordi-
I bus peccatorũ,purũ aurũ remaneat. Idcirco autẽ gentiũ,de quibus ſuprà diximus in valle iudicij,ſiue cõciſionis,populi cõgregant:vt interficiant & corruant,& à dño iudicentur. Cuius mœrorẽ diei & tormẽta pereuntiũ,ne ſol quidem & luna aſtraq; cætera poterũt intueri,ſed retrahent fulgorem ſuum: & ſeueritatẽ iudicantis reddẽtisq; vniuſcuiuſq; opus in caput ſuum,aſpicere nõ audebunt. Nõ quòd clemẽtiora ſint q̃ dei iudicia: ſed quòd oĩs creatura in tormẽtis aliorũ de ſuo iudicio pertimeſcat. b ¶Et dñs de Sion rugiet &c.) Cũ ſolis & lunæ cũctarũq; ſtellarũ ſplendor tenebris fuerit cõmutatus: dñs de Sion inſtar leonis rugiet,ſiue clamabit:& tam excelſa vox eius erit atq; terribilis,vt cœlorũ cardines & terrarũ fundamenta quatiãtur. Cũq; tam ſeuerus in eos fuerit qui puniendi ſunt,erit clemens erga populum ſuũ: & dabit eis fortitudinẽ qui appellant filij Iſraël, mens ſcilicet cernẽs deum:vel εὐθύτατον θεὸν, quẽ nos rectiſſimũ dei dicere poſſumus:qui nõ ambulauerũt per prauas ſemitas,ſed gradientes in via Chriſti, oĩa recta fecerũt. Tunc ſcient& hi qui punientur,& illi qui aſſumẽtur in gloriam, & dñs habitet in ſpecula ſua Sion,& in Chriſto monte ſancto ſuo,ſiue in eo qui ſe dignũ dei habitaculo præparauit. Tunc erit ſancta Hieruſalem viſio pacis,à qua & Salomon nomen accepit:& alieni non tranſibũt per eam amplius. Alienos vel dęmones intellige,qui externi à deo ſunt: vel omnes peſſimas cogitationes atque peccata: de quibus propheta loquitur: Ab alienis parce ſeruo tuo:quæ nequaq̃ vltrà in nobis viam reperient, ſi habuerimus dei pacem, & cor noſtrum aduerſarijs non patuerit. Hęc Iudæi & noſtri, vt diximus, Iudaizantes ad mille annorum fabulam referunt,quãdo putãt Chriſtum habitaturũ in Sion, & in Hieruſalem aurea atq; gẽmata ſanctorum populos cõgregandos: vt qui in iſto ſeculo oppreſſi ſunt ab vniuerſis gentibus, in hoc eodẽ cunctis imperent nationib⁹. c ¶Et erit in die illa ſtillabũt &c.) Habitante domino in Sion & in monte ſancto ſuo, quando nullus per Hieruſalẽ ſanctã ptranſire tẽtauerit: quicũq; in ea mons fuerit,& ad virtutũ excelſa peruenerit:dulcedine & melle ſudabit, & L ſtillabunt ex eo gratiæ ſpirituales: de quibus ppheta loquit̃:Q uàm Pſal.118. dulcia gutturi meo eloquia tua,ſuper mel ori meo.Q ui autem inferior montibus eſt, & necdum ad perfectionis culmen aſcenderit, vocabitur collis: & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Ioan.7.f. Chriſto nutritur infantia:& aquarum flumina,quæ de ventre ſuo dominus manare teſtatus eſt. Omnes enim riui,ſiue emiſſiones,Iuda implebuntur aquis: & nihil in eis ſiccum erit,redundantibus cunctis gratia ſpirituali. d ¶Et fons de domo domini egredietur,& irrigabit torrentem ſpinarum.) Pro torrente ſpinarum, Septuaginta tranſtulerunt, torrentem funiculorũ,id eſt, χειμάῤῥουν σχοίνων: quod aut funiculum ſignificat,aut iuxta Aegyptios menſurã certi itineris,Pſalmiſta dicente:Semitam meã & funiculũ meũ tu inueſtigaſti. In Nilo enim flumine, ſiue in riuis eius,ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpacia, quæ appellant funiculos: vt labori defeſſorum,recentia trahẽtium colla ſuccedant.Nec mirum ſi vnaquæq; gens certa viarum ſpacia ſuis appellet nominibus: cũm & Latini mille paſſus M vocent: & Galli,leucas:& Perſæ,paraſangas:& raſtas, vniuerſa Germania:atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit.Hæc propterea,quia verbum Hebraicum שִׁטִּים, Septuaginta σχοινους, id eſt,funiculos tranſtulerũt. Cæterũm nulli eſt, omnia quæ in tabernaculo dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta: quæ Septuaginta interpretati ſunt Sethim. ligna imputribilia. Eſt autem genus arboris in eremo, ſpinæ albæ ſimile,colore & folijs,non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cædantur: lignumq; fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis, ita vt ex his etiam vaſa torcularium quæ ἄξονας καὶ θηλύας vocant, ditiſſimi quique & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſque Arabiæ ſolitudine non inueniuntur.Pro torrente funiculorum,ſiue ſpinarũ,Symmachus interpretatus eſt,vallem ſpinarum.Eſt autem locus ſuxta Liuiadem trans mare mortuum, ſexto ab eo diſtans miliario: vbi quondam cum Madianitis fornicatus eſt Iſrael. Huius loci ex perſona dei Micheas propheta meminit,dicens:Popu- Mich. 6.a lus me⁹,memẽto quæſo quid cogitauerit Balach,rex Moab: & quid reſpõderit Balaam filius Beor de Sethin vſq; ad Galgalam: pro quo & ibi Septuaginta tranſtulerunt, ἀπὸ τῶν σχοίνων,

Aegyptus vocabitur collis: & fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Ioan.7.f. Chriſto nutritur infantia:& aquarum flumina,quæ de ventre ſuo dominus manare teſtatus eſt. Omnes enim riui,ſiue emiſſiones,Iuda implebuntur aquis: & nihil in eis ſiccum erit,redundantibus cunctis gratia ſpirituali. d ¶Et fons de domo domini egredietur,& irrigabit torrentem ſpinarum.) Pro torrente ſpinarum, Septuaginta tranſtulerunt, torrentem funiculorũ,id eſt, χειμάῤῥουν σχοίνων: quod aut funiculum ſignificat,aut iuxta Aegyptios menſurã certi itineris,Pſalmiſta dicente:Semitam meã & funiculũ meũ tu inueſtigaſti. In Nilo enim flumine, ſiue in riuis eius,ſolent naues funibus trahere, certa habentes ſpacia, quæ appellant funiculos: vt labori defeſſorum,recentia trahẽtium colla ſuccedant.Nec mirum ſi vnaquæq; gens certa viarum ſpacia ſuis appellet nominibus: cũm & Latini mille paſſus M vocent: & Galli,leucas:& Perſæ,paraſangas:& raſtas, vniuerſa Germania:atq; in ſingulis nominibus diuerſa menſura ſit.Hæc propterea,quia verbum Hebraicum שִׁטִּים, Septuaginta σχοινους, id eſt,funiculos tranſtulerũt. Cæterũm nulli eſt, omnia quæ in tabernaculo dei legimus, de lignis Sethim fuiſſe perfecta: quæ Septuaginta interpretati ſunt Sethim. ligna imputribilia. Eſt autem genus arboris in eremo, ſpinæ albæ ſimile,colore & folijs,non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cædantur: lignumq; fortiſſimum eſt, & incredibilis leuitatis ac pulchritudinis, ita vt ex his etiam vaſa torcularium quæ ἄξονας καὶ θηλύας vocant, ditiſſimi quique & ſtudioſiſſimi faciant: quæ ligna in locis cultis, & in Romano ſolo, abſque Arabiæ ſolitudine non inueniuntur.Pro torrente funiculorum,ſiue ſpinarũ,Symmachus interpretatus eſt,vallem ſpinarum.Eſt autem locus ſuxta Liuiadem trans mare mortuum, ſexto ab eo diſtans miliario: vbi quondam cum Madianitis fornicatus eſt Iſrael. Huius loci ex perſona dei Micheas propheta meminit,dicens:Popu- Mich. 6.a lus me⁹,memẽto quæſo quid cogitauerit Balach,rex Moab: & quid reſpõderit Balaam filius Beor de Sethin vſq; ad Galgalam: pro quo & ibi Septuaginta tranſtulerunt, ἀπὸ τῶν σχοίνων,

A χοίνωμι, hoc eſt, à funiculis vſque ad Galgalam. Ergo egre dietur fons de domo domini, quæ interpretatur eccleſia. De quo & Ezechiel & Zacharias ponunt in fine voluminum ſuorum: vt ſpinas noſtras & vitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iuſtitiæ, commutent in domini nomalia: & ariditatem noſtram rigent aquis largiſſimis: & pro ſpinis ac vepribus, flores virtutum multiplices germinemus. Et in eo loco vbi quondam fornicatus eſt Iſraël, & initiatus eſt Beelphegor: lilia caſtitatis, & roſæ pudoris ac virginitatis exuberēt. a ¶Aegyptus in deſolatione erit &c.) Et in hoc loco Iudæi grauiſſimo ſomno dormiunt: in vltimo tēpore, quando nō

a HEB. Aegyptūs in deſolatione erit, & Idumæa in deſertum perditionis: pro eo quòd iniquè egerūt in filios Iuda: & effuderūt ſanguinem innocētem in

b terra ſua. Et Iudæa in ęternū habitabitur: & Hieruſalem in generatione & generationem: & mundabo ſanguinem eorū quos nō mūdauerā: & dominus commorabitur in Sion.

Verba

B Chriſtum, ſed antichriſtum ſuſcepturi ſunt: vindictam ſui, in Aegyptios qui vicini ſunt: & in Romanos quos interpretantur Idumæos, ſpe vaniſſima confingētes. Vt ſcilicet quomodo Pharao & omnis eius exercitus: qui per quadringentos & triginta annos populum dei captiuum tenuit, in ma-
Exo.14.c. ri rubro ſubmerſus eſt: ſic etiam Romani qui eodem annorum ſpacio Iudęos poſſeſſuri ſunt, vltione domini delean tur. Hoc illi ſpe ſibi caſſa promittant. Neq; enim poſſunt exponere quare cùm in orbe tantæ ſint nationes: duę ſolum gentes, Aegyptiorū & Idumęorum expectentur ad pœnam: aut cur pro Idumæis intelligantur Romani: cùm eadem licentia mentiendi ediuerſò poſſimus aſſerere, ſub Idumæorum vocabulo vel Perſas, vel Elamitas, vel Francos, Alemanos, gentesq; alias ſignificari. Nos autem dicamus tempore dominicæ reſurrectionis, vel die iudicij: vtrumq; enim recipimus, & Aegyptum & Idumæam, in eo quòd Aegyptus & Idumæa ſunt, deſtruendas: Aegyptus dicitur מִצְרַיִם quod interpretatur ἐκθλίβουσα, id eſt, ſanctos dei pſequens & tribulans: Idumæa, terrena, vel cruenta. Q uicunq; igitur dei populum perſequutus eſt, & terrenis vacabit operibus: ac multitudine delictorum quotidie fuderit ſanguinē innocentē, eorū ſcilicet quos decipit, erit in pditionē: vt animas quoq; martyrū ſub altari clamare cognouimus: Vſquequo domine ſanctus & verus nō iudicas & vindicas ſanguinem noſtrū de his qui habitant in terra? Apo.6.c.

SEP. Aegyptus in perditione erit, & Idumæa in campum deſolatiōis propter iniquitates filiorum Iuda: pro eo quòd effuderunt ſanguinem iuſtum in terra ſua. Iudæa autem in æternum habitabitur, & Hieruſalem in generationes & generationem: & requiram ſanguinē eorū: inultūq; eſſe nō patiar, & dominꝰ habitabit in Sion.

Sermones

b ¶Et Iudæa &c.) Nō vtiq; hæc Iudęa in ęternum habitabitur quam videmus eſſe deſertā: non iſta Hieruſalē, cuius ruinas cernimꝰ: ſed illa Iudæa, cuius filiæ exultauerunt, & lætatæ ſunt in oībus iudicijs domini. Et de qua in fi

E ne quinquageſimi pſalmi legimus: Benignè fac dñe in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem. In hac prouincia confeſſionis & gloriæ, & in hac vrbe in qua pax domini cernitur, erit æterna habitatio: nō in vnā, vel in tres, aut plures generationes, ſed in generatione & generationē: hoc eſt, in duabus generationibus eorū, qui de Iudæis & de gentibus crediderūt. Et mundabit dñs ſanguinē omniū peccatorum: quē prius nō mundauerat: vt mūdet in euangelio, quos in lege peccantes immūdos reliquerat. Ideo enim cō- Rom.11.d.
cluſit omnia ſub peccato, vt omnibꝰ miſereatur: ſiue vlciſcetur ſeruorum ſuorum ſanguinē, quem in martyrio pro nominis eius confeſſione fuderunt. Et dominus commorabitur in Sion: de qua ſcriptum eſt: Fundamenta eius in mon Pſal.168.a
tibus ſanctis: diligit dominus portas Sion, ſuper omnia taberna cula Iacob.

Commentarij in Ioēl prophetam finis.

C F

DIVI HIERONYMI

PRESBYTERI COMMENTARIORVM IN AMOS

prophetam, ad Pammachium, procemium.

AMos propheta, qui ſequitur Ioēlem, & eſt tertius duodecim prophetarum: non eſt ipſe quem patrem Eſaiæ prophetæ legimus. Ille enim אָמוֹץ ſcribitur per primam & Amotz.
vltimam nominis ſui literam א & ץ: & interpretatur fortis atque robuſtus. Hic verò עָמוֹס per ע & ס: & interpretatur populus auulſus: mediæ literæ מ & ו vtriq; cōmunes Amos.
ſunt. Apud nos autem qui tantam vocalium literarum, & s literæ, quæ apud Hebræos triplex eſt, differentiam non habemus, hæc & alia nomina videntur eſſe cōmunia, quæ apud Hebræos elementorum diuerſitate, & ſuis proprietatibus diſtinguuntur. Hic igitur propheta quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecue: quod ſex mili- Amos pro
bus ad meridianam plagam abeſt à ſancta Bethlehem, quæ mundi genuit ſaluatorem: & vltrà nullus eſt phetæ patria.
viculus, ne agreſtes quidem caſæ & furnorum ſimiles, quas Aphri appellant mapalia. Tanta eſt eremi vaſtitas, quæ vſq; ad mare rubrum, Perſarumq; & Aethiopum atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humi arido atq; arenoſo nihil omnino frugum gignitur: cuncta ſunt plena paſtoribus: vt ſterilitatem terræ compenſent pecorum multitudine. Ex hoc numero paſtorum & Amos propheta fuit: im-
2.Co.11.b peritus ſermone, ſed non ſcientia. Idem enim qui per omnes prophetas in eo ſpiritus ſanctus loquebatur. Vnde nos ex Hebræo vertimus.

Cōmentariorum

COMMENTARIORVM HIERONYMI

G in Amos prophetam Liber primus.

a VErba Amos,qui fuit &c.) Septuaginta autem,neſcio quid volentes,interpretati ſunt: Sermones Amos qui facti ſunt &c.quos vidit pro Hieruſalem. Sciendumq; hunc prophetam,nō pro Hieruſalem,quod in Hebræo penitus nō habetur:ſed ſuper Iſraël,id eſt,decē tribus quę appellantur Iſraël,& erāt in Samaria,prophetaſſe.Quod quidem & Aquila & Symmachus & Theodotio ſimiliter tranſtulerūt.Primꝰ ergo Oſee propheta ad decē tribus quæ appellantꝰ Ephraim,Samaria,domꝰ Ioſeph & Iſraël loquiſ.

HEB. Cap. I.

a VErbā Amos, qui fuit in paſtoralibus de Thecue,quæ vidit ſup Iſraël,

b In diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſraël ante duos annos terræmotus.

c HEB. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Hieruſalem dabit vocem ſuam. Et luxerunt ſpecioſa paſtorū,

H Secundus Ioël, ad Hieruſalem & duas tribus quæ vocantur Iuda & Hieruſalem & Iacob profert vaticiniū, nullam omnino Iſraëlis faciens mentionem.Tertius Amos, nequaq̄ ad Hieruſalem quæ regebatur à tribu Iuda,ſed ad Iſraël & in Samaria prædicat.Quod & de toto volumine eius probari poteſt, & maximè ex eo quod ſcriptū eſt:Miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Hieroboā regem Iſraël dicens: Rebellauit cōtra te Amos in medio domus Iſraël.Et poſt paululum:dixit Amaſias ad Amos:Qui vides gradere,fuge in terram Iuda,& comede ibi panem,& ibi prophetabis:& in Bethel non adijcies vltrà vt prophetes: quia ſanctificatio regis & domus regni eſt. Cui reſpondit Amos: Non eram propheta, nec prophetæ filius: ſed opilio,ruborum mora deſtringens:tulitque me dominus cùm ſequerer gregem,& dixit ad me: Vade propheta ad populum meum Iſraël: nō vtiq; ad Iudam & Hieruſalem,vt malè apud Græcos & Latinos habetur:ſed ad Iſraël,id eſt decem tribus: quæ ob populi multitudinem,priſtinum nomen obtinuerant. In eo autem loco vbi Septuaginta tranſtulerunt,in Accarim:Theodotio ipſum verbum Hebraicum poſuit:נֹקְדִים,quod Aquila vertit ἐν ποιμνοτρόφοις,id eſt,in paſtoralibus: Symmachus & quinta æditio ἐν τοῖς ποιμέσιμ,id eſt in paſtoribꝰ. Et puto propter ד & ר literarum ſimilitudinem hic quoq; deceptos: pro נֹקְדִים quaſi נֹקְרִים: & exinde Accarim poſuiſſe ſermonem: quanquam in principio nominis נ litera I nullam excuſationem relinquat erroris. Accarim autē vſq; in præſentiarum Hebræum eſſe nō legi.Et qui ſterilitatem, ſd eſt, στείρωσιμ interpretantur, magis עֲקָרוֹן vrbem Philiſtijm,quàm Accarim exprimunt,quæ omnino non legitur. Sermones itaque Amos qui fuit de oppido Thecue ex numero paſtorum,quia paſtoralis & ipſa eſt regio: hoc volumine continentur:quos vidit ſuper Iſraël:nō carnis oculis, ſed mentis intuitu:quia prophetæ vocabātur videntes:alioquin ſecundum literam ſermones non videntur:ſed audiuntur:Vnde & populus videbat vocem dei:& Moyſes tacens loquebatur ad dominū,quando dicebat ei:Quid clamas ad me? In nouo quoq; legimus teſtamento: Quod vidimus,& audiuimus oculis noſtris, & manus noſtræ palpauerunt de verbo vitæ: Verbum enim dei quod per ſe inuiſibile eſt,vident Apoſtoli,& tractant manibus ſuis,Quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vidit autem hos ſermones, b ¶ In diebus Oziæ regis Iuda, &c.) Quando apud Aſſyrios vrbeſq; Ciliciæ regnabat Sardanapalus, de cc quo inſignis orator:Turpior,inquit,vitijs quàm nomine. Et apud Latinos Procas Syluius,cui Amulius, expulſo Numitore germano, ſucceſſit in regnum.Quo interfecto:congregata paſtorum & latronū manu,Romulus ſui nominis condidit ciuitatem. Hic eſt autem Ozias rex Iuda,cognomento Azarias: qui indebitum ſibi ſacerdotium vindicare conatus,lepra percuſſus in fronte eſt: quādo iram domini nō ſolum pœna eius,qui ſacrilegus fuit,ſed & terræmotus oſtēdit,quem Hebræi tunc accidiſſe cōmemorant. Hieroboam verò non eſt filius Nabath,qui peccare fecit Iſraël:ſed filius Ioas,ſi lij Ioathan, filij Iehu, pronepos eiuſdem Iehu:ſub quo prophetauerunt, Oſee & Ioël & Amos. Igitur interpretatꝰ Ozias κράτος κυρίου, id eſt, imperium vel fortitudo domini. Hieroboā δικασμὸς λαοῦ, id eſt, iudicatio vel cauſa populi, licèt quidam per χ Græcam literam legentes, diuiſionem populi ſuſpicētur. Ioas, κύριος χρόνισμα,id eſt,domini mora ſiue temporalitas. Verba itaq; Amos quo tempore populus Iſraël auulſus erat à domino,& aureis vitulis ſeruiebat, ſiue auulſus à regno ſtirpis Dauid, clara voce cecinerunt: inſtar clangentis tubæ,quæ interpretatur Thecue. Et cecinerunt ſuper Iſraëlem, qui quondam erat rectiſſimus dei, ſd eſt, εὐθύτατος θεοῦ. In diebus Oziæ regis Iuda, in quo propter tēplum & ſancta ſanctorū,fortitudo domini permanebat,ſuoq; regebat imperio populum cōfitentē. Nomē autem Hieroboam,qui diuiſionis populi cauſa extiterat,ſignificat Iſraëlem longo tēpore in idololatriæ errore manſiſſe,prius q̄ captiuitas vniuerſa concuteret,quæ in duobus annis duplicē oſtēdit anguſtiā decem tribuum,ac duarum: vt agentes ſi vellent pœnitentiā, motū terræ de cætero non ſentirēt. Hęc Pāmachi animo meo chariſſime,qui ex interpretatione nominis tui,quodā vaticinio futurorū omni arte pugnandi aduerſum diabolum, & contrarias poteſtates te bellare demonſtras, quaſi argumentum & πόῦθεσιμ Amos prophetæ longo ſermone complexus ſum. Illud breuiter admonens, explanationem,& huius, & Oſee, & Zachariæ prophetarū: me & alijs quidem ſanctis viris,ſed præcipuè ſanctæ & venerabilis memoriæ parenti tuæ Paulæ dum viueret promiſiſſe. Nec multum errare in ſponſionis fide,ſi quod matri pollicitus ſum,reddam filio. Verūm iam tempus eſt:vt ipſius prophetæ verba proponens,quid mihi videatur in ſingulis ediſſeram. c ¶Et dixit, Dominus de M Sion rugiet &c.) Naturale eſt, vt omnes artifices ſuæ artis loquātur exemplis,& vnuſquiſq; in quo ſtudio triuit ætatē, illius ſimilitudinē proferat:verbi gratia,qui nauta eſt & gubernator,triſtitiā ſuam comparat tēpeſtati:damnū,naufragium vocat:inimicos ſuos,ventos contrarios appellat.Rurſum proſperitatē & lætitiam,auram placidiſſimā,& ſecundos nominat ventos,tranquilla maria & æquora,cāpi ſimilia.E regione miles quicq̄d dixerit:ſcutū,gladiū,loricā,galeam,lanceā,arcū,ſagittā,mortē,vulnus,& victoriā ſonat.In ore philoſophorū ſemper Socrates & Plato: Xenophon,& Theophraſtus,Zeno & Ariſtoteles,Stoici verſant & Peripatetici.Oratores,Lyſiā & Hyperidē,Periclē & Demoſthenē, Gracchos,Catones,Tullios & Hortēſios,in cœlum laudibus ferunt.Poētæ ſi Epici ſunt:Homerū atq; Vergiliū:ſi Lyrici, Pindarū & Flaccū crebro ſermone cōcelebrant.Cur hęc dicta ſunt? vt ſcilicet oſtēdamus etiā Amos prophetā qui paſtor de paſtoribꝰ fuit:& paſtor nō in locis cultis,& arboribus ac vineis cōſitis,aut certè inter ſyluas & prata virentia: ſed in lata eremi vaſtitate:in qua verſāt leonū feritas,& interfectio pecorū,artis ſuę vſum eſſe ſermonibꝰ:vt vocē dūi terribilē atq; metuēdā,rugitū leonū & fremitū noīaret:Euerſionem Iſraëliticarū vrbiū:paſtorū ſolicitudinį & ariditatį montium

K 3.Para.26 c.

3.Reg.12. f.

*In exēplaribus Lxx. quæ nobis videre cōtigit, καριαθιαρειμ reperimus. עוּיָה יָרָבְעָם יוֹאָשׁ

L תִּקְוָע

A montium cõparans. Dominus, inquit, de Sion rugiet: & de Hierusalem dabit vocem suam. Rugiet Hebraicè dicitur, יִשְׁאַג: Pulchrèq; de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam: vbi erat templum & dei religio: vt doceret deũ non in Israël vrbibus: id est, in Bethel & in Dan, vbi erant aurei vituli: nec in metropoli Samaria Iezrahel, sed in vera religione versari, quæ illo tẽpore colebatur in Sion & Hierusalem. Quo rugiente de Sion, & dãte vocem suã de Hierusalem: de Sion enim Esa.2.a. egredietur lex, & verbum domini de Hierusalem: omnia pastorũ & regũ Israël speciosa luxerunt, & exiccatus est vertex Carmeli, qui quõdam lætis pascuis Carmelus abundabat. Carmelus Græcè dicitur & Latinè: Hebraicè autem B dicitur כַּרְמֶל, & sunt Carmeli duo. duo montes, qui vocantur hoc nomine. Alter in quo fuit Nabal Carmelus, maritus Abigail ad australem plagam. Alter iuxta Ptolomaidẽ, 1.Reg. 15.c. quæ prius vocabatur Acho, mari imminens: in quo Helias propheta flexis genibus pluuias impetrauit. Si ergo de Chermel dicit, in quo habitauit Nabal, magis pastorũ gregibus conuenit: quia est iuxta solitudinem. Sin autem de illo qui vicinus est littori, ad reges & ad superbiam pertinet regum Israël: quos imminente captiuitate instar montium desertorum dicit esse vastandos. Aliter: Cùm dominus de Sion & Hierusalem, de specula ecclesiæ, quę super montem sita latere non potest, & in qua visio pacis est, dederit per vetus & nouum instrumentum, & per doctores ecclesiasticos vocem suã, & quasi clara buccina insonuerit: tũc omnia speciosa pastorum: id est, doctrina hæreticorum, quæ pulchro videbatur sermone composita, & cognitio circuncisionis: hoc enim interpretatur כַּרְמֶל, per quam sibi veræ circuncisionis scientiam pollicẽtur, lugebit atq; siccabitur: & populorum milia, quæ propter simplicitatem vocantur greges, subita ariditate marcescent. a ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Damasci &c.) Pro tribulis C quæ Hebraicè appellantur חֲרוּצוֹת, & à Theodotione trãslatæ sunt rotæ ferreæ, quæ nos plaustra ferrea interpretati sumus: Lxx. transtulerunt πρίσαι σιδηρᾶς: id est, serris ferreis. Est autem genus plaustri, quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur: vt excussis frumentis, stipulam in areis conterat, & in cibos iumentorum propter fœni sterilitatem paleas cõminuat. Rursum vbi in Hebraico habetur בֶּן הֲדַד, & vnum nomen est: Lxx. interpretati sunt υἱὸς ἄδερ, id est filij Ader ד & ד elemẽtorum falsi similitudine. In eo quoq; loco vbi nos diximus, de domo voluptatis, quod Hebraicè dicitur מִבֵּית עֶדֶן, & omnes similiter transtulerunt: Lxx. interpretati sunt ἐξ ἄνδρῶμ Χαβρᾶμ, id est, ex viris Charran, ר mediam nominis literam ר arbitrantes, & iuxta consuetudinem suam ע primæ Hebraicę literæ χ Græcum præponentes. Cyrenen etiam quæ Hebraicæ dicitur קִיר ἐπίκλητον: id est, vocatum, vel nominatum transtulerunt, propter verbi similitudinem: quia קְרָאָה vocatio dici potest, & nomen proprium appellatiuum intellexerunt. De causis dinersæ translationis breuiter diximus: nunc ad sensum eorum quæ dicta sunt transeamus. Primùm aduersum Damascum, in qua regnabat Azahel, sermo dei dirigitur: qui eo tempore quo Amos prophetabat, grauiter vrgebat Israël: id est, decem tribus: intantũ vt superato Achab rege Israël in Ramoth Galaad, omnem regionem quæ appellabatur Galaad, & in hæreditatẽ cesserat dimidiæ tribui Manasse, instar tribulorum frumentum in areis triturantium iugularet atque contereret. Quod plenius Helisæus propheta in Regum volumine loquitur, vbi scriptum legimus: Stetitq; cum eo, & conturbatus est vsq; ad suffusionem vultus: fleuitq; vir dei. Cui Azahel ait: Quare dominus meus 4.Reg. 8.c. flet? At ille respondit: Quia scio quæ facturus sis filijs Israël mala. Ciuitates eorũ munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio: & paruulos elides, & prægnãtes diuides. Dixitq; Azahel: Quid enim seruus tuus canis, vt faciam rem istã magnam? Et ait Helisæus: Ostẽdit mihi dominus te regem Syriæ fore. Quod autem sequitur in propheta:

HEB. pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli.

a Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribꝰ Damasci, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad. b Et mittam ignem in domum Azahel, & deuorabit domos Ben Adad. Et conteram vectẽ Damasci, & disperdã habitatorẽ de campo idoli, & c tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit dominus.

SEP. pastorũ, & arefactus est vertex Carmeli. Et dixit dominus: Super tribus impietatibus Damasci, & super quatuor nõ auersabor eos, pro eo quòd secuerunt serris ferreis prægnãtes in Galaad. Et emittam ignem in domũ Azahel, & deuorabit fundamenta filij Ader, & conteram vectes Damasci, & disperdã habitatores de cãpo ᾠμ, & concidam tribum ex viris Charran: & captiuus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit dominus.

Hæc

b ¶Et mittam ignem in domũ Azahel &c.) Dat intelligentiam, q E Azahel regnãtibus Ozia & Hieroboam iam in Syria mortuus erat, & ei in regnum successerat filius suus Ben Adad, à quo omnes postea reges Aram, id est, Syriæ & Damasci, Ben Adad vocabulum possederunt. Vnde pulchrè non dixit, mittã ignem in Azahel: sed, in domũ Azahel: id est, in domum eius regiam: cui Ben Adad filius eo tempore præerat. Et conteram, inquit, vectes Damasci, & disperdam habitatores de cãmpo idoli. Omnem videlicet Syrorum fortitudinem, quæ veluti quodam plaustro & vectibus aduersariorum impetus submouebant. Campum autem idoli quod Hebraicè dicitur אָוֶן, & Lxx. & Theodotio interpretati sunt ᾠμ: Symmachus & quinta æditio transtulerunt, ἀδικίαμ, id est, iniquitatem: Aquila ἀνωφελῆ, id est inutilem: vt ostenderet vana idolorum auxilia, cùm populus Damasci Assyrio veniente capiatur. Legimus enim quòd Theglathphalasar rex Assyri⁹, 4.Reg. interfecto Rasin rege Damasci, de quo & Esaias loquitur, 16.b. omnem Syriæ populum, qui appellabatur Aram, in Cyrenem transtulerit: & ob hanc causam esse nunc dictum:

c ¶ Tenentem sceptrum de domo voluptatis &c.) Vt subaudiatur conteram & disperdam, & populus Syriæ in fines Aegypti vltimus transferetur. Quodq; in principio dicitur: super tribus sceleribus Damasci, & sup quatuor, nõ cõuertam eũ: & secundũ Lxx. nõ auersabor eũ: id est Damasci populũ siue אֲרָם, id est, Syrũ: hunc sensum iuxta historiã habere potest: Si semel meũ esset populũ persecutus, aut secundò, darẽ veniã: nunc verò cùm tertiò & quartò crudelis extiterit, vt captiuã multitudinem plaustris ferreis tereret: nónne debeo eũ plagis corripere? nónne clemẽtię meę vultum auersare ab eo? Iuxta Tropologiã verò hoc possumus dicere: Primum peccatum est, cogitasse quæ mala sunt. Secundum, cogitationibus acquieuisse peruersis. Tertium, qđ mente decreueris, opere compleſſe. Quartum, post peccatum non agere pœnitentiam, & in suo sibi complacere delicto. Hoc omnes faciunt hæretici: qui non solum cogitant & faciunt mala, sed doctrina sua quosq; simplices decipiũt, & in morem Damascenorum, qui interpretantur sanguinem bibentes, eorum quos deceperint, sanguinem bibunt. Super huiusce modi, inquit, peccatis, dominus: nónne dignũ est, vt eos plagis corripiam, & auertam ab eis faciem meã? vt qui veritatem dogmatum meorum non vident, auersione vultus mei tenebris obruantur. Contriuerunt enim, siue dissecuerunt, in plaustris ferreis prægnantes Galaad. Istæ sunt prægnantes, de quibus in euangelio loquitur: Væ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Prægnantes sunt animæ credentium, quæ in principio fidei possunt dicere: Luc.21.d.

Esa.26.c. A timore tuo domine concepimus & parturiuimus:& si nō
G fuerint plaustris ac rotis ferreis ac dētatis,de quibus psal-
Psal.56.a. mista dicit : Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ,
conciſæ atq; ferratæ,possunt etiam ea dicere quæ sequun-
tur:Et peperimus,spiritum salutis tuæ faciemus super ter-
ram. Simulq; cōsidera quòd perfectæ ætatis viros secare non pos-
sint,sed eos qui adhuc in vtero sunt : vel qui solidum cibum cape-
re nequeunt,& adhuc lacte nutriuntur infan tiæ. Istæ autem præ-
גִּלְעָד gnātes de Galaad sūt: quod interpretatʒ trās latio,siue transmigratio,testimonij.Migra-
uerunt enim de eccle-
sia in hæresim : & te-
stimonia dei,quæ pri⁹
acceperant,ad alienos
terminos trāstulerūt.

a HEB.Hęc dicit dōminus: Super tribus scelerib⁹ Gazæ, & super quatuor non conuertam eos : eo quòd transtulerit captiuitatem perfectam , vt concluderet eam in Idumęa:& mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius : & disperdam habitatorem de Azoto , & tenentem sceptrum de Ascalone: & conuertā manū meā sup Accaron , & peribunt reliqui Philistinorum , dicit dns. Hæc

H Sed mittet dominus ignem in domum Hazaël,quam ipsi vocant חֲזָאֵל,id est,vi-
sionem dei:Ignem qui ligna in eis stipulamq; consumat,&
deuoret fundamenta filij Ader.Debemus em̄ & iuxta Lxx.
הֲדַר dicere:ne eos frustra proposuisse videamur.Ader interpretatur ἐυπρέπεια: quem nos decorem possumus dicere : eo quòd omnis sermo hæreticorum concinnus atq; compositus,& habens pulchritudinem eloquentiæ secularis,facilius decipiat audientes . Vectes autem Damasci quasi ſeræ ro-
bustissimæ atq; fortissimæ, hi intelligant qui instructi sunt arte dialectica,& argumentis philosophorum . Verbi gra-
tia:Ostium vocatur qui falsum dogma concepit & peperit, vt Arius in Alexandria:vectes eius & firmissimę seræ eius: Euticius & Eunomius , qui syllogismis & enthymematibus, imò sophismatibus & φῶμαις atq; σωρείταις,quæ ab alijs malè inuenta sunt,roborare conantur. Cumq; contriti fuerint atq; confracti vectes Damasci, disperdet etiam habitatores de campo ὦμ,quod interpretatur labor,siue do-
lor.Omnes enim hæretici labore nimio ac dolore quærendi,ordinem aliquem & consequentiam hæreseos suæ reperire conati sunt . Et concidam tribum ex viris Charran, quod lingua nostra in foramina vertitur.Non enim habent fenestras per quas ad eos lumen veritatis introēat : sed fo-
ramina quædam & occultos meatus,per quos noxia & im-
I munda ingrediantur animantia.Et captiuus ducetur Aram, populus excelsus atq; sublimis:qui erectus est in superbiā: & sibi cœlestia repromittit,vt capiatur in salutem suam,& iuxta Hebraicum in Cyrenen,vbi vocatio dei est,transferatur. a ¶Hæc dicit dominus:Super tribus sceleribus Gaze &c.)In tertia & quarta generatione peccata patrum se dominus cōminatur in lege filijs redditurum:non in æqua-
litate iudicij,vt alij peccent,& alij puniantur: sed magnitu-
dine clementiæ,dum semper expectat pœnitētiam:& quod in prima generatione delinquitur, non prius corripit & e-
mendat,nisi tertia & quarta generatio venerit.Tale quid &
Rom.2.a. Paulus apostolus loquitur ad Romanos : An diuitias boni-
tatis eius & sustentationis & patientiæ contemnis: ignorās quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit?Secun-
dum duritiam autem tuam,& cor impœnitens,thesaurizas tibi iram in die iræ,& reuelationis iusti iudicij dei:qui red
det vnicuiq; secūdum opera sua.Q uod ergo dicit,hoc est: expectaui multo tempore vt agerent pœnitentiam : & ideo nolui punire peccantes , vt aliquando conuersi reciperent sanitatem. Verùm quia tertiò & quartò eadem faciunt, co-
gor mutare sententiam , & plagis corrigere delinquentes. Videamus autem quid Philistim,& vrbes eius peccauerint: quos Lxx.semper alienigenas transtulerunt: vbicunq; enim in veteri testamento ἀλλοφύλους:id est, alienigenas legeri-

mus : non cōmune nomen omnium externarum gentiū, sed K
propriè Philistijm, qui nunc Palæstini vocantur,accipiendi sunt . Q uid fecit Gaza,vt ad iracundiam atque vindictam dominum prouocaret ? Transtulit captiuitatem perfectam populi Iudæorum , & concluſit eam in Idumæam : vt Idu-
mæis venderet , quos ceperat ex Iudæis .

SEP.Hæc dicit dns: Sup tribus impietatib⁹ Gazæ, & super quatuor non auer sabor eos:eo quòd captiuā duxerunt captiuitatē Salo monis,vt concluderent eā in Idumæam : & emittam ignem super muros Gazę, & deuorabit fundamenta eius: & disperdā habitato-
res Azoti, & auferetur tri bus de Ascalone: & inferā manū meam in Accaro-
nem,& peribunt reliqui a-
lienigenarū, dicit domin⁹. Hæc

Pro captiuitate perfecta,Septuaginta captiuitatem Salomonis interpretati sunt:verbū Hebraicū שְׁלֵמָה quod significat perfe ctam atq; completam, nomen Salomonis ęsti mātes. Deniq; Aquila ἀπαρτισμένῳ transtulit,& ἀναπεπληρω-
μένῳ: Symmach⁹, & Theodotio τελείᾳ : quod nō Salomonem, sed perfectam signifi-
cat atq; completam : vt nullus remanserit L
captiuorum , qui non sit traditus Idumæis. Vnde ignem se in Gazæ muros & ædes siue fundamenta dicit esse missu-
rum:qui vniuersa deuoret & absorbeat.Et quia Palæstino-
rum quinq; legimus ciuitates, quæ propter arcæ iniuriam 1.Reg.
percussæ sunt plagis:post Gazam transit ad Azotum,quæ 15.a.
appellatur אַשְׁדּוֹד:& rursus ad Ascalonem , & voce terri-
bili comminatur habitatores se Azoti perditurum : & te-
nentem sceptrum de Ascalone , regiam videlicet potesta-
tem,siue tribum Ascalonis:vt nullus ibi remaneat,ne vltimę quidem ætatis homines:qui trementes artus baculo regen-
te sustentent.Rursumq; transfert manum suam , vt percu-
tiat Accaron.Et quatuor enumeratis vrbibus,reliquas Phi-
listim ciuitates vno sermone comprehendit.Et peribūt re-
liqui Philistim: quos aut Geth ciuitatem , aut omnes vicos qui supradictis vrbibus subiacent,debemus accipere.Secū-
dum Tropologiam sic nobis exponendum videtur . Gaza quæ Hebraice dicitur עַזָּה , sonat fortitudinem vel impe-
rium שְׁלֵמָה,pacificum:אֹרֶם,sanguinarium atq; terrenum: Azotus,id est, אַשְׁדּוֹד ,ignem vberis siue patrui.Licèt qui-
dam דּוֹר pro דֹּר malè legentes ignem generationis putent: אַשְׁקְלוֹן interpretatur ignis homicida, siue appensa & pon
derata:עֶקְרוֹן,σείρωσις,id est,sterilitas:& ἐκρίσωσις , quod interpretatʒ eradicatio . Igitur Gaza quæ sibi fortitudinem scientię suæ & imperium repromittit,accusatur in eo quòd M
captiuos de familia Salomonis cōclusserit in Idumæa. Hos ego arbitror Iudæorum magistros,& omnes qui occidentē sequuntur literam , nolunt̄q; recipere spiritum viuificantē, sed quæcunq; interpretantur & sapiunt, volunt esse terre-
na:neq; audiunt cum discipulis parabolas dominum disse-
rentem,& dicentem eis:Q ui habet aures audiendi, audiat: Matt.11.&
præsertim cùm Apostolus manifestam historiam in duo- 13.b.
bus intelligat testamentis:Vnum super montem Sina , quæ Gal.4.c.
est Agar,& seruit cū filijs suis : alterū super Hierusalem li-
bera,quę est mater nostra.Ignem igitur se in muros Gazæ, & omnia eius dicit argumenta missurum , quibus sua men-
dacia circundare nititur & tueri.Cumq; ignē in muros mi-
serit,deuorabuntur ædes siue fundamenta illius , quicquid firmum habere poterit,& dialectica arte constructum. De Azoto quoque,quæ & ipsa alienigenarum est , auferet ha-
bitatorem:cuius quia literam sequitur,vbera non lacte,sed igne sunt plena : & quæ mentitur ignem habere se patrui, eius vniuersa generatio ignibus deputanda est . Et tollet sceptrum siue tribum de Ascalone: vbi ignis homicida est. Sicut enim ignis domini saluos faciet eos , quorum corda penetrauerit:sic ignis iste qui de cœlo decidit,quasi fulgur qui succendit diaboli sagittas:quoscunq; afflauerit, interfi-
ciet. Transferet quoq; manum suam super Accaron,vbi ste-

rilitas

A rilitas & eradicatio eſt: Quicunq; enim ſpiritualem nō receperit intelligentiam, audiet per Oſee: Da eis domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam ſterilem, & vbera arentia. Et vt omnia ſemel vno ſermone comprehenderet: perditurum eſſe ſe dicit omnes reliquias Philiſtim, vel Geth ciuitatem: in qua torcular diaboli eſt: vel omnes reliquos Philiſtim, qui interpretātur, cadentes poculo. Cùm enim inebriati fuerint, corruent, & in ſuo vomitu volutabuntur.

a ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Tyri &c.) Eaſdem tres & quatuor impietates, ſiue ſcelera quæ imputauerat Damaſco, Gazę, & Azoto, & Aſcaloni, & Accaroni, & reliquis vrbib⁹ Philiſtijm: etiā Tyro ingerit, & exprobrat quare concluſerit captiuitatem

B conſummatā atq; perfectam in Idumæa, de quibus ſuprà diximꝰ: & non ſunt recordati fœderis fratrum ſuorū. Quærimꝰ quomodo Tyrij fratres ſint Iudæorum? Fratres hìc amicos vocat & neceſſitudine copulatos, eo q̄ Hiram princeps Tyri cùm Dauid & Salomone habuerit amicitias: intantum vt & ille in ædificationem templi atq; palatij, ligna cedrina ratibus Ioppen vſq; perduceret: & hi frumentum & oleum Tyrijs largirētur, & viginti vrbes in Baſan eis dono darent: quas ille quia graminis plenæ erāt, ſuſcipere noluit. Ignem igitur in muros eius ſe miſſurum eſſe dicit, & deuoraturum ædes vel fundamēta eius, quod Ezechiel propheta in viſione Tyri Nabuchodonoſor regem Chaldæorum feciſſe commemorat, vbi ait: Circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro. Et rurſum: Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuum ſeruitute magna aduerſum Tyrum: Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus, & merces non eſt reddita ei, neq; exercitui eius ſuper Tyrum

C pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſum eam, eo quòd aggerem ad capiendum Tyrū, quæ fuit prius inſula, illius cōportarit exercitus. Quod & Alexandrum Macedonem feciſſe narrat hiſtoria, vt ex inſula Peninſulam faceret, quam Græci vocant Χερρόνησον, צר, id eſt, Tyrus interpretatur tribulatio ſiue coanguſtans: omniſq; doctrina peruerſa capere nititur veritatem, & concludere eam in terrenis ſenſibus, & non recordabatur fœderis fratrum ſuorum, q̄ de litera debeamus aſcendere ad ſpiritum: de terrenis ad cœleſtia: præceptumq; ſit nobis deſcribere ſacrā ſcripturam in corde noſtro tripliciter. Mittet autē deus ignem in omnes munitiones Tyri: qui non ſolum muros, ſed & fundamenta illius deuorabit. De captiuitate Salomonis pro quo in Hebraico habetur שְׁלֻמָה, id eſt, conſummata atq; perfecta, ſuprà diximus.

b ¶ Hęc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Edom &c.) Edom ipſe eſt qui & Eſau, ob coctionē rufæ lentis ita apellatus: cuius edulio primogenita perdidit: hic alio nomine appellatur Seir, piloſus & hiſpidus. Vnde montes Idumęorum vocantur montes Seir: & ab Edom, Græco ſermone ἰδουμαία dicitur: Iſte perſecutus eſt in gladio fratrem ſuum, filios videlicet Iacob: de quibus in benedictionibus Iſaac, quibus benedicit primùm Iacob, & poſtea Eſau, plenius ſcriptum eſt: vt odium fratrum ſeruaretur in

אֱדוֹם עֵשָׂו שֵׂעִיר

a HEB. Hęc dicit dñs: Sup tribus ſceleribus Tyri & ſuper quatuor non cōuertam eum: eo quòd concluſerint captiuitatē perfectā in Idumæa, & non ſint recordati fœderis fratrum, & immittā ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. b Hęc dicit dominus: Super tribus ſceleribus Edom & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſq; in finem: mittam ignem in Theman, & deuorabit c ædes Boſræ. Hęc dicit dominus: Super tribus ſceleribus

SEP. Hæc dicit dñs: Sup tribus impietatibus Tyri, & ſuper quatuor non auerſabor eos: eo quòd concluſerunt captiuitatē Salomonis in Idumæa, & non ſunt recordati teſtamēti fratrū: & emittā ignem ſuper muros Tyri, & deuorabit fundamenta eiꝰ. Hęc dicit dominus: Super tribus impietatibus Idumææ & ſuper quatuor nō auerſabor eos: eo quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuū, & violauerit vuluā ſuper terrā, & rapuit in teſtimonium horrorem ſuū, & impetum ſuum cuſtodiuit in ęternū: & emittā ignem in Theman, & deuorabit fundamenta murorū eius. Hæc dicit dñs: Sup tribꝰ impietatibus

D poſteris, & gens Idumæa intantum perſequeretur fratres ſuos, vt egredientibus de Aegypto, ne tranſitum quidem in terram ſanctā concederet, & non ſolum in gladio perſecutus eſt fratrem ſuum, ſed violauit miſericordiam, ſiue vluam eius: vel vt apertius interpretatus eſt Symmachus, viſcera propria: vt obliuiſceretur germanitatis, & obduraret viſcera miſericordiæ, fratrēq; ſe eſſe neſciret: & contemneret vluam Rebeccę, quę vno partu geminos ædidiſſet infantes. Quodq; ſequitur: Et tenuit vltrà furorē ſuū, & indignationem ſuā ſeruauit vſq; in finem: odiū monſtrat antiquum, q̄ nunq̄ ſibi pace iuncti ſunt. Vnde pœnā pro ſceleribus cōminatur, & dicit: Mittā ignem in Theman, quæ Idumęorum regio eſt, & תֵּימָן

E vergit ad auſtralē partem, quod interpretatur Theman: quę prouincia non ſolum Theman, ſed & Daron & Nageb dicitur, eo q̄ Eurum & Auſtrū Africúmque reſpiciat. Quodq; dicit: Deuorabit ædes Boſræ: non vt quidam putant alterum ciuitatem, ſed Idumęam: ὀχυρωμάτων & munitam ſignificat, iuxta illud quod in Eſaia legimus: Quis eſt Eſa.63.a. iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra: iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Quicquid de Eſau & Iacob diximus, referamus ad Iudæos & populum Chriſtianum. Illi enim terreni & ſanguinarij, perſecuti ſunt fratrem ſuum Iacob, qui eos ſupplantauit, & abſtulit primogenita eorum, & perſecuti ſunt in gladio, ita vt ſubſtantias poſſeſſionesq; credentium publicarent, quod in Actibus Apoſtolorum legimus. Et violauerūt miſericor- Act.2.g. diam ac iura naturæ: oblitiq; ſunt matris ſuæ Rebeccæ: quę &.4.g. interpretatur patientia, & ſimul eos generauit in Chriſto: רִבְקָה

F antiquumq; furorem & iracundiam tenentes, vſq; hodie in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazarenorum blaſphemant populum Chriſtianum, & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi. Sed dominꝰ mittet ignem in Theman in deſerta ficcáque Iudææ: quæ nequaq̄ irrigātur imbribus prophetarum, & deuorabit omnes munitiones eorum ſiue fundamenta murorum eius, vt omni ſenſu literæ cōcidente, ſuperædificetur eccleſia Chriſti domini fundamentis. Pro miſericordia, Lxx. μήτραν, id eſt, vuluam tranſtulerūt. Et pro furore φρίκλω, id eſt, horrorē: & pro indignatione ὄρμωμα, id eſt, impetū, ducti ambiguitate verborum: quia רֶחֶם & vuluam & miſericordiam: אַפּוֹ & furorem eius, & horrorem ſuum ſignificat: עֶבְרָה verò & indignatio & impetus dicitur. Porrò אַרְמְנוֹת quas nos ædes interpretati ſumus: Aquila & Symmachus βάρεις, id eſt, domos: Theodotio, habitatores tranſtulit: Soli Lxx. & hic & ſuprà θεμέλια τειχέων αὐτῆς, id eſt, fundamenta murorum eius dixerunt.

c ¶ Hæc dicit dominus: Super tribus ſceleribus filiorum Ammon &c.) Filios Ammon q̄ de Lot ſtirpe generati ſunt, & habitāt in Arabia: vbi nūc eſt Philadelphia, corripit ſermo diuinus: quare ſub Saule rege Iudææ Naas Ammonites I.Reg.11.a princeps eorum vaſtauerit Iabes Galaad: & deſecuerit prægnantes eius, vt dilataret terminos ſuos, & omnem Galaaditim ſuo imperio ſubiugaret. Vnde cōminatur ſuccenſurum ſe ignem in muros Rabba, quæ fuit metropolis Ammoni-

G tarum, vt deuorentur ædes illius, in clamore & in vlulatu vincentis exercitus: in die commotionis & turbinis, quando captiui eius Nabuchodonosor vincente ducentur, & idolũ
מַלְכָּם Ammonitarũ quod vocatur Melchom, id est, rex eorum feretur in Assyrios: & principes eius, id est, sacerdotes eius pariter abducẽtur. Sacerdotes ĩ Hebræo nõ habetur, sed prĩcipes. Addiderũt itaq; Lxx. οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, id est, sacerdotes eorũ, vt si velis scire qui sint illi principes, audias sacerdotes. Inter crudelitatem autem Damasci & filiorũ Ammon hoc interest, q̃ illi cõtriuerunt in plaustris ferreis Galaad, siue in serris ferreis prægnãtes Galaad: isti autem
H dissecuerunt prægnãtes Galaad, ad dilatãdum terminum suum. In Damascenis qui bibunt sanguinem, accipiuntur hæretici: qui non solum populũ dei ab ecclesia diripuerunt, sed & contriuerunt eum, & commolierunt ferreis dentibus, de quibus scriptũ
Psal. 52.a. est: Q ui deuorant plebem meam, sicut escã
עַמּוֹן panis. In filijs Ammon qui interpretatur populus mœroris, vel populus meus: schismaticos accipimus, qui separant quidem deceptam multitudinem ab ecclesia dei, & rudes animas quæ nuper Christi cõcepere sermonem, abrumpunt & diuidunt: tamen hoc non faciunt crudelitate qua hæretici deceptos quosq; trucidãt: sed in eadem regula fidei permanentes, dilãtare cupiũt terminos suos, & nomen gloriæ in posteros mittere. Itaq; dominus comminatur se muros Rabbę, id est multitudinis, in
רַבָּה die vlulatus & belli, commotionis & turbinis incensurum,
I & regem eorũ authorẽ schismatis ire captiuũ, & principes ecclesiæ iugo colla summittere. Cap. II.

a HAec dicit dominus: Super tribus sceleribus Moab &c.) Non solum filij Ammon, sed & Moab de Lot semine procreatus est, qui fratris Abraham filius fuit. Et vt ostendat se deus omnium dominũ, & cunctas animas ad suum, qui earum conditor est, imperium pertinere: regis quoq; Idumæorũ iniuriam vindicat, imò scelus quod in eum à Moabitis perpetratum est, vt ossa eius vsq; ad cinerem concremarent, & sæuitiã suam, & rabiem nec in mor
4. Reg. 3.a. te finirent. Tradunt Hebræi, ossa regis Idumææ iam sepulti, qui cum Ioram rege Israël & Iosaphat rege Iuda ascenderat aduersum Moab, in vltionẽ doloris à Moabitis postea conuulsa atq; succensa. Ob hanc ergo, inquiunt, causam deus missurum esse se dicit ignem in Moab: vel metropolim Moabitarũ, à qua tota est appellata prouincia, vel vniuersam prouinciam, vt deuoraret ædes Carioth, quod nomen est ciuitatis: licèt Lxx. τῶν πόλεων αὐτῆς, id est, vrbiũ
קְרִיּוֹת eius interpretati sunt, id est, Moab: periturumq; in sonitu & in vlulatu vincentis exercitus: quorum Hebraicè alterũ dicitur תְּרוּעָה, alterum שָׁאוֹן: & in clangore tubæ siue buccinæ, hoc enim שׁוֹפָר significat. Cumq; perierit Moab, vanum erit principum Iudicumq; consilium, vrbibus pariter ducibusq; subuersis. Q uomodo autem non oportet transferre

SEP. tatibus filiorũ Ammon & super quatuor non auersabor eos: eo quòd desecuerit prægnãtes Galaaditarum, vt dilataret terminos suos: & succendam ignẽ sup muros Rabba, & deuorabit fundamenta cũ clamore in die belli, & cõmouebitur in die consummationis suæ: & ibũt reges in captiuitatẽ, sacerdotes eorũ & principes eorũ simul, dicit dns. Cap. II.

HAEc dicit dominus: Super tribus impietatib⁹ Moab & super quatuor non auersabor eos: pro eo quòd incẽderit ossa regis Idumææ in cinerẽ: & emittam ignẽ in Moab, & deuorabit fundamenta ciuitatum eius, & morietur in infirmitate Moab cum clamore, & cũ voce tubæ: & disperdam iudicẽ ex ea, & omnes principes eius interficiam, dicit dominus. Hæc dicit dns: Super

K captiuitatẽ perfectam, siue Salomonis, & cõcludere eam in Idumæa, vt de excelsis atq; cœlestibus humiles faciat atq; terrenos, quod Gaza & Tyrus feciss̃e memorantur: sic ossa regis Idumææ comburere non debemus, & in cinerem fauillamq; dissoluere. Iudæi transferunt intelligentiam spiritalem in carnes Idumæas: sensumq; regiũ, qui versatur in litera, & est solidissimus atq; firmissim⁹, genealogijs quibusdam & traditionibus superfluis eneruant atq; comminuunt, & in pulũerem redigunt, & nõ solum illi hoc faciũt, sed oẽs hæretici, qui volunt in modum humanæ simi
L litudinis sedere deum in solio excelso & eleuato, & pedes ponere super terram ne scilicet pendeant: habere nasum, quo odoretur odorem bonę fragrantiæ: oculos, quibus videat: manus, per quas operetur: pedes, per quos ambulet, aures, quibus audiat: os, quo loquatur: dentes, quib⁹ cibos conterat. Q ui legit introijsse Iudã ad
Gen. 38.d. Thamar meretricẽ, & ex ea duos filios procreasse: si turpitudinẽ sequatur literę, & non ascendat ad decorem intelligentiæ spiritalis, comburet ossa regis Idumææ. Q ui putat Oseę accepis-
Oseę. 1.b. se vxorem fornicariam, & nihil plus sentit in dicto q̃ verbis simplicibus continetur: ossa comburet regis Idumæę. Et
מֹאָב idcirco mittet dominus ignem in Moab, qui interpretatur ex patre, eo quòd natus quidem sit ex deo, sed eum reliquerit. Et deuorabit ciuitates siue oppida eius, quod interpretatur Carioth. Vnde & Cariathiarim in lingua nostra verti-
קִרְיַת־ יְעָרִים tur, villa syluarum. Et non aliter morietur Moab nisi in cla
M more & sonitu & vlulatu, & clangore buccinæ, vt excelsis sensibus opprimantur, qui in sanctis libris clangoribus buccinæ comparantur. Tunc & iudices & principes, & omnes qui præsunt terrenis operibus, destruit sermo diuin⁹, & præcipit ecclesiæ doctoribus: In montem excelsum ascende qui
Esa. 40.b euangelizas Sion: exalta vocem tuam qui prædicas Hierusalem. b ¶Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Iuda &c.) Cæteris supradictis vrbibus gentibusq; Damasco & Azoto, Ascaloni, Gazæ, Accaron, & reliquis oppidis Palæstinorũ, Tyro quoq; & Idumææ & filijs Ammon & Moab non exprobrat quòd legem dei abiecerint, & illius mandata contempserint: non enim habuerunt scriptam legem, sed naturalem. Vnde dicit eos violasse viscera propria & viscera misericordiæ, & contriuisse in plaustris ferreis prægnãtes Galaad, & trãstulisse captiuitatem Salomonis, siue perfectam, & concluisse in Idumęa: nec esse recordatos fœderis patrum suorũ, & persecutos esse in gladio fratrem suũ, & in tantam non dico crudelitatem, sed rabiem prorupisse, vt incenderent ossa regis Idumææ, & non paterentur mortem esse omnium extremum malorum. Iudas autem in quo illo tempore, quo hæc dicebantur, erat dei religio & templum & ceremoniæ, qui acceperat legem, & præcepta, & iudicia, & testimonia, atq; mandata: super quorum differentia in decimooctauo psalmo, & in centesimo decimooctauo

plenius

A plenius disputatur: increpatur à domino atq; conuincitur, & digna supplicia recepturus est: quare abiecerit legem eius, & mandata illius non custodierit. Quæ quia abiecit atque contempsit, ordine & via deceperunt eum idola sua. Non enim poterat antè ab idolis decipi, nisi legem domini repulisset, & mandata illius non fecisset. Hęc sunt idola post quæ abierunt patres eorum in Aegypto: Aegyptij bouis simulachra fingentes, & adorãtes Belphegor, & colentes Astaroth & Baalim. Vnde dominus commi natur etiam in Iudam se ignem missurũ, qui deuoret ædes & fundamenta Hierusalem, nõ illi⁹ in qua pacis visio cõmorat, sed earũ quæ sub nomine Hierusalem in diuersis vrbib⁹ surrexerũt. Quic

B quid de Iuda diximus, refertur ad ecclesiam: in qua est vera confessio, & pax domini, & visio veritatis. Et ideo arguitur quòd legẽ dei contempserit: & eius mandata nõ fecerit: & vnusquisq; adorans vitia sua atque peccata, deum cœperit habere à quo victus est: dicẽte

2.Pet.2.d Petro apostolo: à quo enim quis superatur, huius & seruus est. Auarus aurum, gulosus ventrem, libidinosus penem & Beelphegor colit: lasciua mulier, quæ cùm sit in delicijs viuẽs, mortua est: adorat Venerias voluptates. Vnde mittet domin⁹ ignem in Iuda & deuorabit ædes pessimas, & fundamenta vitiosa, quæ Hierusalem gloriam perdiderunt: simulq; discimus creatorem omnium, non solum Iudæ & Israël, sed vniuersarũ gen

Rom.2.b. tium habere curam: & iuxta Apostolum, eos qui sine lege peccauerunt, perire sine lege: & qui in lege commisere de-

C licta, lege domini iudicari. a ¶Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Israël &c.) Idcirco ponit nouissimum Israël, id est, decem tribus, quoniam propè omnia quæ sequuntur, ad ipsum scripta prædiximus: vt sub vno textu sermo propheticus libri ordinem cõtineret. Primùm ergo eorum scelus est, siue impietas, in tribus criminibus enumerata vel quatuor, quòd propter pecuniam hominem vendiderint, & hominem iustum: qui ineo admirabilior est, quòd nec paupertate superatus est, vt iniquum aliquid faceret: & si quidem pauperem iustum famis necessitate cõpulsi precio vendidissent, esset aliqua sceleris excusatio: nunc autem pro re vilissima, calciamentis quibus puluerem calcant & simum, precioſam animam hominis vendiderunt. Isti iuxta Lxx. ἐκονιόμλιζον εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, id est, pugno percutiebant in capita pauperum. Secundum Hebraicum, conterunt super puluerem terræ capita pauperum: & in tantam eleuantur superbiam, vt nolint cum hominibus ambulare. Et ne paruum videretur hoc facinus, filius & pater ad vnam ingressi sunt puellam, vt nomen dei sanctum violarent. Quicquid ergo fit turpiter, ad dei refertur iniuriam,

2.Pet. 2.a qui dicit: per vos nomen meum blasphematur in gentibus:

1.Cori.5.a hoc est quod & Apostolus scribit ad Corinthios: Omnino auditur in vobis fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem, ita vt vxorem patris habeat aliquis. Et vos inflati estis, & non potius luxistis, vt tolleretur de me-

HEB. Super tribus sceleribꝰ Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem domini, & mandata eius non custodierit: deceperunt eũ eos idola sua, post quę abierant patres eorum: & mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Hierusalem. Hæc dicit dominus: Super tribus sceleribus Israël, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit argento iustum, & pauperem pro calciamentis: qui conterunt super puluerem terrę capita pauperum, & viam humilium declinabant: & filius & pater eius introierũt ad puellam, vt polluerent nomen sanctũ meũ: & super vestimẽtis pigneratis accubuere iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui.

Ego

SEP. Super tribus impietatibus filiorũ Iuda, & sup quatuor nõ auersabor eos: quia repulerũt legẽ dñi, & pręcepta illius non custodierunt: & decepti sunt in vanitatibus suis, quas secuti sunt patres eorũ: & emittã ignẽ in Iuda, & deuorabit fundamẽta Hierusalẽ. Hęc dicit dñs: Sup tribus impietatib⁹ Israël, & super quatuor nõ auersabor eos: ꝓ eo quòd vẽdiderit argento iustũ, & pauperẽ ꝓpter calciamẽta, quæ calcãt sup puluerem terræ: & pugno percutiebant capita paupe rum: & viã humiliũ declinabãt: & filius & pater ei⁹ ingrediebanꝫ ad eadẽ puellam, vt cõtaminarent nomen dei sui: & vestimenta sua alligantes funibus, faciebant vmbracula iuxta altare: & vinũ de calũnijs bibebant in domo dei sui.

Ego

dio vestrum, qui hoc opus fecit. Crebrò euenit, vt pater filij D sui vxorem, socer polluat nurum: quod in lege vtrunq; prohibetur: Turpitudinem patris tui non reuelabis, & turpitu- Leui. 18.b dinem nurus tuæ non discooperies. Habet itaque & litera vtilitatem maximam si seruetur. Et quia omne flagitium, si terminum pudoris excesserit, crimina auget criminibus, & semper ad deteriora procedit: etiam super vestimentis pigneratis accubuere decem tribus iuxta omne altare: qđ ita interpretantur Hebræi: Super vestimentis eorum qui ad idola ire nolebant, & quæ vi extorserant epulantes, in idolio accubabant. Secundum Lxx. autem tantus erat cõtemptus in deum, vt vestimenta sua, in quibus dormiunt, vel in E quib⁹ fornicanꝫ, iuxta altare funibus extenderẽt, & facerent παραπετάσματα, id est, velamina, quo fornicantes in templo nullus aspicere posset, & ebrietati & libidini seruientes, etiã ipsum vinum quod bibebant: non de proprio labore, sed de calumnijs emerent: & hoc faciebant in phano dei sui, vt quos putabant deos, turpitudine ac stupris polluerent. Hæc loquuntur & sic ediserũt, qui simplicem sequuntur historiam. Nos autem qui & in Osee docuimus sub nomine Israëlis, & Samariæ, & Ephraim, & filiorum Ioseph: de qua tribu fuit Hieroboam, qui à regno 3.Reg.12. Dauid & Hierusalem, & templo dei populum segregauit, f. hæreticos significari etiam nunc post Iudam & Hierusalem, quæ interpretatur ecclesia, intelligamus ad hæreticos sermonem dirigi propheticum, qui vendũt virum sanctum iustumq;, sed pauperem pro pecunia. Vir pauper & iustus, F ille est ecclesiasticus qui non habet scientiam scripturarũ: sed simplicitate contentus, facit mandata quæ iussa sunt: de quo scriptum est: Pauper non sustinet commination em. Et Prou. 13.b ad Galatas: Tantum vt pauperum memores essemus. Hæc Gala. 2.b. omnia hæretici pro diuitijs faciunt, & pro calciamẽtis, quibus calcant puluerem terræ: quia enim non possunt nudis Exod. 3.b. pedibus stare super terram sanctam, in qua stetit Moyses, Iosuæ. 5.d & Iesus filius Naue: Vnde apostoli nudis pedibus iubentur Luc. 10.a. incedere, ne quid mortis habeant & pellium, quę referuntur ad carnes: ideo percutiunt in capite pauperes. Et saluator discipulis præcepit: vt si fortè, quoniam adhuc versabantur in terra, mortale quid in eorum operibus adhæsisset, excuterent puluerem de pedibus suis. Percutiunt autem hæ- Mat. 10.& retici capita pauperum, quanquam hoc in Hebraico non le- Marc. 6.b gitur: quia viam humilium declinauerunt. Via humiliũ illa est quæ dicit: Ego sum via, vita, & veritas: quæ nos prouo- Ioan. 14.a cat vt ambulemus per eam, & dicit: Venite ad me omnes Mat. 11.d. qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Omnes autem hæreticorum principes intumescunt superbia, de quibus & apostolus loquitur: Ne inflatus incidat in iudicium 1.Tim.3.b diaboli: qui dicit, in cœlum ascẽdam: super sydera cœli po- Esa. 14.d. nam nidum meum, ero similis altissimo. Vnde & superbis Iacob. 4.b hæreticis deus resistit: humilibus autem ecclesiasticis dat gratiam. Filius quoque & pater introierunt ad vnam puel-

Ee iij lam, vt

Glam,vt violarent atq; polluerẽt nomen ſanctum dei.Patrem noſtrum eſſe populum Iudæorum, ſæpe legimus, dicente
1.Corin. Paulo:Nolo vos ignorare fratres,quòd patres noſtri omnes
10.a. ſub nube fuerunt,& omnes per mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari.Et in alio loco:
Deu. 32.a Interroga patres tuos, & annunciabunt tibi: ſeniores tuos,& dicent
Pſal. tibi.Et rurſum:Pro pa
44.d. trib⁹ tuis nati ſunt tibi filij. Vnde & eccleſia
Canti.1.b. gentium loquitur:Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nos ergo filij ſumus,& pater populus Iudæorũ. Peccamus,& ſcelus cõmittimus, quando ad obſeruationem ſabbati circunciſionis iniuriam,ceremonias legis abolitæ cũ parente noſtro ingredimur: qui-
H bus dicit Apoſtolus:
Gal.5.a. Ecce ego Paulus dico vobis: quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil prodeſt.Et iterum: Qui in lege iuſtificantur,à gratia exciderunt. Qui ita ingreditur eccleſiam, vt legem ſeruet in in euangelio: iſte cum patre ingreditur ad puellam, & committit ſtuprum, & violat nomen domini. Vnde qui dicunt non nocere Iudæis poſt aduentum Chriſti,ſi ita credant in dominum,vt legis quoque præcepta cuſtodiant: patrem & filium vna fornicatione contaminant. Sed & veſtimenta ſua ligantes funibus, velamina faciunt
Galat.3.d. iuxta altare,prætendentes fidem Chriſti. Quotquot enim in Chriſto baptizati ſunt,Chriſtum induerunt:& veſtimẽta ſua,quæ peccatorum funibus ligauerunt,opponunt oculis videntium,ne eorum cernantur flagitia:vt qui altare reſpicit,ſtuprum non ſuſpicetur. Hoc faciunt omnes hæretici ſub Chriſtiano nomine fornicantes,& erroribus ſuis atq; mendacijs obtendentes teſtimonia ſcripturarum. Vnde &
Mat.21.a. apoſtoli veſtimentis ſuis ſtrauerunt pullum aſinæ, vt mollius ſederet dominus, & ex lege ac prophetis ſtratam calcaret viam. Econtrario hæretici non ſubſternunt veſtigijs ſaluatoris veſtimenta ſua, ſed ligant ea iuxta altare, & prætendunt peccatis ſuis,vt bibant vinum de calumnia,ſiue damnatorum, qui ex eo quòd egreſſi ſint de eccleſia damnati ſunt. Hoc vinum eſt Sodomorum, furoris draconum
I & aſpidum:quod qui biberit,ſanari non poterit. Bibunt autem vinum non in domo dei, vbi templum eſt & Hieruſalem:ſed in domo dei ſui: quem ſibi artifici ſermone finxeruht. a ¶ Ego autem exterminaui Amorræum à facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius:&c.) Vos quidem vendidiſtis argento iuſtum,& pauperem pro calciamentis:percutientes eius caput, ſiue conterentes in puluere capita pauperum, & viam humilium declinaſtis, intantum vt pater & filius ad vnam introirent puellam, & violarent ſiue polluerent nomen ſanctum meum, & veſtimenta veſtra lupanaribus & fornicatione polluta,peccatorum vinculis nexuiſtis:ita vt in loco ſancto committeretis adulterium,& ebriati iniuſtitiam copulantes, vinum biberetis alienum,& hoc faceretis in domo dei veſtri. Ego autem econtrario pro malis veſtris quæ mihi reddidiſtis,vobis tribui bona, vt exterminarem egredientibus vobis de
M Aegypto ante faciem veſtrã Seon regem Amorræorũ, qui tam excelſus erat & fortis,quaſi cedrus & quercus:& contriui eius fructum deſuper,& radices deorſum. Ego vos e-
Deu.29.a duxi de Aegypto & per quadraginta annos longo ad terram ſanctam feci peruenire circumitu, vt poſſideretis terram Amorræi,de qua ſuprà diximus: quam diuiſit Moyſes
Num.32.f filijs Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe: & poſt tãta beneficia etiam hoc addidi, vt de filijs veſtris aſſume-

a HEB. Egõ autem exterminaui Amorræum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius,& fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius deſuper, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Aegypti, & eduxi vos in deſerto quadragita annis, vt poſſideretis terram Amorræi:& ſuſcitaui de filijs veſtris in pphetas,& de iuuenibus veſtris Nazaræos.

rem mihi prophetas,& de iuuenibus veſtris,ſiue electis,facerem Nazaræos, quos Septuaginta interpretati ſunt τοὺς ἡγιασμένους,id eſt,ſanctificatos.Neque verò vbi de laudibus dicitur dei,hiſtoriæ ordo ſeruandus eſt:ſed frequenter euenit vt quæ prima facta ſunt,extrema dicantur:& quę no uiſſima, referantur ad prima. Quod ſeptuageſimus ſeptim⁹ pſalmus,& cẽteſimus quartus: vbi ſignorum potentia,nõ ordo deſcribitur, docere nos poterit:& tituli pſalmorum,de quibus duo tãtum ponamus exempla: tertij pſalmi, & quinquageſimi primi: vbi quæ pri⁹ facta ſũt, narrantur extrema: & quę extrema legimus, referuntur in principio. Antè enim de Doech Idumæo ſcriptum legimus in Regum volumine:qui titulus eſt quinquageſimi primi pſalmi, quàm Abſalon contra patrem ſurgeret:quod in tertij pſalmi titulo prænotatur. Itaq; & Amorræus nouiſſimus exterminatus eſt ſiue deletus, quod nunc primùm refertur: & q̃ aſcendere eos fecit de terra Aegypti,& reduxit in eremũ per quadraginta annos,in principio factum legim⁹:quæ hìc vltima dicunt ordine commutato.Prius ergo quàm educeret nos deus de terra Aegypti, de fornace ferrea, exterminauit ante faciem noſtram Amorræum: qui dicitur amarus,ſiue λαλητὸς,id eſt,loquens,ſiue famoſus, & frequenti ſermone celebratur. Hìc autem Amorræus & rex Amorræorum appellatur Seon,arbor infructuoſa & ſterilis, non quòd fructus non faciat,ſed malos afferat fructus, de quibus dicitur:Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, excidetur & in ignem mittetur. Et de pſeudoprophetis legimus: Qui veniunt in veſtimentis ouium,& intus ſunt lupi rapaces:ex fructib⁹ eorũ cognoſcetis eos:ex malis videlicet fructibus.Siue igitur fructum non faciat: ſiue faciat, ſed non bonum:infructuoſa arbor appellatur. Iſte Seon de quo ſcriptum eſt:Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt: quia infructuoſa arbor fuit,domino perutiente ſucciſus eſt:cuius altitudo cedrorum altitudini cõparatur: de quibus legimus: Vidi impium exaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani:& tranſiui,& ecce non erat:& quæſiui eum,& nõ eſt inuentus locus eius.Et pulchrè tranſiſſe ſe dicit: quia ei qui tranſit de ſeculo,& dicere poteſt: Tranſiens videbo viſionẽ hanc magnam:aufertur cedrus, & locus ſuperbiæ non poterit inueniri. Fortitudo quoq; eius, quaſi quercus arboris duriſſimæ atq; fortiſſimæ. Ex cuius vocabulo Philo vir diſertiſſimus Hebræorum Eſau appellatum putat δρύϊνον,id eſt quercinum & roboreum: licèt & Eſau poſſit ποίημα, id eſt,factura intelligi,vt ad mala opera referatur. De hoc forti atq; robuſto loquitur in euangelio: Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum,in pace ſunt omnia quæ poſſidet: Si autem fortior illo ſuperueniens vicerit eum,vniuerſa arma eius auferet,in quibus confidebat: & ſpolia eius diſtribuet.Nobiſq; præſtitit dominus,vt fructus huius Amorræi Seon, quem interpretari infructuoſam arborem diximus: quia mali erant,contereret deſuper & auferret:ne quis bonos eſtimãs,comederet & periret.Radices quoq; illius ſuccidit atq; comminuit:vt nihil poſtea malæ arboris pullularet.Ipſe dominus fecit nos exire de ſeculo,& per ãnos quadraginta,qui numerus ſemper afflictionis & ieiunij, luctus eſt & doloris, per tribulationes & anguſtias peruenire in terram ſanctam:vt poſſideremus primùm terram Amorrei, & illius quondam regio fieret noſtra poſſeſſio,& poſtea ſuſcitaret de filijs noſtris prophetas,omnes ſanctos viros, qui acceperunt

K נְוִירִים

L 1.Reg. 21. a.&.22.b. 2.Reg. 15.a.

אֱמֹרִי

סִיחֹן

Matt. 3.c. &.7.c. Ibidẽ.11.b

Lucę. 3.c.

Pſal.36.g. M

Exod.3.a.

Luc. 11.c.

A acceperunt ſpiritum prophetalem:de quibus in prima epiſtola ad Corinthios plenius legimus: Et de iuuenibus veſtris,vel electis aſſumeret Nazareos & ſanctificatos:qui deo animas ſuas immolantes, vinum quod inebriare poteſt, & ſtatum mentis euertere, non attingunt: vt habeant comam Samſon:in cuius capite (qa caput viri Chriſtus eſt) fortitudo & victoria conſiſtebat.

1.Corin. 14.a. Iud. 16.d.

a Nunquid non eſt ita filij Iſraël,dicit dominus, & propinabatis Nazaræis vinum, & prophetis mandabatis, dicentes:ne prophetetis.

b HEB. Eccè ego ſtridebo ſubter vos,ſicut ſtridet plauſtrum onuſtũ fœno: & peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & tenens arcum non ſtabit,& velox pedibus ſuis non ſaluabitur,& aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuã, & robuſtus corde inter fortes, nudus fugiet in die illa:dicit dñs.

SEP.Quapropter ecce ego voluã ſubter vos ſicut voluitur plauſtrũ plenum ſtipula:& pibit fuga à curſore, & fortis nõ obtinebit fortitudinem ſuam, & pugnator non ſaluabit animam,& ſagittarius nõ ſuſtinebit, & velox pedibus ſaluari nõ poterit:& eques non ſaluabit animam ſuã, & inuẽtum cor eius inter potentes: & nudus fugiet in die illa,dicit dñs.

Audite

a ¶ Nunquid non eſt ita filij Iſraël, dicit dominus &c.) Me vobis tanta præſtante beneficia vt aduerſarios veſtros interficerem, & terram eorum vobis traderem, & de filijs veſtris ac iuuenib⁹ prophetas eligerẽ & Nazareos, meoq; cultui cõſecrarem: Nunquid poteſtis dicere quòd iſta non fecerim: & B meam erga vos clemẽtiam per quam viuitis denegarẽ? Qui in tantam rabiem prorupiſtis,vt inebriaretis Nazaræos meos vino:quibus lege præceptum eſt,vt omne quod inebriare poteſt,non bibant: & prophetis mandaretis ne in meo nomine prophetarent. Quod & Amos prophetę, quem nunc habemus in manibus, præcepit Amaſias ſacerdos Bethel: & Hieremiæ à rege mandatum eſt, ne verbis domini loqueretur ad populum, intantum vt etiam ſermones eius ignibus concremaret. De hoc loco hæreſim ſuam Tatianus Encratitarum princeps ſtruere nititur,vinum aſſerens non bibendum,cùm & lege præceptum ſit,ne Nazarei bibant vinum:& nunc accuſentur à propheta, qui propinent Nazareis vinum. Qui ſi literam ſequuntur in omnibus,& Iudaicas fabulas eccleſijs ingerunt Chriſti, ergo & comam nutrire debent,& vuam paſſam ac viridem non comedere: & ſuper matre & patre mortuis non ingredi: & ſi fortè hæc fecerint & fuerint humana vel fragilitate, vel neceſſitate ſuperati,radant capita, & irriti ſint omnes dies conſecrationis & laboris eorum. Quòd ſi hæc non faciunt, neque poſſunt more Iudaicorum cauponum miſcere aquam vi- C no, vmbras veritati: euangelij gratiæ, legis neceſſitatem: ebrietatem illam intelligant, qua curis ſecularibus inebriatur & obruitur animi vigor, & illos prophetis mandare dicentes:Ne prophetetis,qui liuore ſuperati, prohibent eruditos viros,doctrinæ proferre ſermonem. Et dicente domino: Vade & dic populo huic: illi econtrario iubent, ne loquaris in nomine domini:maximè ſi ille qui doceat, non turpi lucro, & gloriæ atque iactantiæ: ſed vtilitati legentium,audientiumq; prouideat. b ¶ Ecce ego ſtridebo ſubter vos ſicut ſtridet plauſtrum onuſtũ fœno:&c.) Me vobis præſtante beneficia,& educente vos de terra Aegypti, & interficiente ante faciem veſtram Amorræum, vt poſſideretis terram eius,& ſuſcitante de filijs veſtris prophetas, & de iuuenibus veſtris Nazaræos: vos inebriabatis Nazaræos meos vino,& prophetis dicebatis,ne prophetetis: Idcirco ſicut plauſtrum ſtipulæ vel fœni onere pregrauatum, ſtridore & ſonitu longè exululat:ſic ego peccata veſtra vltrà non ſuſtinens, & quaſi ſtipulam tradens incendio, clamabo & dicam: Peribit fuga à veloce, quem Hebræi Hieroboam filium Nabath intelligunt,qui prius in Aegyptum fugerat. Hic autem non ipſos principes: ſed domos eorum & ſobolem accipiamus. Et fortis non obtinebit virtutem ſuam:fortem Baaſan interpretantur,qui fuit ad bella prõptiſſimus. Et robuſtus non ſaluabit animam ſuam:hunc hic Amri ſentiunt. Et tenens arcum, non ſtabit,ſiue ſuſtinebit:

Num.6.a. Eſa.6.c. 3.Reg. 11.g. Ibi.15.& 16.

de Iehu filio Namſi:qui Ioram regem Iſraël ſagitta percuſſit, dictum putant. Et velox pedibus ſuis non ſaluabitur: Manahen intelligunt: qui fruſtra feſtinans regi Aſſyriorum dona direxit. Et aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam:hunc Phaceę filium Romelię interpretantur,qui iuncto Aram,id eſt, Syro D ſub rege Achaz Iudææ multa vaſtauit. Et robuſtus corde,inter fortes nudus fugiet in die illa, dicit dominus: Solus Oſeæ qui vltim⁹ rex decem tribuum fuit,& errantem populum ad dei cultum reuocare conatus eſt,qa in hoc nõ pſeuerauit,quaſi nud⁹ egredieẽ de incendio. Nudũ aũt vocat: quia ſub ipſo decem tribus captæ ſunt. Hoc Hebræi autumãt, & ſicut nobis ab ipſis traditũ E eſt,noſtris fideliter ex poſuimus. Nũc ad noſtra redeamus: Voluere ſe ſubter eos plauſtrũ comminatur deus,fœno vel ſtipula prægrauatũ,vt quia frumentum non habent quod in horrea condatur: fœnum eorum & ſtipula incendio concremetur. Hoc eſt fœnum de quo propheta dicit:Fiant ſicut fœnum ædificiorum, quod priuſquam euellatur exaruit. Et omnis caro fœnum. Stipula autem illa eſt,ſuper cuius incendio flebiliter propheta complorat,dicens:Heu mihi quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe,& ſicut racemos in vindemia: cùm non ſit botrus ad manducandum primitiua. Heu mihi anima mea,quia perijt reuerens de terra:& qui rectum faciat,in hominibus nõ eſt:omnes in ſanguine iudicantur: & reliqua. Hoc eſt fœnum & ſtipula,de qua & Apoſtolus loquitur: Ligna,fœnũ, ſtipula,vniuſcuiuſq; opus manifeſtum fiet: quoniam in die domini in igne reuelabitur. Plauſtrumq; quod voluitur illud eſt,de quo in Eſaia legimus: Conculcabitur Moab ſub eo,ſicut conculcatur area in plauſtris. Et in alio loco:Ponã, inquit, te ſicut rotas plauſtri nouas cum ſerrarum dentibus,& conteres montes,& comminues colles, & poſtquam montes colleſq; contriueris, periet fuga à veloce, dicente F Paulo:Neſcitis quia hi qui in ſtadio currũt, oẽs quidẽ currũt,vn⁹ aũt accipit brauiũ. Et in alio loco:Currebatis bene: qui vos impediuit nõ acquieſcere veritati? Vnde & de ſe timẽs ait:Non quia iam accepi,aut perfectus ſim:curro aũt ſi apprehendã, in quo & apprehẽſus ſum à Chriſto. Hęc vniuerſa faciebat, ne periret fuga à veloce: quamobrem cùm iam perueniſſet ad calcem,& accepiſſet brauium victoriæ, ſecurus aiebat:Certamen bonum certaui: curſum conſummaui:fidem ſeruaui:de cætero repoſita eſt mihi iuſtitiæ corona: quam reddet mihi dominus in die illa iuſtus iudex: non ſolum autem mihi,ſed & omnibus qui diligunt aduentum eius. Si gradu concito fugerimus,peccatum nos apprehendere non valebit:ſin autem ligauerit malicia pedes noſtros,loquemur cum propheta ad deum:Quó ibo à ſpiritu tuo,& quó à facie tua fugiam? De malis curſoribus Apoſtolus loquitur:Non volentis,neque currentis,ſed miſerentis eſt dei. Sequitur,Et fortis nõ obtinebit virtutẽ ſuam:non quòd fortis ſit,ſed quòd fortem eſſe ſe iactet: Siue qui confidit in fortitudine ſua,& non in dei miſericordia:iuxta illud quod ſcriptum eſt:Perdam ſapientiam ſapientium,& intelligentiam prudentium reprobabo: non quò perire poſſit vera ſapientia,& veritatis intelligentia reprobari: ſed quò eorum pereat ſapientia:qui apud ſe videntur eſſe ſapientes: & in ſua eruditione confidunt. Robuſtus quoque, ſiue pu-

4.Reg. 9.e. Ibidem. 15.d. Ibidem.e. Ibidem 17.a.& 18.c. Pſal.128.a Eſa. 40.b Mich.7.a 1.Corĩ.3.c Eſa.25.d. Ibidem 41.d. 1.Cor.9.b Gal.5.a. Philip.3.c 2.Tim. 4.b. Pſal.138.b Rom.9.c. 1.Corĩ.1.c

G gnator qui non ſaluabit animam ſuam, ille eſt qui nequa-
Ephe.6.c. quam Apoſtoli poſſidet armaturam, habens ſcutum, ſed non fidei: accinctus lumbos, ſed non in veritate: indutus lorica, ſed non iuſtitię: portans gladium, ſed non ſalutis: huiuſmodi pugnator non ſanctificat prælium: nec domini poteſt bella bellare: contra veritatem dimicās pro mendacio. Talis pugnator non poteſt
Pſal. 143.d. dicere: Benedictus dominus deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugium meum. Habent & ſagittarios hæretici qui fruſtra tendentes arcum, ſagittam domini ſuſtinere non poterūt, qui loquitur per Eſa-
Eſa. 49.a ſam: Ego autem ſicut ſagitta electa in pharetra domini. Iſti ſunt
H ſagittarij, de quibus &
Pſal. 10.a. Dauid canit: Ecce peccatores intenderūt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Et velox (inquit) pedibus ſuis non ſaluabitur: qui propter acumen ingenij diſcurrit per teſtimonia ſcripturarum, & oratorum eloquentia, vel ſophiſmatibus dialecticorum opprimere nititur veritatem, & in eo præpeditur & corruet, quia non in deo, ſed in ſuis pedibus confidit. Aſcenſor quoque equi non ſaluabit animam ſuam, qui ignorat dictum per pro-
Pſal. 32.d. phetam: Fallax equus ad ſalutem. Et neſcit ſcriptum eſſe:
Ibi. 75.b. Dormitauerunt omnes qui aſcenderunt equos. Hic non
Ibid. 19.b. ſaluabit animam ſuam, ſed periens audiet: Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus. Iſti impediti ſunt & eeciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus. Robuſtus etiam corde inter fortes nudus fugiet. Q ui locus dupliciter exponi poteſt: Vt aut ideo poſſit euadere, quia expoliauit ſe veterem ho-
I minem, & pelliceas tunicas peccatorum, & nulla fuit ſarcina prægrauatus: aut econtrariò, quia nudus eſt & Chriſti perdidit veſtimentum, de quo in Apoſtolo dicitur:
Rom. 13.b Induite vos Chriſtum Ieſum. Et in alio loco: Si quidem in-
2. Corin. duti non nudi inueniamur. Nihil ei proderit fortitudo ſua,
5.a. ſed in die prælij atque certaminis fugiet perſequentes, & abſque armatura Apoſtoli reſiſtere non valens, hoſtibus terga præbebit.

HEB. Cap. III.

a AVdite verbū quod locutus eſt dominus ſuper vos filij Iſraël: ſuper omni cognatione quam eduxi de terra Aegypti, dicens: Tātummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. b Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? Nunquid dabit catulus leonis vocē de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueum terræ, abſque aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra,

Caput III.

a AVdite verbum quod locutus eſt dominus ſuper vos filij Iſraël: ſuper omni cognatione quam eduxi de terra Aegypti, dicens: &c.) Ad filios Iſraël prophetalis ſermo dirigitur: & qui ſint iſti filij Iſraël, ſequens verſus oſtendit: Super omni (inquit) cognatione quā eduxi de terra Aegypti: quod non ſolum in decem tribubus, ſed in omnibus duodecim, addentes Iudam & Beniamin, debemus accipere. Omnes enim de terra Aegypti eduxit, & ait: Tantummodo, ſiue vt Symmachus interpretatus eſt, Solos vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: Et quia ſolos vos cognoui, qui creator ſum omnium, & vos habui peculiarem populum meum: idcirco ſuper ſolos vos
Sap. 6.a. omnia peccata veſtra reſtituam: Potentes enim potenter tormenta patientur: qui autem minimus eſt, dignus eſt miſericordia. Et in Ezechiele legimus: A ſanctis meis incipi-
Ezec. 9.c. te: Et iudicium dei de domo eius dicitur habere principiū. 1. Pet. 4.d
Hoc interim iuxta hiſtoriam dictum ſit: cæterūm quia au- K
ditus in ſcripturis ſanctis, non ſolum iſte accipitur quem auribus carnis excipim⁹, ſed etiam ille de quo dñs ait: Q ui Lucę. 8.b.
habet aures audiēdi, audiat. Vnde & omnis populus videbat Exo. 20.c.

SEP. Cap. III.

AVdite verbum hoc quod locut⁹ eſt domin⁹ ſuper vos domus Iſraël: & contra omnem tribum quam eduxi de terra Aegypti dicens: Veruntamen vos cognoui de vniuerſis tribubus terræ: idcirco vlciſcar ſuper vos omnes malitias veſtras: Si ambulabunt duo ſimul omnino, niſi cognouerint ſe? ſi ructabit leo de ſaltu ſuo, prædam non habens? ſi dabit catulus leonis vocem ſuam de cubili ſuo omnino, niſi aliquid rapuerit? Si cadet auis ſuper terram ſine aucupe? ſi deponatur laqueus ſuper terram,

vocem dei: propriè ad eos ſermo fit dñi, qui ſenſu vident deū: quos eduxit de terra Aegypti, & de poteſtate Pharaonis: vt nequaq̄ luto & paleis deſeruirent, extruentes Aegyptias ciuitates: & quos ex omnibus tribubus terræ cognouit, dicente Apoſtolo:
Gal. 4.b. Nunc autem cognoſcentes deum, magis autem cogniti à deo.
1. Corin. Et in alio loco: Q ui ignorat, ignorabitur.
14.g. Non ergo omnes cognoſcit deus, ſed eos q̄ eius cognitione ſunt
L digni: loquens in euāgelio: Recedite à me
Luc. 13.f. operarij iniquitatis, neſcio vos. In eo enim quòd operarij iniquitatis ſunt, ignorantur à deo: idcirco, inquit: Q uia ſolos vos cognoui & meos habui: viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. Q uem diligit do-
Heb. 12.b minus, corripit: & caſtigat omnem filium quem recipit. Et pulchrè dixit, Viſitabo: & non, percutiam: quia plaga dei viſitatio eſt, atque curatio. Et omnes, inquit, iniquitates ſiue peccata veſtra viſitabo: ne quid impercuſſum remaneat, ne quid non recipiat ſanitatem. b ¶ Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? &c.) Legi in cuiuſdā commētarijs, rem difficilem perſuadere cupientis, octo ſceleribus ſiue impietatibus atq; peccatis: primùm Damaſci, ſecundò Gazæ, & cæteris vrbibus Paleſtinæ: tertiò, Tyri: quartò, Idumææ, id eſt, Edom: quintò, filiorum Ammon: ſextò, Moab: ſeptimò, Iudę, hoc eſt duabus tribubus: octauò, quod vltimum eſt, Iſraël: id eſt, decem tribubus, totidem comminationes nunc redditas: & primam primæ, id eſt, Da M
maſci: ſecundam ſecundæ, id eſt, Gazæ, & reliquas reliquis reſpondere. Q uod vtrum verum ſit, nouerit ipſe qui ſcripſit. Alius autem putat ſex exempla propoſita, duorum pariter in via ambulantium: & leonis rugientis in ſaltu, & catuli leonis dantis vocem ſuam cùm aliquid apprehenderit, & auis captæ ab aucupe, & laquei qui in terra defigitur ad capiendam prædam, & tubæ in ciuitate clangentis: hiſq; exemplis redditam ſimilitudinē: vt quomodo ſuperiora cauſam habent, & non fiunt niſi illa præceſſerint: ſic nullum in ciuitate accidere malum, quod domino præcipiente nō factum ſit. Sunt qui primum exemplum æſtimant continere doctrinam, quia non poſſint duo pariter ambulare, niſi ſibi antè conſenſerint in eum qui fecit vtraq; vnum, & medium Ephe. 2.c.
parietem maceriæ deſtruxit: & duos condidit in vnum nouum hominem: fecitq; inter eos pacem: & copulauit vinculo charitatis: vt cùm fuerint ſimul duo, poſtulent à patre: & impetrent quicquid rogauerint. Hæ ſunt duæ virgæ quæ ſibi in Ezechiel copulantur: & duo populi circunciſionis & Eze. 7.c.
gentium: de quibus ad Heliam loquitur dominus: Reliqui 3. Regum
mihi ſeptem milia virorum, qui non curuauerunt genu ante 19.d.
Baal. Et in alio loco deus: Innentus ſum, ait, his qui me non Eſa. 65.a.
quærebant: apparui eis qui me non interrogabant. Cùm autem duo redacti fuerint in vnum, adhærebunt domino, &

fiet vnus

1.Cor.6.d fiet vnus ſpiritus: Qui enim adhæret domino, vnus eſt ſpi-
A ritus. Iſti ergo duo qui ſibi cõſentiunt, & in via Chriſti pariter ambulant, nullius aduerſariorum poſſunt impetum pertimeſcere. Quòd ſi diſcordia ſeparentur, ſtatim eos leo
1.Pet.5.c. rugiẽs inuadet: de quo & Petr⁹ apoſtolus ait: Aduerſari⁹ veſter diabolus tanquã leo rugiẽs circuit quẽrẽs quẽ deuoret. Qui leo rugiens, non verſatur in agris conſitis, nõ in vineis, non in oliuetis, nec inter ligna pomifera, quæ laudant deum: ſed vbi ſyluæ ſunt & inculta hum⁹, & beſtiæ commorantur: & non ſolum leonis patebunt morſibus, ſed apprehendet eos catulus leonis: & ducet ad cubile ſuum, fugiens lucem, & per-
Ioan.3.c. gẽs ad tenebras. Omnis enim qui peccat, a-
B mat tenebras, & odit lucem: de quibus & in
Pſal.103.c pſalmo legimus: Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: ĩ ipſa pertrãſibũt omnes beſtiæ ſyluarum: Catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant à deo eſcam ſibi. Quærit enim catulus leonis non eam prædam quam poſſidet, quæ ſuæ eſt poteſtatis: ſed vt de eccleſia Chriſti rapiat: de quo & in Abacuc
Abac.1.d. ſcribitur: Eſcę eius electæ. Tertia pœna eſt eorum quos diſcordia ſeparauit, vt perdant alas, quibus prius ſublimiter ferebantur: & de cœlis in terram corruant: & teneantur ab aucupe, qui melius dicitur ὁ ἰξευτής: eo q̃ hærente viſco, aues liberas capiat: quæ propria voluntate ad terrena de-
Prouc.1.b ſcendunt: de quibus in Prouerbijs ſcriptum eſt: Non iniuſtè
&.29.a. tenduntur retia auibus: Iuſta enim ruina eſt peccatorum. Qui cùm habuerint alas columbæ, & per aërem volitare debuerint, pondere peccatorum ad terrena depreſſi ſunt: & vitio ſuo adhæſerunt viſco: de quo & in Apoſtolo legimus:
1.Cor.6.d Qui adhæret meretrici, vnum cum ea corpus efficitur.
C Quarta pœna eſt diſcordantium, vt capiantur laqueo: qui non in cœlo poſitus eſt, ſed in terra: de quo quòd euaſerit
Pſal.123.a ſanctus gloriatur, & dicit: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Iſte eſt contritus laqueus, de quo Apo-
Rom.16.c ſtolus loquitur ad credentes: Deus conteret ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Rurſũmque in Dauid legimus:
Pſal. Iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. Non enim poſ-
139.b. ſunt decipere ſimplices quoſque credentium, niſi nomen Chriſti propoſuerint: vt dum putamus nos Chriſtum inuenire, pergamus ad antichriſtum. Quinta pœna eſt eo-
Phili. 4.b rum qui reliquere pacem, quæ exuperat omnem ſenſum: & quam dominus pergens ad patrem, apoſtolis dereliquit di-
Ioan.14.d cens: Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: vt in ciuitate domini conſtituti, tubæ ſonitu terreantur. Quicquid enim in ſcripturis ſanctis dicitur, tuba comminans eſt: & grandi voce aures credentium penetrans. Si iuſti ſumus, per tubam Chriſti ad beatitudinem prouocamur: ſi peccatores, audimus quæ ſimus tormenta paſſuri. Malum autem quod dominus facit in ciuitate, non contrarium eſt virtuti, ſed afflictio & cruciatus: de quo legimus:
Matt.6.d. Sufficit diei malitia ſua: id eſt, tribulatio & anguſtia. Et in
Eſa.45.b. propheta legimus: Ego deus qui feci lucem & tenebras: qui facio pacem, & condo mala. Sicut enim tenebræ contrariæ ſunt luci & diei: ſic & paci bellum contrarium eſt: quod

HEB. terra, anteq̃ quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? Si erit malum in ciuitate, quod dominus nõ fecit: quia non faciet dominus deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ad ſeruos ſuos ꝓphetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus deus locutus eſt, & quis non prophetabit? Auditũm facite in ędib⁹ Azoti, & in ædibus terræ Aegypti, & dicite: Congregamini ſuper montes Samarię: & videte inſanias multas in medio eius: & calũnias patiẽtes in penetralibus ei⁹: & neſcierũt facere rectũ, dicit dñs: theſaurizãtes iniquitatẽ, & rapinas in ædibus

SEP. terram, niſi aliquid apprehẽderit? ſi clanget tuba in ciuitate, & populus non timebit? ſi erit malitia in vrbe quam dominus nõ fecit: quia non faciet dñs deus aliquid, niſi reuelauerit eruditionem ſuã ad ſeruos ſuos prophetas. Leo ructabit, & quis non timebit? Dñs deus locutus eſt, & quis non prophetabit? Annunciate regionibus in Aſſyrijs, & in regionibus terræ Aegypti, & dicite: Congregamini ſuper montem Samariæ: & videte mirabilia multa in medio ei⁹, & oppreſſionẽ ĩ ea: & ignorauit quæ futura ſint corã ea, dicit dñs: qui theſaurizãt iniq̃tatẽ & miſeriã in regionibus

non per ſe malũ eſt, ſed malũ videt his eſſe qui ſuſtinẽt. Et D
vt ſciamus in ſcripturis ſanctis malitiã interdũ non contrariam virtuti accipi: ſed afflictionem pœnasque & anguſtiam, vnum adhuc de Iona ſumamus exemplum: Et vidit Ionę.3.d.
deus opera eorum, quia conuerſi eſſent à vijs ſuis peſſimis: & pœnituit eum ſuper malitia, quam locut⁹ eſt vt faceret eis. Malitia vtiq; ibi ſubuerſio Niniuitarũ eſt, quam per prophetam deus fuerat commina tus: & non virtuti contraria, quæ ad peccatum pertinet: pro quo comminabatur tormẽta peccantibus. Sequitur: Non faciet dominus deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum, ſiue correptionem ſuam ſeruis ſuis prophetis: non quòd omnia de reuelet prophetis, quæ in cœlo faciat, vel antè iam fecerit: ſed quæ fa- E
ctur⁹ in terris ſit. Reuelauit Noë ſeruo ſuo Gene.6.b.
quòd eſſet inductu rus diluuium. Reuelauit Abraham & Lot Ibi.18.c.
ſeruis ſuis quòd arſurus eſſet Sodomã & Gomorrã, Adamã & Seboim. Reuelauit Ioſeph interpretationem ſomnij ſeptẽ Ibi. 41.d.
annorũ famis in Aegypto: & Ionæ prophetæ ſubuerſionem Ione.3.d.
Niniuę: vt qui audiret ventura ſupplicia, aut agerent pœnitentiã, & tormẽta vitarent: aut contenentes iuſtius punirent: Ita & nũc dominus reuelat per Amos ſeruum & prophetã, quid facturus ſit decem tribubus: vt ſi fuerint ad meliora conuerſæ, & idola deſeruerint, de imminenti periculo liberentur. Et nota quòd clemens & benignus deus ſemper futura prænunciat, ne cogatur inferre ſupplicia. Et quod hæretici calumniantur in creatore, quaſi ſeuero & truculento, crudeli, & tantum iudice: eo quòd nullum ſit malum in ciuitate, quod ille non faciat: hoc nos referimus ad magnitudinem miſericordiæ, quòd non inferat pœnas niſi antè prædixerit. Qui autem prędicit, non vult punire peccantes. Leo, inquit, rugiet: quis non timebit? Dominus F
deus locutus eſt: quis non prophetabit? Quis, in hoc loco non pro impoſſibili, ſed pro raro accipitur. Ille enim non timebit, & ille non prophetabit, qui propter duritiam ſuã dominum audire contemſerit. Et eſt ſenſus iuxta hiſtoriam: Si ad leonis vocem omnia contremiſcunt, & cuncta animantium natura terretur: nos iubente deo vt loquamur, & annuncienus populo ventura ſupplicia: non prophetabimus? non loquemur? Scio quendam in ſuis ſcriptum commentarijs reliquiſſe, leonem rugientem diabolum intelligendum: & rugientem his qui perituri ſunt: deum autem, qui loquatur per prophetas, referendum eſſe ad dominum ſaluatorem: vt quomodo illi in malam partem audiunt leonis rugitum, & capiuntur in mortem: ſic ſancti in bonam partem dominum præcipientem audiant, & ſaluentur.

a ¶ Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti, & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ: & videte inſanias multas in medio eius: & calumnias patientes in penetralibus eius: & neſcierunt facere rectũ, &c.) Supra diximus Amos prophetã ſpecialiter, imò magnã voluminis partem ad decem tribus, quæ appellantur Iſraël & Ephraim, & Samariam prophetare. Itaque etiam nunc iubetur: vt annunciet Azoto, & terræ Aegypti quæ ſequunt. Pro Azoto neſcio quid volentes Septuaginta ἀσυρίους poſuerunt:

G fuerunt:cùm Azotus lingua Hebræorum appellet אַשְׁדּוֹד & Assyrij אַשּׁוּר. Pro ædibus quoq; quæ dicuntur אַרְמְנוֹת verterunt χώρας,id est,regiones quæ vocãtur שְׁדוֹת: & nihil in verbo similitudinis habent. Dicite,inquit, vt congregentur omnes gentes quæ in vicino sunt: & videant scelera Israël,ne iniquum putent dei esse iudiciũ: quomodo si diceret: Prius videte quæ faciant,& tunc meã sententiam comprobate. Pulchreq; intulit: Super montes Samariæ vel ciuitatis,quæ nunc Sebaste, tunc Samaria vocabatur: vel vniuersæ prouinciæ, quæ in montuosis sita est: & videte insanias multas in medio eius, vt pro deo adorẽt vitulos,& immolent filios suos:nec hoc scelere contenti, calumniẽtur pauperes in penetralibus suis:& omnino rectum facere nesciant, thesaurizantes sibi non aurum & pecunias,quæ interdum labore quærũtur:sed iniquitates & rapinas in ædi-

a HEB. ædibus suis. Propterea hæc dicit dominus deus: Tribulabitur & circũietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua: & diripientur ędes tuę. Hæc

b dicit dñs: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura,aut extremũ auriculę:sic eruent filij Israël qui habitãt in Samaria in plaga lectuli & in Damasci grabato.

H bus suis:vt quia deserto dei cultu adorauerunt idola, tra-
Rom.1.d. dat eos deus in reprobum sensum,vt faciant quæ nõ oportet. Et quia semel iuxta leges tropologiæ,Samaria refertur ad hæreticos qui custodes mandatorũ dei esse se mentiuntur:præcepit sermo diuinus,vt in gentibus prædicent, quæ non habent notitiam dei:in quarum doctrina ignis exurens est,& tribulatio & angustia:vt considerent fallsam Samariã: & ascendant ad montes superbiæ eius:& videãt multas insanias in medio ciuitatis,dum vnusquisq; fingit quod voluerit:& adorat figmentum suum:vt Marcion bonum deum & ociosum:vt Valentinus ἀιῶνας triginta: & extremũ Christum quem appellat ἔκτρωμα,id est,abortiuum: vt Basilides,qui omnipotentem deum portentoso nomine appellat ἄβραξας:& eundem secundum Græcas literas,& annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri: quem ethnici sub eodem numero aliarum literarum vocant μίνθραμ. Et Iberæ ineptiæ in balsamo barbeloq; mirantur. Nonne hæc insaniæ sunt,& multę insaniæ:vnoquoque fingente qđ in animum eius inciderit? Calumniam quoque patiuntur in penetralibus eius: siue opprimuntur simplices quiq; credentium:dum sub nomine veritatis colunt mendacium,& omnino rectum facere nesciunt: quia perdidere tramitem ve-
Ioan.14.a ritatis:nec credunt in eo qui dicit:Ego sum veritas:& the-
I saurizant sibi dogmata iniquitatis, & rapiunt atq; concludunt in ædibus suis, quos potuerint falso errore decipere. Sin autem placuerit vt legamus Assyrios: quod tamen in Hebraico non habetur:dicamus hos esse,de quibus scriptũ est: Inducam super sensum magnum principem Assyriorum:qui dixit,fortitudine mea faciam:& cetera:vt capiantur hæretici ab Assyrio: & teneantur in terra Aegypti: de qua iam venientes ad ecclesiam,liberati sunt. a ¶ Propterea hæc dicit dominus deus:&c.)Pro Tyro quæ in Hebraico duabus literis scripta est צ & ר: & appellatur צֹר: quod & Aquila & Septuaginta similiter transtulerunt:Hebræus qui me in scripturis sanctis erudiuit, tribulationem interpretatus est:nec renuimus eius sententiã:quia & Symmachus, qui non solet verborum κακοζηλίαμ, sed intelligentiæ ordinem sequi:ait,obsidio & circundatio terræ. Pro obsidione terræ,quæ ab eo dicitur πολιορκία, fortitudo à Theodotione posita est,qui putauit non צֹר & צֹר:quod tribulatio vel Tyrus dicitur:sed צוּר legendum:quod propriè refertur ad petram durissimã:quæ Græcè appellatur ἀκρότομον: & quam nos Latinè silicem dicere possumus. Loquamur ergo de singulis. Septuaginta dixerunt τύρῳ καὶ κυκλόθεν ἡ γῆσου,id est,Tyrus & per circuitũ terra tua:vi debaturq; pendere sententia: Addidere ergo de suo ἐρημω-

θήσεται,id est,deserta erit:nec error interpretũ est,vbi propter verbi ambiguitatẽ & tribulatiõ & Tyrus dici potest. Et est sensus: Super montes Samariæ multas populus meus insanias perpetrauit:calumniam faciens, & rectum penitus ignorans,& thesaurizans sibi iniquitatem & rapinas: Ideo tribulabitur siue conteretur:& Assyrio exercitu terra circunda bitur eorum:& detrahetur,ait, ex te, ô Samaria,& ô decem tribus, ô quondam popu lus me⁹,fortitudo tua: & diripientur in ædibus tuis, quæ per calumniam ex miserorũ lachrymis congregasti. Hæretici quoque aut tribulabuntur in die iudicij: & omnis eorum fortitudo attenuabitur:& diripientur quæ habuerant de rapinis, vt liberentur populi quos deceperant: aut certè quotidie per viros ecclesiasticos tribulabuntur, & circundabuntur testimonijs scripturarum, & detrahetur ex eis fortitudo syllogismorum,& verborum argutiæ quibus suum dogma firmauerant. Et ædes eorum diripientur: vt qui rapti fuerant de ecclesia,ad ecclesiam reuertantur. b ¶Hęc dicit dominus. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura: &c.) In principio Amos vbi versiculos illos disseruimus, Domin⁹ de Sion rugiet,& de Hierusalem dabit vocem suã: & luxerunt speciosa pastorum,& exiccatus est vertex Carmeli:diximus illum artis suæ vsum esse sermonibus:vt quia pastor gregum,nihil terribilius leone cognouerat:iram domini leonibus compararet. Iuxta hunc ergo sensum etiam nunc de eo quod sæpe viderat sumit exemplum: & sic decem tribuum paruas reliquias de Assyriorum narrat manibus eruẽdas:quomodo si pastor deuoratis omnibus membris, duo crura aut extremum auriculæ de leonis faucibus rapiat:positoq; comparationis exemplo:ita,inquit,eruentur filij Israël,decem videlicet tribus quę habitant in Samaria, in plaga lectuli & in Damasci grabato. Quod mihi sic explanandum videtur: Legimus in Esaia,Rasin regem Aram, Esa.7.a. id est Syrorum qui regnabat in Damasco:& Phacee filium Romeliæ regem Israël,inito fœdere contra Iudam venisse pugnantes:de quibus dominus præcepit Achaz regi Iudæ M & Hierusalem ne timeat duos semiustos torres: quando in signum plenæ libertatis, virginis ei & conceptus & partus ostenditur. Filij ergo Samarię habitant in regione & plaga lectuli,requiescẽtes in Syrorum auxilio,& in Damasci grabato sibi victoriam pollicentes: vt quomodo qui fessus est refocillatur in lectulo:sic illi fractas vires vicinæ gentis auxilio roborarent. Vnde & in eodẽ Esaia per typum dicitur Ibidem.c. futurorũ,quòd nascitur⁹ sit puer qui priusq; sciat patrem & matrẽ vocare,accipiat spolia Samariæ & virtutẽ Damasci:quę scilicet contra Hierusalem iunctis viribus dimicabant. Pro plaga lectuli,& Damasci grabato:Lxx. transtulerunt κατέναντι φυλῆς καὶ ᾧ Δαμασκῷ, id est, contra tribum,& in Damasco:vt iuxta tropologiã referamus tribũ ad Iudã,& Damascũ ad vocationẽ gentiũ:de quibus vnus grex factus est domini:cuius sæpe oues leonum feritas laniat: de quorũ faucibus vix duo crura aut extremũ auferẽ auriculę. In crure via ostenditur doctrinarũ:in aure sacramenta dictorum. Vnde & apostoli absq; calciamentis & vlla mortui Mat.10.b. animalis pellicula nudis pedibus iubentur incedere: & ad credẽtes dicit:Q ui habet aures audiẽdi,audiat. In Apoca- Luc.8.a. lypsi quoq; Ioannis legimus:Q ui habet aures audiat, quid Apoc.2.b spiritus dicat ecclesijs. Et manifestius per prophetam: Po- Lucę.1.f. nite, inquit, sermones vestros in auribus cordis vestri. Hoc iter tam hæretici quàm magistri eorum dæmones impedire festinãt,& intexere retibus:vt in via quę Christus est,corruamus.

K

L

A שבשון est,corruamus.Sed si venerit vir ecclesiastic⁹ & homo dei, & Samson,qui interpretatur sol:leonem interficit: descendensq; in inferni lacum,qui aquas refrigerat tempore niuis, tempestatis,& hyemis, suffocat leonem: vt securo pede & tutis auribus dominum sequi, & verba eius audire valeamus. a ¶ Audite & contestamini &c.) Quod in principio capituli iuxta Lxx.positum est, sacerdotes:in Hebraico nō habetur: sed pro hoc verbo legitur עֵרְשׁ quod Aqla interpretat⁹ est grabatum: & puto Lxx. ipsum verbū posuisse Hebraicum:quod quidam non intelligentes pro עֵרְשׁ legerunt ἱερεῖς,id est sacerdotes. Præcipit autem sermo prophetic⁹ vt primùm audiant: deinde

a HEB.sci grabato. Audite, & contestamini in domo Iacob,dicit dñs deus exercituum:quia in die cùm visitare cœpero præuaricationes Israël super eum, visitabo & super altaria Bethel:& amputabuntur cornua altaris,& cadēt in terram: & percutiam domū hyemalem cum domo æstiua:& peribūt domus eburneæ:& dissipabuntur ędes multæ,dicit dominus.

B Audite contestentur in domo Iacob,id est, in decem tribubus quæ dominus dixerit.Cùm cœpero,inquit, visitare præuaricationes vel impietates domus Israēl, & ei reddere quæ meretur,& captiuitatis tēpus aduenerit: tunc destruentur altaria Bethel vbi erāt aurei vituli: & amputabuntur cornua
3.Reg. 13.a. altaris: quod Hieroboam quoq; manū extendente diruptū est:& ruent in terram Assyrio vastante cōfracta. Et percutiam,inquit,domū hyemalem cū domo æstiua:quod simpliciter iuxta literam accipere possumus,tantarum eos fuisse opū,vt duplices haberent domos,hyemales & æstiuas:quarum aliæ versæ essent ad Aquilonem,aliæ ad austrū:vt pro varietate temporum, frigoris & caloris cœliq; temperiem prouiderent.Possumus domum hyemalem appellare regnū Israël:in qua frigus erat religionis & cultus dei,variiq; ventorum turbines,& sæua tempestas: & domum æstiuam,Iudam & Hierusalem: in qua erat templum, & offerebantur holocausta mane & vesperi,& vigebat calor religionis. Et D peribunt,ait domus eburneæ:quod & iuxta historiam stare potest:Legimus enim Achab regē Israël tantis fluxisse de- 3.Reg. licijs vt domum sibi eburneam fecerit.Pro eburneis,domos 22.f. dentis,id est elephantinas in Hebræo inuenimus. De quibus & ī quadragesimo quarto psalmo scriptū est: A domibus eburneis:ex quibus delectauerunt te filiæ regū in honore tuo. Quando visitare cœperit dominus preuaricationes Israël, qui prius deum mente cernebat,visitabit & super altaria Bethel: non vnum altare quod habet ecclesia, sed altaria hæreticorū plurima.Tot enim habēt altaria,quot schismata. Amputabit & cornua altaris,quod p

SEP. sco, Sacerdotes audite:contestamini domum Iacob,dicit dñs de⁹ omnipotens: quia in die qua vlciscar iniquitates Israël super eum,vlciscar & sup altaria Bethel: & suffodientur cornua altaris,& cadēt super terram: confundā & percutiam domū pinnatā super domum æstiuam: & peribunt domus eburneæ: & adijcientur domus aliæ multæ,dicit dominus.

Audite

superbiam vnum se habere iactant.Cadentq; eorum cornua E id est,arrogātia in terram:& percutiet domum hyemalem: eos hæreticos qui laborant continentia & ieiunijs,xerophagijs,chaumenijs,è quibus Tatianus est & Manichæus.Et domum æstiuam:vt Nicoalitas & Eunomianos & veteris hæreseos nouos sectatores:qui propter ventris ingluuiē,omnē recipiunt voluptatem.Et peribunt domus eburneæ,quę artifici dente,& rhetorici nitoris splendore compositæ sunt. Et dissipabuntur ædes multæ,quæ in toto orbe dispersæ sunt.Vna enim veritate surgente,multa mendacia destruētur.Pro domo hyemali,ἀμ οἶκομ ἀμ περίπτερομ,Septuaginta transtulerūt:quod nos interpretati sumus,pinnatam, eo q; ostiola habeat per fenestras,& quasi pinnas, ad magnitudinem frigoris repellendam.

Commentarij primi in Amos finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORUM Amos,ad Pammachium,proœmium.

C EGi in quadā controuersia:Imbecillitas corporis,animi quoq; vires secū trahit.Ecō » trariò Paulus apostolus, Quādo infirmor,inquit,tunc fortior sum:&, Virtus in in- F
2.Corin. 12.e. firmitate perficitur.Spiritus em̄ contra carnem,& caro contra spiritum:hæc inuicē
Gal.5.c. sibi aduersant,ne quæ volumus illa faciamus. Vnde & in euangelio dicitur:Spiritus
Mat.26.d prōptus est,caro aūt infirma.Senectus multa secū,& bona affert & mala. Bona:quia Senect⁹ bona,& mala nos ab impudētissimis dominis liberat voluptatibus,gulæ imponit modū,libidinis frangit impetus,auget sapientiā,dat maturiora consilia:& frigescente corpore, dor-
2.Reg. 19.f. mit cum perpetua virgine Sunamite:luxuriāq; cōtemnēs cū Berzellai, delegat eam filio adolescenti Camahā:& non vult transire Iordanē,atq; in alienos fines de suis finibus,id est regionibus,exire.Quę aūt putant senectutis mala,ista sunt:crebrę infirmitates:pituita molestissima,quam Græcorū alij κόρυζαμ,alij φλέγμα nūcupāt:caligātes oculi,accrescētes cibi,tremens interdum manus,nudi gingiuis dētes,& inter cibos cadētes. Ad hęc torminib⁹ & aculeis stomachi, podagræq; & chiragræ doloribus sępe torquet:ita vt ne stilū quidē aut calamū tenere queat:vt suis pedib⁹ nō possit incedere:magnaq; pte vitæ videat esse trūcata,& multis mēbris pręmortua. Cū hæc ita se habeant: in malorū cōparatione tolerabili⁹ sustinebo morbos,dūmodo vna & grauissima dña libidine careā. Patitur quidē & senectus nōnunq; incentiua vitiorū:nullusq;,iuxta sanctū martyrē Cyprianū,diu tutus est periculo » pximus.Sed aliud est titillari,aliud obrui voluptatib⁹.Ibi cū Apostolo adolescētia loquitur,quę nouit
Rom. 7.c virentis corporis necessitates:Non em̄ quod volo bonū hoc ago,sed quod nolo malū illud facio. Et,miser ego homo,qs me liberabit de corpore mortis hui⁹? Hic aūt rarò inter emortuos cineres scintilla sublucens reuiuiscere nititur, & tamen incendia nō potest suscitare.Quā ob rem Pāmachi, cano iam me-
Prouer. 4.a. cum capite impetra mihi à domino, vt comitē mihi merear habere sapientiā:de qua scriptū est: Ama illam,& seruabit te:honora illam,& amplexabitur te: vt ipsa adiuuante & socia, cœptū in Amos opus explēā:secundusq; liber principium sumat à vaccis Basan: vt qui in Osee propheta de vaccis, siue vitulis,Bethauen pleno sermone tractaui:nunc quoq; de vaccis pinguissimis possim differere.

Commentariorum

G COMMENT. HIERONYMI IN
Amos prophetam,liber ſecundus.
Caput IIII.

a Vdite verbũ hoc vaccæ pingues,quæ &c.) Pro vaccis pinguibus: Lxx. poſuerunt μαμάλεις τῆς βασανίτιδος, Aquila & Theodotio ipſum verbum Hebraicum בָּשָׁן: nos Symmachi interpretationem ſecuti,qui ait, αἱ βόες εὐτροφοι, id eſt, boues ſaginatæ : vaccas pingues interpretati ſumus. Loquitur autẽ ad principes Iſraël & optimates quoſq; decem tribuum, q delicijs ac rapinis vacabant,vt audiant ſermonem dei:& nõ aratores boues, ſed vaccas pingues de armẽ

HEB. Cap. IIII.

a Vdite verbum hoc vaccæ pinguesq; eſtis in monte Samariæ: quæ calũniã facitis egenis,& cõfrigitis pauperes: quę dicitis dñis vr̃is, afferte & bibemus. Iurauit dñs deꝰ in ſancto ſuo: quia ecce dies venient ſup vos, & leuabunt vos in cõtis, & reliquias veſtras ĩ ollis feruẽtibus : & p aperturas exibitis altera contra alterã : & proto ſe eſſe nouerint:ſiue quæ nutriãtur in paſcuis Baſan: quę ſunt loca herbarum fertiliſſima : ac per hoc ſignificat eos, non agriculturę,ſed immolationi & eſui præparatos . Vos vaccę pingues eſtis in monte Samariæ : & humiles quoſq; confringitis:& dicitis dominis veſtris,id eſt,paſtoribus,per quos reges intelligimus:Date nobis & bibemus:id eſt,iubete tantum,& nos cuncta vaſtabimus.Ex eo autem q̃ poſuit, date nobis & bibemus:& non dixit,date & comedemus: ebrietatem earum ſignificat in vino atq; luxuria,quæ ſtatum mentis euertunt : Iurauit itaq; dominus deus in ſancto ſuo, vel in ſemetipſo,vel in filio, vel in templo , vel in omni qui ſanctus eſt & appellatur templum dei, quòd aduentura ſit dies non longè & poſt multa ſecula:ſed iam imminens dies captiuitatis & anguſtiæ:in quo vaccæ leuentur in contis, & reliquiæ earum in ollis feruentibus : pro quo in Hebraico בְּסִירוֹת דּוּגָה , & apud Aquilam ſcriptum eſt , in lebetibus piſciculorum . Pro contis quoque qui Hebraicè dicũntur, צִנּוֹת:Aquila interpretatus eſt,clypeos:Symmachꝰ & Lxx. ὅπλα,id eſt,arma:ſolus Theodotio δόρατα : quem nos ſecuti , contos vel haſtas interpretati ſumus . Hoc autem ſignificat,q̃ capiantur in prælio:& portentur atque auferantur iure victoriæ:ſeruans tamen cœptam vaccarum metaphoram,vt quas eſſe pingues dixerat vaccas,earum carnes narret in contis vel ſcutis eſſe portandas.Et ſicut lebes ſeruentiſſimus minutos piſces pariter inuoluit : ita & vaccas Baſan abſque vllo ordine captiuitatis miſerijs opprimendas.Quodquè ſequitur : Et per aperturas exibitis altera contra alteram:ſic explanari poteſt: Aperta vobis eſt captiuitatis via : & cùm lebetes veſtri fuerint exuſti, exibitis altera contra alteram, ſecundum Hebręorum idioma : qui pro eo quod nos , mutuo vel viciſſim , mulierem & mulierem, hoc eſt, alteram contra alteram vocant . Et proijciemini,inquit,in locis Armeniæ quæ vocantur Armona . Deniq; Symmachus , ita interpretatus eſt : Et proijciemini in Armenia:pro quibus Septuaginta mõtem Remman: Aquila,montem Armona,Theodotio montem Mona:quinta autem æditio,excelſum montem tranſtulerunt . Verbum autem domini quod vaccæ Baſan iubentur audire: ſecundum cœptam tropologiam,hęreticis præcipit: qui ventri & gulæ ſeruientes,rectè appellantur vaccæ pinguiſſimæ,ſiue vaccæ ignominioſæ:hoc enim interpretatur Baſan , id eſt, ἀικύνη, quam ſi confuſionem dicere vòluerimus,Babylonem magis q̃ Baſan interpretabimur . Hæ vaccæ pingues , ſiue ignominioſæ & aridæ,nam Baſan & hoc intelligitur,in mõte Samariæ ſunt:cui & in Oſee dicitur: Auſer vitulum tuũ

I רַמָּה

בָּשָׁן

Oſeę.8. &.14.

SEP. Cap. IIII.

Vdite verbum iſtud vaccæ Baſanitides, quę eſtis in monte Samarię:quę opprimitis pauperes,& cõculcatis egenos:quę dicitis dominis veſtris , date nobis vt bibamus. Iurat dñs per ſanctos ſuos : qm̃ ecce dies veniẽt ſup vos, & tollent vos in armis, & eos q vobiſcũ ſunt in ollis,negociatores peſtilẽtes:& eijciemini nudę cõtra inuicem: & proQuæ calumniam faciunt egenis & confringunt pauperes . Egenum & pauperem intellige eccleſiaſticũ virum : qui veritatis ſimplicitate cõtentus, hæreticorum ſupellectilem , & eloquentiæ fulgorem, argumentorumq; diuitias non requirit . Hę vaccæ dicũt dominis ſuis: Afferte,& bibemus. Dominos earum,vel principes peruerſorũ dogmatum poſſumꝰ appellare : vt Valentinum , & Marcionem, & Arium , & Eunomium: Aut eos q per multiplices libros ab

K שִׁמְרוֹן

L

alijs malè inuenta corroborant. Iſtis dicunt vaccæ Baſanitides:afferte nobis,& bibemus: Niſi enim illi dederint , iſti quod deuorent non habent : imò quod bibant vt inebrientur . Vt autem ſciamus aquas & pocula ſignificare doctrinam,dominus loquitur ad Samaritanam : Omnis qui biberit ex aqua hac , ſitiet iterum : qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei,non ſitiet in æternum . Ergo qui de Samaritanæ,id eſt , hæreticorum aquis biberint , ſemper ſitient : & ardorem faucium ſiccarum refrigerare non poterunt: Eſaia de hac eadem conclamante : Sicut ſomniat qui ſitit quaſi bibat,& cùm ſurrexerit adhuc ſitit,anima autem eius fruſtra ſperauit : ſic erunt omnes gentes quæ pugnant contra Hieruſalem . Verè enim qui de hæreticorum aquis biberit:& pugnauerit contra Hieruſalem eccleſiam dei, in ſomnis bibit,& anima eius vanis imaginibus illuditur.Cũq; æſtimauerit ſe ſatiatum,tunc ſitiendi habebit principium. Vnde & ad virum eccleſiaſticum dicitur:Bibe aquas de vaſis tuis & de puteorum fontibus aquas tuas:& ſint tibi ſoli. Et iurat dominus deus tuus in ſancto ſuo contra vaccas ſaginæ & dapibus ſeruientes:ſiue iurat in ſanctis ſuis , quòd venient dies ſuper eas:dies iudicij atque pœnarum,vt portent eas in armis ſuis , & eos qui cum ipſis ſunt mittant in lebetes,ſiue portent:& vel ipſę vaccæ ſint negociatores peſtilentes : vel ipſi qui veniunt vt portent eas : & eijciantur nudę inuicem ſe videntes : proijciantũrque ſuper montem Remman,dicit dominus deus.Debemus enim & iuxta Lxx. dicere ne fruſtra eos propoſuiſſe videamur . Quando venerit contra hęreticos dies iudicij atq; vindictę : tunc auferentur in armis,hoc eſt cum armis ſuis quibus aduerſus eccleſiam dimicauerant:vel victi armatura dei,& ab illius pugnatoribus ſuperati,mittentur in lebetes,vt exurãtur & excoquantur qui fuerunt prius negociatores peſtilẽtes:ad hoc enim negociabãtur vt morti traderent quos deceperant. Iſti ſunt de quibus dicitur: Filij Heli, filij peſtilentiæ,qui in cathedra peſtilentiæ ſederunt. Cũq; excocti fuerint & exuſti, egredientur nudi,nihil eorũ habentes quæ ſibi antea præſumebant:Et videbunt ignominiã ſuam, & proijcientur ſuper montem Rẽman,qui interpretatur ſublimitas , vt in ſuperbia ſua conterant.Quidã Remman viſionẽ alicuius, id eſt. ὅρασιν τινός,interpretantur . Non em̃ omnia videre poterant:ſed ſibi partis alicuiꝰ ſcientiã promittebãt,vt proijciãtur eo quòd ſe ſcire credebant.Poſſumus iuxta literã, quãdo venerint dies captiuitatis ſuper vaccas Samariæ, intelligere quòd ſuperent eas in prælio,& opprimant armis ſuis: & in cõgreſſione ſuperatas,cõpellant ad vrbes munitas,quę

comparentur

A comparentur ollis feruentibus: vt quomodo Hierusalē, habens clausos populos & obsessos, assimilatur ollæ feruenti & plenæ carnium: sic & vrbes Samariæ ollis feruentibus cō parentur, quæ fame & pestilentia clausos populos exire cō pellant: & ire in captiuitatem mutuo se videntes, & transferri in Armon mōtes Armeniæ: qui Medis Persisq; confines sunt.

HEB. & proijciemini in a Armon, dicit dñs. Venite ad Bethel: & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationē: & afferte mane victimas vras, tribus diebus decimas vestras. Et sacrificate de fermento laudē: & vocate volūtarias oblationes, & annunciate. Sic em voluistis filij Israël, dicit dñs deus. Vnde & ego dedi vobis stuporem dentiū in cunctis vrbibus vestris: & indigētiam panū in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit dominꝰ.

SEP. & proijciemini super montem Remmam, dicit dominus. Introistis in Bethel, & iniquè egistis: in Galgala multiplicastis impiè agere: & intulistis mane hostias vestras, in die tertio decimas vestras. Et legerunt foris legem & inuocauerunt confessiones. Annunciate quia hæc dilexerunt filij Israël, dicit dominus deus. Et ego dabo vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris: & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit dominus. Et ego repressi à vobis pluuiam ante tres menses vindemiæ: & pluam super ciuitatem vnam, & super ciuitatem vnam non pluam.

Pars vna

a ¶Venite ad Bethel &c.) Primū historiæ fundamenta iaciamus, O Israël miserabilis, iam tibi vicina captiuitas, iam Assyrius instat exercitꝰ: fac quod libet, age impiè, cū idolis liberè fornicare: vt quanto tu fueris impudentior, tanto mea super tormentis tuis iustior videatur sententia. Venite, inquit, in Bethel, in qua aureum posuistis vitulū: & impiè agite i deū. Venite

B ad Galgalā locū idolo latriæ, de qua p Osee

Oseę.9.d. locutꝰ sum: Omnis malicia eorū in Galgalis. Et rursum in eodem:

Ibi.12.c. Frustra erant in Galgala bobus immolantes. Cūq; veneritis ad Galgalā: multiplicate præuaricationē: Quicquid em ibi egeritis: præuaricatio cōtra deū, est cui idola prætulistis. Et afferte mane victimas vestras: ne in scelere sit vna dilatio. Tribꝰ diebꝰ decimas vestras: siue vt interpretatꝰ est Symmachus, tertia die decimas vestras. Cuiꝰ loci hęc nobis videt explanatio: In Leuitico le-

Leui.7.b. ge præceptū est: ne quædā hostiæ in alterū diem reseruent: & ne aliæ in diē tertiū maneāt: quòd si remāserint, immūdę

C sint. Est igit sensus: Immundas quotidie victimas cædite: & cōtaminata offerte sacrificia: & sacrificate de fermēto laudē: qđ iuxta præcepta Moysi deo penitus nō offert. Pro laude εὐχαριστίαν, id est, gratiarū actionē interpretatꝰ est Aquila: quæ Hebraicè dicitur תּוֹדָה. Et vocate, inquit, voluntarias oblationes, quas Hebræi appellant נְדָבוֹת, id est, spontaneas. Vltroneum aūt sacrificiū ad læticiam pertinet: quod Latinè epulum possumus appellare. Cūq; hoc feceritis, impietatem vestrā omnibus nunciate: vt non solum feciſſe, sed & alios docuisse videamini. Hęc aūt præcipio, & imperatiuo modo loquor, vt vestræ satisfaciā voluntati: quia sic egistis & sic voluistis filij Israël, dicit dñs deus. Quapropter & ego dedi vobis stuporē dentium: vt Lxx. transtulerunt: quos in hoc loco propter simplicitatem verbi secuti sumꝰ: siue mundiciam dentiū, vt interpretati sunt Aquila & Symmachus: vt per mundos dentes famis magnitudinem demōstrarent. Et feci indigentiam panū: non in vna vrbe, sed in omnibus vrbibus vestris: nec in vno loco, sed in omnibus locis vestris. Cumq; hoc fecerim, non puniēs: sed occasionem tribuens pœnitentiæ, nec sic quidē estis reuersi ad me, dicit dñs. Hæc iuxta Hebraicū diximus: Transeamus ad Lxx. interpretes: & quid nobis iuxta Anagogen videatur in singulis, breuiter disseramus: neq; em si in vtraq; æditione vtrūq; dicere voluerimus, librorū patitur magnitudo. Ingressi estis in Bethel: id est, in domū dei, quod sentitur ecclesia: & impiè egistis in dñm, illius præcepta calcantes. In Galgala aūt qđ interpretatur, reuelatio siue volutabrū, impietates multiplicastis, sanctarū vobis scripturarū scientiam vendicantes: & dum erigimini in superbiam, estis in cœni vltima deuoluti. Intulistis quoq; mane hostias vestras, die tertia decimas vestras, transfigurati in angelum lucis: & triplicem intelligentiam scripturarū, de qua nobis præceptū est: vt describamꝰ eam tripliciter in cordibus nostris, in vnius diei sententiam coartātes. Debemus em scripturam sanctā, primùm secundum literam intelligere, facientes in ethica quæcunq; præcepta sunt. Secūdò iuxta allegoriam, id est, intelligentiā spiritualem. Tertiò secundum futurorū beatitudinē. Vos aūt primā, inquit, & secundā contemnētes diē: spiritualia vobis quædam figmenta cōponitis sine fundamento: & parietibꝰ tectum desuper imponētes. Nec hoc sunt hæretici, de quibus & ad quos dicitur, impietatis fine contenti: sed legerunt foris legem dei de ecclesia recedētes: & singulis dogmatibꝰ suis, quæ peruerso corde simularunt, confessiones & testimonia sociare conati sunt: siue sacrificauerunt de fermēto: super quo in euangelio dicitur: Cauete vobis à fermento, id est, doctrina pharisæorum. Et hæc fecerunt nō errore, sed studio: nō fortuita volūtate, sed malorū charitate plenissima. Vnde vltionē sup his cōminatur dñs: dabo, inquiēs, vobis stuporē dentiū, qui Grecè γομφιασμὸς dicit. Si quis em secundū Ezechiel, vuā acerbā comederit, Eze.18.a. stupebūt dentes eius: vt nō bene scripturarū sanctarū testimonijs abutētes, comedētesq; ea immatura & absq; sua dulcedine, perdāt robur dentiū: ne possint dura cōmolere, & in aluū toto corpori profutura trāsmittere. Hūc stuporē dentiū ciborūq; penuriā, dabo & in cūctis vrbibꝰ atq; in omnibꝰ F locis vestris, vt patiamini famē sermonis dei: & eiꝰ panis qui Ioan. 6.e. de cœlo descēdit: & de quo in psalmis scriptum est: Panē Psal.77.c angelorū māducauit homo. Quæ vniuersa feci, non ob crudelitatē & sæuitiam, vt hæretici calumniantur truculenti & tristis iudicij: sed vt cōuerteremini ad me: iuxta illud quod scriptum est: Frustra percussi filios vestros: disciplinam nō Hiere. 2.f recepistis. b ¶Ego quoq; prohibui à vobis imbrem: &c.) Non solū stuporē dedi dentium in cunctis vrbibus vestris: & indigentiam panum in omnibus locis vestris: sed prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc supereſſent tres menses vsq; ad messem: quę appellatur pluuia serotina: & agris Palæstinæ aruisq; sitiētibus vel maximè necessaria est: vt quādo herba turgeret in messem & triticum parturiret, nimia siccitate arescerent. Significat autem vernum tempus extremi mensis aprilis, à quo vsq; ad messem frumenti tres menses supersunt: Maius, Iunius, Iulius. Pro קָצִיר, id est, messe: Lxx. suo more τρύγητον, id est, vindemiā trāstulerūt: quod Iudæę pro si recipimꝰ, omnino iuxta Oriētis oēs regiones & insolitū & uincię plu & impossibile est. Nūq; em in fine mēsis Iunij, siue in mense uiæ. Iulio, in his prouincijs maximéq; in Iudæa pluuias vidimus. Deniq; in Regū libris pro signo magno atq; portēto diebus 1.Reg. 12. æstatis & messis orante Samuele pluuię cōcitatę sunt. Et su- c. perfluū erat nunc cōminari mensis Iulij siccitatē: in quo nūquam pluuias dederat. Prohibuit autem imbrem, vt non solum indigentiam panum: sed & sitis ardorem & bibendi penuriam sustinerent: In his enim locis in quibus nūc degimꝰ, Siccitas fō præter paruos fontes, omnes cisternarū aquę sunt: & si imtiū Iudęæ. bres diuina ira suspēderit, maiꝰ sitis q̄ famis periculum est:

quod &

G quod & in diebus Heliæ prophetę tribus annis & ſex menſibus factum,ſcriptura cõmemorat.Et ne forſitan putarent 3.Reg. 17.a. hoc lege naturæ, & aſtrorũ curſu,ac varietate temporum vrbibus & populis accidiſſe:ſuper vnã vrbem & agros eius pluere ſe dicit,& ab altera imbrem ſuſpendere : vt duæ & tres ciuitates pergant ad aliã ciuitatem, & tamen nõ ſatientur aquarum potib⁹. Cũq; hæc fecerit,nõ in pœnam,ſed in medicinã: increpat in ſcelere pmanentes : & nec ſic quidẽ ad me rediſtis, dicit dominus. Prohibet quoq; ſiue reprimit ab hæreticis dñs pluuias ſpirituales,& omnẽ rorem diuinæ ſapientiæ: & mandat nubibus ſuis ne pluãt ſup eos imbrem ante tres menſes meſſis,ſiue vindemię:vt ad fru H ctus myſterij trinitatis peruenire nõ poſſint. Et quomodo ſol iſte quẽ cernimus annuum curſum donec ad priſtinã metã redeat duodecim explet menſibus, qui ſin guli tricenis voluunt dieb⁹:& luna quę Hebraicè יָרֵחַ Græcè μήνη dicitur, iuxta vtrãq; linguam ex ſuo nomine menſibus nomen dedit:& ſolis illuſtrat radijs ab ea parte qua ei vicina eſt, vel plus vel minus pro varietate tẽporum lumen accipiens:Sic & eccleſia veri ſolis ſplendore decorata,duodecim implet apoſtolorum numerũ. Vnde & duodecim in Iſraël appellant tribus:& in teſtimonium æternæ memoriæ de Iordanis alueo Ioſuę.4.a duodecim lapides auferunt vt ponant in loco ſecũdæ circũciſionis.Pluit aũt dñs ſup vnã ciuitatẽ veræ cõfeſſionis eccleſiã:& ſup alterã non pluit:quę in hęreticorũ cõciliabulis eſt.Cũq; illa imbrẽ recipiat ſempiternũ : iſta iugi ariditate ſiccat:vt qui ſitiunt coacti penuria veniũt ad dñi ciuitatẽ: de qua egredit fons largiſſimus:q̃ irrigat torrentẽ ſpinarũ. Hiere.2.c Iſte aũt eſt fons qui dicit per Hieremiã: Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuę, & foderũt ſibi lacus contritos q̃ aquas cõ I tinere nõ poſſunt. Hic fons de vno fonte procedens,triplici vnione decurrit:quos fontes patris & filij & ſpirit⁹ ſancti in Pſal.41.a. cerui ſitientis modũ pſalmiſta ſuſpirat,dicẽs: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te de⁹.Cũmq; duæ & tres ciuitates ad vnã perrexerit ciuitatẽ, in qua aquæ ſunt abundantes,ſpei,fidei,charitatis, nõ ſatiabuntur:quia ad diuinã gratiã requirendã,non voluntate ſed neceſſitate venerunt.

HEB. Pars vna compluta eſt : & pars vna,ſup quã non plui,aruit.Et venerũt duę & tres ciuitates ad ciuitatem vnam vt biberẽt aquam, & non ſunt ſatiatæ:& nõ rediſtis ad me, dicit dominus. a Percuſſi vos in vento vrente,& in aurugine.Multitudinem hortorum veſtrorũ, & vinearũ veſtrarum : oliueta veſtra & ficeta veſtra comedit eruca:& non rediſtis ad me, dicit domin⁹. b Miſi in vos mortem in via Aegypti: percuſſi in gladio iuuenes veſtros vſq; ad captiuitatẽ equorum veſtrorum.Et aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras : & non rediſtis ad me,dicit domin⁹. Subuerti

a ¶ Percuſſi vos &c.) Non ſolum priora feci,vt vos corrigerẽ:ſed quicquid ſuperfuit,ſiccitate,vento vrente,percuſſi & aurugine.Pro שְׁרָפוֹן,id eſt, vẽto vrente, ἀνεμοφθορίαν Aquila & Symmachus & Theodotio interpretati ſunt:Lxx.πύρωσιν,quam nos cõbuſtionem poſſumus dicere.יֶרְקוֹן ,id eſt auriginẽ,omnes ὑϊκτερον ſimiliter tranſtulerunt:abſq; Theodotione qui ſolus ὠχρίασιν, quæ pallorem ſignificat,interpretatus eſt . Cũq; aduerſum irã dñi multiplicarent hortos & vineas & ficeta & oliueta, Ioel.1.a. omnia eruca conſumpſit : de qua in Ioël plenius dicitur.Et ne plagis quidẽ ac malorũ pondere ad deũ venire voluerũt. Quo dicto confundantur hæretici:qui diſciplinã creatoris & vt ita dicã medicinã,crudelitatem interpretantur . Percutit autẽ ſpiritualiter hæreticos dñs exuſtione ea de qua 1.Corin. 7.b. Paulus apoſtolus : Melius eſt,inquit, nubere q̃ vri.Et princeps apoſtolorum: Chariſſimi nolite peregrinari in ardore qui ad tẽtationẽ vobis accidit: & aurugine quę felle diffuſo ruborẽ ſanguinis in pallorem cõmutat:& nihil in corpore ſani eſſe permittit:intantũ vt etiã mella dulciſſima amara videantur.Et qui dudũ audiebant in eccleſia: guſtate & videte qm̃ ſuauis ẽ dñs:ipſiq; dicebãt:q̃ dulcia gutturi meo 1.Pe.4.c. K Pſal.118.n

SEP. Pars vna irrigabitur:& pars ſuper quam nõ pluero,areſiet. Et congregabuntur duæ & tres ciuitates in ciuitatem vnam, vt bibant aquam, & non ſatiabuntur : & non eſtis reuerſi ad me, dicit dominus. Percuſſi vos in ardore & in aurugine. Multiplicaſtis hortos veſtros: vineas veſtras, & ficus veſtras,& oliueta veſtra comedit eruca: & ne ſic quidem conuerſi eſtis ad me, dicit dominus. Emiſi in vos mortem in via Aegypti,& occidi in gladio iuuenes veſtros cum captiuitate equorum veſtrorũ. Et eduxi in igne caſtra veſtra in ira mea:& ne ſic qdẽ reuerſi eſtis ad me,dicit dñs. Subuerti

eloquia tua ſuper melori meo,vocentur παρατιθέμενοι: & aquæ eorũ & pluuię nõ ſtillent dulcedinẽ:nec ſint de repromiſſionis terra quã legimus lacte & melle manantẽ: ſed appellentur מָרָה, id eſt,amaritudo. Iſti multiplicauerunt ſibi hortos,in quos ne ſua vinea mutaretur, Naboth occũbere voluit. 3.Reg.21. Qui em̃ infirmus eſt, olera manducet. Et qa ſemper hæretici tumẽtes ſuperbia & incidẽtes in iudiciũ diaboli magna ſibi promittũt, & bonorũ fingũt imagines: vt melli venena cõmiſceant: etiã vineas & oliueta & ficeta habere ſe iactant : ſed vinea eorum vinea Sodomorum eſt: oliueta eorum nõ ſunt de bonis oliuis,ſed oleaſtris:quos Apoſtolus radicibus bonarum oliuarũ præcipit inſerẽdos.Ficeta quoq; talia habent, quæ calathũ peſſimarũ impleant ficorũ: quos Hieremias præamaritudine comedi non poſſe teſtat. Ad quæ cũ dñs venerit,æterna eis ariditate maledicit:vt nunq̃ fructũ afferãt,ne virore foliorũ decipiant tranſeuntes.Et vt intelligam⁹ hortos hæreticorũ & vineas & oliueta & ficeta ad malã partẽ referti:ſingulis ſermonibus addidit,veſtra:vt nõ dei ſed hæreticorũ ea eſſe monſtraret:hortos veſtros : vineas veſtras: oliueta veſtra:& ficeta veſtra : quæ omnia eruca populata eſt,extremũ pœnarũ omniũ:quę nõ auolat vt locuſta:& huc vſq; diſcurrẽs ſemeſa dimittit: ſed pmanet perituris frugibus,& tardo lapſu pigriſq; morſib⁹ vniuerſa cõſumit.Cũq; hæc paſſi ſint:nec ſic quidem ad dñm redire voluerunt. Rom. L Rom.11.c. Hiere. 29.d. Marc. 11.b.c.

b ¶Miſi in vos &c.)Per oĩa flagella & tormẽta erudiit Iſrãël:vnde & eo tpe quo ab Aegyptijs auxilia poſtulabãt, mittit in eos mors:& percutiunt in gladio iuuenes eorum: & equos quos ſibi cõtra dei pręceptũ multiplicauerãt, captiuitas ſæua cõcludit: vt putredo caſtrorũ & fœtor moriẽtis exercit⁹, viuẽtiũ nares impleat.Cũq; & hęc fecerit,vt corriperet delinquẽtes & emẽdaret errãtes,nec ſic qdẽ redierũt ad eũ,dicit dñs.Q ui nõ ſolũ illo tẽpore,ſed quotidie mittit mortẽ in via Aegypti:vt q̃ Aegyptiã triuerit ſemitã,audiat moriẽs docentẽ Apoſtolũ:Q d̃ em̃ mortu⁹ ſum,mortu⁹ ſum pctõ:quod aũt viuo,viuo deo.Et in alio loco:Si mortui ſum⁹ cũ Chriſto:ſimul & iã viuem⁹ cũ eo.Et iterũ: Semp mortificationẽ Ieſu in corpore meo porto.Et rurſum:Viuo aũt nõ ego:ſed viuit in me Chriſt⁹. Hac morte viuificare nos vult dñs:vt moriẽtes pctõ,viuamus deo. Morimur autẽ pctõ,qñ mortificam⁹ mẽbra noſtra ſup terrã:fornicationẽ, immũdiciã,luxuriã,idololatriã & reliqua.Legim⁹ in Eſaia duntaxat iuxta Lxx.interpretes : alioquin in Hebraico aliter cõtinet: Miſi mortẽ in Iacob:& venit ſup Iſraël.Iacob,vocabulũ eſt naſcẽtis corporis:Iſraël,nomẽ benedictiõis . Quia em̃ tota nocte luctauit & vicit in certamĩe:& oriẽte lucifero dicere potuit cũ Apl̃o:Nox pręceſſit, dies appropinquauit , propterea Iſrl̃ vidẽtis deũ ſortit⁹ eſt nomẽ.Mittit ergo primũ mors in Iacob:vt mortificem⁹ mẽbra noſtra ſup terrã:& p mortificationem Gal.2.d. Rom. 6.b 2.Corin. 4.c. Gad.2.d. Eſa.9.b. Gene. 32.f.g. Rom.13.b

A mortificationem membrorũ corporaliũ,veniamns ad mortem Iſraëlis:vt omnia perturbationũ in nobis incẽtiua moriantur . Percutit deus quicquid robuſtum in malis eſt:& peruerſa erigitur iuuenta,ne ad ſenectutem vſq; perueniat: equosq; tradit captiuitati:ne per præcipitia labantur infremi : & aſcendere facit putredinẽ caſtrorum in nares eorum,vt ſua peccata cognoſcant, & putere ſentiant:di-
Pſal.37.a cantq; cum Dauid:Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meę. Cumq; hæc ſanãtis voto fecerit, nec ſic qdẽ reuerſi ſunt ad eũ, dicit dñs. a ¶Subuerti vos &c.) Extrema medicina eſt , & decẽ tribuum,& hæreticorum,& omniũ peccatorum:vt poſtq̃ mortem miſerit in via Ae-
B gypti , & percuſſerit iuuenes eorũ gladio,equosq; cõſumpſerit: & aſcendere fecerit putredinem caſtrorũ in nares eorũ : & nec ſic quidem ad eum reuerſi fuerint : ſubuertat eos ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorrã:& cũm ſubuerſi fuerint , ob ſimilitudinem criminum Sodomæ & Gomorræ , peſſimaq; in eis ædificia diuinus ignis exuſſerit, ipſi liberentur quaſi torris
Gene.19.e raptus de incẽdio.Et quomodo Lot Sodoma pereunte ſeruatus eſt,amittens ſubſtantiã & partem corporis ſui,quam intelligimns vxorẽ:ſic omnes iſti Sodomorũ diuitias amittentes euadant nudi:Iuxta illud quod in Apoſtolo legimus:
1.Corin. Si cuius opus manſerit quod ſuperædificauit , mercedẽ ac-
3.c. cipiet:ſi cui⁹ aũt opus arſerit,detrimentũ patietur:ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem . Qui ergo ſaluatur per ignem , quaſi torris de incendio rapitur . Et ad iſtiuſmodi homines quos in euangelio ſaluator arguẽs loquebatur:Si filij eſſetis Abraham , opera Abraham faceretis:Ioannes baptiſta dicit:Progenies viperarum quis demõ-
C ſtrabit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ:& ne velitis dicere intra vos:patrem habemus Abrahã: Dico eñ vobis, qũo poteſt deus de lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrahã?Igit̃ & Iſraël & cuncti hæretici,qa habebant opera Sodomæ & Gomorrę,ſubuertuntur vt Sodoma & Gomorra:vt quaſi torris raptus de incendio
Eze.16.g. liberent̃.Et hoc eſt quod in propheta legim⁹:Reſtituet̃ Sodoma in antiquũ : vt q ſuo vitio Sodomites eſt:poſtq̃ in eo Sodomę opera arſerint:in antiquum reſtituatur ſtatum.

b ¶ Quapropter hæc faciã tibi Iſraël &c.)Pro eo qđ nos interpretati ſum⁹,poſtquã:& in Hebraico ſcriptũ eſt עֵקֶב & Aquila interpretatus eſt ὕστερον,id eſt,poſtea:& Theodotio ἐσχάτως,i.nouiſſimè:& Septuagĩta πλήν.i.verũtamẽ : in Hebraico ſic legi poteſt: Quapropter hæc faciã tibi Iſraël poſtea:id eſt,multo poſt tẽpore & in nouiſſimis ſeculis : vt rurſus ab alio principio verſus incipiat:Cũq; hoc factur⁹ ſim tibi:præparare in occurſum dei tui Iſraël. Rurſumq; in eo loco vbi Septuaginta trãſtulerũt,præparare vt inuoces deũ tuũ:& nos iuxta Theodotionẽ poſuim⁹,præparare in occurſum dei tui:Symmach⁹ & quinta æditio tranſtulerũt prępara re vt aduerſęris deo tuo: quod Hebraicè dicitur , הָכֵן לִקְרַאת אֱלֹהֶיךָ Pro mõtib⁹ quoq; q Hebraicè dicũt, הָרִים ſoli Lxx.βρονταὶμ,id eſt tonitruũ verterunt.Cur aũt illi ſpiritũ,& nos dixerimus ventum , qui Hebraicè vocatur רוּחַ, cauſa manifeſta eſt,quia hoc verbo & ventus & ſpiritus appellatur. Quodq; ſequitur , annuncians homini eloquium ſuum : cunctis ita vt nos vertimus interpretantibus : ſoli Lxx. tranſtulerunt ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν χριστὸν αὐτοῦ,id eſt,annuncians in homines Chriſtum ſuum : verbi ſimilitudine & ambiguitate decepti.Si enim legamus Chriſtum ſuum,quod Hebraicè dicitur מְשִׁיחוֹ ſcribitur per has literas מ ש י ח ו,quod Lxx.putauerunt. Sin autẽ מַה שִּׂיחוֹ vt in Hebræo eſt : iuxta Aquilã τὴν ὁμιλίαν αὐτοῦ , iuxta Symmachum τὸ φώνημα αὐτοῦ:iuxta Theodotionẽ, τὸν λόγον αὐτοῦ, iuxta quintã æditionẽ τὴν ἀδολεσχίαν αὐτοῦ , quæ omnia interpretãtur, quòd ſit eloquiũ eius, his literis ſcribit̃ מ ה, quod dicitur מַה , hoc eſt,quod vel quid. Deinde ש י ח, quod legimus שִׂיחַ , id eſt eloquium . O autẽ,quod ſcribitur per ſolam literam ,αὐτοῦ , id eſt, eius ſignificat, ſimulq; commixtum legitur מַה שִּׂיחוֹ à ſuperiori verbo ה ſecundam literam plus habẽs. De varietate interpretationis dixim⁹,quę moleſta erit negligentibus , ſtudioſis grata : nunc ad ſenſum eorũ quę ſcripta ſunt tranſeamus. Dedi ſtuporem dentibus veſtris:& non rediſtis ad me,dicit dñs.Prohibui à vobis imbrem:& plui ſuper ciuitatem vnã,& ſuper alterã non plui: & venerunt duę & tres ciuitates ad vnam vt biberẽt aquas, & non ſunt ſatiatę:& nec ſic rediſtis ad me,dicit dominus. Percuſſi vos in vento vrente : & aurigine hortos veſtros & vineas & oliueta atq; ficeta:& non rediſtis ad me,dicit dominus. Miſi in vos mortem in via Aegypti , & percuſſi in gladio iuuenes veſtros:& aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras:& non rediſtis ad me,dicit dñs.Subuerti vos ſicut ſubuertit dominus Sodomam & Gomorram,& facti eſtis quaſi torris raptus de incendio:& non rediſtis ad me,dicit domin⁹. Idcirco hęc faciã tibi ô Iſraël: vt qui præterita cõtempſiſti,ſaltem ad ea quę illaturus ſum corrigaris.Cumq; dixerit,hæc faciam tibi:quid facturus ſit tacet:vt dum ad ſingula pœnarũ genera Iſraël pẽdet incertus:quę ideo terribiliora ſunt,quia omnia ſuſpicantur,agat pœnitentiam:ne deus inferat quę minatur.Poſtq̃ autem fecero tibi quæ me facturum eſſe conteſtor:præparare ad inuocandum dominum deum tuum.Omnis enim qui inuocauerit nomen domini,ſaluus erit,Siue prępparare in occurſum dei tui:vt venientem ad te dominum , tota auiditate ſuſcipias.Iſte eſt qui firmat tonitruum,ſiue montes confirmat: ad cuius vocem cœlorũ cardines & terrę fundamenta quatiuntur.Iſte qui creat ſpiritum,quem in hoc loco non ſpiritum ſanctum,vt hæretici ſuſpicantur: ſed ventum intelligimus,ſiue ſpiritum hominis: quia nemo ſcit quæ ſunt in homine,niſi ſpiritus qui eſt in eo : & ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus ineffabilibus. Vel certè ſpiritũ animã debemus accipere:ſecundum illud qđ ſcriptũ eſt: Auferes ſpiritum eorum & deficient:& in puluerem ſuum reuertẽtur.Et:Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum : & hoc dicens expirauit.Cumq; creauerit ſpiritum, annunciat hominibus eloquium ſuum: ſiue annunciat homini eloquiũ eius,qui cogitationũ ſecreta cognoſcit : & quid latens animus tacito ſermone tractet intelligit : iuxta illud quod in Hieremia ſecundum Hebraicum legimus : Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile:quis cognoſcet illud ? Ego dominus ſcrutans cor,& probans renes . Quod & in centeſimo triceſimo octauo pſalmo ſcriptura teſtatur:Imperfectum meũ viderunt oculi tui:Et eſt ſenſus:Anteq̃ conderer : priuſquã deformarer in membra :dum adhuc in ſemine continerer, viderunt me oculi tui . Et Hieremias audit à domino : Priuſquam te formarem in vtero,noui te : & antequam exires de vulua,ſanctificaui te:& prophetam in gentibus poſui te.

Et euan-

SEP. Subuerti vos ſicut ſubuertit deus Sodomã & Gomorram : & facti eſtis ſicut torris erut⁹ de igne : & ne ſic qdẽ conuerſi eſtis ad me,dicit dñs. Propterea ſic faciã tibi Iſraël:verũ tamen qa ſic faciã tibi,prę parare vt inuoces deũ tuũ Iſraël.Quia ecce firmans tonitruũ,& creans ſpiritũ, & annuncians in homines Chriſtũ ſuum:faciens mane,& nebulã : & aſcendens ſup excelſa terræ:dñs deus omnipotens nomen eius.

a HEB. Subuẽrti vos ſicut ſubuertit deus Sodomam & Gomorrã : & facti eſtis ſicut torris raptus de incẽdio : & nõ rediſtis ad me,
b dicit dñs . Quapropter hęc faciã tibi Iſraël:poſtq̃ autẽ hæc fecero tibi , prępparare ĩ occurſum dei tui Iſraël : quia ecce formans montes,& creans ventũ,& annuncians homini eloquiũ ſuũ, faciẽs matutinã nebulã, & gradiẽs ſup excelſa terræ: dominus deus exercituum nomen eius.

Audite

Luc.11.c. Et euangelista:videns,ait,dominus cogitationes eorum. Sin
G autē legerimus,annūcians homini eloquium suū : iuxta su-
Suprà.3.b. perius dictum accipiendū,in quo ait : Non faciet dominus deus verbum,nisi reuelauerit secretum suū seruis suis prophetis.Qui autem annunciat cogitationes hominis,& eloquium eius, siue suū : ipse est qui facit auoram & diluculū:& cōplet nubibus omnia, & graditur super excelsa terrarum: cuius nomen est dominꝰ deꝰ omnipotens. Pro quo in Lxx. legitur : Annuncians in homines Christum suum : sub qua occasione hæretici spiritum sanctum creatum volunt ordine sequente:creās spiritum,& annucians in homines Christū suū : vt ille creatus sit,hic annuncieť in populis. Quibus respondebimus iuxta sensum eorum,& vulgatam ædition̄em : Qui creator est omniū,& firmat tonitruum,siue fingit montes:consequēter educit ventos de thesauris suis:& quasi vniuersitatis conditor, filium suum Christum hominibus repromittit. Postq̄ autem Christus fuerit nunciatus,tunc nobis veritatis lumen
1.Cor.13.c aperitur:non ad perfectum:quia nunc ex parte videmus & ex parte cognoscimus, & per speculum & imaginē ea quæ ventura sunt contēplamur. Vnde sequitur: faciens mane & nebulam:& ascendens super excelsa terræ . Excelsus enim in excelsis est dominus:& non habitat in humilibus qui excelsus est:sed creator montiū ascendit in montes in his qui municipatum habent in cœlestibus:& in carne ambulantes non viuunt secundū carnē,sed secundum spiritum . Quòd si iuxta Symmachum & Aquilam legerimus: hæc facia tibi Israël : & cùm hæc fecero tibi , præpara te aduersari deo tuo : sic intelligendum est : Feci vt te corrigerem , quæ præteritus sermo descripsit:& quia noluisti reuerti ad me, faciam tibi quæ meo continentur arcano .Occidisti seruos, quos ad te miseram:mittam nouissimè filium meū: tu autē iuxta consuetudinē tuam,qua semper voluntati domini restitisti : præpara te vt contradicas & aduersēris deo tuo:
Luc.2.e. iuxta illud quod scriptum est:Ecce hic positus est in ruinā & in resurrectionē multorum : & in signū cui contradicet.
I Et hoc dicit,non quò præcipiat quid facere debeat:sed antè prædicit quid sponte facturus sit:quasi increpans & arguens:vt saltem correptus non faciat quod prædictum est.

HEB. Cap. V.

Vditè verbū istud, quòd ego leuo sup vos planctum.Domus Israël cecidit:nō adijciet vt resurgat . Virgo Israël proiecta est in terrā suā: nō est q̄ suscitet eam.
b Quiā hæc dicit dominus deus : Vrbs de qua egrediebātur mille , relinquentur in ea centū:& de qua egrediebantur centum,relinquentur in ea decem in domo Israël.

SEP. Cap. V.

Vdite verbū istud, quòd ego assumam sup vos plāctū. Dominꝰ Israël cecidit: non adijciet āpliꝰ vt resurgat. Virgo Israël pjecta est sup terrā suā: nō est q̄ suscitet eā.
Quia

Caput V.

Vdite verbum istud,quòd ego leuo super vos plāctum.Domus &c.) Quantum ad ordinem literæ pertinet & cœptam historiæ veritatē : decem tribus,quæ appellantur Israël,ductæ in captiuitatem, nequaq̄ in terram suā postea sunt reuersæ . Virgo autem appellatur populus Israël:non quia in virginitatis permanserit puritate:sed quia quondam instar virginis sit domino copulatus.Vnde & planctum super eum propheta iubetur assumere:quòd nequaq̄ in antiquum restituatur gradū.Quantum verò ad intelligentiam spiritualem : planctum super omnem Israël qui deū mente cernebat & postea ei seruire desiuit,assumit propheta : secundum illud quod Ezechieli
Ezec.2.d præcipitur:vt deuoret librū in quo & intus & foris scriptū
Cantj.1.a. erat,lamentatio,& carmen,& væ.Intus intellige Salomonis canticum sequens,qui ait : Introduxit me rex in cubiculum suum.Et quadragesimum quartū psalmum in quo scriptū est:Omnis gloria filiæ regis intrinsecus. Foris aūt est quicquid in litera legitur : & videtur in cortice , & in medulla spiritus non tenetur.Itaq; & iuxta literam,& iuxta tropologiam, in omnibus prophetarum libris scriptus est planctus super eos qui post peccata agunt pœnitentiā: Carmen super illos qui nulla peccatorum sorde maculati,cantico & laude sunt digni:Væ super eos qui non agunt pœnitentiā: K
sed iuxta duritiam cordis sui thesaurizant sibi iram in die iræ.Si autem, vt diximus,planctus est super eos qui agunt pœnitentiam:& pœnitētia reddit vulneris sanitatem: quomodo iuxta Lxx.dicitur,domus Israël cecidit,amplius non resurget. Virgo Israël errauit in terra sua:nō est qui suscitet eam ? Q̄d sic solui potest: Postq̄ dominꝰ Israël sua volūtate corruerit,nequaq̄ pristinam recipiet dignitatem,postq̄ virgo Israël errauerit in terra sua,vltrà inuenire nō poterit suscitātem.Et considera verborum proprietates . Qui domus est,& numeratur in turba , cadere dicitur.Qui autē de numero virginū,si errauerit , ob leue quoq; peccatum non poterit suscitari : non quòd non suscitetur,sed nequaq̄ suscitetur virgo Israël:& nequaq̄ resurgat domus Israël . Non est enim eadem gloria eius qui
L semper secutus est dominum,& eius qui aberrauerit à grege:& postea boni pastoris reportatus est humeris.Vnde & Lucę.15.a
per ālium prophetam dominus ait: Malo pœnitētiam pec- Ezec.18.g
catoris,quàm mortē.Pœnitentiā non cōparat sanctitati purissimæ & ecclesiæ Christi,quæ nō habet rugā neq; maculā: sed q̄ morti & inferis cōparata sit melior.Hæc dicimus, nō quòd iuxta Nouatū tollamꝰ spē pœnitētię, sed quò timidiores faciamus eos,& idcirco sollicitos,qui aperta ianua pœnitētiæ,dum sperant futura,perdunt p̄sentia:& qui absq; vulnere poterant permanere , incauti vulnus accipiunt , vt
Ioā.14.a. postea dolore crucientur. Multę mansiones sunt apud pa-
1.Corin. trem meū:& stella à stella differt in claritate: ita & resur-
15.c. rectio mortuorum : sanctis splendentibus sicut sol & luna, vesper & lucifer . Qui autem post peccatum egerint pœnitentiam,pro diuersitate meritorū stellis albis † æquabūtur. b ¶Quia hæc dicit dominus deus:Vrbs de qua egrediebantur mille , relinquentur &c.) Causas quibus domus Israël corruens nō resurgat:& virgo Israël errans,vel proiecta in terrā,nō habeat suscitantem:reddit sermo diuinus: Vrbs,inquiēs,de qua egrediebant mille,relinquent in ea cētū: & de qua egrediebantur centū, relinquentur in ea decē in domo Israël:vt vbi quondā fuerat multitudo, propter ni
M miā vastitatē vix decima remaneat pars. Et ne omnino hærentes literæ,sacramenta numerorum relinquamus intacta: Septenarium numerum esse sanctum,etiam sabbatum probat:in quo requieuit deus ab omnibus operibus suis.Et iu- Gene.2.a.
bet ne quid in eo operis seruilis fiat,nisi ea tantum quæ ad animā pertinent:& ne in eo onera portemus.Vnde & in solitudine qui die sabbati ligna collegerat,quæ arsura sunt, Num.15.d
sententia domini condemnatur.Et septem hebdomades cōplent numerum sanctę pētecostes:& iubileus annus remissionis tubarumq; clangentiū hoc numero texitur.In septimo quoq; mense figuntur tabernacula : & Hebræus,cū sex annis seruierit,anno septimo liberabitur . Nouit & hoc secularis philosophia,& medicorum libri : quorum Galenus Galenus.
disertissimus atq; doctissimus, scripsit ternos libros περὶ κρίσεως καὶ τῶν κριτικῶν ἡμερῶν :In quibus septenarij numeri ostendens potentiam:ardētissimas febres septimo dicit solui die:aut si tanta humoris noxij & pituitę fuerit magnitudo,vt primæ hebdomadis nequaq̄ feruore cōsumpta sit:secūdæ hebdomadis vltimus expectatur dies,id est,quartusdecimus. Quòd si hunc,vt iuxta Hippocratem loquar, ἡ νόσος vicerit,trāseunt ad vicesimā primam diem,hoc est ad finem tertiæ hebdomadis: ita ab initio mundi dieb⁹ cōditis , vt omnes labores & molestiæ septimo nnmero conquiescant .Deniq; & captiuitas populi Israël,templiq; subuersio,septuagesimo anno desolationis impleta est:& septē Septimus quisq; dies criticus.

altra

A astra iuxta numerum dierum dicuntur errantia. De cuius
Septimi numeri sacramẽtis in Scipionis somnio plenius narrat Tul-
numeri sa lius:& obscurissimus Platonis Timæus liber est: qui ne Ci-
cramẽtũ. ceronis quidẽ aureo ore fit planior. Sicut igitur septenarius numerus habet sacramentũ suũ: sic sanctificatus atq; perfectus:& vt ita dicam, verus est numerus, qui

Vnio. vnione retinet,& vnius dei maiestate cõcluditur. Vnde dicit filius:

Ioan.14.b Ego in patre, & pater in me: volensq; omnes vnum esse cũ patre, loquitur ad eũ: Pater da,

Ibi.17.c. vt sicut ego & tu vnum sumus, sic & isti in nobis vnum sint. Prima er

Numeri perfecti. ga beatitudo est esse in primo numero, qui vnus & verus est. Secunda, in secundo: id est, in decade. Tertia in tertio: id est, in hecatontade. Sicut enim decas decima vnione completur, sic hecatontas ex decem decadibus struitur.

a HEB. Quia hæc dicit dominꝰ domui Israël: quærite me, & viuetis: & nolite quærere Bethel, & in Galgala nolite intrare, & in Bersabee ne transieritis: quoniam Galgala captiua ducetur, & Bethel erit

b inutilis. Quærite dominum, & viuite: ne fortè cõburatur vt ignis domꝰ Ioseph: & deuorabit, & non sit qui extinguat Bethel. Qui con-

B Quartus numerus, qui millenario numero continetur, de decem constat hecatontadibus. Cũm igitur quis egerit pœnitentiam, de millenario & quarto numero vix reuertitur ad centenarium & tertium numerum. Rursum qui in centenario est, vix redit ad secundum primæ decadis numerum: atque ita fit vt domus Israël quæ corruerat, non possit resurgere: & virgo Israël quæ errauerat in terra, non habeat suscitantem: quia qui semel ab vnione discesserit: & illam purissimæ virginitatis perdiderit gloriã: de qua Apo

2.Co.11.a stolus dicit: Zelo enim vos zelo dei: & statui vos vni viro virginem castam exhibere Christo, in qua non est macula neque ruga: pristinum statum & vnionis beatitudinem recipere non valebit: & vix ei concedetur vt de mille reuertatur ad centum, & de centum ad decem redeat. Hæc breuiter sum locutus: ne omnino in hoc capitulo propter numerorum difficultatem fugisse viderer tropologiam.

a ¶Quia hæc dicit dominus domui Israël: quærite me, & viuetis:& nolite quærere &c.) Mos est scripturarũ semper aduersis læta subiungere:& postquam tristia deus fuerit cõminatus, ad pœnitentiam eos quos terruit prouocat:

Esaiæ.1.a. iuxta illud quod in Esaia legimus: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis, semen pessimũ, filij iniqui. Cũq; dixisset, terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne consumptæ,

C regiones vestras coram vobis alieni comedent: loquitur ad

Ibidem.d. eos meliora promittẽs: Lauamini, mundi estote: auferte malitias vestras ab animis vestris. Discite benefacere: quærite iudicium: iudicate pupillo: iustificate viduam:& venite disputemus, dicit dominus. Quomodo ergo in Esaia quos sæuera voce terruerat, blanda oratione sustẽtat: ita & in hoc propheta quibus dixerat: Domus Israël cecidit, non adijciet vt resurgat: virgo Israël errauit in terra, nõ est qui suscitet eam: Nũc loquitur ad eos,& dicit: Domus Israël, id est decem tribus, quærite me & viuetis: quoniã in eo quòd mẽ nõ queritis, estis mortui. Cũq; queſieritis inuenietis:& cũ inueneritis, viuetis. Et nolite quærere Bethel, in qua erat vitulus

Osee.9.d. aureus:& Galgalam locum idololatriæ: de quo & suprà dixi: Omnis malitia eorum in Galgalis. Et in Bersabee non

בארשבע transibitis. Pulchrè in Bersabee, inquit, hoc est ad puteum iuramenti, nõ transibitis: vbi si quando errabat tribus Iuda, idola adorare cõsueuerat. Intantũ autẽ simulachrorũ cultu furebat Israël, vt nequaq; cõtẽtus idolis suis, ad aliena trãsiret. Denique Galgala, inquit, captiua ducetur,& Bethel erit inutilis, siue penitus nõ subsistens: cùm idola in ea subuersa fuerint. De Bersabee omnino tacuit: quia victis decem tribubus, vrbs nomine Bersabee quæ erat in tribu Iuda illo tẽpore, nec capta nec destructa est. Simulq; animaduertẽdum quòd Septuaginta interpretes in præsenti loco nomẽ Ber-

sabee interpretati sunt dicentes, ὁ φρέαρ τοῦ ὅρκου, id est, puteum iuramenti: & in posterioribus ipsum nomen posuerunt. Viuit deus tuus Dan:& viuit via Bersabeę. Viam autem Bersabeæ posuerunt: quòd de Israël longo itinere pergebant ad vltimos terminos Iudæ: qui erant in Geraris, & Aegyptię solitudini iungebãtur, vt idola colerent. Est autem locus Bersabee. in quo habitauit Abraham: & ex eo quòd cũ Geñ.26. Abimelech datis septẽ ouibꝰ in fœdus mutuũ iurauerunt, appellatus est puteus iuramẽti, siue puteus septimi, propter numerum septem ouium שֶׁבַע seni vtrũq; significat. Præcipit autem secũdum leges allegoriæ domui Israël, id est his qui sibi notitiam dei pollicẽtur: vt

SEP. Quia hęc dicit dñs ad domum Israël: quærite me, & viuetis:& nolite quę rere Bethel, & in Galgala ne ingrediamini, & sup puteũ iuramenti nõ transeatis: quia Galgala captiua ducet, & Bethel erit quasi nõ sit. Quęrite dñm, & viuite: ne fortè succendatur vt ignis domus Ioseph: & deuoret eam, & non sit qui extinguat domum Israël. Qui facit

non quærant Bethel, & non introeant in Galgalam: & non transeant vel ascendant ad puteum iuramenti, sed magis E quærant deum & viuant in eo. Quærunt autẽ Bethel, quod interpretat domus dei, qui dicunt: tẽplũ domini, tẽplũ dñi: & cõfidunt in ædificijs: de quibus dñs ad discipulos loquebatur: Venient dies in quibus nõ relinquetur lapis super la Luc.21.b. pidem qui nõ destruatur. Et ingrediuntur in Galgalis: qui post aduentum Christi rursum cupiunt circuncidi. In Galgalis enim secundò populus circunciſus est. Vnde & ipse Iosuę.5.a. locus nomẽ accepit: eo quòd abstulerit dominus opprobriũ Aegypti ab eis. Et in Bersabeæ, inquit, siue ad puteum iuramenti non transibitis: ne illos putetis terminos Iudææ quos olim secũdum literã scriptura promiserat à Dan vsq; Bersabee: nec dicatis vltrà cũ propheta: Notus in Iudæa deus, Psal.75.a in Israël magnũ nomen eius: sed audite cum apostolis: In Ibi.18.a. omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum: quia Galgala, id est carnis circuncisio, captiua ducetur à vera circuncisione cordis:& Bethel quam putatis domũ dei, non subsistet: siue vt melius arbitror, erit inutilis, id est אָוֶן: vt nequaq; appelletur domus dei, sed vocetur domus inutilis siue idoli. Aliter: Quærit Bethel, qui tãtum literam sequitur occidentem: nec sensum, qui deus est, quęrit in verbis: & intrat in Galgala, qui ad maiores enititur reuelationes, supernorum sibi scientiã repromittens: trãsitq; siue ascendit ad puteum, de quo Samaritana haurire cupiẽs F aquas, quæ sitim satiare nõ possent: ignorabat eum de cuius ventre procedunt flumina salientis aquę in vitam æternam. Ioan. 4.a.

b ¶Quærite dominum,& viuite &c.) Quomodo ex persona dei dicitur: Quærite me,& viuetis: ita propheta de domino loquitur, vt quęrant eũ,& viuant. In eo enim quòd quærunt dominũ, viuere incipiunt: sinautem non quæsierint eum,& idcirco nõ vixerint, statim succẽdetur vt ignis domus Ioseph: quã propter Hieroboam qui de tribu Ephraim & de domo Ioseph fuit: decem tribus sentire debemus quæ appellabantur Israël: & ex maiore populi parte nomen primum possidebant. Duæ autẽ tribus quæ regebantur à stirpe Dauid, qui de tribu Iuda fuit, vocatæ sunt Iudas:& possidebant Hierusalem, in qua erat tẽplum dei. Cũq; succensa fuerit domus Ioseph, deuorabit atq; consumet Bethel: de qua superius dixi: Nolite quærere Bethel, & non erit qui extinguat, cùm à regibus suis fuerit incensa. Pro Bethel in Lxx. legitur domus Israël, sensum magis quàm verbum interpretantibus, vt succedente rege Hieroboam, & cunctis deinceps regibus qui ei in imperio succesſerũt: ardeant decem tribus, quæ appellabantur Israël. Iste est ignis qui succenditur siue resplendet & inflammat domũ Ioseph vt consumatur Bethel, de quo alibi dicitur: Ambulate in lumine Esa,50.d. ignis vestri,& in flamma quam succendistis. Et quia crebrò domum Ioseph propter Hieroboam, qui à stirpe Dauid populum dei

G pulum dei ſeparauit,& vaccas fecit aureas in Dan & in Be
3.Regum. thel,& dixit,non eſt pars nobis in Dauid, neq; hæreditas in
12.d. filio Ieſſe: ad perſonam hæreticorum retulimus qui ſermone cõpoſito,decora atq; formoſa, & vt ita dicam, aurea ſimulachra finxerunt,& adorant opera manuum ſuarum,& agriculturę ſub vaccarum ſpecie ſibi imaginem repromittunt, dicitur ad eos: Quærite dominũ,& viuite: eum
Ioan.14.a qui dixit:Ego ſum via, veritas & vita:vt poſtquam ambulauerint in eo & inuenerint veritatẽ: tunc incipiant viuere qui prius mortui erant. Et niſi hoc fecerint, diaboli cõburẽtur ardoribus: nulluſq; poterit inueniri de principib⁹ eorũ qui & ipſi hæretico igni ſuccenſi ſunt,qui poſſit vorãtem cuncta flãmam reſtinguere,& præcipuè Bethel quæ falſum ſibi domus dei nomen aſſumit.

a HEB. Qui cõuertitis in abſynthiũ iudicium,& iuſtitiã in terra relinquitis, facientẽ Arcturũ & Orionem,& cõuertentẽ in mane tenebras,& diem nocte mutãtẽ. Qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciẽ terræ: dominus nomen eius. Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert.

Odio

H a ¶Qui conuertitis in abſynthium iudicium &c.)Multum in hoc loco ab Hebraica veritate æditio vulgata diſcordat, ſicut abſq; commonitione noſtra ex his quæ propoſuimus, prudens ſtatim lector intelligit. Itaq; exponamus primùm ſuxta Hebræos,& poſtea quid nobis videatur in trãſlatione Lxx. Chriſto ſi meruimus pandente, dicamus. Domus Ioſeph,id eſt,domus Ephraim,ac per hoc regia & Bethel: ſiue ſicut Lxx.tranſtulerunt domus Iſraël, id eſt, & reges & populi & cultores & idola,pariter ſubuertentur,qui iniquo iudicio deum ad iracundiam prouocant. Et conuerterunt dulcedinem iudicij in abſynthij amaritudinem:quod genus eſt herbæ amariſſimæ:aſſumentes iniquitatem,& iuſtitiam relinquentes. Quæ ſit autẽ iſta iuſtitia,ſequẽs verſus oſtendit. Facientẽ Arcturũ & Orionem,& cõuertentem in mane tenebras,& diem nocte mutantẽ.De quo ſuprà dixerat: formans montes,& creans ventum,& annuncians homini eloquium ſuũ,faciens matutinã nebulam,& gradiens ſup excelſa terræ: dominus deus exercituũ nomẽ eius, ipſe eſt creator Arcturi qui Hebraicè כִּימָה dicitur, & à Symmacho & Theodotione ἐις πλειάδα vertitur: quẽ vulgo bootem vocant: quodq; ſequitur, Oriona,qui Hebraicè dicitur כְּסִיל, Symmachus abſolutè ſtellas, Theodotio interpretatus eſt veſperum:Hebræus autem,qui nos in ſcripturis ſanctis eru
I diuit, כְּסִיל interpretari putat ſplendorem,& ſignificare generaliter aſtra fulgentia.Quando autẽ audiuimus Arcturũ & Oriona:non debemus ſequi fabulas poëtarũ, & ridicula ac portentoſa mendacia: quibus etiã cœlum infamare conantur & mercedem ſtupri inter ſidera collocare: dicentes
“ Arcturũ,pluuiaſq; Hyadas geminoſq; Triones:armatũq; au
“ ro circunſpicit Oriona:Sed Hebræa nomina quæ apud eos aliter appellantur,vocabulis fabularum gentilium in linguã noſtram eſſe tranſlata: qui non poſſumus intelligere quod dicitur,niſi per ea vocabula quę vſu didicimus & errore cõbibimus. Vnde & in regũ volumine רְפָאִים Hebræum,Græci Titanas tranſtulerunt,quæ apud ethnicos celeberrima fabula eſt:ex qua in laudes deorum ſcribũt γιγαντομαχίας, & tela Typhoëa & impoſitũ Enceladæ Ethnam montem,ad cuius motum Trinacria cõtremiſcat. Iſte autem deus creator omniũ,qui facit Arcturũ & Orionẽ, noctem in diem & diem in noctem cõmutat,& aquas maris amariſſimas æthereo calore ſuſpenſas excolat,& eliquat in dulcem pluuiarũ
Pluuię vnde. ſaporem,inſtar medicinalis cucurbitæ,quæ calore ſuperioris gyri,humorẽ & ſanguinem ſurſum trahit: ex quo diſcimus vnde ſint pluuiæ.Quodq; ſequitur: Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum:ad præſens tempus reuertitur, & eſt ordo: Qui creator eſt omniũ,cõminatur etiam captiuitatem ſup Samariã,& depopulationẽ ſuper potentẽ adfert: quoniã conuertit in abſynthiũ iudiciũ, & iuſtitiã relinquit K
in terra. Vbi nos diximꝰ, qui ſubridet:Aquila interpretatus eſt, ὁ μῶμον. Propriè autẽ μῶμος dicit,quod nos ſubriſionem poſſumus appellare,quãdo quis iraſcitur & apertis paululũ labijs ſubridere ſe ſimulat,vt irę oſtendat magnitudinẽ. Dicamus & iuxta Lxx. Deus in excelſo faSEP. Qui facit in excelſo iudiciũ, & iuſtitiam in terra poſuit:qui facit omnia, & transformat & conuertit in mane vmbram mortis, & diem nocte contenebrat. Qui vocat aquã maris,& effundit eam ſuper faciem terrę:dominus deus omnipotens nomen eius. Qui diuidit contritionem, & miſeriam ſuper munitionem adducit.

Odio

cit iudiciũ: qñ iudicat veritatẽ,& reddit vnicuiq; ſecũdũ opus ſuũ: & omnis qui imitator & filius eius eſſe deſiderat,& eſſe perfectus, ſicut pater eiꝰ pfectus Matth.5.g
eſt,qui moratur in cœlo:facit in excelſo iudicium,& nõ imitatur eũ iudicẽ qui deum nõ timebat, & hominẽ non Luc. 18.a.
verebatur, & peruerſitate iudicij,ſententiam ſuã nõ leuabat ad cœlũ ſed ad humilia detrahebat. Quòdque ſequitur, & iuſtitiam in terra poſuit: iuxta illud debemus accipere, quòd dederit nobis Chriſtũ iuſtitiam ſuam:& nõ proiecerit eam, L
ſed depoſuerit in terrã:vt omni iniquitate ſuperata,nos de terrenis cœleſtes faceret. Ego puto ex hoc loco etiã gentilẽ poëtam furatum fuiſſe:qui de ruſticorũ ſimplicitate & beatitudine ediſſerens intulit:extrema p illos iuſtitia,excedens »
terris,veſtigia fecit. Quòd autẽ dicunt,faciens omnia atq; »
transformãs:vno verbo Arcturũ & Oriona cõprehẽdunt,negligentes proprietatẽ nominũ in Græcũ trãsferre ſermonẽ. Transformat autẽ deus omnia,quãdo facit de terrenis cœleſtia,& homines angelorũ donat ſimilitudine:quando luna ſolis fulgore rutilabit,& ſol habebit lumẽ ſeptuplũ: quãdo animalis,& infirmus & corruptibilis homo transformaꝫ in ſpiritualẽ & robuſtũ & in incorruptũ,mutans gloriã,nõ naturã:quãdo intelligẽtes fulgebunt ſicut ſplendor firmamẽti,
& implebitur quod ſcriptũ eſt:Alia gloria ſolis,alia gloria 1.Cor.15.c
lunæ,alia gloria ſtellarũ. Stella enim à ſtella differt in claritate:ſic & reſurrectio mortuorũ. Quãdo omnis creatura liberabitur de ſeruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum dei. Iſte deus qui cuncta transformat,etiã vmbram mortis mutat in lucem:quando hi qui ſedebant in tenebris Lucæ.1.g.
& vmbra mortis,viderũt lucẽ magnã:& qui erãt filij noctis & tenebrarũ,facti ſunt filij lucis & filij diei. Iſte eſt deus qui etiã diẽ vertit in tenebras:eorũ diem qui dixerũt: crucifige, Ioan.19.g
crucifige eum:aufer de terra talem:quãdo ab hora ſexta in M
typum Iudaicæ cæcitatis dies in noctem verſus eſt. Et nõ ſolum ſecũdum literam,ſed etiã ſecũdum altiorem intelligentiam,lux quæ eis oriebatur in lege & prophetis,verſa eſt in tenebras,ignorantibus,quid legant,quid audiant,vt impleatur de illis quod ſcriptum eſt: Obſcurentur oculi eorum Pſal. 69.a
ne videant: & dorſum eorum ſemper incurua. Iſte deus vocat ad ſe aquam maris,& effundit eam ſuper faciem terræ,de peccatoribus iuſtos faciens. Ad quod exponendum, vnũ tantũ ſtudio breuitatis ponamus exẽplũ. Paulus apoſtolus quaſi turbo violentus & ſæua tempeſtas, & tumentes Acto.8.a.
maris gurgites perſequebatur, & opprimere nitebatur eccleſiam dei. Qui vocatus à domino,effuſus eſt ſuper faciem vniuerſæ terræ, vt prædicaret euãgelium de Hieroſolymis Rom.15.c
vſq; ad Illyricum, & ædificaret non ſuper alterius fundamentum,vbi iam fuerat prædicatum,ſed vſq; ad Hiſpanias tenderet,& à mari rubro,imò ab Oceano vſq; ad Oceanum curreret,imitans dominum ſuum & ſolem iuſtitiæ: de quo legimus:A ſummo cœlo egreſſio eius,& occurſus eius vſq; Pſal. 18.b.
ad ſummũ eius:vt antè eum terra deficeret,quàm ſtudium prædicandi. Iſte deus & contritionem diuidit ſuper fortitudinem: vt eos qui malè fortes ſunt,imbecilles faciat: & imitari poſſint Apoſtolum dicentem: quãdo infirmus ſum, 2.Co.12.d
tunc fortior ſum. Nam & filij huius ſeculi prudentiores Luc. 16.b.
ſunt

A sunt filijs lucis in generatione sua. Fortitudo corporis, imbecillitas animæ est: & rursum animæ fortitudo, imbecillitas corporis est. Igitur dñs qui omnia ratione dispensat, & vero facit cuncta iudicio: diuidit cõtritionem sup robustũ inimicum, vt inducat miseriã sup munitionẽ quæ se erigit cõtra scientiã dei. De qua & in prouerbijs legimus:
Prouer. 21 a. Ciuitates robustas ingressus est sapiẽs, & destruxit munitionem in qua confidebãt impij. Hoc & ad omnẽ quidẽ fortitudinem secularẽ, sed propriè cõtra hæreticos facit: qui argumẽtis, & sophismatibus, & arte dialectica, dogmatũ falsitatẽ roborare conanẽ. Sed destruit eã sapiẽs vir, & dei adiutus auxilio, omnẽ munitionem ostendit esse vanissimã, vt inducat super eam miseriã, & inclinata superbia possit
B Rom. 7. d cũ Apl'o dicere: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? a ¶Odio habuerũt in porta &c.) Hi sup quos deus subridet vastitatẽ, & affert in eos populationem: qui in malo robusti sunt, & ad opprimẽdũ potẽtes: odio habuerũt in porta, id est, in iudicio corripientẽ, vel me, vel alios ꝓphetas qui ad eos missi sunt: & loquẽtẽ ꝓfectè siue verbũ immaculatũ, vt interpretatus est Symmachus: aut λόγον ὅσιον, id est, sermonẽ sanctũ, vt Theodotio & Lxx. transtulerũt. In porta autẽ iuxta veterẽ Iudaici morẽ, populi fuisse iudicia, & sæpè legimus & crebrò interpretati sumus, vt nec agricola ad causam veniens, frequẽtia ciuitatis & nouo terreretur aspectu, nec vrbis habitator longè ab vrbe proparet, & subuectionẽ quereret iumẽtorũ. Hoc iuxta literã dixerim⁹: cæterũ grãde peccatũ est odisse corripientẽ, maximè si te non
Matt. 18. c odio sed amore corripiat: si solus ad solum, si assumpta fratre altero, si postea prẽsente ecclesia: vt nõ studio detrahẽdi, sed emendationis tuæ videatur crimẽ ingerere. Duplices portas, mortis & vitæ, vitiorũ atq; virtutũ, sæpè in scripturis legimus, vt illud in psalmis: Q ui exaltas me de portis
Psal. 9. c. mortis, vt annũciem omnes laudationes tuas in portis filiæ
C Sion: haud dubiũ quin ecclesiã significet excelsum montem Sion, & ciuitatẽ dei viuentis, Hierusalẽ cœlestẽ, & multitudinẽ angelorũ, & ecclesiam primitiuorũ qui scripti sunt in cœlis. Q ui in portis Sion fuerit exaltatus, portas mortis ti
Matt. 16. c mere nõ poterit: de quibus Petro dñs loquebat: Sup hãc petram ædificabo ecclesiam meã: & portæ inferi nõ præualebunt aduersus eã. Portas virtutis manifestè in alio Psalmo
Psal. 17. c. discimus: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas cõfitebor dño. Hęc porta dñi: iusti intrabunt in eam. Deniq; &
Sapi. 6. b. sapientia in portis ciuitatis confidens dixit: Q uanto tẽpore innocentes obtinuerint iustitiã, nõ cõfundentur. Ego portas ciuitatis, hoc est, animæ credentis in Christũ, puto esse virtutes per quas ad credẽtes Christus ingreditur. Et quia nõ est scriptũ in quibus portis oderint corripientẽ: vtrũ in malis, an in bonis: nos ad vtrũq; referamus. In vitiorum portis stantes peccatores arguit propheta, & idcirco detestationi habetur ab eis. Aut certè ipse propheta stat in portis initijsq; virtutũ: & odio habetur ab his quos corripit, nec sufficit peccatoribus odisse in portis arguentẽ, siue corripientẽ:
Matt. 10. d nisi verbũ sanctũ abominẽtur qđ de eius ore profertur. Q ui eñ nõ recipit prophetã, nõ recipit eum qui misit illum. Sin autẽ verbũ sanctũ vel qui ꝓfectè loquebat abominati sunt:
Psal. 15. c. porrò verbũ sanctũ dominus est Iesus: de quo dicit: Nõ dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ: oẽs Iudæi dicentes anathema Iesu: verbũ dei abominãtur, quod & perfectũ & sanctũ & immaculatũ est. Abominatio enim peccatori est pietas. Q uicquid autem de Iudæis diximus, tam ad ethnicos q̃ ad hæreticos referri potest, quorũ alij omnes scripturas sanctas abominãtur, in quibus verbũ dei est. Alij dum peruersè intelligunt quod legũt: abominationẽ ponũt in domo dei. b ¶Idcir co pro eo ꝙ diripiebatis pauperem &c.) Ne forsitan putaret Israël quòd propter solã idolatriã hostibus traderetur ad pœnã: iungit & cętera quę amissa veritatis religiõe cõmiserit. Diripiebatis, ĩquit, pauperẽ vt ab eo tolleretis, qui victui necessaria vix habebat, & qc̃q̃d precioſum videbatis, & pulchrũ, vĩris vĩbus tradebatis. Vnde & ex precio eorũ quæ rapiebatis & tollebatis à E paupe, domos quadro lapide ędificastis vt spoliantes homĩes, parietes marmorib⁹ vestiretis: quas qa ædificastis de rapinis, & nõ solũ mãsioni & tecto, qđ exigit humana fragilitas: sed pulchritudini & delicijs prępastis, repẽtina captiuitate, vel morte subtracti, nõ habitabitis in eis. Vineas quoq; amãtissimas fu turis potib⁹ ꝓuidẽtes plantastis, & nõ bibetis ex eis vinũ: qa ego vniuersa scelera vestra & peccata cognoui, & peccata fortia quæ meã iracundiã prouocarũt. Q ui estis hostes iustitiæ siue omnis iusti, & accipitis munera, & paupes in iudicio deprimitis: Ideo qui pauper & prudens est, cũ furentem iudicẽ viderit, tacebit in tẽpore illo: quia tẽpus malum est. Vel certè ita intelligẽdum: Q uid prodest nũc vicina captiuitate vestra enumerare peccata: cũ iam nullum remediũ sit, & muros vrbiũ vestrarũ hostilis cingat exercitus? Possumus hoc ipsum & de hæreticis dicere: qui diripiunt pauperes, siue stricta manu percutiunt caput eius: hoc eñ Græcè significat καταϰονδυλίζετε πτωχούς: iuxta illud qđ suprà legimus, percutientes in capite pauperẽ. Nõ eñ percutiunt hęretici nisi pauperẽ, qui sustinere non potest cõminationẽ: nec in alijs mẽbris, sed in principali cordis & in fidei veritate. Pauperes reor qui simplici contẽti fide, hæreticorũ ma F litiæ nõ valent respondere. Sed & quicquid boni operis in dei munera prępararũt, nisi aduersarijs restiterint, perdent tẽpore pugnę atq; certaminis, qui aduersarij cõpositiõe structuraq; verborũ ædificant sibi domos: vt tuti maneant & securi. Sed nõ habitabũt in eis, cũ ab ecclesiasticis viris destructæ fuerint atq; subuersę. Et nõ solum domos ædificant, verũetiam amãtissimas quoq; & desiderabiles plantãt vineas: vt Christi mysteria mentiantur: sed nõ bibent ex eis vinum, nisi quod est furor draconũ insanabilis: Expectauit eñ dñs, vt istæ vineæ afferrẽt fructus, & nõ attulerunt vuam, sed spinas vel labruscã: nec iudiciũ, sed clamorẽ, quo cõtra deũ suũ insano ore blasphemant. Ideo autẽ nõ habitabunt in domibus suis, & nõ bibent vinum earũ quas plantauerant vineas: quia cognouit dominus multas impietates eorũ. Hic cognitio, nõ iuxta illud intelligẽda est quod alibi legimus: Cognouit dñs eos qui ęius sunt: sed quòd nihil deum lateat, & 2. Timo. 2. c.
oĩa peccantiũ secreta cognoscat. Cognoui, inquit, multas impietates: quæ nõ solum multæ sed & fortes sunt, & opprimentes siue cõculcantes ipsam iustitiã: vel eũ qui iustus est. Et accipitis, inquit, cõmutationẽ: pro qua cõmutatione oẽs similiter ἀλλάγματα, id est, propiciationẽ trãstulerũt: nos munus diximus: ἄλλαγμα autẽ iuxta idioma scripturarum preciũ dicitur: quod in euangelio quoq; legimus: Aut quam Matt. 16. d

SEP. Odio habuerunt in portis arguentem, & verbum sanctum abominati sunt. Propterea qa pugno percutiebatis pauperes, & munera electa accipiebatis ab eis: domos dolatis lapidibus ędificastis, & nõ habitabitis in eis. Vineas desiderabiles plantastis, & nõ bibetis vinũ earũ, quia ego cognoui multas impietates vestras, & fortia peccata vestra: conculcantes iustum, accipientes cõmutatiões, & pauperes in portis declinãtes: ideo qui intelligit in tẽpore illo silebit, quia tẽpus malum est. Q uærite

G dabit homo cõmutationẽ pro anima ſua? Pauperes quoq; in portis declinauerũt, id eſt, ἐκκλίνοντες: ſiue vt Symmachus interpretatus eſt, oppreſſerunt: vt contra iudicij veritatem precio ſententiã venderẽt: incurrẽtes in illud quod ſcriptũ
Dañ.16.d eſt: Munera excæcant oculos etiã ſapientium. Quæ accipiunt hæretici, vt auſteritatẽ ſcripturarũ quæ peccatoribus tormenta denunciant, vertant in beatitudinẽ: & cùm diuitibus proſpera queq; promittant, tantũ apud pauperes truculẽti ſunt & ſeueri. Quando igit vir eccleſiaſtic⁹ & prudẽs atq; intelligẽs multas ipietates in ea quæ vocatur domus dei eſſe cognouerit, & non ſolũ multas, ſed & fortes, & quę opprimere poſſint iuſtitiam, & intãtũ doctorũ rabiem proceſ-
H ſiſſe, vt accipiant precium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitẽt in portis, & audire contẽnãt, taceat in
Mat.7.a. illo tẽpore: ne det ſanctũ canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui conuerſi cõculcent eas, & imitetur Hieremiam
Hier.15.d dicentem: ſolus ſedebã: quia amaritudine repletus ſum. Et
Pſal.140. illud in pſalmis: Singularis ſum ego donec trauſeam.
c

a ¶Quærite bonum &c.) Dicitis deũ eſſe vobiſcum, quia ſitis filij Abraham: audite quod ſequitur: Si filij eſtis Abra-
Ioan.8.e. hæ: opera patris veſtri facite. Quæ ſunt opera patris veſtri Abrahæ? Diligite bonum, & nõ malum. Grande peccatũ eſt, non ſolum facere malum, ſed & diligere. Multi peccant, & expleto voluptatis ardore mordentur cõſcientia ſua, & pœnitet eos peccati ſui. Qui autem nõ ſolum non dolet ſe feciſſe quod malũ eſt, ſed in ſuo ſcelere gloriatur, iſte implet
Prouerb. illud quod ſcriptũ eſt: Peccator cùm venerit in profundum
18.a. impietatis, contẽnit. Quærite ergo bonum, & nõ malum: Si enim quæſieritis bonũ: in eo quod quæritis bonũ, ſtatim repellitis malum. Nunquã autẽ quæreretis bonum, niſi prius
Pſal.36.e. repelleretis malũ, implentes verba Pſalmiſtæ dicentis: Decli-
I na à malo, & fac bonũ. Cũq; quęſieritis bonũ, & vitaueri-
Ioan.14.a tis malum: tunc viuetis in eo qui dicit: Ego ſum vita. Bonũ
Ibidẽ.10.c quærit, qui credit in eum qui in euãgelio loquitur: Ego ſum paſtor bonus: Repellit malum, qui fugit eũ de quo ſcriptũ
1.Ioan.5.d eſt: Mundus in maligno poſitus eſt. Et in oratione domini-
Matt.6.b. ca dicit: Libera nos à malo. Cũq; quæſieritis, inquit, bonum, & nõ malum, & vixeritis: tunc erit dominus deus exercituũ vobiſcũ: ſicut dixeratis, ideo eum eſſe vobiſcũ, quia nati eſſetis de Abraham. Nec ſufficit bonũ quærere, malumq; non quærere, niſi ἐπιείκασιμ, id eſt, pietatem habeatis in vtroq;: vt primùm odiatis malũ, deinde diligatis bonũ. Odit malũ, qui nõ ſolum voluptate nõ vincitur, ſed odit operavoluptatis: & diligit bonũ, qui non inuitus aut neceſſitate aut metu legum facit quod bonũ eſt: ſed idcirco quia bonũ eſt, vt mercedem boni operis habeat conſcientiã ſuam & dilectionem
Co.9.b quã erga bonum poſſidet. Vnde & apoſtolus, inquit: Datorem hilarem diligit deus: Non enim omnis eleemoſyna placet deo: niſi quæ cũ hilaritate profertur. Cũq; oderitis malum, & dilexeritis bonum: conſtituite in portis iudicium: de quo ſuprà dictum eſt, vt iniquitate expulſa, veritas redeat. Et ſi feceritis hoc, forſitan miſerebitur dominus deus omnipotens reſiduis Ioſeph: de tribu Ephraim, & de decem tribubus captiuitatem euadere poterint: Quæ omnia poſſunt & hæreticis coaptari, vt deſerto errore quem finxerunt, redeant ad eccleſiam, & oderint priora dogmata: diligantq;

a HEB. Quæritẽ bonũ, & non malum, vt viuatis: & erit dominus deus exercituum vobiſcum ſicut dixiſtis. Odite malum, & diligite bonum, & cõſtituite in portis iudiciũ, ſi fortè miſereatur dñs deus exercituum reliquijs Ioſeph.
b Propterea hæc dicit dominus deus exercituũ dominator: in omnibus plateis planctus, & in cunctis quę foris ſunt dicetur: væ, væ. Et vocabũt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciũt plangere. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertranſibo in medio tui, dicit dominus.

SEP. Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit ſic dominus deus omnipotens vobiſcum, ſicut dixiſtis: Odio habuimus mala, & dileximus bona: & reddite in portis iudicium, vt miſereatur domi nus deus his qui reliqui ſunt de Ioſeph. Ideo hæc dicit dominus deus omnipotens: In cunctis plateis planctus: & in omnibus vijs dicetur: væ, væ. Vocabitur agricola ad luctum, & ad planctum hi qui ſciunt lamentationem, & in omnibus vijs planctus: quia pertranſibo per medium tui, dicit dominus.

Væ deſi-

ſin eccleſia domini veritatem, & iudicium verum exerceant K
in portis vitiorum & virtutum: relinquentes illas & ad has tranſeuntes, & ſperant miſericordiam qui ex faucibus diaboli euadere quiuerint. Iuxta Lxx. autem ordine cõmutato, ſic manifeſtior lectio pręſentis capituli reddi poteſt. Quomodo dixiſtis, odio habuimus mala, & dileximus bona: ſic quærite bonum & nõ malum, vt viuatis, & ſit dominus deus omnipotẽs vobiſcũ: & reddite in in portis iudicium: vt miſereatur domin⁹ de⁹ omnipotẽs reliquijs Ioſeph. b ¶Propterea hęc dicit domin⁹ &c.) Præcepi vt quæreretis bonum, & non malum, vt viueretis eſſetq; dominus vobiſcũ. Et iterum intuli: ne ſemel tãtum vos monitos diceretis: Odio habete ma L
lum, & diligite bonum, & reſtituite iudiciũ in portis, qui odio habuiſtis in pørta corripientem, vt miſereatur dominus reliquijs Ioſeph: & quia facere noluiſtis, mea præcepta calcantes, & vertiſtis ad me ſcapulam recedentem: ideo hæc dicit dominus deus omnipotẽs, qui eſt exercituum dominus: vbiq; planctus, vbiq; mœſtitia. Agricolæ vocabuntur ad luctum, & qui ſciunt more prouinciæ præcinere ad concitandas lachrymas vocabuntur: vt nequaq̃ in omnibus plateis, ſicut ſuprà dictũ eſt: ſed in vineis ſit planctus atq; luctus, vt vbi quondã fuit materia lęticiæ, ſit origo lachrymarũ. Et hæc omnia fient: quia pertranſibo, inquit, in medio tui. Verbum Hebraicum, pertranſibo, quod eorum lingua dicitur עָבַר, quotiẽs in ſcripturis ſanctis ex perſona dei ponitur, pro pœna accipiendum: vt nequaquam apud eos maneat, ſed pertranſeat ac relinquat. Vnde & in alijs locis ſecundum interpretationem Aquilæ, quãdo iraſcitur deus furorem ſuum & iram ἀνυπερβετσίαμ vocat: quæ omnia referri poſſunt ad hæreticos: vt quia illa & illa quæ iuſſa ſunt facere noluerunt: ſit in omnibus plateis eorum luctus. La- Matt.7.b.
ta enim & ſpacioſa via quæ ducit ad mortem: ſinguliq; hæreticorum & gentilium in fabulis ſuis atq; figmẽtis habent M
plateas: quibus cõſequenter infertur: Et in cunctis quæ foris ſunt dicetur, væ, væ. Qui eñ in eccleſia fuerint non audient væ, quod pœnarum vltimũ eſt: ſed ſi fortè peccauerint, ſumetur ſuper eos lamentũ. Ideo autẽ foris ſiue in omnibus vijs dicetur, væ, væ: quia nõ habent vnã viam quæ ducit ad vitam, & quæ via regia eſt: ſed prauas atq; peruerſas & declinantes ad dexterã ac ſiniſtrã, dum nõ audiunt dñm
dicentem: Ne ſis iuſtus multum. Et peruerſæ ſunt viæ quæ Eccli. 7.c
à ſiniſtris ſunt. Incurruntq; in duplex væ, carnis & ſpiritus, Prouerb.
pręſentis ſeculi atq; futuri. Cùm ecõtrariò Eccleſiaſtici au- 4.d.
diant: Gaudete, iterum dico gaudete. Sed & agricola voca- Philip.4.
tur ad luctum: habent enim hæretici agricolas ſuos, in quo- a.
rum aruis tribuli naſcuntur & ſpinæ. Et ad planctũ vocantur qui norunt plangere, vel ſua, vel aliena peccata: quãq; &
hæc in bonã partem poſſimus accipere, vt vir eccleſiaſticus & potens ad pœnitentiã prouocare, imitetur dominũ ſuum
dicentem: Lamẽtati ſumus, & nõ planxiſtis: & plangat hæ- Lucę.7.e.
reticum, ſicut Saulem regem Iſraẽl planxit quondã Samuel. 1.Regum.
Et apoſtolus lugere ſe dicit ſuper eos qui nõ egerunt pœ- 15.g.
nitentiam. In omnibus quoq; vineis erit planctus: quia vineę 2.Co.12.g
Sodomorũ vineæ eorum. Et pro vino lætitiæ quod lætificat cor hominis: attulerunt vinum draconũ & furorẽ aſpidum inſanabilem. Et hæc vniuerſa patientur: quia pertranſibit per mediũ

A per mediũ eorum dominus:vt nõ habitet inter eos, nec di-
Mat.28.d cat:Habitabo in eis,& inambulabo.Et:Ecce ego vobiscum
sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi.
a ¶Væ desiderantibus &c.) Ne de tribu Iuda Thecuites
propheta omnino homines tribus suæ nẽgligere videretur,
& ad decem tantũ tri-
bus conferre sermonẽ,
ad vtrũq; regnum, hoc
est,Iudã & Israël nunc
dirigit sermonẽ vatici-
nij:quod ex multis qui-
dem alijs,sed præcipuè
ex eo quod sequit: Væ
qui opulẽti estis in Siõ,
& confiditis in monte
Samariæ: intelligi po-
test.Væ igitur Iudæ Is
raëlicq; dicentibus: Ve-
niat dies:veniat prædi-
cta captiuitas:dũmodo
quod promittitur per
prophetas,etiã restitu-
tionis tẽpus consequa-
tur. Non est enim tantũ
B mali in captiuitatis iu-
suria, quantum boni in
his quę post captiuita-
tem dominus pollicet:
quib⁹ propheta respon
dit,frustra eos quod longo tẽpore pòst futurũ est,in aduen
tu filij dei post Lxx.annos captiuitatis Babylonię præstola-
ri,quos vastitas atq; pauperies & innumerabiles miseriæ cõ
sequẽtur.Fugientibus enim,inquit, à facie Nabuchodonosor
leonis,occurret Assuerus sub quo Hester narratur historia:
siue destructo Assyriorũ & Chaldæorũ imperio,Medi,Per-
sæq; consurgent.Cũq; regnãte Cyro fueritis reuersi,& præ-
cipiente Dario cœperitis ædificare domũ domini,& omnẽ
fiduciam habueritis in templo: ita vt requiescatis in eo, &
lassas manus super parietes inclinetis:tunc veniet Alexãder
rex Macedonum,siue Antiochus cognomẽto ἐπιφανὴς, qui
moretur in templo, & vos instar colubri mordeat,nequaq̃
foris in Babylone,& in Susis:sed intrà terminos terræ sanc-
tę.Quibus rebus probatur,diem quã concupiscitis,nõ esse
lucis & gaudij,sed tenebrarũ atq; tristitiæ.Hæc iuxta histo
riam breuiter diximus:ne penitus ludęorum opinionem re-
linqueremus intactam.Cæterũm nulli dubium est,omnes no
C stros diem tenebrarum,diem intelligere iudicij,de qua scri
Sopho.1.b bit & Sophonias: Iuxtà est dies domini magnus,& iuxtà est
& velox nimis: vox diei domini amara & dura. Et Esaias:
Esaię.13.b Ecce dies domini insanabilis venit,furoris & iræ,ponere or
bem terrarũ desertum,& peccatores perdere ex eo.Simulq;
decutitur cõfidentia superborum,qui vt apud homines iu-
sti appareant,solent diem expectare iudicij,& dicere:Vti-
Philip.1.d nam veniat dominus,vtinam nobis liceat dissolui & esse cũ
Christo:imitantes Pharisæum qui in euangelio loquebatur:
Lucę.18.b Deus ago gratias tibi:quia non sum sicut cæteri homines,
raptores,iniusti,adulteri:& sicut hic publicanus: Ieiuno bis
in sabbato:decimas do omnium quę possideo.Ex hoc enim
ipso quòd diem dñi desiderãt,& nõ pertimescũt: digni sup
plicio iudicantur:quia nullus hominũ absq; peccato est:Et:
Iob.25.b. Astra immũda sunt coram eo:Et concluſit omnia sub pec-
Gal.3.d. cato, vt omniũ misereretur.Cùm igitur nemo possit de dei
Matt.12.c iudicare iudicio,& de ocioso quoq; verbo reddituri sumus
Iob.1.a. rationẽ: Et Iob quotidie pro filijs suis obtulerat hostias:ne
quid fortè peruersum cõtra dñm cogitarent:quæ temeritas
1.Co.4.b est audire cum Corinthijs:Sine nobis regnatis: atq; vtinam
regnaretis:vt & nos vobiscum regnaremus.Certè si eos etiã
propria conscientia nõ remorderet: debuerant imitari Pau
2.Co.11.g lum dicentem:Quis scandalizatur, & ego non vror?& pro
omnibus esse solliciti,ne quasi amatores sui, vt ipsi regnẽt,
aliorum tormenta desiderarent: Quomodo si quis velit ca

a HEB. Væ dẽsiderantibus diem domini:vt quid eam vobis? Dies dñi iste tenebræ,& nõ lux:quomodo si fugiat vir à facie leonis,& occurrat ei vrsus: & ingrediatur domũ, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eũ coluber. Nunquid non tenebræ dies domini,& non lux? caligo,& non splendor in ea. Odi & proieci festiuitates vestras,& non capiam odorem cœtuum vestrorum. Quòd si attuleritis mihi holocaustomata & munera vestra,nõ accipiam:& vota pinguium vestrorum nõ respiciam. Auferb

SEP. Væ desiderantibus diẽ dñi:vt quid hãc vobis diẽ dñi? Et ea est tenebræ, & nõ lux. Quomodo si fugiat homo à facie leonis, & incidat in eum vrsus:& introëat in domum, & innitatur manibus suis super parietem, & mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies domini, & non lux? & caligo,& non habet splendorem. Odio habui & repuli festiuitates vestras, nec odorabor in conuentionib⁹ vestris. Et si obtuleritis mihi holocausta & sacrificia, nõ suscipiã: & salutare præsentiæ vestræ non respiciam. Transfer

D pi patriam suam vrbemq; subuerti,vt solus amicitia victo-
rum perfruatur:solemus in angustijs & tribulationibus di-
cere : vtinam mihi liceat exire de corpore, & seculi huius
miserijs liberari: nescientes quòd quãdiu in hac carne ver-
samur,habemus locum pœnitentiæ:si autẽ recesserimus,au-
diemũs illud prophe-
tæ:In inferno autẽ quis Psal.6.b.
confitebitur tibi? Ista
est seculi tristitia quæ
ducit ad mortem : qua
Apostol⁹ nõ vult peri- 1.Cor.5.b
re eum qui cum vxore
patris fuerat fornica-
tus:qua & Iudas perijt Mat.27.a
infelix,qui abundãtiori
absorpt⁹ tristitia, pro-
ditioni homicidium co
pulauit,& homicidium
omnibus peius homici
dijs:vt vbi putabat re-
mediũ,& mortẽ suspen
dij finẽ malorũ,ibi leo-
nem & vrsum & colu-
brum reperiret.Quib⁹
E nominibus videtur mi-
hi significari vel diuer-
sa supplicia,vel ipse di
abolus, qui rectè & leo
& vrsus & coluber ap-
pellatur.Cùmq; nos putauerimus Esaiam audire dicentem:
Vade populus me⁹,intra cubicula tua: claude ostiũ,absco- Esa.26.d.
dere pusillum donec trãseat ira domini:& esse quasi in do
mo nostra,quasi in inferno requiescere: tunc mordebit nos
coluber qui in præsenti loco Nahas: in Iob appellatur Le- נָחָשׁ
uiathan. De cuius natura & terrore multiplici plenius in
ipso volumine diximus. In caligine autem & tenebris quæ
contraria sunt luci & splendori: tormentorũ diuersitas ex-
plicatur. b ¶Odi & proieci festiuitates &c.) Propriè
hoc contra tribum Iuda dicitur, & eos qui ex Israël ad dei
ceremonias cõmigrarant,& nihilominus non recedebant de
excelsis:colebantq; idola, & peccatorũ magnitudine dei sa-
crificia polluebant. Nunq̃ enim reor quòd de oblationibus
vitulorum quas offerebant in Dan & Bethel,dixerit:si obtu
leritis mihi holocaustomata & munera vestra, nõ suscipiã.
Odit autẽ deus & nõ solum odit,sed & proiecit festiuitates
eorũ,qui fugiunt leonem & incurrunt vrsum,& ingrediun-
tur domũ, & à serpente mordentur : quia nõ celebrant fe- F
stiuitates dei, sed festiuitates suas, dicente domino: Odi &
proieci festiuitates vestras.Et huiusmodi hominũ conuen
tum odoremq; nõ suscipit,nec habet in odorem bonæ fra-
grantiæ,& omnia eorum munera detestatur,& pinguissima
vota nõ respicit. Quod quidem non solum illius temporis
hominibus,sed & nobis accidet si similia delinquam⁹, & de
rapinis & periurijs sceleribusq; quæsita, deo nos putemus
offerre,& nostra peccata redimere : cũ legerimus Zachæũ Lucę.19.a
quicquid rapuerat in quadruplum reddidisse,& de his quę
bene quæsierat,mediã obtulisse substantiã. Neq; enim quod
malè quæsitũ erat in dei donaria poterat offerre : nisi prius
dominis suis redderet,& postea impleret quod scri- tũ est:
Honora dominum de iustis tuis laboribus: Et: Redemptio Proue.3.b
animæ viri propriæ diuitiæ : de mercede enim meretricis Ibidẽ.13.b
deus vota non suscipit:Econtrario iustus dicere potest:Di- Deut.23.c
rigatur oratio mea,sicut incensum in conspectu tuo. Quæ Psal.140.
oratio Iudę proditori versa est in peccatũ:non enim habe- a.
bat bonum odorem, sed opere loquebatur : Putruerunt & Ibi.37.b.
corruptæ sunt cicatrices meæ:à facie insipiẽtiæ meæ.Quę
omnia & de hæreticis dicere possumus : qui dum fugiunt
leonem,incurrunt vrsum: & ingressi domum,quam putant
ecclesiam dei,innituntur parietibus quos ipsi fecerunt, &
à serpente mordentur:quorum lucem & diem tenebræ eri-
piunt & caligo,ita vt palpabiles tenebræ sint,& interfician-

G tur primitiua eorum. Horum deus odit sacrificia, & à se proijcit: & quotiensçunq; sub nomine domini fuerint congregati, deteſtatur fœtorem eorum, & claudit nares ſuas. Odiſſe autem, & proijcere, & non odorari, humana loquitur ſimilitudine: vt nos affectum dei, noſtris ſermonibus cognoſcamus. Et ſi obtulerint holocauſta, vt videantur ieiunare: dare eleemoſynas, pudicitiã polliceri, quæ holocauſta ſunt vera: non ea ſuſcipit dominus: nec dignatᷣ aſpicere pinguiſſimas hoſtias eorum. Non enim ſacrificiorũ magnitudinem, ſed offerentium merita cauſasque dijudicat. Vnde Lucę. 21.a & vidua quæ in euangelio in corbonam duo minuta miſerat, omnibus à ſaluatore præfertur, qui vota pinguiſſima & hoſtias medullaH tas ſe offerre credebãt, de multo dãtes parum: cùm illa totũ quod habuit obtuliſſet. Manifeſtius & verius hæc poſt aduentum domini dicuntur populo Iudæorum: qui deſtructo templo & altari, hoſtias offerre ſe credunt: quorum deus odit & proijcit feſtiuitates, & nõ capit odoIoan. 19.c. rem cœtus eorum: quando congregati dicunt: Crucifige, crucifige talem. Et: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Et ſi obtulerint holocauſta in ſynagogis, & munera in concilijs ſathanæ, & vota pinguiſſima: non ea reſpicit Geñ. 4.a. dominus: ſicut non reſpexit munera Cain. Q ui bene quidem vnum deum colunt, & rectè offerunt: ſed in eo non reſpiciuntur: quia non diuidunt in patrem & filium & ſpiritum ſanctum confeſſionem. Noſtra autem munera, id eſt, eccleſiæ, quæ offerimus de primitiuis noſtris: reſpicit deus, ſicut reſpexit quondam ſacrificia Abel. a ¶Auſer à me tumultum &c.) Pulchrè cantica Leuitarum quibus laudabant deum tumultum vocat, ſonitumq; confuſum: quia non Eccli. 15.b eſt pulchra laudatio in ore peccatoris: & hæc eadem idolis offerre quoq; conſueuerant. Iudæorum quoq; oratio & pſalmi quos in ſynagogis canunt, & hæreticorũ compoſita laudatio: tumultus eſt domino, & vt ita dicam grunnitus ſuis, I & clamor aſinorum: quorum magnis cantibus Iſraëlis opera comparantur. Pſalmũ autem & carmina, lyram & organa: vel iuxta literam accipe in populo Iſraël quæ olim fiebant in imagine futurorum: vel iuxta ſpiritum in nobis & in hęreticis: quæ ſi bonis operibus dirigamus, audiuntur à domino: ſi malis, concludit aures ſuas, & impiorum cantica non dignatur audire. b ¶Et reuelabitur quaſi aqua &c.) Sicut aqua ſi labatur in pronum, quod prius texerat nudat: & patere facit omniũ oculis: ſic iudicium dei atque iuſtitia quæ de ſuo quondam populo iudicauit, patebit omnibus & feretur inſtar torrentis fortiſſimi. Q uicquid arripuerit ſecum trahit, & ſibi obſiſtere non patitur. Iuxta Lxx. autem voluitur quaſi aqua iudicium peſſimorum: quia non ſtat in vna ſententia: ſed circunfertur omni vento doctrinę, quod probauerat improbans: & quod prius laudauerat, putans eſſe pro nihili. Iuſtificationes eorum nõ fluminibus & puriſſimis fontibus, ſed turbidis cœnoſiſq; torrentibus comparantur: qui ſuas aquas non habent, ſed de ſaxis rupibusq; & vepribus collectas. Q uas qui tranſire voluerit, ſtatim rapietur in præceps, & ſubuerſis pedibus dicere non poterit: Pſal. 39.a. Statuit ſupra petram pedes meos: calcat enim ſuper arenas quæ non habent fundamentum, & cùm periclitatus fuerit, Pſal. 123.a loquetur iuxta Hebræos: Torrens tranſiuit ſuper animam meã. Econtrariò de iuſtis legimus: quorum non voluitur ſicut aqua iudicium, & iuſtitia non fertur quaſi torrens in-

a HEB. Auſer à me tumultum carminum tuorum, & cantica lyræ tuæ non
b audiam. Et reuelabitur quaſi aqua iudicium, & iuſtitia quaſi torrens fortis.
c Nunquid hoſtias & ſacrificiũ obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis dom⁹ Iſraël? Et portaſtis tabernaculũ Moloch veſtro, & imaginẽ idolorũ veſtrorũ: ſydus dei veſtri quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciã trans Damaſcum, dixit dominus: deus exercituũ nomẽ ei⁹.
Væ qui opu-

SEP. Transfer à me ſonitum carminũ tuorum, & pſalmum organorum tuorum non audiam. Et voluetur ſicut aqua iudiciũ, & iuſtitia ſicut torrẽs inuius. Nunquid hoſtias & victimas obtuliſtis mihi in eremo quadraginta annis domus Iſraël? Et aſſũpſiſtis tabernaculũ Moloch, & ſyd⁹ deiv ſi Rhephphan, figuras eorum quas feciſtis vobis. Et tranſferam vos trans Damaſcum, dicit dominus: deus omnipotens nomen eius.
Væ qui deſpi-

uius: Cogitationes iuſtorum iudicia. c ¶Nunquid hoſtias & ſacrificium &c.) Ex hoc loco diſcimus omnes hoſtias & ſacrificia quæ in deſerto obtulit Iſraël, non deo obtuliſſe, ſed Moloch regi ſuo, cuius portauerunt tabernacula, & imaginem idolorum ſuorum ſtatuarũq; venerati ſunt. Et quæ ſit ipſa imago vel idolum, ſequẽti ſermone demonſtrat: Sydus dei veſtri, qđ Hebraicè dicitur, כִּיּוּן, id eſt, Luciferi quẽ Sarraceni hucuſq; venerantur. Q uam ob cauſam migrare eos fecit dominus trans Damaſcũ, id eſt, in Aſſyrios atq; Chaldæos: Cuius omnipotentia ex eo quòd deus exercituũ eſt, demonſtratur. Q uærim⁹ quomodo hoſtias & ſacrificium nõ deo obtulerint in deſerto: ſed regi ſuo, quẽ Luciferũ nũ cupant. Ex eo tempore L quo aurũ in caput vituli transformarunt dicentes: Iſti ſunt dij tui Iſraël, qui te Exo. 32.b. eduxerunt de terra Aegypti: omnia quæ fecerunt, non deo ſed idolis feciſſe monſtrantur. Et quòd poſtea quędam domino eos legimus obtuliſſe: nõ voluntate ſed pœnarum fecerunt metu, & eorum interfectione: qui propter idola corruerunt: Dominus autẽ nõ ea quæ offeruntur, ſed voluntatẽ reſpicit offerentiũ. Deniq; vbicũq; occaſio fuit, ſemper corde reuerſi ſunt in Aegyptũ: deſiderantes allia & cepe, & cu Nuñi. 11.b cumeres & carnes Aegyptias: & manna, quod de cœlo datum eſt, contẽnentes. Q uod vt ſic intelligamus, Stephanus primus martyr euangelij, dignus nomine ſuo, in apoſtolorũ narrat hiſtoria: Et vitulum fecerunt in illis diebus, & obtu- Acto. 7.c. lerunt hoſtiam ſimulachro: & lætabantur in operibus manuum ſuarũ. Conuertit autẽ deus & tradidit eos ſeruire militiæ cœli, ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarũ: Nunquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto domus Iſraël: Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus dei veſtri Rhemphan, figuras quas feciſtis adorare eas: & transferam vos trans Babylonẽ. Nec putandus eſt primus martyr erraſſe: qui pro eo quod in propheta ſcriptum eſt: trans Damaſcum, dixerit trans Babylonem. Magis M enim intelligentiã quàm verbum poſuit: quia trans Damaſcum ducti ſunt in Babylonem: ſiue trans Babylonem. In eo autem loco vbi Lucas poſuit μολόχ, & in Hebraico ſcriptum eſt סִכֻּתְכֶם: Aquila vertit μιλχόμ: Symmachus & Theodotio, regis veſtri. Pro eo quoq; quod in Septuaginta legitur ῥαιφφάμ: Aquila & Symmachus ipſum Hebraicum transferentes poſuerunt כִּיּוּן: Theodotio ἀμαύρωσιμ, id eſt, obſcuritatem. Rurſum pro סִכּוּת, Aquila συσκιάσμους, id eſt, vmbracula: Symmachus & Septuaginta, τὴν σκηνὴν μ: tabernaculum: Theodotio tranſtulit, viſionem. Et hoc in omnibus ſcripturis ſanctis obſeruandum eſt, Apoſtolos & apoſtolicos viros in ponendis teſtimonijs de veteri teſtamento, non verba conſiderare ſed ſenſum: nec eadem ſermonum calcare veſtigia, dummodo à ſententijs nõ recedant. Q uicquid autem iuxta literam dicitur contra populum Iudæorum: hoc omne refer ad eos qui ſub nomine Chriſti venerantur idola, & praua ſibi dogmata confingentes, portant tabernaculum regis ſui diaboli, & imaginem ſtatuarum & idolorum ſuorũ. Non enim vnum colunt idolum: ſed pro varietate doctrinæ diuerſos adorant deos, & ſydus dei ſui. Q ui cùm ſit angelus ſatanæ transfiguratur in angelum lu- 2.Cor. 11.c cis, & cadit de cœlo quaſi fulgur, & imitatur Chriſtum an- Lucę. 10.c tichriſtus. Pulchrèq; intulit, quæ feciſtis vobis: Non enim ea à deo acceperũt, ſed de propria mente finxerunt. Vnde migrare eos

Prouerb. 12.a. K

A grare eos faciet dominus trans Damascũ,vt nõ bibant sanguinem domini:sed transeant in Babylonem,& audiant per
Hier.51.a prophetam: Calix aureus Babylon,inebrians omnes gentes.
דַּמֶּשֶׂק Damascus enim,vt crebrò diximus,interpretatur sanguinẽ bibens,siue sanguis cilicij,vt per pœnitentiam ad bibedum domini sanguinẽ prouocemur a ¶Væ qui opulenti estis &c.) Ad Sion vt suprà diximus, & ad montẽ Samariæ, id est ad duas tribꝰque appellabantur Iuda, & ad decem quæ Israëlis nomine vocabantur,prophetæ sermo confertur: & maximè ad eos qui in vtroq; populo optimates sunt & principes,& vacabant delicijs in exemplum illius diuitis purpurati, qui
Luc.16.c. lætabatur in conuiuio, & in tantam erigebatur superbiam, vt Lazarum ante ostium suum plenum vlceribus indignaretur aspicere:& ne hoc quidem ei tribueret,quod perituB rum esset ex mensa. Isti sunt capita populorum, qui confidunt in diuitijs: & opulenti sunt in Sion, & habent fiduciam in monte Samariæ,& ingrediuntur pompaticè domum Israël,vt tumorem animi corpus ostendat,& pompa- rum ferculis similes esse videantur.Iuxta leges autem Tro-

a HEB. Vęqui opulẽti estis in Siõ,& cõfiditis in mõte Samariæ,optimates,capita populorũ, ingredientes pompaticè domũ Israël.

pologię & Lxx.interpretes,Sion refertur ad ecclesiã,de qua D scriptum legimus: Qui exaltas me de portis mortis,vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.Mons verò Samariæ,propter superbiam & iactantiam custodiæ mandatorũ dei,intelligitur super hæreticis,qui despiciunt ecclesiam:quia infirma mundi elegit deus, vt cõfundat fortia:& stulta,vt perdat sapiẽtiam sapientium, & intelligentiam prudentiũ reprobet. Isti vindemiauerunt primitias gentium,vt sub nomine Christiano introducerent eos in torcularia sua,vbi non calcatur vua sed perditur:vbi nõ mustum exprimitur,sed venenum. Et ingressi sunt sibi. Pulchrè dixit,sibi: non enim ingressi sunt deo, sed sibi ingressi sunt. Alioquin deo magis egressi sunt,dum recedunt de ecclesia. Quodq; sequitur, Domus Israël:iuxta Septuaginta,in principio capituli sequentis legendum est:iuxta Hebræos in fine huius quod exposuimus.

SEP. Væ qui despiciunt Sion, & confidunt in monte Samarię:vindemiarunt primitias gentium, & ingressi sunt sibi.

Pſal.9.c.
1.Cor.1.d.

Commentarij secundi in Amos finis.

E

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORUM Amos,ad Pammachium,procœmium.

PRæpostero ordine atq; confuso, duodecim prophetarũ opus & cœpimus, & Christo adiuuante cõpiebimus. Non enim à primo vsq; ad nouissimũ iuxta ordinem quo leguntur:sed vt potuimus, & vt rogati sumus, ita eos differuimus. Naum, Micheam, Sophoniã,& Aggeum primò [1] φιλοπονωτάτοις, Paulæ eiusq; filiæ Eustochio [2] πρεσβυτέρᾳ φώνησα:secũdò in Abacuk duos libros Chromatio Aquileiẽsi episcopo delegaui: tertiò post longi tẽporis silentium, Abdiam & Ionam tibi imperanti edisserui:præsenti anno qui sexti consulatus Archadij Augusti,& Annicij Probi fastis nomen imposuit, Exuperio Tolosanæ ecclesiæ pontifici, Zachariam: & eiusdem vrbis Mineruio,& Alexandro monachis,Malachiam prophetã interpretatus sum.Statimq; recurrens ad principium voluminis:Osee & Ioël & Amos tibi negare non potui. Et post grauissimam corporis ægrotationem,dictandi celeritate ostendi temeritatẽ meã:vt quod alij stilum sæpe vertendo nõ audent scribere,ego cõmitterem casui:qui semper dictantes sequitur,& de ingenio atq; doctrina audaciæ periculum facit: quoniã vt sæpe testatus sum,laborẽ propria scribendi manu ferre non valeo:& in explanatione sanctarũ scripturarũ,non verba C composita,& oratorijs floribus adornata,sed eruditio & simplicitas quæritur veritatis. F

Inuenies scholia Erasmi tomo.3. fol. 11.f.

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Amos prophetam Liber tertius.

a TRansite in Chalane & videte &c.) Transite omnes in Chalane,quæ nunc appellat Ctesiphon,& transite omnes.Qui sunt isti omnes? Vtiq; illi de quibus suprà dixerat: Optimates, capita populorum,& qui opulẽti estis in Sion,& confiditis in mõte Samariæ. Vos igitur transite in Persidis ciuitatem, & diligenter attendite:& inde pgite in Hemath magnam,quæ nũc Antiochia nominatur.Magnã autẽ vocat,ad distinctionem minoris Hemath,quæ appellatur Epiphania. Vnde vsq; hodie pergẽtibus Mesopotamiã patria † mansio vocatur Emmas, corrupto quidẽ vocabulo,sed pristini nominis vestigia retinens:cuius regio appellatur Reblatha,in qua præsente Na-

Hemath duę.

† al's, prima.

HEB. Cap. VI.

a TRãsite in Chalane & videte, & inde ite in Hemath magnam, & descendite in Geth Palæstinorum. Vos qui habitatis in monte Sion, & in monte Samariæ,descendite ad Palæstinos qui morantur in cãpestribus, & ad optima quæq; regna horum, quæ diuersis ciuitatibus subiacẽt,Gazæ & Ascaloni, Azoto, Accaron, & Geth:& videte si latior terminus eorũ termino vestro sit: vtrum vos an illi maiores obtineatis prouincias:vos inquã,vos de populo Israël qui separati estis in diem malum: in diẽ videlicet captiuitatis, & appropinquatis solio iniquitatis, ad iniquum iudicem pergentes regem Babylonium. Qui cũ hæc passuri sitis:nunc dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis in stratis mollibus,vt somno libidinem copuletis. Qui comeditis non ad repellendam famem, & ad sustentandum corpus humanum:sed ad delicias atq; luxuriam,vt quicquid in

4.Regum 25.b.

SEP. Cap. VI.

OMus Israël trãsite oẽs, & videte in Chalanẽ, & ptrãsite inde in Emath rabba,& descẽdite i Geth alieni-

G gregibus & in armentis tenerum atq; pingue est,vestræ gulæ paretis: quibus nō sufficit libido penis,& gutturis,& æstuantis cibis aqualiculi,nisi & tibiarum & psalterij & lyra canticis aures vestras mulceatis:vt quod Dauid fecit in cultum dei,Leuitarum ordines,& organorum reperiens varietates: vos ad voluptatem,& luxuriā cōferatis: Et bibitis in phialis vinum, non ad sitiandam sitim, sed ad opprimendum animū. Et vngimini,non ad labores corporis mitigādos,oleo purissimo:sed vnguentis preciosissimis. Cumq; his delicijs affluatis:si quos videritis perire de populo: nulla misericordia super interfectione eorū flectimini,sed contēnitis quasi bruta animalia,& in suo bestias cruore pereuntes. Hūc
H eundem sensum etiam Ezechiel propheta sub pastorum ponit exemplo:Qui comedunt lac de ouibus : & vestiunt lanis,& quicquid primum est deuorant, & vulnerata non sanant, confracta nō solidant, pereuntia nō requirūt. Cuncta quæ iuxta historiæ diximus veritatem,secundum Lxx.interpretes ad allegoriæ nubilum transferamus. Domus Israēl quæ à me recessisti,quæ cōfidis in monte Samariæ,quæ vindemiasti primitias nationum : transi,& vide, & perge ad muros plurimos:hoc enim interpretatur Hemath Rabba:atq; inde clementer descende in torcular eorum qui cadent bibentes: Geth enim & Philistijm hoc resonant. Et omnia contempla re:præcipueq; optima regna,vl optimas ciuitates de omnibus regnis, & considera si plures sint termini eorum quàm vestri. Si enim voluerimus mente tractare, & vniuersarum gentium discutere philosophiam:Aegyptiorū, Indorū, atq;
I Persarum:reperiemus angustiores eorum terminos sanctarum terminis scripturarum. In omnē enim terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum. Isti quibus suprà dixerat:domus Israēl transite omnes,& videte: à qualibus vitijs ad meliora transire iubeantur,sequens sermo describit: Qui veniunt in diem malum: parantes sibi vitio suo diem malum:nō quò dies vllus sit malus,sed quò vnusquisq; paret sibi malum:iuxta illud quod in Ecclesiaste legimus:Ne dixeris, dies priores meliores erant mihi quàm isti:quoniā non in sapientia interrogas super hoc : stultum est enim referre ad tempora:cū in nostra sit potestate, vel bonum diem nobis facere,vel malum. Isti sunt qui appropinquant atq; contingunt sabbata mēdacia. Quomodo em circūcisio carnis,& circuncisio cordis appellatur,& sunt in manifesto Iudæi,& in occulto: quorum alterū abijcitur, & alterum cōprobatur:ita sunt sabbata domini sancta,& veritate subnixa:& alia non sancta atq; mendacia,quæ occidentis literę sequuntur ocium. Quodq; sequitur : qui dormitis super lectos eburneos : sic interpretari possumus, Qui athleta est domini,& exercetur ad luctā,& præparat se cōtra aduersarias potestates:dormit in nuda humo imitās Iacob,& ponit sibi lapidem ad caput quē reprobauerunt ædificantes,& factus est in caput anguli. Qui verò delicijs vacant atq; luxuriæ,& omnia causa ventris faciunt:dormiunt in lectis eburneis mortui animalis,& immūdis hærent offi-

1.Para. 25 &.26.

Eze.34.a.

הַמַּת רַבָּה

פְּלִשְׁתִּים

Psal.18.a.

Eccls.7.b

Geñ.28.d Psal.117.c & Act. 4. a.

HEB. Geth Palęstinorū: ad optima quęq; regna horū, si latior terminus eorum termino vestro est. Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis: Qui dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis ī stratis vestris : qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocē psalterij. Sicut Dauid putauerūt se habere vasa cantici:bibentes in phialis vinū,& optimo vnguēto delibuti sūt, & nihil patiebantur super
a contritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite trāsmigrātium, & auferetur factio lasciuientium. Iurauit dominus deus in anima sua,dicit dominus deus exercituum.

bus:& quia pulchra videntur vitia,& præsenti nitore delectant:requiescunt in eorum lectulis, & sopore grauissimo deprimuntur. Isti non comedunt solidum cibum & athleticum,de quo roborantur vires luctantiū:sed mollem,& tenerum & sinistrarū partium:quales sunt hœdi de gregibus & vituli saginati,& tenelli, imò adhuc lacte nutriti:hoc em significat μοχάριον γαλαθηνόν. Concrepant quoq; manibus ad vocem organorū & sonitum : vt omnia opera eorū expectent voluptatē: nihilq; faciunt nisi quod vētri procurant & libidini. Nec statim nobis illud prudens lector opponat, & quomodo scriptū est: Flumina cōcrepent manibus. Et: oēs gentes plaudite manibus. Et: Iubilate deo adiutori nr̄o. Ibi enim nō ad organorū sonitū dicunt concrepare:sed in laude dei habere vnum consensum. Post organorū vocē intulit:quasi stantia putauerunt, & nō quasi fugientia. Res enim seculi, & omnia corpora,secūdum Epicurū p momēta fluunt & abeūt,& nihil in suo consistit statu,sed vel crescūt omnia vel decrescūt,& aquarum more torrentium labuntur in præceps. Vnde & in seculari literatura legimus: Sed fugit interea:fugit irreparabile tēpus. Et in alio loco:Heu heu fugaces Posthume Posthume, Labuntur anni. Nihil enim fugacius seculo rebusq; seculi. Quas dum tenemus amittimus: & per infantiam, pueritiam,iuuentutem ac virilem & ingraue scentem ac maturam ætatem: annosque vltimos senectutis:in quæ septem spatia Philo vitam describit humanam, mutamur & currimus,& nescietes ad mortis terminos peruenimus. Quodq; sequitur:Qui bibunt defecatum vinum : propriè referri ad hæreticos potest:qui quasdam scripturas probant, quasdā reprobant : defecata cupientes vina potare:cùm in sanctis scripturis nihil turbidum atque cœnosum sit,sed totū de superiori vnda purissimum. Isti primis vnguntur vnguentis,qui non habentes artem vnguentariam: absq; vllā scientia scripturarum,& traditionibus atq; doctrina apostolorum,vendicant sibi sacerdotij dignitatem,& vnctos domini dicunt se esse : oleumq; purissimū sensus sui fece contaminant. Cùmq; hæc faciant in interfectionem eorum quos deceperunt, nullo dolore cruciantur : sed gaudent in alienis mortibus, & miserorum sanguine delectantur. Sensus iste pulcherrimus in quo dicitur: quasi stantia putauerūt,& nō quasi fugientia:in Hebraico nō habetur:sed pro eo scriptū est בָּרוּר הִשְׁקוּ לָהֶם כְּלִי שִׁיר, id est, sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. Vnde videtur mihi ab interpretibus additum : qui in descriptione luxuriæ, contra vitia & voluptates huiusmodi sententiam protulerunt: vt nō verterent quod scriptum erat : sed de suo quod sibi videretur adderent,imò mutarēt. a ¶Quapropter nunc migrabunt in capite trāsmigrantium & auferetur factio &c.) Propter superiores causas quas propheticus sermo describit, eorum qui dormiunt in lectis eburneis, & lasciuiunt in stratis, & comedunt agnos de grege, & vitulos de medio armenti,& canunt ad vocem psalterij:& bibūt in phialis,& optimo vnguēto delibuti sunt:& insuper nihil patiuntur super

K

L

Rerū oīm fluxus.

M

Humanæ vitę spatia septem.

A tur ſuper contritione populi eius,qui de Ioſeph ſtirpe generatus eſt: nunc dominus comminatur, & dicit: Quia iſta & iſta fecerunt: nunc migrabunt in capite tranſmigrantium. Et eſt,ſenſus:Nequaquam in futurum pœna differtur, nec de longis poſt ſeculis prophetatur: quod nunc ingruit, nunc venturũ eſt: meus ſermo prædicit,eos ituros eſſe in principio trãſmigrantium: principes videlicet & potẽtes,q-
Suprà.4.a bus ſuprà dixerat: Audite verbum hoc vaccæ pingues,quæ eſtis in mõte Samariæ.Et rurſum: Væ qui opulẽti eſtis in Sion, & cõfiditis in mõte Samariæ: optimates, capita populorũ, ingredientes pompaticè domũ Iſraël: Vos qui primi eſtis diuitijs, primi captiuitatis ſuſtinebitis iugum,ſecundum illud quod in Ezechiele
Ezec.9.c. ſcriptũ eſt: A ſanctua-
B rio meo incipite:Non à ſanctis, vt plerique æſtimant, ſed à ſubuerſione templi, quod ſanctum fuit. Potentes enim potenter tormenta patientur: & cui plus creditur, plus exigetur ab eo.
Sapiẽ. 6.a
Luc.12.f. Et auferetur,inquit,factio laſciuientium,qui incapiendis voluptatibus vnum habuere conſenſum, & comeſationes exercuere ac ſymbola:hi pariter auferentur,vt quorum vna fuit luxuria, vna ſit pœna: Pro quo Lxx. interpretati ſunt, καὶ ἁρπάσεται χειμαζόμενος ἵππων ἐξ ἐφραΐμ: id eſt, auferetur hinnitus equi de Ephraim:quod in Hebraico nõ habetur:& ex ſuperfluo differetur à nobis, cùm Tropologiam texere cœperimus. Iurauit dñs deus in ſemetipſo, ſiue vt in Hebræo legim⁹ בְּנַפְשׁוֹ,id eſt,in anima ſua:iuxta illud quod
Eſa.1.d in Eſaia ſcriptum eſt: Neomenias & ſabbata veſtra:& dies feſtos odit anima mea:non quòd deus animã habeat, ſed quòd humanis loquatur affectibus. Nec mirum ſi animam habere dicatur,cùm etiam membra cætera quæ viliora ſunt anima: pedes,manus, & ventrem, & artus cæteros ſe habere teſtetur. Quòd ſi oppoſuerint nobis hi,qui Chriſtum negant humanam habuiſſe animam, ſed in humano corpore deũ fuiſſe prò anima:audiant in Chriſto ſubſtantiam animæ demõ-
C ſtrari:quomodo & membra corporis eius habuere ſubſtantiam. In deo autem patre caput & pedes & cætera quæ dicuntur:non ſunt membra,ſed per eorum vocabula efficientiarum diuerſitas indicatur:ſic & animam non eſſe ſubſtantialem,ſed affectum mentis internæ,& cogitationum locum per quem deus ſuam indicet voluntatem. Iurauit ergo do-
צְבָאוֹת minus deus exercituum,id eſt,ſabaoth:pro quo παντοκράτορα, id eſt,virtutum Lxx. tranſtulerunt: ſe deteſtari ſuperbiã Iacob,& domos eius odiſſe. Hic Iacob ſecundum ſuperius capitulum,vbi ſcriptum eſt:Et nihil patiebantur ſuper cõtritione Ioſeph:aut decem tribus accipe, aut certè vniuerſam domum duodecim tribuum. Et traditurum ciuitatem cum habitatoribus ſuis:vel Samariam, vel certè Hieruſalem, vel in cõmuni vtrãq; Quod ad tempus domini Saluatoris referre poſſumus:poſt cuius aduentum & paſſionem,deteſtatus eſt deus omnem ſuperbiam, vel iniuriam, Iacob:qua il-
Matt.13.g lum fabri filium & Samaritanum & habentem dæmonium
Ioan.8.f. conclamabant:idcirco Hieruſalem tradita eſt cum habitatoribus ſuis Romanis exercitibus. Et intantum contra eos dei ira deſæuit,vt etiam ſi remanſerint decem viri in domo vna,ipſi quoq; moriãtur, & propinquus ſiue vicinus cõburat cadauera mortuorum,vt efferat oſſa de domo ſua: quia præ moriẽtium turbis,integra corpora efferri non valeãt. Cumq; iam laſſus fuerit aſportando:interroget eum qui in penetra-

libus domus eſt:vtrum ſuperſint quos ſibi tradere debeat, D
& ille reſpondeat: Finis eſt, iam non habeo quem tibi tradam ad ſepeliendum: & antequam non habere ſe iuret, ille qui interrogauerat & foris erat,& non eſſe cognouerat:imperat ei & dicit:Tace,& nõ recorderis nominis domini. Hoc autem idcirco commemorat, vt oſtendat, nec malorum quidem pondere & neceſſitate cõpulſos velle nomen domini confiteri,& in tantam apud Iſraël obliuionem dei veniſſe vocabulum, vt ne in ſimplici quidem iuramento nomen eius dignetur audire. Tenues hiſtoriæ lineas duximus,nũc allegoriæ imprimamus manum. Principes hæreticorum qui propter delicias ſuas meum populum deuorabant, & nihil patiebantur ſuper cõtritione Ioſeph: primi ducentur ad pœ E
nas,& auferetur hinnitus equi ex Ephraim: Qui in ſcripturis ſanctis dupliciter accipitur:aut in ſuperbiam potentiamq; eorum qui hinniunt: aut in libidinis magnitudinem. In ſuperbiam malorumq; conſenſum, vt ibi: Pſal.19.b
Hi in curribus: & hi in equis. Et: Fallax equus ad ſalutem. Ibi.32.d
Et regibus Iſraël præcipitur, ne ſibi multiplicent equos. Deu.17.d
Et in libro Iob:vox equi clangori tubæ comparatur. In Zacharia quoque legimus,quod Euangelij teſtimonio comprobatur, & refertur ad præſentiam Saluatoris: Gaude nimis Iob.39.c
filia Sion: prædica filia Hieruſalem:Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe manſuetus,& aſcendens ſuper aſinam & pullum aſinæ, & diſperdet quadrigas ex Ephraim,& equos de Hieruſalem. In libidinis verò magnitudinẽ Zach.9.c
& effrenatum coitus deſiderium,vt in Hieremia: qui luxurioſos adulteroſq; deſcribens intulit:Vnuſquiſq; ſuper vxorem proximi ſui hinniebat. Tales equos,Chriſti aduentus,& Hiere.5.c
dei ira ſubneruat. Et iurat dominus per ſemetipſum, quia maiorem per quem iuret non habet:ſe deteſtari omnes hæ- Heb.6.c.
reticorum contumelias, & vniuerſas regiones eorum odiſſe. Quicquid enim loquuntur iniuria eſt,& dignũ dei odio.
Et ablaturum ciuitatem & conciliabula eorum cum his qui F
habitant,& populum videlicet & magiſtros:etiam ſi reliqui fuerint decem viri:qui ſi fuiſſent in Sodomis & Gomorris, Geñ.19.d
nequaq̃ ſuper eas deſcendiſſet incendium:omnes eſſe morituros ea morte quæ ducit ad Tartarũ,de qua Ezechiel ſcribit: Anima quæ peccauerit,ipſa morietur. Iſtorum oſſa ſe- Ezec.18.a
peliũt propinqui & domeſtici eorum,de quibus dicitur: Si- Luc.9.g.
ne,mortui ſepeliãt mortuos ſuos. Et ille qui foris eſt & domum non ingreditur mortuorum,ſed magis mortuos foras eijcit:imperat ei qui comburit mortuos,& diſſoluit in cineres,& eorũ oſſa comminuit,vt taceat: & puriſſimum dei nomen mortuo ore non maculet. Peccatori enim dicit deus: Pſal.49.d
quare tu enarras iuſtitias meas,& aſſumis teſtamẽtum meũ per os tuum? Vnde & nos prouidere debemus,ne mortui ſepeliamus mortuos:ſed vt magis viuentes eos qui ſunt mortui producamus ad vitam. Quod ſi non fecerimus,imperatur nobis & dicit:Tace,quia indigni dei nomine iudicamur.

a ¶Quia ecce dñs mandabit &c.) Quia in tantam rabiem proſiliſtis,vt etiã mortis tẽpore & imminentibus malis nolueritis nomen dñi nominare:Ideo mandabit dñs, & percutiet domum maiorem ruinis,& domum minorẽ ſciſſionibus. Si mãdat,quomodo percutit? Si percutit ,quomodo mãdat? Sed in eo quòd mandat & iubet miniſtris,videtur ipſe percutere. Quomodo in iubẽte patre & faciẽte filio fecit ipſe qui iuſſit:im-

SEP. tutum:quia ego abominabor omnem contumeliam Iacob, & regiones eius odi,& auferam ciuitatem cum omnibus habitatoribus ſuis. Et erit ſi remanſerint decẽ viri in domo vna, & mortui fuerit, & tollẽt domeſtici eius, & conabunt vt auferant oſſa eorum de domo: & dicent his qui præſunt domui,Si adhuc eſt apud te? & dicet,nequaquam,& dicet:Tace, nec nomines nomen domini. Propterea ecce dominus mandabit, & percutiet domum magnam ruinis, & domum paruam

HEB. tuũ. Deteſtor ego ſuperbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus ſuis:quòd ſi reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipſi morientur: & tollet eum propinquus ſuus,& comburet eũ vt efferat oſſa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus eſt, Nunquid adhuc apud te eſt? & reſpondebit, finis eſt: & dicet ei: Tace, & non recorderis nominis domini.
a Quia ecce dominus mandabit,& percutiet domum maiorẽ ruinis, & domum minorem

Psal.148.a iussit: impleto illo versiculo: Ipse dixit & facta sunt: ipse
Ioan.1.a. mandauit & creata sunt. Omnia enim per ipsum facta sunt:
G & sine ipso factum est nihil, quod factū est: Et in Aegypto
Exo.12.b. vbi primogenita quæ ab exterminatore cæsa referuntur, se dominus interfeciſſe testatur. Sic & in præsenti loco mandat dñs, & ipse percutit per ministros domū maiorem ruinis: id est, decem tribus, quæ appellabant Israël: & domum minorem sciſſionibus: duas tribus quæ regebātur à stirpe domus Dauid. Et nota singulorum proprietates. Israël, quia maiora peccauerat, feritur ruinis: & in æternam traditur captiuitatē. Domus autem Iuda, in qua erat tēplum, & quæ ex parte peccauerat, septuaginta annorum captiH uitate retinetur: & non percutitur ruinis, sed sciſſionib⁹. Sciſſa enim domus sarciri potest: ruinæ non tam instaurationem, quàm ędificationem desiderant. Cuius vtriusq; domus ruinas, sciſſiones, equis & bubalis comparat: quorum priores in petris currere nequeunt: posteriores tam indomiti sunt, vt iugum ceruicibus non recipiant: & cùm silueſtres boues sint, propter feritatem nolint terram vomere scindere. Vos autem cùm equi & bubali naturam suam mutare non possint, mutaſtis naturam dei, vt dulcem amarum faceretis, & fructum iuſtitiæ eius in absynthium verteretis, quæ est herba amariſſima. Q ui lætamini in nihili, vel idolis vitulisq; aureis, q
Heſt.14.c nihil sunt, dicēte Hester ad dominum: Ne tradas sceptrum tuum his qui non sunt: vel in nihili atq; mēdacio. Q ui propria fortitudine putatis assumpsiſſe vos cornua & reges & potentiam quibus ventilaretis inimicos. Q uia igitur iſta feciſtis: ecce ego suscitabo super vos ô domus magna & domus minor, quæ feriendæ estis ruinis & sciſſionibus: id est, ô domus Israel & omnes duodecim tribus, gentem sæuiſſimam Assyriorum & Chaldæorum, quæ vos conterat atque subuertat à principio vsq; ad finem: à capite vsq; ad caudā: à terminis terræ vestræ qui solem respiciunt, vsq; ad torrentem deserti, siue Occidentis, vt Lxx. transtulerunt: id est, ab
I Hemath, vsq; ad Rhinocoruram: inter quā & Peluſiū riuus Nili, siue torrens de eremo veniens, mare ingreditur. Hemath suprà Epiphaniam diximus, quæ ab Antiocho cui cognomentum ἐπιφανὴς fuit, nomen sortita est. Q ui autē putant quòd hic domus Israël decem tribus significet: explanare non poterunt, quomodo in comminatione dicatur aduersus decē tribus quòd conterendæ sint ab Epiphania vsq; ad terminos Aegypti: quibus terminis, non vtiq; decem tribus, sed omnes duodecim concluduntur, in quib⁹ fuit etiam Iudas & Beniamin. Q uidam iuxta Anagogen, domum magnam & domum minorem, Iudaicum populum significari putant, & de gentibus ecclesiam congregatam. Illi enim magni propter patres vocantur, & legem, & prophetas: nos minores: quia absq; testamento fuimus & mādatis dei, de quiCant. 8.c. bus & in Cantico legimus: Soror mea paruula est: & vbera non habet. Q uę domus magna & parua, in vnam dei familiam congregata, si non habuerit disciplinam, & dei mandata non fecerit, percutietur ruinis & sciſſionibus. Q uotiescunq; ergo vel in persecutionibus, vel in hæresibus & schismatibus domus dei, quæ est ecclesia, corruit atq; laceratur: dei percutientis ostendit manum: quam si volumus effugere, comparationis audiamus & faciamus exemplum. In pe-
1.Cor.10.a tris equi persequi nō valent. Petra Christus est: qui donauit
Mat.16.c. Apostolis suis, vt ipsi quoque petræ vocentur: Tu es Petrus:

HEB. minorem sciſſionibus: nūquid currere queūt in petris equi, aut arari potest in bubalis? Q uoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in absynthium. Q ui lætamini in nihili, qui dicitis: Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israël, dicit dominus deus exercituū, gentem: & conterent vos ab introitu Hemath, vsq; ad torrentem deserti.

Hæc ostendo verò effœminatam mentem & vnguentis & delitijs enervatam, & in muliebrem versam mollitiem: statim insaniunt, & se tenere non possunt: & gestiunt ad libidinem. Sequitur: Q uia conuertiſtis in furorem iudicium. Conuertit in furorem iudicium, qui iratus iudicat: & dicente domino, Non Deu.16.d
accipies personam in iudicio. Et in alio loco: Non miserebe Exo.23.a.
ris pauperis in iudicio, quia dei iudicium est: ille irata ad iudicandum mente descēdit: imò cùm causam nesciat, nec iudicij nouerit veritatem: antè prędiudicat qualem debeat ferre sententiam: fructum quoq; iuſtitię qui dulciſſimus est, vertit in amaritudinem. Q uod de vna virtute diximus, intelligamus & de reliquis, prudentia, fortitudine, tēperantia: quarum qui iratus fuerit, fructus capere nō poterit: & cùm ceperit, amari erunt. Vnde dicitur in Esaia: Væ qui dicūt dul Esa.5.c.
ce amarum, & amarum dulce. Hoc autem illi dicunt, qui nō causas in iudicando, sed personas considerāt: & fructū Christi iuſtitiæ, qui est dulciſſimus, vertunt in amaritudinem. Q uicunq; igitur aut consanguinitate, aut amicitia, & econtrariò, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur: peruertit iudicium Christi, qui est iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. Q ui hoc faciunt, lætantur in nullo
verbo bono: siue fruſtra: vt Symmachus transtulit: id est, M
ἀλόγως, & erecti in superbiam dicunt: Nonne in fortitudine nostra habuimus cornua? cùm è regione iuſtus in domino glorietur, & dicat: In te inimicos nostros ventilabimus Psal.43.b
cornu. Et in alio loco: Non enim in arcu meo sperabo, & gla Ibidem.
dius meus nō saluabit me. Vnde & in Exodo iuxta Hebraicum, & Aquilæ æditionem, legimus: Et Moyses nesciebat, Exo.34.d
quia cornuta erat species vultus eius: qui verè dicere poterat: In te inimicos meos cornu ventilo. Legimus & in alio Psal.148.
loco: Et exaltabit cornu populi sui: Et exaltabit cornu Chri b.&.1.Re.
sti sui: Et cornu altaris, & munda animalia atque cornuta 2.b.
quæ sola offeruntur deo: quorum interpretatio non huius est temporis. Ob hæc tanta peccata & extremam superbiā, quæ iniquitatem loquitur contra deum, & ponit in excelso os suum: gentem sæuiſſimam dominus deus omnipotens se suscitaturū esse dicit, quæ conterat & tribulet eos, imò prohibeat ingredi in Hemath, & vsque ad torrentem Occidentis. Hemath interpretatur murus, aut murata. Vetabuntur חמת
itaq; ab hac gente sæuiſſima, cui supplicia delegata sunt, cōfugere ad ciuitatem munitam, quæ est cœlestis Hierusalem, ne introeant & saluentur: in modum illius capituli quod in Genesi legimus: vbi posuit deus Cherubim & flammeam Gen.3.d.
romphæam, quæ vertitur ad custodiendam viam ligni vitæ, vt qui eiectus fuerat de paradiso, nequaquam illuc ingrederetur indi-

SEP. paruā sciſſionibus. Si persequentur in petris equi: si reticebunt ad fœminas? quoniam cōuertiſtis in furorem iudicium, & fructū iuſtitiæ in amaritudinem. Q ui lætamini sup nullo verbo bono, qui dicitis: nónne in fortitudine nostra habuimus cornua? Q uia ecce ego suscitabo super vos domus Israël, ait dominus deus exercituum, gētem: & conterent vos: nō vt introēatis in Emath, & vsq; ad torrētem Occidentis.

Sic ostendo verò effœminatam mentem & vnguentis & delitijs enervatam, & in muliebrem versam mollitiem: statim insaniunt, & se tenere non possunt: & gestiunt ad libidinem. Sequitur: Q uia conuertiſtis in furorem iudicium. Conuertit in furorem iudicium, qui iratus iudicat: & dicente domino, Non Deu.16.d
accipies personam in iudicio. Et in alio loco: Non miserebe Exo.23.a.
ris pauperis in iudicio, quia dei iudicium est: ille irata ad iudicandum mente descēdit: imò cùm causam nesciat, nec iudicij nouerit veritatem: antè prędiudicat qualem debeat ferre sententiam: fructum quoq; iuſtitię qui dulciſſimus est, vertit in amaritudinem. Q uod de vna virtute diximus, intelligamus & de reliquis, prudentia, fortitudine, tēperantia: quarum qui iratus fuerit, fructus capere nō poterit: & cùm ceperit, amari erunt. Vnde dicitur in Esaia: Væ qui dicūt dul Esa.5.c.
ce amarum, & amarum dulce. Hoc autem illi dicunt, qui nō causas in iudicando, sed personas considerāt: & fructū Christi iuſtitiæ, qui est dulciſſimus, vertunt in amaritudinem. Q uicunq; igitur aut consanguinitate, aut amicitia, & econtrariò, vel hoſtili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur: peruertit iudicium Christi, qui est iuſtitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. Q ui hoc faciunt, lætantur in nullo
verbo bono: siue fruſtra: vt Symmachus transtulit: id est, M
ἀλόγως, & erecti in superbiam dicunt: Nonne in fortitudine nostra habuimus cornua? cùm è regione iuſtus in domino glorietur, & dicat: In te inimicos nostros ventilabimus Psal.43.b
cornu. Et in alio loco: Non enim in arcu meo sperabo, & gla Ibidem.
dius meus nō saluabit me. Vnde & in Exodo iuxta Hebraicum, & Aquilæ æditionem, legimus: Et Moyses nesciebat, Exo.34.d
quia cornuta erat species vultus eius: qui verè dicere poterat: In te inimicos meos cornu ventilo. Legimus & in alio Psal.148.
loco: Et exaltabit cornu populi sui: Et exaltabit cornu Chri b.&.1.Re.
sti sui: Et cornu altaris, & munda animalia atque cornuta 2.b.
quæ sola offeruntur deo: quorum interpretatio non huius est temporis. Ob hæc tanta peccata & extremam superbiā, quæ iniquitatem loquitur contra deum, & ponit in excelso os suum: gentem sæuiſſimam dominus deus omnipotens se suscitaturū esse dicit, quæ conterat & tribulet eos, imò prohibeat ingredi in Hemath, & vsque ad torrentem Occidentis. Hemath interpretatur murus, aut murata. Vetabuntur חמת
itaq; ab hac gente sæuiſſima, cui supplicia delegata sunt, cōfugere ad ciuitatem munitam, quæ est cœlestis Hierusalem, ne introeant & saluentur: in modum illius capituli quod in Genesi legimus: vbi posuit deus Cherubim & flammeam Gen.3.d.
romphæam, quæ vertitur ad custodiendam viam ligni vitæ, vt qui eiectus fuerat de paradiso, nequaquam illuc ingrederetur indi-

A deretur indignus. Quod q; sequitur: Vsq; ad torrentem Occidentis: de sexagesimo septimo psalmo interpretabimur, in quo scriptum est: Cantate domino, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi. Nisi enim mala opera in nobis occiderint, Christus non ascēdet super nos. Cum q; illa occiderint, & Christum habuerimus aurigam, tunc nobis proficiētibus & ad meliora pergentibus in eodem psalmo imperabit: Cantate deo, psallite domino qui ascendit super cœlū cœli ad Oriētem. Vnde & in mysterijs, primū renunciamus ei qui in Occidente est, nobisq; moritur cum peccatis: & sic versi ad Orientem, pactum inimus cum sole iustitiæ, & ei seruituros nos esse promittimus. Pro torrente Occidētis, Symmachus interpretatus est, vallem campestrem: Theodotio, torrentem Arabiæ: Aquila, torrentem qui est in planicie. Quibus verbis ostenditur nequaq; in eis à murata ciuitate exclusis, muniri posse contra peccata: nec peruenire illos ad torrētem campestrem & planum siue deserti, qui torrens dicitur voluptatis: iuxta illud quod
Psal.35.b. legimus: De torrente voluptatis tuæ potabis eos.

B

HEB. Cap. VII.

a HAec ostēdit mihi dñs deꝰ: Et ecce victor locustæ in prī cipio germinantiū serotini imbris: & ecce post serotinum tonsor (siue tonsura) regis. Et factum est cū cōsummassēt comedere herbam terræ, & dixi: Dñe deus, ꝓpiciꝰ esto obsecro: qs suscitabit Iacob, quia paruulus est? Miserꝰ est dñs super hoc: nō erit,
b dixit dñs. Hæc ostēdit mihi dñs deꝰ: & ecce vocabit iudiciū ad ignē dñs deus: & deuorabit abyssū multam: &

Caput VII.

a HAec ostendit mihi dominus deus &c.) Non solum ea quæ multa post secula futura sunt propheticus sermo prædicit, sed & vicina, & quæ statim vaticinium consequantur. Solemus enim homines multo plus de
4.Re.20.d. nobis quām de posteris cogitare, dicente Ezechia: Fiat pax in diebus meis. Et vt qui viderint rebus expleta quæ antè nunciata sunt, conuertantur ad cultum dei: in cuius prophetis diuinationis est veritas. Ostendit igitur dominus Sennacherib regem Assyriorum cum infinita exercitus multitudine, instar locustæ vniuersa tondentis, esse venturū in principio imbris serotini, quando extrema dei omnipotentis misericordia indigebat Israēl: huius autem locustæ fictor &
C creator est dominus. Quæ locusta venit in principio imbris serotini, quando cuncta virent & parturit omnis ager, & diuersarum arborum flores in sui generis poma rumpuntur. Et vt vno sermone indicem quod volo, cunctarum abundantiam rerum, flores arborum, atq; herbæ segetum pollicentur. Has autem locustas, quæ primo Vere volitabāt, bruchus innumerabilis sequebatur, qui veniebat post imbrē serotinum: & appellabatur tonsor vel tonsura regis: eo quòd
Esa.7.d. vniuersa vastauerit, & nihil penitus reliquerit herbæ virētis in terra. Hunc tonsorem siue tonsuram, Esaias acutam nouaculam vocat: quæ pilos omnes & capillos Israēlitici corporis raserit. Cum q;, ait, dubitarem quæ esset ista nouacula: statim intulit, regem Assyriorum. Nouacula igitur & tonsor regis, exercitus Chaldæorum est, qui in modum bruchi vniuersa populatus est: & non solum fruges, sed ligna, fœnū, stipulam q; consumpsit. Factum est autem cùm consummassēt bruchus qui venerat post locustam comedere herbam terræ, & propheta intelligeret quod videbat: ad preces vertitur, & ait: Domine deus, propiciꝰ esto obsecro. Nolo in subuersione populi mei mea verba cōpleri: nolo me ad hoc electum de pastorum numero, vt ruinam decem tribuum nunciem. Quis enim poterit suscitare Iacob, nisi tu solus? quo allidente, nullus est qui suscitet. Paruulus est Iacob, & crebra hostiū incursione deletus. Cum q; ille precaretur: & interioris hominis lachrymas funderet, misertus est dominus

SEP. Cap. VII.

SIc ostendit mihi dominus: Et ecce fœtus locustarum veniebat matutinus: & ecce bruchus vnus Gog rex. Et erit si compleuerit vt deuoret fœnum terræ, & dixi: Domine deus, propicius esto: quis suscitabit Iacob, quoniam modicus est. Pœniteat te domine super hoc: & hoc non erit, dicit dominus. Sic ostendit mihi dominus deus: & ecce vocauit iudicium in igne dominus deus, & deuorauit abyssum multam: &

D

E

super hoc, & respondit: Non perdam omne genus Israēl: reliquiæ saluæ erunt. Aut certè sic accipiendum: Duo pariter futura conspexit. Primum, locustam: deinde, bruchum. Pro vtroque dominum deprecatus est, & in vno tantum exauditur, vt bruchus vsq; ad internecionem cuncta non vastet. Locusta autē volitās quædam deuoret, quædam integra derelinquat. Videtur mihi Lxx. interpretes, verbū Hebraicum גזם, quod interpretatur tonsor, siue tonsura intellexisse גזל literam ל arbitrātes: & bruchi innumerabilē multitudinē Gog genti sæuissimæ cōparasse, quæ terram Iudææam vastatura describitur. Quid autem voluerit Aquila dicere: Ecce serotinus post Gazæ regem, cùm Gaza verbo Hebraico עזה appelleture: non satis intelligo, nisi fortè ipsum sermonē עז posuit: & paulatim in Gazam errore corruptus est. Dicamus & spiritualiter: Qui post opera iustitiæ (de quibus in propheta dicitur: Seminate vobis in iustitia, & innouate vobis noualia: & ne seminetis super spinas) grauia peccata commiserint, inducitur super eos fœtus, vel generatio locustarum veniens matutina: quando transeuntibus noctis tenebris, incipiunt sua peccata cognoscere: & quia non egerunt pœnitentiam, adducitur bruchus qui appellatur Gog rex: עז autem in linguam nostram vertitur δόμα, id est, tectum, superba quædam & arrogās fortitudo. Cum q; terræ nostræ fœnum stipulam q; consumpserit, quicunq; sancti in populi fuerint: veniam precabūtur, & dicent: Domine deus propicius esto. Quis enim alius suscitare poterit Iacob? quis medicorum sanare ἀιμοῤῥοοῦσαν, Luc.8.f.
nisi tu solus? ad cuius tactum fimbriæ, statim sanitas redit, Paruulus est enim Iacob, siue modici numeri: quia nulla in Esa.10.e.
eis vel pauca virtutum remansere vestigia. Pœniteat te domine super hoc, quod te facturum tuo populo comminatus es. Pœnitentiam autem dei in scripturis sic debemus accipere, quomodo somnium & iram: non quòd deum pœniteat, aut mutet sententiā, qui loquitur per prophetam: Ego deus, Malac.3.b
& non mutor. Et cui nos dicimus: Tu autem idem ipse es, & Psal.101.d
anni tui non deficient: sed quòd nobis ad meliora conuersis, F
& ipsum pœniteat sentētiæ suæ: vt nec iusto reddat præmia quę promisit, si declinauerit ad iniqtatē: nec peccatori pœnas, quas cōminatus est, si conuersus fuerit ad salutē. Dicitur
ad eum qui acturus est pœnitentiā: Ne dederis somnū ocu- Prou.6.a.
lis tuis, neq; dormitationem palpebris tuis: vt libereris quasi damula de cassibus, & sicut auis ex laqueis. Qui si domini primùm mandata contēpserit, & postea in angustijs constitutus euigilare cœperit, suscitat dominum dormientem sibi, & dicit: Exurge, quare obdormis domine? Ecōtrariò, qui the Psal.43.d
saurizauerit sibi iram in die iræ, deū iratum sentiet. Quòd Rom.2.a.
si egerit pœnitētiam, ira vertetur in misericordiam: & cum perturbationibus nostris atq; virtutibus, in vtramq; partem pœnarum atq; clemētiæ dñs cōmutabitur. b ¶ Hæc ostē dit mihi dñs deus &c.) Primùm dominus ostēdit prophetæ fictorem locustarum in principio germinantiū serotini imbris: & post imbrem serotinum, tonsorem regem, siue regis: & vt verbū exprimamus è verbo, tonsuram regis Sennacherib, qua cuncta decem tribuum totonderit atq; vastauerit. Nūc idem dñs ostendit Nabuchodonosor, imò vocat & venire præcipit contra Iudam & Hierusalem. Vocat autem vt tēplū & Hierusalē igne succēdat, & faciat in igne iudiciū: de eo qui quondam fuit populus suus. Cum q; venisset ignis ad

iudiciuꝝ, vt

G iudicium,vt impleret domini iussionem,deuorauit abyssum multam:& comedit simul partem, cunctas vrbes Iudææ;& partē domini quæ vocabatur templū eius. Cumq; hoc propheta vidisset,dixit ad dominū:non vt suprà, propicius esto obsecro:sed,quiesce,vel desine:vt quē cœpisse iam viderat, cessare precibus impetraret: præsertim cùm nullus sit alius qui iacentem & paruulum & humiliatum Iacob valeat suscitare, nisi dominus q potest captos in Chaldæamq; translatos reducere in terram Iudam. Quia verò semel iuxta Ose prophetam & psalmistam dicentem: Filij Ephraim intendentes & mittētes arcum,conuersi sunt in die belli: decem tribus ad hæreticorum perso
H nam retulimus, quæ appellabantur Israël: & duas,quibus Iudas præerat,ad ecclesiam & ecclesiæ peccatores:qui confitentur quidem rectam fidem,sed propter vitiorum sordes purgantibus se indigent flammis: idcirco nunc dominus ad ignem iudiciū vocare se mōstrat: vt vnusquisq; opus quale sit ignis probet: & impleatur illud quod scriptum est: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis. Vnde & ad Babylonem dicitur: Habes carbones ignis,sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutoriū. Et in Psalmo, Lingua dolosa & plena mendacijs, igne carbonum dicitur esse purganda: Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ,cum carbonibus desolatorijs. De his altaris carbonibus desolator carbo duorum testamentorum forcipe prenditur:& Esaiæ labia purgat immunda,vt possit verbum domini prophetare. Vocatus autem ignis ad iudicium,deuorat primùm abyssum,id est,omnia genera peccatorū: ligna, fœnum,stipulam:& postea comedit simul partem, hoc est, ad sanctos illius peruenit,qui in peculium domini & in eius parte reputātur:tempus enim est vt incipiat iudicium à domo domini. Et in Ezechiel præcipitur his qui pœnas illaturi sunt:A sanctis meis incipite. Et in Apostolo legimus: Si cuius opus arserit,detrimentum patietur: ipse autem saluus
I erit:sic tamen quasi per ignē. Cumq; omnes fuerimus in peccato,& iacuerimus ad sententiæ veritatem, miserebitur dominus noster:& quia paruuli sumus, resurrectionis nos tempore suscitabit: siue suscitabit per virtutēs qui in vitijs iacebamus: hoc domino promittente,atq; dicēte:Sed & istud non erit. Pulchrè autem dixit,sed &:quia iam suprà dixerat:hoc non erit. Non enim in finem irascetur,neq; in æternum comminabitur. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuet nobis. Quātum distat ortus ab Occidente, longè fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. a ¶ Hæc ostendit mihi dominus &c.) Priusq; de adamāte differamus,quē Symmachus & Lxx. pro eo quod in Hebraico אמיר scriptū est,trāstulerunt. Dicendū est breuiter q hoc verbum Aquila ἀλεί-φωσιμ, Theodotio τηκόμενον interpretati sunt:quorum alterum stannaturam, alterum tabescentem significat,vt illa sartago quam legimus in Ezechiel: in qua populi obsidione vallati,frixura significatur:etiam in decem tribub⁹,& in regno Hieroboā, qui nepos erat Iehu:sub quo prophetia hæc cernitur,per stannaturæ vocabulum demonstretur. Dominus itaq; cernitur stans supra murum stannatum siue litum: & in manu eius stannatio siue trulla cementarij, qua solent superinduci parietes: & non solum pulchritudinem accipere,sed & fortitudinem contra iniuriam imbrium & creberrimas tempestates. Legimus in Ezechiel,dominum comminantem quòd tempestate & grandine consurgente, nequaq; linat nec vestiat parietē Israël,sed dimittat eam pluuijs dissipari. Vnde & nunc dicit ille,de quo scriptum est:Structor

HEB. tam: & comedet simul partem. Et dixi: Domine deꝰ, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est dominus super hoc: sed & istud non erit, dixit dominus deus. Hęc ostēdit mihi: Et ecce dominꝰ stabat super murum litum, & in manu eius trulla cemētarij. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cementarij. Et dixit dominꝰ: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israēl. Non adijciā

SEP. tam: & comedit partē, & dixi: Domine deus, desine: quis suscitabit Iacob, quoniā paruulus est? Pœniteat te domine super hoc: & hoc non fiet, dicit dominus deus. Sic ostendit mihi dominus: Et ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas. Et dixit dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit dominus ad me: Ecce ego injiciam adamantem in medio populi mei Israēl. Nequaquā

macerię vocabitur,ipse angularis lapis, ædificator domus, q deponat trullā in medio populi sui Israël:& cessare faciat atq; torpere, vt nequaquam vltrà superinducat eum:& suo vestiat ac tueatur auxilio. Cūq; dominus protectionem suam, & vt ita dicam, parietis vestimentum trulla cessante subtraxerit, tunc demolientē excelsa idolorum, quæ Hebraicè appellantur במות & sanctificationes decem tribuum desolabūtur: L vt destruat Dan & Bethel,in quibꝰ adorabantur vituli aurei. Diximus vt potuimus quid ab Hebræis nobis iuxta historiæ sit traditum veritatē, transeamus ad anagogen:de Xenocrate, qui scribit super lapidum gemmarumq; naturis pauca verba ponentes: Adamas sui nominis lapis est, quem Latinè indomitum possumus appellare: eo quòd nulli cedat materiæ nec ferro quidem. Nam si ponatur super incudem, & graui ictu feriatur mallei,antea incus & malleus vulnus accipiunt, quàm adamas conteratur. Cumq; ignis omnia domet, & vniuersa metalla consumat, reddit adamantem duriorem, vt ne paruulum quidem in eo angulum vis nimij ardoris obtundat. Vidi & in auro adamantem magnitudine milij: cumq; vicinum cōsumatur aurum longo vsu ac nimia vetustate, solus adamas non atteritur: & nulla lima imminui potest, sed econtrariò limam terit: & quicquid attigerit, lineis sulcat. Hic lapis durissimus & indomabilis, solo hircorum cruore dissoluitur: & missus in calidum sanguinem, perdit fortitudinem suam. Est autem paruus & indecorus, ferrugineum habens colorem, & splendorem crystalli. Quatuorq; adamantis genera describuntur. Primus est Indicus: secundus, Arabicus: tertius, Macedonicus: quartus Cyprius: pro qualitate regionum plus vel minus duritiam possidentes. Dicitur quoq; M in electri similitudinem venena deprehendere, & maleficis resistere artibus. Talis est dominus & Saluator: Qui cùm in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: humilians semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. De quo Esaias scribit: Non est species illi, neque decor: vidimus eum & non erat pulchritudo: despectum & nouissimum hominum: virum dolorum, & scientem ferre infirmitatem. Hic stat supra murum adamantinum, id est, super sanctos & Apostolos suos: quibus donauit vt & ipsi adamantes vocarentur, & à nullo superati dicerent: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et iterum: Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Petrus quoq; qui erat fortissimus adamas, portæ inferorum non præualuerunt aduersus eum. Hic vir & dominus qui stat super murum adamantinum, habet in manu sua adamātem, qui nisi dei teneatur manu,

Pſal. 77.b
H
1. Cor. 3. c.
Eſa. 50. d.
Eſa. 47. d
Pſal. 119. a
Eſa. 6. b.
Ezec. 9. c.
1. Cor. 3. c.
I
Pſal. 102. b
Ezec. 4. a
4. Re. 14.
K
Ezec. 13. b
L
Xenocrates.
Adamas lapis.
Adamātis genera.
M
Philip. 2. a
Eſa. 23.
Rom. 8. g.
Matt. 16. c

A tur manu,& illius valletur auxilio,omnem perdit fortitudi
Ioan.10. f. nem,dicente domino in Euangelio: Nemo potest rapere de
manu patris mei.Et intãtum robustus est vt dicatur ad eũ:
Esa.43.a. Si transieris per ignem,flamma non comburet te: quantoq;
magis tẽtationibus cæditur,tanto fortior fit: & pro nomine
Saluatoris inter flagel-
la lætatur.Cumq; à nul
lo superari queat, solo
mortiferæ libidinis ca-
lore dissoluitur. Hæc
enim sanguinis hircorũ
& ipsius hirci dicit es-
se natura,vt sit ad libi-
dinem calidissimus: &
qđ ignis edomare ne-
queat,solus illius disso
luat cruor. Ponit ergo
dominus huiuscemodi
adamantẽ in medio po
puli sui Israël: & vltrà
non transit eum, nec di
mittit vt dissipent̃ arę,
quæ risu & subsanna-
tione sunt dignæ: & o-
mnia hæreticorũ my-
B steria,domumq; Hiero
boam,q primus dei po
pulum seperauit,percu
tiat gladio atq; subuer
tat. a ¶Et misit A-
masias sacerdos Bethel
&c.)Salomonis prouer
bium est, imò mandа-
Prou.9.b. tum: Noli arguere ma
los,ne oderint te. Et e-
cõtrariò de bonis præ-
cepit:Argue sapiẽtem,
Ibi.28.d. & diliget te.In alio quoq; loco: Qui arguit,inquit,hominis
vias, gratiã habebit magis q̃ is qui loquitur quæ delectent.
Itaq; & Amos emẽdationis affectu loquebatur ad populũ,&
& ex sermonibus dei terribilia minabatur,vt agentes pœni
tentiam, reuerterẽtur ad deum & idola desererẽt.Tunc sa-
cerdos Bethel,in quâ erat vitulus aureus, quẽ constituerat
3.Reg.12. f. Hieroboam filius Nabath, & alij qui illi in imperio succes
serant:mittit ad Hieroboam nepotẽ Iehu, qui ei nunciet,di
cens: Rebellauit contra te Amos, siue congregationes facit
atq; conuẽtus in medio regni tui Israël:& tanta loquitur,vt
C terra regni tui verba eius sustinere nõ possit. Audet autem
mittere ad regẽ Israël quasi pontifex: metuẽs ne si populus
conuertatur ad cultum dei, ille sacerdotij perdat gloriam.
Cumq; duo audierit, demolientur excelsa idoli,siue aræ ri-
sus:& sanctificationes vel ceremonię Israël desolabuntur:&
consurgã super domum Hieroboam in gladio:eo quòd ido
la penitus destruãtur,quib⁹ præerat Amasias sacerdos:& cõ
tra Hieroboam deus consurgat in gladio, nisi egerit pœni-
tentiam:ille de sua non mãdat iniuria,vt de regis tantũ con
tumelia dolere videat. Hęc enim,inquit, dicit Amos. Erras
calũniator. In omnibus enim sermonibus suis nõ quasi ex se
propheta loquitur,sed semper pręponit in titulo:Hęc dicit
dñs.Igitur quæ locutus est dñs,Amos prophetã dixisse cõ-
memorat,vt magis regem prouocet ad vindictã. Quę sunt
quę dicit Amos?In gladio morietur Hieroboam. Et in hoc
mentiris:Non enim dixit,morietur:si enim hoc dixisset, vi-
debatur non susciperę pœnitentiam:sed,consurget dñs su-
per domũ Hieroboam in gladio:comminans pœnã,non in-
ferens.Nec dixit:In gladio morietur Hieroboam:sed,cõsur
gam in gladio super domũ Hieroboam. Hieroboam quip-
pè gladio non est mortuus,sed domus eius:id est, filius Za-
charias deo percutiente deletus est.Et Israël, inquit,capti-
uus migrabit de terra sua:adde & cætera,si non egerit pœ-
nitẽtiam.Porrò Hieroboam vanissima Amasię mandata cõ

HEB. Nõ adijciam vltrà
superinducere eum: & de-
molientur excelsa idoli: &
sanctificationes Israël de-
solabuntur:& consurgã su
per domũ Hieroboam in
a gladio. Et misit Amasias
sacerdos Bethel ad Hiero
boam regem Israël, dicẽs:
Rebellauit contra te A-
mos in medio domus Is-
raël:Non poterit terra su-
stinere vniuersos sermo-
nes eius. Hæc enim dicit
Amos: In gladio morie-
rur Hieroboam:Israël au-
tem captiuus migrabit de
terra sua. Et dixit Ama-
sias ad Amos:Qui vides,
gradere:fuge in terram Iu
da, & comede ibi panem,
& ibi pphetabis: & in Be-
thel non adijcies vltrà vt
pphetes : quia sanctifica-
tio regis & domus regni
b est. Et respondit Amos,&
dixit ad Amasiam : Non
sum pro-

SEP. Nequaquam vltrà
addam vt pertranseam eũ,
& dissipabuntur arę rursus,
& sacrificia Israël desola-
buntur, & consurgam su-
per domũ Hieroboam in
gladio. Et misit Amasias
sacerdos Bethel ad Hiero-
boam regem Israël, dicẽs:
Congregationes facit cõ-
tra te Amos in medio do-
mus Israël : Non poterit
terra sustinere omnes ser-
mones eius. Hæc enim di-
cit Amos: In gladio mo-
rietur Hieroboam : Israël
autem captiu⁹ ducetur de
terra sua. Et dixit Ama-
sias ad Amos : Qui vi-
des, egredere:recede in ter
ram Iuda , & ibi viue, &
ibi prophetabis:in Bethel
autem non adijcies vltrà
prophetare: quia sanctifi-
catio regis est,& domus re
gni. Et respondit Amos,
& dixit ad Amasiam: Nõ
eram pro-

D temnens,nihil ad ea quæ ille mãdauerat voluit respondere:
vndè ipse sibi assumit authoritatem sacerdotalis fastigij, &
loquitur ad Amos:Qui vides,gradere:fuge in terram Iuda.
Prophetæ(vt crebrò diximus)prius appellabantur vidẽtes:
quia quæ ventura dicebant,cordis oculis intuebãtur.Quę-
rat prudẽs lector, quare videntẽ vocet & no-
mine prophetali,quem de terra Israël exire cõ
pellit?Cui respondẽdũ est: aut cũ irrisione eũ
dicere κατὰ ἀντίφρα-
σιν, q̃ omnia mentiat:
aut quia videbat mul-
tos esse in populo, qui
eum libenter audirent:
propter qđ & regi re-
tulit,cõgregationes fa-
cit cõtra te Amos:Ap-
tè iniuriam nõ audet fa
cere,ne audiẽtes lædе-
re videatur. Vade,inqt,
in terrã Iuda,in qua na
tus es:vbi libẽter audi-
untur insani: & come-
E de ibi panem tuum, vel
ibi viue, aut certè exer
ce artem tuã per quam
tibi repias cibos: & ibi
vaticinare,q habes mul
tos quos cõsueuisti se-
ducere : in Bethel autẽ
in qua ego sum sacer-
dos, vltrà non adijcies
prophetare : quia san-
ctificatio regis est, &
domus regni. Et hoc
quasi falsus sacerdos loquitur,adulans regali fastigio, vt nõ
dicat:sanctificatio dei nostri est,& domus idoli: sed,sanctifi-
catio regis,& domus regni:hãc habentibus cũctis qui fal-
sos deos colunt consuetudinem,vt superbiam suam regibus
imputent:& quod ipsi faciunt, rex fecisse videatur. Omnia
quę de Amasia,& Hieroboã,& Israël,& Amos interpretati
sumus,ξοωσολογικῶς ad hæreticos referenda sunt:quorum
sacerdos Amasias solet interdũ mittere ad Hieroboam re-
gem hæreticum,atq; hæreticorum patronum:& sanctos vi-
ros ac præcones fidei accusare apud eum: & iubere doc-
toribus,ne prædicent in Israël,ne contra regis faciant volũ-
F tatem:quia Bethel,hoc est,domus dei, & falsa ecclesia sanctifi
catio regis sit,& domus regni.Solent enim dicere: Impera-
tor nobis communicat:& si quis eis restiterit, statim calũ-
niantur : ergo tu contra Imperatorem facis? Augusti man-
data contemnis?& tamen considerемus,q̃ multi reges Chri
stiani qui persecuti sunt ecclesiam dei, & Arianam impie-
tatem in toto orbe fundare conati sunt , vincant in scelere
Hieroboam regem Israël.Ille enim falsi sacerdotis manda-
ta despexit, nec ad suggestionem eius quicquam voluit re-
spondere:Isti autem cum multis Amasijs sacerdotibus suis,
fame & penuria, carceribus & exilijs Amos prophetam &
sacerdotes domini necauerunt. b ¶Et respondit A-
mos, & dixit ad Amasiam: Non &c.)Hoc quod beatos A-
postolos feciſse scriptura commemorat, quando denuncia- Acto.4.d
uerunt eis Scribæ & Pharisæi, ne docerent in nomine Iesu:
& illi responderunt dicentes: Obedire deo magis oportet,
quàm hominibus:etiam Amos prophetam feciſse cognosci-
mus:qui iubente idolorum pontifice,ne prophetaret in Be-
thel,non solum prophetat & ostendit se magis deum time-
re mittentem,quàm illum prohibentem: sed audaciter & li-
berè ipsi denunciat supplicia qui vetare conatus est, & dei
impedire sermonem. Non solum,inquit, non sum prophe-
ta, siue non eram : quorum alterum humilitatis, alterum

veritatis

G veritatis est: nec filius prophetæ, nec de prophetali stirpe descendens: sed cùm essem armentarius, & ruborum mora destringerem, tulit me dominus sequentè greges. Pro armẽtario, qui Hebraicè dicitur בּוֹקֵר, Aquila & Symmachus & Theodotio, & quinta æditio βουκόλον transtulerũt, qui armenta pascit, non oues.

Soli Septuagita ἀιπόλον dixerunt: qui propriè pastor caprarum appellat ἀπὸ τ ἀιπόλιον, quod interpretatur quidem grex qui in altioribus couersatur: vt ostendat greges caprarum semper rupes & asperas cautes & altiora conscendere. Sed quoniam infert: Et tulit me dominus ἐκ τοῦ προβάτου, id est, de pecoribus: videt oues magis significare, quàm capras: licèt in principio Leuitici legerimus, &
H oues & capras, pecorũ nomine demõstrari. Ita enim domin⁹ loquitur: Si obtuleris ἀπ τ προβάτου, id est, de pecoribus domino agnũ vel hœdũ, & ouem, siue capram. Porrò hoc quod ait: vellicans sycamina, id ẽ, συκάμινα κνίζων, quod Aquila interpretat⁹ est ἐρωῶν συκομώρους, id est, scrutans sycomoros: & Theodotio χαραικῶν συκαμίνους, id est, vellicans sycamina: & Symmachus ἔχων συκομώρους, id est, habens sycomoros: quidã ita edisserunt, vt sycamina velint appellari genus arborum, quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus: & agrestes afferunt ficus: quæ si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, & à culicibus corrũpuntur. Nobis autem (quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiuscemodi gignit arborem) magis videtur rubos dicere, qui afferũt mora, ac pastorum famẽ & penuriã consolantur. Vtcunq; voluerit le-
I ctor accipere, hoc dicendũ est: quòd humilẽ pastorẽ & rusticum assumpserit dominus, & miserit ad populum suũ Israel: & præceperit ei, vt egrediẽs de terra sua, Samariã pergeret: & ibi quæ vẽtura sunt prophetaret. Quia igitur domino, inquit, iubente vt loquar, tu Amasia dicis mihi: Noli prophetare super Israël, & non stillabis super domũ idoli: audi quæ contra te dominus cõminetur. Pro domo idoli in Hebraico scriptũ est, בֵּית יִשְׂחָק, id est, domus risus. Isaac enim risus interpretatur: quod Lxx. transtulerunt, domũ Iacob: nomen pro altero nomine, & nõ rem intelligẽtes. Rursum vbi nos posuimus: Et non stillabis: Symmachus interpretatus est, non increpabis. Stillare autem prophetas, idioma scripturarũ est: quòd non totã dei simul inferant irã, sed paruas stillas cõminatione denuncient. Quia ergo dixisti mihi, non prophetabis: vxor tua in ciuitate fornicabitur: qđ melius interpretatus est Symmachus, πορνευθήσετη: nõ quòd ipsa fornicetur, sed quòd passiuo genere, ab alijs constuprata sustineat fornicationẽ. Grandis autẽ dolor, incredibilisq; ignominia, quãdo maritus, in media ciuitate, præsentib⁹ cũctis, vxoris iniuriã prohibere non potest. Filij quoq;, inquit, tui & filiæ tuæ in gladio cadent. Non est tantus dolor in filia constuprata, quantus in vxore polluta: nec tãtus dolor in vxore occisa, quantus in filijs trucidatis. Maritus enim libẽtius audit vxorem interfici, q̃ pollui. Nec hoc sufficit ad insuriam, nisi & terra ipsius funiculo ab hostib⁹ diuidatur, & K
nouos cultores recipiat. Ipse quoq; Amasias, qui nũc gloriatur in sacerdotij potestate, nequaq̃ morietur in terra sua: sed ductus in captiuitatẽ, morietur in terra quæ polluta est idolis: & non antè morietur, nisi populum quẽ deceperat, seruientem videat atq; captiuũ. Secundũ tropologiam, Amasias sacerdos interpretatur robustus & rigid⁹: eo quòd rebellis & ferox, ecclesiasticum virũ, & verè prophetã vetet dei verba proferre & doctrinam: & errantem populum corrigere prohibeat. Huius vxor falsa ecclesia, patebit fornicationi omniũ: & filij eius ac filiæ quas malè in errore generauit, domini mucrone ferient: humus quoq; illius & vniuersa possessio erit L
pars dæmonum: & ipse morietur in terra polluta: quæ nõ habeat habitatorẽ deũ, sed multis praueq religionis contaminetur erroribus: & omnis populus qui falsum sibi nomẽ assumit Israël, captiuus migrabit de terra sua: vt non seruiat deo, sed hæreticorum ac dæmonũ iugo colla submittat.

HEB. sum propheta ego, & non sum filius prophetæ, sed opilio ego sum vellicans sycomoros: & tulit me dominus cùm sequerer gregem, & dixit ad me: Vade propheta ad populũ meum Israël: & nunc audi verbum domini: tu dicis, Nõ prophetabis super Israël, & non stillabis super domum idoli. Propterea hæc dixit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadẽt: & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris: & Israël captiuus migrabit de terra sua.

Cap. VIII.

a HAec ostẽdit mihi dñs deus: Et ecce vncinus pomorũ, & dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vncinũ pomorũ. Et dixit dñs ad me: Venit finis sup ppl'm meũ Israël:

SEP. eram propheta ego, neq; filius ꝓphetæ, sed pastor vellicans sycamina: & tulit me dominus ex ouibus, & dixit dominus ad me: Vade & ꝓphetiza super populum meũ Israël: & nunc audi sermonẽ domini: tu dicis, Noli ꝓphetare super Israël, & ne congreges audientes cõtra domũ Iacob. Propterea hæc dicit dominus: Vxor tua in ciuitate fornicabitur: & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent: & terra tua funiculo diuidetur: & tu in terra immunda morieris: Israel autem captiuus ducetur de terra sua.

Cap. VIII.

SIc ostendit mihi dñs de⁹: Et ecce vas aucupis. Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vas aucupis. Et dixit dominus ad me, Veniet finis super populum meum Israël:

a HAec ostendit mihi dñs deus &c.) Q đ Hieremias sub virga cernit vigiliarum, siue nucis: eo quòd vigilauerit super peccata populi sui, ne quasi clausis & conniuentibus oculis eorũ delicta non viderit: hoc nunc Amos aduersus Iudam & Israël pariter intuetur sub specie vncini, qui Hebraicè dicitur כְּלוּב: & à Lxx. in vas aucupis vertitur: cùm auceps propriè מוֹקֵשׁ nũcupetur: sicut suprà in hoc eodẽ propheta legimus: Si cadet auis super terrã sine aucupe. Et est sensus: Sicut vncino rami arborũ detrahũtur ad poma carpenda: ita ego proximũ captiuitatis tẽpus M
attraxi. Et vt sciamus hoc esse, quod dicimus: ipse interpretatur deus, quid significet visio, quã prophetæ ostenderat. Venit finis super populũ meũ Israel. Quodq; sequitur: Non adijciã vltrà vt pertranseã eum: hoc significat, quòd iniquitates populi sui vltrà non transeat, nec negligat, neq; impunita scelera transire permittat. Et ne solũ de decẽ tribubus dicere videretur, intulit: Stridebunt cardines tẽpli, siue laquearia in die illa, dicit dñs. Hoc autẽ ὑπερβολικῶς accipiendum est, quòd tam graue malorũ pondus incumbat: vt ipsi quoq; portarum cardines & excelsa laquearia vlulẽt, & incredibilem sentiant vastitatem, quando multi morientur: & captis habitatoribus vel occisis, in omni loco proijciatur silentium. Sin autem voluerimus legere pro vncino pomorum, vas aucupis: hoc dicendum est, quòd quomodo auceps viscо vel retibus aues volantes per aẽrem, & sublimius discurrentes ad terram detrahit: sic deus per Sennacherib siue Nabuchodonosor, quos nunc aucupes intelligimus, populum suum prius liberum, & legis obseruatione sublimem comprehenderit, vinxerit, transtulerit, enecarit. Non enim iniustè tenduntur retia auibus. Et hoc non solum ad Babyloniæ captiuitatis tempus referendum est, sed & in aduentum domini saluatoris, quando dixerunt: Aufer de terra talem: crucifige eum, crucifige eum: & perdiderunt alas columbæ. Hiere. 1. c. Ioan. 19. c.

A alas columbæ. Et venit finis ſuper eos: & extrema captiuitas, vltraq; non pepercit eis dominus. Et vlulauerunt cardines templi, vel laquearia templi, ſuper occiſum populũ corruẽtia. Et in omni loco proiectum eſt ſilentium, habentibus Iudæis Moyſen & prophetas: & non habentibus verbũ dei: legẽtibus literã, & perdentibus ſpiritũ: quando facta eſt mẽſa eorũ in laqueum, & in retributionem, & ruinam: & excæcati ſunt oculi eorum, vt non viderent: & obduratæ ſũt aures eorum vt non audirent, & incuruatũ eſt dorſum eorum ne cœlum ſuſpi-
Mar. 7.c. cerent: ſed cum Euangelica illa muliere quæ habebat ſpiritum infirmitatis, ſemp terræ incumberẽt: & effuſa eſt ſuper eos ira dei, & furor iræ eius comprehẽdit illos, ita vt fieret ha-
B bitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorũ nõ eſſet habitator, quãdo completum eſt: Ecce dies veniũt, dicit dominus: & emittam famem ſuper terram: nõ famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famẽ audiendi verbum domini: de quo in poſterioribus, ſi peruenerim⁹ ad calcẽ, plenius differendũ eſt. Nos ergo cernentes, qa deus naturalibus ramis nõ pepercit, timeamus eadem perpeti: & aucupis laqueos declinemus, dicamuſq; ad
Pſal. 27.a dominum: Ne taceas, neq; cõpeſcaris deus: & ne ſileas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum. In toto orbe terrarum proiectum eſt ſilentium Iudęorũ: vbicunq; fuerint, muſſitant potius q̃ loquuntur: & cùm blaſphemia eorum cõtra dominum ſaluatorem ad cœlum vſq; perueniat, omnis interpretatio ſcripturarum muta eſt & ſilens, & aures non pene-
C trat audientium. a ¶ Audite hoc qui conteritis pauperẽ. &c.) Ne fruſtra videatur vncinus pomorum, & vas aucupis eſſe monſtratũ: & per hæc vicina imminere captiuitas, cauſæ offenſæ dei breuiter deſcribuntur. O tu Iuda, & ô tu Iſraël, audite quę ſcelera feceritis: de nocte ſurgẽtes, pro oratione & hymnis in deum, ſtudium habetis opprimendi ſiue conterendi pauperes: vt fame & egeſtate confecti auferantur de terra. Q ui expectatis kalendas vt negociemini, & vſuras augeatis deuſuris: & ſabbata, vt aperiatis horrea, detisq; frumenta amplius recepturi: & dei ſolennitates turpis lucri gratia in veſtra compendia vertitis: qui minorem in vendendis mercibus menſuram facitis, & maiora pondera in accipiendis: ſtatheramq; iniquam, vt poſſideatis pecunia paupe res, & tam viles habeatis homines, vt impleatis illud quod
Suprà. 2.b ſuprà de vobis dixeram: Pro eo q̃ vendidiſtis argento iuſtũ, & pauperem pro calciamentis, & in tãtam lucri rabiẽ proſiliſtis: vt non frumenta, quorum eſu hominũ corpora ſuſtẽtantur: ſed quiſquilias & purgamenta frumẽti vendatis pau peribus, puluerem & paleas tritico commiſcentes. Q uod quidem & peruerſos doctores ac principes, qui abſq; dei ti-
Hiere. 23. more dominãtur cleris: de quibus Hieremias loquitur: Cleri eorum non proderunt eis: nõnunq̃ facere cernimus, qui putant quæſtum eſſe pietatem: & ſedẽtes in templo numularij proponunt colũbas: non in caueis, ſed in cathedris quaſi magiſtri, ſpiritus ſancti dona vendentes: qui faciunt menſuram D minorem atq; maiorem, vt pauperibus, vel parum vel nihil: diuitibus autem & his de quibus ſectantur lucra in modum concionatorum loquantur ſermone lõgiſſimo: & propter pecuniam conterant capita pauperum atq; conculcent: & non frumentum domini, qđ cõfirmat cor hominis, ſed quiſquilias & viliſſimum puluerem auidis faucib⁹ ingerãt: etiã hęc quæ nulli⁹ ſũt precij vẽditantes, cùm dominus Apoſtolis præceperit: Gratis accepiſtis, gratis date. Matt. 10.a

HEB. Iſraël: nõ adijciam vltrà vt pertrãſeam eum: & ſtridebũt cardines templi in die illa, dicit domin⁹ deus. Multi morientur: in omni loco proijcietur ſilẽ
a tium. Audite hoc qui conteritis pauperem: & deficere facitis egenum terræ, dicentes: Q uando tranſibit mẽſis & venũdabimus merces: & ſabbatũ, & aperiemus frumentum, vt im minuamus menſuram, & augeamus ſiclũ: & ſupponamus ſtatheras doloſas, vt poſſideamus in argẽto egenos: & pauperes ꝓ calciamentis: & quiſqlias fru
b menti vendamus. Iurauit dñs in ſuperbiam Iacob: ſi oblitus fuero vſq; in finem oĩa opera eorũ. Nũquid ſup iſto non cõmouebitur terra: & lugebit oĩs habitator eius: & aſcẽdet quaſi fluui⁹ vniuerſus, & eijcie⁹, & defluet quaſi riu⁹ Aegy
c pti. Et ẽrit in die illa, dicit dñs: ôccidet ſol ĩ meridie, & tenebreſcere

SEP. Iſraël: nõ addam vltrà vt pertrãſeam eum: & vlulabunt laquearia templi in die illa, dicit dominus deus: Multi cadentes erũt: in oĩ loco inijciã ſilentiũ. Audite hæc qui cõteritis mane pauperem, & opprimitis egenos de terra, qui dicitis: Q uãdo pertranſibit menſis, & negociabimur: & ſabbata, & aperiemus horreũ, vt faciamus minorem menſurã & maius põdus: & faciamus ſtatheram iniquã, vt poſſi deamus in pecunia paupe res, & egenũ pro calciamẽ tis: & de omni venditione negociemur. Iurauit dñs cõtra ſupbiã Iacob, ſi obli uiſcẽ⁹ in finẽ omnia opera veſtra. Et ſuper his nõ conturbabitur terra, & lugebit oĩs habitator eius, & aſcẽdet quaſi flumen conſummatio ipſius: & deſcẽdet quaſi fluui⁹ Aegypti. Et erit in die illa, dicit dñs deus: ôccidet ſol meridie, & cõtene-

b ¶ Iurauit dominus in ſuperbiam &c.) Iurantem deum ſæpius ſcriptura deſcribit. Primũ in Geneſi, vocauit angelus domini Abrahã ſecundò de cœlo, dicens: Per memetipſum iurauí, dicit dominus: quia feciſti verbum hoc: & E non pepercíſti filio tuo chariſſimo: benedicens benedicam tibi: & multiplicans multiplicabo te quaſi ſtellas cœli, & ſicut arenam quę eſt in littore maris. Et in centeſimonono pſalmo: Iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Q uod quicũq; eſt ille qui ad Hebręos ſcripſit epiſtolã, Epiſtola ad Hebræos. Geñ. 22.c

diſſerens ait: Q uoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per ſemetipſum. Et in hoc eodem propheta ſuprà legimus: Iurauit dominus in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos: quia ecce dies veniunt ſuper vos, & tollent vos in armis, ſiue in cõtis: & reliqua. Q ui ergo prius in ſancto ſuo, ſiue per ſanctos ſuos iurauerat, nunc iurat cõtra ſuperbiam Iacob: vt ſi non credunt comminanti, credant iuranti in humanam ſimilitudinem: qui iuramentũ tunc aſſumunt, quando ſimplicibus eorum verbis nõ creditur. Nec mirum eſt ſi deus iurare dicatur: cùm dormientibus dormiat, & vigilãtibus vigilet: hiſq; qui ſibi theſaurizauerunt iram in die irę, di Rom. 2.a. catur iraſci. Iurat autem quòd non obliuiſcatur vſq; in finẽ operum eorum. Superbis enim deus reſiſtit, humilibus autẽ Iacob. 4.b dat gratiam: ſed omnia memoriter teneat quæcunq; peccauerint: & vſq; ad finem & iudicij tẽpus adducat. Vnde pœnitentes rogant: Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: præſertim cùm aduerſus ſuperbos ipſa terra moueatur ſiue turbetur & lugeat, nõ colonus & aduena, ſed habitator eius: & aſcendat ſicut fluuius conſummatio, & deſcendat ſicut flumen Aegypti: vt qui egerit pœnitentiam, aſcendat cum fluuio ſcandẽte: qui autem perſeuerauerit in delictis, deſcendat ſicut fluuius Aegypti, & ingreſſus mare abſorbeatur: ac per hoc oſtendit ſuperbiam Iacob, contra quam iurat dominus æternis ſupplicijs deuorandam.

Suprà. 4. a.

F

c ¶ Et erit in die illa, dicit dominus &c.) Dies illa, diem captiuitatis ſignificat, quando vterq; populus ducetur in Aſſyrios atq; Chaldæos, quibus præ triſtitiæ magnitudine ôccidet ſol meridie: & clara omnibus luce, tenebræ cuncta complebunt, quando feſtiuitates eorum & omnia cantica in luctum planctumq; conuerſa ſunt. Et ſuper omne dorſum, ſiue lumbos, accincti ſunt cilicio: & iuxta conſuetudinẽ veterum lugentium,

Iob.1.d. lugentium, ſuper capita habuere caluitium: quod & Iob in
G mortibus filiorũ feciſſe leginus. Et tanta erit magnitudo lu
ctus atq; triſtitiæ, vt vnici filij morientis matriq; chariſſimi
vincat dolorem: & omnia planctu & amaritudine cõpleantur. Poſſumus hunc locũ & in domini intelligere paſſione,
Luc.23.f. quando ſol hora ſexta retraxit radios ſuos: & pendẽtem in cruce dominum ſuum ſpectare nõ auſus eſt, quãdo tenebris cũcta complẽtib⁹, feſtiuitates eorum & cantica, Veſpaſiano Titoq; ſuperantibus, in planctum luctumq; mutata ſunt: quãdo lachrymarum & pœnitudinis & ciliciorum repleta ſunt oñia, & capita habuere caluitiũ, quę pri⁹ Nazarẽorum decorata cæſarie, comã domino nutriebãt. Tũc primo-
H genitus filius dei, populus Iſraël, q ĩ vnigenitũ & verè filium dei miſerat manum, æterno luctui traditus eſt: & nouiſſima eius, ſiue qui cũ eo erant, amaritudine ſunt repleta. Nunc ergo illis habẽtibus tenebras, qui repulerunt ſolem iuſtitię: nos qui ſe-
Eſa.9.a. debamus in tenebris & in vmbra mortis, vidimus lucem magnam: & illorum vniuerſa feſtiuitas ad eccleſiæ trãſlata eſt myſteria: vt illis flentibus, nos laudes dño cõcinamus. Illi pro zona accinguntur funibus &
Luc.12.c. cilicijs: nobis cum Apoſtolis dicitur: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Nos accincti ſumus Chriſti veritate, implentes illud quod ſcriptum eſt:
Ephe.6.c. State accincti lumbos veſtros in veritate. Illi autem pro veritate circundati ſunt diaboli mẽdacio. Noſtrum caput, de
Matt.10.d quo Saluator loquitur: Veſtri autẽ & capilli capitis numerati ſunt: habet comam perpetuam: & in capite noſtro, qui
I Chriſtus eſt, fortitudinem poſſidemus, vt interficiamus leo-
Iudic. 16. nem. Illi autem dormierũt in meretricis ſynagogę genibus: & diabolo tondente deraſi, virtutẽ capitis perdiderũt, amittentes cum robore oculos: de quibus in Eccleſiaſte ſcriptũ
Eccl.i.2.c. eſt: Sapiẽtis oculi in capite eius: qui autem ſtultus eſt, in tenebris ambulat. Illorũ ſocij verſantur in luctu, noſtri comites induuntur lætitiæ veſtimento. a ¶Ecce dies &c. Et commouebuntur aquæ &c.) Aquæ in Hebraico non habentur: & propiciatio, quam nos in delictũ vertimus: & ab Hebræis vocatur אַשְׁמָה, idolum ſignificat: quod principium
Famis ma peccatorum eſt. Vetus narrat hiſtoria, tam Latina q̃ Græca,
la. & omnium gentium barbararum, nihil fame durius, quæ ſæpe compellit obſeſſos humanis veſci carnibus, & in ſuã ſæuire naturam: ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatæ vxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendũ eſt animarum? quæ in die reſurrectionis domini oppreſſit populũ Iudęorum: & iuncta fami ardentiſſima ſitis, non habentium
Ioan. 6.c. panem qui de cœlo deſcendit: & eas aquas quæ de Ieſu vẽtre manarunt: Ablata eſt ab eis lex, & prophetæ æterno conticuere ſilentio: mouẽtur à mari ad mare, & ab Oceano Britãnico, vſq; ad Oceanum Atlanticum: id eſt, ab Occidẽte ad Meridiem, & ab Aquilone vſq; ad Orientẽ: toto orbe peregrini, verbum dei non valent inuenire. In quo loco interro-

HEB. & tenebreſcere faciam terrã in die luminis: & conuertam feſtiuitates veſtras in luctũ, & omnia cantica veſtra in planctũ: & inducã ſuper omne dorſum veſtrum ſaccũ, & ſuper oñe caput caluitium: & ponam eam quaſi luctũ vnigeniti, & nouiſſima ei⁹ quaſi diem amarum. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & emittam famem ſuper terram: nõ famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed audiendi verbũ domini. Et cõmouebũtur à mari vſq; ad mare: & ab Aquilone vſq; ad Orientem circuibunt quærentes verbum domini, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti: qui iurant in delicto Samarię, & dicũt: Viuit deus tuus Dan, & viuit via Berſabeæ: & cadent, & non reſurgent vltrà.

SEP. & cõtenebreſcet ſuper terrã in die lux: & conuertã ſolennitates veſtras in luctum: & omnia cãtica veſtra in planctũ: & inducam ſuper omnem lumbũ ſaccum, & ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum dilecti: & qui cum eo ſunt, quaſi
a diem doloris. Eccẽ dies veniunt, dicit dominus deus, & emittã famem ſup terrã: non famem panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbũ dñi. Et commouebũtur aquæ de mari vſq; ad mare: & ab Aquilone vſq; ad Orientem circuibunt quærentes verbũ dñi, & nõ inueniẽt. In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes in ſiti: qui iurant p propiciationẽ Samariæ: qui dicunt, Viuit de⁹ tu⁹ Dan, & viuit deus tuus Berſabee: & cadẽt, & non reſurgent amplius.

Vidi dñm K
reritur: circumeũt orbẽ, & quærũt verbũ domini, & non inueniũt: quia verbũ domini negauerũt quod factum eſt in manibus omnium prophetarũ: quod in principio apud patrẽ erat: quod caro factum eſt, Ioan.1.b.
& habitauit ĩ nobis. In illo tẽpore defecerunt virgines pulchræ, & adoleſcentes ſiue electi atq; doctores: hoc enim ſignificat בְּחוּרִים: defecerunt in ſiti virgines pulchræ, quas ſynagogas interpretantur: & electos magiſtros popu L
li. Qui cũ defecerint, maledictiones Deute- Deut.27.
ronomij in populo Iu- 28.&.29.
daico dicent eſſe cõpletas. Hi electi atq; doctores iurauerũt in idolo Samariæ, in vitulis ſcilicet aureis, & dixerunt: Viuit deus tuus Dan: in terminis terræ Dan.
Iudaicæ, vbi nunc Pameas eſt: & eo tempore vitulus aureus colebatur: & viuit via Berſabeæ: quia longo illuc & raro itinere commeabant, propter reges Iudæ iuſtos pariter & iniuſtos. Et quia hoc fecerunt, idcirco corruent, & non reſurgent amplius: id eſt, non recipient eum ſtatum quem prius habuerãt. Mittit autẽ dominus famem in terram ſuper eos qui terrena ſapiunt: & famẽ non panis, ſitimq; non aquæ, ſed audiẽdi verbũ domini, quãdo propter peccata populi doctrina defecit in eccleſijs: & à mari vſq; ad mare, id eſt, à ſalſis & amariſſimis fluctib⁹ vſq; ad mare peruenium: nõ occurrentes fluminibus, non dulciſſimis & varijs fontibus: ſed rurſus ad amara currentes: & ab M
Aquilone vſq; ad Orientẽ, cupientes Aquilonẽ deſerere, qui eſt ventus duriſſimus: & ab ignorantibus dexter vocatur: & peruenire ad Orientem, quem reperire non poterunt: quia non recto pergunt itinere, ſed deuijs circumeunt callibus: viamq; regiam non tenentes, curuis ducuntur anfractib⁹. In illo tempore deficient animæ virginales, quas incorruptas Apoſtolus nominat: & cupit æternam pudicitiam poſſidere, ſcribens ad Corinthios: Deſpondi enim vos vni viro vir- 2.Cor.11.a
ginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtutia ſua, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidãt à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto. Et ſi eſſent omnes virgines pulchræ vel bonæ, nunq; dixiſſet, deficient virgines bonę: ſed ad diſtinctionem malarum virginum bonas poſuit, quæ ſũt ſanctę corpore & ſpiritu. Malæ virgi- Matt.25.a
nes quinq; ſunt ſtultæ, quę lampadibus ſuis oleum nõ parauerunt. Bonæ & ſpecioſæ virgines illę ſunt, quæ lumen habuerunt virtutum, & ſponſæ thalamum ingreſſæ ſunt. Deficient autem virgines, quia verbũ domini non inuenient. Ex quo intelligimus, quando doctrina non fuerit in eccleſijs, perire pudicitiam, caſtitatem mori, omnes abire virtutes: quia non comederũt verbũ domini: quod qui comederit ſagina- Prou.13.d
tus eius cibo, audiet per Salomonem: Iuſtus comedens, ſaturat animam ſuam: animæ autem impiorum eſurient. Et Dauid qui

A uid, qui ad ſenectutem peruenerat Abrahæ, liberè decan-
Pſal.36.d tabat: Iuuenis fui, & ſenui: & nõ vidi iuſtum derelictum, nec
ſemen eius quærens panem. Q uãti martyres in perſecutio-
nibus perierunt fame, & indiguerunt frumento alimentiſq;
iſtis corporum. Ergo de eo dicit pane qui de cœlo deſcẽdit:
quẽ qui comederit, nec
eſurire poterit nec ſiti-
re. Deficiẽtibus autem
virginibus, & aduleſcẽ-
tes deficient, qui prius
vicerant mũdum: & id-
circo deficient, quia iu
rant in idolo Samariæ,
quam in hæreticorum
perſona ſemper acci-
pimus: dicente hoc eo-
Suprâ.6.a dem propheta: Væ qui
deſpiciunt Sion, & con-
fidunt in monte Samarię. Deſpiciunt eñ hę-
retici eccleſiam dei, & cõfidũt in falſitate dog
matum ſuorum, erigen
tes ſe contra ſcientiam
B dei: & ſciſſo populo ei⁹
3.Re.12.d dicentes: Non eſt pars
nobis in Dauid, neque
hæreditas in filio Iſai.
Si qs ergo iurat in de-
licto Samariæ: & dicit:
Viuit deus tuus Dan, &
viuit via Berſabeæ: iſte
cadet & reſurgere vl-
trà nõ poterit. Dan tri-
bus in vltimis Iudæorum terminis poſſeſſionem inuenire nõ
Iudic.18. potuit: ſicut in libro Iudicum ſcriptũ eſt, interpretaturq; iu
dicium. Berſabeæ autem pro varietate accentuum vertitur
בְּאֵר־שֶׁבַע in linguam noſtrã, puteus iuramẽti: aut, puteus ſatietatis, ac
ſeptimi. Itaq; & hæretici in extremis ſcripturarum ſanctarũ
finibus ſitient, dei iudicium contẽnentes, & deſiderantes viã
Berſabeæ quæ fuit in tribu Iuda: multaq; eccleſiæ imitari ſa
cramẽta cupientes, ſaturatos & repletos eſſe ſe dicũt. Q ui-
1.Cor.4.b bus Apoſtolus exprobrat Paulus: Iam ſaturati eſtis, iam diui-
tes facti eſtis: & iurant in nomine domini, qui ſemel caden
tes: quia deos idolorum, deum arbitrantur ſuũ: amplius non
reſurgent. Q ui autem voluerint agere pœnitentiam, & non
dixerint, viuit deus tuus Dan, & viuit via Berſabeæ: audient
Hiere.8.b per Hieremiam: Nunquid qui cadet, nõ reſurget: aut qui a-
C uerſus eſt non reuertetur?

HEB. Cap. IX.

a VIdi dominũ ſtantẽ
ſup altare, & dixit:
Percute cardinẽ, &
commoueãtur ſuperlimi-
naria: auaritia enim in ca
pite omnium, & nouiſſi-
mum eorum in gladio in-
terficiã. Non erit fuga eis:
fugient, & non ſaluabitur
ex his qui fugerint. Si de-
b ſcẽderint vſq; ad infernũ,
inde manus mea educet
eos: & ſi aſcẽderint vſq; in
cœlum, inde detrahã eos:
& ſi abſconditi fuerint in
vertice Carmeli, inde ſcru
tans auferam eos: & ſi cæ-
lauerint ſe ab oculis meis
in fundo maris, ibi mãda-
dabo ſerpenti & mordebit
eos: & ſi abierint in capti-
uitatẽ corã inimicis ſuis,
ibi mandabo gladio & oc-
cîdet eos:

Cap. IX.

a VIdi dominum ſtantem &c.) Q ui cum Ezechiel &
Ioanne Baptiſta apertos viderit cœlos: & velamen
Ezec.1.a. quod poſitũ erat ante faciem Moyſi, ab oculis eius
Matt.3.d. fuerit ablatum: vt impleatur in eo quod ſcriptum eſt: Man-
Exo.34.g datum dei lucidum illuminans oculos: Iſte videbit ſtantem
Pſal.18.b. dominum ſuper altare, & prę cipientẽ prophetæ, ſiue vt mul
ti putant, angelo: qui reddendis peccatorum ſupplicijs man
cipatus eſt: vt percutiat cardines templi, ſiue propiciatoriũ:
& cõmoueantur ſuperliminaria eius, ſiue veſtibula. Cumq;,
ait, templum propter malitiam hominum diſſipatum fuerit
& deſtructũ, & ira mea à ſanctuario meo cœperit: vnuſq;q;
cognoſcat ſe non poſſe euadere, auaritia omnia poſſidente:
& nouiſſima ſua eſſe mortem, nullaq; prę ſidia ad euadẽdam
ſententiã dei poſſe ſuccurrere. Q uodq; iuxta Lxx. legimus:
vt diſijceret in capita omnium. Pulchrè eorũ capita diuidũ-
tur, qui ab eo qui eſt caput omniũ, ſua ſpõte diuiſi ſunt, atq;
Ioan.19.c dixerũt: Non habemus regẽ niſi Cæſarẽ: qui voce impia cla-
mauerunt: Crucifige, crucifige talem. Et: Sanguis eius ſuper
nos, & ſuper filios noſtros. Q uæ oĩa & ad hæreticos refer-
re poſſumus, quorum altare percutitur: & omnes initiatio-
nes & ſacramenta ſacrilega commouentur: qui auaritiam ha
Hier.17.b buerunt in capitibus ſuis, clamante per eos perdice, & con-

gregãte quos non peperit, & faciente diuitias abſq; iudicio. D
Vnde & nouiſſima eius ſiue reliquias dominus interficiet, vt
cœptum capitulum compleatur, & nouiſſimum eius erit in-
ſipiens. Cùm autem dominus percuſſerit cardines, & indu-
xerit ſuper eos gladium, nullus erit qui poſſit euadere, & im

SEP. Cap. IX.

VIdi dominum ſtãtem ſup altare, &
dixit: Percute ſup
propiciatoriũ, & commo-
uebũtur veſtibula: & diſij-
ce in capita omniũ, & reli
quos eorum gladio interfi
ciam. Nõ fugiet ex eis, qui
fugerit: & non ſaluabitur
ex illis, qui fuerit reſalua-
tus. Si defoſſi fuerit in in-
ferno, inde manꝰ mea euel
let eos: & ſi aſcenderint in
cœlũ, inde detrahã illos: ſi
abſconditi fuerint in ver-
tice Carmeli, inde ſcrutãs
auferã eos: & ſi demerſerit
ſe ab oculis meis in pfũdũ
maris, ibi mandabo dra-
coni & mordebit eos: & ſi
abierint in captiuitatẽ an
te faciẽ inimicorũ ſuorũ,
ibi præcipiã gladio, & in-
terficiet eos:

pendentem domini gla
dium declinare. Simul-
& hoc erit notandum,
quòd ſtãte ſuper altare
domino, primùm percu
titur propiciatoriũ, ſi-
ue cardines templi: de-
inde commouentur ve-
ſtibula: tertiò capita o-
mnium diuidũtur: quar
tò qui reliqui ſunt, in-
terficiũtur gladio. Niſi
enim ſuperbiam hære-
ticorũ ſuo dominus cal
cauerit pede, & peruer
ſam ſceleratãq; doctri-
nam ſpirituali mucro-
ne percuſſerit: & ma-
giſtros eorum, qui acci
piũtur in capitibus, in-
terſe diuiſerit, atq; in E
bonam partem occide-
rit, nõ poſſunt diſcipu-
li viuificari: ſecundum
illud quod ſcriptũ eſt: Deut.32.f
Ego occidam & viuifi-
cabo: ego percutiam, &
ſanabo. Occiduntur &
percutiuntur magiſtri,
vt viuificentur diſcipuli: capita diuiduntur, vt cætera mẽbra
ſanentur. b ¶ Si deſcenderint vſq; ad infernum &c.) Q ui
ſuprà dixerat, non erit fuga eis: fugiet, & non ſaluabitur qui
fugerit: nunc ipſam fugam in partes ſecat: & hyperbolicè
etiam ſi hoc & hoc fecerint, euadere eos non poſſe teſtatur.
Si deſcẽderint, ait, vſq; ad infernum, inde manus mea educet
eos: non q; nullus ante reſurrectionis diem ab inferis retra-
hatur: ſed q; & in inferno poſiti, in illi⁹ poteſtate ſint. Q uod
ſuper Dathan & Abiron impletum eſſe cognoſcimus, quos Nume.16.
viuentes terræ hiatus abſorbuit. Et ſi aſcẽderint, inquit, vſq;
ad cœlum: inde traham eos: quia & Enoch & Helias rapti Geñ.5.c.
cum corporibus in cœlum, dei reguntur arbitrio. Et cerne 4.Re.2.a
proprietates: ad infernum deſcenditur, ad cœlum conſcen-
ditur: de inferno educimur, de cœlis detrahimur. In altero
extrema deſperatio eſt, in altero ſuperbiæ magnitudo. Si abſ-
conditi fuerint in vertice Carmeli, vel iuxta Phœnicis termi F
nos in Septentrionali plaga, vel ad meridiem propter eremi
vaſtitatem, vbi habitauit quondam Nabal Carmelius: inde, 1.Re.25.b
inquit, ſcrutans auferam eos: & ſi in profundo maris, atq; vt
de propheta loquar in Tharſis, dei oculos vitare conẽtur: ibi Ionæ.1.a.
mãdabo ſerpẽti, quẽ in hoc loco Leuiathan ſiue cete ſignifi-
cat: vt ſeruet metaphoram, & per ſerpentem atq; cetũ ad ho
ſtes veniat. Et mordebit eos, id eſt, ſuis faucibus deuorabit.
Et ne forſitan per ſuperiora quæ dixit, aliud quid q̃ capti-
uitatem ab hoſtibus ſentiremus: iuxta morem ſuum aperit
ſcriptura quod prius ſub ænigmatibus dixerat. Et ſi abie-
rint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gla-
dio & occîdet eos, ne ſcilicet extrema malorum ſuorũ æſti-
ment ſeruitutem, ſed etiam captos hoſtilis mucro cõfodiat:
& qui ſupereſſe potuerint & mortem euadere, dei aſpectum
non effugiant: ſed ponat ſuper eos oculos ſuos in malũ, & nõ
in bonũ, vt ſemper eos viſitet: & ad pœnitentiam per tormẽ
ta cõpellat. Et hæc facturum eſſe ſe dicit omnipotens deus,
ad cuius tactum & nutum terræ fundamenta quatiuntur, ſi-
ue tabeſcunt: & omnis eius habitator planctu & luctibus oc
cupatur. Q uę loquitur vt oſtendat magnitudinem diuinæ
potentiæ: ne forſitan velit quidem facere quod minatur, ſed

G vires non impleant voluntatem. Sin autem terra tabescit siue concutitur, & creatorem suum insensibilis quoq; natura persentit, quanto magis homo fragile animal, cuius animæ thesaurus in vasis fictilib⁹ atq; corporeis clauditur: & quomodo Aegypti fluuius decurrit in mare atq; sorbetur: ita & terra Israël, de qua suprà dixerat, Q ui tãgit terram & tabescit: ibit in captiuitatẽ & ab hostib⁹ deuorabitur: μετωνυμικῶς, ab eo quod habet, id quod habet, diuino significante sermone. Et hæc quidem sequentes historiæ ordinẽ vtcunq; potuimus interpretati sum⁹: si tamen in quibusdam nos intelligentia non defecit. Cæterùm omnẽ loci istius ϖροφητικὸν Dauid explicat, dicẽs: Domine ꝓbasti me & cognouisti me. Statimq; infert: Q uó ibo à spiritu tuo, & à facie tua quó fugiam? Si ascẽdero in cœlum tu illic es: si descendero in infernum, ibi es. Si sumpsero pennas meas diluculò, & habitauero in extremis maris: etenim illuc man⁹ tua deducet me, & tenebit me dextera tua. In Deuteronomio quoq; simile quid legimus: Mãdatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est: neq; procul positũ, nec in cœlo situm, vt possis dicere: Q uis nostrum ad cœlũ valet conscendere: vt deferat illud ad nos: & audiamus atq; opere compleamus? Neq; trans mare positum, vt causeris & dicas, Q uis è nobis transfretare poterit mare, & illud ad nos vsq; deferre: vt possimus audire, & facere quod præceptum est? sed iuxtà est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo vt facias illud. Q uãdo enim anima vinculis laxata corporeis volandi quó velit, siue quó ire cõpellitur propter tenuitatem substantiæ habuerit libertatẽ, aut ad inferna ducetur: de quibus scriptum est: Conuertantur peccatores in infernum: omnes gẽtes quæ obliuiscũtur deũ. Et: In inferno quis confitebitur tibi? Et: Descendit in infernum gloria tua. Aut certè ad cœlestia subleuabit, vbi sunt spiritualia nequitiæ in cœlestibus: & si sibi veræ circũcisionis scientiã voluerit vendicare, hoc enim interpretatur Carmelus: & humilitate contempta habitare in montibus: & ibi scrutantem manum dei euadere non valebit. Q uòd si desperans salutem, oculos domini vitare tentauerit, & in vltimos salsorum fluctuum terminos peruenire: etiam ibi mandabit dominus serpẽti tortuoso & antiquo, qui est inimicus & vltor, & mordebit eam. Capta quoq; vitijs atq; peccatis gladio domini punietur: & ponet oculos suos super eam in malũ, & non in bonum: vt per cruciatus atq; supplicia ad dominũ reuertatur. Cumq; deus omnipotens tetigerit terram eorũ atq; concusserit: & tabescere fecerit cuncta terrena, intelligentes scelera sua vertentur in luctum: & ipse dominus dupliciter ascendet atque descendet. Ascendet super sanctos quasi fluuius consummationis eius, id est, terræ: vt opera eorum terrena cõsumat. Descendet super peccatores quasi flumen Aegypti, vt in tormẽtorum amaritudinem impetu domini detrudantur. a ¶Q ui ædificat in cœlo ascẽsionem suam &c.) Dominus deus omnipotens, qui respicit, siue tãgit terram, & commouet eam, ipse est qui quotidie ędificat in cœlo ascensionem suam: & dicit in Euangelio: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor: & non solum de costa Adam in typum ecclesiæ semel ædificauit Euam, sed quotidie credentes & membra corporis sui ædificat: & de terris ad cœlum leuat, vt in illis ipse conscendat. Ascendit dominus in cœlum cum Enoch: ascendit cum Helia: ascẽdit cum

HEB. cîdet eos: & ponam oculos meos super eos in malũ, & nõ in bonum. Et dñs deus exercituum, qui tangit terram & tabescit: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut riuus omnis: & defluet sicut fluui⁹ Aegypti, Q ũi ædificat in cœlo ascensionem suam: & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: dominus nomen eius. Nũnquid nõ vt filij Aethiopum vos estis mihi filij Israël, ait dominus? Nũquid

SEP. terficiet eos, & obfirmabo oculos meos super illos in mala, & non in bona. Et dñs deus omnipotens qui tangit terrã & cõmouet eã: & lugebunt oẽs habitatores ei⁹: & ascẽdet sicut fluuius cõsummatio eorũ: & descendet sicut fluuius Aegypti. Q ui ædificat in cœlo ascẽsionẽ suã, & promissionẽ suã super terrã fundat: qui vocat aquam maris: & effundit eã sup faciẽ terrę: dñs omnipotens nomen eius. Nõne vt filij Aethiopũ, vos estis mihi filij Israël, dicit dominus? Nõne

Moysę, cuius sepulturę locus, quia in cœlum ascenderat, in terra non potuit inueniri. Ascendit cum Paulo qui vas electionis, in Apostolum de persecutore mutatus est: & de humilibus raptus in sublimia, ita vt ascenderet in cælum tertium: & per spiritum sanctum & filium peruenire ad patrem, & audiret verba ineffabilia, mysteria trinitatis, quæ hominibus audire non licitum est. Iste ergo qui quotidie ascendit in sanctis, fasciculum suum fundauit super terrã: de quo in Euangelio loquitur: Ne timeas grex paruule, quia placuit patri meo habitare in te. Iste fasciculus vna domini religione cõstrict⁹ est. Vnde & ipsa religio à religando, & in fascem domini vinciendo nomen accepit. Porrò iuxta Lxx. πλὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς θεμελιῶν, id est, repromissionem suam fundat super terram: vt omnes illius repromissiones quas sancti prophetæ suo ore cecinerũt, non inanem sonum habeãt: & cassa solius tropologiæ nomina, sed fundẽtur in terra. Et cùm historiæ habuerint fundamenta, tunc spiritualis intelligentiæ culmen accipiant: vt verè Christus de virgine natus sit, verè Lazarum mortuum suscitarit: verè ad tactum eius ἀιμορροοῦσα sanata sit: verè in aduẽtu domini cæci viderint, claudi cucurrerint, contractæ manus extensæ sint, lepra mundata sit: licèt secundum tropologiam quotidie de anima virginali nascatur sermo diuinus: quotidie peccato mortui, & vitiorum funibus alligati, de sepulchro scelerum suorum iubeantur exire: quotidie sanguinis opera constringantur: cæci infidelitate Christi lumen aspiciant, claudicãtes prius fide, currant in via domini, & aridæ manus auaritia, extendantur ad eleemosynam: & lepra Mariæ quæ contaminat quicquid attigerit, recipiat pristinã puritatem. Iste autem dominus amarissimas quoq; aquas marisvocat: & effundit eas super eos, qui faciem suam verterunt ad dominũ. Ideo autem vocat amaras aquas, vt dulces faciat: & educat ventos de thesauris suis: & graues salsugine aquas, sua in altum iussione suspendat: eliquansq; eas, & æthereo calore decoquens, dispensẽt in pluuias & emittat super faciem terræ: vt arentia quæq; rigentur imbribus: & vbi abundauit peccatum, superabundet gratia. b ¶Nũquid non vt filij &c. & Syros de Cyrene &c.) Pro Cyrene Aqla & quinta æditio ipsum verbum Hebraicum posuerunt קִיר, Lxx. foueam, id est, βόθρον: Theodotio, parietem, Symmachus, Cyrenẽ: quẽ & nos in hoc loco sequuti sumus. Totam loci huius quem proposui, & omnium quæ hoc capitulo continentur intelligentiam, breui sermone concludam, vsq; ad eum locũ in quo scriptum est: Q ui dicunt, non appropinquabit, & nõ veniet super nos malum, vt possimus nosse quod dicitur: Ego dominus deus omnipotens, quem cælari nihil potest: qui tango terram, & mouebitur: qui ædifico in cœlo ascẽsionẽ meam: qui voco aquas maris, & effundo eas super faciem terrę: cuius est nomen dominus: qui creator sum omnium, cunctas gentes de eodem finxi luto, & æquali sorte generaui. Deniq; Aethiopes, Palæstinos, Syros atque Iudæos, distantes locis atque corporibus, mortalitatis lege sociaui: & pro arbitrio meo seruos meos huc illucq; commuto: & in vniuersas prouincias transfero. Ne erigamini in superbiã, ꝙ vos de Aegypto eduxerim, & quasi peculiarem populum meum Pharaoni seruire non passus sim: hoc idem feci & Palæstinis, quos Septuaginta alienigenas transtulerunt, qui Hebraicè appellantur

Deu.34.b
2.Cor.12.a
K
a
Luc.12.d.
Religio.
Pſal.138.
H
b
L
Deu.30.c
Pſal.9.c.
Ibid. 6.b.
Ibid. 48.e
כַּרְמֶל
I
Num.12.c
M
Apo.20.a
Rom.5.d.
Ioan. 5.c.
Geñ.2.d.
Geñ. 5.c.
4.Re.2.b

A pellantur כַּפְתּוֹרִים: vt trãsferrem eos de Cappadocia, & in Palæſtinæ regionibus collocarem: Syros quoq; id eſt, אֲרָם tranſtuli de Cyrene: ex quo qui æquali conditione ſunt facti, æquali iudicij mei ſententia punientur: & omnia abſq; diſcretione perſonarũ, impia regna ſubuertam: vos autẽ ô filij Iſraël, de quibus dixi:

Exo.4.f. Oſeę.11.a. Pſal.88.e. Primogenit⁹ fili⁹ meus Iſrael. Et, ex Aegypto vocaui filiũ meũ: percutiam in virga, & viſitabo peccata veſtra: ſed non in perpetuum conteram, & miſericordiã meam non auferã à vobis: & quaſi in cribro agitatos atq; cõcuſſos, mundabo & eligam: vt qui lapillus fuerit, & p pœnitentiã roboratus, de cribro meo non excidat: qui autem inſtar puluꝛis ceciderit ĩ terram, pcutiatur gladio, vt moriantur peccatores populi mei: nõ quia B antẽ peccauerint, ſed quia vſque ad mortem perſeuerauerint in peccatis. Omnis autem qui eſt Iſraël, & prius deũ mente conſpiciens, eductusque de Aegypto, ſi deſiderans vitia Aegypti, & ſeculi voluptates, nõ ſolum in Aegyptum, ſed in Aethiopiã reuertatur: in qua qui

HEB. nus? Nunquid non Iſraël aſcẽdere feci de terra Aegypti: & Palæſtinos de Cappadocia: & Syros de Cyrene? Ecce oculi domini dei ſuper regnũ peccans, & cõteram illud à facie terræ: veruntamen cõterens nõ conterã domum Iacob, dicit dominꝰ: Eccẽ enim ego mãdabo, & concutiam in omnibus gentibus domũ Iſraël, ſicut concutitur in cribro: & nõ cadet lapillus ſuper terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: non appropinquabit: & non veniet ſup nos malũ. In die illa ſuſcitabo tabernaculũ Dauid qđ cecidit, & reædificabo apturas murorũ eius, & ea quæ corruerant inſtaurabo, & reædificabo illud ſicut in diebꝰ antiqs: vt poſſideãt reliquias Idumææ, & oẽs nationes:

a

b

Hier.13.d fuerit, iuxta Hieremiam, pellem ſuã mutare nõ poteſt, Chriſti ſaluatur aduentu, & impletur in eo quod ſcriptum eſt:
Pſal.67.g Aethiopia præueniet manus eius deo. Cumq; eum adorauerit, dicetur de illo: In conſpectu eius procident Aethiopes.
Ibi.71.a. Q ui cùm prociderint, & tranſ flumina Aethiopiæ inde detulerint victimas dño, dicere poterũt: Nigra ſum & ſpecioſa, quoniã decolorauit me ſol. Corpora enim vmbris ocioq; marcentia, tentationes & æſtus ſeculi ferre non poſſunt: quę autem ad luctam & ad certamina præparantur, ſole ſiccatã
Cant.1.b. ſuperant mundi iniurias, & benedictionem ſancti ſpiritus cõ
Pſal.120.b ſequuntur, dicentis ad iuſtum: Per diem ſol non vret te, neq;
C luna per noctem. Aethiopes ergo vertuntur in filios dei, ſi egerint pœnitentiam: & filij dei tranſeunt in Aethiopes, ſi in profundum venerint peccatorum. Ipſe enim creator omniũ deus Cappadoces vertit in Palæſtinos: & eos qui verſabantur in frigore fidei, & Aquiloni vento duriſſimo ſubiacebãt, fecit bibentes cadere: & depoſita ſuperbia, domini ſentire iudicium. Syros quoq;, id eſt, excelſos atq; ſublimes, qui dicuntur אֲרָם, tranſtulit de Cyrene infirmo pariete, ſiue quę imminebat amariſſimo mari, & vicina Syrtibus erat: & iuxta Lxx. in fouea tenebatur, mutauit in bonam partem, vt excelſos faceret. Oculi enim domini ſuper omnia ſunt regna pec
Matt.4.b cantia, quæ oſtendit diabolus domino: & de quibus Apoſto
Rom.6.b lus dicit: Non regnet peccatum in mortali veſtro corpore, ad obediendum deſiderijs eius. Veruntamen cùm in virga viſitet peccatores: & conterat eos atq; percutiat qui permãſerint in peccato: eas animas quæ appellãtur domus Iacob, & ſupplantant peccatum: & in certamine ſuperant: & plantam cruenti fratris inuadũt: in æternum perire nõ patitur.

Eſa.40.c. a ¶Ecce enim ego mandabo &c.) Deus qui menſus eſt aquas manu, & cœlum palmo, & omnem terrã concludit pugillo: ipſe pro magnitudine ſua, vtraq; manu tenẽs margines terræ, quaſi cribrum huc illucq; cõcutiet: vt paleis ac ſordibus peccatorũ in terram cadentibus, purum frumẽtum re-

maneat, quod condatur in horrea: ſiue vt Lxx. tranſtulerũt: D ventilabrum tenebit in manu: & purgabit aream ſuã, & triticum condet in horreis: paleas autem comburet igni extinguibili: de quibus loquitur per Hieremiam: Q uid paleis ad Hier.23.f frumentum, dicit dominus? De hoc eodẽ ſub figura alterius

SEP. nus? Nónne Iſraël eduxi de terra Aegypti, & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea? Ecce oculi domini dei ſuper regnum peccatorum: & auferã illud à facie terrę. Veruntamen non in finẽ auferam domum Iacob, dicit dñs: Q uia ecce ego præcipio & ventilabo in cunctis gentibus domum Iſraël, ſicut ventilatur in ventilabro: & nõ cadet cõtritio ſuper terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: nõ appropinquabit, neq; veniet ſuper nos mala. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid quod ceciderat, & ædificabo ea quæ corruerãt, & quæ ſuffuſa ſunt ſuſcitabo, & inſtaurabo ea ſicut dies antiquos: vt quærant me reliqui hominum, & omnes gentes

parabolæ: ſagena illa Mat.13.f. demonſtrat, quę mittitur in mare huius ſeculi, & extrahit piſces omnium generum: proiectiſq; malis piſcibus, boni tantũmodo reſeruantur: ita & dominus miſerabilem domũ Iſraël toto orbe diſperſit: & cõcuſſit in cribro & ventilauit pala: lapilliſq; & calculis ſup terram non cadẽtibus, moriẽtur in gladio, q propter ſordes & puluerẽ peccatores populi nominãtur. Et hoc patiẽtur: quia nõ credunt vaticinia prophetarũ: nec putant eſſe vẽtura quæ E per eos dominus cõminatur. Cumq; ſibi proſpera repromittãt: mala poſtea ſuſtinebunt: è regione ſanctis timentibus, & non peccantibus, & idcirco nequaq; morientib⁹ gladio, quia dixerũt: Appropinquabunt nobis mala, & venient ſuper nos ſuppliF cia, quæ peccata noſtra meruerunt: de quo plenius in Hieremia loquitur deus: Aſſumam, & loquar ſuper gentem & re- Hier.18.b gnum, vt auferam eam & diſperdam: ſi conuerſa fuerit gens illa à malis ſuis, & ego agam pœnitentiam de his quæ cogitauerã facere ei: Non ergo deus mutatur, qui ſemper eſt immutabilis: ſed nos eum noſtra conuerſione mutamus. Sæuit, iraſcitur, comminatur, & dicit ſe illaturum eſſe ſupplicia: ſi agamus pœnitentiam, ipſum quoq; ſuæ pœnitebit ſententiæ. Rurſum iuxta eundem Hieremiã promittit proſpera: ſi ne- Hiere.17. gligentia diſſoluamur, & illũ pœnitebit ſponſionis ſuæ, promiſſáq; mutabit. Cuius rei exemplum Niniuitas & Hieruſalem habere poſſumus: quorum alij de imminentibus ſuppliF cijs liberati ſunt: alij quæ patribus promiſſa fuerant, perdiderũt. b ¶In die illa ſuſcitabo tabernaculũ Dauid &c.) Vbi Apoſtolorum præcedit authoritas maxima, Petri & Iacobi: quos columnas eccleſiæ vas electionis vocat: ibi omnis Galat.2.b variæ explanationis tollenda ſuſpitio eſt, & quod à tãtis viris exponitur, hoc ſequendum. In Actibus Apoſtolorũ quæ- Act.15.c. ſtione inter Apoſtolos ſuſcitata, cur homines ex gẽtib⁹, Paulus & Barnabas abſq; circunciſione & obſeruantia ſabbati ſuſcepiſſent: Petrus reſpõdit, vt debuit: cuius ſententiã probans Iacobus, hæc locutus eſt: Viri fratres, audite me: Simon enarrauit quemadmodum primùm deus viſitauit ſumere ex gẽtibus populum nomini ſuo, & huic cõcordant verba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: Poſt hæc reuertar, & ædificabo tabernaculum Dauid quod cecidit, & diruta eius reædificabo: & erigam illud: vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes gẽtes ſuper quas inuocatum eſt nomen meũ, dicit dominus faciens hæc: notũ à ſeculo eſt dño opus ſuũ. Hoc igitur tabernaculum Dauid quod ceciderat: ceciderat autem in his qui dicunt, non appropinquabit, & nõ veniet ſuper nos malum: quos dñs cribro ſuo concuſſerat & probauerat: & quorum aream maieſtatis ſuę purgauerat ventilabro, & quicunq; peccatores fuerant interfecit gladio. Nunc

G iuxta consuetudinem scripturarum, post tormenta, post pœnas: prospera & læta promittens, susciturum esse se dicit: & in resurrectione domini omnia restituturũ: vt qđ in synagogis ceciderat, surgat in ecclesijs, & possideat credẽtes reliquias Idumææ, & omnes nationes: vt quicquid reliquũ fuerit de regno sanguinario atq; terreno, in cœlestia regna mutetur: & omnes gentes quę oblitæ sunt dominũ, conuertantur & reuertant ad eum. Sin autẽ iuxta Lxx. legere voluerim⁹, vt quærant me reliqui hominum, & omnes gẽtes super quas inuocatum est nomen meum: reliquos hominum eos debemus accipere, qui de Iudaico populo crediderunt: & quasi lapillus non ceciderunt de cribro: nec cum puluere paleisq; & sordibus
H sunt proiecti. Reliquiæ enim in principio fidei saluæ fiẽt, & in fine mũdi, vt cùm subintrauerit plenitudo gentium,
Rom.11.c. tũc omnis Israël saluus fiet. Nomen autem domini quod inuocatur super reliquos & super omnes gentes,
Ioan.17.a illud est de quo Saluator dicit: Pater, reuelaui nomen tuum hominibus. Et ne lõgo sermone regulam differã sponsionũ, & in hoc propheta, & in cæteris quæcunq; de ædificatione Hierusalem & templi, & rerũ omnium beatitudine prædicãtur: Iudæi in vltimo tempore vana sibi expectatione promittunt, & carnaliter implenda commemorant: Nos autem qui non occidentẽ literam: sed spiritũ sequimur viuificantẽ: iam in ecclesia conuincimus expleta, & quotidie impleri in singulis, qui ruentes per peccatum, reædificantur per pœnitentiam. a ¶Ecce dies veniunt: dicit dñs &c.) Suscitato tabernaculo Dauid qđ ceciderat, & reędificatis his quę fuerant lapsa atq; subuersa, describitur rerũ omnium abundan
Psal.125.a tia: quomodo hi qui prius euntes, ibant, & flebant, portantes semina sua: venientes venient cum exultatione, portantes manipulos suos: vt consequatur manipulorũ tritura vindemiam, siue arator messorem: & vua varietur, ac ducat colorem in tempore seminis: siue vt verius est, calcator vuæ com
I prehendat sementem, & sic sibi inuicem cuncta succedãt: vt nulla dies sit absq; frumento, vino & gaudio. In illo tẽpore, plenis torcularibus vua calcabitur, & de Christi ac martyrum sanguine rubentia musta fundẽtur, & huiusce modi calcator vuæ erit seminarium sermonis dei, vt sanguis eorũ ma
Gen.4.b. gis clamet in mũdo, q̃ clamauit sanguis Abel iusti. Quicũq; autem merito virtutum suarum ad montana conscenderit: melle sudabit, imò stillabit dulcedinẽ sermonis dei: de quo

HEB. nationes: eo quòd inuocatũ sit nomẽ meum sup eos, dicit dominus faciens hæc: Eccẽ dies veniũt, dicit dominus: & cõprehendit arator messorẽ, & calcator vuæ mittẽtem semen. Et stillabunt montes dulcedinem & omnes colles culti erũt. Et cõuertã captiuitatẽ populi mei Israël, & ędificabunt ciuitates desertas, & habitabũt, & plantabũt vineas, & bibent vinũ earũ: & facient hortos, & comedent fructus eorũ. Et plantabo eos super humũ suam, & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

SEP. gentes sup quas inuocatum est nomen meũ, dicit dñs faciens hæc oia: Ecce dies veniũt, dicit dominus: & apprehendet tritura vindemiã, & variabitur vua in semẽte. Et stillabunt montes dulcedinẽ: & oñes colles cõsiti erũt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israël, & ædificabũt ciuitates dissipatas, & habitabũt: & plãtabũt vineas, & bibẽt vinum earum: & faciẽt hortos, & comedent fructum eorum. Et plantabũtur su per terrã suã, & non auellẽtur amplius de terra sua quam dedi eis: dicit dominus deus omnipotens.

Visio scriptũ est: Gustate & videte q̃ suauis est dominus: Et, q̃ dul Psal.33.b.
cia eloquia tua gutturi meo: super mel & fauum ori meo. Et Ibi.118.n
qui infra montes, imò secundi à montibus fuerint, quos spon K
sus transilit in Canticocanticorũ, & appellat colles: consiti Cant.2.b.
erunt & imitabuntur paradisum dei: vt omnia in illis poma pẽdeant doctrinarum. Tũc si quis infidelitate captiuus est: & necdum credidit in noĩe dñi, & est de reliquijs populi quondã eius Israël, reuertetur ad fidẽ Christi: vt quẽ in prophetis audierat, in Euangelio teneat. Hi autem montes qui stillabũt dulcedinem: & colles qui cõsiti fuerint, postq̃ conuerterit dñs captiuitatẽ populi sui Israël, ædificabũt ciuitates antea desertas, & habitabũt in eis, vt vnaquęq; ciuitas extructa dicat: Ego ciuitas firma, ciui- L
tas quæ oppugnatur, & de qua dñs in Euangelio loquitur: Nõ potest Matt.5.b.
ciuitas absconditi super montẽ posita. Et in psalmis dicit: Fluminis im- Psal.45.a.
petus lætificat ciuitatem dei. Plantabunt quoq; vineas cum Noẽ, & bibent vinum earum, & inebriabuntur: & audient à Gen.9.c.
domino Saluatore: Bibite amici mei, & inebriamini. Bibent autem vinum: qđ se in regno patris cũ Apostolis suis nouum Mar.14.a
bibiturum esse pollicitus est. Hęc est vinea Sorech: cuius vinum quotidie in mysterijs bibimus. Nec harum rerum fœlicitate contẽti: propter delicias facient hortos & irrigabunt eos: vt nulla desint in eis genera virtutum, & comedent fructus eorum: Qui enim plãtauerit & rigauerit, ipse & comẽdet. Cumq; hæc omnia montes & colles fecerint, stillãtes dulcedinem, & ædificantes ciuitates, & habitantes in eis: plãtantes vineas, & bibentes vinũ earum: facientes hortos, & comedentes fructus eorũ: tunc ipsos plantatores plantabit dominus super terram suam, de qua dicitur: Credo videre bona Psal.26.d
domini in terra viuentiũ. Et in Euãgelio, Beati mites, quoniã Matt.5.a.
ipsi possidebũt terram. Postq̃ autem plãtauerit eos, & firma in altum radice solidarit: non euellet vltrà de terra, quã dederat eis. Ex quo intelligimus ecclesiam vsq; ad finẽ mundi, M
concuti quidem persecutionibus: sed nequaq̃ posse subuerti: tẽtari, non superari. Et hoc fiet, quia dominus deus omnipotens, siue dominus deus eius, id est, ecclesiæ, se facturũ esse pollicitus est: cuius promissio, lex naturæ est.

Commentariorum in Amos prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN ABDIAM PROPHETAM,
ad Pammachium, procœmium.

CVm essem paruulus, vt paruulus loquebar: vt paruulus sapiebam, vt paruulus cogitabam: postquam factus sum vir: quæ paruuli erant deposui. Si Apostolus proficit, & 1.Cor.13.c
quotidie præteritorum obliuiscens, in priora se extendit: ac secundum præceptũ do- Philip.3.c
mini Saluatoris, stiuam tenens, post tergũ non respicit: Quanto magis ego, qui nec- Luc.9.g.
dum ad ætatem perfecti viri, & in mensurã Christi veni, mereri debeo veniam, quòd Ephe.4.c
in adolescentia mea prouocatus ardore, & studio scripturarum, allegoricè interpretatus sum Abdiam prophetam: cuius historiã nescieba. Ardebat animus cognitione † taſ. cogi-
mystica, tatione.

A mystica,& quia legeram omnia possibilia credentibus:ignorabam diuersa esse charismata: literas seculi Marc.9.d
Apoc.5.b noueram,& ob id putabam me librū legere posse signatum.Stultus ego,vigintiquatuor seniores habētes 1.Cor.12.a
& d. in manibus phialas & citharas:& quatuor animalia plena oculis consurgunt de throno suo: imperitiam D
Ezec. 1.& confitentur:gloriam agno canunt,& virgæ de radice Iesse:& putabam posse me quod credebam. Cuius
7. & Apoc.4.c. in manu non fiebat sermo dei,nec dicere poterā:A mandatis tuis intellexi:neq; illius de Euangelio beatitudinis recordabar:Beati mundo corde,quoniam ipsi deum videbunt. Necdū de altari carbo sublatus, Psal.118.n
Esa.6.b. labia mea purgauerat.Necdum error veteris ignorantię igne spiritus sancti fuerat circuncisus,& audacter loquebar ad dominū: Ecce ego,mitte me.Sperabam in scriniolis latere quod scripseram,& ingenioli Mat.5.a.
mei primam temeritatem ignibus vouerā,cùm subitò de Italia affertur exēplar à quodam iuuene tot annis,quot & ego quondam scripseram,laudante opusculum meum.Fateor miratus sum,quòd quātumuis aliquis malè scripserit,inuenit simílem lectorē sui.Ille prædicabat,ego erubescebā:ille quasi mysticos intellectus ferebat ad cœlum,ego demisso capite confiteri meum pudorem prohibebar. Quid igitur? con-
Exo.36. demnamus in quibus pueri lusimus?minimè.Scimus enim in tabernaculū dei,& aurum,& pilos caprarum similiter oblatos.Legimus in Euāgelio,viduæ pauperis duo minuta,magis quàm diuitum substantias approbatas.Et tunc dedimus quod habuimus:& nunc, si tamen aliquid profecimus, domino suum Mar.12.d
reddimus.Gratia enim eius,sum quod sum. Nec diffiteor per hosce triginta annos in eius opere me ac la- 1.Cor.15.d
Lucę.15. bore sudasse.Clemens est pater:citò reuertētem filium suscipit:nec expectat donec quis aperiat ostium: ipse egreditur obuiam: annulum & stolam parat:licèt germanus inuideat,& scortatorē ac nepotē vocet: de salute illius symphonia angelicæ lætitię cunctarumq; virtutum in cœlestibus personat.Hoc est illud tempus mi Pammachi,hac luce dulcior:quo egressi scholam rhetorum,diuerso studio ferebamur: quādo
ego & Heliodorus charissimus pariter habitare solitudinem Syriæ Chalcidis nitebamur: quod putabā
B latere,vulgatum est.Per vetera vestigia rursum ingrediar,emendans si fieri potest curuos apices literarum.Infans eram,necdū scribere nouerā:titubabat manus,tremebant articuli.Nunc,vt nihil aliud pro- E
fecerim,saltem Socraticum illud habeo:Scio quod nescio.Dicit & Tullius tuus,adolescētulo sibi incho- ,,
ata quædam & rudia excidisse.Si hoc ille tam de libris ad Herennium,quàm de Rhetoricis:quos ego vel perfectissimos puto,ad comparationem senilis peritię dicere potuit:quantomagis ego libere profitebor, & illud fuisse puerilis ingenij:& hoc maturæ senectutis?In libris quoq; cōtra Marcionē Septimius Tertullianus hoc idem passus est:& Origenes in Canticocanticorum:& Quintilianus in xij.libris Institutionis oratoriæ.Ex quibus perspicuè ostenditur vnamquanq; ætatē in suo esse perfectam: & ex annorū debere numero iudicari.Sed iam tempus est proponere exordium Abdię: & orationum tuarum auxilio, cui volumen hoc scribitur,confragosum mare,& seculi recuruos gurgites transfretare.

COMMENTARII HIERONYMI in Abdiam prophetam.

Abdias ꝙs. a 3.Re.18.a. Sebaste. C Geñ.25. Deut.2.b. עבדיה Esa.6.a. Ezech.1.a

VIsio Abdiæ.)Hunc aiunt esse Hebræi:qui sub rege Samariæ Achab, & impiissima Iezabel pauit centum prophetas in speculibus: qui non curuauerunt genu Baal: & de septem milib⁹ erant quos Helias arguitur ignorasse:sepulchrumq; eius vsq; hodie cum Mausoleo Helisæi prophetæ & Baptistæ Ioannis in Sebaste veneratione habetur, quæ olim Samaria dicebatur.Hāc Herodes rex Iudææ Antipatri filius, in honorem Augusti Cęsaris Græco sermone vocauit Augustam.Hic igitur,quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem:& de duce exercitus, fit dux ecclesiæ.Tunc in Samaria paruum gregē pauerat: nunc in toto orbe,Christi pascit ecclesias, & φροντίμως, sicut in Act.7.g. Actis Apostolorū Stephanus martyrio coronatus,ita & hic seruus appellatus est domini.Porrò quod contra Idumæam cernens,nō onus:id est,λῆμμα,& pondus Idumæę videt,secundum regulam & distinctionem quam in Nahum scripsimus:illud in causa est,quòd vel Edom,id est,Esaū:nō de extraneis gentibus computatur,filius Isaac & frater Iacob: vn de & terra illius non datur in possessionem Israël,nec dimittitur bellare contra eam,& aduersus fratrem armari prohibetur.Vel certè visio est, non Idumææ: quod poterat, si ita scriptum esset,facere quæstionē:sed Abdiæ,id est, serui domini quam videt gentib⁹, ad quas legatū misit dominus. Et quibus dicitur:Surgite,& consurgamus aduersus eā in prælium.Destructio enim Idumæę,visio nationum est. Sin autē quęritur quare ponatur in titulo,Visio Abdię:& nihil postea quod visum est demonstretur,secundum illud Esaiæ:Vidi dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatum.Et Ezechiel,Aperti sunt cœli,& vidi visiones dei: statimq; subiungitur,Et vidi,& ecce spiritus turbinis veniebat ab Aqlone:& nubes magna,& splēdor in circuitu eius. Sed post visionem Abdiæ protinus inferatur:Hæc dicit dominus ad Edom.Et iterum:Ecce paruulum dedi te in gentibus:de Deuteronomio sumemus exemplum,in quo non res, sed verba cernuntur:Attende,inquit,tibi,& conserua animā Deut.4.b
tuam vehemēter, ne fortè obliuiscaris sermonum,quos viderunt oculi tui. Et Ioānes 1.Ioan.1.a
in epistola: Quod vidimus, inquit, oculis nostris:quod perspexim⁹, & manus nostræ palpauerunt de verbo vitæ. Et Moyses vocem domini, quæ ad eū loquebatur vidisse Exo.20.c.
se dicit. Si ergo post visionem inferuntur F
quæ dicta sunt, & videntur mentis oculis quæ auribus percipi solent:rectè videns, quia prophetę antea vocabantur vidētes,titulo prænotat visionē. Vidētes.

Cap. I.

a VIsiō Abdiæ: b Hęc dicit dō b min⁹ deus ad Edom: Auditum

b ¶Hęc dicit dominus deus ad Edom.)Paruus propheta,versuū sup putatione,non sensuum. Alioquin vt in tribus voluminibus Salomonis, Canticumcanticorum quanto breuius est, tantò difficilius. Et epistola ad Philemonem quē sensum haberet expressimus.Euangelicus quoq; sermo breuiatus, laciniosis legis operib⁹ angustior est.Ita hic quoq; propheta quasi seruus domini iuxta Abraham,Isaac,& Iacob,& Moysen famulum dei,& Apostolū seruum Christi,ea videt, ea audit,quæ prophetali digna sunt seruitute.Multi putāt iuxta interpretationem nominis,quòd seruus iste sit domini,cui dicitur in Esa.49.b
Esaia:Magnum tibi est vocari te puerum meum:qui se exinaniuit formā serui accipiens.Sed si hoc ita intellexerimus, Philip.2.b
alius nobis quærendus erit legatus,qui est missus ad gentes.
Et dum Tropologiam sequimur,perdimus manifestissimam prophetiam. Quærimus ergo quis sit iste Edom, vel Idumæa ad quam nunc per Abdiam dominus loquitur.In libro Geñ.25.d
Geneseos Esaū filium Isaac appellatum fuisse Edom: quia propter rufum lenticulæ cibum primogenita vendiderit, manifestissimè legimus: Edom enim interpretatur πυῤῥός, id est,rufus.In eodem volumine scribitur hunc eundem vocatum esse Seir,id est,pilosum,quia hispidus erat, & nō ha- אדום שעיר

G bebat Ieuitatem Iacob. Vnus ergo atq; idem tribus nominibus appellatur, Esaü, Edom, Seir: possediteq; eam regionē quę
Gebalena. nunc Gebalena dicitur, & in finibus est ἐλευθεροπόλεως, vbi antè habitauerant Horræi qui interpretātur liberi, vnde & ipsa vrbs postea sortita vocabulū est. Quod ergo Hebraicè: אֲרוֹם: & Græcè dicitur, ἰδουμαία, nunc viculus Palæstinæ est: à conditore sic imposito nomine: cuius Latina quoq; & Græca meminit historia. Iste est cui
Amos.1. dicitur per Amos: Super tribus scelerib⁹ Edom, & super quatuor nō cō uertā eū: eo quòd persecutus sit gladio fratrem suū, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsq; in finem. In Esaia quoq; iuxta Hebraicum legimus: Onus Duma
Esa.10.c. ad me clamat ex Seir: custos quid de nocte: custos qd de nocte? Et Hieremias in eandem prophetiam pari voce consentit, dicens: Nunquid non est vltrà sapiētia in Theman? & reliqua vsq; ad finem eiusdem prophetiæ, vbi dicitur: Et erit
H cor fortiū Idumæę in die illa, quasi cor mulieris parturientis. Exceptoq; ordine commutato, & aliis quæ videntur discrepare: magna pars Abdiæ in Hieremiæ volumine continetur. Isti sunt mōtes Seir aduersum quos Ezechielis facies roboratur. & dicitur: Dabo montem Seir desolatū, & desertum. Et post paululum: Dissipatus eris mōs Seir & Idumæa omnis. Longum est si voluero cunctas scripturas euentilare, & proferre in medium super montes Seir: maximeq;
Malac.1.b Malachiæ: vbi statim in principio scriptum est: Nōne frater erat Esau Iacob, dicit dominus? Et: dilexi Iacob, Esau autem odio habui. Et posui montes eius in solitudinem, & hæreditates eius in dracones deserti. Quòd si dixerit Idumæa: destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ deserta sunt. Hæc dicit dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruā: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est dominus vsq; in æternū. Quia ergo didicimus terram Idumæorum aduersariam esse terræ repromissionis: & Esau inimicum legimus Iacob: & populum esse cui iratus est dominus in sempiternū: nosse debemus secundum leges Tropologiæ: aut contra Iudæos factum esse sermonem, qui sunt æmuli Christianis: & persequuntur fratrem suum Iacob, populū supplātatorē, qui illis primogenita præripuit. Aut certè aduersus omnes hæreses & cōtraria dogmata veritati, quæ vi-
I dentur quidem nobis esse vicina: sed magis aduersaria sunt: & de paterna hæreditate simplicem, & habitatorem domus Iacob nituntur expellere. Porrò quia Idumęa & terrena interpretatur, & propter colorem rubrum cruenta quoq; intelligi potest. Idcirco Saluator reportans ad patrē de mun-
Psal.23.b do victoriam, quando angeli conclamabant: Aperite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ. Et in Esaia stupen-
Esa.63.a tes interrogabant: Quis est iste qui ascēdit de Edom, fuluida veste de Bosor: sic formosus in stola cādida? Et ad ipsum comīus loquebantur: Quare rubrū est indumētum tuum: & vestimenta tua sicut calcantiū in torculari? Ipse loquitur in triumpho, exponens palmas crucis suæ: Torcular calcaui solus: & de gentibus nō est vir mecū. Sunt qui Idumæam ad carnem referant, & aduersus illius pugnam animā æstimant prouocari: vt mortificantes mēbra nostra super terram, fornicationem, immunditiam, passionem, æternā in Christo victoriam consequamur. Iudæi frustra somniant contra vrbē Romam, regnumq; Romanum hanc fieri prophetiam: Et illud quod in Esaia scriptū est, Onus Duma: paululum literę
רוּמָה apice cōmutato pro ר legi posse, ד, & sonare Romā: ו quippè litera & pro, u: & pro, o: eorū lingua accipitur. a ¶ Auditum audiuimus &c.) Iam vt suprà diximus, eundem esse Edom quam & Idumęam: quia in Hebraico ipse qui condidit, in Græco vrbs quæ sit ab eo condita, nominatur: Audiuit

a HEB. Auditum audiuimus à domino, & legatū ad gentes misit: surgite & consurgamus aduersus eū
b in prælium. Eccè paruulū dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde. Supbia cordis tui extulit te: habitantem in scissuris petræ:

SEP. Auditum audiui à domino, & munitionem in gentibus misit: surgite & consurgamus aduersus eum in prælium. Ecce minimū dedi te in gentibus: inhonoratus es tu valde. Supbia cordis tui eleuauit te, habitātē in foraminib⁹ petrarū:

ergo vel Abdias, vel omnes prophetæ pariter audierunt. Omnes enim scribunt contra Edom: quòd ad gentes legatus missus sit mediator dei & hominum, homo Christus Iesus: de quo & pater loquitur per Aggeum: Mouebo omnes gen- Aggeſ.2.b
tes: & veniet desideratus cunctis gentibus. Iste in Esaia, ma- Esa.9.b.
gni consilij angelus: & pater futuri seculi scribitur. Quod autē pro legato, id est עִיר, Lxx. πρόκλωὼ, id est, munitione interpretati sunt: possumus dicere, quòd ipse legat⁹ noster sit, & ipse munitio: dicens ea quæ prophetalis sermo cōtexuit: Surgite, & cōsurgamus aduersus eū, vel eam in prælium. Legatus qui ad gentes est missus, hęc loquitur: Surge qui dormis, & eleuare à mortuis, & illuminabit te Christus: Ac ne forsitā grauis nobis, & insolita pugna videatur: me, inquit, habetis primum in acie. Ego ero ἀρχιστράτηγὸς prælіorum, qui & Iesu filio Naue gladium tenens Ioſ.5.d.
apparui: Et Amalech in crucis vexillo Moyse pugnante supe Exo.17.c.
raui. Hieremias in visione contra Idumęam non multum ab his discrepat: Auditū, inquit, audiui à domino, & legatus ad Hier. 49.
gentes missus sum: congregamini & venite contra eam, & cō c.
surgamus in prælium. Sequitur: b ¶Ecce paruulum de- L
di te &c.) Hieremias, cuius suprà fecimus mētionem, propè in eadem verba consentit, dicens: Ecce paruulum dedi te in gentibus: contemptibilem inter homines: arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petrę, & apprehendere niteris altitudinem collis: cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum: inde te detraham, dicit dominus. In interpretatione prophetica debemus morem nostrū sequi, vt primùm historiæ fundamēta iaciamus: deinde si possumus, excelsas turres & tectorum culmina subrigamus: O, inquit, Edom qui cùm minimus sis inter omnes in circuitu nationes, & ad comparationem gentium cęterarum paruus in numero, vltrà vires erigeris superbia. Cùmq; habites in speluncis, imò in cauernis petrarum, humilis atq; pauperculus, & excelsa ædificiorum tecta non possidens, quasi aquila in sublime sustolleris: & tantum cogitatione intumescis, vt inter sydera habitare te credas: etiam si vltra naturam posses cœli alta penetrare: inde te detraherem, & ad terram deducerem, dicit dominus deus. Illud autem quod in Hieremia additum est, & apprehēdere niteris altitudinem collis: aperuit ænigma, collem significans montem Sion, ac per hoc vel
ipsam vrbem Hierusalem, vel templum quod in ea conditū M
est, vult intelligi. Aquilam autem cunctis auibus altius voli- Aquilæ na
tare, etiam hi qui de natura auium disputāt memoriæ prodiderunt: tantiq; contuitus esse dicitur, vt cùm super maria immobili penna feratur, nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate piscіculos natare videat: & cùm iuxta littus fuerint, tormenti instar descendere, raptamq; prędā pennis ad littus pertrahere. Si didicimus historiam, sequamur intelligentiam spiritualem. Licèt tibi ô hęretice magnus esse videaris, & contemnas ecclesię paucitatem: tamē paruus es in gentibus, & contemptibilis: & non solū cōtemptibilis, sed & cum ἐπιτάσει valde contemptibilis. Superbia cordis tui extulit te. Quis enim hæreticorū non in superbiam extollitur, ecclesiæ simplicitatē paruipendens: & fidē, imperitiam reputās? Habitantē in scissuris petrę, & exaltantē solū suū. Petra quanq; frequenter vel in persona dñi, vel in soliditate ponatur: vnde & propheta dicit, Statuit supra petrā pedes Pſal.39.a.
meos: & ad Petrum dicitur, Tu es Petrus, & super hanc pe- Mat.16.c.
tram ædificabo ecclesiam meā: tamen & in contrariā partē frequēter accipitur: Auferā, inquit, cor lapideū, & dabo vo- Ezec.36.f
bis cor carneū. Et: Potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ: maximeq; hìc, vbi nō dixit habitantē super petram: in qua prudēs ædificator domū suam extruit, sed in scissuris petræ, vt hęresęon à petra Christo, & ab ecclesia significet

gnificet ſciſſiones. Porrò quod ſequitur: Exaltantem ſolium tuum,& qui dicit in corde ſuo, Quis detrahet me in terrã? tumorem hæreticę mentis oſtendit:confidentium ſibi in myſterijs & in ſecretis ſuis,& quantum in ipſis eſt,hyperbolicè autem hoc accipere debemus, repromittentium ſibi regna cœlorum. Vnde ad huiuſcemodi hoïes ſcribit Apoſtolus:Iam ſine nobis regnatis:atq; vtinã regnaretis, vt & nos vobiſcum regnaremus: Tale quid & Dauid loquitur:Poſuerũt in cœlo os ſuũ: & lingua eorum tranſiuit in terrã. Si exaltati ergo fuerit, vt aquila: nã & ipſi aqlarum ſibi ſimilitudinẽ pollicentur, quæ ſolent ad cadauer dominicũ cõgregari: & ſi iter media ſydera poſuerũt nidum ſuum: inde detrahã eos, dicit dominus. Sicut eñ dormiente patrefamiliãs inter bonã ſementem inimicus homo zizania ſuperſeminat:Ita ſolet aquila illa grãdis magnarũ alarũ, lõgo membrorum ductu,plena plumis & varietate, quæ habet ductum intrandi in Libanum, & tollit de cacumine cedri : & plantat ſuper aquas multas, vt in vineam plãtaria pullulent,inter ſydera eccleſię:de quibus & in alio loco dicitur:iuſti autem ſicut ſtellæ fulgebunt:ponere nidum ſuum. Dixi ſuprà,hoc ipſum & aduerſum carnem poſſe intelligi,quòd imminutæ ſint vires eius in aduẽtu Chriſti:& contẽptibilis ſit,animæq; ſubiecta imperio, & fruſtra erigatur,cùm habitet in cauernis petræ,vel ſenſibus,vel cogitationibus:& velit dominari animæ,exaltãs ſolium ſuũ: nec opera ſua credens poſſe ſuperari. Cui dicitur,quòd q̃uis ſe erigat,& aquilæ imitetur excelſa,multoſq; ſanctorũ decet perit:tamẽ à domino ſuperata ſit atq; deiecta. Quod in hęreticis & in carne intelleximus:quod cõtra Iudęos quoq; intelligi poteſt.

HEB. petrę:exaltãtem ſoliũ tuum,qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt aquila,& ſi inter ſydera poſueris nidũ tuum: inde te detraham,dicit dominus. Si furẽs introiſſẽt ad te: ſi latrones per noctem,quomodo conticuiſſes? Nõne furati eſſent ſufficiẽtia ſibi? Si vindemiatores introiſſẽt ad te: nũquid nõ ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau, inueſtigauerunt abſcondita eius? Vſque ad terminos emiſerunt te omnes viri fœderis tui, illuſerunt tibi, inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum, ponent inſidias ſubter te: nõ eſt prudẽtia in eo. Nũnquid non in die illa, dicit dñs,perdã ſapiẽtes ex Idumęa,& prudentiam

SEP. petrarum: exaltantem habitaculũ tuum atq; dicẽtẽ in corde tuo: Quis me deducet in terram? Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi iter media ſydera ponas nidum tuum: inde te detraham, dicit dominus. Si fures introiſſent ad te, vel latrones per noctem: vbi proiectus eſſes? Nõne furati eſſent ſufficiẽtia ſibi? Et ſi vidēmiatores introiſſent ad te: nõne reliquiſſent racemum? Quomodo ſcrutatus eſt Eſau, & deprehenſa ſunt abſcondita eius? Vſque ad terminos dimiſerunt te: omnes viri teſtamenti tui reſtiterunt tibi: præualuerunt aduerſum te viri pacifici tui: poſuerunt inſidias ſubter te: non eſt ſapientia in eo. In die illa,dicit dominus, perdam ſapientes ex Idumæa, & intelligentiam

batur in medium protuli, & aperta ſunt omnia quæ claudebas:ſubſtantiamq; tuã me pariter cum hoſtibus perquirente,nulla potuerunt ſecreta cælare. Aliter,Fures & latrones qui ingrediuntur nocte:quia filij ſunt noctis & tenebrarum: hæreticos puto,contraria veritati dogmata prędicãtes, qui furãtur ſufficientia ſibi, & quotidie de eccleſiæ gregibus rapere feſtinant:Iſti ingrediẽtes vineam domini noſtri, quam de Aegypto huius ſeculi tranſtulit, & de cuius genimine vinũ ſe eſſe bibiturum in regno patris pollicet: ita cupiunt vniuerſa populari,vt vix racemum relinquant in ea:Sed ecõtrariò dominus agit:omnia enim ſecreta eorum,& occulta myſteria, & patriarcharum Eſau:hos quippè intelligo qui primi hæreſes adinuenerunt, per ſanctos ſuos & eccleſiaſticos viros atq; doctores profert in mediũ,& prima illius victoria eſt patere quæ tegebantur occulta. Vnde & cum admiratione dicit: Quomodo perſcrutatus eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius. Vide Marcionem & Valẽtinum, & oẽs hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habentes conſcientiam,applaudant ſibi:& ſimplices animas quaſi quibuſdam diuinis myſterijs initiantes, compoſito ſermone decipiant:Sed cùm triginta æonas & quadradas,& octoadas, & duodecadas,& duplicẽ deũ,& portẽtoſũ Abraxas in medio ſermo protulerit: tũc prudẽtia Eſau ſtultitia demõſtrabit, & inueſtigabunt ſecreta eius.

Hier. 49. b. Matt. 13. f. Sapi. 3. c. Mat. 13. c. 1. Cor. 4 b Pſal. 72. b

a ¶Si fures introiſſent ad te &c.) Hieremias ſimiliter,licèt ordine commutato:Si vindemiatores venifſent ſuper te,non reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent vtique quod ſufficeret ſibi. Ego verò diſcooperui Eſau,reuelaui abſcondita eius,& cælare non poſſunt. Quod dicit,hoc eſt:Si fures & latrones qui de nocte domos ſuffodere conſueuerunt, & rapere quæ in domibus ſunt,introiſſent ad te,& abſcõditi tenebris circuiſſent domus tuæ angulos:vtiq; hoc tuliſſent quod ſibi putabant poſſe ſufficere: & aliquid in ædibus tuis,vel per ſatietatem,vel per ignorantiã reliquiſſent:Si vindemiatores introiſſent vineã tuam,& eam vel hoſtiliter vaſtare, vel à te conducti demetere cuperent: quãuis diligens eorum fuiſſet vindemia: tamen racemos vitibus folijſq; cælatos,inter palmites reliquiſſent. Sed omnia hoſtes,qui ad te domino iubente venerunt (ſignificat autem Babylonios,& exercitum Nabuchodonoſor) inueſtigauerũt omnia ſecreta tua, & cauernas ac foramina ſpeluncarum in quibus habitas,luſtrauerũt. Et reuera,vt dicamus aliquid & de natura loci,omnis auſtralis regio Idumęorum de Eleuthe ropoli vſq; Petram,& Hailam:hæc eſt enim poſſeſſio Eſau, in ſpecubus habitatiunculas habet. Et propter nimios calores ſolis:quia meridiana prouincia eſt, ſubterraneis tugurijs vtitur. Diſcooperuit, inquit, Eſau,id eſt,quod terra premebatur in medium protuli, & aperta ſunt omnia quæ claudebas:ſubſtantiamq; tuã me pariter cum hoſtibus perquirente,nulla potuerunt ſecreta cælare. Aliter,Fures & latrones qui ingrediuntur nocte:quia filij ſunt noctis & tenebrarum: hæreticos puto,contraria veritati dogmata prędicãtes, qui furãtur ſufficientia ſibi, & quotidie de eccleſiæ gregibus rapere feſtinant:Iſti ingrediẽtes vineam domini noſtri, quam de Aegypto huius ſeculi tranſtulit, & de cuius genimine vinũ ſe eſſe bibiturum in regno patris pollicet: ita cupiunt vniuerſa populari,vt vix racemum relinquant in ea:Sed ecõtrariò dominus agit:omnia enim ſecreta eorum,& occulta myſteria, & patriarcharum Eſau:hos quippè intelligo qui primi hæreſes adinuenerunt, per ſanctos ſuos & eccleſiaſticos viros atq; doctores profert in mediũ,& prima illius victoria eſt patere quæ tegebantur occulta. Vnde & cum admiratione dicit: Quomodo perſcrutatus eſt Eſau, deprehenſa ſunt occulta eius. Vide Marcionem & Valẽtinum, & oẽs hæreticos, quomodo in doctrinis dæmoniorum, cauteriatam habentes conſcientiam,applaudant ſibi:& ſimplices animas quaſi quibuſdam diuinis myſterijs initiantes, compoſito ſermone decipiant:Sed cùm triginta æonas & quadradas,& octoadas, & duodecadas,& duplicẽ deũ,& portẽtoſũ Abraxas in medio ſermo protulerit: tũc prudẽtia Eſau ſtultitia demõſtrabit, & inueſtigabunt ſecreta eius.

b ¶Vſq; ad terminos emiſerunt te &c.) Quidã id qđ ſuprà expoſuim⁹,quo pſcrutat⁹ eſt Eſau,& cõprehẽſa ſunt abſcõdita ei⁹,ad terminos vſq; diſtinguũt,vt ſit ſenſus:abſcõdita tua atq; ſecretavſq; ad terminos reuelata ſunt:Nobis autẽ meli⁹ videt,vt cũ poſteriorib⁹ copuleſ. Veniẽte ergo Nabuchodonoſor:de quo ĩ Hieremia cõtra Idumæã dicit:Ecce q̃ſi leo aſcẽdit de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinẽ robuſtã:qa ſubitò currere eũ faciã ad illã. Ac deíde:Ecce q̃ſi aquila aſcẽdet & volabit,& expãdet alas ſuas ſup Boſrã,& erit cor fortiũ Idumæę ĩ die illa,quaſi cor mulieris parturiẽtis. Oẽs q antè erãt fœderati Edõ:& ĩ prędio vrbis ſuperbiſſimæ fuerãt, reliquerũt eũ,& iũcti hoſtib⁹ cõtra inſidias tetẽderũt:pręualuerũtq; aduerſus eũ:& tũc indicatũ eſt,quia nulla in Edõ eſſet ſapiẽtia:dũ ſperat in his q aduerſarij demõſtrati ſunt. Aliter:Cũ abſcõdita Eſau,& q̃ſi ſacramẽta magnifica:qb⁹ pri⁹ populi fuerãt irretiti prolata fuerint in mediũ,ita vt vir eccleſiaſtic⁹ poſſit dicere:Nõ eñ ignoram⁹ ei⁹ aſtutias:derelinquẽt terminos Edõ,& dimittẽt eũ,& vſq; ad terminos eccleſię trãſmigrãtes,proferẽt doctrinas peſſimas:Tũc illudẽt & reſiſtẽt quondã magiſtro ſuo,dicẽtes falſa eſſe quę didicerãt:pręualebũt cõtra eũ & eruditi fide eccleſię,& falſum dogma cõuincẽt. Illi q quõdã comedebãt apud hæreticos,nõ panẽ Euchariſtiæ,ſed panẽ luct⁹,& panẽ ſubcineritiũ qui nõ reuerſat: proponẽt quęſtiones de ſcripturis:tendẽt inſidias Idumęo atq; terreno,& in oĩb⁹ carneo pręceptori: Hæreſes eñ ad Galatas inter carnis opera numeratas legim⁹:& tũc oſtẽdetur nõ eſſe prudẽtia in Edõ.

c ¶Nunquid nõ in die illa,dicit dñs:perdã &c.) Cũ hoſtis fines tuos

G fines tuos possederit,& omnes viri fœderis tui illuserint tibi,& præualuerint contra te:tunc peribit sapientia de Idumæa & calliditas eius stultitia demonstrabitur. Prudẽtiam quoq; ipse dominus auferet de monte Esau,id est, de montibus Seir,vel quia vrbs Idumæa in monte sita est: vel quia omnis illa regio quę ad austrum vergens confinis est eremo,prę ruptis mõtib⁹ ædita sit. Vnde & dicitur: Pauebũt pugnatores tui de Theman,qđ nos interpretati sum⁹,meridiẽ.Quomodo autem suprà dixeram, Esau tribus nominibus appellatũ: ita & plaga regni eius quę ad Austrum vergit, tribus vocabulis appellatur, תֵּימָן נֶגֶב רוֹם,quę omnia iuxta Ezechiel, Eze.20. g Austrũ, Aphricũ Meridiemq; significãt. Postq̃ H verò timuerint fortes regni eius qui habitabant in Meridie,tũc interibit vir de mõte Esau,qui & pugnare pro ciuitate, & prudenter dare consilium solitus erat. Aliter: Postq̃ hi q̃ prius decepti erant, cõuersi fuerint ad ecclesiam:tunc ipso domino dimicante,peribunt sapientes Idumęę,qui carnalia & terrena sapiebant,& auferetur prudentia de monte Esau, quæ eleuabatur contra scientiã dei:Et qui prius pro Esau & Idumęa dialectica arte pugnabant,& erant in præsidijs Theman:quod interpretatur consummatio:desinent pugnare pro magistris prioribus:Siue qui antè lumen sibi scientiæ promittebant, & putabant se esse in meridie: timebunt & formidabũt ecclesiastico viro obtinente sophismata eorum: intantum vt nullus resideat qui possit,vel regis consilio,vel pugnatoribus viris, pro hæreticorum superbia & falso dogmate dimicare.

HEB. dentiam de monte Esau? Et timebunt fortes tui à Meridie: vt intereat a vir de monte Esau. Prõpter interfectionem & iniquitatem in fratrem tuũ Iacob, operiet te confusio,& peribis in æternum. In die cùm stares aduersus eum, quando capiebãt alieni exercitum eius, & extranei ingrediebãtur portas eius, & super Hierusalem mittebãt sortem: tu quoq; eras quasi vnus b ex eis. Et nõ despicias in die fratris tui, in die peregrinationis eius. Et nõ lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum, & nõ magnificabis os tuum in die angustiæ: neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum. c Nęq; despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius, & non emittêris aduersum exercitum eius in die vastitatis illius. Neq; stabis in

SEP. telligentiã de monte Esau. Et pauebunt pugnatores tui de Theman, vt auferatur homo de mõte Esau, Propter interfectionem & impietatẽ aduersum fratrem tuum Iacob,operiet te confusio,& aufereris in æternum. Ex die qua restitisti contrà,in die vt caperent alienigenę fortitudinem eius, & alieni ingressi sunt portas ei⁹: & super Hierusalem miserunt sortem, & vos eratis quasi vnus ex eis. Et non despicies diem fratris tui in die alienorum: Et non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum:& non magna loquêris in die angustię:neq; ingredieris portas populorum in die laborum eorũ. Et non despicies etiam tu congregationẽ eorũ in die perditionis eorũ: neq; apponêris fortitudini eorum in die pditionis eorũ: neq; stabis in

I a ¶Propter interfectionẽ &c.)Idcirco interibit vir de mõte Esau,& peribit sapientia de Idumæa, & prudentia de mõte Esau: quia interfeciſti germanum,& iniquè egisti contra fratrem tuum Iacob:quando Chaldæis,Babylonijsq; vastantibus Hierusalem,& obsidentibus ciuitatem,& ingredientibus portas eius:mittentibusq; sortem,in diuisione prædarũ tu eorum socius eras,& in hostium numero versabaris. Aliter:Cuncta quæ suprà scripta sunt patieris: ô Edom cruente,terrene,crudelis:quia falsa mortiferaq; doctrina,& aduersum dominum impietatem loquentem occidisti fratrẽ tuũ Prou. 5.b. Iacob. Legimus in Salomone:Sunt qui loquuntur & interfi- & 25.c. ciunt gladio. Et in alio loco:Venenũ aspidum sub labijs eo- Psal.13. & rum,& lingua eorum gladius acutus. Operiet ergo te confu- 139. sio,& dices:Confusio vultus mei operuit me:ac peribis,non Ibid.56.a ad breue tempus,sed in æternum. Aeterno enim quantum in te fuit fratrem vulnere percussisti:Sed & hęc erit causa cruciatus:Nam quando alieni deuastabant exercitum Iacob: & ingrediebantur per portas eius in pacificam quondam Hierusalem:mittebantq; sortes,vt eius sibi spolia diuiderent:tu vnus eras ex hostibus. Legimus,vidimus quotidieq; comprobamus,quando persecutio contra ecclesiã oritur:multò peiores persecutores Iudæos & hæreticos in Christianos fieri, q̃ Ethnicos. Possumus extraneos ingredientes portas Hierusalem λογισμους,id est,cogitationes pessimas dicere, portasq; Hierusalem,id est,animæ quiescentis & videtis deum, quinq; sensus interpretari per quos introeãt hostes, & spolia diuidant Hierusalem:Si viderimus mulierem ad concupiscendam,mors ingressa est per fenestras nostras:si susceperimus per aures mendacium ac iudiciũ sanguinis, per aliam portã hostis ingressus est. Odorat⁹ quoq;, gustus & tactus: si vel varijs odoribus, vel dulcibus cibis,vel amplexibus delicatis captus fuerit, p alias portas ingressi sũt aduersarij,& spolia diuidunt miseræ Hierusalem. Eo igitur tempore quo pscutionis impetu & mortiferis voluptatibus de ecclesia quispiam corruerit: videmus exultare hæreticos,gaudere Iudęum, L & vnum esse de persecutoribus: & in Ethnicorum eos numero cõputari. b ¶Et non despicias in die fratris tui:in die peregrinationis eius &c.)Idem sensus qui suprà: Cùm interierit vir de mõte Esau,propter interfectionem & impietatẽ fratris eius Iacob, & operuerit eum æterna confusio: nequaquã faciat quæ fecit antè contra germanum: Non enim despiciet & paruipẽdet videns fratrem suum ire captiuum, nec lætabitur super filios Iuda. Duæ enim trib⁹ excepta Leuitica,quæ regnabant in Hierusalem, & appellabãtur Iuda, à Chaldæis captæ sunt. Et nequaquam magna loqueris, & quasi vnũ de victoribus esse te credens,in fratris ridebis angustia:Neq; in die vastitatis & ruinæ populi mei,tu per portam Hierusalem gloriabundus incedes. Et ideo ista non facies,quia & tu similia patieris. Aliter quando captiuum videris diuersis persecutionibus fratrem tuum,& abduci vinM ctum de ecclesiæ fide:nec ciuitatẽ suam,sed peregrina quęq; sectari:nequaquam lætaberis,quia & tu similia patieris. Lætabaris enim quando capiebatur Iacob,& super filios Iuda, quos discipulos Christi intelligimus:exultabas in die perditionis eorum. Significatur autem quòd anima in meditullio vitiorum atq; virtutum posita sit, & possit in vtrãq; partem per horarum momenta conuerti. Nequaquam, inquit, magnificabis os tuum in die angustiæ. Quod secundum duplicem sensum accipere debemus,corporalis,in persecutionibus & in peccatis:spiritualis angustiæ, cùm anima hostibus vitijsq; capta fuerit,& ducitur in Babylonem. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: quando enim aut negatio nos oppresserit,aut voluptas,& rigorẽ pristinum infœlix conscientia non seruauerit,tunc facilè ad contraria dogmata labimur,blandientia errori nostro: & nõ cũ rantia vulnus,sed palpantia. Solatium miseriæ est, q̃is perditũ,habere quod speret. c ¶Neq; despicies & tu in ma lis eius in die vastitatis illius &c.)Cùm ipse captus fueris & Babylonio vastante deletus:inter cætera quæ feciſti,ne hæc facies quæ sequuntur: Non despicies neque contemnes fratũ Iacob in die vastitatis illius: neq; apponêris ad exercitũ Babyloniorũ,siue nõ emittêris aduersum exercitũ Iuda:quãdo superatus

A do ſuperatus ab aduerſarijs terga verterit. Cùmq; cœperint fugere per riotas ſibi vias,& diuerticula,& colles ad ſolitudinem perferentes: nõ ſtabis in biuio: nec venientes expectabis in compitis, vt interficias eos qui fuerint liberati: aliosq; cõprehenſos recludas: & vel ipſe capias, vel captiuitati hoſtium ſerues. Hæc iuxta hiſtoriam diximus: debemus em̃ breuiter manifeſtiora carpẽtes, ad ea quę obſcura ſunt pergere. Quis hæreticorum nõ deſpicit eccleſiaſticos? Quis non exultat in malis eorũ: ſi quando propter pec cata populi pſecutioni traditi fuerint? & multi vel infirma fide: vel ſupra petroſa ſeminati, in negationẽ corruerint, videas illos exultare, gaudere: noſtram ruinã ſuam putare victoriam: intantũ, vt iun

B gantur gẽtibus: & perſecutio ſæuior, vel ex Iudæis, vel ex his fiat: qui fratres noſtros eſſe ſe ſimulant: & eodẽ cen ſentur nomine. Cùmq; aliquis, vel fuga, vel pœnitentia elapſus fuerit: ſtant in diuerticulis, & proponũt ſophiſmata, & teſtimonia, quaſi de ſcripturis proferunt: vt laſſis atq; cõfectis, cõſuta offerãt cer uicalia, & ponant ea ſub omni cubito manus. Atq; ita fit, vt qui forſitan perſecutionẽ, aut virtute ſuperarint, aut timore effugerint: decepti prauis dogmatib⁹, rurſum in carcere teneant errorũ, & multo fiat peior iſta tribulatio q̃ fuit ex gẽ tibus: Facilius enim ab ethnicis captũ liberes: q̃ hæreticorũ præſtigijs irretitũ.

HEB. ſtabis in exitibus vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniã iuxtà eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi. Retributionem tuam conuertet in caput tuum. Quomodo em̃ bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent, & abſorbebunt, & erunt quaſi non ſint. In mõte autem Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus & poſſidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederũt. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flãma, & domus Eſau ſtipula, & ſuccẽdẽtur in eis, & deuorabunt eos, & non erũt reliquiæ dom⁹ Eſau: quia dominus locutus eſt.

SEP. ſtabis in egreſſibus eorum, vt interficias eos qui ſalui fuerint ex eis: neq; concludes fugitiuos eorũ in die tribulationis. Quia iuxtà eſt dies domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi. Retributio tua reddetur in caput tuũ. Quia quomodo bibiſti ſuper montem ſanctum meũ, bibent omnes gentes vinum: bibent & abſorbebũt, & erunt quaſi nõ ſint. In mõte autẽ Sion erit ſaluatio, & erit ſanctũ: & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flãma: domus autem Eſau ſtipula: & ſuccedentur in eos, & deuorabunt illos, & non erit frumentarius domui Eſau: quia dñs locut⁹ eſt.

a ¶Quoniã iuxtà eſt dies dñi ſuper omnes gentes &c.) Hæc autẽ ô Idumæa ideo facere ceſſabis: quia veniet ſuper te vltio domini. Si em̃ iuxta Hieremiã, quibus nõ erat iudicium vt biberent calicem, bibentes biberunt: tu quaſi innocens relinqueris: nõ eris innocens, ſed bibens bibes. Porrò quod ait: Iuxtà eſt dies domini ſuper omnes gentes: Legamus eundem Hieremiam, & videbimus

C calicem domini cunctis gentibus propinatum. Vnde dicitur in eodem: Calix aureus Babylon in manu domini inebrians omnes gentes: vniuerſas quippe nationes vſque ad propontidem Scythicumq; mare, & Ionium vel Aegæum, Aſſyrij Babylonijq; tenuerũt. Legamus Herodotum, & græcas barbarasq; hiſtorias, & videbimus, quomodo ſub Babylonijs, & Aſſyrijs impletum ſit hoc quod dicitur: Iuxtà eſt dies domini ſuper omnes gentes. Quod autem ſequitur: Sicut feciſti, fiet tibi: retributionẽ tuam conuertet in caput tuum: hic eſt ſenſus: quẽ in pſalmo legimus: Memẽto domine filiorũ Edom in die Hieruſalẽ dicentiũ: exinanite, exinanite vſq; ad fundamentũ in ea. Vnde & cõtra Babylonẽ imprecatur propheta: Filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionẽ tuã: quam retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. Sicut enim ſuper montẽ ſanctũ meũ Sion bibiſti cũ Babylonijs atq; lætatus es: ſic omnes gentes quas tecũ habebat Babylonius in præſidio, cõuerſæ contra te bibent, & lætabuntur. Et nõ ſolum bibent: ſed ita te abſorbebunt, vt ſunt Idumæi quaſi nõ ſint: vel certè ipſæ gentes cùm te abſorbuerint, abſorbebuntur à Medis, & hoc circulo vindicta procedet: vt tu Iſraẽlem, te Babylonius, Babylonium Medus, ac Perſa conſumat. Sequamur interpretationis ordinem. Iuxtà eſt ô

D heretice dies domini ſuper omnes gentes: propè eſt tempus iudicij in quo omnes iudicandæ ſunt nationes: Sicut feciſti contra eccleſiaſticos, conuertetur in caput tuũ dolor tuus: & in verticem tuũ iniquitas tua deſcẽdet. Quomodo enim in nece eorũ lætatus es conuiuiumq; celebraſti, & in monte ſancto meo, hoc eſt eccleſia, bibiſti non meũ calicem, ſed diaboli, de quo & in Abacuk dicitur: Væ qui potat proximũ ſuum ſubuerſione turbida, ita vniuerſę gentes vel fortitudines cõtrariæ ſupplicijs delegatæ, vel aduerſariæ quæq; virtutes, bibent & abſorbebunt ſanguinem tuum, & ad extremũ in cunctos veniente cruciatu: ipſæ quoque erunt quaſi non ſint. Quis em̃ perit ei qui eſt, & qui dicit ad Moyſen: Qui eſt miſit me ad vos, ſecũdum regulam ſcripturarũ nõ eſſe dicit. Vnde & in Heſter legimus: Ne tradas domine regnũ tuũ his qui nõ ſunt. Poſſumus hunc locũ & aliter interpretari: Quia lætati eſtis in ruina ſeruorum meorũ, eadem perſecutio contra vos quoq; veniet, & patiemini quæcunq; feciſtis. Et ſicut lætati eſtis aduerſum populum meũ cũ gentibus reliquis: ita omnes gentes lætabuntur contra vos, & deuorabũt & bibent, & perſecutione ſimili conterent.

Abac.2.c.

Exodi.3.a

E

Heſt.14.d

b ¶In monte autem Sion erit ſaluatio &c.) Idumæa ſubuerſa, & ab inimicis gentibus cũ quibus prius cõtra Iacob fœdus inierat deuorata, in monte Sion erunt reliquiæ, eritque ſaluatio, & erit ſanctus: hoc eſt, vel ipſe dominus reuertetur ad tẽplũ, quod propter pec cata dimiſerat: vel erit abſolutè ſanctũ, id eſt, ſanctũ ſanctorũ. Et poſſidebit domus Iacob: ſub Zorobabel, & Eſdra, & Neemia eos qui ſe hęreditate poſſederãt. Et erit domus Iacob: id eſt, Iuda, ignis: & dom⁹ Ioſeph: id eſt, decẽ tribuũ flãma. De Ioſeph qppe nat⁹ eſt Ephraim, ex qua tribu Samarię imperiũ fuit: domus autẽ Eſau, id eſt Idumæorũ qui tã ſæui & crudeles extiterant contra fratrẽ ſuum, vertetur in ſtipulam Et quomodo ignis & flamma citò ſtipulã deuorat: ſic duo regna in vnius ſibi virgę iuxta Ezechiel copulam fœderata, vaſtabunt Idumæam & deuorabunt eam, & non erit reſiduus ex populo qui poſſit euerſionem aduerſatiorũ vicinis gentibus nunciare: Hoc enim quod Lxx. tranſtulerunt πυροφόρον, quem nos in frumẽtarium vertimus: iuxta antiqui ſermonis eloquiũ (eos em̃ quos nũc agentes in rebus, vel veredarios appellant:) veteres frumẽtarios nominabãt. Sed melius eſt vt ipſum ſequamur Hebraicũ, id eſt שָׂרִיד quod interpretatur, vel reliquus, iuxta Aquilam: vel effugiens, iuxta Symmachum: vel ſecũdum Theodotionem, & quintam ædition em, reſiduus: Hæc autem omnia fient, quia dominus locutus eſt: & illius iuſſiſſe, feciſſe eſt. Aliter: Deſtructis carnis operibus, & terreno imperio deſolato, erit in eccleſia ſaluatio eorum qui à matre non exierint. Et in ipſa morabitur ſanctus: de quo in Eſaia dicitur: Sanctus, ſanctus, ſanctus domin⁹ deus Sabaoth: quia & qui ſanctificat, & qui ſanctificantur ex vno omnes. Et poſſidebit domus ſupplantatoris Iacob, eos qui ſe hæreditate poſſederant, de perſecutoribns faciens Chriſtianos, & ipſos Idumæos in eccleſiæ fidem recipiens, domus autem Eſau vertetur in ſtipulam.

Hier.25.d

Ibidẽ.51.b

Pſal.136.b

Agentes in rebus.

Eſaiæ.6.b

Et quomodo

G Et quomodo ignis viciniam culmus non valet sustinere, ita
Psal.17.c. disputationem Iacob,quæ ignita est sermone domini: Eloquia enim domini igne examinata:& flammã Ioseph,qui in-
יוסף terpretatur,augmentũ:Et qui à fratribus vẽditus, populum
Gene.37. pauit in Aegypto,domus Esau sustinere non poterit:sed ad primã congressionẽ sophismata eorum vertentur in nihilũ.Et deuorabuntur in salutem suam: iuxta illud quod in benedictiõe Isaac di
Geñ.27.f citur ad Esau: Sed dominũ tuum illum feci: & omnes fratres tuos subieci ei seruos : fratrique tuo seruies: Et nõ
Phil. 2,b. erunt reliquiæ domus Esau,quãdo oñia Christo genu flectent cœlestium & terrestriũ, & infernorũ: & subijcientur ei vniuersa , vt sit deus omnia in omnibus. Quia verò Esau super fundamen-
1.Cor.3.c. tum Christi vitio suo extruxerat fœnum,ligna & stipulam:
H Idcirco domus Iacob & Ioseph in ignem vertetur, & flam-
Deut.4.d mam,imitans dominũ suum :qui dicit: Ego sum deus ignis cõsumens, vt deuoratis paleis peccatorum, frumentum purum in horrea congregetur.Cuncta quæ diximus,& quæ dicturi sumus,Iudæi sibi futuro tempore pollicentur, quando pro Christo recipient Antichristũ : impleta prophetia do-
Ioan.5.g. mini saluatoris:Ego veni in nomine patris mei,& nõ suscepistis me:si alius venerit in nomine suo,illum recipietis. Et quicquid contra Idumęam interpretati sumus:illi aduersus Romanũ regnum somniant : Quod nos dicimus, aut iuxta historiam sub Zorobabel esse iam factum : aut certè iuxta prophetiam,& mysticos intellectus quotidie in ecclesia fieri,& in regno animæ aduersus carnem,in vnoquoq; comple ri. Frumentarium autem secundum Tropologiam definere esse dicimus in hæreticis:qñ nullus fuerit qui apud eos granum tritici,quod in terra mortuum est , & panem de cœlis habere se iactet.Sunt qui non πυροφόρον,id est, frumentarium: sed πυροφόρον,hoc est,qui gestare possit igniculum,à Lxx.translatum putent. Acquiescẽtes igitur diuersis interpretationibus,dicemus iuxta Tropologiam:non solum frumentarium cessaturum apud hæreticos:sed & eum qui lu-
2.Co.11.c cem Christi habere se simulet. Etenim ipse Satanas transfiguratur in angelum lucis. a ¶Et hæreditabunt hi qui ad Austrum &c.) Reuerso in regnum suum Iuda qui habi-
I tauit in meridię,& possedit cũctam regionẽ, iuxta diuisionem Iesu filij Naue,quæ vergit ad scorpionẽ, id est,ad omnem Acrabathenam. Nam hi qui prius terminis artabantur angustis,possidebunt montẽ Esau:id est,montes Seir, & montana quæ Edom antè possederat. Qui autem habitabant in Sephela,id est in campestribus Liddam & Emmaus, Diospolim,scilicet Nicopolimq; significans,possidebũt Palæstinos: quinque vrbes Palæstinorum,Gazam,Ascalonem, Azotum,Accaron,Geth,vel omnẽ illam plagam, quæ iuxta Actus apostolorum Saronas appellatur. Alij verò putant eã Sephelã,id est, cãpestrẽ regionẽ quæ circa Eleutheropolim est,repromitti:quod ad Rhinocorurã , & ad mare vsq; tendenda sit,id est,de tribu Iuda nõ solum Eleutheropolim teneant:sed vsq; ad maritima perueniant,& Philistim suo imperio subiugẽt, quos prius non habuerunt subiugatos. Dilatabitur quoq; terminus filiorum Iuda vsq; Ephraim, vbi nunc Neapolis est : & vsq; ad regionẽ Samariæ, vbi Sebaste condita est. Beniamin autẽ cuius statim ab Hierusalem contra septẽtrionẽ termini dilatãtur, cunctam possidebit Arabiam,quæ prius vocabatur Galaad:& nunc Gerasa nũcupatur. Iuxta Lxx.autẽ & montem Ephraim,& campos Samariæ,& Beniamin,& Galaad, hi qui fuerint in meridie possidebunt:hoc vtrum factũ sit deus viderit, potest eñ ex parte per annos quingentos vsq; ad aduẽtum Christi esse completum,quod sicut certissimè scio quotidie cõpletur in nobis,& in regno ecclesiæ confirmatur. Hi enim qui habitant in meridie,id est, in Nageb, & in vero sunt lumine, & qui tenent campestria & humilia,id est,discipuli eius quibus di-
K cit : Discite à me quia Matt.11.d mitis sum , & humilis corde: possidebũt montem Esau & Philistim; quos possum⁹ propter superbiam dogmatũ,& eloquẽtiam seculare in ethnicorũ persona accipere. Vt in mõte sint magistri , in Philistim & alienigenis discipuli,qui magistrorũ auctoritate ducuntur : Et nõ solum montẽ Esau, & alienigenas : sed regionem quoq; Ephraim & Samariæ possidebunt.

a HEB. Et hæręditabũt hi qui ad Austrũ sunt,mõtẽ Esau: Et qui ĩ cãpestrib⁹, Philistim : & possidebunt regionem Ephraim,& regionẽ Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. Et
b trãsmigratio exercitus eius filiorum Israël: omnia Chananęorũ vsq; ad Sareptã. Et trãsmigratio Hierusalẽ,quæ ĩ bosphoro est, possidebit ciuitates austri.

SEP. Et possidebunt qui in Nageb, montem Esau: Et qui in Sephela, alienigenas:& possidebũt montem Ephraim,& campum Samariæ,& Beniamin,& Galaad . Et transmigrationis principium istud filijs Israël : terra Chananæorum vsque Sareptam, & transmigratio Hierusalem vsque Ephraten, possidebunt ciuitates Nageb: Et ascen-

Ephraim & Samariã crebrò in Osee legim⁹,& in hæresibus quę sub nomine Christiano ecclesiam diuidunt,interpretati
L sumus:Et ibi enim sperator vbertas,& ibi custodia fidei repromittũt. Porrò Beniamin filius dexteræ atq; virtutis,vbi tẽplum dei est,possidebit Galaad: quæ interpretatur transmigratio testimonij, Israëlem carneum significans, ab illis enim ad nos testimoniũ dñi cõmigrauit. Iuxta Lxx.autẽ & ipsum Beniamin,& Galaad: hi qui fuerint in meridie possidebunt. b ¶Et transmigratio exercitus &c.) Multum in hoc loco translatio nostra discrepat ab æditione vulgata. Vnde debemus in expositione historiæ Hebraicã veritatem sequi:Qui de Babylone iuxta volumẽ Esdrę & Neemię reuersi fuerãt in Iudęã:rectè trãsmigratio vocabunt.Totus ille exercitus filiorũ Israël ad Meridiẽ quidẽ, & ad Occidentem,& ad Septẽtrionẽ possidebũt Idumęos,& Palæstinos,& montẽ Ephraim,& Samariã. Beniamin quoq;,quia cõfinis est solitudini,specialiter obtinebit Galaad.Cõtra Orientẽ verò cunctis quę in terra Chananęorũ sunt,imperabũt vsq; ad Sa-
reptã Sidoniorũ:vbi quondã Heliam pauit vidua. Porrò hi 3.Regum
qui de ipsa Hierusalẽ metropoli ciuitate translati fuerãt in 17.b.c.
Sapharad:quod nos in Bosphorũ vertimus:possidebũt ciuitates Austri:quę sunt in tribu Iuda:Reuersi eñ in vrbẽ suã: ea quæ vrbi vicina sunt obtinebũt.Cũq; hęc expleta fuerint, sicut in ludicũ libro,mittebat dominus saluatores qui populum de captiuitate saluarẽt:sic ascẽdent,& veniẽt in montẽ Sion,vt iudicent atq; discernant: quasi subiectũ, & seruientem sibi montẽ Esau : hoc est Idumæos: subiugatisq; omni-
M bus,erit domino regnum. Vbi nos posuimus Bosphorum:in Hebraico habet סְפָרַד:quod nescio cur Lxx. Ephrata transferre voluerint,cũ & Aquila, & Symmachus, & Theodotio cum Hebraica veritate cõcordent. Nos autem ab Hebræo, qui nos in scripturis erudiuit,didicimus Bosphorum sic vocari:& quasi Iudæus, Ista,inquit,est regio ad quã Hadrianus captiuos transtulit.Quãdo ergo Christus noster venerit:tunc reuersura est in Iudæam etiã illa captiuitas.Possumus autẽ locũ quẽlibet regni Babylonis intelligere:quãq; & aliud arbitrer. Nam cõsuetudinis prophetarũ est:quãdo loquunt contra Babylonẽ,Ammonitas,Moabitas,Philistim,& cæteras nationes,multis sermonibus linguæ eorum abuti, & seruare idiomata prouinciarũ. Quia ergo lingua Assyriorum terminus,qui Hebraicè vocatur, גְּבוּל dicit Sapharad: hunc sensum esse conijcio:Transmigratio Hierusalẽ quę in cunctis terminis regionibusq; diuisa est:vrbes Austri,id est, trib⁹ suę recipiet.Pro eo autẽ quod nos interpretati sumus, & ascendent saluatores:ac Lxx.trãstulerũt: ἀνασωζόμενοι, id est,hi qui salui fuerint:in Hebraico scriptũ est,מוֹשִׁעִים: Qui nõ vt Aquila,& Lxx. & Theodotio passiuè σεσωσμένοι,vel ἀνασωζομένοι:sed iuxta Symmachum σώζοντες,id est,actiuè saluatores intelligẽdi sunt. Siquidẽ σεσωσμένοι, id est,sal-

A id est,saluati: פְּלֵיטִים Hebræo sermone dicunt. Qua iuxta historiã,vt potuimus interpretati sumus, & inter cõfragosos scopulos nostrã nauiculã reximus:spiritualis intelligentiæ vela pãdamus:vt flante dño,& sua reserãte mysteria læti perueniamus ad portum.Eo tempore quo Beniamin possederat Galaad: transmigratio exercitus filiorum Israël,vel certè principiũ trãsmigrationis carnei quõdã Israël, istud erit vt ad Chananæorũ terrã perueniat, & propheticus sermo qui fame periclitabat in Iudæa:exiccato vellere Israël ad gentiũ rura transeat: Ibiq; pascatur, & pascat,dum & recipitur à credentibus,& pascit ipse credentes:Sarepta,vel ex duobus cõpositũ est,& interpretatur צָרְפַת angustia panis:vel vnum verbũ est, & transfertur in incendium:Chanaan verò in σάλον,id est motũ,vertitur: aut certè negociator & humilis appellatur.Igitur transmigratio filiorũ Israël quãdo occidentẽ dimiserint literã,& ad spiritũ venerint viuificantẽ:mouebit cuncta quæ legis sunt. Negociabitur de multis margaritis vnam preciosissimã margaritam: & deposita Iudæorũ superbia, humilitatẽ sectabitur Christianã,& illuc vsq; perueniet, vbi antea fuit tribulatio
3. Regum 17.c. panis,& mulier vidua à suo conditore deserta pupillũ filiũ vix alebat,& vniuersa illius peccata,& vitia cõcremẽtur.Ca
B ptiuitas autẽ siue transmigratio Hierusalem: vbi quondam erat visio pacis,& quæ nunc in toto orbe dispersa est:possidebit ciuitates austri,id est ecclesias veri & perfecti lumi-
Canti. 1.b. nis:dicetq; cũ sponsa pœnitens:Vbi pascis,vbi cubas in meridie?Et cũ Ioseph in antiquã germanitatẽ recepta,inebriabitur sanguine pastoris, & principis. Quòd si iuxta Lxx. D Ephrata legimus, nulli dubiũ est quin Christi intelligatur fides.Ephrata enim interpretatur καρποφορία,id est,vbertas, & συνόνυμῶ est, appellaturq; Bethleem in qua ortus est cœlestis panis.His autem ita gestis, ascendent saluatores, vel qui saluati fuerint de reliquijs populi Iudaici in montem Sion, vt iudicent & vlciscantur montẽ Esau. Quomodo lumen dominus lucem appellat apostolos suos, & dicit: Vos estis lux mundi:& ipsa petra, Matt.5.d. Petro donauit vt petra sit: pastor quoq; bonus illis pastorũ largitus est nomina:& qdcũq; dicit seruis tribuit vt dicant: sic ipse saluator apl'os suos mũdi esse voluit saluatores:qui ascẽdẽre speculã montis ecclesiæ,& deponẽtes superbiã Iudaicã,vniuersorũq; montiũ quæ aduersum scientiã dei erigebantur,regnũ dño parauerũt. Hęc ad duas lucubratiunculas veterũ autoritatẽ secutus,& maximè expositionẽ Hebraicã propero sermone dictaui,aperuiq; os meũ:sed nescio an illud Christus impleuerit. Vnde sapiẽs lector sensuũ magis debet cõsequẽtiã quęrere q̃ eloquij venustatẽ. Neq; enim ea leuitate, & cõpositione verborũ dictamus, vt scribimus. Aliud est mi Pãmachi sępe stilũ vertere,& quę memoria digna sunt scribere. Aliud notariorũ articulis præparatis pudore reticẽdi dictare quodcũq; in buccam venerit. In hoc E ꝓpheta,& adolescẽtuli lusimus,& senes prę sumpsim⁹. Qui veriora & meliora dixerit,in illius sententiã transgredere.

SEP. Et ascẽdent qui saluati fuerant de monte Sion, vt puniant montẽ Esau: & erit domino regnum.

HEB. Et ascẽdent saluatores in montem Sion:iudicare montem Esau: & erit domino regnum.

Et factum

Cõmentariorũ in Abdiam prophetã finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN IONAM PROPHETAM, PROOEMIVM.

TRiennium circiter fluxit,postq̃ quinq; prophetas interpretatus sum,Micheam, Nahum,Abacuk,Sophoniã,Aggeũ:& alio opere detẽtus,nõ potui implere quod cœperã:scripsi emẽ librũ de illustribus viris,& aduersum Iouinianũ duo volumina: Apologeticũ quoq;,& de optimo genere interpretãdi ad Pammachiũ: & ad Nepotianũ, vel de Nepotiano duos libros,& alia quæ enumerare longum est. Igitur tanto post tempore:quasi quodã postliminio à Iona interpretãdi sumẽs principiũ:obsecro vt qui typus est saluatoris,& tribus dieb⁹ ac noctibus in vẽtre ceti moratus, prefiguraui dñi resurrectionẽ:nobis quoq; feruorẽ pristinũ tribuat,vt sancti ad nos spiritus mereamur aduẽtum. Si emẽ יוֹנָה Ionas interpretatur,colũba:colũba autẽ refertur ad spiritũ sanctũ:nos quoq; colũbã & aduentũ † ad nos † alias ex
C interpretemur colũbæ. Scio veteres ecclesiasticos tam Græcos q̃ Latinos sup hoc libro multa dixisse:& aduentu. F
tantis quęstionibus,nõ tã aperuisse q̃ obscurasse sentẽtias:vt ipsa interpretatio eorũ,opus habeat interpretatione:& multo incertior lector recedat,q̃ fuerat antequam legeret. Nec hoc dico,quòd magnis ingenijs detrahã,& alios mea laude fugillẽ:sed quòd cõmẽtatoris officiũ sit,vt quę obscura sũt,breuiter aperteq; dilucidet,& nõ tã diuersitudinẽ ostentet suam,q̃ sensum ei⁹ quẽ exponit differat. Quærimus igit̃, Ionas propheta,excepto volumine suo,& euangelijs,hoc est dñi de eo testimonio: vbi alibi in scripturis
4.Regum 14.f. sanctis lectus sit? Et ni fallor in Regum volumine de eo ita scriptũ est: Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas, regis Iuda : regnauit Hieroboam filius Ioas regis Israël in Samaria, quadraginta annis & vno. Fecitq; malum coram domino,& non recessit ab vniuersis peccatis Hieroboam filij Nabath:qui peccare fecit Israël:Ipse cõuertit fines Israëlis in Samaria ab introitu Hemath,vsq; ad mare solitudinis:iuxta verbum domini dei Israël, quod locutus est in manu serui sui Ionæ,filij Amathi prophetæ, qui fuit de
3.Regum. 17.d. Geth:quæ est in Opher. Tradunt autẽ Hebræi hunc esse filium viduæ Sareptanæ : quẽ Helias propheta mortuum suscitauit:matre postea dicente ad eum:Nunc cognoui quia vir dei es tu: & verbum dei in
אֱמֶת ore tuo est veritas: & ob hanc causam etiam ipsum puerum sic vocatum. Amathi enim in nostra lingua veritatem sonat:& ex eo quòd verum Helias locutus est, ille qui suscitatus est,filius esse dicitur veritatis.
Geth. Porrò Geth in secundo Sephorim miliario:quæ hodie appellatur Diocæsaria euntibus Tyberiadem, haud grandis est viculus,vbi & sepulchrum eius ostenditur. Quanquam alij iuxta Diospolim,id est Liddam,eum & natum & conditum velint : non intelligentes hoc quod additur,Opher : ad distinctionem aliarum Geth vrbium pertinere : quæ iuxta Eleutheropolim , siue Diospolim hodie quoque monstrantur. Liber quoque Tobiæ licèt non habeatur in canone tamen quia vsurpatur ab ecclesiasticis viris,tale quid memorat:dicente Tobia ad filium suum: Fili ecce senui,& in eo sum, vt reuertar de vita mea Tolle filios tuos,& vade in Mediam fili:scio enim quę locutus est Ionas propheta de Niniue,

quoniam

G quoniam ſubuertetur. Et reuera quantum ad hiſtorias tam Hebræas quàm Græcas pertinet, & maximè Herodotũ, legimus Niuiuen, regnante apud Hebræos Ioſia, & Aſtiage rege Medorum, fuiſſe ſubuerſam. Ex quo intelligimus primo tempore ad Ionæ prædicationem acta pœnitentia, Niniuitas veniam conſecutos: poſtea verò in priſtinis vitijs perſeuerantes, dei in ſe prouocaſſe ſentẽtiam. Traduntq; Hebræi, Oſee, & Amos, & Eſaiam ac Ionam iſdem prophetaſſe tẽporibus. Hoc quantũ ad hiſtoriæ pertinet fundamenta: Cæterùm nõ ignoramus Chromatı papa venerabilis, ſudoris eſſe vel maximi, totum prophetã referre ad intelligẽtiã ſaluatoris: quòd fugerit, quòd dormierit, quòd præcipitatus in mare ſit, quòd ſuſceptus à ceto, quòd eiectus in littus pœnitẽtiã prędicarit, quòd cõtriſtatus ob ſalutẽ vrbis innumeræ, cucurbitæ ſit delectatus vmbraculo: quòd reprehẽſus à deo cur maiorẽ curam habuerit herbæ virentis, & extemplo aridæ, quàm tantæ hominũ multitudinis: & cætera quæ in ipſo volumine explanare nitemur: & tamen vt totũ prophetæ ſenſum breui præfatione comprehẽdam: nullus melior typi ſui interpres erit, quàm ipſe qui inſpirauit prophetas, & futurę veritatis in ſeruis ſuis lineas antè ſignauit. Loquitur ergo ad Iudæos ſui ſermonis incredulos, & Chriſtum dei filium neſcientes: Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Iona hic. Condemnatur generatio Iudæorum credente mundo: & Niniue agente pœnitentiam, Iſraël incredulus perit. Illi habent libros, nos librorum dominum: illi tenent prophetas, nos intelligentiam prophetarum: illos occidit litera, nos viuificat ſpiritus: Apud illos Barrabas latro dimittitur, nobis Chriſtus dei filius ſoluitur. K Mat.12.d. 2.Cor.3.b Ioan.18.g.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI Commentarij in Ionam prophetam.

a H ET factũ eſt verbũ dñi ad Ionã &c.) Lxx. excepto eo qđ dixerĩt, ἀνέβη ἡ κραυγὴ τῆς κακίας αὐτῆς πρός με: id eſt, aſcẽdit clamor malitiæ eius ad me: cætera ſimiliter tranſtulerunt. In condemnationem Iſraëlis Ionas ad gentes mittitur: quòd Niniue agẽte pœnitẽtiam, illi in malitia perſeuerent. Porrò quod ait, aſcendit malitia eius coram me: ſiue, clamor malitiæ eius ad me: Hoc ipſum eſt quod Gene.18.c in Geneſi dicit: Clamor Sodo Gene.4.b morũ & Gomorrę multiplicat⁹ eſt. Et ad Cain: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iuxta tropologiã verò dñs noſter, Ionas: hoc eſt colũba, ſiue dolẽs: vtrũq; em̃ ĩterpretat, vel quia ſpũs ſanctus in ſpecie columbæ deſcẽdit, & Luc.19.f. mãſit in eo: vel quia noſtris doluit ipſe vulneribus: & fleuit Eſa.53.b. ſup Hieruſalẽ: Et liuore eius ſanati ſumus: Verè filius veri- Ioan.14.a tatis: deus quippe veritas eſt: mittit ad Niniuẽ pulchrã, id Mundus. eſt mũdum: quo nihil pulchrius oculis carneis aſpicimus. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit: cõ- Geneſis.1. ſummatiſq; operibus ſingulis, de eo dicit: Vidit deus quia I bonũ eſt: Ad Niniuen, inquam, ciuitatem magnam: vt quia Iſraël audire contẽpſit: totus gẽtiũ mũdus exaudiat: Et hoc propterea, quia aſcẽderit malitia eius coră deo. Cũ em̃ de⁹ quaſi quandã pulcherrimã domũ ſeruituro ſibi homini extruxerit: deprauatus eſt homo propria voluntate: & à pue- Gene.8.d. ritia diligẽter appoſitũ eſt ad malum cor eius: poſuitq; in Gene.11.a. cœlo os ſuũ, & extructa turre ſuperbiæ meret ad ſe deſcẽdentẽ filiũ dei: vt per pœnitentiã ruinæ cõſcẽdat ad cœlũ, qui p tumorẽ ſuperbiæ nõ potuit. b ¶Et ſurrexit Ionas &c.) Scit propheta ſancto ſibi ſpiritu ſuggerẽte, quòd pœnitentia gentium, ruina ſit Iudæorũ: Idcirco amator patriæ ſuæ, nõ tam ſaluti inuidet Niniue: q̃ nõ vult perire populum Exo.32.g. ſuũ: Alioquin legerat Moyſen rogantẽ dixiſſe pro eo: Si dimittis eis peccatũ, dimitte: ſin autẽ non dimittis, & me dele de libro tuo quẽ ſcripſiſti: & ad preces illius ſaluatũ Iſraël, & Moyſen de libro nõ fuiſſe deletũ: quin potius dñm occaſionẽ accepiſſe p ſeruũ, vt cęteris conſeruis illius parceret: Dũ em̃ dicit, dimitte me: oſtẽdit ſe poſſe retineri. Tale quid Rom.9.a & Apl̃us loquit̃: Optabã anathema eſſe pro fratribus meis, qui ſunt Iſraëlitæ ſecũdũ carnẽ: Non q̃ ipſe perire deſideret, Philip.1.c cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrũ: ſed magis meret vitã, dũ ſaluare vult cæteros. Præterea videns Ionas cõprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſraël: vt ad pœnitentiã populũ prouocarẽt, Balaam quoq; diuinũ de ſalute Num̃.22. Iſraëlitici populi prophetaſſe: dolet ſe ſolũ electũ, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſraël: & ad ciuitatẽ hoſtium maximã: vbi idololatria, vbi ignoratio dei: & qđ his maius eſt: timebat ne p occaſionẽ prędicationis ſuæ, illis cõuerſis L ad pœnitẽtiã, Iſraël penitus relinqueretur. Nouerat em̃ eodẽ ſpiritu quo illi gẽtium prœconiũ credebatur, quòd qñ natiões credidiſſent, tũc periret dom⁹ Iſraël: & quod aliqñ futurũ erat: hoc ne in ſuo fieret tpe, verebat̃. Vnde imitatus Cain Ionas: & rece- Geñ.4.b. dens à facie dñi, fugere voluit in Tharſis: quã Ioſephus interpretatur Tharſum Ci-

a ET factũm eſt verbum domini ad Ionam, filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Niniuen ciuitatẽ magnã, & prædica in ea: quia aſcendit malitia eius coram me. Et ſurrexit Io- b nas, vt fugeret in Tharſis à facie domini.

Et deſcenliciæ ciuitatẽ: prima tantũ litera cõmutata: quãtum verò in Paralipomenon libris intelligi datur, quidã locus Indiæ ſic vocatur. Porrò Hebræi תַּרְשִׁישׁ mare dici generaliter autumant, ſecũdum illud: In ſpiritu vehementi confringes naues Pſal.47.b Tharſis: id eſt, maris: Et in Eſaia: Vlulate naues Tharſis. Sup Eſa.23.a. quo ante annos plurimos in epiſtola quadã ad Marcellam dixiſſe me memini. Nõ igit̃ propheta ad certũ fugere cupiebat locũ: ſed mare ingrediens, quocũq; pergere feſtinabat: & magis hoc cõuenit fugitiuo, & timido, nõ locũ fugæ ocioſè eligere: ſed primã occaſionẽ arripere nauigandi. Hoc quoq; M poſſumus dicere: qui notũ tantũ putabat in Iudæa deum: & Pſal.75.a in Iſraël magnũ nomen eius: poſtq̃ illum ſenſit in fluctibus: confitetur, & dicit: Hebræus ego ſum, & dominũ cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam: ſi autem ipſe fecit mare & aridam, cur aridã relinquẽs arbitraris te cõditorẽ maris in mari poſſe vitare? Simulq; inſtruitur per ſalutẽ cõuerſionẽq; nautarũ, etiã tantã multitudinẽ Niniue ſimili poſſe confeſſione ſaluari. De domino autẽ & ſaluatore noſtro poſſumus dicere, quòd dimiſerit domũ, & patriã ſuã: & aſſumpta carne, quodãmodo de cœleſtibus fugerit, veneritq; in Tharſis: hoc eſt, in mare iſtius ſeculi: ſecundum quod alibi dicitur: Hoc mare mare magnũ, & ſpacioſum: ibi reptilia, quorũ nõ Pſal.103.c eſt numerus. Animalia puſilla cũ magnis: illic naues ptranſibunt: Draco iſte quẽ formaſti ad illudendũ ei. Idcirco em̃ & in paſſione dicebat: Pater, ſi poſſibile eſt, trãſeat calix iſte Lucæ.22. à me: ne populo cõclamãte, crucifige, crucifige talem: &, nos non habemus regem niſi cæſarem: plenitudo gentium ſub- Ioan.19.c. intraret, & frangerent̃ rami oliuæ: pro quib⁹ oleaſtri virgulta ſuccreſcerẽt: Tantæq; pietatis, & amoris fuit in populum Rom.11.c. Ibidem. pro electione patrum, & repromiſſione ad Abraham: vt in cruce poſitus diceret: Pater ignoſce eis: quod enim fa- Lucę.23.c ciunt, neſciunt. Vel certè quoniam Tharſis interpretatur contẽplatio gaudij: veniẽs ad Ioppen propheta, quæ & ipſa ſpecioſam

A ſpecioſam ſonat,ire feſtinat ad gaudium,& quietis beatitudine perfrui,totum ſe tradere theoriæ:melius eſſe arbitrãs, pulchritudine,& varietate ſcientiæ perfrui, q̃ per occaſionem ſalutis,gentium cæterarũ perire populũ de quo Chriſtus in carne generandus ſit. a ¶ Et deſcendit in Ioppen &c.)Ioppen portũ eſſe Iudææ: & in regnorũ, & Paralipomenon libris legimus:Ad quem Hiram quoq; rex Tyri ligna de Libano ratib⁹ transferebat:quæ Hieruſalem terreno itinere peruecherentur. Hic locus eſt,in quo vſq; hodie ſaxa monſtrãtur in littore: in quibus Andromeda religata,Perſei quondam iuſſu liberata præſidio. Scit eruditus lector hiſtoriã: ſed & iuxta regionis naturam de montanis & arduis ad Ioppen & campeſtria veniens prophe
B ta,rectè dicitur deſcendiſſe, & inueniſſe nauẽ funem ſoluentẽ è littore,& ingrediẽtem mare:deditq; naulum eius, ſiue mercedem nauis:id eſt ſubuectionis eius,iuxta Hebraicum,ſiue τὸ ναῦλον αὐτοῦ, id eſt, naulum ſuum:vt Lxx. tranſtulerunt:Et deſcendit in eam: vt propriè continetur in Hebraico: יָרַד enim deſcendit dicitur:vt fugitiuus ſollicitè latebras quæreret: Vel aſcendit: vt ſcriptum eſt in æditione vulgata:vt quocunq; nauis pergeret,peruenirent: euaſiſſe ſe putans ſi Iudæam relinqueret. Sed & dominus noſter in extremo Iudææ littore:quod quia in Iudæa erat, appellabatur pulcherrimum : non vult tollere panem filiorum, & dare eum canibus: Sed quia venerat ad oues perditas domus Iſraël:dat vectoribus precium vt qui primùm ſuum ſanare vult populum, ſaluet accolas maris: & inter turbines ac tempeſtates : id eſt paſſionem ſuam, crucisq; conuicia ſubmerſus in inferno, ſaluet eos
Matt.8.c. quos quaſi in naui dormiens negligebat.Prudens rogandus eſt lector, ne eundem velit ordinem tropologiæ: quem &
Gal. 4.d. hiſtoriæ quærere : Nam & Apoſtolus, Agar & Saram ad
C duo teſtamenta refert : & tamen non omnia quæ in hiſtoria illa narrantur, tropologicè interpretari poſſumus : Et
Ephe.5.a. ad Epheſios de Adam & Eua diſputãs,ait:Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam : & adhęrebit vxori ſuæ:& erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum eſt : Ego autem dico in Chriſto,& in eccleſia. Nunquid totum principium Geneſeos : & fabricam mundi : & hominum conditionem : ad Chriſtum, & ad eccleſiam referre poſſumus, quia hoc teſtimonio ſic abuſus eſt Apoſtolus? Fac enim hoc quod ſcriptum eſt: Ideo relinquet homo patrem ſuum : referamus ad Chriſtum : vt dicamus eum patrem in cœlis reliquiſſe deum, vt gentium populus iungeretur eccleſiæ:hoc quod ſequitur,matrem ſuam:quomodo poſſumus interpretari,niſi fortè dicamus reliquiſſe eum cœleſtem Hieruſalem:quæ eſt mater ſanctorum : & cætera multo his difficiliora. Illud etiam quod ab eodem Apoſto
1.Co.10.a lo ſcribitur: Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra: petra autem erat Chriſtus : nequaquam nos artat, vt omnem Exodi librum referamus ad Chriſtum:Quid enim
Exo.17.& poſſumus dicere,quòd hæc petra à Moyſe percuſſa ſit, non
Nũe. 26.b ſemel,ſed bis:quòd aquæ fluxerint: & torrẽtes repleti ſint? Num vniuerſam loci huius hiſtoriam per hanc occaſionem cogemus ſub leges allegoriæ? & non potius vnuſquiſq; locus ſecundum hiſtoriæ diuerſitatem: diuerſam recipiet inteligentiã ſpiritualem? Igitur ſicut hæc teſtimonia ſuas interpretationes habent:& nec præcedentia, nec conſequẽtia D
eandem deſiderant allegoriam: Sic & Ionas propheta, non abſq; periculo interpretãtis,totus referri ad dominũ poterit. Nec ex eo quòd in euangelio dicitur : Generatio peſſi- Mat.12.c.
ma & adultera ſignum quærit,& ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionę prophetę: Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terrę,tribus diebus & tribus noctibus: reliqua etiam quæ in propheta digeſta ſunt, eodẽ ordine referũtur ad Chriſtũ. Certè vbicunq; abſq; diſcrimine hoc fieri poteſt : nos quoq; facere nitemur.

Ioppe.

a HEB. Et dẽſcẽdit in Ioppen,& inuenit nauem eũtẽ in Tharſis: & dedit naulum eius:& deſcẽdit in eã, vt iret cum eis in Tharſis
b à facie domini. Dominus aũt miſit ventum magnũ in mare:& facta eſt tempeſtas magna in mari,& nauis periclitabatur conteri.
c Et timuerũt nautæ,& clamauerũt viri ad deũ ſuũ: & miſerunt vaſa quæ erãt in naui in mare,vt alleuiaretur ab eis. Et Ionas deſcendit ad interiora nauis, & dormiebat ſopore
e graui. Et accẽſſit ad eum gubernator,& dixit ei : qd tu ſopore deprimeris? Surge

SEP. Et aſcendit in Ioppen, & inuenit nauem eũtẽ in Tharſis: deditq; naulum ſuum:aſcẽdit in eam, vt nauigaret cum eis in Tharſis à facie domini. Et dominus ſuſcitauit ſpiritũ magnum in mare,& facta eſt tempeſtas magna in mari,& nauis periclitabatur cõteri. Et timuerũt qui nauigabant:& clamauerunt vnuſquiſq; ad deũ ſuũ,& iactũ fecerũt vaſorum nauis in mare,vt alleuiaret nauis. Ionas autem deſcendit in ventrẽ nauis, & dormiebat,& ſtertebat. Et acceſſit ad eum proreta,& dixit ei:qd tu ſtertis? Surge

b ¶ Dominꝰ autẽ miſit vẽtum magnũ &c.) Poteſt fuga prophetæ, & ad hominis referri in cõmuni perſonã: qui dei præcepta contẽnẽs, receſſit à facie eius: & E
ſe mundo tradidit: vbi poſtea malorũ tempeſtate, & totius mundi cõtra ſe ſæuiente naufragio cõpulſus eſt ſentire deũ: & reuerti ad eum quẽ fugerat. Vnde intelligimus etiam ea quæ ſibi homines æſtimant ſalutaria,deo nolente verti in pernitiem: & nõ ſolum nõ prodeſſe auxiliũ his quibus præbetur, ſed & ipſos qui præbent pariter cõteri:Sicut legimus victã ab Aſſyrijs Aegyptũ,quia opitulabatur Iſraëli cõtra dñi voluntatem.Periclitatur nauis quę perichitantẽ ſuſceperat:vẽto maria cõcitantur:in tranquillitate tẽpeſtas oritur : nihil deo aduerſante ſecurum eſt. c ¶Et timuerunt nautæ: & clamauerunt viri ad deum ſuum : & miſerunt vaſa &c.) Arbitrantur nauem ſolito onere prægrauari: & non intelligunt totum pondus eſſe fugitiui prophetæ. Timent nautæ: clamat vnuſquiſq; ad deum ſuũ:ignorãtes veritatẽ,nõ ignorant prouidẽtiã:& ſub errore religionis ſciunt aliquid eſſe venerandum : proijciunt onera in mare, vt magnitudinem fluctuum claſſis leuior tranſiliret. At contra Iſraël nec bonis nec malis intelligit deum,& plangẽte Chriſto populum, ſiccos oculos habet. d ¶Et Ionas deſcendit ad interiora nauis &c.) Quantum ad hiſtoriã pertinet,prophetæ mens F
ſecura deſcribitur: nõ tempeſtate,non periculis conturbatur:eundem & in tranquillo,& imminẽte naufragio animũ gerens. Deniq; alij clamant ad deos ſuos,vaſa proijciunt:nititur vnuſquiſq; quod poteſt: Iſte tam quietus eſt & ſecurus,animiſq; tranquilli:vt ad nauis interiora deſcendens,ſomno placido perfruatur. Sed & hoc dici poteſt: Conſcius erat fugę & peccati quo domini præcepta neglexerat:& tẽpeſtatẽ ignorantibus cæteris cõtra ſe ſæuire cernebat: ideo deſcẽdit ad interiora nauis:& triſtis abſcõdit: ne quaſi dei vindices fluctus aduerſum ſe videret intumeſcere. Quòd autem dormit,nõ ſecuritatis eſt,ſed mœroris:Nam & apoſtolos legimus in domini paſſione præ triſtitiæ magnitudi- Mat.26.d
ne ſomno fuiſſe depreſſos. Sin autẽ interpretamur in typo: ſomnus prophetæ & grauiſſimus ſopor : hominẽ ſignificat erroris ſopore torpentem:cui non ſuffecerat fugiſſe à facie dei:niſi & quadã vecordia mẽs illius obruta,ignoraret iracundiam dei, & quaſi ſecurus dormiret, & profundiſſimũ ſomnum roncho nare ſonaret. e ¶Et acceſſit ad eum gubernator &c,)Naturale eſt vnũquẽq; in ſuo periculo de alio plus ſperare: Vnde gubernator,ſiue proreta qui vectores timidos debuerat cõſolari:cernens diſcriminis magnitudinẽ: excitat dormiẽtẽ:& arguit ĩprouidæ ſecuritatis:cõmonetq; vt ipſe quoq; pro vi[illegible]li portione deprecẽt deũ ſuũ:vt cuius erat cõmune

G erat cõmune periculum, cõmunis esset oratio. Porrò iuxta tropologiã plures sunt, qui cũ Iona nauigantes & habentes proprios deos ad contẽplationem gaudij ire festinant: Sed postquã Ionas fuerit sorte deprehensus:& morte illius mundi sedata tempestas,mariq; tranquillitas reddita: tunc vnus adorabitur deus: & immolabũtur victimę spirituales: quas vtiq; iuxta literã in medijs fluctibus non habebant.

a ¶Et dixit vir ad collegam suum &c.) Nouerant naturã maris:& tanto tẽpore nauigantes, sciebant tempestatum vẽtorumq; rationes:& vtiq; si solitos,& quos aliquando experti fuerant,fluctus vidissent consurgere: nunq; sorte autorem naufragij quęrerent,& per rẽ incertam,certum cuperent euitare discrimẽ. Nec statim debem⁹ sub H hoc exemplo⁹ sortibus credere:vel illud de actibus apostolorũ huic testimonio copulare: vbi sorte in apostolatũ Acto.1.d. Mathias eligitur: cùm priuilegia singulorum non possint legem facere cõmunẽ. Sicut enim in condemnationẽ Ba- Nume.22. laam asina loquitur:& e.f. Pharao,& Nabuchodo Gene.41. nosor in iudicium sui, Danie.2. somnijs futura cognoscunt: & tamen deum non intelligunt &.4. reuelantem: Caiphas quoq; prophetat ignorans,quòd expe Ioan.11.f. diret vnũ perire pro cunctis: Ita & hic fugitiuus sorte de- &.18.f. prehenditur:non viribus sortium,& maximè sortibus ethnicorũ:sed voluntate eius qui sortes regebat incertas.Q uòd autem dicitur: Et cognoscamus propter quem malitia hæc est super nos:hic malitiam pro afflictiõe & calamitate accipere debemus:secũdum illud: Sufficit diei malitia sua.Et Matt.6.d. in Amos propheta:Si est malitia in ciuitate quã dñs nõ fe- Amos.3.b cerit.Et in Esaia:Ego dñs qui facio pacem,& creo mala.In Esa.45.b. I alio verò loco,malitia contraria virtuti intelligitur : iuxta Suprà eo- quod in hoc eodem propheta suprà legimus:Ascendit clamor malitiæ eius ad me. b ¶Et dixerunt ad eum &c.) Q uem sors indicauerat,cogunt voce propria confiteri cur tanta tẽpestas sit,vel quare cõtra eos dei ira desæuiat:Indica,inquiũt,nobis cuius causa malum istud sit sup nos:quid operis agas,de qua terra,de quo populo proficiscaris: quó abire festines.Et notãda breuitas,quã admirari in Vergilio solebamus.Iuuenes,quæ causa subegit Ignotas tentare vias, quó tẽditis,inquit:Q ui genus:vnde domo,pacẽ ne huc fertis,an arma? Interrogatur persona,regio,iter, ciuitas: vt ex his cognoscat & causa discriminis. c ¶Et dixit ad eos: Hebræus ego sum &c.)Non dixit Iudæus ego sum:qđ scissura decem tribuum à duab⁹,populo nomen impositum: sed, עִבְרִי Hebręus sum:hoc est περάτης,transitor:sicut & Abraham, Psal.38.c. qui dicere poterat:Aduena sum ego & peregrin⁹,sicut om- Psal.104. nes patres mei:de quo in alio psalmo scribitur:Transierunt Exodi.3.a de gente in gentem:& de regno ad populum alterum.Moyses,transeã,inquit,& videbo visionẽ hãc magnã. Et dominũ deum cœli ego timeo:Nõ deos quos inuocatis,& qui saluare nõ possunt:sed deum cœli,qui mare fecit & aridã.Mare, in quo fugio:aridã,de qua fugio.Et eleganter ad distinctionẽ maris:nõ terra,sed arida,nũcupatur. Et in breui vniuersitatis factor ostenditur,qui & cœli dñs est, & terræ,& maris.Q uæritur autẽ:quomodo verè dicere cõprobetur:Dominũ deum cœli ego timeo,cũ eius præcepta nõ faciat.Nisi fortè respondeamus,quòd & peccatores timeant deum: seruorumq; sit non diligere,sed timere: quanq̃ in hoc loco timor pro cultu possit intelligi : iuxta sensum eorum qui audiebãt,& adhuc ignorabant deũ.

HEB. Surge,inuoca deũ tuũ,si fortè recogitet deus de nobis: & non peream⁹.
a Et dixit vir ad collegã suum:venite & mittam⁹ sortes, & sciamus quare hoc malũ sit nobis:& miserũt sortes,& cecidit sors super
b Ionam. Et dixerũt ad eũ: indica nobis , cuius causa malũ istud sit nobis:quod opus tuum:quę terra tua: & quó vadis , vel ex quo
c populo es tu ? Et dixit ad eos: Hebræus ego sum , & dominum deum cœli ego timeo:qui fecit mare & a-
d ridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerũt ad eum:quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri quòd à facie domini fugeret:qa indicauerat eis. Et
e dixerunt ad eũ : qd faciem⁹ tibi , & cessabit mare à nobis?qa mare ibat & itu-
f mescebat. Et dixit ad eos: tollite me,& mittite me in mare:

SEP. Surge inuoca deum tuum: si quo saluos faciat nos de⁹:& nõ peamus. Et dixit vnusqsq; ad pximũ suũ:venite mittamus sortes, & cognoscamus cuius gratia malitia hæc est sup nos: & miserunt sortes , & cecidit sors super Ionã. Et dixerũt ad eũ:annũcia nobis cui⁹ gratia hęc malitia est i nobis:qđ est op⁹ tuũ: & vnde venis , & quó vadis,& ex qua regione,& ex quo populo es tu? Et dixit ad eos: seru⁹ dñi ego sũ,& deũ cœli ego colo : q fecit mare & aridã . Et timuerũt viri timore magno , & dixerũt ad eũ:qd hoc feciſti?Cognouerũt eñ viri q à facie dñi fugeret, eo q indicasset eis. Et dixerũt ad eũ:qd tibi faciemus & qescet mare à nobis?qa mare ibat & suscitabat magis fluct⁹. Et dixit Ionas ad eos: tollite me,& mittite me in mare,

d ¶Et timuerunt viri timore magno &c.)Hi storiæ ordo prępostere rus est:Q uia enim poterat dici : nulla causa timoris fuit,ex eo quod eis confessus est, dicẽs: Hebræus ego sum, & dominũ deũ cœli ego timeo : qui fecit mare & aridam:Statim subnectitur quòd idcirco timuerũt, quia eis indicauerat se domini fugere conspectũ: & eius non feciſſe præcepta. Deniq; causant, & dicunt : quid hoc feciſti? L id est : si times deum, cur fugis? Si tantæ potentiæ prædicas quem colis: quomodo te putas eum posse euadere? Timent autem timore magno:quòd intelligũt sanctũ,& sanctę gentis, virũ : de Ioppe quippe soluẽtes funẽ, Hebrææ gentis nouerãt priuilegiũ:& tamẽ fugitiuũ cælare nõ possunt. Magnus est qui fugit,sed maior ille qui quærit:nõ audent tradere:cælare non possunt.Reprehẽdunt culpam:timorem confitẽtur: rogant vt ipse remedio sit,qui autor peccati fuerat. Vel certè quòd dicũt:quid hoc feciſti?nõ increpãt,sed interrogãt, volentes causam fugæ nosse:serui à dño,filij à patre,hominis à deo. Q uod est,inquiunt,tantũ mysteriũ:vt terra deseratur,expectantur maria:relinquatur patria , loca appetantur aliena?

e ¶Et dixerũt ad eum quid faciemus tibi &c.) Propter te M dicis ventos, fluctus, mare, gurgites concitatos : expoſuisti causam morbi,indica sanitatis. Ex eo quòd contra nos surgit mare , intelligimus iram esse susceptionis tuæ.Si culpa est quòd susceпimus:quid facere possumus ne dominus irascatur?quid faciemus tibi?hoc est,interficiemus te?sed cultor es domini.seruabim⁹? sed deum fugis.nostrum est prębere manus quid fieri iubeas,tuum est imperare: quo facto quiescat mare,quod nunc creatoris iram suo tumore testatur.Statimq; historicus causam iungit istiusmodi quæstionis:mare,dicens,ibat & intumescebat:ibat,vt iussum fuerat: ibat,in vindictã domini sui:ibat, persequẽs fugitiuũ prophetam. Intumescebat autẽ per singula momenta temporũ, & quasi nautis morantibus in fluctus maiores suscitabatur: vt ostenderet vltionẽ creatoris se differre nõ posse. f ¶Et dixit ad eos &c.) Contra me tẽpestas detonat : me quærit. naufragiũ vobis minatur,vt me prẽdat,me prehẽdit,vt mea morte viuatis:Scio,inquit, quia propter me tempestas hæc grandis est. Nõ ignoro in meã pœnã elemẽta turbari, mundi esse cõfusionẽ,mihi iratci,in vos sæuire naufragium: fluctus ipsi imperant vobis,vt me mittatis in mare.Si ego sensero tempestatem , vos recuperabitis tranquillitatem. Et animaduertenda pariter fugitiui nostri magnanimitas, non tergiuersatur,nõ dissimulat,nõ negat:sed qui cõfessus fuerat de fuga,pœnã libẽter assumit:se cupiẽs pire, ne propter se

A & cæteri pereant:& ad peccatum fugæ, alienæ quoq; delictum addatur necis. Hoc quantum ad hiſtoriam: cæterùm
Matt.8.c. non ignoramus ſtantes ventos: quibus in euangelio,vt quieſcerent,dominus imperauit:& periclitantem nauiculam, in qua dormiebat Ionas: & intumeſcens mare quod increpatur:tace & obmuteſce, referri ad dominũ ſaluatorẽ: & periclitantẽ eccleſiã, vel apoſtolos ſuſcitantẽ,qui eum deſerẽtes in paſſiõe quodãmodo in fluctus præcipitabãt. Iſte Ionas dicit: Scio quia propter me tẽpeſtas grãdis eſt ſuper vos: quia me vident venti vobiſcũ ire in Tharſis: hoc eſt,ad contẽplationẽ lætitiæ nauigare: vt vos mecũ perducam ad gaudiũ:
Ioan.14.a Vt vbi ego ſum & pater, ibi & vos ſitis. Idcirco ſæuiunt: idcirco
B mũdus qui in maligno
1.Ioã.5.d. poſitus eſt,fremit:ideo elementa turbãtur: me cupit deuorare mors, vt vos pariter occidat, & non intelligit, quia velut in hamo eſcã capit, vt mea morte moriat. Tollite me & mittite in mare: Non eſt eñ noſtrũ mortẽ arri-
Nota. pere:ſed illatam ab alijs libẽter excipere:Vnde & in pſecutionibus nõ licet propria perire manu, abſq; eo vbi caſtitas periclitatur:ſed percutiẽti colla ſubmittere. Sic,inquit,placate vẽtos:ſic in maria libamina fundite:tẽpeſtas quæ propter me ſæuit cõtra vos,me moriente ſedabit.

HEB.mare,&ceſſabit mare à vobis: ſcio enī quia ꝓpter me tẽpeſtas hęc grandis eſt ſup̃ vos. Et rẽmigabant viri vt reuerterentur ad aridam,& non valebãt: quia mare ibat & intumeſcebat ſuper eos. Et clãma uerũt ad dñm & dixerũt: quæſumus domine ne pereamus in anima viri iſtius: & ne des ſuper nos ſanguinẽ innocentẽ: quia tu domine ſicut voluiſti feciſti. Et tulerunt Ionam, & miſerunt in mare,& ſtetit mare à feruore ſuo.

SEP.mare,& quieſcet mare à vobis: ego enim noui ꝙ ꝓpter me fluct⁹ magni cõtra vos ſunt. Et conabãtur viri, vt reuerterent ad terram,& nõ poterãt:quia mare ibat & iſurgebat magis cõtra eos. Et clamauerunt ad dñm,& dixerunt: nequaq̃ domine:ne pereamus propter animam viri huius: & non des ſuper nos ſanguinem iuſtum:tu enim dñe ſicut voluiſti,feciſti. Et tulerũt Ionam,& miſerunt in mare:& ſtetit mare à cõmotione ſua.

a Et rẽmigabant viri &c.)Protulerat propheta cõtra ſe ſententiã: ſed illi cultorẽ audientes dei:manus inijcere non audebant, propterea nitebãtur reuerti ad aridã:& effugere diſcrimẽ, ne ſanguinẽ funderent:magis volentes perire,q̃ perdere.O
Ioan.16.c. rerũ quãta mutatio:populus qui ſeruierat deo dicit:crucifige,crucifige talem: Iſtis imperatur vt occidant: mare furit:tẽpeſtas iubet:& propriũ periculũ negligẽtes,de aliena
C ſalute ſolliciti ſunt. Quam ob rem & Lxx. παρεβιάζοντο, inquiunt,id eſt,vim cupiebant facere: & naturã rerum vincere,ne violarent prophetã dei. Quòd autem dicit,remigabant viri vt reuerterẽtur ad aridam: putabant abſq; ſacramento eius qui paſſurus erat,poſſe nauem de periculo liberari:cũ Ionæ ſubmerſio,nauis fuerat releuatio. b ¶Et clamauerũt ad dominum & dixerunt: quæſumus &c.) Grãdis vectorum fides:periclitantur ipſi,& pro alterius anima deprecantur:ſciunt enim peiorem mortẽ peccati eſſe q̃ vitæ. Et ne des,inquiunt,ſuper nos ſanguinẽ innocentem. Conteſtantur dominũ,vt quodcũq; facturi ſunt,nõ ſibi reputetur: & quodãmodo dicunt:nolumus interficere prophetã tuũ: ſed iram tuã & ipſe confeſſus eſt,& tẽpeſtas loquitur: quia tu dñe ſicut tu voluiſti,feciſti: voluntas tua expletur ꝑ noſtras manus. Nõne nobis videtur nautarũ vox, Pilati eſſe cõ
Mat.27.c feſſio:qui lauat manus ſuas,& dicit:Mundus ſum ego à ſanguine viri huius. Nolunt Chriſtum perire gentes,innocentẽ ſanguinẽ proteſtantur. Et Iudæi dicunt:Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros. Et ideo ſi leuauerint manus,non exaudientur: quia plenæ ſunt ſanguine. Quia tu dñe ſicut voluiſti,feciſti: Quòd nos ſuſcepimus, ꝙ turbo conſurgit, quòd venti ſæuiunt, ꝙ mare ſuſcitat in fluctus, ꝙ proditur ſorte fugitiuus,ꝙ indicat quid fieri debeat:tuę eſt dñe voluntatis:tu eñ ſicut voluiſti,feciſti. Vnde & ſaluator dicit

HEB. Cap. II.

e ET præpãrauit dñs piſcẽ grandẽ:vt deglu-
f tiret Ionã. Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctibus.

SEP. Cap. II.

ET præcepit dñs ceto magno,& deuorauit Ionam. Et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit

ſin pſalmo:Dñe vt facerẽ voluntatẽ tuã voluí. c ¶Et tulerunt Ionã &c.)Nõ dixit arripuerũt,nõ ait inuaſerũt: ſed D
tulerunt,quaſi cũ obſequio & honore portantes, miſerũt in mare:nõ repugnantẽ,ſed præbentẽ manus ipſorũ voluntati. Et ſtetit mare,quia inuenerat quem quęrebat: Velut ſi quis perſequat̃ fugitiuũ: & concito pergat gradu: poſtq̃ fuerit cõſecutus deſiſtit currere, & ſtat ac tenet quẽ apprehenderit: Ita & mare quod abſente Iona iraſcebat̃, in viſcerib⁹ ſuis deſideratũ tenẽs,gaudet & cõfouet,& ex gaudio trãquillitas redit. Si cõſideremus ante paſſionẽ Chriſti, errores mũdi: & diuerſorũ dogmatũ flat⁹ cõtrarios:& nauiculã totũq; humanũ genus:id eſt,creaturã dñi periclitãtẽ:& poſt paſſionẽ eius tranquillitatẽ fidei,& orbis pacẽ, & ſecura oía,& cõuer- E
ſionẽ ad deũ: videbim⁹ quomodo poſt pręcipitationem Ionæ ſteterit mare à feruore ſuo.

d ¶Et timuerunt viri &c.)Ante dñi paſſionẽ tímẽtes clamauerũt ad deos ſuos: poſt paſſionẽ ei⁹ dñm timẽt:id eſt veneranť & colunt:& nõ timẽt ſimpliciter, vt in principio legimus,ſed timore magno:iuxta illud qđ dicit:Ex tota ani Mat.22.d
ma,& ex toto corde, & ex tota mẽte tua:Et immolauerunt hoſtias,quas certè iuxta literã in medijs fluctib⁹ nõ habebãt: ſed quia ſacrificiũ deo ſpũs cõtribulatus eſt. Et in alio loco Pſal. 50.d
dicit: Immola deo ſacrificiũ laudis:& redde altiſſimo vota Ibi.49.d.
tua. Et rurſum:Reddemus tibi vitulos labiorũ noſtrorũ:Idcirco in mari ímolant hoſtias:& alias ſponte promittũt,vota facientes,ſe nũq̃ ab eo quẽ colere cœperãt receſſuros:timuerũt eñ timore magno: Quia ex tranquillitate maris & tẽpeſtatis fuga:vera ꝓphetæ verba cernebãt. Ionas in mari fugitiuus,naufragus,mortu⁹,ſaluat nauiculã fluctuãtẽ:ſaluat ethnicos in diuerſas prius ſentẽtias mundi errore iactatos. F
Et Oſee,Amos,Eſaias,Ioẽl:qui eodẽ tẽpore ꝓphetabãt,populũ in Iudęa nequeũt emẽdare. Ex quo oſtẽdit ſedari non poſſe naufragiũ,niſi morte fugitiui. Cap. II.

e ET pręparauit dñs piſcẽ &c.)Morti & inferno pręcepit dñs,vt prophetã ſuſcipiat. Quæ auidis faucibus prędam putãs:quãtũ in deuoratione lętata eſt:tantũ luxit in vomitu. Tũcq; cõpletũ eſt illud qđ legimus in Oſee: Ero mors tua ô mors:ero morſus tuus inferne. In Hebraico Oſee.13.d
autẽ piſcẽ grandẽ legimus:pro quo Lxx.interpretes,& dñs in euãgelio cetũ vocãt:rem ipſam breui⁹ explicãtes. In Hebraico eñ dicitur: דג גדול quod interpretatur,piſcis grandis:haud dubiũ quin cetũ ſignificet. Et animaduertendũ,ꝙ vbi putabatur interit⁹,ibi cuſtodia ſit. Porrò quod ait,prępараuit vel ab initio cũ conderet:de quo & in pſalmo ſcribitur: Draco iſte quẽ formaſti ad illudendum ei: Vel certè Pſal.103.d
iuxta nauẽ fecit venire: vt præcipitẽ Ionã in ſuos reciperet ſinus:& pro morte præberet habitaculũ:vt q in naui iratũ ſenſerat deũ,propitiũ in morte ſentiret. f ¶Et erat Ionas in vẽtre piſcis &c.)Hui⁹ loci myſteriũ in euãgelio dñs exponit:& ſupfluũ ẽ,vel id ipſũ, vel aliud dicere q̃ expoſuit ipſe
q paſſ⁹ eſt. Hoc ſolum quærimus, quo tres dies, & tres no- Matt.12.e
ctes fecerit in corde terræ: Quidam παρασκευὴν,quãdo ſole fugiẽte ab hora ſexta vſq; ad horã nonã,nox ſucceſſit diei in duos

G in duos dies & noctes diuidunt:& apponẽtes ſabbatum,tres dies & tres noctes eſtimant ſupputãdas: nos verò συνεκδοχικῶς totũ intelligamus à parte: vt ex eo φ ᾧ παρασκευῇ mortuus eſt, vnam diem ſupputemus & noctem, & ſabbati alteram:tertiam verò noctẽ quæ diei dominicę mãcipatur, referamus ad exordium diei alterius: nam Geneſis.1. & in Geneſi nox non præcedẽtis diei eſt,ſed ſequentis:id eſt principium futuri, non finis pręteriti.Hoc vt intelligi poſſit,dicã ſimplicius.Finge aliquẽ hora nona egreſſum eſſe de manſione,& alteri⁹diei hora tertia ad manſionem alterã peruenisſe: ſi dixero bidui eũ feciſſe iter. nõ ſtatim reprehendar mẽdacij: quia ille qui ambulauit,nõ oẽs horas vtriuſq; diei, ſed quãdã partẽ in itinere cõſumpſerit.Certè mihi hęc videt interpretatio. Si quis autẽ iſtã nõ receperit,& meliori ſenſu poteſt loci huius exponere ſacramentũ:illius

H magis ſequẽda eſt ſententia. a ¶Et orauit Ionas &c.) Si Ionas refert ad dñm,& ex eo φ trib⁹ dieb⁹ ac noctib⁹ in vtero ceti fuit,paſſionẽ indicat ſaluatoris:debet & oratio illius typus eſſe orationis dñicę.Nec ignoro quoſdã fore qb⁹ incredibile videat,trib⁹ dieb⁹ ac noctib⁹,in vtero ceti , in quo naufragia digerebant,hominẽ potuiſſe ſeruari: Q ui vtique aut fideles erũt,aut infideles:ſi fideles,multo credere maio-

Danie.3.c ra cogentur:Q uomodo tres pueri miſſi in caminũ æſtuãtis incẽdij,intantũ illæſi fuerint vt ne veſtimẽta quidẽ eorũ o-

Exo.14.c. dor ignis attigerit.Q uomodo receſſerit mare, & ad inſtar murorũ hinc inde rigidũ ſteterit,vt præberet viam populo tranſeunti.Q uomodo humana ratione,aucta fame leonum rabies prædam ſuam timẽs aſpexerit:nec tetigerit, & multa huiuſcemodi.Sinautem infideles erunt:legant quindecim libros Naſonis metamorphoſeos,& omnem Græcam,Latinamq; hiſtoriam : ibique cernent vel Daphnen in laurum, vel Phaëtontis ſorores in populos arbores fuiſſe conuerſas: quomodo Iupiter eorum ſublimiſſimus deus,ſit mutatus in cygnum:in auro fluxerit:in tauro rapuerit:& cętera,in quibus ipſa turpitudo fabularũ diuinitatis denegat ſanctitatẽ: Illis credunt,& dicunt deo cuncta poſſibilia.Et cũ turpibus credant:potentiaq; dei vniuerſa defendant: eandem virtutẽ non tribuunt & honeſtis.Q uòd autem ſcriptũ eſt: Et orauit Ionas ad dñm deũ ſuũ de vtero piſcis,& dixit·intelligimus eũ poſtq̃ in vtero ceti ſoſpitẽ eſſe ſe ſenſerit, nõ deſperaſſe de domini miſericordia : & totũ ad obſecrationẽ eſſe

Pſal.90.c cõuerſum. Deus enim qui dixerat de iuſto: Cũ ipſo ſum in

Ibidẽ.4.a tribulatione:Et:Cũ inuocauerit me,dicã:adſum:aſſuit ei: & dicere poteſt qui exauditus eſt : In tribulatione dilataſti mihi. b ¶Clamaui de tribulatione mea ad dñm &c.) Lxx.ſimiliter : hoc tantũmodo commutato , de ventre inferi clamoris mei audiſti vocem meam. Non dixit,clamo: ſed,clamaui: nec de futuro precatur, ſed de pręterito gratias agit:indicans nobis, quòd ex eo tẽpore quo præcipitatus in mare vidiſſet cetum:& tantã corporis molem,& immanes rictus aperto ſe ore ſorbere:dñi recordat⁹ ſit & clamauerit:vel aquis cedẽtibus,& clamore inueniente locum: vel toto cordis affectu:ſecundum illud quod Apoſtolos di-

Roñ.8.c. cit: Clamantes in cordibus veſtris,abba pater: & clamauerit ei qui ſolus nouit corda hominũ : & loquitur ad Moy-

Exo.14.d ſen : Q uid clamas ad me?cùm vtiq; nihil ante hanc vocem clamaſſe Moyſen ſcriptura cõmemoret: Hoc eſt illud φ &

Pſal.119. in primo graduum pſalmo legimus:Ad dominum cũ tribu larer clamaui,& exaudiuit me. Ventrẽ autẽ inferi,aluũ ceti intelligamus:quę tãtę fuit magnitudinis:vt inſtar obtineret inferni. Sed melius ad perſonã Chriſti referri põt: qui ſub

Ibidẽ.15.c nomine Dauid cantat in pſalmo: Non derelinques animam meã in inferno:nec dabis ſanctũ tuũ videre corruptionem. K Q ui fuit in inferno viuens, inter mortuos liber. c ¶ Et proieciſti me &c.) Q uantũ ad perſonã Ionæ nõ eſt difficilis interpretatio:quòd ceti clauſus aluo in profundiſſimo & in medio maris fuerit,fluminibus q; vallatus ſit.Q uãtum ad dominũ ſaluatorẽ ſexageſimioctaui pſalmi ſumamus exemplum , in quo loquit:Infixus ſum in limo profundi,& nõ eſt ſubſtantia : Veni in profundũ maris, & tẽpeſtas demerſit me: de quo & in alio pſalmo dicit:Tu autẽ abieciſti Pſal.88.f. & deſpexiſti: diſtuliſti Chriſtũ tuũ : ſubuertiſti teſtamẽtũ ſerui tui: contaminaſti in terra ſanctuariũ eius: deſtruxiſti oẽs macerias eius:& reliqua: Ad cõparationẽ eñ cœleſtis beatitudinis:& eius loci,de quo ſcriptum eſt : In pace Pſal.57.a ſancta locus eius : oĩs terrena habitatio plena eſt fluctibus, plena tẽpeſtatibus.Porrò p cor maris ſignificatur infernus: L pro quo in euãgelio legimus:In corde terræ.Q uomodo au Matt.12.c tem cor animalis in medio eſt:ita & infernus in medio terræ eſſe perhibet. Vel certè iuxta ἀναγωγήν,in corde maris, id eſt in medijs tẽtationibus eſſe ſe memorat: Et tamẽ cùm inter amaras aquas fuerit,& tentatus ſit iuxta oĩa abq; peccato:non ſenſit amaras aquas,ſed flumine circũdatus eſt:de quo & in alio loco legimus:Fluminis impetus lætificat ciui Pſal.45.a tatẽ dei:alijs bibentibus ſalſos fluctus,ego in medijs tẽtationibus dulciſſima fluenta ſorbebã. Nec impiũ tibi eſſe videatur,ſi nũc dñs dicat:Proieciſti me in profundũ:qui loquitur in pſalmo,Q uoniã quem tu percuſſiſti,ipſi perſecuti ſunt: Ibidẽ.68.f Secũdum illud quod ex perſona patris in Zacharia ponitur: Zach.13.c Percutiã paſtorẽ,& oues diſpergent. d ¶Omnes gurgites tui &c.) Q uòd ſup Ionã tumẽtes maris fluctus tranſierint, & detonuerit ſæua tẽpeſtas, nulli dubiũ eſt. Q uærim⁹ autẽ quomodo oẽs eleuatiões,& gurgites,& fluctus dei ſup ſaluatorẽ tranſierint.Tẽtatio eſt vita hominũ ſup terrã: ſi- Iob.7.a. ue vt in Hebraico habet,militia:quia hìc militam⁹, vt ahbi coronemur.Nullusq; eſt hoĩm qui cunctas ſuſtinere queat tẽtationes:abſq; eo qui tẽtatus eſt in oĩbus,iuxta noſtrã ſimilitudinẽ ſine peccato:Vnde & ad Corinthios dicit:Tẽta- 1.Cor.10.c tio vos nõ apprehẽdat,niſi humana. Fidelis autem deus qui non dimittet vos tentari ſupra id quod poteſtis : ſed faciet cũ tentatione & exitum, vt poſſitis ſuſtinere.Et quoniã oẽs M perſecutiones,& vniuerſa quę accidũt abſq; dei nõ ingruunt voluntate:Idcirco dei gurgites dicunt & fluctus,qui nõ oppreſſerunt Ieſum:ſed tranſierũt per eum, minãtes tñ naufragiũ,nõ inferẽtes. Vniuerſæ ergo perſecutiones,& turbines quib⁹ genus vexabat humanũ,& cunctæ nauiculæ frãgebãtur,ſup meũ detonuere caput. Ego ſuſtinui tẽpeſtates, & fregi turbines ſæuientes: vt cæteri ſecurius nauigarent.

e ¶Et ego dixi,abiectus &c.) Anteq̃ clamarem de tribulatione mea,& exaudires me,quia formã ſerui acceperã,fragilitatem quoq; illius imitatus dixi: Abiectus ſum à cõſpectu oculorũ tuorũ: Q uãdo erã tecũ,& tuo lumine perfruebar: & in te lumine ego eram lumen, nõ dicebam abiectus ſum. Poſtq̃ veni in profundũ maris: & hominis carne circundatus ſum:humanos imitor affectus,& dico:abiectus ſum à cõ ſpectu oculorũ tuorũ.Hoc quaſi homo locutus ſum:cęterũ quaſi deus,& his qui cũ eſſem in forma tua, nõ ſum rapinã Phil.2.a. arbitratus æqualẽ me eſſe tui:volens ad te euehere humanũ genus:vt vbi ego ſum & tu,ibi ſint & omnes qui in me & te Ioan.14.a crediderũt,dico: f ¶Verũtamẽ rurſum videbo &c.) Hoc quod in Greco dicit,ἆρα:& habet vulgata æditio,putas:interpretari poteſt,igitur:vt ſit quaſi propoſitionis & aſſumptionis,cõfirmationiſq; ac ſyllogiſmi extrema cõcluſio:non ex ambigentis incerto , ſed ex fiducia cõprobantis: pro quo nos interpre-

A nos interpretati sumus: veruntamen rursum videbo tẽplum
sanctum tuum: secundũ illud quod ex persona eius in alio
Psal. 25.b psalmo dicitur: Domine dilexi decorẽ domus tuæ: & locũ
tabernaculi gloriæ tuæ. Et euangelicã lectionẽ in qua scri-
Ioan. 17.a ptum est: Pater glorifica me apud te ea gloria quam habui
priusq̃ mundus fieret. Et respondit de cœlo
Ibi. 12.e. pater: Et glorificaui, & glorificabo. Vel certè
Ibi. 17.c. quia legit: Pater ĩ me, & ego in patre: Sicut
templũ patris filij est: ita tẽplum filij pater.
Ibi. 16.f. Ipse eñ dicit: Ego de
Ioan. 1.a. patre exiui, & veni: Et verbũ erat apud deũ,
& deus erat verbum. Aut vnus idẽq; saluator quasi homo postu-
lat: quasi de⁹ pollicet: & de sua quã semper habuit possessione se-
curus est. Ex Ionæ verò persona, vel optantis, vel cõfidentis affe-

HEB. sanctũ tuũ. Circũ-
a dederunt me aquæ vsq; ad
animã meam: abyssus val-
b lauit me. Pelagus operuit
caput meum: ad extrema
montium descendi: terræ
vectes concluserunt me in
c æternum. Et subleuabis de
corruptione vitam meam,
d domine deus meus. Cùm
angustiaretur ĩ me anima
mea, dñi recordatus sum.
e Vt veniat ad te oratio mea, ad templum sanctum tuum.
f HEB. Qui custodiunt va-
nitates frustra: misericor-
diam suam derelinquent.

SEP. sanctum tuũ? Circũ-
fusa est mihi aqua vsq; ad
animã meã: abyssus vallau-
it me nouissima. Intrauit
caput meũ ad scissuras mõ
tium: descendi in terrã, cu-
ius vectes sunt retinacula
sempiterna. Et ascẽdet de
corruptiõe vita mea ad te
dñe deus meus. Cùm defi-
ceret ex me anima mea, do
mini recordatus sum.
SEP. Qui custodiunt va-
na & mendacia: misericor-
diam suam reliquerunt.

Ego

B ctu liquidò intelligi potest: quòd desiderauerit in profun-
do maris positus videre tẽplum dñi: & spiritu prophetali
alibi sit, & aliud contempletur. a ¶ Circundederunt me
aquæ &c.) Aquæ istæ quæ vicinę sunt abyssis, quæ in terris
voluuntur, & defluunt: quæ multum secũ limi trahunt: non
corpus, sed animã nitunt occidere: amicæ quippe sunt cor-
porum, & eius voluptatibus confouent: Vnde secundũ illud
Psal. 68.a. quod suprà dixim⁹, loquit dñs in psalmo: Saluũ me fac dñe,
quoniã intrauerũt aquæ vsq; ad animã meam. Et in alio lo-
Ibi. 123.a. co: Torrentẽ pertransijt anima nostra. Et: Ne vrgeat super
Ibi. 68.d. me puteus os suũ: neq; concludat infernus, nõ mihi deneget
exitũ: qui sponte descẽdi, sponte conscendã: qui voluntari⁹
captiuus veni, debeo liberare captiuos: vt impleatur illud:
Ibi. 67.d. Ascẽdens in altũ captiuã duxit captiuitatẽ: eos eñ qui antè
captiui fuerant in morte: iste cepit ad vitã. Abyssos autem
pernicioſas quasdã & pessimas fortitudines accipere debe-
mus: vel tormentis supplicijsq; deditas potestates: ad quas
Luc. 8.e. & in euangelio dæmones rogant ne ire cogant: Vnde & te-
Gene. 1.a. nebrę erant sup abyssum. Interdũ abyssus accipitur & pro
sacramentis ac profundissimis sensibus, & iudicijs dei: iu-
Psal. 35.b. dicia dñi abyssus multa: Et abyssus abyssum inuocat, in vo-
&. 41.b. ce cataractarũ tuarum. b ¶ Pelagus operuit caput me-
C um: &c.) Quòd Ionæ caput pelagus operuerit: & ad mon-
tium extrema descenderit, & venerit vsq; ad profunda terrarũ, quibus quasi vectibus & columnis dei voluntate glob⁹
Psal. 74.a terrę sustentat, nulli dubiũ est: de qua & alibi dicitur: Ego
confirmaui columnas eius. De dño autem saluatore iuxta
vtrãq; æditionẽ videt mihi sic posse intelligi: quòd princi-
pale & caput eius, id est, anima quã cum corpore pro salu-
te nostra dignanter assumpsit: descenderit in scissuras mõ-
tium: qui fluctibus operiebant: qui se à cœli subtraxerãt li-
bertate, quos abyssus ambiebat: qui se à dei sciderant ma-
iestate: & postea etiam ad inferna penetrarit: ad quæ loca
quasi in extremo limo peccatorũ animæ trahebantur, dicẽ-
Psal. 62.c. te psalmographo: Intrabunt in inferiora terræ, partes vul-
pium erunt. Isti sunt sunt vectes terræ, & quasi quædã seræ
extremi carceris ac suppliciorũ, nolentes ab inferis animas
exire captiuas. Vnde significanter σωτόνως Lxx. κάτοχοι
ἀιώνιοι: transtulerunt, hoc est semper tenere cupientes: quos
semel inuaserant. Sed dominus noster, de quo sub persona
Esa. 45.a. Cyri in Esaia legimus: Fores æneas conteram, & vectes fer-
reos confringam, ad montium extrema descendit: & æter-
nis conclusus est vectibus: vt omnes qui clausi fuerant libe-
raret. c ¶ Et subleuabis de corruptione &c.) Propriè di-
xit, subleuabis: vel, ascẽdet de corruptione vita mea: quia ad
corruptionem, & ad inferna descẽderat: hoc est, quod apo-

stoli interpretant in quintodecimo psalmo ex persona do- D
mini prophetatũ: Quoniam non derelinques animã meam
in inferno: nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ: Quòd
Dauid scilicet & mortuus sit & sepultus: saluatoris autem
caro non viderit corruptionẽ. Alij verò interpretãtur quòd
ad cõparationem cœ-
lestis beatitudinis &
verbi dei, humanũ cor
pus corruptio sit: qđ
seminat in corruptio-
ne: & in centesimo se-
cundo psalmo ex per-
sona iusti sanctifice-
tur: Qui sanat omnes
infirmitates tuas: qui
redemit de interitu vi
tam tuã: Vnde & Apo
stolus dicit: Miser ego Rom. 7.d
homo, quis me libera-
bit de corpore mortis
hui⁹? Et appellat cor-
pus mortis, vel corpus
humilitatis. Hoc illi
ad occasionem suæ di
cunt hæreseos: vt sub
persona Christi mentiantur antichristum, ecclesias teneãt, E
vt ventrem pinguissimũ nutriãt: & carnaliter viuentes, cõ-
tra carnem disputãt: Nos autem scimus de incorrupta vir-
gine corpus assumptum, non corruptionem Christi fuisse,
sed templum. Quòd si in Apostoli ad Corinthios sententiã 1. Cor. 15.f
trahimur: in qua corpus dicitur spirituale, ne cõtentiosi vi-
deamur, dicemus idipsum quidem corpus, & eandem carnẽ
resurgere, quæ sepulta est: quæ in humo condita, sed muta-
re eam gloriã, non mutare naturã: Oportet enim corruptiũ
hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere
immortalitatẽ. Quando dicit, hoc, quodammodo duobus
digitulis comprehensum corpus ostenditur: hoc in quo na-
scimur, hoc in quo morimur, hoc quod timent recipere qui
puniendi sunt: hoc quod virginitas expectat ad præmium,
adulterium formidat ad pœnam. Super Iona autẽ ita intel-
ligi potest: quòd qui in ventre ceti iuxta naturã corporum
corrumpi debuerat, & in cibos bestiæ proficere: ac per ve-
nas artusq; diffundi, sospes & integer mãserit. Porrò quod F
ait: Domine deus meus, blandientis affectus est: quòd com-
munem deum omnium, beneficij magnitudine, suũ & quasi
proprium senserit deum. d ¶ Cùm angustiaretur in me
anima mea &c.) Cùm, inquit, nullum aliud sperarem auxi-
lium, recordatio domini mihi saluti fuit: Iuxta illud: Recor- Psal. 76.a
datus sum domini, & lætatus sum. Et in alio loco: Recorda Ibi. 142.b
tus sum dierum antiquorum: & annos æternos in mente ha-
bui: Ergo cùm desperarem salutem, & carnis fragilitas in Ibi. 76.b.
medio ventre ceti nihil me de vita sperare permitteret:
quicquid impossibile videbatur, domini recordatione supe-
ratum est: Videbam me clausum in vtero ceti, & tota spes
mea dominus erat. Ex quibus discimus iuxta Lxx. eo tem-
pore quo deficit anima nostra, & à corporis compage diu-
ellitur: nõ nos debere alio cogitationem vertere, nisi ad eũ
qui & in corpore & extra corpus noster est dominus. Su-
per saluatoris verò persona non est difficilis interpretatio,
qui dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et: Pater si Mat. 26.d
possibile est transeat à me calix iste. Et: In manus tuas com- Psal. 30.b.
mendo spiritum meum: & cætera his similia. e ¶ Vt ve-
niat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.) Idcirco
in tribulatione domini recordatus sum: vt oratio mea de
extremo mari, & scissuris montium conscendat ad cœlos,
& veniat ad templum sanctum tuum: in quo tu æterna frue-
ris beatitudine. Et considerandũ quòd nouo genere, oratio
fiat pro oratione, & precetur vt oratio illius conscendat ad
templum dei. Petit autem quasi pontifex, vt in corpore suo
populus liberetur. f ¶ Qui custodiũt vanitates frustra,
misericordiam suam derelinquẽt.) Deus natura misericors

G est,& paratus vt saluet clementia, quos non potest saluare iustitia:nos autem vitio nostro paratam misericordiam, & vltrò se offerentem perdimus & relinquimus.Et non dixit, Eccl's. 1.a. qui faciunt vanitates:Vanitas quippe vanitatum, & omnia vanitas:ne damnare videret vniuersos,& cuncto generi humano misericordiam denegare, sed qui custodiunt vanitates,siue mendacium,qui transierunt in affectū cordis:qui non solum faciunt,sed ita custodiūt vanitates, quasi diligant,& thesaurum inuenisse se putent. Simulq; cerne magnanimitatem prophetæ: in profundo maris, in vētre tantæ bestiæ æterna noctę coopertus,nō cogitat de piculo suo, sed de natura rerum. generali sentētia philosophatur.Misericordiam,inquit,suam de- H relinquent. Licèt offensa sit misericordia, quam nos possumus ipsum intelligere deū: Misericors enim & mi Psal. 144.b. serator dominus, patiens & multę miserationis: tamen eos qui custodiūt vanitates:nō relinquit,non detestat, sed expectat vt redeant:Illi verò stantem misericordiam & vltrò se offerētem sponte propria derelinquunt. Potest hoc & ex persona domini de Iudæorū perfidia prophetari, qui dum se æstimant præcepta hominū & pharisæorum mandata seruare: quæ vanitas atq; mendacium sunt, deum qui semper eorum misertus fuerat,reliquerunt. a ¶Ego autem in voce laudis &c.) Q ui custodiunt vanitates, suā misericordiam reliquerunt:Ego autem qui pro multorum salute deuoratus sum, in voce laudis & cōfessionis immolabo 1.Cor.5.c. tibi,meipsum offerens: quia pascha nostrum immolatus est Christus. Et quasi pontifex & ouis seipsum pro nobis obtulit.Et confitebor,inquit,tibi vt antè confessus sum, dicēs: I Matt.11.d. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: & reddam vo- Ioan. 6.d. &.18.b. ta quæ feci pro salute omnium domino: vt omne quod dedisti mihi non pereat in æternū.Cernimus quid in sua passione saluator pro nostra salute promiserit: non faciamus mendacem Iesum:mundi simus,& ab vniuersis peccatorum sordibus separati:vt nos deo patri offerat victimas quas vouerat. b ¶ Et dixit dominus pisci &c.) Hæc quæ suprà legimus sub persona Ionæ dominus deprecatus est in ventre ceti:de quo & Iob mysticè loquit:Maledicat ei qui Iob.3.b. maledixit diei:ille qui magnum cetum capturus est. Præcipitur ergo huic magno ceto, & abyssis & inferno: vt terris restituant saluatorem: & qui mortuus fuerat, vt liberaret eos qui mortis vinculis tenebantur,secum plurimos educat ad vitam.Q uòd autem scribitur,euomuit,ἐμφατικώτερον debem⁹ accipere:quòd ex imis vitalibus mortis, victrix vita processerit. Cap. III.

c ET factum est verbum domini ad Ionam &c.)Nō dicitur prophetæ,quare non fecisti quod tibi fuerat imperatum:sed sufficit ei naufragij & deuorationis sola correptio:vt qui imperantem non senserat dominum,intelligeret liberantem. Alioquin superfluum est delinquēti seruo post plagas velle imputare quod fecit:cùm huiuscemodi correptio non tam emendatio sit,q̄ exprobratio. Dominus autem noster post resurrectionem secundò mittitur ad Niniuen:vt qui prius quodammodo fugerat,dicens:Pater,si Mat.26.b possibile est,transeat à me calix iste: Et noluerat dare panē Mat.15.c. filiorum canibus:Nunc quia illi dixerant,crucifige,crucifi- Ioan.19.c. ge talem:nos non habemus regem nisi Cęsarem:ipse per- K gит ad Niniuen:vt hoc prædicet post resurrectionem,quod vt prędicaret ante passionem ei fuerat imperatum. Totum autē quod iubetur,quod obedit, quod non vult: quod iterum velle cogitur: quod patris secundò exequit voluntatem, refer ad hominem & ad formam serui,cui talia verba conueniunt. d ¶Et surrexit Ionas &c.) Statim Ionas quod fuerat sibi imperatum opere perfecit. Niniue autē erat ad quā pergebat propheta: ciuitas magna,& tāti ambitus:vt vix triam dierū possit itinere circūiri. At ille L præcepti & superioris naufragij memor, viā trium dierū vnius diei festinatione cōpleuit: quanq̄ sint qui ita simpliciter intelligant: q̄ in tertia tantum parte vrbis prædicauerit: & ad reliquos confestim prędicationis sermo peruenerit. Dominus autē noster propriè post inferos consurgere dicitur,& verbū domini prædicare: quando mittit apostolos vt baptizent eos qui erant in Niniue:in nomine patris & filij & spiritus sancti:hoc est itinere trium dierum.Et hoc ipsum sacramentū salutis humanæ vnius diei via,id est vnius dei confessione perficitur: non tam apostolis q̄ in apostolis prædicante Iona: Ipse enī dicit:Ecce ego vobiscū sum oībus dieb⁹ vsq; ad consumma- Mat.28.d tionē seculi.Nulliq; dubiū quare Niniue magna sit ciuitas dei,cū mundus & vniuersa per ipsum facta sint:& sine ipso Ioan.1.a. factū est nihil.Notandū quoq; quòd non dixerit,tribus diebus & noctibus:vel,vno die & nocte:sed absolutè,diebus & die:vt ostenderet in mysterio trinitatis,& vnius dei confessione nihil esse tenebrosum. e ¶Et clamauit &c.)Trinus M numerus qui ponitur à Lxx.non cōuenit pœnitentiæ:& satis miror cur ita translatum sit:cùm in Hebræo nec literarum,nec syllabarum,nec accentuum,nec verbi sit vlla communitas.Tres enim dicūtur שְׁלֹשׁ & quadraginta אַרְבָּעִים Alioquin & de Iudæa tanto itinere missus propheta in Assyrios, dignam suæ prædicationis pœnitentiam flagitabat: vt antiqua & putrida vulnera,diu appositō curarentur emplastro.Porrò quadragenarius numerus conuenit peccatoribus,& ieiunio,& orationi,& sacco,& lachrymis,& perse- Exo.34.d uerantiæ deprecandi:ob q̄d & Moyses quadraginta diebus 3.Reg. ieiunauit in monte Sina:& Helias fugiēs Iezabel:indicta fa- 34.b. me terrę Israël,& dei desup ira pendēte, quadraginta dies ieiunasse describit.Ipse quoq; dns verus Iona missus ad prę dicationē mundi,ieiunauit quadraginta dies: & hęreditatē Q uadra- nobis ieiunij derelinquens,ad esum corporis sui sub hoc nu gesimę de mero nostras animas pręparat.Q uòd aūt clamauit euāgelicum illud expletur:Stans clamabat in templo,dicēs: Q ui Ioan.7.f. sitit,veniat ad me & bibat. Omnis enim sermo saluatoris quia de magnis prædicabat, clamor appellatur. f ¶ Et crediderunt viri Niniuitæ &c.) Credidit Niniue: & Israël incredulus perseuerat.Credidit præpucium, & circuncisio permanet infidelis. Et primùm credunt viri de Niniue qui ad ætatem

a HEB. Egō autem in voce laudis immolabo tibi:quęcūq; voui reddam pro salute dño. Et dixit dom⁹ pisci:& euomuit Ionam in aridam. Cap. III.

b ET factus est sermo dmini ad Ionā secundò dicens: Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnā,& prędica in ea iuxta prædicationē priorē quam ego locutus sum ad te. Et surrexit Ionas: & abijt in Niniuen: sicut ei locutus fuerat dns: Erat aūt Niniue ciuitas magna deo:quasi itinere viæ dierū trium: & cœpit Ionas ingredi ciuitatem quasi itinere vn⁹ diei. Et prædicauit & dixit:adhuc tres dies, & Niniue subuertetur.

c Et crēdiderunt viri Niniuitæ in deum, & prædicauerunt ieiunium: & vestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorē.

A ad ætatem Christi peruenerãt:prædicantq; ieiunium & vestiuntur saccis à maiore vsq; ad minorem : Dignus & vict⁹ & habitus pœnitentiæ: vt qui offenderant deũ luxu & ambitione,eorum damnatione placent,per quæ prius offenderant.Saccus & ieiunium,arma sunt pœnitentię,auxilia peccatorum: antè ieiuniũ, & sic sacc⁹: antè quod occultum est, & postea quod palãm : hoc semper deo , illud interdum exhibetur & hominibus.Et si è duobus necessarijs vnum est subtrahendum:magis ieiunium absq; sacco , q̃ saccum eligam absq; ieiunio . Maior ætas incipit,& vsq; ad minorẽ peruenit: nullus enim absq; peccato: & si vnius quidem diei fuerit vita eius,& innumerabiles ãni vi-
Iob.25.b. tæ illius . Si enim stellæ non sunt mundæ in
B conspectu dei: quanto magis vermis & putredo : & hi qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij? Sed & ordo pulcherrimus :

a HEB. Et pẽruenit verbũ ad regem Niniue: & surrexit de solio suo , & abiecit vestimentum suum à se,& indutus est sacco : & sedit in cinere,& clamauit,& dixit in Niniue, ex ore regis & principum eius dicens: Homines & iumenta,& boues & pecora non gustent quicq̃, nec pascantur: & aquam non bibant : & operiantur saccis homines & iumenta: & clament ad dominũ in fortitudine:& cõuertatur vir à via sua mala : & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. Quis scit si cõuertaꝫ & ignoscat de⁹: & reuertatur à furore iræ suæ:& non peribimus? Et vidit

Præcipit deus prophetæ,propheta prædicat ciuitati:prius viri credunt:& illis ieiunũ prædicantibus, omnis ætas sacco induitur: viri non prædicant saccum , sed tantum ieiunium:At verò his quibus pœnitentia præcipitur,consequẽter ad ieiunium saccum copulant:vt inanis venter, & habitus luctuosus ambitiosius dominum deprecentur.

a ¶ Et peruenit verbum ad regem Niniue: &c.) Scio plerosq; regem Niniue qui extremus audiat prædicationem: & descẽdat de solio suo:& pristinum abijciat ornatum: vestitusq; sacco,sedeat in cinere:nec sua conuersione contentus , cæteris quoq; conducibus suis prædicet pœnitentiam, dicens: Homines,& iumenta,& boues,& pecora crucientur fame,operiantur saccis:& damnatis pristinis vitijs, totos se conferãt ad pœnitentiam : super diabolo interpretari , qui in fine mundi,quia nulla rationabilis, & quæ à deo facta sit creatura pereat,descendens de sua superbia,acturus sit pœnitentiam,& in locum pristinum restituẽdus.Ad cuius sen-
Dan.4.e. sus comprobationem:etiam illud de Daniele exẽplum pro-
C ferunt:vbi Nabuchodonosor acta per septem annos pœnitentia,in regnum pristinum restituitur . Sed hoc quia scriptura sancta non dicit:& euertit penitus timorem dei:dum facilè homines labuntur ad vitia:putantes etiam diabolum, qui autor malorum est,& omnium peccatorum fons , acta pœnitentia, posse saluari : de nostris mentibus abijciamus:
Mat.25.d Et sciamus peccatores in euangelio mitti in ignem æternũ, qui præparatus sit diabolo & angelis eius : & de his dici:
Esa.66.g. Vermis eorum non morietur:& ignis eorum non extinguetur.Scimus quidem clementem esse deum:nec qui peccato-
Psal. res sumus,crudelitate illius delectamur:Sed legimus:Misе-
114.a. ricors & iustus dominus:& deus noster miseretur . Iustitia dei vallatur misericordia:& tali ad iudiciũ ambitione pro-
Psal.84.b cedit:sic parcit,vt iudicet:sic iudicat,vt misereatur . Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: Iustitia & pax oscułatæ sunt se : Alioquin si omnes rationabiles creaturæ æquales sunt:& vel ex virtutibus,vel ex vitijs sponte propria aut sursum eriguntur,aut in ima merguntur:& longo post circuitu atq; infinitis seculis,omnium rerum restitutio fiet: & vna dignitas militantium:quæ distantia erit inter virginem & prostibulum? Quæ differentia erit inter matrem domini:& quod dictu quoq; scelus est,victimas libidinum publi-

carum?Idem ne erit Gabriel & diabolus ? Idem apostoli & D dæmones?Idem prophetæ & pseudoprophetæ? Idem martyres & persecutores?Finge quod libet : annos & tempora duplica:& infinitas ætates congere cruciatibus:si finis omnium similis est,præteritum omne pro nihilo est : quia non quærim⁹ quid aliquãdo fuerimus: sed quid semper futuri simus. Nec ignoro quæ aduersum hæc soleãt dicere : & spem sibi ac salutem cum diabolo præparare. Verùm nõ est istius temporis cõtra dogma peruersum & σύμφραγμα,diabolicum regnum docentium,& angelis publicè denegãtium priuilegium, lati⁹ scribere. Sufficit nobis indicasse, quod de hoc testimonio senserimus : & quasi in commentarijs breuiter intimare,quis

SEP. Et appropinquauit sermo ad regem Niniue:& surrexit de throno suo , & abstulit stolam suã à se , & coopertus est sacco:& sedit in cinere : & prædicatũ est Niniue à rege,& ab omnibus maioribus ei⁹,dicentibus:Homines & iumẽta & boues & oues non gustent qc̃q̃,nec pascanť:& aquam nõ bibant:& cooperti sunt saccis homines & iumẽta: & clamaueŕt ad dñm vehemẽter : & reuerſ⁹ est vnusquisq; de via sua mala : & ab iniqtate quę erat in manib⁹ eorũ dicẽtiũ: quis scit si cõuertaꝫ deus & exhortetur , & auertaꝫ ab ira furoris sui & non pereamus? Et vidit

sit rex Niniue: ad quẽ E extremum dei sermo perueniat . Quid valeat apud homines seculi eloquentia & sapiẽtia secularis, testes sunt Demosthenes,Tullius,Plato,Xenophon,Theophrastus, Aristoteles,& cæteri oratores ac philosophi : qui velut reges habentur hominum:& præcepta eorum non vt præcepta mortalium,sed quasi oracula accipiuntur deorum. Vnde & Plato dicit:Felices fore res publicas,si aut philosophi »
regnent:aut reges philosophentur . Quàm autem difficilè »
istiusmodi homines credant in deum, vt quotidiana exẽpla pręteream,& fileam de veteribus historijs ethnicorum,sufficit nobis apostoli testimonium:qui ad Corinthios scribẽs,
ait:Videte fratres vocationem vestram:quia non sunt mul- 1.Cor.1.d
ti sapientes secundum carnem:non multi nobiles:sed stulta mundi elegit deus,vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus,vt confundat fortia:& ignobilia mundi & ea quæ erant contemptibilia elegit deus,& cætera. Vnde rursum dicit:Perdam sapientiam sapientium:& intelligentiam 1.Cor.1.c.
prudentium reprobabo.Et : Videte ne quis vos spoliet per Col.2.b.
philosophiam & inanem seductionem. Ex quo perspicuum est prædicationem Christi reges mundi audire nouissimos:
& depositio fulgore eloquentiæ & ornamentis ac decore F
verborum, totos se simplicitati & rusticitati tradere, & in plebeium cultum redactos sedere in sordibus : & destruere qđ antè prædicauerãt.Proponamus nobis beatum Cyprianum:qui prius idololatriæ assertor fuit:& in tantam gloriã venit eloquentiæ , vt oratoriam quoq; doceret Carthagini: audisse tandem sermonem Ionæ:& ad pœnitentiam cõuersum,in tantam venisse virtutem, vt Christum publicè prædicaret:& pro illo ceruicem gladio flecteret . Profectò intelligimus regem Niniue descendisse de solio suo : & purpuram sacco,vnguenta luto,mundicias sordibus cõmutasse: non sordibus sensuum,sed verborum. Vnde & de Babylone in Hieremia dicitur:Calix aureus Babylon inebrians omnẽ Hier.51.a
terram. Quem non inebriauit eloquentia secularis ? Cuius non animos compositione verborum & disertitudinis suæ fulgore perstrinxit ? Difficilè homines potentes & nobiles & diuites : & multo his difficilius eloquentes credunt deo:obcęcatur enim mens eorum diuitijs & opibus atq; luxuria:& circundati vitijs,non possunt videre virtutes : simplicitatemq; scripturæ sanctæ non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicãt vilitate.Cùm autem ipsi qui prius mala docuerant,versi ad pœnitentiã docere cœperint bona:

G tunc videbimus Niniuiticos populos vna prædicatione cõuerti:& fieri illud quod in Esaia legimus : Sanata est gens simul. Homines quoq; & iumenta operta saccis & clamantia ad dominum:eodem sensu intellige:q; & rationabiles & irrationabiles,& prudentes ac simplices ad prædicationem Ionæ agant pœnitentiam:iuxta illud quod
Psal.35.b. & alibi dicitur. Homines & iumenta saluabis domine. Possumus autem iumenta operta saccis & aliter interpretari:de his maximè testimonijs in quibus
Eze.32.b. legim⁹:Sol & luna induentur sacco. Et in
Esa. 50.b. alio loco:Induam cœlum sacco : pro lugubri scilicet habitu : & mœrore atq; mœstitia quæ μεταφορικῶς saccus nominatur. Illud quoq; quod dicitur : Quis scit si conuertatur & ignoscat deus:
H ideo ambiguum ponitur & incertum:vt dũ homines dubij sunt de salute, fortius agant pœnitentiam : & magis ad misericordiam prouocent deum.

a HEB. Et vidit dẽus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala : & misertus est deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis,& non fecit.

Cap. IIII.

b ET afflictus est Ionas afflictione magna,& iratus est : & orauit ad dominum & dixit:Obsecrõ domine:nunquid nõ hoc est verbum meum,cũ adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharsis : Scio enim quia tu deus clemẽs & misericors:patiẽs,& multæ miserationis, ignoscens super malitia: & nũc domine tolle quæso animã meã à me : quia melior est mihi mors quàm vita. Et
d dixit dominus : putás ne bene irascéris tu?
e Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis,& fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati.

SEP. Et vidit deus opera eorum,quoniã reuersi sunt de vijs suis malis : & egit pœnitentiã deus sup malitia, quã locutus fuerat vt faceret eis,& non fecit.

Cap. IIII.

ET contristatus est Ionas tristitia grandi, & confusus est : orauitq; ad dominum, & ait: ô domine, nónne isti sunt sermones mei, cùm adhuc essem in terra mea? propterea præoccupaui fugere in Tharsis : Scio enim quòd tu misericors & miserator, patiens & multæ misẽrationis,& agens pœnitentiam super malitijs: & nũc dominator dñe tolle animã meã à me:q; melio⁹ est mihi mori,q̃ viuere. Et dixit dñs ad Ionã:vehementer contristatus es tu?

Et præparauit templationi rerum,& in mari istius seculi quiete potius & ocio perfrui : Dimisi domum meam, reliqui hæreditatem meam:egressus sum de sinu tuo, & veni. Si misericordem dicerem atq; clementem & ignoscentem malitiæ, nullus ageret pœnitentiam : si crudelem, & tantum iudicem nunciarem,sciebam hoc tuæ non esse naturæ. In hoc ergo ambiguo positus, malui fugere potius, quàm aut pœnitentes lenitate decipere,aut de te prædicare quod non eras. Tolle igitur domine animam meam : quia melior mihi est mors quàm vita. Tolle animã meã,quæ tristis fuit vsq; ad mortẽ. Tolle animam meam : In manus enim tuas commendo spiritum meum : melior quippe mihi est mors quàm vita. Viuens vnam Israël gentem saluare non potui : morior & mundus saluabitur. Historia manifesta est: & super persona prophetæ sic potest intelligi, vt crebrò iam diximus: quòd propterea contristetur & mori velit,ne cõuersa multitudine gentium in æternum pereat Israël.

a ¶ Et vidit deus opera eorum quia cõuersi sunt de via sua &c.) Secundum vtrãq; intelligentiam,siue tunc vrbi Assyriæ,siue quotidie mundi deus populis comminatur vt agant pœnitentiã:qui si conuersi fuerint,ipse quoq; vertet sententiam suam : & populi conuersione mutatur : Quod Hieremias & Ezechiel manifestius explicant : nec bona videlicet implere dominum quæ promiserit, si boni vertantur ad vitia : nec mala quæ pessimis comminatur, si illi reuersi fuerint ad salutem. Ita igitur &
I nunc vidit deus opera: quia cõuersi sunt à via sua pessima: non verba audiuit quæ solebat Israël sæpe promittere :
Exo.24.b Omnia quæcunq; dixerit dominus,faciemus : sed opera cõ-
Eze. 18.g. spexit:& quia mauult pœnitentiã peccatoris,q̃ mortem: libenter mutauit sententiam : quia vidit opera commutata: Quin potius deus perseuerauit in proposito suo misereri volens ab initio:neminem enim punire desiderans,quod facturus est comminatur. Malitiam autem(vt suprà diximus) pro supplicijs & tormentis accipe: non q; deus mali facere quicq̃ cogitaret.

Cap. IIII.

b ET afflictus est Ionas afflictione &c.) Videẽs subintrare gentium plenitudinem : & illud impleri quod in
Deu.32.c. Deuteronomio dicitur: Ipsi me iritauerũt in his qui non sunt dij : & ego eos iritabo super gente quæ non est: super natione stulta eos ad iracũdiam concitabo, desperat de salute Israëlis:& magno dolore concutitur:qui erumpit in vocem:& causas mœroris exponit: & quodammodo loquitur: Ego solus electus sum de tanto numero prophetarum,qui per aliorum salutem ruinam meo populo nunciarem. Non igitur cotristatur vt quidam putant, quòd gentium multitudo saluetur,sed quòd pereat Israël. Vnde &
Luc. 19.f. dominus noster fleuit super Hierusalem : & noluit tollere
Mar. 7.e. panem filiorum,& dare eum canibus. Et apostoli primùm
Acto. 13.g prædicant Israëli. Et Paulus cupit esse anathema pro fra-
Rom.9.a. tribus suis,qui sunt Israëlitę:& quorum adoptio, & gloria, & testamentum,& repromissiones, & legislatio : ex quibus patres,& ex quibus Christus secundum carnem. Pulchrè K autem dolens (quod interpretatur Ionas) affligitur dolore, & tristis est anima eius vsq; ad mortem:quia ne periret populus Iudæorum, quantum in se fuit multa perpessus est. Historiæ quoq; magis dolentis conuenit nomen,significans laborioſum prophetã, & peregrinatiõis atq; naufragij miserijs prę grauatum.

c ¶ Obsecro domine: nunquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terra mea? &c) Hoc quod nos interpretati sum⁹, obsecro,& Septuaginta transtulerunt ὦ δή, in Hebraico legitur אָנָּה : quæ mihi videtur interiectio deprecantis significare blandiẽtis affectum. Quia igitur oratio ei⁹, dum L se dicit iustè fugere voluisse, quodammodo iniustitię arguit dominum : querelas suas obsecrationis exordio temperat. Nũquid,ait, non hoc est verbum meum cùm adhuc essem in terra mea? sciui te hoc esse facturũ: non ignorabam misericordem, propterea seuerum & truculentum nunciare nolebã: ideo fugere volui in Tharsis, vacare con-templationi rerum,& in mari istius seculi quiete potius & ocio perfrui : Dimisi domum meam, reliqui hæreditatem meam:egressus sum de sinu tuo, & veni. Si misericordem dicerem atq; clementem & ignoscentem malitiæ, nullus ageret pœnitentiam : si crudelem, & tantum iudicem nunciarem,sciebam hoc tuæ non esse naturæ. In hoc ergo ambiguo positus, malui fugere potius, quàm aut pœnitentes lenitate decipere,aut de te prædicare quod non eras. Tolle igitur domine animam meam : quia melior mihi est mors quàm vita. Tolle animã meã,quæ tristis fuit vsq; ad mortẽ. Tolle animam meam : In manus enim tuas commendo spiritum meum : melior quippe mihi est mors quàm vita. Viuens vnam Israël gentem saluare non potui : morior & mundus saluabitur. Historia manifesta est: & super persona prophetæ sic potest intelligi, vt crebrò iam diximus: quòd propterea contristetur & mori velit,ne cõuersa multitudine gentium in æternum pereat Israël.

d ¶ Et dixit dominus:putás ne bene irascéris tu?) Verbum Hebraicum חָרָה לְךָ :& iratus es tu : & contristatus es tu, transferri potest:quod vtrumq; & prophetæ & domini personæ conuenit, quòd vel iratus sit, ne videretur apud Niniuitas fuisse mentitus:vel contristatus intelligens Israël esse periturum. Et rationabiliter non ei dicit,malè iratus es, vel cõtristatus es:ne videretur reprehendere contristatum. Nec rursum, bene iratus es aut contristatus : vt vel causas iræ respondeat vel mœroris:aut si ille tacuerit,verum dei iudicium ex eius silentio comprobetur.

e ¶ Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis, & fecit sibimet vmbraculum ibi,&c.) Primus Cain fratricida,& Gene. 4.c. homicida cruentum mundum germani sanguine dedicans, ædificauit ciuitatẽ,& vocauit eam ex nomine filij sui Enoh. Vnde & Osee propheta dicit : Deus ego & non homo, in Oseę.11.c. medio

Psal. 67.c medio tui sanctus: & non ingrediar ciuitatem: Domini
A enim (Psalmista dicente) sunt exitus mortis. Quamobrem
ראֵת & vna fugitiuorum ciuitas appellatur Ramoth, quod interpretatur visio mortis. Et rectè quicunq; fugitiuus est, & propter peccata non meretur habitare Hierusalem, habitat in vrbe mortis, & est trans fluenta Iordanis, qui descẽsus exprimitur. Egreditur ergo columba, vel dolens de istiusmodi ciuitate, & habitat contra Orientem: vnde sol oritur: & est ibi in tabernaculo suo, vbi labentia quæque tẽpora cõtemplatus, expectat quid supradictæ eueniat ciuitati: anteq; Niniue saluaretur, & aresceret cucurbita, antequam Christi euangelium coruscaret: & comple
Zach.6.c. retur Zachariæ prophetia: Ecce vir, Oriẽs
B nomen eius: Ionas sub vmbraculo erat: Nec dũ quippe veritas venerat, de qua idem euangelista & Apostolus loquitur: Deus veritas est. Et eleganter additur: Et fecit sibimet vmbraculum ibi iuxta Niniuen. Sibimet fecit: nullus enim de Niniuitis tunc temporis habitare poterat cum propheta, & sedebat sub vmbra, vel iudicis habitu, vel de sua maiestate contractus, & accinctus lumbos in fortitudine, vt non tota ad pedes & ad nos qui deorsum sumus, vestimenta defluerent, sed in se altiori baltheo contraherentur. Porrò quod dicit: vt videret quid accideret ciuitati, solita consuetudine vtitur scripturarum, vt humanos deo iungat affectus. a ¶Et præparauit dominus deus hæderam &c.) In hoc loco quidam Canthelius de antiquissimo genere Corneliorum, siue (vt ipse iactat) de stirpe Asinij Pollionis, dudum Romæ dicitur me accusasse sacrilegij, quòd pro cucurbita hæderam transtulerim: timuit videlicet ne si pro cucurbitis hæderæ nascerentur, vnde occultè & tenebrosæ biberet, non haberet. Et reuera in ipsis
C cucurbitis vasculorum: quas vulgo Saucomarias vocant, solent apostolorum imagines adumbrare: è quibus & ille non suum sibi nomen assumpsit. Quòd si tam facilè vocabula commutantur: vt pro Cornelijs seditiosis tribunis, Aemilij consules appellentur: miror cur mihi non liceat hæderam trãsferre pro cucurbita. Sed veniamus ad seria. Pro cucurbita siue hædera in Hebræo legimus קִיקָיוֹן: quę etiam lingua Syra & Punica Elkeroa dicitur: Est autem genus virgulti, vel arbusculæ, lata habens folia in modum pampini, & vmbram densissimam, suo trunco se sustinens: quę in Palæstina creberrimè nascitur, & maximè in arenosis locis: mirumq; in modum si sementem in terram ieceris, citò consota consurgit in arborem, & intra paucos dies quam herbã videras, arbusculam suspicis. Vnde & nos eodem tempore quo interpretabamur prophetas, voluim⁹ idipsum Hebræę linguę nomen exprimere, quia sermo Latinus hanc speciem arboris non habebat: sed timuimus grammaticos ne inuenirent licentiam commentandi: & vel bestias Indiæ vel mõtes Beotiæ: aut istiusmodi quædam portenta confingerent: secutiq; sumus veteres translatores, qui & ipsi hæderam interpretati sunt: quæ Græcè appellatur κιττός: aliud enim quod dicerent, non habebant. Discutiamus ergo historiam: & ante mysticos intellectus, solam literam ventilemus. Cucurbita & hædera huius naturæ sunt vt per terram reptẽt:

a HEB. Et præpãrauit dominus deus hęderam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eũ, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hædera lætitia magna. Et pa-
b rauit dominus vermem ascensione diluculi in crastinum, & percussit hæderam, & exaruit: & cùm ortus fuisset sol, præcepit dominus vento calido & vrẽti, & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petijt animę suæ vt moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, q̃ viuere. Et di-
c xit dñs ad Ionã: putás ne bene irasceris tu sup hęderam? Et dixit: bene irascor ego

SEP. Et præcepit dominus deus cucurbitæ, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbraculum super caput eius, & protegeret eum à suis malis: lętatusq; est Ionas super cucurbita gaudio magno. Et præcepit deus vermi mane in crastinum, & percussit cucurbitam, & arefacta est: statimq; vt ortus est sol, præcepit dominus spiritui ardoris vrenti, & percussit sol super caput Ionæ, & angustiatus est: & tęduit eum animæ suę, & dixit: Melius est mihi mori, q̃ viuere. Et dixit dominus deus ad Ionam: valde contristaris tu semper cucurbita? Et ait: valde contristor ego

& absq; furcis vel adminiculis, quibus innituntur, altiora nõ D
appetant: Quomodo igitur ignorante propheta, cucurbita in vna nocte consurgens vmbraculum præbuit, quæ naturam non habet sine pergulis & calamis vel hastilibus in sublime consurgere? ciceion autem cùm in ortu subito miraculum præbuerit, & potentiam ostenderit dei in protectione virẽtis vmbraculi, & naturam suã secuta est. Ad personam verò domini saluatoris, ne penit⁹ propter φιλοκολοκύνθου, cucurbitam relinquam⁹: sic referri potest, vt illud cõmemoremus Esaiæ: Re- Esa.1.b.
linquetur filia Sion sicut tabernaculum in vinea, & velut casula in cucumerario: quasi ciuitas quæ expugnatur. Et dicamus quia in alio scripturæ loco cucurbitam non inue- E
nimus, quòd vbi cucumis nascitur, ibi nasci soleat & cucurbita. Et israël huic generi comparatũ, quod quõdam protexerit Ionã sub vmbra sua, conuersionem gentium præstolantem, & non paruam lætitiam tribuerit ei faciens vmbraculum, & tabernaculum potius quàm domum: habens tectorum imaginem: domorum non habens fundamenta. Porrò ciceion nostra, arbuscula modica, citò consurgens, & citò arescens, ordine & vita comparabitur Israëli, radices paruas mittenti in terram, & conanti quidem in excelsa sustolli, sed altitudinem cedrorum dei & abietum non æquanti. Quod mihi videntur & locustæ significare, quibus vescebatur Ioannes: qui dicit sub typo Matt. 3.a.
Israëlis: Illum oportet crescere, me autẽ minui: animal paruum, infirmas habens alas, de terra quidem consurgens, sed altius non valens auolare, vt plus sit quàm reptile, & tamen auibus non æquetur. b ¶Et parauit dominus vermem ascensione diluculi in crastinũ &c.) Antequam oriretur sol iustitiæ, virens erat vmbraculum, & non arebat Israël: postquàm ille surrexit, & tenebræ Niniuiticæ eius luce discussę F
sunt: paratus vermis in crastinum ascensione diluculi: de quo vicesimus primus psalmus inscribitur: pro assumptione matutina, & qui absq; vllo semine de terra orit, & dicit: Ego sum vermis & non homo: percussit vmbraculum quod Psal.21.b.
desertum auxilio dei omnem virorem perdidit. Præcepitq; dominus vento calido & vrenti: de quo prophetat in Osee: Osęę. 13.d
Adducet vrentem ventum dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontẽ eius. Et æstuare cœpit Ionas, & iterum velle mori in baptismate cũ Israële: vt in lauacro recipiat humorem quẽ in negatione perdiderat. Vnde & Petrus arentibus loquitur Iudæis: Pœni- Acto. 2.f.
tentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum spiritus sancti. Sunt qui vermem & vrentem ventum, Romanos intelligant duces, qui post resurrectionẽ Christi Israël penitus deleuerunt. c ¶Et dixit dominus ad Ionã: putás ne bene irasceris &c.) Suprà Niniuitis agentibus pœnitentiam & gentium vrbe saluata, interrogatus idipsum propheta: Putás ne bene irasceris tu? Nihil respõdit: sed interrogationem dei silentio comprobauit: sciens enim clementem esse deum, & misericordem, & patientem, & multæ miserationis, & ignoscentem malitijs, super salute gentium non dolebat: hic autem postq̃ in siccata cucurbita

Garuit Israël: & cum distinctione interrogatus: bene iraſceris tu ſuper hædera? Confidenter reſpondit & dicit: Bene iraſcor ego vel contriſtor vſq; ad mortem: non enim ſic volui ſaluare alios, vt perirent alij: non ſic alienos lucrifacere, vt meos perderem. Et reuera vſq; ad præſentem diem Chriſtus plangit Israël: & Hieruſalē plāgit vſq; ad mortem, non ſuam, ſed Iudæorum: vt moriantur negantes, & reſurgant dei filium cōfitentes. a ¶Et dixit dominus: tu doles ſup hædera &c.) Nimię difficultatis eſt exponere quomodo iuxta Tropologiam dicatur ad filium: tu doles ſuper hædera, in qua non laborasti, neq; feciſti vt creſceret: cùm omnia per ipſum facta ſint, & ſine ipſo factum eſt nihil. Vnde quidam locum iſtum interpretans, vt imminentem ſolueret quæſtionem, incurrit blaſphemiam. Aſſumens enim illud de euangelio: Mar.10.b. Quid me dicis bonum? nemo bonus eſt niſi vnus deus: patrem interpretatus eſt bonum, filium verò ad comparationem eius qui perfectè & verè bonus ſit, in minori gradu poſitum: & non conſyderauit hæc dicens, quòd in Marcionis potius incurrerit hæreſim: qui alterum deum tantum bonum, alterum infert iudicem & conditorem: q̄ Arij, qui cùm maiorem patrem & minorem filium prędicet: tamen filium non negat conditorem. Ergo cum venia audienda ſunt, quæ dicturi ſumus, & conatus noſtri fauore potius & orationibus audiendi & adiuuandi, q̄ ſpernendi aure maliuola: quia carpere & detrahere vel imperiti poſſunt: doctorum autē eſt, & qui laborantium nouere ſudorem, vel laſſis manum porrigere, vel errantibus iter oſtendere. Dominus noſter atq; ſaluator non ita laborauit in Israël, quomodo laborauit in gentium populo. Deniq; Israël loquitur confidenter: Luc.15.g. Eccè tot annis ſeruio tibi, & nunq̄ mādatum tuum præterii, & nunq̄ dediſti mihi hædum, vt cum amicis meis epularer: ſed poſtq̄ filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum: Nec tamen confutatur à patre, ſed clementer ei dicitur: Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt: epulari & gaudere te oportebat, quia hic frater tuus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus eſt. Pro gentium populo immolatus eſt vitulus ſaginatus, & precioſus ſanguis effuſus, de quo Paulus ad Hebræos pleniſſimè diſputat: Et Heb.10. Dauid in Pſalmo: Frater, inquit, non redimit, redimet homo. Decreuit Chriſtus, vt ille creſceret: Iſte mortuus eſt, vt ille viueret: hic deſcendit ad inferos, vt ille cœlos aſcēderet. In Israël verò nullus tant⁹ labor fuit. Vnde & inuidet iuniori fratri, & poſt ſubſtantiam cum meretricibus lenonibuſq; prodactā, recipiat annulum & ſtolam, & polleat priſtina dignitate. Quòd autem ait: quæ ſub vna nocte nata eſt: ſignificat tempus ante aduentum Chriſti: qui mundi lumen fuit, de quo dicitur: Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. Et Rom.13.d vna nocte perijt: quādo occubuit eis ſol iuſtitiæ, & dei perdidere ſermonē. Ciuitas verò Niniue magna atq; pulcherrima, prefigurat eccleſiam: in qua maior eſt numerus quàm duodecim tribuū Israël: quod & fragmenta in ſolitudine ſi- Marci.6.f gnificant duodecim cophinorum. Ignorant autem quid ſit inter dextram & ſiniſtram, vel propter innocentiam & ſimplicitatem, vt lactentem monſtret ætatem, & relinquat intellectui, quantus ſit numerus ætatis alterius: cùm tantus ſit paruulorum. Vel certè quia magna erat vrbs: & in domo 2. Timot. magna non ſolum vaſa ſunt aurea & argentea, ſed & lignea 2.c. & fictilia. Erat in ea plurima multitudo quæ ignorabat ante actam pœnitentiam quid eſſet inter bonum & malum, inter dextram & ſiniſtram: Sed & iumenta multa. Multus eſt enim Niniue numerus iumentorum & irrationabilium hominum: qui comparantur iumentis inſipientibus, & aſſi- Pſal.48.c milantur eis.

HEB. ego vſq; ad mortē. a Et dixit dominus: tu doles ſuper hædera, in qua non laborasti, neq; feciſti vt creſceret: quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte perijt: & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt plusq̄ centum viginti milia hominum, qui neſciūt quid ſit inter dextram & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa?

SEP. ego vſq; ad mortem. Et dixit dominus: tu pepercisti ſuper cucurbita, p qua non laborasti, neque nutristi eam: quæ nata eſt in nocte, & in nocte perijt: ego autem non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua habitant pluſquàm duodecim milia virorum, qui ignorant dexteram & ſiniſtram ſuam, & pecora multa?

Verbum Ioan.1.a.

Verbum K

Cōmentarij Hieronymi in Ionam prophetam ad Chromatium epiſcopum finis.

DIVI HIERONYMI M
PRESBYTERI IN MICHEAM PROPHETAM, ad Paulam & Euſtochium, prologus.

מיכה מורשתי

MIcheas, in quem nunc cōmentarios dictare cupio, in ordine duodecim prophetarum, ſecundum Lxx. interpretes, tertius eſt: ſecundum Hebraicam veritatem, ſextus: & ſequitur Ionam prophetam, qui ſuccedit Abdię: atq; ita fit vt tertius ſit Amos, & Ioēl ſecundus poſt Oſee, qui apud omnes primus eſt. Ergo quaſi in corde voluminis poſitus, debet profunda continere myſteria, & ſermo dei qui ſemper deſcēdit ad prophetas, deſcendit in Micheam quoq;, qui interpretat humilitas: ad Micheā de Moraſthi: qui vſq; hodie iuxta Eleutheropolim vrbē Paleſtinę haud grādis eſt viculus. Moraſthi autē in lingua noſtra hęredem ſonat. Pulchrè igitur humilitas, quæ inter virtutes vel præcipua eſt, ſpe hęreditatis dominicę naſcitur. Humilitas autem non illa quæ venit de conſcientia peccatorum, ſed 1.Pet.5.b. quæ inter virtutes ponitur: iuxta quam dicitur: Humiliamini ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in Luc. 18.c. tempore viſitationis: Et, Qui ſe humiliat, exaltabitur. Et, Ante contritionem eleuatur cor viri, & ante Prou. 16.c gloriam humiliatur. Vnde & dominus: Diſcite (inquit) à me: quia mitis ſum & humilis corde. Quomo- Mat. 11.d. do ergo apud nos votiua, & quaſi ob virtutis auſpicium ponuntur vocabula, verbi gratia: Victoris, caſti, Nominum Impoſitio. pij, probi: & apud Græcos σώφρωμ vocat, & εὐσεβὴς: & appellatiua nomina vertuntur in propria: Sic apud Hebræos & Micheas & Abdias & Zacharias cęteraq; his ſimilia, ex virtutum vocabulo liberis à parentibus imponuntur.

Commentariorum

COMMENTARIORVM HIERONYmi, in Micheam prophetam, liber primus.

VErbum domini &c. quod vidit ſuper Samariam & Hieruſalem.) Siue iuxta Lxx. περὶ ὧν εἶδεν περὶ Σαμαρείας: id eſt, de quibus vidit ſuper Samariam & Hieruſalem: factū eſt ad Micheam, poſt Oſee, Amos, & Eſaiã: qui ſub Ozia vaticinati ſunt. Ex quo intelligimus Micheã Oziæ temporibus non prophetaſſe: ſed filij eius Ioatham: poſt quẽ regnauit Achaz, Ezechia in patris Achaz imperium ſuccedẽte: ſub quo decem tribus ab Aſſyrijs in captiuitatẽ ductæ ſunt. Quã-
B tum ergo ad hiſtoriã pertinet: ſecundum ordinẽ captiuitatis: quia primùm eſt capta Samaria metropolis Iſraël: poſtea Hieruſalem, vrbs Iudæ: prophetię titulus ponitur primùm de Samaria: ſecundò de Hieruſalem. Quãtum verò ad myſticos intellectus: quia Samaria ſemper in hæreſibus accipit, Hieruſalem in eccleſia: dicimus verbum domini fieri ad humilem & ad cohæredem Chriſti, de peruerſis dogmatibus & de eccleſia, ſi qua fortè peccata commiſerit: & totius voluminis ordinem contexere. Quòd autem Samaria & decem
3.Re.12.f. tribus, quę ſciſſæ ſunt ſub rege Hieroboam à ſtirpe Dauid, accipiantur in perſona hæreticorum: & omnis quidem ſcriptura teſtatur, ſed maximè propheta Oſee, & hic ipſe liber: qui hæreticos impios, & eccleſiaſticos peccatores vocat. Statim enim ſequitur: Quæ eſt impietas Iacob, nónne Samaria? & quod eſt peccatum domus Iuda, nónne Hieruſalem? Hoc duntaxat iuxta Lxx. tranſlatores. Cęterùm in Hebraico quomodo legatur, poſt paululum ſubijciemus. Sed & illud quod hæretici ſemper in dogmatum ſuorum ſibi
C quaſi ſublimitate confidant, & eccleſiæ ſimplicitatem deſpiciant: in alio loco dicitur: Væ qui deſpiciunt Sion, &
Amos.6.a cõfidunt in monte Samariæ: de Sion eñ egredietur lex: &
Eſa.2.a. verbum domini de Hieruſalem. Porrò Samaria fabricata eſt ſibi de proprio ſenſu vitulos aureos: habentes quidẽ in ſuperficie pulchritudinem: ſed vitalem ſpiritum non habentes, & fabricata eſt in domo dei, quod interpretatur Bethel. Nec enim recipere poterat populus Iſraël deos, niſi qui de ſcripturis & in domo dei fabricati ſunt. Quamuis autem conciliabula ſua vocent Bethel, tamen poſt fabricationem idolorum deſijt eſſe Bethel, & vocatur Bethauen, quod dicitur domus idoli: pro quo Lxx. tranſtulerunt domum ὤμ. Hoc de titulo: nunc veniamus ad exordium prophetiæ & Lernæa beſtia ſæuiente, ſancti ſpiritus inuocemus aduentum. Vos ô Paula & Euſtochium ad dominum ſaluatorem fundite preces, ne mihi noceat inuidia: ſed vt mens libera id tantum cogitet quod nititur explanare: nec ſentiat con-
Mar.14.g uiciorum alapas, quas dominus in paſſione contempſit.
&.Ioan.18 b ¶Audite populi omnes &c.) Quia iuxta hiſtoriam ma-
d.&.19.a. niſeſtus eſt ſenſus, lectoris prudentiæ intelligentiam derelinquo. Iuxta tropologiam autem conuocat ad auditum populos: id eſt, totius orbis eccleſias, & ad auſcultandum terram: quia terrena in ea hæreticorum extructa ſunt dogmata. Quòd autem hæreſes inter carnis opera numerentur,
Gala.5.d. quæ ſemper refertur ad terram, & Apoſtolus ad Galatas

non tacet, & dominus in euangelio prudenti indicat auditori: Qui de terra eſt, de terra loquitur. Et ad diſtinctionẽ
Ioan.3.d. D eorum rurſus de eccleſiaſticis dicit: Qui autem de cœlo venit, ſuper omnes eſt. Et: Quod vidit & audiuit, hoc teſtatur. Si autem hoc quod ait: Audite populi, propter illud dominicum: Qui habet
Luc.8.a. aures audiẽdi, audiat: plus aliqd ſonat, quàm quod poſtea infertur: Attendat terra. Aptabimus eccleſiæ, audite populi omnes. Hæreticis verò qui terrenã ſuſcepere doctrinam: Attẽdat terra, & omnes qui in ea ſunt, vt & iſti ſi audierint, & illi ſi attenderint, non patiãtur ea quæ poſtea ſermo domini comminatur. Et ſit ei dominus in teſtimoniũ: ſiue vt in Hebraico legitur, in teſtem, vel vt apertius interpretatus eſt Symmach⁹, teſtificans: & teſtificans E non aliunde, niſi de domo ſua, quæ eſt eccleſia: aut certè in filio, id eſt, in domino noſtro Ieſu Chriſto, qui verè templum eſt patris: Et de cuius ore loquitur pater, viſcera penetrans & medullas eorum qui attendere voluerint & audire. c ¶Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo, &c.) O Samaria & Hieruſalem audite, & diligenter attendite dominum vobis de templo ſuo teſtificantem, & prædicentem quæcumq; facturus eſt. Ecce egredietur de loco ſuo. Qui enim mitis eſt & benignus, & cuius natura clementia eſt: veſtri cauſa cogitur perſonam, quam non habet, crudelitatis aſſumere. Et deſcẽdet & calcabit ſuper excelſa terræ. Deſcenſio dei eſt, & maieſtatis eius, ad inferiora decurſus: calcare terram, & potentes quoſq; conterere. Et conſumentur (inquit) ſiue tabeſcent montes, & valles ſub eo, quos principes intelligamus & populos. Et quomodo viciniam ignis cera non ſuſtinet, & prono curſu aquæ feruntur in præceps: ita omnis impiorum ſuperbia domino veniente ſoluetur & defluet. Hoc autem totum fiet propter ſcelera decem tribuum, quas vocat Iacob & Iſraël, & propter præuaricationem Iuda: quia in decem tribubus Sama- F
ria metropolis fuit: & in regno Iudæ, Hieruſalem excelſorum idola fabricata eſt: hoc iuxta literam. Tropologicè autem, egredietur dominus de loco ſuo, quem vel filium, vel omnes ſanctos intelligere poſſumus. Ipſe enim filiꝰ ait: Ego
Ioan.14.b in patre, & pater in me. Et de ſanctis: Habitabo & inambu-
Leui.26.b labo in eis: & ero eorum deus, & ipſi erunt mihi populus: De his ergo egredietur, non quòd derelinquat eos: nam & de apoſtolis egrediebatur ſermo domini ad audientes, & tamen non relinquebat eos: & huiuſcemodi loca, id eſt, ea quæ deum hoſpitem habere mereantur, quaſi cum Chriſto reſurgentia, & cum eo in cœleſtibus ſedentia, ſurſum poſita ſunt. Vnde & deſcendere dicitur ad eos qui doctrinam eius in monte audire non poſſunt. Cumq; deſcenderit, non aſcendet in humilibus & in his qui deorſum poſiti ſunt: ſed qui terræ vocantur excelſa, & qui intelligentes ad venientis domini maieſtatem commouebuntur. Et quamuis montes ſint, tamen ad talis aurigæ & aſcenſoris pauebunt præſentiam. Valles autem, id eſt, animæ χοϊκοῖς infertæ corporibus: nec cum cœleſti homine reſurgentes: præſentiam eius ferre non poterunt: ſed quicquid in eis durum fuerit, reſoluetur, & ita fluent, quomodo ſi aquæ plana non habeant, ferantur; præcipites in profundum. Veniet ergo dominus terribilis ad docendum: id eſt, ad mouendos montes, & val-

HEB. CAP. I.

a VErbũ domini quod factũ eſt ad Micheam Moraſthiten, in dieb⁹ Ioatham, Achaz, & Ezechiæ, regum Iuda: quod vidit ſuper Samariã
b & Hieruſalem. Audite populi omnes, & attẽdat terra & plenitudo eius: & ſit dominus deus vobis in teſtem: dñs de templo ſancto ſuo.
c Quia eccẽ dñs egredietur de loco ſuo, & deſcendet & calcabit ſuper excelſa

SEP. CAP. I.

VErbũ domini quod factum eſt ad Micheam Moraſthiten, in dieb⁹ Ioatham, Achaz, & Ezechiæ, regum Iuda: de quibus vidit de Samaria & Hieruſalem. Audite populi omnes, & auſcultet terra, & omnes qui ſunt in ea: & ſit dominus deus vobis in teſtimonium: dominus ex domo ſancto ſuo. Ecce enim dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & aſcendet ſuper excelſa

G lium humilia reſoluenda: quia impietatem fecit Iacob, & peccatum Iſraël. Impietas enim Iacob conciliabula hæreticorum ſunt, quæ vocantur Samaria. Et peccatum Iuda, id eſt, eius qui dominum confitetur, non eſt aliud niſi Hieruſalem, in qua multa crimina reperiuntur. Quòd autem domus Iuda referatur ad Chriſtum, cuius eccleſia eſt, & ſæpe diximꝰ, & illud ponamus ad
Gen. 49.b præſens: Iuda te laudabunt fratres tui: manus tuę ſuper dorſum inimicorum tuorum. Poteſt quoq; & ſic intelligi: quòd propter impietates Samarię & ſcelera Iuda, egreſſus ſit dominus de loco quondam ſuo, & dixe-
Matt. 23. & Lu. 13.d rit ad Iudæos: Ecce relinquetur vobis domꝰ veſtra deſerta. Et deſcenderit de cœlis, & aſcẽderit ſuper excel-
H ſa terræ: id eſt, ſuper eos qui ex gentium humilitate credentes, excelſi eſſe meruerunt. Et commoti ſunt mõtes, philoſophorũ dogmata, & regna ſublimia, & hi qui humiles pmanſerunt, cõſumpti ſunt & contriti ſaluatoris aduentu: & creſcente eccleſia, mõtibuſq; in ſublime ſurgẽtibus, idola corruerũt in profundum. Egreſſus eſt ergo dominus de loco ſuo, & de gentibus conſtructa eccleſia eſt, vt mouerentur montes ſub pedibus eius, & profunda vallium ſoluerentur: quia impiè egit Iacob, & peccauit Iſraël: & omnes tribus dominum negauerunt. a ¶Et ponam Samariam quaſi aceruũ lapidum in agro cùm plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo, &c.) Secundum ordinem peccatorum, fit ordo pœnarum. Primùm pec
I cauit Samaria, & fabricata eſt idola: & pro domino vitulos adorauit: prima ergo & pereat. Deſtruam eam venientibus Aſſyrijs, & ponam quaſi aceruum lapidum cùm plantatur vinea, vt redigatur in tumulos: Et detraham in vallem lapi-
Sebaſte. des eius. Erat quippe in montibus ſita, vbi nunc Sebaſte eſt: in qua & ſancti Ioannis baptiſtæ oſſa ſunt condita. Et fundamẽta eius reuelabo. Tanta quippe ruina erit, & tanta vrbis ſubuerſio: vt non ſolum parietes & ædificia corruant: ſed fundamenta quoque vſq; ad extremum lapidem reuelentur. Et omnia ſculptilia eius, cunctæq; diuitiæ: quas diuerſi reges in eam comportauerant, concidentur & comburentur igni, & ad nihilum redigentur. Siquidem opes & multiplex ſupellex, quę ex fornicatione (vt putabantur) idolorum fuerant congregata, ducentur ad aliam meretricem, id eſt, ad Niniuen: vt quomodo in terra ſua fornicati ſunt cum idolis quæ fecerunt: ſic vadant ad aliam terram idolorum & fornicationis, id eſt, ad Aſſyrios. Hucuſq; de Samaria. Et quia eadem plaga peruentura ſit ad Hieruſalem: & ipſa enim ſimili errore peccauit, derelinquens deum ſuũ & idola fabricans: propterea propheta facit quaſi προσωποποιίαν dei, & ſub perſona ſua inducit plangentis affectum, & dicit: Super hoc plangam & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus: decem enim tribus perdidi, & faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum. Quomodo enim dracones terribili ſibilo perſonant: iuxta hiſtoria
Struthionis natura.

HEB. excelſa terræ, & cõſumentᵉ montes ſubtus eũ: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quę decurrunt in pręceps: in ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſraël. Quod ſcelus Iacob, nónne Samaria? Et quę excelſa Iudæ, nónne Hieruſalem? Et põnam Samariã quaſi aceruum lapidum in agro cùm plantatur vinea, & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eiꝰ reuelabo, & omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburẽtur igni: & omnia idola eius ponam in perditionem, quia de mercedibus meretricis cõgregata ſunt, & vſq; ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus: faciã planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum:

SEP. excelſa terræ: & commouebunᵗ montes ſubter eũ, & valles tabeſcent ſicut cera à facie ignis: & ſicut aqua profluẽs i deſcẽſum: propter impietatem Iacob oĩa hęc, & ꝓpter pcẽm domꝰ Iſraël. Quę eſt ipietas domꝰ Iacob, nónne Samaria? Et qđ eſt peccatũ domus Iuda, nónne Hierᵉm? Et ponã Samariã i pomorũ cuſtodiã i agro, & i plãtationẽ vineæ: & detrahã in voraginẽ lapides eiꝰ, & fundameta eius reuelabo: & cuncta ſculptilia eius cõcident, & vniuerſæ mercedes eiꝰ cõburentur igni, & cuncta idola eius ponã in perditionẽ: quia ex mercedibus fornicationis cõgregauit, & ex mercedibꝰ fornicationis deſtruxit. Propter hoc plãget atq; lugebit: ibit diſcalciata & nuda: faciet planctum quaſi draconũ, & luctum quaſi filiæ

K

L

M

rias eorum, qui de phyſicis conſcripſerunt, eo tempore quo vincuntur ab elephantis: Et ſicut ſtruthiones immemores ſunt ouorum ſuorum: & quaſi non pepererint, in arena calcandos pedibus beſtiarum fœtus relinquunt: de quo in Iob plenius ſcribitur: Ita & ego ſine filijs ſpoliatus & nudus incedam. Et hoc faciam: quia deſperata eſt plaga eiꝰ, id eſt, Samariæ. Et idem peccatũ, imò eadem pœna peccati, quę euertit Samariam veniet vſq; ad Iudam, & vſq; ad portam vrbis meæ Hieruſalem. Vt enim Samaria ſubuerſa eſt ab Aſſyrijs: ita Iuda & Hieruſalẽ ſubuertentur à Chaldæis. Quia verò Samariam, hæreticorum ſemel intelleximus eccleſiam: quæ ſeparata à deo, populi facta eſt cõciliabulum: ipſe dominus cõminatur poſiturum ſe eam in pomorum cuſtodiam: in agrum & in plantationem vineæ. Multo enim meliꝰ eſt ſubuerti inutilem ciuitatem: & lapides eius quibus extructa fuerat, in præceps detrahi, & præparari eam in pomarium plantationemq; vinearum, q̃ in ædificatione peſſima permanere. Cùm enim deſtructa fuerit, & reuelata fuerint fundamenta eius, quibus ſua videbatur cælare myſteria: & firma habere dogmata in quibus ſtabat, & omnia idola quæ ſpeciem videbantur habere, & pulchritudinem artifici ſermone compoſitam, & à miniſtris dei fuerint conciſſa, id eſt, à viris eccleſiaſticis: tunc in loco ædificationis peſſimæ, varia eccleſiæ poma naſcentur, & non ſolum naſcentur, verumetiam cuſtodientur, & plantabitur vinea Sorech, de qua fiat vinum quod ſe dominus in regno patris bibiturum eſſe Mar. 14. c. promiſit. Non ſolum autẽ fundamenta eius, quæ prius terra premebantur, aperientur, & proferentur in medium, & idola quæ ſibi finxerat, concidentur, ſed gloria quoq; & diuitiæ quas de fornicatione videbatur habere & errore ſuo, igne meo conſumentur: de quo dixi in euangelio: Ignem ve- Luc. 12. f.
ni mittere ſuper terram, & quem volo vt ardeat: atq; comburẽtur, & redigentur ad nihilum: quia non de veritate cõtracta ſunt dogmatum, ſed de fornicatione animæ, & errore hinc inde collecta ſunt. Hæretici quippe non habent diuitias de paterna hæreditate venientes, ſed quotidie quod colant reperiunt, & idola ſibi artifici manu, & curioſa mente confingunt. Propter hoc cùm conuerſus fuerit ager eorum in pomorum cuſtodiam, & præparatus ad vineas, & lapides quibus ædificata erat ciuitas, detracti in profundum, & reuelata fuerint fundamenta eorum, & omnia ſculptilia conciſſa & incenſa, & mercedes quas ſibi vana ſpe pollicebantur, & quicquid velut deum colere videbantur, redactũ ad nihilum: quia de fornicatione animæ, omne ſibi precium compararant: Tunc intelligentes errorem priſtinum, in ſemet reuerſi plangent, in quibus antè ridebant: & lugebunt, in quibus prius fornicantes quodammodo lætabantur. Deponentq; de pedibus ſuis quicquid mortiferum habuerant, & erunt diſcalciati: quia terra in qua ſtaturi ſunt, locus eſt ſanctus: & veſtimenta fornicationis ſuę vniuerſa proijcient: eruntq;

A erunt q̃ nudi,vt poſſint Chriſti indui veſtimento, & facient planctum quaſi draconum. Plancturi quippe ſunt aliquando & dracones,quãdo viderint draconem maximũ captum: & in hamo pendere piſcantis,& mare deſolatum . Et lugebunt filiæ quaſi Sirenarum : dulcia enim ſunt hæreticorum carmina,& ſuaui voce populos decipientia . Nec poteſt eorũ cantica præterire,niſi qui obturauerit aurẽ ſuã : & quaſi ſurdus euaſerit . Propterea autem hæc iſtiuſmodi Samaria planget atq; lugebit:quoniã ſagitta domini vulnerata, & plagã ſermonis accipiẽs, ſuum cognoſcet errorem. Non ſolum autẽ ipſa peccauit, ſed iniquitatem & errorem ſuum in Iudæ quoque portas voluit introducere. Vnde dicitur de ea: Venit vſq; ad Iudã, B & tetigit vſq; ad portas populi mei,vſq; ad Hieruſalem . Portas , inquit,tetigit,quas aures intelligimus. Cæterùm vrbem mediam intrare non potuit:quòd ſi intraſſet,feciſſet de Hieruſalem Samariã. Quoties viderimus de eccleſia aliquos ad hæreticorum ſermones ſcandalizari:& quærere quomodo eorum reſpondeant quęſtionibus,nec tamen recedere de eccleſia:dicamus,venit Samaria,ſiue plaga Samariæ vſq; ad populum confitentem: vſq; ad aures populi dei,vſq; ad aures Hieruſalem.Hoc eſt quod dicitur, tetigit vſq; ad portas populi, mei ἕως ὦμου κοινοῦ intelligendum eſt,vt ſubaudiatur,tetigit etiam vſq; ad portas Hieruſalem.Hucuſq; contra Samariam, & contra Hieruſalem:videamus & cætera quæ ſequũtur. a ¶ In Geth nolite annunciare:lachrymis ne ploretis:in domo pulueris, puluere vos cõſpergite:tranſit à vobis habitatio Saphir cõfuſa ignominia: &c.) Multum Hebraicum à Lxx . interpretatione diſcordat,& tantis tam mea q̃ illorum tranſlatio difficultatibus inuoluta eſt: vt ſi quando indiguim⁹ ſpiritu dei:ſemper autẽ in exponendis ſcripturis ſanctis illius indigemus aduentu : nunc vel maximè eũ adeſſe cupiamus, C & quæ in prophetis locutus eſt, pandere: vt de nobis quoq; poſſit intelligi,quod ipſe alibi polliceri dignatur: Aperi os tuum & implebo illud. Geth, vt Regnorum quoq; teſtatur hiſtoria,vna eſt de quinq; vrbibus Palæſtinæ: vicina Iudææ cõfinio,& de Eleutheropoli euntibus Gazam: nunc vſq; vicus vel maximus,vnde fuit Goliath ille Getheus, quẽ Dauid occidit in prælio.Quia igitur propheta,imò per prophetã dominus dixerat: Plangam & vlulabo : vadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum , & luctum quaſi ſtruthionum:quia deſperata eſt & inſanabilis plaga Samariæ,& venit vſq; ad Iudam:tetigitq; portã populi mei Hieruſalem:propterea flentis adhuc voce præcipio:Nolite annunciare in Geth,ne audiant & lætentur inimici: lachrymis ne ploretis : id eſt, ne dolor quidem in ſingultus erumpat: diſſimulate fletum,ne aduerſarij gratulẽtur:lachrymas ora non habeant,cùm dolorem pectus habeat : nolite exire foras:ſed in domo pulueris,& ruente cinere, vos conſpergite ruinarum: Tranſit à vobis habitatio שָׁפִיר, quod Syro Hebræoq; ſermone dicitur pulchra : Samaria quippe in pulcherrimo Iudææ,& vberrimo ſita loco,nunc quoq; oſtenditur.Dicitur ergo ad eam:ô tu quæ habitas in regione vberrima:quia cõfuſa es ignominia,ſic ſic trãſi,ſic ad captiuitatem deducere,vt præ malorũ magnitudine, ne vicinus quidem Allophylus audiat vocem tuam.Porrò quod ſequitur:

HEB.ſtruthionum: quia deſperata eſt plaga eius: quia venit vſq; ad Iudã:tetigit portam populi mei a vſq; ad Hieruſalẽ.In Gẽth nolite annunciare:lachrymis ne ploretis: in domo pulueris puluere vos conſpergite:tranſit à vobis habitatio Saphir cõfuſa ignominia:non eſt egreſſa quæ habitat Sennan. Plãctum dom⁹ Aſel accipiet ex vobis:quę ſicut † ſibimet:quia infirmata eſt in bono quæ habitat in Maroth:qa deſcendit malum à domino in portã Hieruſalem . Tumultus quadrigæ ſtuporis habitãtis Lachis, pricipiũ peccati

† alĩs,ſtetit

SEP. filiæ Sirenarũ: quia obtinuit plaga eius: quia venit vſq; ad Iudam,& tetigit vſq; ad portã populi mei, vſq; Hieruſalẽ. Qui in Geth,nolite magnificari:q̃ in Bachim , nolite reędificare ex domo deriſum:terra aſpergite deriſũ veſtrũ: quæ habitas bene ciuitates eius: nõ eſt egreſſa habitatrix Sẽnan. Plãgite domũ iuxta eam: accipiet ex vobis plagam doloris : quis cœpit in bonum , quæ habitat in doloribus? quia deſcenderunt mala à dño ſuper portas Hieruſalem. Sonitus curruũ & equitum habitatio Lachis:princeps peccati

Non eſt egreſſa quæ habitat in Sennan , quæ interpretatur צַאנָן exitus,ſiue vt Symmachus vertit: non eſt egreſſa habitatio D abundans:de eadem Samaria dicitur : quæ in ipſis Aſſyriæ captiuitatis eſt foribus , & ſtatim vt mota fuerit de finibus ſuis,hoſtilem terram ingreditur. Nam habitatio abundans, iuxta illud accipiendum quod & ſuprà ſam diximus : habitatio pulchra . Non eſt igitur egreſſa quæ habitat in exitu vel in abundãtia propria voluntate , ſed vi ducta eſt in Aſſyrios . Vnde domus vicina & ex latere quod interpretatur אֵצֶל , regnũ videlicet Iuda , planctum accipiet ex vobis, quæ nunc interim Samaria capta ſubſtitit,& deum habuit defenſorem. Accepit autem planctum & percuſſa formidine eſt,& infirmata bono ſuo, quæ habitat in Ma- E roth, id eſt, in amaritudinibus:ſiue,vt Symmachus vertit,habitatio ad amaritudinem prouocans: hoc eſt, ἡ κατοικία ἡ παραπικραίνουσα : quod Hebraicè dicitur יֹשֶׁבֶת מָרוֹת : propter captiuitatem vicinarum tribuum , quia deſcendit malum à domino in portam Hieruſalem. Aſſyrius quippe,vaſtata Samaria, venit etiam ad Hieruſalem : eo tempore quo Rabſaces eſt miſſus inſultans , de quo & Regnorum quartus liber & Eſaias plenius ſcribunt: 4.Reg Vbi dicitur quòd rex Aſſyrius de Lachis miſerit Hieru- 18.d. ſalem , & poſtea capta Lachis ad oppugnandam tranſie- Eſa. 36.a. rit Lobnam . Veniet igitur ô Lachis vrbs idolis dedita , & ad te quadriga & equites Aſſyriorum, quia & in te inuenta ſunt ſcelera Iſraël , & tu fuiſti principium idololatriæ in Iuda:per te enim quaſi per portam impietas decem tribuum migrauit in Hieruſalem . Non ſolum autem ſuper Lachis tumultus veniet & quadrigæ, ſed & ſuper Geth metropolim Palæſtinæ , de qua ſuprà dixeram : In Geth nolite annunciare : mittet enim Aſſyrius latrunculos ſuos quos vocat emiſſarios , & poſſidebit domum idololatriæ vrbemq; mendacij,quæ in ſupplantatione fuit regibus Iſra- F ël . Quòd autem ſequitur : Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa : pulchrè alluſit ad nomen : quia enim מָרֵשָׁה hæreditas dicitur : aduentum in eam hoſtium hæredibus appellauit, & vſque Odollam vrbem Iudæ veniet Mareſa , id eſt, hæreditas: quæ Odolla glorioſa eſt in vrbibus ſuis Iſraël.Denique & Symmachus ita tranſtulit: ἔτι κληρονόμον ἄξω καί σοι κατοικία μαρέσα , ἕως ὀδολὰμ ἥξει ὃν δόξαν ἰσραήλ : hoc eſt , adhuc hæredem adducam & tibi habitatio Mareſa , vſque Odolam veniet gloriæ Iſraël : hoc eſt quæ glorioſa es in vrbibus Iſraël. Et vbi dicitur gloriæ , genitiuus caſus ſit numeri ſingularis , huius gloriæ : & non nominatiuus pluralis , hæ gloriæ . Vel certè ita intelligamus : Captiuitas Iſraël quæ venit in Lachis,& Geth,& Mareſa : vſq; Odollã quoque veniet.Et preſſius legendum gloriæ Iſraël,vt ἡ ἀντίφασιμ ignominia vel vaſtitas ſentiatur . Porrò quod ſuprà vrbem prophetæ מוֹרֶשֶׁתִי hæreditatem interpretati ſumus : ſciat lector in eodem verſiculo quem poſuimus : Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth : in Hebræo pro hæreditate Geth : מוֹרֶשֶׁת גַּת poſitum . Huc vſque ſecundum Hebraicum vt potuimus , & vt nobis viſum eſt: certè vt ab Hebræis audiuimus : quaſi inter ſaxa & acutiſſimos ſcopulos nauiculam noſtram rexim⁹,quæ vtrum intrauerit portum

Pſal.80.b. 1.Reg. 17.f.

Ibidem.

uerit portũm,an adhuc in ſalo fluctuet:lectoris erit prudẽtiæ iudicare. Nunc orationibus veſtris pergamus ad alios fluctus, & imminente expoſitionis hinc inde naufragio, ſi poſſumus,euadamus. גַּת interpretatur torcular:qui ergo in Geth,id eſt,in torculari ſunt, putantes ſe vindemiaſſe fructum vitæ, & calcaſſe botrum de vinea Sorech:extollũtur in ſuperbiam, ignorantes quòd botrus terrę Iudææ in Allophylorũ finibus non reperiat. Nolite, inquit, extolli qui eſtis in torcularibus:Quia de vinea Sodomorũ vinea veſtra eſt, & propago veſtra de Gomorris, & vua veſtra amaritudinis, & botrus fellis vobis, & furor draconum vinum veſtrum: furor aſpidum inſanabilis. Nam ſi etiam feceritis fructum; quoniam vindemia veſtra nõ ſolum de Sodoma & Gomorra, ſed de Aegypto quoq; eſt & cęteris inimicis gentibus:

HEB. peccati eſt filiæ Sion: quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſraël? Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Iſraël. Adhuc hęredem adducã tibi quę habitas in Mareſa: vſque Odollam veniet gloria

H dabit dominus erugini fructum veſtrum,& labores veſtros locuſtæ:& occidet in grandine vineas veſtras,& moros veſtros in pruina. Non vos decipiat ſimilitudo vini, nec dicatis amarum dulce:guſtate diligenter vinum veſtrum, & inuenietis pro vino Sorech, furorem draconum & venenum aſpidum. Vnde nolite ſuperbire,ſed magis humiliamini ſub potenti manu domini, & ad illud tranſite torcular de quo aſcendens ex Edom, & rubicundus ex Boſra, loquitur in
Eſa.63.a. Eſaia propheta:Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Rurſum quia ſunt de alienigenis & alij:multas enim habet regiones & vrbes Allophylorum prouincia: qui per mala opera & ſenſus contrarios deo loquuntur, Deſtructi ſumus:ſed reuertẽtes ædificemus quæ deſtructa ſunt. Vnde & vocantur termini impietatis, & populus cui iratus eſt dominus. Dicitur ad eos: Qui in Bachim: nolite ædificare de domo deriſum. Bachim in lingua noſtra planבְּכִי ctum & fletũ ſonat. Deniq; exceptis Lxx. omnes κλαυθμὸν, id eſt,fletum tranſtulerunt. Qui eſtis igitur in huinſcemodi operibus atq; ſententijs,quæ fletu digna ſunt: nolite ædificationem peſſimam inſtaurare: nec ſenſum veſtrum extru-
Mat. 7.d. ctionem dei arbitremini:neq; ędificetis ſuper arenam:ne cũ tempeſtas venerit domusq; veſtra conciderit, caſſus labor riſum videntibus præbeat. Quin potius intelligentes ędificationem veſtram dignam eſſe deriſu: ruinis eius & puluere conſpergite capita veſtra: & agite pœnitentiam, quòd
I abſq; conſilio caſuram domum ædificare voluiſtis. Sequitur: Quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: non eſt egreſſa habitans in Sennan: Quod mihi videtur hanc habere ſententiam: Vos qui ſuperbitis in Geth,& in Bachim, fruſtra domum riſu dignam ędificare conamini:aſpergite vos puluere,& agite pœnitentiã:quia vinũ deteſtabile premere, & ædificationem deo contrariam conſtruere voluiſtis. Eccleſia autem Chriſti quæ habitat bene, & in toto orbe eccleſias poſſidet, ſpiritus vnitate coniuncta eſt:& habet vrbes, legis,prophetarum,euangelij & apoſtolorũ: non eſt egreſſa de finibus ſuis,id eſt,de ſcripturis ſanctis: ſed cœptam retinet poſſeſſionem:quia habitat in Sennan,quod interpretatus eſt,vt ſuprà diximus, Symmachus abundantiam:habet enim patrem,& filium,& ſpiritum ſanctum: cum quibus omnes ſpirituales gratiæ copiæq; virtutum ſunt. Vnde di-
Pſal.121.b citur ad eam:Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Vos verò qui habitatis iuxta Sennan, id eſt,iuxta abundantem eccleſiam: ô hæretici, ô contraria dogmata, plangite vos:quia ædificaſtis vobis domum in deriſum, & preſſiſtis torcular in ſuperbiam,nec in ſcripturis,ſed in vicinia ſcripturarum domum veſtram,iam nõ riſu,ſed planctu dignam,& lachrymis conſtruxiſtis. Vnde ſubiungitur: plangite domum quæ eſt iuxta eam:id eſt,iuxta Sennan. Sed

& hoc quòd additur,accipiet ex vobis plagam doloris: ad K
eoſdem hæreticos dicitur: quibus imperatur vt plangant domum vicinam eccleſiæ, quòd inimicus & vltor diabolus cui tradendi ſunt in ſupplicium, ipſe eis inferat plagas, & extorqueat pro ædificatione peſſima, plagarum dolorem.

SEP. peccati eſt filiæ Sion:quia in te inuentæ ſunt iniquitates Iſraël. Ideo dabit emiſſarios vſque ad hęreditatem Geth: domos vanas: fruſtra fuerunt regibus Iſraël: donec hæredes adducam tibi, quæ habitas Lachis: hæreditas vſque Odollam veniet. Gloria

Quæ propterea inferunt,vt ſentientes peccata quæ fecerant, agant pœnitentiam, & dolorum habitatio ſit eis bonorum occaſio: Siue eccleſiæ indicatur dolor,quòd plãgat quondam filios ſuos, & ipſa ſit cauſa ſalutis hæreticorum, ſi ad lugentem matrem reuerti voluerint. Porrò quod infertur:quia de ſcenderunt mala à domino ſuper portas Hieruſalem. Et Marcionitæ ac Manichæi vtuntur hoc ſcripto: eo quòd legis deus,malorum ſit conditor. Sic dicamus mala à domino deſcendiſſe,quomodo & ſaluator loquitur in euãgelio: Vi- Luc. 10.c.
debam ſatanam quaſi fulgur de cœlo cadentem. Quomodo
enim ibi cecidit de cœlo Lucifer qui mane oriebatur,& cõ- L
tritus eſt ſuper terram, qui mittebat ad gentes, ſic & hæc mala quæ à domino ceciderunt,& venerunt ad portas Hieruſalem,antequam caderent non erant mala, ſed quia à domino corruerunt,idcirco facta ſunt mala. Et vt ſciamus malorum inſidias:venerunt,inquit,ad portas Hieruſalem, quæ quia firmæ ſunt,& adamantinæ,& clauduntur ab apoſtolis, quibus Hieruſalem claues commiſſæ ſunt:ante eas verſantur inimici,& quos exire conſpexerint interficiunt. Si quis igitur eſt de Hieruſalem, quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis:non egreditur cùm habitet in abundantia, ſed ſemper intrinſecus manet:nec egreditur portas eius,quas qui egreſſus fuerit occiditur:occiditur autem ab his qui ſe eleuãt in Geth, & habitant in Bachim, & ædificant domum in deriſum. Deniq; mala quæ deſcenderunt à dño ad portas Hieruſalem, ſtrepitum tantum habent currum & equorũ tumultum,cõfuſumq; ſonitum pro foribus Hieruſalem:vt oris ſui lancea quoſcunq; vagari viderint interficiant. Poſt hæc ſcriptum eſt:Quæ habitas Lachis: princeps peccati eſt filię Sion. Lachis interpretatur πορεία ἵππου, id eſt,ambulatio. Et hi igitur qui aſcenderunt in curribus ſuis: & habuerunt equites, & ſtrepitum tantum inanemq; ſonitum:quibus locuta eſt,quæ habitat bene in ciuitatibus ſuis: Iſti in curribꝰ Pſal.19.b.
& iſti in equis,nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus:quia mouerũt pedes ſuos, & circumlati ſunt omni Ephe. 4.c
vento doctrinæ falſæ,& de eccleſia exire voluerunt,quę in- M
terpretatur ſpecula,id eſt,Sion: principes peccati fuere fi- צִיּוֹן
liæ Sion. Et in ipſa,hoc eſt in Lachis, inuentæ ſunt impietates Iſraël,quæ à regno priſtino dei populum ſeparauerunt. Princeps ergo peccati eſt filiæ Sion quæ habitat in Lachis; id eſt,ambulatio peſſima,gradu iugiter fluctuante:& impietas Iſraël in his qui ſemper mouent pedes ſuos,& habitare dicuntur in Lachis. Dabuntur quoque emiſſarij vſq; ad hęreditatem Geth: Geth peſſimam & torcular venenorum, quod ædificatur contra domum dei: vbi ſunt vanæ domus quæ ædificatæ ſunt in deriſum. Et iſtæ vanæ domus, in vanum factæ ſunt regibus Iſraël. Quantum ad hiſtoriam pertinet: his regibus quorum peccata in Regnorum & Paralipomenon libris ſcripta ſunt:quantũ autem ad Anagogen, principibus hęreticorum, ducibuſq; peruerſorum dogmatum:his eſt domus vanę ſunt & fruſtra extructę,Et tamdiu perſeuerantes,donec teneant eas hæredes qui à domino adducendi ſunt. Poſt hæc ſequitur: Quæ habitas Lachis,hæ-
reditas vſq; Odollam veniet. Odolla interpretatur teſtimo- עֲדֻלָּם
nium hauſtus vel hauritionis eorum, quod in Græco ſignificantius dicitur μαρτυρία ἀντλήσεως ἀυτῶν. Legimus in
Prouerbijs:Si malus fueris,ſolus hauries mala. Quę igit ha- Pro.9.c.
habitat

לָכִישׁ bitat in Lachis, id est, in itinere pessimo, veniet vsq; ad testi-
A monium exhaustionis suæ, quod exhauriet atq; ebibet iuxta
operum suorum mensuram. Vel certè ita distinguendum, vt
hoc quod dicitur, quæ habitas Lachis: ad superiora refera-
tur, & sit ordo ac sensus: Adducam hæredes tibi de ecclesia
quæ habitas Lachis:
quia de hæreditate do
mini & tu eris, cũ hau
seris & receperis quæ
mereris. Obsecro in
capituli fine lectorem
ne necessitatem volũ-
tatem putet, & exposi
tionem prolixam, ver-
bositatem existimet:
magisq; miretur in lo-
cis tam asperis me ali-
quid inuenire, quàm
quicquam eorum quæ
dicenda sunt non prę-
termittere.

a HEB. gloria Israël. Decal
uare & detondere super fi-
lios delitiarum tuarum: di
lata caluicium tuum aqui-
la, quoniam captiui ducti
sunt ex te. Cap. II.

b Væ qui cogitatis in
utile, & operamini
malum in cubilib⁹
vestris: in luce matutina
faciunt illud, quoniam con
tra deum est manus eorũ:
& concupierunt agros, &
violenter tulerunt: & do-
mos rapuerunt, & calum-
niabantur virum, & domũ
eius: virum & hæredita-
tem eius. Idcirco hæc di-
cit dominus:

SEP. Gloria filiæ Israël
decaluare & detondere su-
per filios delicatos tuos: di
lata caluicium tuum sicut
aquila, quoniã captiui du-
cti sunt ex te. Cap. II.

Facti sunt cogitantes
labores & operantes
mala in cubilibus su-
is, & simul in die consum-
mabunt ea: quia non leua-
uerũt ad deum manus su-
as, & desiderabant agros, &
diripiebant pupillos, & do
mos opprimebant, & ra-
piebant virum & domum
eius: virum & hęreditatem
eius. Propterea hæc di-
cit dominus:

a ¶ De-
caluare & detondere
super filios delitiarũ
&c.) Hoc quod dictũ
est à Lxx. gloria filiæ
B Israël, addẽtibus filię:
Hebræi in fine supe-
rioris capituli legunt. Nobis autem quia sic voluistis, & se-
mel suscepimus, incumbit necessitas ita interpretari scri-
pturas, quomodo leguntur in ecclesia, & nihilominus He-
braicam non omittere veritatem. Dicitur ergo ad Israël,
interim secundum literam: vt vel decem tribus accipiamus
in Samaria: vel in cõmune omnem Israël: quia captiuus du-
ctus est populus, & omnis Iudæa ab Assyrijs Babylonijsq;
vastata est: assumant planctũ & plorent filios suos. Et quo-
Aquilæ natura. modo aquila quæ regina est auium, certo tempore amittit
pilos, & remanet implumis: sic etiam Israël deponat omnẽ
gloriam suam qua antè fuerat circũdatus: & plangat filios,
hostium potestati subditos, peccatiq; obnoxios. Quòd au-
tem aquila certo tẽpore soleat amittere plumas, & in psal-
Psal.102.a terio scriptum est: Innouabitur vt aquilæ senectus tua. Et
Comicus ἐν ἑαυτὸν τιμωρουμένῳ: visa est, inquit, verè quod
« dici solet, aquilæ senectus. Si autem voluerimus hoc ipsum
& de præsenti tempore Iudaicæ euersionis accipere: vide-
bimus omnem gratiam qua quondam apud deum floruit,
ab eis penitus recessisse. Vbi est enim propheta? vbi doctor
C legis? vbi angelorum præsidia? vbi cõtra plures à paucis in-
Esa.33.c. sperata victoria? Decaluata est Hierusalem, quæ omnẽ co-
1.Cor.1.c. mam pristinæ gloriæ perdidit, & filij eius qui clamauerunt
Ioan.19.c. contra dominum, crucifige, crucifige eum: in captiuitatem
ducti sunt. Legi in cuiusdam commentarijs hoc quod dici-
tur, decaluare & detondere super filios delitiarum tuarũ:
de conditione humana posse accipi: vt dei ad Adam, siue ad
Hierusalem cœlestem dirigatur eloquium. O anima huma-
na: O vrbs quõdam sanctorum mater, quæ prius eras in pa-
radiso, & fruebaris delitijs arborum diuersarum, & habe-
bas speciosissimam comam: nunc quia proiecta es de subli-
mibus & deducta in Babylonem, & venisti in locum capti-
uitatis, & perdidisti comam tuam: radere & assume habi-
tum pœnitentis, & quæ prius quasi aquila volabas in excel-
sis: plange filios, plange sobolem tuam, quæ ex te ducta est
captiua. Cap. II.

b Væ qui cogitatis inutile &c.) Quod in fine ca-
pituli iuxta Hebraicum posuimus: In cœtu domi-
ni: pro quo Lxx. transtulerunt, in ecclesia domini:
iuxta æditionem vulgatam sequentis capituli principium
est. Et ideo in illo si dominus iusserit disseremus. Væ igitur
vobis Iudęorum cœtus: qui & cogitatis malum, & opere cõ-
summatis. Et cubilia ad quiescendum data, stupris pollui-
tis: & quicquid iniquitatis nocte tractatis, quasi differre nõ
liceat, statim vt dies claruerit festinatis implere: non consi-
derãtes quòd aduersum dominum fortis est manus vestra. D
Et vt doceret scriptura quid esset quòd in nocte cogitarẽt,
& in die facerent, exponit in partibus. Concupierunt agros,
inquit, & violenter tulerunt: & domos subauditur, cõcupie-
runt: & quas concupierant, diripuerunt: & non solũ calum-
niabantur homines, &
domos eorum, sed po-
steros quoq; qui mise-
ricordiã propter æta-
tem paruulam mere-
bantur, rabido ore va-
stabant. Quia igitur
ista fecistis & cogita-
stis inutile, & ego do-
minus cogitabo super
familiam istam malũ:
non quòd malum sit
quod ego cogito, sed
quòd patientibus ma-
lum videatur quod ir-
rogo: qđ ita vos pre-
met, vt colla vestra nõ
possitis leuare: nec am
buletis superbi: scili-
cet quos tẽpus capti-
uitatis oppresserit. E
Tum dicetur sup vos
parabola: & miseriæ vestræ vertentur in canticum: Depo-
pulatione vastati sumus, pars populi mei: templum, inquit,
meum quod solum inter gentes cęteras plus habebam: mu-
tabitur in ruinam. Quomodò à me recedet Assyrius, cùm
reuertatur vt agros meos sibi sorte distribuat? Propterea
ô familia Israël, super quam malum ego cogito, non habe-
bis partem in hæreditate iustorum. Sed & de extrema ca-
ptiuitate hoc ipsum accipi potest, quòd omnia eis euene-
rint quia dominum crucifixerunt: ita tamen vt Lxx. inter-
pretum æditio differatur. Gloria namq; filiæ Israël decal-
uata est, & attonsa super filijs quondam delicatissimis: & si
quid deinceps renatum pilorum fuit, alia deinceps rasura
& attonsione truncatum est. Tunc omnia consilia eorum
versa sunt in laborem, & quæ cogitauerunt mente & anima
dormiente, attulerunt eis labores: quæq; operati sunt, statim
vt lux Christi & vltio apparuit, cõturbata sunt. Cùm enim
legissent vicisse Israël, quãdo Moyses manus leuauit ad do- Exo.17.c.
minum: superatum esse ab Amalech, quando Moyses lassa
brachia deponebat: non leuauerunt ad dominum manus su-
as, sed omnia in pauperes & plebem domini scelera perpe-
trantes, desiderauerunt agros, & pupillorum domos diri- F
piebant: ac virum pariter & vxorem liberosq; eius & sub-
stantiam depopulabantur. Propterea cogitauit domin⁹ ma-
la super tribum illam: nequaquam duodecim tribus, sed tri
bum maliciæ & in scelere fœderatam: de quibus nõ potue-
runt eleuare ceruicẽ, nec rectè incedere. Deniq; vsq; ad prę-
sentem diem subditi sunt Romano imperio, & premuntur
captiuitatis iugo, & colla nõ eleuant. Quod autẽ sequitur:
ἐξαίφνης, id est, subitò: in Hebraicis voluminibus nõ habet,
& tamen potest cũ præsenti loco ita cõgruere, vt dicamus:
Propterea hæc dicit dñs: Ecce ego cogito super tribũ istã
mala subitò, de quibus nõ possunt eleuare ceruices suas: &
ob id eleuare nõ poterunt, quia tẽpus malũ est. Sicut enim
mala operati sunt contra dñm Iesum: sic mala captiuitatis
perpetuæ sustinebunt: & in tantã venient angustiã, vt omnia
eorũ cantica, & psalmi vertant in luctũ. Nihilq; aliud noue-
rit populus loqui, nisi hoc: miseria miseri facti sumus. Terra
quippe repromissionis quæ prius duab⁹ & semis tribubus,
sorte diuisa fuerat trans Iordanẽ: Moyse mittente funiculũ,
& postea ab Iesu Naue tribubus reliquis dispertita: hęc gẽ-
tibus Romano mẽsore diuisa est, & nemo fuit q prohiberet,
quin potius cũ vniuersas obtineãt nationes, nullus est ex Iu-
dæis qui antiquũ pristina libertate possideat solũ. Quòd si
tertiã expositionẽ seq voluerim⁹, oẽm de qua suprà dixerã:
ad animam

G ad animam humanam ſermonem dirigi, quæ de paradiſo corruens in captiuitatem huius mundi venerit, videbimus quòd omnis cogitatio noſtra labor & dolor ſit: & cubilia noſtra plena ſint malis: & lux ipſa quę videtur, mixta ſit tenebris: quæq; nocte tractemus, in caligine compleam⁹. Quis enim noſtrum ad deũ ſanctas eleuat manus ſine ira & cogitatione? Quis non deſiderat villas iſti⁹ ſeculi, oblitus poſſeſſionum paradiſi? Videas alios agros agris, & terminos iungere terminis, & paruo hominis cor puſculo rura vrbium non ſufficere. Propterea cogitat dominus ſuper nos mala, de quibus noſtras eleuare nequeamus ceruices: nec ambulare recti, quia tẽpus peſſimum eſt, iuxta Ioannis verba dicẽtis: Mũdus in maligno poſit⁹ eſt. Idipſum ſignificat & illa in euangelio filia Abraham nobilis anima: quam ſatanas vinxerat & incuruauerat, & niſi ad aduentũ dñi in ſublime erigi antè non potuit, nec ſuum ſuſpicere creatorem. Vnde ſaluator ait: Hanc, inquit, filiam Abrahæ quam alligauerat ſatanas, non oportuit ſolui de vinculo iſto die ſabbati? Quia ergo gloria noſtra omnis attonſa eſt, & dilatauimus raſuram vel nuditatem noſtram: ſic enim in quibuſdam codicibus inuenitur: miſſi ſunt qui nos plangerent cum Hieremia, & ſumerent ſuper nos parabolam & dicerent cum Apoſtolo: Lugebo multos qui peccauerunt & non egerunt pœnitentiam. Quis enim non plangat videns humanas animas quaſi variam ſupellectilem à dæmonibus & diuerſis vitijs eſſe poſſeſſas? Alius dæmonum mittit fornicationis funiculum: alius auariciæ, ille homicidij, hic periurij lineas tendit: pars populi dei diuiſa eſt in funiculo: & agri quondã ſanctitatis & paradiſi quorum odore delectabatur Iſaac in Iacob filio ſuo: traditi ſunt Aſſyrijs regiq; Babylonio: Et habentibus vulpibus foueas, & volucribus cœli nidos: filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Expoſui iuxta quod mei ingenioli patiebantur anguſtiæ, & primam ab Aſſyrijs Babylonijſq; populi captiuitatem, & ſecundã à Romanis: quia dominum crucifixerũt, & tertiam ſpiritualem: qua vnuſquiſq; noſtrũ cum Adam de paradiſo cecidit: & in huius mundi captiuitate verſatur, de qua cũ venerit dominus, eriget eliſos, & ſoluet cõpeditos, & captiuos quondam diaboli, reducet in poſſeſſionem ſuam, & complebitur ſermo pſalmiſtæ dicentis: Aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatẽ. Iuxta quam expoſitionem poteſt & de eccleſia quarta captiuitas accipi, de qua vnuſquiſq; egreditur per peccatum, & poſtea ab Eſdra qui interpretatur adiutor: id eſt, ſermone dei reducitur in Hieruſalem. Si quis autẽ in lege domini die ac nocte meditatus maius habuit ſtudiũ: maius ingeniũ: ociũ, gratiãq;, & poteſt de præſenti capitulo probabilius aliquid dicere: non inuideo: non aſpernor: quin potius cupio

HEB. cit dominus: Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum, vnde nõ auferetis colla veſtra, & non ambulabitis ſuperbi: quoniam tempus peſſimũ eſt. In die illa ſuper vos ſumetur parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate dicentium: Depopulatione vaſtati ſumus: Pars populi mei cõmutata eſt. Quomodo recedet à me, cùm reuertatur qui regiones noſtras diuidat. Propter hoc non erit tibi mittẽs funiculũ ſortis in cœtu domini. Nẽ loquamini loquentes, non ſtillabit ſuper iſtos: non cõprehendet confuſio, dicit domus Iacob: Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini: aut tales ſunt cogitationes eius? nónne verba mea bona ſunt cum eo qui rectè graditur? & econtrariò populus meus in aduerſarium conſurrexit: deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis, & eos qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellũ. Mulieres

SEP. cit dominus: Ecce ego cogito ſuper tribum iſtam mala, de quibus non auferetis colla veſtra, & non ambuletis recti ſubitò: quia tempus peſſimum eſt. In die illa ſumetur ſuper vos parabola: & plangetur planctus in cantico dicentium: Miſeria miſeri facti ſumus: pars populi mei dimenſa eſt in funiculo, & non erat qui prohiberet eum, vt auerteretur: Agri noſtri diuiſi ſunt: propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In eccleſia domini nolite flere lachrymis, neque plorent ſuper his: non enim abijciet opprobria, quæ dicit: domus Iacob prouocauit ſpiritum domini: ſi hæ ſunt adinuentiones eius: nónne ſermones eius boni ſunt cum eo, & recti ambulauerunt? & prius populus meus inimicitijs reſtitit contra pacem ſuam: pellem eius excoriauerunt, vt auferrent ſpem contritionem belli. Duces

ab eo diſcere quod ignoro, & libenter me diſcipulum profitebor: dummodo doceat, & non detrahat. Nihil enim tam facile, q̃ ocioſum & dormientem de aliorum labore & vigilijs diſputare. a ¶Ne loquamini loquentes &c.) Ne loquamini, inquit, loquentes: pro quo interpretatus eſt Aquila: ne ſtilletis ſtillãtes: quodam idiomate Hebraico: eloquium ab eo quòd fluat, & ad aures perueniat audientium, in ſimilitudinem pluuiæ deſcendentis, ſtillationem vocans. Nolite vos decipere ô domus Iacob, & in cõſolationẽ mutuã dicere: deus bonus eſt: non veniet captiuitas quã timemus. Nam larga eius miſericordia: & clemẽtiſſimus ſpirit⁹, qui latè & abundãter ortus eſt omnibus: tãtum in nobis abbreuiabitur & ſeuerus erit? aut huiuſcemodi ſunt cogitationes eius, quales in hominibus cernimus, vt antiquã teneat iracundiam, & ad vindictã furore ſubito cõcitetur? Ad quæ reſpondit dñs: Bon⁹ quidẽ ſum, & verba mea ſonant clementiã, ſed ad eos qui recto itinere gradiunt. Q ui aũt, non dico olim, ſed heſterno die in cõtumeliam meã venerat⁹ eſt idola, & quantũ in ipſo fuit tyrannica aduerſum me arma corripuit: qui infelicẽ populũ expoliauit auxilio dei, & quaſi deſuper tunicã palliumq; tulit: qui ſimplices quoſq; credentiũ & acquieſcẽtes autoritati maiorũ cõtra me vertit in bellũ: nunquid nõ ſtillabit ſup eũ dñs, & apprehendet eũ confuſio? Hoc aũt qđ nos vertimus, & ecõtrariò populus meus in aduerſariũ cõſurrexit: quia verbũ מול M & cõtrarium & diem heſternũ ſonat: Symmachus apertius trãſtulit vt diceret: ante vnã diẽ populus me⁹ quaſi inimic⁹ reſtitit, vt ſolueret quæſtionẽ: quòd deus non pręterita vitia imputaret populo, ſed recẽtia, & quæ quaſi die cõmiſſa viderent heſterno. Hęc iuxta Hebraicã intelligentiã: cęterũm Lxx. interpretes in hoc loco penitus ſibi nõ cohęrẽt. Ad id eñ qđ pręmiſſum eſt, in eccleſia dñi nolite flere, quæ cõſequentia eſt vt inferat: non eñ abijciet opprobria quę dicit, domus Iacob prouocauit ſpiritũ domini? Sed & illud quod ſequitur: Si hæ adinuentiones eius ſunt: nónne ſermones ei⁹ ſunt boni cũ eo, & recti ambulauerunt: ad poſteriora quid pertinent quæ dicuntur: Et prius populus meus in aduerſarium reſtitit, contra pacem ſuam: pellem eius excoriauerũt vt auferrent contritionem belli? Videtur aũt mihi, vt in loco vel difficillimo, ſic poſſe ſenſus reddi vel exprimi, ſi tamẽ prudẽs lector noſtræ rationi acquieuerit. Pręcipit itaq; eccleſię, vt nõ habeat triſtitiã & ſolicitudinẽ ſup rebus ſeculi, & dãnis quæ in hoc mũdo euenire cõſueuerunt, & dicit habitatorib⁹ ei⁹: ô vos qui eſtis in eccleſia dñi ſemp gaudete, & quicquid vobis de dei iudicijs acciderit, gratulamini: nec hoc dico quòd flere non debeatis: Beati quippe flentes, quoniam ipſi ridebunt: Sed illud admoneo: ne in his quæ ſunt ſeculi lugeatis. Si quis mortuus fuerit propinquorũ: ſi ſubſtantiam

H 1.Ioan.5.d

Luc.13.d.

I 2.Corin.12.g.

Gen.27.d Mat.8.e.

K Pſal.144.c.

Pſal.67.d

אורה 1.Eſdrę.7.a.

Luc.6.d.

A ſtantiã fiſcus inuaſerit:ſi corpus,vel podagra, vel alius quilibet morbus oppreſſerit:nolite flere:nolite lachrymas fundere: nec conſideretis præſentia,ſed futura,& aggrauamini magis quòd diutius in hoc tabernaculo mortis habitetis. Quin potius illud cauete,ne inſultetis cadentibus, & alienam ruinam veſtram ædificationẽ putetis: vnuſquiſque ſe ex ſuis viribus, non ex imbecillitate alterius metiatur. Alioqui quæ eſt iſta iuſtitia, ramos oleaſtri inſultare ramis oliuæ:qui propter infidelitatem ſuam fracti fuerunt,& dicere: domus Iacob ad iracundiam ſpiritum domini prouocauit:interficiens prophetas:idola colens:dei filium crucifigens?Qui hoc facit,non erit ab opprobrio alienus:& ea menſura qua iudicauit,iudicabitur de eo: & quomodo ipſe de peccatis loquitur corruentis: ita alius ruinæ illius inſultabit.Sequitur:Si hæ adinuentiones eius ſunt : nõne verba eius bona ſunt cum eo , & recti ambulauerunt ? Quod offendit,ait,Iudaicus populus, vt plenitudo gentium ſubintraret,diſpenſationis dei eſt, vt poſtea credente Iſraël, omnes ſalui fierent,& vniuerſi dei miſericordia indigerent. Vnde & Apoſtolus ad huius loci veniens quæſtionem:profundum ſapientiæ & ſcientiæ & iudiciorum dei, abyſſum inueſtigabilem eſſe proclamat.Si ergo adinuentiones & cogitationes dei ſunt:frangi priores ramos oliuæ, & inſeri alios de oleaſtro:non debes inſultare,ſed timere ne corruas: nec æſtimes in eo te placere deo,ſi ſermones,id eſt,ſcripturas illius legas.Tunc ſcripturæ proſunt legenti: ſi quod legitur,opere compleatur.Si loquens de ſcripturis poſſis dicere: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?Dominus quippe dabit verbum euangelizantibus virtute multa: & ſuper montem excelſum aſcende qui euãgelizas Sion, & leua vocem in fortitudine qui euangelizas Hieruſalem. Atq; hoc modo ſermones dei boni ſunt ſi ſecum ſint,hoc eſt,ſi deus non deſerat prædicantem,cuius cor labiaq; conſentiunt. Cæterũm qui confitetur labijs, & cor eius longè eſt à deo:& narrat iuſtitias eius,& aſſumit teſtamentum per os ſuum,& peccatorum ſordibus inquinatur, cum hoc non ſunt boni ſermones dei.Nec ſolum de peccatore , ſed de eo quoq; qui gratiam non habet ſpiritualem, id eſt,prophetiæ ac doctrinæ, & interpretationis maiorũq; chariſmatum:hoc dicendum eſt, quòd huiuſmodi homo ſi voluerit elementorum cauſas fideiq; ſuę reddere rationem: & quare deus qui bonus & creator eſt omniũ, ad ſolos tantum Iudæos venerit, & in vltimo iam ſeculo vocauerit nationes:non habeat ſecum bonos dei ſermones , ſed de propria imperitia etiam ea quæ bona ſunt dei verba contaminet:quæ verba rectè ambulant & rectas aures requirunt. Et hæc quidem dominus præcipit populo ſucceſſori,& eccleſiæ de gentibus congregatæ,ne inſultet generationi priſtinæ,& aliena non ſit ab opprobrijs inſultando.Refert autem ipſe qui verus eſt iudex & ſine perturbatione loquitur,quomodo in paſſione ſua Iſraël ei contrarius fuerit : & hoc fecerit non ꝙ ſuo nocere potuerit creatori, ſed ꝙ contra pacem ſuam omnia perpetrarit . Vnde & ad Hieruſalem ſermo eſt:Si ſcires ea quę ad pacem ſunt tibi.Pace autem perdita,pellem ſuam excoriauerunt: id eſt,tulerũt à ſe dei quo protegebantur auxiliũ: & quaſi nudas carnes abſq; cute & tegmine reliquerũt:vt quicquid videbatur eſſe pulchrum operiente deſuper miſericordia dei , hoc illa recedente præberet videntibus turpitudinem.Recedente autem pace & auxilio dei quia reſtiterant domino:de quo dicitur: Dominus conterens bella , dominus nomen ei : aduerſarijs ſuis reſiſtere non potuerunt , ſed in omni certamine victi ſunt,nec fuit qui contereret aduerſum eos bella naſcentia, iuxta vtramq; perſonam hoſtium vel hominum qui eos duxere captiuos:vel aduerſariorum fortitudinem qui animas eorum quotidie iugulabant blaſphemando.

Rom. 11.c

Ibidem.d.

2.Corin. 13.a.

Pſal.67.c

Eſa. 40.b

Luc. 19.f.

Iudith. 16.a.

a HEB. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum:à paruulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum.

B

C

a ¶ Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum: &c.) Interpretatio Septuaginta: ſi tamen Septuaginta eſt, Ioſephus enim ſcribit,& Hebræi tradunt,quinq; tantum libros legis Moyſi ab eis tranſlatos & Ptolemęo regi contraditos: tantum diſcordat in præſenti loco ab Hebraica veritate: vt nec capita poſſim⁹ ex æquo ponere , nec eorum ſimul ſentẽtias explicare. Quamobrem noſtra primũm tranſlatio differatur , & poſtea ad eoſdẽ veniemus. Adhuc contra populum dei ſermo eſt,cui ſuprà iam dixerat : Econtrariò populus meus in aduerſarium conſurrexit : deſuper tunicam pallium ſuſtuliſtis : quòd non ſolum hoc egerint , ſed mulieres quoq; , id eſt, matronas quondam delicatas,fecerint captiuas ire:ſiue ſub metaphora vrbes Iudææ , quas & in Eſaia filias Sion vocat , eo quòd Sion metropolis fuerit. A paruulis quoq; earum tuliſtis , inquit , laudem meam in perpetuum:nullus remanſit in populo , cunctis vel interfectis vel captis qui meos pſalmos caneret : ſed & pauci qui in Babylone ſupererant canere ſe nõ poſſe teſtantur.Quomodo,inquiunt,cantabimus canticum domini in terra aliena?Surgite itaq; & ite in captiuitatem:quia in hac terra requiem non habetis, quæ propter ſcelera veſtra polluta eſt: & mundari non poterit, niſi longum ſabbatum antea celebrarit.Propterea autem dico vobis,non habetis hic requiẽ: quia polluta eſt terra veſtra,& corrũpetur putredine peſſima:captiuitate videlicet vel Babylonica,vel Romana , eo quòd domini ſanguinem hauſerit:iuxta vtramq; enim hiſtoriæ veritatem intelligi poteſt.

Eſa. 26.a.

Pſal.136.a

D

E

F

b SEP. Duces populi mei pijciẽt de domibus deliciarũ ſuarũ: ꝓpter malas adiuentiones ſuas eiecti ſunt.

c Prõpinq̃te mõtib⁹ ęternis.

b ¶ Duces populi mei proijcientur de domibus deliciarum ſuarum: &c.) Poteſt hoc & generaliter de Iudaici populi principibus, ſacerdotibus ac phariſæis accipi, qui poſt paſſionem domini proiecti ſunt de vrbe deliciarum ſuarum,in qua prius laſciuierant propter malas adinuentiones ſuas: & ſpecialiter de ſtirpe Dauid:quia ſtatim vt natus eſt domin⁹, defecit princeps ex Iuda,& dux de fœmoribus eius:veniente cui repoſitum erat, & expectatione gentium apparente . Sed & eccleſiæ quoq; principes qui delicijs affluunt , & inter epulas atq; laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt : propheticus ſermo deſcribit ꝙ eijciendi ſint de ſpacioſis domibus , lautiſq; conuiuijs,& multo labore epulis conquiſitis:& eijciendi propter malas cogitationes & opera ſua . Et ſi vis ſcire quo eijciendi ſint , euangelium lege:In tenebras ſcilicet exteriores,vbi erit fletus & ſtridor dentium . An non confuſio & ignominia eſt,Ieſum crucifixum,magiſtrum,pauperẽ atq; eſurientẽ farſis prædicare corporibus:leiuniorumq; doctrinam.rubentes buccas,tumẽtiaq; ora proferre?Si in apoſtolorum loco ſumus,nõ ſolum ſermonem eorũ imitemur, ſed cõuerſationem quoq; & abſtinentiã amplectamur. Sanctum vtiq; eſt & apoſtolicum miniſteriũ,viduis & pauperibus miniſtrare.Nõ oportet,inquiũt, dimiſſo verbo dei miniſtrare nos menſis. At nunc nõ dico pauperes, nõ dico fratres,& qui rurſum inuitare non poſſint : ex quibus excepta gratia nihil aliud epiſcopalis ſperet manus:ſed militãtes & accinctos gladio,& iudices excubãtibus ante fores ſuas cẽturionibus & turmis militum , Chriſti ſacerdos inuitat' ad prandium.Tota clerici vrbe diſcurſant , quærunt exhibere iudicibus , quæ illi in prætorijs ſuis aut inuenire non poſſunt,aut certè inuenta nõ coëmunt . Nec verò arbitrandum quòd generaliter ad omnes hæc dirigatur inuectio : ſed ꝙ eos qui tales ſunt pulſet ſermo propheticus: & comminetur eis ſupplicia,& tenebras ſempiternas: vt qui pudore & verecundia non tenentur, agant pœnitentiam ſaltem comminatione pœnarũ.

Mat. 22.b

Act.6.a.

c ¶ Propinquate mõtibus æternis.) Aeternos montes vel angelos intelligere poſſumus vel prophetas:de quibus & in pſalmo ſcriptũ eſt:Fundamenta eius in mõtibus ſctis.Et in alio loco:Leuaui oculos meos in mõtes,vñ veniet auxiliũ mihi.Appropinquat aũt ęternis mõtibus,qui

Pſal.86.a. Ibi.120.a.

G bus qui non in peccatis ſuis à beatorum contubernio ſeparatur:quomodo Moyſes appropinquabat deo,non loco,ſed merito. Et ad eos qui appropinquabant æternis montibus,
Hie. 23.e. ipſe dominus loquebatur:Deus appropinquans ego: & non de longè. Montes autem æterni, ad diſtinctionem eorũ vocant qui non ſunt æterni: principum ſcilicet huius ſeculi montium tenebroſorum: qui cũ erecti fuerint velut cedrus Libani,tranſeuntes cum mundo: locus eorum non poterit inueniri. a ¶ Surge & ambula,quia nõ eſt tibi hic requies.) Iubemur in nullis mũdi rebus putare nobis requiẽ,ſed quaſi à mortuis reſurgentes ad ſublime tendere, & ambulare poſt dominum deũ noſtrum,& dicere: Adhęſit anima mea poſt te.
Pſal. 62.c
Ephe. 5.d. Q uòd ſi neglexerimus,& noluerimus audire dicẽtem: Exurge qui dormis & eleuare,& illuminabit te Chriſtus:dormitabimus quidẽ,ſed decipiemur:& non inueniem⁹ requiẽ:
H quia vbi Chriſtus non illuminat reſurgentem, quæ videtur eſſe requies,tribulatio eſt. b ¶ Propter immundiciã cõſumpti eſtis corruptione.) Pro eo quod nos diximus, conſumpti eſtis, poteſt iuxta Græcam intelligentiam in Latino ſonare ſermone,corrupti eſtis: vt ſit ordo, propter immundiciam corrupti eſtis corruptione. Hoc aũt ad eos dicitur, qui voluptati corporis & libidini ſeruientes, nõ ſolum animam,ſed corpus quoq; ſuũ corrumpunt, voluptatum amatores magis q̃ amatores dei. Poterat quoq; dicere, propter immũdiciam corrupti eſtis:& ſenſus etiã abſq; corruptione fuiſſet expletus. Nunc autẽ quia ait, corrupti eſtis corruptione:ad diſtinctionem mihi videtur corruptionis ſalutaris dixiſſe:iuxta quã & Apoſtolus loquitur: Et ſi is qui foris homo noſter eſt corrumpitur, ſed qui intus eſt renouat̃ de die in diem. Q ui ſemper mortificationẽ Ieſu portat in corpore ſuo,& exteriorem corrumpit hominem,& carnem imperio animæ ſubijcit,iſte corrumpitur quidẽ,ſed nõ corruptione:quia corruptio illius ſalutaris eſt. c ¶ Fugiſtis nemine perſequente.) Ad eos dicitur, qui propter immundiciam corruptione corrupti ſunt,quòd conſcientia peccatorum etiam abſq; ſupplicijs reſiſtere hoſtibus & dimicare
2.Corin. 4.d.
Deu. 20.b non audeãt. Vnde & formidoloſi in ſanctorũ prælio ne terreant mentes fratrum ſuorũ eijciunt̃ è caſtris, & ex acie re-
I pelluntur, & in maledictis Leuitici ad huiuſcemodi homi-
Leui. 26.f nes ſermo dirigitur:Perſequetur vos folij vox volantis,& fugietis nullo perſequente. Scio me in cuiuſdam cõmentarijs legiſſe,exponentis Ioannis euangeliſtæ principium : Omnia per ipſum facta ſunt,& ſine ipſo factum eſt nihil:hoc quod dicitur,nihil,ad maliciam retuliſſe:rurſumq; ipſam malicĩa interpretatum eſſe diabolum:& iſto quaſi gradu,ipſum qđ factum eſt ſine Chriſto nihil,diabolum intellexiſſe. Si igitur malicia vel diabolus nihil eſt, & fugerunt qui corruptione corrupti ſunt:nullo, id eſt, nihil perſequente, diabolus eos eſt perſequutus in nihili. Q uod ſi cui videtur nimis coactũ, & contra ſcripturæ ſimplicitatem artificio potius eloquij q̃ vera interpretatione diſſertum: vel priorem vel quã ipſe reperit expoſitionem ſequatur. d ¶ Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum,&c.) Et in hoc capite multum Lxx. interpretes ab Hebraico diſcrepant. Vnde primùm iuxta id quod nobis ab Hebræis eſt traditum exponamus: & poſtea ſi dominus voluerit de eorum tranſlatione tractabimus. O
Rom. 9.a. populeIudaice,ad quos repromiſſiones,quorum teſtamenta & lex,& ex quibus Chriſtus ſecundum carnem:cui immi nentibus Babylonijs vel Romanis dixi: Surgite & ite in captiuitatem,quoniam non eſt vobis in terra iſta requies, quæ propter immundiciam ſuam corrumpetur populatione no uiſſima:non me putetis volentem loqui, & prædicare gau-

HEB. Surgite & ite, quia nõ habetis hìc requiẽ: propter immundiciã ſuã corrũpet̃ putredine peſſima.
d Vtinã nõ eſſem vir habẽs ſpiritũ: & mendaciũ poti⁹ loquerer. Stillabo tibi ĩ vinum & in ebrietatẽ: & erit ſup quę ſtillat̃ popul⁹ iſte. Congregans congregabo Iacob:

dentem,quod venturum video : optarem & ipſe anathema Roma. 9.a
eſſe pro fratribus meis,qui ſunt Iſraëlitæ. Vtinam de meo K
ſenſu loquerer,& ſpiritum ſanctum non haberem : & inter pſeudoprophetas potius computatus,ſolus perirem,& non eſſent vera quæ dico:& tanta multitudo crederet in filium dei,& non traderetur æternę captiuitati. Verũ qa ppheta ſum, & dei ſpiritu loquor: & à diuinitate miſſus, prędico veritatẽ: Propterea ſtillabo tibi ſermonem meum in meracum vinum quod te inebriet, & corruere faciat. Me autem ſtillante & futuræ captiuitatis malum canente, populus iſte meas ſuſcipiet pluuias:hoc eſt,vult,non vult, ſuſtinere habet quæ dico. Et ne me vatem tantorum malorum arbitremini eſſe: nunc quidem veniet prædicta captiuitas:vt agnoſcatis quia in me ſermo dei loquitur,qui ad omnes prophetas ſit: quo reticente propheta non loquitur,& dicit: Veniam, & humanum corpus aſſumam:naſcar de virgine. Siue ita: Q uia L
in carnis humilitate veni,& non credidiſtis mihi:veniam in conſummatione mundi in maieſtate mea cum angelis cæteriſq; virtutibus,& tunc te totum congregabo Iacob:tunc in vnum conducam reliquias Iſraël, & cum gentium populo in ouili meo pariter copulabo : tunc te muro firmiſſimo ſepiam:& tanta erit credentium multitudo, & inter caulas poſiti gregis tumultuatio, vt vincatur numerus pecorum largitate. Ac ne ſi forſitan putes quia dixi: Ponam illum quaſi gregem in ouili, & quaſi pecus in medio caularum: de ouibus me loqui: intellige quòd oues iſtæ homines ſint. Sequitur enim: Tumultuabuntur à multitudine hominum. Tumultus,vox plurimorum eſt, & nimiæ multitudinis clamor pariter emiſſus:ne æſtimemus vnius vocem eſſe, ſed omnium communem,laudantium bonum paſtorem,qui ardua quæq; complanauerit,& ſuo æquauerit pede : dux itineris eorum ipſe ſit paradiſi ianua,& dicat:ego ſum porta: quo iter diuidente & præcedente,& vię porta,tranſibit per eum credulum pecus. Paſtor autem iſte & rex eſt & dominus. Vnde ſequitur: Et tranſibit rex eorum coram eis,& dominus in capite eorum. Q uod ſi voluerimus hæc omnia de primo aduentu eius accipere : & totum Iacob & reliquias Iſraël ad apoſtolos & eam referre multitudinem, quæ in actibus apoſtolorũ ſaluata eſt ex Iudęis,non abhorrebit à veritate expoſitio tractatoris. Hos enim verè cõgregauit do- M
minus in ouile ſuũ:& poſuit in medio caularũ: & fecit iter ante eos,& induxit eos in eccleſiam:& fuit rex eorũ coram eis:& eſt dñs in capite eorum in perpetuũ. e ¶ Spiritus ſtatuit mendaciũ &c.) Non vt pleriq; æſtimant ſpiritus ſtetit mendax:ſed ſpiritus ſtatuit mendacium, legendum eſt, qđ Græcè dicit πνεῦμα ἔστησε ψευδές hoc eſt, ὃ ψεῦδος. Q uomodo enĩ in vulneribus putridis, ne cancer ſerpat & emortuum corpus viuas carnes depaſcatur: medici ſecant vulnus & vrunt cauterio,vel puluere καυστικῷ: ita ſpiritus dei finẽ poſuit mendacio,ne vltrà populus dei pſeudoprophetarũ vocibus ſubuertat̃. Q uòd aũt ſpiritus tã in nouo q̃ in veteri teſtamento,vbicũq; ſine addimento ponit̃ in bona partẽ intelligatur:& ſæpe diximus, & nunc ex parte ponemus,ne cui dubiũ ſit: Fructus aũt ſpiritus, charitas,gaudiũ, Gal. 5.d.
pax. Et:Si ſpiritu viuimus,ſpiritu & ambulemus. Et alibi: Ibi. 6.a.
Si autem ſpiritu opera carnis mortificaueritis,viuetis. Et in Rom. 8.c.
veteri teſtamẽto dans flatũ populo qui eſt in ea : & ſpiritũ Eſa. 42.a.
his,qui calcant eam:haud dubiũ ex pręcedẽtibus quin terrã ſignificet. Q ui enim calcant terrena opera, & pedibus ſuis ſubijciũt ea:vtiq; nõ malũ, ſed bonũ ſpiritũ merent̃ accipere. Econtrariò malus ſpiritus ſemp cũ additamento legit̃,vt
ibi:Cũ aũt ſpirit⁹ immũdus exierit ab homine. Et in alio lo- Mat. 12.d.
co: Increpauit

a SEP. Sũrge & ambula, qa non eſt tibi hìc requies.
b Propter immunditiam cõ ſumpti eſtis corruptione.
c Fũgiſtis nemine perſequẽte. Spiritus ſtatuit mendacium. Stillauit tibi in vinum & ebrietatem: & erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob.

Lucę.9.c. co:Increpauit ſpiritum immundum. Et ſpiritus malus in-
1.Re. 16.c uaſit Saul:& cætera his ſimília. Spiritus ergo dei qui finem
A mendacio poſuit in pſeudoprophetis, ipſe tibi ſtillabit in
Pſal. 103.b vinum & ebrietatem. Vinum quod lætificat cor hominis:&
Cant. 5.a. ebrietatem qua inebriatus eſt Noè:& de qua dicitur: Co-
medite amici mei, & inebriamíni. Hæc autẽ omnis lætícia & ebrietas ad cõparationem ſapientiæ dei, quæ vt fluuius cœleſtem irrígat Hieruſalem: ſtilla eſt,& gutta permodica. Nec dubitabunt ſapientiæ dei ſtillam in hominibus dicere, qui
Dan. 2.g. lapidem abſciſſum de
1.Cor.1.d. monte ſine manib⁹ legerint: & fatuum dei ſapientius hominibus, & Apoſtolos quoque
Ibi.13.c. ipſos ex parte cognouiſſe, & ex parte prophetaſſe. De hac igitur ſapientia, id eſt, de ſtilla Iudaici pp̃li (non
B enim venit niſi ad oues perditas domus Iſraël) cõgregatus eſt Iacob: omnis qui ſupplãtat Eſau, & eripit primitiua ei⁹ ac benedictionẽ: & anteq̃ naſcatur adhuc in vtero poſitus, plantam piloſi fratris inuadit. a ¶ Cum omnibus ſuſcipiẽs ſuſcipiam reliquias de Iſraël.) Cùm, inquit, crediderit gentium populus, & omnis orbis ad meam fuerit fidem adductus, & intrauerit gentiũ plenitudo, tunc etiam reliquiæ Iſraël ſaluabuntur: non illæ reliquię, de quibus eſt ſcriptum
3.Re.19.d in Regnorum libro: Dereliqui mihi ſeptem milia virorum,
Rom.11. qui non curuauerunt genua Baal. Et de quibus Paulus: Ergo & in iſto tẽpore reliquiæ ſecundũ electionem gratiæ ſaluæ factę ſunt: de quibus ſuprà hic propheta teſtatur: Et erit de ſtilla populi huius, congregandus congregabitur Iacob. Sed illæ reliquiæ, quæ poſtq̃ omnes ſuſceptę fuerint, in fine ſuſcipientur à deo. Et de quibus nunc dicitur: Cum omnibus ſuſcipiens ſuſcipiam reliquias Iſraël: vt iuxta id quod ſuprà
Rom.11.d. diximus: Concludens deus omnes ſub peccato, omnibus miſereatur. b ¶ Ponam auerſionem eorũ ſicut oues in tribulatione.) Reliquias de Iſraël quas poſtq̃ omnes ſuſcepe-
C ro ſuſcepturus ſum: nunc interim quia verſi ſunt à me: ponam in tribulatione, & coanguſtabo: & faciã ſedere, ſine ſacerdote, ſine altari, & ſine propheta: vt quem per beneficia non ſenſerunt, intelligant per ſupplicia. c ¶ Quaſi gregem in medio cubilis eorum: exilient ex hominibus.) ſubauditur ponã. Non ſolum, inquit, auerſio eorũ, qua à me auerſi ſunt, ponetur quaſi grex in tribulatione, ſed poſtq̃ tribulati fuerint, & anguſtiæ tempus expleuerint, ponentur in requie, hoc eſt, in cubili ſuo. Et tunc de hominibus cõmigrabunt & tranſcendent humanę conditionis ſtatũ, & implebunt quod ſequitur: Exilient ex hominibus. Non ſolum autẽ illi exiliẽt & abibunt, ſed omnes ad quos fit dei ſermo: & qui humana vitia relinquentes, conuerſationem diuinitatis imitantur, &
Pſal.81.b. audiunt: Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes: exilient ex hominibus, & quaſi feruntur ad cœlum. d ¶ Aſcẽde per diuiſionem.) Præſens locus quaſi proprium habet exordiũ & apoſtrophen eloquij prophetalis, ad eum qui ſaluari cupit: cui imperatur vt aſcendat per diuiſionem. Quod quidem manifeſtius fiet, ſi de Geneſi ſumpſerimus exemplum: vbi naſcuntur gemini de Thamar, cum qua Iudas patriarcha cõcubuit. Factum eſt, inquit, cùm pareret & haberet ge-
Gene.38.g minos in vtero: in ipſo partu vnus protulit manum, & tulit obſtetrix & ligauit in manu eius coccinũ, dicens: Hic egredietur prior. Cùm autẽ contraxiſſet manum, ſtatim egreſſus eſt frater eius, & illa ait: Quare diuiſa eſt propter te maceria? & vocauit nomen ei⁹ Phares, quod interpretatur di-
פרץ uiſio. Et poſt hæc egreſſus eſt frater ei⁹, in cuius manu erat D
coccinũ: & vocauit nomen eius Zara: qui in lingua noſtra זרח dicitur ſemen, vel oriens. Oſtendit ergo ſenior populus, in quo erat ortus & ſemen anteq̃ de gẽtibus eccleſia naſceretur, manũ ſuam in operibus, & poſtea contraxit eam audiẽs per
Eſaiam: Manus eñ ve Eſa.1.
ſtræ ſanguine plenæ ſunt. Cumq; ille cõtraxiſſet manũ, & à iuſtitiæ ceſſaret operibus, frater eius egreſſus eſt gentiũ populus. Et propter ipſum diuiſa eſt ſepes: & deſtruxit dñs atque ſaluator, vt ille poſſet incedere, parietẽ qui erat in medio: & maceriã duos populos ſeparantẽ: & fecit vnũ gregẽ, & duos creauit i ſemetipſo in vno nouo homine faciens pacem. Vnde & obſtetrix propheticè loquens dicit ad Phares populum iuniorẽ:

HEB. Iacob: totum in te vnum conducam reliquias Iſraël pariter. Ponam illũ quaſi gregem in ouili: quaſi pecus in medio caularũ: tumultuabuntur à multitudine hominum. Aſcendit enim pandens iter ante eos: diuident & tranſibunt portam, & egredientur per eam. Et tranſibit rex eorum coram eis: & dominus in capite eorum.

Cap. III.

f ET dixi: Audite príncipes Iacob, & duces domus Iſraël: Nũquid

a SEP. Iacob. Cũm omnib⁹ ſuſcipiens ſuſcipiã reliquias de Iſraël. Põnam auerſionem eorũ ſicut oues in
b tribulatione. Quaſi gregẽ in medio cubilis eorũ: exi-
c lient ex hominib⁹. Aſcẽ-
d de per diuiſionem. Anteˢ faciem eorum diuiſerunt & tranſierunt portam, & egreſſi ſunt per eam: & exiuit rex eorum ante faciem eorum: dñs autẽ princeps erit.

Cap. III.

g ET dicẽt: Audite hæc príncipes dom⁹ Iacob, & reliq̃ dom⁹ Iſraël: Non

vt quid diuiſa eſt propter te maceria? Si intellexiſtis exemplum de Geneſi, aſcende qui ſaluari cupis: nequaq̃ per veterem populum qui manum contractam habet, ſed per nouũ in quo via Chriſtus eſt, in quo porta Ieſus: per quem ad patrem íncedim⁹: ipſe eñ ſoluit mediũ parietem & maceriã, id eſt, obſcuritatem veterũ prophetarum: & omnia antiquæ legis aperuit ſacramenta, & diſſipata incedendi difficultate, viam oculis omníũ reuelauit: vt q̃ vult pergere nullo irretiat obíce, nec obſcuritatis caligine terreat. e ¶ Ante faciẽ eorũ diuiſerũt &c.) Propterea dixi tibi: Aſcẽde per diuiſionẽ qui ſurrexiſti cũ Chriſto, & ea quæris quæ ſurſum ſunt: qa angeli ſiue pater & filius, & ſpiritus ſanctus diuiſerũt qđ vi debat obſtare: & fecerũt viã volentib⁹ ingredi: & quia apto ítinere inuaſerũt iter, nõ ſolũ ingreſſi ſunt portã, ſed & tranſierũt per eam. Ingreſſi ſunt aũt, quía & rex eorũ eandẽ ingreſſus eſt portã, & aperuit eis iter, vt abſq; vlla difficultate graderent. Ipſe eñ dñs, & rex & paſtor, & via eſt & porta: F
dicitq;: Ego ſum porta: p̃ me q̃ fuerit íngreſſus, ſaluabit: ín- Ioan.10.b.
gredíet & egredíet, & paſcua inueníet. De qua porta & alibi prophetat: Hæc eſt porta domini, iuſti intrabunt per eã. Pſal.117.c
Quicunq; aũt ingreſſus fuerit, non debet in eo ſtatu in quo intrauerat permanere: ſed egrediatur ad paſcua, vt in intrãdo exordiũ ſit: in exeundo & in paſcua reperiendo, virtutũ perfectio. Qui ingreditur, adhuc in ſeculo eſt, & ex creaturis intelliget creatorẽ. Qui aũt egreditur, tranſcendit vniuerſam creaturam, & omnibus quæ videri poſſunt pro níhilo cõputatis inueniet paſcua ſuper cœlos, & ſermone dei veſcet, & dicet: Domin⁹ paſcit me, & nihil mihi deerit: hoc Pſal.22.a.
ideo vt intelligeremus euangelicũ teſtimoniũ: Ingredíet & Ioan.10.b
egredietur, & paſcua inueniet: & quod nunc dicit per prophetam: Et tranſierũt portã, & egreſſi ſunt per eam: qui tamen tranſitus & egreſſio abſq; Chriſto rege noſtro tribui non poteſt, qui rex & dominus eſt. Statim quippe connectitur: Dominus autem princeps erit. Cap. III.

f ET dixi: Audite príncipes Iacob, &c.) Manifeſtè aduerſum príncipes Iſraël ſermo eſt, & ſub metaphora leonũ ſiue latronũ crudelitas eorũ deſcribit, q̃ ſpoliauerint pauperes, & interfecerit eos, & carnes eorũ oſſaq; cõtriuerit: & quaſi í medio ollę, ſic í vrbe Hierlm miſerabilẽ plebẽ afflixerít: & propter hęc inferat eis poſtea ſuppliciũ in die captiuitatis, vl̃ à Veſpaſiano & Tito. Et clamẽt ad dñm, & nõ exaudiat eos, & abſcõdat faciẽ ſuã ab eis: qa neqter egerint in ſcelerib⁹ ſuis. g ¶ Et dicet: Audite hęc &c.) Cum ſuperioribus hęret ſentẽtia. Suprà eñ dixerat: Dñs aũt príceps erit, & dicet: audite príci-

pes domus

G pes domus Iacob,& reliqui domus Iſraël. Pro reliquis domus Iſraël,exceptis Lxx. omnes duces domus Iſraël, tranſtulerunt. Dominus ergo qui viã fecit populo ſuo,& egreſſus eſt ante faciem eorum,& ipſe eſt princeps itineris ſimplicioris populi,quẽ gregem vocat: his qui volunt ſe pręuiũ ſequi, ſed qui ſuperbiunt,& quaſi iudices populi veſtigia illius non ſequuntur, cõminatur & dicit: Audite principes domꝰ Iacob & duces domꝰ Iſraël. Quid eſt autem quod eos cogit audire?

a ¶ Non veſtrum eſt, inquit, ſcire iudicium. &c.) Id eſt, non meremini dei ſcire iudiciũ, quod eſt abyſſus multa: & profundum iuſtitiæ eius mẽs praua nõ inuenit. Aut quomodo poteſtis ſcire iudiciũ dei, qui odiſtis bonũ & H quęritis malũ: qui deteſtamini ſanctos pauperes,& honoratis diuites peccatores? Simulq; conſiderem⁹ verborum ſignificãtiam: bona nõ amare peccati eſt, quanti ſceleris etiam odiſſe? & econtrario, ſi mala nõ fugere vitij eſt, quantæ impietatis eſt etiã deligenter inquirere? Poſt hęc deſcribitur fæuitia iudicum & in ſubiectos crudelitas.

b ¶ Diripientes pellẽ &c.) Nõ ſuffecerat ſpoliaſſe ſubiectũ gregẽ, ſed corpora quoq; eorum afflixerunt duro imperio: & oſſa eorũ contriuerunt: vt quic- I quid in eis forte fuerat, frangerẽt atq; cõtererent. Quomodo ergo illi ſpoliauerunt

HEB. Nũquid non veſtrũ eſt ſcire iudiciũ: q odio habetis bonũ,& diligitis malum? qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis: & carnem eorum deſuper oſſibus eorum: qui comederunt carnẽ populi mei, & pellem eorum deſuper excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad dominũ,& non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Hæc dicit dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populũ meum: qui mordent dentibus ſuis: & prædicant pacem: & ſi quis non dederit in ore eorum quippiam, ſanctificãt ſuper eum pręlium: propterea nox vobis pro viſione erit,& tenebrę vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper ꝓphetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies: & confundentur qui vident viſiones: & confundent diuini, & operient vultus ſuos omnes, quia non eſt reſponſum dei: veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus domini, iudicio & virtute: vt annunciem Iacob ſcelus

populum meum,& nudauerunt omni pulchritudine & decore cutis: & carnes & oſſa miſerunt in ollam feruentem, quam rex aſcendit Aſſyrius: tradentes gregem meum diabolo,& angelis eius: ſic & ipſi cùm venerit dies vltionis, clamabunt ad dominum,& non exaudientur: quia nec ipſi rogantes audierant: & extendent manus ſuas ad dominum, & deus auertet faciem ſuã ab eis: quia & illi auerterunt à precantibus vultum. Et hæc vniuerſa patientur: quia peſſimè egerunt in ſtudijs & voluptatibus ſuis: & non reges fuere, ſed tyranni: nec præpoſiti, ſed leones: neq; magiſtri diſcipulorum, ſed lupi ouium: & ſatiauerunt ſe carnibus, & incraſſati ſunt: & ſicut pinguiſſima hoſtia interfectionis & ſupplicijs domini præparati. Hucuſq; cõtra principes malos, ſequens verò ſermo aduerſus pſeudoprophetas eſt & doctores peſſimos: qui populum dei adulatione ſupplantãt, pollicentes ſcientiam ſcripturarum. c ¶ Hæc dicit dominus ſuper prophetas &c.) Legim⁹ fuiſſe pſeudoprophetas in Iſraël, qui propter dona pacem, quæ eis data nõ erat, prædicabant: & ſi quis munera non dediſſet, q̃us ſanctus eſſet, iram dei nunciarent illi eſſe venturam. Vnde nunc di-

a SEP. Nõn veſtrum eſt cognoſcere iudiciũ, qui odio habetis bonum,& quæritis
b mala? Diripiẽtes pelles eorum ab eis: & carnes eorũ ab oſſibus eorũ. Sicut deuorauerunt carnes populi mei, & pelles ab eis excoriauerunt, & oſſa eorũ cõfregerunt, & conciderunt ſicut carnes in lebete, & ſicut carnes in olla: ſic clamabunt ad dominum,& non exaudiet eos: & auertet faciem ſuam ab eis in tempore illo, eo quòd peſſimè egerunt in adinuentionibus ſuis. Hæc dicit dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum: & mordent dentibus ſuis: & prædicant ſuper eum pacem: & non eſt data in ore eorum: ſanctificauerũt ſuper eum prælium: propterea nox vobis erit pro viſione: & tenebræ erunt vobis ex diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas: & contenebreſcet ſuper eos dies: & confundentur qui vident ſomnia: & irridebuntur harioli: & loquentur aduerſum eos omnes iſti: quia non eſt qui exaudiat eos, niſi ego impleuero fortitudinem i ſpiritu domini, & iudicium & potentiam, vt annunciem Iacob impietates

citur ad eos quòd loquantur mendacia, & ſermo eorũ non K prophetia, ſed diuinatio ſit falſa: neq; habeãt lumen, ſed tenebras & errorem. Cumq; in contrarium verſa fuerint quæ promiſerant, tunc operientur confuſione, quia non erat, inquit, reſponſum dei: iam non dæmones accipient poteſtatẽ, vt eos ſua fraude decipiant: muta erũt oracula, tacebit immundus ſpiritus, & illudere non audebit. Hoc de pſeudoprophetis: rurſum oratio de ſe ipſo prophetæ loquẽtis inducit, illis falſa vaticinãtibus,& opertis cõfuſione & ignominia, Ego quæ loquor, à ſctõ ſpiritu inſtitutus loquor, & loquor iudicium dñi & virtutẽ. Cumq; pſeudoprophetæ mordeãt dentibus, & prædicẽt pacem, ego abſq; vlla formidine annũcio Ia L cob ſcelus ſuũ,& Iſraẽl peccatum ſuũ: quia pro deo vel idola venerati ſunt, vel dei filium crucifixerunt. Si autem iuxta Septuaginta quòd dicitur, de hæreticis voluerimus accipere, q verè pſeudoprophetæ ſunt: & dicunt, hæc dicit dominus: & dominus nõ miſit eos, non errabimus. Illi enim populum quondam dei errore decipiunt: & hoc faciunt, vt comedant eos: vel ſimpliciter in accipiẽdis munerib⁹, vel myſticè in occiſione animarum eorũ: & promittunt eis pacẽ & regna cœleſtia: M & dicunt, non neceſſe eſt vt viuas continenter & ſanctè: habeto fidem quam docemus,& omnia promiſſa domini cõſequẽris: quæ loquentes, magis aduerſum eos iram domini concitant,& prælium in illos ſanctificant. Quamobrem ô hæretici qui putatis habere vos prophetiam, & imitamini eccleſiã dei, vbi æſtimatis eſſe viſionem, ibi nox erit: & vbi iactatis vaticiniũ prophetale, ibi ſpiritus loquetur immundus. Occidet enim ſol iuſtitię ſuper huiuſcemodi prophetas,& videbunt tenebras ſuas & confundentur. Cumq; diuini magis q̃ prophetæ fuerint cõprobati, ridebuntur ſuper ſomnijs ſuis: & populi qui ab eis prius decepti fuerant, cõtra eos loquentur. Tunc etiã ipſi magiſtri pœnitentiã agẽt, & nemo eos exaudiet, niſi ego quem offenderãt. Et quia clemens ſum,& nolo mortem peccatoris, ſed cupio vt reuertatur & viuat: cùm exaudiero eos, dabo eis virtutẽ ſpiritus Ezec.18.g mei: & implebo eos iudicio meo & fortitudine: vt qui prius populum blandimentis decipiebant, poſtea vera annunciãdo deterreant: & ad rectam reuocent viam: & qui cauſa erroris fuerant, incipiant mederi vulneribus quæ intulerant, & eſſe occaſio ſanitatis. Animaduerte in pręſenti loco poſſe aliquem docere poſt peccatũ, ſi tamen vitia priſtina digna pœnitentia

A gna pœnitentia eluerit. Vnde & Dauid poſt adulterium &
Pſal.50. homicidiũ loquitur in pſalmo: Aſperges me hyſopo, & mũ
dabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Nec ſua tan-
tum puritate contẽtus eſt, ſed infert: Redde mihi lætitiã ſa
lutaris tui, & ſpiritu principali cõfirma me. Cũq; hoc fece-
ris: Docebo, ait, iniquos
vias tuas, & impij ad te
cõuertẽtur. b ¶Au-
dite hęc principes do-
mus Iacob &c.) Nemo
ambigit Hieruſalẽ pro
pter ſcelera quę in hoc
capitulo deſcribuntur
fuiſſe ſubuerſam: & q̃a
ſuprà vel ad iudices,
vel ad pſeudoprophe-
tas præceſſerat cõmi-
natio: Audite principes
domus Iacob, & duces
domus Iſraël: Et poſt
paucos verſiculos: Hęc
dicit dñs ſup prophe-
tas: qui ſeducunt popu
lum meum: & reliqua:
B Nũc generaliter & ad-
uerſum iudices, & ad-
uerſum pſeudoprophe
tas, & contra ſacerdo-
tes, & contra eos qui
ſibi dei pollicebantur
noticiam, prophetalis
ſermo texit, & arguit
eos quòd propter ſcelera eorum Sion quaſi ager arãda ſit:
& Hieruſalem velut aceruus lapidum corruitura, & mons
templi futurus in excelſa ſyluarum. Videmus cõpleta quæ
dicta ſunt: oris eloquium oculi probant: prophetiæ teſtis a-
Hier.26.c ſpectus eſt: hoc ipſum teſtimoniũ & in Hieremiæ volumine
ſcribitur, vbi & Micheæ prophetæ fit mentio, & Hieruſalẽ
vaſtitas prædicatur. Iudices & principes domus Iacob, &
domus Iſraël, id eſt, & duarum & decem tribuum: non ſo-
lum iudicium nõ faciebant, ſed abominabãtur illud, & om-
nia recta peruertebant: ne ſaltem parua iuſtitia remaneret
in ciuitate. Qui ædificauerunt Sion in ſanguinibus, & Hie-
ruſalem in iniquitate, rapinis pauperum, cæde inſontiũ, oc-
ciſione ſanctorum. Quòd ſi quis de principibus videbatur
iudicare q̃d erat rectum: vẽdebat magis ſentẽtiam, & in mu
neribus iudicabat. Sacerdotes quoq; nõ docebant populum,
C niſi accepto precio: & cũ dicatur ad ſanctos: Gratis accepi-
ſtis, gratis date: illi dei reſponſum accepta pecunia profe-
rentes, gratiam domini auara mercede vendebant. Et poſt
hæc mala nõ intelligentes peccatum ſuum, quaſi ſceleribus
redimerent charitatẽ dei, iudices ac ſacerdotes & prophe-
tas dei eſſe ſe memorabant: & ſecũdum impœnitẽs cor ſuũ
dicebant: Dominus in medio noſtrũ eſt, & nõ venient ſuper
nos mala. Quia igitur nõ egerunt pœnitentiã: & omnis po-
pulus ſequutus eſt principũ & ſacerdotũ prophetarũq; vi-
tia: Sion quaſi ager arabitur: & Hieruſalem ſicut aceruus la
pidum erit: & tẽplum quod prius auro argentoq; fulgebat,
in ruinas vltimas collabetur. Hæc contra populũ ludæorũ,
cuius vera captiuitas & extremæ ruinæ: & propter ſuperio
ra quidẽ ſcelera: ſed magis propter effuſionẽ dñici ſanguis
irrogata ſunt. Vnde & Sion quaſi ager arata eſt: & Hie-
ruſalẽ in tumulos verſa ſaxorũ: & tẽplum illud quondã no-
bile atq; ſublime, in extremos cineres cõminutũ eſt. Si quis
autẽ hæc quę de Hieruſalẽ dicunt, & de Sion ad eccleſiam
transferat: ipſa eſt eñ domus Iacob, & domus Iſraël: ſecun
Eſa.41.b. dum illud quod in Eſaia ſcribitur: Iacob puer meus ſuſci-
1.Tim.3.d piam eũ. Et illud ad Timotheũ: Vt ſcias quomodo te opor-
teat in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia: iſte liquidò
peruidebit, q̃ principes domus Iacob: & reliqui de domo
Iſraël: ſiue vt melius in Hebręo ſcriptũ eſt: Iudices domus

HEB. ſcelus ſuũ, & Iſraël
a peccatũ ſuũ. Audite hæc
principes domus Iacob, &
iudices domus Iſraël: qui
abominamini iudiciũ, &
omnia recta puertitis: qui
ædificatis Sion in ſangui-
nibus, & Hieruſalem in
iniquitate. Principes eius
in muneribus iudicabant:
& ſacerdotes eius in mer-
cede docebant: & prophe-
tæ eius in pecunia diuina-
bant: & ſuper dominũ re-
quieſcebant dicẽtes: Nun-
quid nõ dñs in medio no-
ſtrum? non venient ſuper
nos mala: propter hoc cau
ſa veſtri Sion vt ager ara-
bit: & Hieruſalẽ quaſi acer
uus lapidum erit: & mons
templi in excelſa ſyluarũ.
Et erit

Tomus ſextus.

Iſraël: nõ ſint alij niſi epiſcopi, presbyteri & diaconi: Qui D
niſi omni cuſtodia ſeruauerint cor ſuũ: obominabit iudiciũ
& vniuerſa recta peruertent: quãdo eñ iuxta perſonã iudi-
cant, & in diſceptatione negocij nõ valet cauſæ meritũ, ſed
reorũ potentia: nõne abominãtur iudicium, & omnia recta
peruertũt? Poteſt autẽ
& aliter accipi, q̃ prin
cipes dom⁹ Iacob, & iu
dices dom⁹ Iſraël abo-
minent deteſtẽturq; iu
diciũ: dei iudicis ſentẽ
tiã declinãtes: & omnẽ
regulã ſcripturarũ ma
lis interpretatiõib⁹ de-
prauãtes, iſti ædificant
Sion in ſanguinibus: &
Hieruſalẽ in iniquita-
te. Cũ eñ ſcriptura iu-
beat: Ne inducas im- Pſal.5.b.
piũ in tabernaculũ iu-
ſtorũ, & virũ ſanguinũ
& doloſum abominet
dñs: hi quoſcũq; de aſ-
ſeclis ſuis ordinãt cle- E
ricos, & vitam eorũ in
ſcandalũ populis expo
nẽtes: rei ſunt infidelita-
tis eorũ qui ſcandaliza-
nt. Vnde dicit expe-
dire homini, vt mola Matt.18.a
aſinaria ligetur in col-
lo eius, & pręcipitet in
profundũ, q̃ vt ſcãdalizet vnũ de minimis eccleſiæ. Cũq; ſa
cerdotes Malachias propheta angelos vocet, & os eorũ ora- Mala.2.b.
culum dñi ſit, ſine munerũ acceptiõe nõ iudicãt, legẽtes: Mu
nera excæcãt oculos etiã ſapiẽtiũ: & quaſi frenũ in ore auer Deu.16.d
tunt increpationẽ: & cũ dicat ad apſtos: Nolite poſſidere au
rũ & argentũ, neq; æs in zonis veſtris ſit: & excutiat de ſan Matt.10.a
cti viri manibus etiã labore parta pecunia, voces dñi vendi-
tant, & de columbis mercant in tẽplo. Sed & prophetę Hie
ruſalẽ in pecunia diuinabãt, neſciẽtes aliud eſſe prophetiã,
aliud diuinationẽ: nunq̃ eñ diuinatio in ſcripturis in bonã
partẽ accipitur. Nõ erit, ait, augurium in Iacob, neq; diuinatio Num.23.
in Iſraël. Videbãtur ſibi quidẽ eſſe prophetæ, ſed quia pecu d.
niã accipiebãt, prophetia ipſorũ facta eſt diuinatio. Petrus
apoſtolus: Argentũ, inquit, & aurum nõ habeo: poterat vtiq; Acto.3.a.
Simoni mago vendere, quod petebat: imò poterat ſimulare Ibidẽ.8.d.
vendentẽ: Spũs eñ ſanctus nec venũdari, nec emi poteſt: ſed F
oblatã pecuniã cũ offerẽte dãnauit. Nunc videas prophetas
Hieruſalẽ nõ habere in ore prophetiã: & in dño requieſce-
re, & dicere: Nõ venient ſup nos mala: quorũ cauſa, ſpecula-
toriũ dei hoſtili aratro diuidit: & locus quondã pacis, ruinis
plenus fit: & tẽplum domini in vepres ſpinaſq; cõuertitur,
& eſt habitaculũ beſtiarũ. Nec quẽq̃ moueat illud quod in
primo Regũ libro legimus: Saul volentẽ ire ad Samuelẽ di- 1.Reg.9.a
xiſſe puero ſuo, ad eũ ſe ire nõ poſſe: quia preciũ q̃d offer-
ret p̃ vaticinio nõ haberet: & puerũ reſpõdiſſe, ecce inuẽta
eſt in manu mea quarta pars ſicli pecunię: & dabo viro dei,
& annũciabit nobis viã noſtrã: nõ eñ ſcriptũ eſt, q̃ Samuel
acceperit: aut quòd illi obtulerint: quin potius à propheta
paſcũtur, & inuitãtur ad prandiũ. Sed fac eũ accepiſſe, ſti-
pes magis æſtimandæ ſunt tabernaculi, q̃ munera prophe-
tiæ. Siclus eñ vigiti obolos habet: & quarta pars ſicli quiq;
ſunt oboli. Et noſtri igit ſacerdotes, ſi volũt vẽdere prophe
tiã, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas dñs flagel Ioan.2.c.
lo ſubuertit: qui vtinã non precia villarũ, ſed quinq; obolos
acciperẽt. Hoc ipſum ſonat & in tertio Regnorũ libro: q̃
vxor Hieroboã infirmãte filio pergit ad Achiã hominẽ dei, 3.Re.14.a
defert ei panes & vuas paſſas, & vaſculum mellis. Dicit eñ
quid ſecũ illa portauerit: & tamẽ propheta nõ ſcribit acce
piſſe: quippe cũ & corripuerit eã, & venturũ luctũ prędixe-

Ii rit: licẽt

Grit:licèt potuerint hi qui ad hariolos ire cõsueuerant, quia multi diuini & harioli erant in Israël, mala consuetudine æstimasse ipsum etiam de prophetis: & voluisse sanctis viris offerre,quod diuinis offerre consueuerant: & tantummodo scripturam narrasse quid illi voluerint: nec tamen intulisse quòd ipsi aut offerre ausi fuerint,aut prophetæ acceperint.

1.Cor. 9.b Apostol⁹ Paulus: Qui altari, inquit, seruiunt, & de altari participãt, & viuunt. Permittitur tibi ô sacerdos,vt viuas de altari, non vt luxurieris. Boui triturãti os non clauditur. Scimus ista, & tamen licentia hac Apl's nõ abutit: & habens victũ vestimentũq; cõtentus est:nocte & die laborat manibus suis, ne cui grauis sit.

Ibidem.

2.Tes.3.b Et iurat in epistolis, se H sanctè, & sine auaricia in Christi euãgelio cõuersatũ:& nõ solum de se,sed de discipl'is quoq; suis hoc ipsum asserit:quòd nullũ miserit, qui ab ecclesijs aut posset aliquid, aut vellet accipere. Si autẽ gratu latur in quibusdã epistolis,& mittentiũ munera beneuolentiã dei appellat: nõ tã sibi cõgregat q̃ pauperibus sanctorũ,qui erant in Hierusalem. Sancti autẽ pauperes,hi erant in Hierusalẽ,qui primùm in Christo crediderant de Iudæis: & proiecti à parentibus & cognatis atq; affinibus suis,tam possessiones,q̃ vniuersam suppellectilem sacerdotibus tẽpli,ac populo vastante perdiderant. Si tales pauperes sunt,accipiant. Si autẽ sub occasione pauperũ paucæ ditantur domus,& in vitro ac vase fictili aurũ comedimus:aut cũ thesauris mutemus & vestes, aut pauper habitus nõ quærat diuitias senatorũ. Quid prodest circa collum ad abstergẽdos sudores linteolum nõ habere? Quid iuuat esse μονοχίτωνας, & præferre habitu paupertatẽ,cũ marsupiũ nostrũ vniuersa pauperũ turba suspiret? Propter hoc,causa nostri qui tales sumus: qui Sion

I ædificamus in sanguine,& Hierusalem in iniquitate:qui iudicamus in muneribus:qui mercedibus respõdemus: qui in pecunia diuinamus: & super hoc fictam nobis sanctimoniã vendicantes dicimus:nõ venient super nos mala. Audiamus sentẽtiã domini quæ sequatur:Sion & Hierusalem,& mons tẽpli speculatoriũ,& visio pacis, & tẽplum Christi in consummatione,& in fine: quãdo refrixerit charitas,& rara fides fuerit:quasi ager arabitur, & redigetur in tumulos: & erit in excelsa syluarũ,siue in custodiã pomorũ: vt vbi amplæ quondã domus erant,& absq; numero acerui frugũ: ibi vix parua sit casula seruans speciem ciborum, refectionem animæ non habentium.

HEB. Cap. IIII.

a ET erit in nouissimo dierum mons domus domini, præparat⁹ in vertice montium,& sublimis super colles: & fluent ad eum populi: & properabunt gentes multę,& dicent: Venite ascendamus ad montẽ domini,& ad domum dei Iacob,& docebit nos de vijs suis:& ibim⁹ in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum domini de Hierusalem: & iudicabit inter populos multos: & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & cõcident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones:non sumet gens aduersum gentẽ gladium:& non discent vltrà bellige-

SEP. Cap. IIII.

ET erit in nouissimis dierũ manifest⁹ mons dñi, pręparatus super verticem montium:& eleuabitur super colles: & festinabunt ad eum populi:& ibunt gẽtes multæ,& dicent: Venite ascẽdamus ad montem domini, & in domũ dei Iacob: & ostendet nobis viam suã,& ambulabimus in semitis ei⁹: quia de Sion exiet lex, & verbũ domini de Hierusalem: & iudicabit inter populos multos: & arguet gentes fortes vsq; in longinquum: & cõcident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces: & vltrà nõ tollet gens cõtra gentẽ gladiũ: & nequaq̃ discent bellige-

K Ezec.28. his sedibus:pro monte Sion mons dñi eleuatus est: de quo ad principem Tyri dicitur: Et vulneratus es in monte dñi. Iste autẽ mons dñi in nouissimo dierum ostensus,est quãdo appropinquauit regnũ cœlorũ. Siquidẽ in consummatione seculorũ in reprobationẽ peccatorũ,per hostiã suã saluator noster apparuit: & vndecima hora ad cõducẽdos operarios venit. Et cõpleta illius passione Ioannes loquit: Nouissima hora est:in sex mi libus em̃ annis,si quingenti anni p̃ horas diei singulas diuidãtur:nouissima hora cõsequenter dicetur tẽpus fidei gentiũ. Et manifestus, inquit, erit mons domini pręparatus sup̃ vertices montiũ. Manifestus erit, qui antè fuerat occultus:& pręparatus nõ solum in montibus, sed sup̃ vertices montiũ: Moysen & prophetas,qui de eo vatici nati sunt. Licèt em̃ oia sancta cõscripserint,tamen ad comparationẽ prophetiæ, in qua saluatoris aduẽtũ prophe tauerunt, humilia sunt cætera: & nequaq̃ vsq; ad verticẽ montiũ p̃tingentia. Et exaltabitur,inquit,sup̃ colles. Homo quidẽ apparuit,& formã serui accepit: humiliauit se vsq; ad mortẽ: mortẽ autẽ crucis:sed exaltauit eũ pa- Philip.2.b ter,& dedit ei nomẽ qđ est sup̃ omne nomẽ:& ad cõuersationẽ illius vniuersa vita hominũ cõparata,campi dicunt & valles. Ad hũc ergo montẽ qui præparatus est sup̃ vertices montiũ:& exaltatus sup̃ colles, festinabunt: siue vt in Hebræo habet,fluent oẽs populi:id est,in morẽ fluuiorũ turbę innumerabiles cõgregabunt. Festinabũt autẽ populi, quãdo in eũ pariter crediderint Parthi & Medi & Elamitæ,& ha- Acto.2.b. bitãtes Mesopotamiã, Iudæã,& Cappadociã,Pontũ & Asiã, Phrygiã & Pamphiliã,Aegyptum & partes Libyæ, quæ est iuxta Cyrenẽ & aduenæ Romani,Iudæi & proselyti,Cretes & Arabes. Nónne vobis festinasse videtur ad montẽ,quibus M dictum est: Sequimini me, & faciã vos piscatores hominũ: Matt. 4.c & protinus sequuti sunt saluatorẽ? Rursumq; de Iacobo & Ioanne scriptura refert: q̃ relicta naui & patre & fluctibus seculi, festinauerint ad montem. Et Matthæus publicanus audiens: Sequere me,statim cucurrerit. Sed & illud in euã- Matt.9.a. gelio,quando sequutę sunt eum turbæ multæ de Galilæa,& decapoli & Hierosolymis,& Iudæa & trans Iordanẽ,& curauit eas: festinãtes populos probat. Populis autẽ festinantibus gentes quoq; plurimæ ibunt ad montẽ: totus scilicet orbis in eum credens,& dicent ita,& ad vexillũ se patibuli mutuo prouocantes: Venite ascẽdamus in montẽ dñi. Ascẽsione opus est,vt quis ad Christũ valeat peruenire: & ad domũ dei Iacob,ecclesiã,quę est domus dei,columna & firmamentum veritatis. Porrò quod Iacob saluatorem significet, & suprà diximus:Iacob puer meus suscipiã eum. Sed & hoc dicent ad eos quibus loquuti fuerant: Venite ascendamus in Esaię.2.a. montẽ dñi,& in domũ dei Iacob: & addent: Vt ostẽdat nobis viã suã,quã vel in angelis intellige ecclesijs pręsidẽtibus, vel in scripturis sanctis,quæ viã dñi pręostendunt,& eũ qui dicit:Ego sum via. Et ambulemus in semitis eius: in apostolis scilicet,per quos in Christũ credidimus. De Sion em̃ lex egressa est spiritualis, & ad gentes dei sermo transiuit de Hierusalem,qui iudicauit inter populos multos:pater enim Ioan.5.d. omne iudicium dedit filio. Et corripiet gentes multas vsq; in longinquũ:

a Caput. IIII. ET erit in nouissimo dierum mons &c.) Quia principes Iudæorũ abominati sunt iudicium,& omnia recta peruerterãt, & ædificauerant Sion in sanguinibus, & Hierusalẽ in iniquitate:& nõ solum hæc fecerant,verùm in muneribus quoq; iudicauerant: & sacerdotes Hierusalem in mercede respõderant: & prophetæ eius in pecunia diuinauerant: & propter eos Sion, quasi ager aratus erat: & Hierusalem in tumulos lapidũ corruerat,& mons tẽpli dei desolatus in excelsa syluarum. Idcirco nunc derelicta domo eorũ atq; deserta, quãdo filius dei egrediens de templo ait:

Mar.14.e Surgite eamus hinc:& relinquet vobis domus vestra deser-
Lucę.13.g ta. Angeli quoq; Iosepho referente dixerunt: Trãseamus ex

A in longinquum : dñs enim apprehendit ſapientes in aſtutia
Pſal.93.b. eorum: & cognouit cogitationes ſapiẽtium,quoniam vanæ ſunt. Dijudicat autem inter populos qui ſalute digni ſint,& qui indigni:& in eius aduentu omne bellandi ſtudium conferetur ad pacem. In aratra gladij mutabũtur:haſtæ cudentur in falces: gens bellare deſinet contra gentem. Nemo pugnare diſcet, pugnandi neceſſitate depoſita. Tantaq; erit requies,vt nõ ſolũ in vrbibus,ſed in viculis quoque & agris ſit vnuſquiſq; ſecurus: & hoc fiet,quia os domini loquutũ eſt. Ac primũ quidem iuxta literam anteq̃ naſceretur nobis puer:cuius principat⁹ in humero eius, totus orbis plenus erat ſanguine : populi contra populos: reges contra reges, gentes dimicabant aduerſum gentes. Deniq; etiã ipſa Romana respublica bellis lacerabatur ciuilibus, Cinna & Octauio & Carbone pugnantibus:Sylla & Mario,Antonio & Catilina,Cæſare & Cneo Põpeio,Auguſto & Bruto,& eodẽ Auguſto & Antonio:in quorũ prælijs vniuerſa ſanguinẽ regna fuderunt. Poſtq̃ autẽ ad imperiũ Chriſti,ſingulare imperium Roma ſortita eſt:apoſtolorum itineri peruius factus eſt orbis, & apertæ ſunt eis portæ vrbiũ:& ad prædicationẽ vnius dei,ſingulare imperiũ
Ioelis.3.b. conſtitutum eſt. Poteſt quoq; hoc quod dicitur:Concident gladios ſuos in aratra,& haſtas ſuas in falces,& tropologicè accipi:vt dicamus ad fidem Chriſti,iram & effrenata cõuicia eſſe depoſita,vt mittat vnuſquiſq; manũ ſup aratrum, & nõ reſpiciat poſt tergum:& cõtumeliarũ iacula haſtaſq; confringens,fructus metere cupiat ſpirituales,vt laborantibus alijs nos intremus in labores eorum: & dicatur de no-
Pſal.125.a bis: Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos ſuos. Nunc nemo pugnat aduerſus alium, quia legi-
Matt. 5.a. mus:Beati pacifici. Nemo diſcit contẽdere in ſubuerſionem audientiũ,ſed ponit ſilentium ori ſuo & tacet: quia tempus
C malum eſt. Et requieſcet vnuſquiſq; ſub vite ſua,vt premat
Pſal.103.b vinum,quod exhilarat cor hominis:ſub vite illa,cuius agri-
Ioan. 15.a. cola pater eſt : & ſub ficu ſua dulcia ſpiritus ſancti poma decerpens,charitatem,gaudium,pacem,& reliqua. Hæc autem omnia accident,ſecũdum vtrãq; expoſitionẽ, quia domini verba ſunt vera:& eius dixiſſe,feciſſe eſt. Omnes populi ibunt, vnuſquiſq; in via ſua : nos verò ambulabimus in nomine domini dei noſtri in ſeculum & vltrà. Cunctis, inquiunt,nationibus euntibus iuxta errorẽ ſuum, nos ad mon
Eſaię.2.a. tem domini feſtinauimus,& diximus:Venite aſcendamus in montem domini, & in domũ dei Iacob, & ambulabimus in nomine Chriſti domini noſtri : quia ipſe eſt mons qui deus eſt. In die illa in qua lucebit ſol iuſtitiæ,congregabitur illa quę fuerat antè contrita:& quæ expulſa erat,ſuſcipietur:& ad hoc congregabit contrita,vt ponatur in reliquias & de-
Roñ.9.f. relicta in gentem fortem. Niſi enim dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen,quaſi Sodoma eſſemus,& quaſi Gomorra ſimiles fuiſſemus. Sed iuxta Hebraicũ pulchrè Congregabo,inquit,claudicantẽ, & eam quæ malè ambulauerat, &
3.Re.18.d ad quam Helias dixerat: Vſquequo claudicatis ? cuius pes
Mar.9.g. ſcandalizatus fuerat abſciſſus. Quam eieceram, & cui dederam libellum repudij,colligam: & quam afflixerã captiuitatibus varijs,vel tradiderã diabolo & angelis eius. Ac ne

HEB. belligerare:& ſedebit vir ſubtus vineam ſuã, & ſubtus ficum ſuã,& non erit qui exterreat : quia os domini exercituum loquutum eſt: quia omnes populi ambulabunt,vnuſquiſq; in nomine dei ſui. Nos autẽ ambulabimus in nomine domini dei noſtri in æternũ & vltrà. In illa die, dicit dominus , congregabo claudicantem , & eam quam eieceram colligam, & quam afflixeram:& ponam claudicantem in reliquias : & eam quæ laborauerat,in gẽtem robuſtam: & regnabit dominus ſup eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſq; in æternum.

SEP. belligerare:& requieſcet vnuſquiſque ſub vite ſua,& vnuſquiſq; ſub ficu ſua , & non erit qui exterreat : quia os domini omnipotentis loquutum eſt hæc : quia omnes populi ibunt vnuſquiſq; viã ſuã. Nos autem ibimus in nomine domini dei noſtri in æternum & vltrà. In die illa,dicit dominus,cõgregabo eam quæ contrita eſt: & quæ eiecta fuerat ſuſcipiam, & quos repuleram: & ponã contritam in reliquias: & repulſam in gentem fortẽ : & regnabit dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.

Et tu

ſtatim nobis diligens lector opponat,quomodo congregatã D
aſſeris claudicantem , & collectam eam quæ fuerat eiecta, cùm Iudæi in infidelitate permaneant ? Audiat de prima Chriſti dici eccleſia quæ credidit ex Iudæis : de qua fuerũt & apoſtoli:ſuper qua in Actibus apoſtolorũ Lucas deſcribit:quòd in vna die cre Acto.2.g.
diderint tria milia,etiã alibi quinq; milia:& de quibus Iacobus loquitur ad Paulũ: Vides fra Ibid.21.d.
ter Paule quanta milia ſint de Iudæis credentium,& omnes hi æmulatores legis ſunt. Sed & ſignificantiam conſidera prophetalem:non dixit,ponam claudicantem totam ſaluam:ſed, ponam claudicãtem in reliquias:vt reliquiæ & electio ſaluæ fiant : & eam quæ laborauerat, in gentem robuſtam:in nomen videlicet Chriſtianum:quod non gla- E
dius,non ignes,nõ tormenta ſuperabunt. Vide fidem & paſſionem martyrũ,& de robuſta gente non ambiges. Et regnabit dominus ſuper eos,id eſt, ſuper gentes multas, & ſuper reliquias claudicãtis in monte Sion:in eccleſia,in ſpecula,in contẽplatione virtutum,à præſenti ſeculo,& vſq; in futurum. Si quis autem voluerit hoc quod dicitur, congregabo eam quæ contrita fuit, & eiectam ſuſcipiam, & cætera:de anima humana intelligere: quòd antè aduentũ Chriſti varijs paſſionibus vitijſque ſeruierit: & quaſi erronea & morbida ouis luporum fuerit laniata morſibus, non errabit:dum tamen nouerit eam,quæ contrita fuerat & afflicta ſub domini poſtea regno futuram , & victuram in Sion, & ad priſtinum montem boni paſtoris humeris reportãdam. Lucę.15.a
Sciendum quoque & hoc capitulum quod nunc expoſuimus,& huic ſimile de Eſaia, Iudæos & eorum erroris hæredes ad mille annorum referre imperium Chriſti atq; ſanctorum. Et illud quod dicitur: Omnes populi ambulabunt, vnuſquiſq; in nomine domini dei ſui: ita interpretari , vnãquamq; gentem cum idolo ſuo torqueri, & mitti in ignem æterni ſupplicij. Sed ex conſequentibus arguuntur , non de F
fine ſeculorum hoc dici , ſed de primo aduentu Chriſti,in quo colliguntur reliquiæ claudicãtis,& gentes antè ſaluantur. Igitur Eſaias huiuſcemodi poſuit teſtimonium:Sermo Eſaię.2.a.
qui factus eſt ad Eſaiam filium Amos de Iuda & Hieruſalem: quia erit in nouiſſimis diebus manifeſtus mons domini,& domus dei ſuper ſummitatem montium, & exaltabitur ſuper colles : & venient ad eum omnes gentes,& ibunt nationes multæ,& dicent:Venite aſcendamus in montẽ domini,& in domum dei Iacob:& annunciabit nobis viam noſtram,& ambulabimus in ea:de Sion enim exiet lex, & verbum domini de Hieruſalem: & iudicabit inter gentes multas,& arguet populum plurimũ : & concident gladios ſuos in aratra,& zibynas ſuas in falces:& non ſumet gens contra gentem gladium,& non diſcent vltrà belligerare. Significanter hic dicitur,quòd ſermo dei egrediens de Hieruſalem,iudicet inter gentes multas,& arguet propriè populum Iudæorũ. Nos enim quaſi peccatores iuxta operũ noſtrorũ menſuram iudicabit : illos verò vt impios & negatores non iudicabit,ſed arguet condemnatos.

Commentarij primi in Micheam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN SECVNDVM SVPER MI-
cheam prophetã,ad Paulam & Eustochium,Prologus.

SEmper inuidis respondemus,quia nõ cessat inuidia:& librorum nostrorum exordia, æmulorũ maledicta confutant: qui vulgò iactant me sterilis ieiuniq; sermonis quasdam ineptias scribere:& cũ loqui nesciam,tacere nõ posse. Itaq; obsecro vos ò Paula & Eustochium,vt ad huiuscemodi latratus claudatis aures:& infantiã(vt dicunt) meã orationibus adiuuantes,impetretis mihi iuxta Apostolũ adapertionẽ oris mei: vt de scripturis loquenti adaptari possit: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Moneo autem tauros pingues,qui circundederunt me,vt quiescant & desinant maledicere,malefacta ne noscant sua:quę proferentur post si pergunt lædere. Nam quod dicũt, Origenis me volumina compilare, & contaminari nõ decere veterum scripta: quod illi maledictum vehemens esse existimant,eandem laudem ego maximã duco,cùm illum imitari volo quem cunctis prudentibus,& vobis placere non dubito. Si enim criminis est Græcorum benedicta transferre, accusetur Ennius & Maro,Plautus,Cælius & Terentius,Tullius quoq; & cęteri eloquentes viri,qui non solũ versus,sed multa capita & longissimos libros ac fabulas integras transtulerunt. Sed & Hilarius noster furti reus sit:quòd in psalmos quadraginta fermè milia versuum supradicti Origenis ad sensum verterit. Quorũ omniũ æmulari exopto negligentiã,potius q̃ istorũ obscurã diligentiã. Verũ iam tempus est alterum in Micheam librũ cudere,& renascentia hydræ capita [1] ῥοπάλῳ contundere prophetali.

Psal.67.c
Psal.21.c.
Scholiũ Erasmi vide tomo.3.folio.11.f.

H COMMENTARIORVM HIERONYMI in Micheam prophetã Liber Secundus.

a GT tu turris gregis nebulosa filiæ Sion &c.) Turrem gregis nebulosam, siue squalẽtem: quod Hebraicè dicit עפל:nullã aliam debemus accipe,ni si illam de qua Esaias ait: Et ædificaui turrẽ in medio eius: id est, vineæ. Vinea autẽ dñi domus est Israël. Hæc turris q̃diu habet torcular, id est,altare: & in circuitu maceriã: auxilia videlicet angelorum:& nõ ingreditur diabolus aper in vineam,non est squalida,non est tenebrosa:sed a dño lucente sortita vocabulũ,appellatur ciuitas,quæ in monte sita latere nõ potest. Turris igitur quondã gregis & populi dei:quia pessimi coloni interfecerũt patris familiæ filium:nunc squalida est & †destituta, & sub noïe Israël † clamat in Esaia de terra. Et hęc turris filię est Sion:siue vt Symmachus vertit in Grecũ: Ipsa est filia Siõ:& vsq; ad hãc veniet de⁹,vel potestasprima, quę potestas regnũ est filię Hierusalẽ. Venit autẽ ad hãc turrim prima potestas,siue principat⁹prim⁹:ille q̃ dixerat:Ego sum alpha & ω,principiũ & finis,prim⁹ & nouissim⁹: Et qui ex psona assũpti hominis ait in Prouerbijs: Dñs creauit me in principio viarum suarũ in opera sua : siue vt in Hebræo scribitur:Dñs possedit me.קנני eñ nõ creauit me, sed possedit me,habuitq; significat.Et venit potestas prima,& regnum filiæ Hierusalẽ,vt post primã fieret & secunda: sicut eñ ipse loquitur cõfidenter:Ego sum lux mundi:ita & discipulis suis donat vt ipsi quoq; lumẽ vocẽtur mũdi,dicitq; ad eos:Vos estis lux mũdi.Sed & vineã verã se in euangelio vocãs:de credentibus p Hieremiã loquit:Ego autẽ plantaui te vineã frugiferã totã verã.Et cũ sit panis viuus de cœlo descẽdens,discipulis dedit,vt appellent panis. Vnd & apls Paulus loquit cõfidenter: Omnes eñ vnus panis sumus. In hunc igitur modum ingreditur potestas prima & regnum in Hierusalẽ:vt & credẽtes in ea potestatẽ faciat & regnũ. Quod autẽ in quibusdã libris legit:Et ingredietur principat⁹ primus regnũ filiæ Sion, de Babylone sciamus additũ esse: quia nec in Hebręo,nec apud alios habet interpretes. Et videtur mihi quidẽ de captiuitate sensisse Babylonia,q; populus inde egrediens venerit Hierusalẽ. Sequit. Et nũc quare mœrore cõtraheris:siue vt in Lxx.scriptũ est:Et nũc quare cognouisti mala:ad quã venturus est,inquit,dñs & potestas prima & regnũ:Quare nũc mœrore cõtraheris: aut quare cognouisti mala ? Statim respõdet & dicit: Quia rex nõ est tibi,& cõsiliarius tuus perijt: quia cõprehẽdit te dolor sicut parturiẽtem. Aut certè cũ hęc oñia habeas,vitio tuo nec regis,nec cõsiliarij mereris auxiliũ.Quod autẽ ait: Quare cognouisti mala?illo sensu accipiẽdum est,q; ois qui meretur & patit mala,dicitur nosse mala,& ignorare bona. Iuxta illud qđ in primo quoq; Regnorũ libro scriptũ est: Filij Heli,filij pestilentiæ: nõ cognouerũt deũ: Et alibi: Qui custodit mãdatũ,nesciet verbũ malum.Et ad peccatores: Recedite à me,inquit dñs, qui opamini iniquitatẽ,quia nescio vos. Ecõtrariò de dño: Qui cùm nõ cognouisset peccatũ,pro nobis peccatũ fecit: subaudiẽ deus pater.Rex autẽ,& magni cõsilij angel⁹,saluator intelligit,qui perijt pro populo nõ credente:quẽ cõprehenderunt dolores sicut parturientẽ:putãs eñ Israël obtinere se imperiũ,repẽtè vastatus est.Et quomodo pariẽs dolorẽ effugere nõ potest:sic ille imminẽtẽ captiuitatẽ,& exercitum vrbi circũdatũ vitare & differre nõ potuit.Legamus scripturas,& nunq̃ inueniemus sanctas mulieres,excepta Rachel,cũ dolore peperisse:quæ quia in via erat, & in hippodromo,id est,equorũ cursu,qui in Aegyto venũdantur,filiũ peperit doloris:quẽ postea vocauit pater filiũ dextræ. Eua eiecta de paradiso & audiens: In doloribus paries:peperisse describitur in dolore. Vxor Phinees cõtracta:nec se erigẽs, sicut illa quã in euãgelio diabol⁹alligauit:peperit postq̃ captam arcã dei populiq; cognouisset ruinam. Sara autẽ quia sancta erat,& ei defecerãt muliebria,nato Isaac dicit:Risum mihi fecit dñs:quicũq; eñ audierit,cõgratulabit mihi. Dolores igitur qui obtinuerũt turrẽ gregis, dolores inferi sunt & dolores mortis:qui circũdederũt quidẽ & vallauerũt etiã saluatorẽ:sed nequaq̃ eum obtinere potuerũt:sicut ipse loquit in psalmo decimoseptimo:Circundederũt me dolores mortis,& torrẽtes iniquitatis cõturbauerunt me,& dolores inferi val-

L

HEBRAEI.

a ET tũ turris gregis nebulosa filiæ Sionvsq; ad te veniet: & veniet potestas prima,regnũ filiæ Hierusalem.

Esaiæ.5.a.
Luc.20.b
†al's,Ariel
Esa.29.a.
I
Apo.22.c
Prou.8.c.
Ioan.8.b.
Hiere.2.d
Ioan.6.d.
1.Co.10.d

'SEPTVAGINTA.

ET tu turris gregis caligosa filia Sion: ad te veniet,& ingredietur principatus: primũ regnũ de Babylone filiæ Hierusalem.

1.Reg.2.c
Eccls.8.a.
Psal.6.c.
M
2.Cor.5.d
Gene.35.b
Ibidẽ. 3.c.
1.Re.4.d
Luc.13.d.
Geñ.21.a.

A inferi vallauerũt me. Quidã putãt turrẽ ſqualentẽ,ſiue tenebroſam & filiã Hieruſalẽ, de cœleſti Hieruſalẽ intelligi,
Heb.12.f. quæ ſit mater ſanctorum:de qua & Apl's ait: Acceſſiſtis ad Sion montẽ,& ciuitatẽ dei viuentis,Hieruſalẽ cœleſtẽ:quæ tãdiu ſqualet,q̃diu filij ſui nõ reducuntur ad eam: & rex & conſiliarius non ſit in ea:& dolores ſicut parturientẽ apprehendant eã: quòd fruſtra peperit,videṡ tãtos filios interfectos. a ¶Dole & ſatage filia Siõ quaſi parturiẽs:&c.)Cui pręcipit vt doleat ſiue parturiat:& poſtea inferẽ, viriliter age:nõ fruſtra pręcipit,ſed vt dolores patiẽter ferẽs:egrediat de ciuitate, & habitet in cãpo ſiue in regione, & veniat vſq; ad Babylonẽ:& cũ pro peccato ſuſtinẽs captiuitatẽ fortiter tulerit qđ illatũ
B eſt,tunc liberet eã dñs, & redimat de⁹ ſuus de manu inimicorũ ſuorũ: vt poſtq̃ fuerit liberata,inſultãtib⁹ dicat:No
Infrà.7.b. li inſultare mihi inimica mea quia cecidi, reſurgã:& ſi eñ ambulauero in tenebris,dominus lux mea eſt:irã dñi ſuſtinebo: qm̃ peccaui ei,donec iuſtificet cauſam meã, & faciat iudiciũ meũ, & educat me in lucẽ,& videbo iuſtitiã eius,& aſpiciet inimica mea,& operietur ignominia. Vnde & in pſalmis congrua voce
Pſal.102.b cantat:Nõ in perpetuũ iraſcetur,neq; in æternũ cõminabit dñs.Quòd autẽ: Dole, & viriliter age:ad ſalutẽ dolentis pertineat,& agentis viri-
Ioſuę.1.b. liter:Ieſus quoq; filius Naue teſtis eſt,cui dñs dicit: Cõfortare, & viriliter age. Dolet autẽ & agit viriliter filia Sion:
C quia excalciata & nuda egreſſa eſt de ciuitate,& captiua ducenda eſt in campum Sennaar,& futura in Babylone donec Zorobabel veniat,& Eſdras qui interpretatur adiutor:& de manu Chaldæorũ liberet eam.Quod cũ iuxta literã manifeſtum ſit,intelligere mihi videt,animã propter peccatũ de eccleſia pulſam, & inimico & vltori cõtraditã in interitum carnis,vt ſpũs ſaluus fiat,exire de ciuitate:quã fluminis impetus lętificat:& habitare nõ in monte,vbi prius fuerat:ſed in cãpo,in quo Aſſyriorũ vagat exercitus,& eſſe in cõfuſione vitiorũ ſuorũ:& poſtq̃ habuerit cõpedes,& traxerit molam, farinam Babylonijs fecerit, in ſemet reuerſam dicere:
Luc.15.d. Quãti mercenarij patris mei ſaturãtur panibus, & ego hio fame pereo: & ad paternã domũ poſtea reuertẽtẽ ſuſcipi à clemẽtiſſimo patre,& redimi de manu duriſſimi dñi.Ponamus exẽplũ,vt qđ imperat filiæ Sion,& dicit:Dole & viriliter age quaſi pariẽs:nõ ad pœnã, ſed ad vtilitatẽ illius referamus.Loquit Paulus ad Galatas:Filioli mei quos iterum
Gala.4.c. parturio,donec Chriſtus formetur in vobis.Et tãdiu doluit q̃diu parturiuit: donec eos rurſum p pœnitẽtiã generaret, qui p delictũ perierãt.Puta medicũ febricitãti,vel vulnerato dicere: Dole & viriliter age,ſuſtine ſitim,porta cauteriũ, vt certior ſanitas conſequat. b ¶Et nũc cõgregatæ ſunt &c.) O Hieruſalẽ,ô filia Sion,quę venies vſq; Babylonẽ, &

HEB. ſalem. Nunc quare mœrore cõtraheris? nũqd rex nõ eſt tibi,aut cõſiliarius tuus perijt:quia comprehendit te dolor quaſi
a parturiẽtẽ? Dole & ſatage filia Sion quaſi parturiẽs: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione:& venies vſq; ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te dominus de manu inimicorũ tuorum.
b Et nũc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ quę dicũt:lapidetur & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autẽ nõ cognouerũt cogitationes domini: & nõ intellexerunt cõſilium eius: quia cõgregauit eos, quaſi fœnũ areę. Surge & tritura filia Sion:quia cornu tuum ponã ferreum,& vngulas tuas ponã æreas:& cõminues populos multos:& interficies domio rapinas eorũ: & fortitudinẽ eorũ domino vniuerſæ terræ.

Caput. V.

c NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionẽ poſuerũt ſup nos: in virga

ſibi liberaberis:& redimet te dñs de manu inimicorũ tuorũ: D nunc interim cõgregatæ ſunt ſup te gẽtes multæ,quæ quaſi de adultera loquunt,& dicũt:Lapidetur, & aſpiciat in eam oculus noſter.Siue vt in Lxx.ſcriptũ eſt:inſultemus & gaudeamus,& deſpiciãt ſup Sion oculi noſtri:& nõ cognouerũt

SEP. ſalem. Et nũc quare cognouiſti mala: nunquid rex nõ erat tibi:aut cõſiliũ tuum perijt:quia obtinuerũt te dolores ſicut parturiẽtẽ? Dole,& viriliter age filia Sion,quaſi pariẽs: qa nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in cãpo:& venies vſq; ad Babylonẽ:inde liberabit te: & inde redimet te dñs deus tuus de manu inimicorũ tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes multæ dicentium:inſultemus & videant in Sion oculi noſtri: ipſi autẽ neſcierũt cogitationes dñi:& nõ intellexerũt conſiliũ eius:quia congregauit eos, vt manipulos areæ. Surge & tritura eos filia Sion:quia cornua tua ponã ferrea, & vngulas tuas ponã æreas: & cõminues populos multos:& vouebis domino multitudinem eorũ,& robur eorũ domino vniuerſæ terræ.

Caput. V.

NVnc obſtruetur filia obſtructione: angustiã poſuit ſup nos: in virga

dñi volũtatẽ atq; conſiliũ:quia propterea aduerſum te congregatæ ſint nationes vt cõteras eas, quaſi fœnũ vel ſtipulã areæ.Surge igit filia Sion,& in cornibus ferreis, quæ tibi dare me ſpondeo: atque in vngulis ęreis,quas acceptura es vẽtila & cõtere populos,& interfice eos dño vniuerſæ terræ.Tali eñ victima & tali ſacrificio delectat. Hæc Iudæi, necdũ expleta cernẽtes,in futuro ſibi Chriſti pollicentur aduentu: & dicunt vniuerſas natiões Iudaĩco populo ſeruituras: ipſũq; imperiũ Romanorum, qđ ſub nomine E interpretant Edom, cõterẽdũ eſſe vngulis ſuis & cornib⁹ vẽtilandũ. Quod q̃ ſtultum ſit,ex oĩbus ſcripturis facilè cõprobat:ſed hoc alterius tẽporis eſt.Nos ergo q nõ occidẽtẽ literã,ſed ſpm̃ viuificantẽ ſequimur,dicim⁹ aduerſum filiã Sion,quæ interpretat eccleſia, multas natiões dæmonũ cõgregari: & in præſenti ſeculo,quod in maligno poſitũ eſt, inſultare,& in occiſione filiorũ eius gaudere, neſcientes cogitationes dñi: nec eius cõſiliũ agnoſcẽtes. Si eñ cognouiſſent, 1.Cor.2.b nunq̃ dñm maieſtatis crucifixiſſent. Congregabit itaq; eos quaſi manipulos areæ: vt quicquid ſpinoſum habere videbãtur & aſperũ,vacuũq; & leue,vngulis ſuis cõterat,& cornibus vẽtilet:& purũ remanẽs frumentũ,in dñi offerat donaria.Quid autẽ in eo ſignificet quod ait:Et cõminues populos multos,& cõſecrabis dño multitudinẽ eorũ,& robur eorũ dño vniuerſę terrę:Legam⁹ Numeros,& Ieſum Naue, & primũ Regnorũ librũ:& videbimus quomodo de ſubiectis gẽtib⁹,cũ vniuerſa perierint in ore gladij aurũ & argẽtũ, & tã de hominib⁹, q̃ de iumẽtis certus prædæ numerus dño cõſecrat⁹ ſit. Deniq; & Achor qui de anathemate Hie- Ioſuæ.7.a rico aliquid eſt furatus cõturbauit populum: & ex peccato valli nomẽ impoſitũ eſt,Emek Achor:id eſt, vallis tumult⁹, עֵמֶק עָכוֹר ſiue turbarũ.Vt autẽ ſcias iuxta Lxx. interpretes,qui dixerunt:cõſecrabis domino multitudinẽ eorũ, & robur eorum dño vniuerſę terrę:in bonã partẽ debere accipi cõſecrationẽ:Theodotio p multitudine,munera trãſtulit:id eſt, δῶρα: quinta æditio,emolumentum:id eſt, ὠφέλημα:Symmachus, lucrum eorum:id eſt τὸ κέρδος αὐτῶν. Cap. V.

c NVnc vaſtaberis filia latronis:obſidionẽ poſuerunt ſup nos &c.tribus Iſraël &c.) Nõ quòd vna trib⁹ percutiat maxillã alterius: ſed quod alij pcutiant tribus Iſraël in maxillã.Pollicit⁹ quidẽ tibi ſum ô filia Siõ, quòd vẽturũ ſit tẽpus quo cornu tuũ ponã ferreũ: & vngulas tuas æreas: & cõminuta dæmonum multitudine offeras

G quicquid illi antè possederant,dño vniuersæ terræ.Sed quia
Rom.11.d hoc tunc futurum est qñ subintrauerit gentiũ plenitudo,&
oĩs Israël saluatus fuerit: nunc interim pro meritis tuis va-
stare:siue vt in Hebræo habet,cõcidere. Nequaq; eñ iuxta
Philip.3.a Apostolũ vocaris circũcisio:sed cõcisio,nec te appello filiã
meã, sed latronis filiã:
quod Hebraicè dicitur
בת גדוד:id est diaboli
ad prędandũ semp ac-
Matt.21.b cincti. Feci sti eñ do-
mũ meã spelũcã latro-
nũ : repugnasti aduer-
sum me:& filij tui obsi
dionẽ posuerunt super
me: & super filium, &
spiritũ meũ.An nõ cõ-
tumelia trinitatis est:
qñ in virga & calamo:
te faciẽte, pcussere Ro
mani caput iudicis Is-
Mat.26.g raël,dicẽtes:Prophetí-
za nobis Christe : quis est qui te percussit:siue qñ vnus de
Ioan.18.d. ministris tuis percussit eum in maxillã,dicẽs:Sic respondes
pontifici?Hoc iuxta hebraicum: cui interpretationi Aquila
& Symmachus & Theodotío,& æditío quinta consentiunt.
H Iuxta Lxx,autem multo aliter sensus est:& quasi à proprio
intelligitur exordio.Nunc obstruitur synagoga obstructio-
ne:& dicent qui in ea clausi fuerint: Angustiã posuit super
nos:& Romanis potestatibus subditę,percutiẽtur in maxil-
Esaię.3.a. la tribus Israël.Abstulit eñ dñs de Iudęa & de Hierusalẽ,
fortẽ & validũ,& sapientẽ architectũ,& intelligentẽ audi-
torem:& viæ eius vsq; hodie clausæ sunt & obseptæ:nec po
test egredi de captiuitate:sed durissimo premitur imperio.
Si autẽ iuxta superiorẽ sensum voluerimus de ecclesia dictũ
accipere:Nunc obstruetur filia obstructione: illud de Osee
Osęę.2.a. proferamus exẽplum: in quo adultera loquit: Vadam post
amatores meos qui dabant mihi panes meos , & aquã meã,
& vestimẽta mea,& linteamina mea,oleum meũ,& oĩa quæ
mihi prosunt. Et postea deus volens impedire cogitationẽ
pessimã: nõ eã facit quod desiderat adimplere:sed obstruit
vias eius,ne cõsequatur amatores suos,& amplius fornicet.
Ibidem se- Ait quippe:Propterea ecce ego obstruã vias eius in sudib9:
cũdũ Lxx. & obsepiã vias eius:& semitã suã nõ inueniet: & persequet
amatores suos,& nõ apprehẽdet eos:& quęret eos,& nõ in-
ueniet,& dicet:Vadã & reuertar ad virũ mẽũ priorẽ : quia
I eñ nõ inueniẽs viam suam,nec valens pergere quò volebat:
necessitate obstricta ad maritũ reuertitur priorẽ: & confi-
tetur,melius sibi in domo vîri esse prioris : q̃ quondã apud
amatores suos fuerat:tribulationibusq; & plagis Israël eru
ditur. Vnde & ad Dauid sub typo Christi mysticè dicitur:
Psal.88.c. Si dereliquerint filij eius legẽ meã,& in iudicijs meis nõ am
bulauerint : si iustitias meas prophanauerint, & præcepta
mea nõ custodierint:visitabo in virga iniquitates eorũ,& in
flagellis peccata eorũ,misericordiã autẽ meã nõ dispergam
ab eo.Tribulationẽ ergo posuit deus super filiam Israël:&
percutient eã angeli,qui plagis prępositi sunt in maxilla.Ac
ne fortè nescires quę esset filia quę obstruitur obstructione,
& ponitur in angustia, statim infertur, & dicitur,tribus Is-
raël. Nos autẽ sumus Israël qui mente cernimus deum, ad
1.Co.10.d quorũ distinctionẽ Apls loquit: Videte Israël secũdum car-
nem:nunq̃ eñ vocaret carneũ Israël,nisi sciret esse etiã spi-
ritualẽ. a ¶Et tu Bethlehem Ephrata &c.) In euangelio
Matt.2.d. secũdum Matthęũ,cũ Magi de Oriẽte venissent,& Herodes
à scribis quęreret,vbi nã Christus dominus nasceretur, re-
spondisse narrãtur:Jn Bethlehem terra Iuda:qui prophetæ
testimoniũ addentes, dixerunt:Et tu Bethlehem terra Iuda,
nequaquam minima es in ducibus Iuda:ex te enim egredie-
tur dux,qui regat populum meũ Israël. Quod testimoniũ,
nec Hebraico,nec Septuaginta interpretibus conuenire, me
quoq; tacente perspicuum est : & arbitror Matthæum vo-

HEB. in virga percutiẽt maxillã iudicis Israël. Et tu Bethlehem Ephratha paruulus es in milibus Iuda:ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israël,& egressus eius ab initio à dieb9 æternitatis. Propter hoc dabit eos vsq; ad tẽp9 in quo parturiẽs pariet, & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israël. Et stabit

SEP.in virga pcutiẽt sup maxillã tribus Israël. Et tu Bethlehẽ dom9 Ephratha nequaq̃ minima es vt sis in milib9 Iuda:ex te mihi egredief, vt sit in principẽ Israël , & egressus eius ab initio ex diebus seculi. Propterea dabit eos vsq; ad tempus parientis , pariet & reliquiæ fratrũ reuertentur ad filios Israël. Et stabit

lentem arguere scribarum & sacerdotum,erga diuinæ scri- K
pturæ lectionem negligentiam,sic etiã posuisse,vt ab eis dic-
tum est. Sunt autem qui asserant,in omnibus penè testimo
nijs quæ de veteri testamento sumuntur,istiusmodi esse er-
rorem, vt aut ordo mutetur,aut verba , & interdum sensus
quoq; ipse diuersus sit,
vel apostolis, vel euan-
gelistis nõ ex libro car
pẽtibus testimonia,sed
memoriæ credentibus
quæ nonnunq̃ fallitur.
Exponamus ergo He-
braicum:Et tu Bethle-
hem,id est,domus pa- בֵּית-לֶחֶם
nis,quæ vocaris Ephra
tha,minima quidem es
in ciuitatibus Iuda , &
tantis milibus compa-
rata vix paruus es vi-
culus,sed ex hoc paruo
vículo egredietur Chri
stus,qui est dominator in Israël. Ac ne putes eum de gene- Psal.131.b.
re Dauid tantũ esse,cui repromisi,dicens:De fructu ventris
tui ponam super sedem meã:carnis assumptio diuinam non
impedit maiestatem:de me enim natus est ante omnia secu- L
la,& tẽporum conditor in tempore nõ tenetur. Ipse est cui Ibí.109.a.
& in alio psalmo dixi: Ante Luciferũ genui te.In principio Ioannis.1.
enim erat verbum,& verbum erat apud deum, & deus erat
verbum,Hoc erat in principio apud deũ. Et idcirco egres-
sus eius ab initio à diebus ęternitatis.Quòd autẽ Bethlehẽ
ipsa sit Ephratha,liber Geneseos ostẽdit,ĩ quo scriptura cõ
memorat:Mortua est Rachel,& sepulta in via Ephrata,hęc Geñ.35.c.
est Bethlehem. Et in vtroq; nomine significat sacramẽtum:
Domus enim panis dicitur, propter panem viuum , qui de Ioan.6.d.
cœlo descendit. Et Ephratha,quod interpretatur furorem, אֶפְרָתָה
propter Herodis insaniam , quia illusus à Magis iratus est
valde:& mittẽs vniuersos occidit infantes in Bethlehem,&
in omnibus finibus eius à bimatu & infrà,secũdum tempus
quod exquisierat à Magis:& propter plurimũ sanguinẽ au- Hier.31.c.
dita est vox in excelso,planctus & vlulatus Rachel flentis li
beros suos.Legimus iuxta Lxx.duntaxat interpretes,in Iesu
Naue,vbi tribus Iudæ vrbes & oppida describuntur,inter Iosuę.15.
cætera etiã hoc scriptũ,Thæco,& Ephratha, hæc est Beth-
lehem, & Phagor,& Aetham,& Culon,& Tami,& Soris,&
Caræm, & Gallim, & Bæther, & Manocho ciuitates vnde-
cim,& viculi earum,quod nec in Hebraico,nec apud alium
inuenitur interpretem,& siue de veteribus libris erasum sit
malitia Iudæorum,ne Christus de tribu Iuda ortus videre- M
tur,siue à Septuaginta additum,nequaq̃ liquidò cognoscen
tes,certum quid nouimus. Nihilominus & de libro Iudicum
hoc ipsum possumus approbare quòd Bethlehem in tribu
Iuda sit,scriptum est eñ:Et fuit vir Leuites habitans in la- Iudi.19.a.
teribus domus Ephraim,& accepit sibi mulierem concubi-
nam de Bethlehem Iuda,& irata est ei cõcubina sua,& abijt
in domũ patris sui in Bethlehem Iuda. Pulchrè autem di-
citur, in Bethlehem Iuda: ad distinctionẽ eius Bethlehẽ quę
in Galilæa sita est,sicut in eodem Iesu volumine reperi. Po-
test Ephratha in lingua nostra sonare,καρποφόρον,vberem
atq; frugiferam,& id ipsum ostendere in mysterio,quod &
domus panis. b ¶Propter hoc dabit eos &c.) Quia de
Bethlehẽ quæ est Ephratha egressus ẽ Christus dominator
in Israël:& egressus eius nõ eo tantum fuerat tempore quo
visus in carne est,sed ab initio æternitatis, siue ab initio se-
culi:Quia semper ipse locutus est per prophetas,& sermo
dei factus est in manu eorum : Ideo dabit Iudæos, eosq; re-
gnare permittet vsq; ad tempus parientis,quãdo completur
illud : Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ Esa.5.4.a
non parturis,quoniam multi filij desertæ magis quàm eius scdm Lxx.
quæ habet virum.Cũ enim sterilis pepererit septem,& quę
multos habuerat filios,fuerit infirmata,& delicto populi Iu
daici,plenitudo gentium subintrauerit:tũc oĩs Israël saluus
fiet,&

A fiet,& reliquię fratrũ eius ad filios Iſraël cõuertẽtur,& ad-
אֵלֶיהָ ueniens Helias propheta quod interpretatur, deus dñs,con
Lucæ.1.b. uertet corda patrum ad filios,& cor filiorũ ad patres ſuos:
& nouiſſimus populus iungetur antiquo,vt verè filij Abra-
Ioan.8.g. ham appellentur,cũ in eum crediderint quem vidit Abra-
ham,& lętatus eſt. Q đ
eſt autem tẽpus in quo
ſterilis pariet? Vt reor
illud de quo Eſaias lo-
Eſa.49.c. quitur: Tempore acce-
ptabili exaudiui te, &
in die ſalutis auxiliatus
ſum tibi. Q uod & Pau
lus intelligens de Chri
ſti tẽpore prædicatũ,
2.Cor.6.a ait: Ecce nunc tempus
acceptabile, ecce nunc
dies ſalutis. Hoc ipſum
puto & illud myſticè
demonſtrari, quod in
Eccleſiaſte ſcriptũ eſt:
Eccl's.3.a. Tempus pariendi,& tẽ
pus moriendi: quòd eo
tempore quo ex ſterili
B natus eſt gentilium po
pulus,filios amiſerit ſy
nagoga. Poteſt autẽ &
aliter intelligi: Dabit
dominus tẽplum & Hieroſolymã,& Iudęos vſq; ad illud tẽ
pus quo virgo pariet,quæ poſtq̃ peperierit,& natus paruu-
lus acceperit ſpolia Samarię,& virtutẽ Damaſci,interfecto
populo Iudæorũ,reliquię Iſraël ſaluabũtur. Et fratres Chri
ſti,id eſt apoſtoli cõuertẽtur ad prophetarũ & patriarcha-
rum fidem,qui venturũ Chriſtũ annũciauerũt,& cõplebitur
Pſal.44. pſalmi vaticiniũ: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: & cæ-
d. tera quæ ſequuntur. a ¶Et ſtabit & paſcet in fortitudi-
ne dñi &c.) Poſtq̃ ſol iuſtitiæ egreſſus fuerit à ſummitate
cœlorũ,& peruenerit vſq; ad terminos eorũ,& pepererit pa
riens & reliquię fratrũ eius cõuerſæ fuerint ad filios Iſraël:
tunc ipſe dominus qui prius ambulabat,& cũ his qui in iti-
nere erant poſiti, necdum habebat fixum gradum: ſtabit &
Pſal.22.a. paſcet eos in fortitudine domini,vt poſſint dicere: Dominus
paſcit me,& nihil mihi deerit: in loco paſcuæ,ibi me collo-
cauit,ſuper aquas refectionis enutriuit me: animã meã con-
uertit. Paſcet autẽ eos,nõ ſolũ in fortitudine domini, ſed &
in ſublimitate nominis domini dei ſui: quando dicit ad pa-
Ioã.17.b. trem: Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mi-
C hi,vt ſint vnum ſicut & nos: quãdo eram cũ eis, ego ſeruabã
eos in nomine tuo: quos dediſti mihi, cuſtodiui,& nullus ex
his perijt. Et conuertentur, ſiue vt melius interpretatus eſt
Symmachus, habitabũt. יָשְׁבוּ enim verbũ Hebraicũ vtrunq;
ſignificat. Habitabunt autẽ in eccleſia domini, quia magni-
ficatus eſt Chriſtus ad terminũ terræ. Siue iuxta Lxx. quia
magnificabuntur ipſi cum paſtore ſuo vſq; ad extremũ ter-
Pſal.18.a. ræ: vt In omnẽ terrã exeat ſonus eorum,& in fines orbis ter
ræ verba eorum. b ¶Et erit iſte pax &c.) Q uãdo vene
rit diabolus, qui interpretatur εὐθώωμ: id eſt, arguens atq;
corripiens ſuper terrã regionemq; credẽtium,& eorũ quos
paſcet dñs in fortitudine,& in ſublimitate nominis dñi dei
ſui,& eos calcauerit tribulationib⁹ varijs,& domos anima-
rum noſtrarũ,id eſt, corpora quaſi ſuperbus aſcẽderit atq;
depreſſerit,& tamẽ nihil nos à Chriſti charitate ſeparauer-
it. Tunc Chriſti pax: ſiue ipſe Chriſtus erit in nobis,& di-
cetur de ſancto, nihil proderit inimicus in eo. Ponamus exẽ
plum: vt quod dicimus poſſit manifeſtius fieri. Venit Aſſy-
2.Co.11.e rius ſuper terrã quondã Pauli: & aſcendit ſuper regionem
eius quãdo fuit in laboribus ſupra modũ: in plagis abũdan-
tius: in carceribus nimis: in mortibus frequẽter: quãdo à Iu-
dæis quinquies quadragenas vna minus accepit: ter virgis
cæſus eſt: ſemel lapidatus eſt: nocte & die in profundo ma-
ris fuit: in periculis latronum: periculis in falſis fratribus,

a HEB. Et ſtãbit & paſcet in fortitudine domini, in ſublimitate nominis domini dei ſui: & conuerten tur, quia nunc magnificabitur vſq; ad terminos ter
b ræ. Et erit iſte pax: Aſſyrius cũ venerit in terram noſtrã, & quando calcauerit in domibus noſtris. Et
c ſuſcitãbimus ſuper eũ ſeptem paſtores, & octo primates homines: & paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur cùm venerit in terram noſtram, & cùm calcauerit in finibus noſtris. Et erunt

SEP. Et ſtabit, & videbit, & paſcet gregẽ ſuũ in fortitudine domin⁹, & in gloria nominis dñi dei ſui erunt, quia nũc magnificabuntur vſq; ad terminos terrę. Et erit hęc pax: Aſſyrius quãdo ſuperuenerit in terram veſtram, & cùm aſcẽderit ſuper regionem veſtrã. Et conſurgent ſup eum ſeptem paſtores, & octo morſus hominum: & paſcent Aſſur in gladio, & terram Nemroth in fouea eius: & liberabit te Aſſur, cùm venerit ſuper terram veſtram, & cũ aſcẽderit ſup terminos veſtros. Et erunt

periculis ex genere, periculis ex gentibus: ſed in his omnibus vincebat propter illum qui dilexerat eum. Et ideo implebatur pace, quia impletus fuerat contumelijs. Iudæi in aduentu Chriſti, quem ſibi ſimulant: hæc omnia iuxta literã futura eſſe contendunt. c ¶Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptẽ paſtores: & octo primates homies &c.) Vbi nos poſuimus primates homines: & in Hebraico ſcriptũ eſt, אָדָם נְסִיכֵי: Symmachus interpretatus eſt ἀνθρώπους hominũ: Theodotio & quinta ęditio, principes hominũ: Aquila graues, vel conſtitutos, homines: id eſt, κατεσταμμένους. Rurſum in eo vbi ego & Aquila tranſtulimus, in lanceis eius, vt ſubaudiat terræ Nemroth: Symmachus vertit, ἐν τοῖς πυλῶν αὐτῆς): id eſt, intra portas ei⁹: Theodotio, ĩ portis eorum: Q uinta ęditio, ἐν παραξίφεσιν αὐτῶν: quod nos poſſumus dicere, in ſicis eorum: In Hebræo autem poſitum eſt בִּפְתָחֶיהָ. Tunc igitur erit pax: cũ reliquiæ fratrum Chriſti conuerſæ fuerint ad filios Iſraël: & venerit Aſſyrius in terram noſtrã, & adiuti à domino, eum qui noſtras domus calcare cupiebat, velociter contriuerimus ſub pedibus noſtris. Ipſe enim dominus ait: Suſcitabimus ſuper eũ ſeptẽ paſtores: & octo primates hominũ, vel morſus hominũ. Suſcitabimus autem ego & filius meus & ſpiritus ſanctus, iuxta illud quod in Geneſi ſcriptum eſt: Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. Et in Abdiæ principio: Surgite & aſcendamus aduerſus eam in prælio. Septem paſtores, omnes patriarchas & prophetas & ſanctos viros arbitror eſſe: qui hebdomadi, id eſt, veteri ſeruierint inſtrumento. Octo autem morſus hominũ, ſiue octo primates homines, & vt Symmachus interpretatus eſt, χριστοὺς, vniuerſos noui teſtamenti, qui ab apoſtolis vſq; ad hanc ætatem momorderint Aſſyriũ, & ſuis dentibus lacerauerint. Vnde & in Eccleſiaſte præcipitur: vt demus partes ſeptem, demus & octo. Et in templo Ezechiel, quod interpretatur eccleſia & cœleſtis Hieruſalem, ſeptem & octo gradibus aſcenditur. Et in pſalterio quindecim gradus ſunt quibus per hebdomadẽ & ogdoadem ad canendas deo laudes ſcandimus. In octaua die celebratur circũciſio ſpiritualis, & in templo Iudæorũ deſtruitur ſabbatum, & quidam pſalmi pro octaua inſcribuntur: Iſti igitur ſeptem paſtores & octo morſus hominũ, paſcent Aſſur in gladio. Viuens enim & efficax ſermo dei, & acutus ſuper omnẽ gladium bicipitem: miſſus eſt ab eo qui venit gladiũ mittere ſup terrã, vt diuidantur duo in tres. Et terrã Nemrod: qui interpretatur, tẽtatio deſcendens: paſcẽt in fouea eius: gigãtis eſt & venatoris & ſuperbientis cõtra dominũ terra: nõ eſt in mõtibus, ſed in foueis. Iſte cecidit quaſi fulgur de cœlo, & ſemper verſatur inter beſtias, & quia venator eſt, infructuoſa ligna luſtra & ſyluas. Q uantũ ego poſſum in mea recolere memoria: nunq̃ venatorẽ in bonã partẽ legi. Iſmahel & Eſau venatores fuerũt, & pręceſſerũt in typo populi Iudaici: quorũ alter filius Aegyptiæ eſt, ambulãs iuxta carnẽ & iuxta carnẽ viuẽs. Alter primitiua ꝓpter lenticulam perdidit, & benedictionib⁹ fratris inuidens, fugat eum in Meſopotamiam. Redacta ergo terra Nemrod in foueis ſuis: Q ui eñ fodit foueã, incidet in eam: & qui lacum aperuit & effodit eum, incidet in foueã quam fecit: & reuertetur dolor eius in caput eius: & ſuper verticem eius iniquitas eius deſcendet. Et cõfoſſo Aſſyrio à ſeptem pa-

Ecclʼs.11.a Ezech.40 Hebr.4.b Matt.10.d נִמְרוֹד Gen.16.& 27. Pro.26.d. Pſal.7.d.

G ptem paſtoribus,& octo morſibus:liberauit nos Chriſtus de manu Aſſur : qui venerat ſuper terrã noſtrã,& calcare cupiebat terminos Iſraël. Quòd autẽ Symmachus ait: Et paſcent terram Aſſur in gladio,& regionẽ Nemrod intra portas eius:hoc ſentiendum eſt,quòd in domo ſua alligetur fortis & vulneretur aduerſarius. Et iuxta Aquilã & quintam ẽditionem, ſicis & lanceis ſeptẽ paſtorũ, & octo chriſtianorũ hominũ cõfodiatur. a ¶Et erũt reliquiæ Iacob in medio populorũ &c.)Liberatis nobis de Aſſur,quãdo venerit ſup terram noſtrã,& aſcẽderit ſup terminos noſtros,& liberatis à domino qui ſuſcitauit ſuper eũ ſeptem paſtores & octo morſus hominũ: reliquiæ Iacob,quos apoſtolos intelligimus, & H primã de Iudæis eccleſiam:erũt in medio populorũ multorũ, quaſi ros à domino cadens. Ardebant enim ignitis diaboli iaculis corda populorũ. Et oẽs gentes adulterantes à deo habebant corda, quaſi clibanus igne ſuccenſus. Vnde ros à domino cadẽs,factus eſt ſanitas infirmorũ. Et quod in Ania,Azaria & Miſaël legimus,quòd ſpiritus roris ſibilantis fornacem ignis extinxerit: hoc de omnibus generaliter ſentiamus,quòd in medio vniuerſarũ gẽtium,doctrina apoſtolorum quaſi ros à domino ſit aſperſa. Quòd autem ſequitur:Et ſicut agni ſuper gramen,vt nõ cõgregetur quiſq; neq; ſit in filijs hominum:de his accipiamus,qui de gentibus credere noluerũt:quòd ſint ſuper eos apoſtoli & reliquiæ Iacob,ſicut agni carpentes gramen, & herbã dentibus demetentes. Et hoc facient,vt qui angeli eſſe noluerunt,ſpiritualem accipientes rorẽ, nequaq; inter homines congregentur: neq; in parte rationabili deputentur : ſed dicatur de eis: In labore hominũ non ſunt,& cũ hominibus nõ flagellabũtur. Et erunt reliquiæ Iacob in medio gentium, quaſi leo in iumentis in ſaltu : & quaſi catulus leonis in gregibus ouium. Dominus eñ Ieſus:de quo in Geneſi prophetatur: Catulus leonis Iuda:de germine fili mi aſcendiſti, accubãs dormiſti vt leo & quaſi catulus leonis. Et in alio loco: Accubans requieuit vt leo: & quaſi catulus leonis , quis ſuſcitauit eum? Dedit & apoſtolis ſuis quibus dixerat: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti: vt quomodo leoni nemo poteſt reſiſtere in iumentis, & catulo leonis in ouibus : ita illi de manu Aſſyrij,& de manu diaboli liberati : raperent iumenta & pecora: homines quippe & iumẽta ſaluos faciet dominus. Et raperẽt,nõ vt interficerent, ſed vt diuiderent:hoc eſt,ab infidelibus ſepararent:& nõ eſſent qui eis reſiſterent. Leone aute & catulo leonis,ita in iumentis,& in ouibus peruagante:manus dei exaltatur ſuper eos: qui vel deum vel reliquias Iſraël antè tribulauerãt. Et omnes inimici eius diſperdentur:non q; pereant inimici & eſſe deſiſtant:ſed quia in eo q; inimici ſunt,pereant. Sicut Theſſalonicẽſibus ſcribitur: Quẽ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Hæc interfectio nõ abolitionem ſignificat: ſed ceſſationẽ peſſimæ vitæ,quia malè antè viuebãt. Deniq; infert:Et deſtruet illuſtratione aduẽtus ſui. Nunq; autem deſtrueret,ſi interfectio abolitionẽ ſonaret,cũ iam eſſe ceſſaſſet:ita & hic inimicorũ cõſumptio,iuxta prouerbia Salomonis accipitur,in quibus ſcriptũ eſt: Interitus impijs hoſpitabitur:nõ erit perpetuus,nõ eos rediget ad nihilũ:ſed hoſpitabitur apud eos q̃diu quæ in illis eſt impietas cõſumatur. Deus eñ creauit hoiem,ne interiret:& mortẽ nõ fecit. Poſt hęc ſequit:Et erit in die illa,qñ eleuata fuerit manꝰ tua ſup hoſtes tuos,ô Iſraël,& oẽs ĩimici tui pĳerint: ĩterficiã equos tuos de medio tui: id eſt,de prĩcipali cordis tui laſciuiẽtes impetꝰ, & equorũ more ruptis vĩculis,pruẽtes: & currus tuos qbꝰ tibi ĩ vitijs tuis placebas , & pcã peccatis cõſocĩãs,quaſi triũphans in quadrigis ferebaris. Et diſperdã ciuitates terrę tuæ:Nõ eñ ædificaſti vrbẽ quã lętificat impetus flumĩs dei:& quæ ĩn mõtibus ſita eſt , & cœleſtẽ Hieruſalẽ:ſed quã ædificauerat Cain. Vnde dicunt ciuitates terræ, operibꝰ terrenis extructę. Et auferã,ĩnqt,omnes munitiones tuas:diuitias ſcilicet,& põpã ſeculi : & rhetorũ eloquẽtiã,dialecticorũq; tẽdiculas:in qbꝰ tibi velut in munitionibꝰ cõfidebas. Et auferã maleficia tua de manibꝰ tuis: qbꝰ vel ipſe decipiebaris ab alijs, vel deceptꝰ alios decipiebas,& loquẽtes ſiue pronũciãtes nõ erũt tibi. Nũc loquẽtibꝰ & pronũciãtibꝰ plenꝰ eſt orbis:loquũt quę neſciunt:docẽt quæ nõ didicerũt:magiſtri ſunt,cũ diſcipuli antè nõ fuerint. Cũ ergo docuerit deus hominẽ ſcientiã,ceſſabunt falſæ præſumptiones,& peruerſa doctrina tollet. Et diſperdã ſculptilia tua & titulos tuos de medio tui. Sculptilia noſtra ſunt,quæ à loquẽtibꝰ facta ſunt: vel quę ipſi fingimus nobis. Vnde pręcipit in lege, ne nobis ſculptile faciamus: & ne titulos in terra noſtra ponamus:& nequaq; vltrà adorabis opera manuũ tuarũ. Infelix humana cõditio & inſipientiæ plena atq; erroris , ſcit de ſuo ſenſu dogmata eſſe cõpoſita:nõ ignorat à ſe eſſe idolũ ſimulatũ,& pro deo adorat opera manuũ ſuarũ:& curuatur homo,vt deceptus deciat. Additur in repromiſſione quæ dirigit ad reliquias, id eſt,ὑποτύπωμα Iacob:Et ſuccidam lucos de medio tui : & diſperdam ciuitates tuas:& omnia ligna ſyluarum,& lucos quos in tẽplo dei plantari prohibitum eſt,vt ciuitates malè extructas,quas antea vocauerat ciuitates terrę,deſtruat atq; conſumat. Poſtq; autem hoc fecerit reliquijs Iacob:tunc cõuertetur ad gẽtes quas depaſti ſunt apoſtoli quaſi agri gramen. Et quia rorem ſermonis recipere noluerunt : faciam, inquit,in ira & in furore vltionem in gentibus,pro eo quòd audire noluerũt. Vnde & propheta ait: Dñe,inquit,ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Hoc iuxta Septuaginta interpretes,quia intelligẽtia ſpiritualis eſt, & debuimus ſenſum cum ſuperioribus capitulis iungere, diſputatum ſit. Cæterũm Hebræi iſtiuſmodi deliramenta ſomniant:poſtq; ſeptem quos fingunt,& quos volunt paſtores,& octo principes homines Aſſyrium vicerint:& terram Nemrod in gladijs ſuis pauerint,& hoc factum fuerit cũm in terram Iudæ antè Aſſyrius venerit : Tunc veniente, inquiunt,Chriſto,omnes reliquiæ Iacob quæ potuerint in gẽtibus ſupereſſe:erũt in benedictione,quaſi ros à domino veniens,& quaſi pluuia ſuper herbam:& nequaq; ſperabũt in hominibus,& in filijs hominum:ſed in deo. Et erunt in medio gentium atq; populorũ ſanguinarij atq; crudeles, & de veteribus quondã ſe dominis vindicantes,quaſi leo in iumẽtis ſyluarum , & quaſi catulus leonis in gregibus pecorũ:& nullus erit

Mar.3.d.

Oſeę.7.a.

Danie.3.c

Pſal.72.a

Geñ.49.b

Mat.28.d

Pſal.35.b.

2.Theſſa. 2.b.

a HEB. Et erũnt reliquiæ Iacob in medio populorũ multorum,quaſi ros à domino:& quaſi ſtillę ſuper hęrbã, quæ non expectat virũ, & nõ præſtolatur filios hominũ. Et erunt reliquiæ Iacob in gẽtibus,in medio populorũ multorũ,quaſi leo in iumẽtis ſyluarũ, & quaſi catulus leonis in gregibꝰ pecorũ: qui cùm tranſierit & cõculcauerit & ceperit, & non eſt qui eruat. Exaltabitur manus tua ſup hoſtes tuos:& omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa,dicit dominus, auferã equos tuos de medio tui :& diſperdam quadrigas tuas : & perdam ciuitates terræ tuæ:

SEP. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus, in medio populorũ multorũ, quaſi ros à dño cadens, & quaſi agni ſuper gramen: vt nõ cõgregetur quiſquam, neq; ſit in filijs hominũ. Et erũt reliquiæ Iacob in gentibus , in medio populorũ multorum,quaſi leo in iumentis,in ſaltu,& quaſi catulus leonis in gregibꝰ pecorũ : quomõ ſi pertrãſeat & diuidẽs rapiat, & nõ ſit qui eruat. Eleuabitur manus tua ſup eos qui tribulant te : & oẽs inimici tui perdentur. Et erit in die illa,dicit dominꝰ, interficiã equos tuos de medio tui, & diſperdam currus tuos: & ſubuertã ciuitates terræ tuæ:

K

L

M

Pſal.49.a

Mat.5.b.

Gene.4.c

Exo.20.a.

Leui.26.a

Deute.5.a

Pſal.6.a.

A nullus erit qui possit eorum robori resistere: Tunc exaltabitur ô deus,vel ô Israël,manus tua super Assyrios:& omnes hostes & inimici tui,qui nunc te possident,interibunt. In illa videlicet die,quãdo de gentibus fueris liberatus, auferam equos & quadrigas tuas,quę in medijs vrbib⁹ tuis sunt. Nõ q equos & quadrigas tũc habuerit Israël,sed Assyriorũ equos & q̃drigas quæ in medio vrbium tuarũ versantur: & disperdam omnes ciuitates tuas,& munitiones quas idolis dedicasti: Et auferam magos & hariolos de terra tua:& perire faciam omnia sculptilia & statuas tuas, & non adorabis vltrà opera manuum tuarum:Euellam quoq; atque subuertam omnes lucos tuos, & ciuitates tuas quas idolis dedicaras. Cumq; hoc B tibi fecero:& ita placatus fuero, vt quicqd in te mali est,auferat: tũc etiã in furore & in indignatiõe mea vlciscar te de vniuersis gẽtibus, quæ meum noluerũt audire sermonem. Respõdeat hoc loco carneus Israël: vtrum facta dicat hæc,an futura? Si facta commemorat,præbeat historiam: det authoritatem veterum librorum: doceat cunctas gentes & Assyrium Israëli quondam fuisse subiectum. Si autem se vana spe ludens futurũ putat esse quod dicitur: quando Christus venerit,quæ tunc de Israël idola auferentur,quæ modo non colit? qui succidentur luci, quos non habet? quæ vrbes subruentur,quæ olim subrutæ sunt? qui tollentur harioli,quos cùm nõ habeat, nec habere se glorietur, tamen tanto tempore derelicta est filia Sion:& sedet sine altari, & sine sacerdotibus:& alijs fruges eorum comedentibus,ipsi siccis faucibus sibi futura promittũt quæ nesciunt.

HEB. tuę:& destruam omnes munitiones tuas: & auferam maleficia de manu tua,& diuinationes nõ erunt in te: Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuum tuarum:Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas:& faciam in furore & in indignatione vltionem in cunctis gentibus, quæ non audierunt.

Caput VI.

a AVdite quæ dominus loquitur: Surge,cõtende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. Audite montes iudicium domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israël dijudicabitur. b Pópule meus, quid feci tibi, & quid molestus fui tibi? respõde mihi:quia

Caput VI.

a Vdite quæ dominus loquitur &c. fortia fundamenta terræ.) Pro fortibus fundamẽtis terræ,quę Lxx. καὶ αἱ φάραγγες θεμέλια τῆς γῆς,id est,& valles fundamenta terrę,interpretati sunt:Symmachus & Theodotio transtulerunt,& antiqua fundamenta terræ. Quinta autem æditio ipsum Hebraicum posuit אֵיתָנִים: fundamenta terræ. Prima igitur vox prophetæ est: Audite quæ dominus loquitur. Deinde deus loquitur ad prophetam: Surge,contẽde iudicio aduersum montes: & audiãt colles vocem tuam. Rursum propheta,sicut ei fuerat imperatum, montibus loquitur:& non solum montibus, sed ad fortia quoq; fundamenta terræ:& dicit,Audite montes iudiciũ domini,& fortia fundamenta terræ. Causamq; reddit,quare eos compellat audire:Quia iudicium domini cum populo suo, & cum Israël dijudicabitur. Pro montibus ad quos propheta loquitur:& pro fortibus fundamentis terræ,colles & valles Lxx. transtulerunt:id, vt mihi videtur,intelligentes, quòd populus nihil dignum montium auditione fecerit,sed vel collibus qui inferiores sunt à sublimitate montium,vel vallib⁹ in ima demersis. Surge,inquit,iudicio contende apud montes,& audiant colles vocem tuam. Iubetur surgere qui vel sedet, vel iacet,vel dormit,vel mortuus est,secundum illud quod Apostolus ait:Eleuare qui dormis,& surge â mortuis, & illuminabit te Christ⁹. Surge à mortuis,vt in nouitate ambules vitæ,vt terram deserens,ad altiora nitaris. Et iudicio contende aduersum mõtes,quos nõ alios significari puto q̃ angelos quibus rerũ humanarũ cõmissa est procuratio: Deuteronomij cantico in idipsum congruente:Cùm diuideret excelsus gentes, cûm disseminaret filios Adam:constituit terminos terrę,secundum numerum angelorum dei: Hi sunt administratorij spiritus,missi in ministerium propter eos qui hæreditatem salutis possessuri sũt. Et cõtẽde iudicio:vt siue mõtes,siue colles,repti fuerint non dignè populos procurasse:vel meũ videatur esse q tales prępositi: vel culpa tollatur à populo,& referatur ad principes. Legamus Apocalypsim Ioãnis Apostoli,in qua laudãtur,accusanturq; angeli ecclesiarũ pro virtutibus,vitijsq; eorum, quibus præesse dicunt. Sicut enim interdũ episcopi culpa est, interdum plebis:& sæpe magister peccat, sæpe discipulus: & nonnunquã patris vitium est, nonnunquam filij:vt vel bene vel malè erudiãtur: Ita in iudicio dei,vel ad angelos crimen referetur:si nõ egerint cuncta,quæ ad suum officium pertinebant: vel ad populum,si illis vniuersa facientibus, ipsi audire contempserint. Sunt qui montes & colles & fortia fundamẽta terræ, Abraham,Isaac,& Iacob,& patriarchas reliquos interpretentur: quibus quasi auditoribus,& ad iudicium conuocatis, populi Israël negocium ventilandũ sit. Alij montes,colles,& valles, angelos,sicut suprà diximus,arbitrantur:qui vel in cœlestibus seruiant deo,vel hominib⁹ pręsint super hanc terrã: vel apud inferos cõstituti,eorũ qui suo vitio extitere terreni,fundamẽta dicantur: De quibus terræ fundamentis & alibi scriptum inuenimus: Ignis accensus est ex furore meo, & ardebit vsq; ad inferos deorsum: deuorabit terrã,& fundamenta eius: fortia & antiqua fundamẽta terrę: quorũ causa hucusq; terra nõ præterit:& super inane pendẽs,librata cõsistit: iustorũ merita sunt,de quib⁹ Apl'us loquitur: Aedificati super fundamẽta Apostolorũ & prophetarum. Sicut igitur Apostoli,& prophetæ,& vniuersus martyrũ chorus fortia fundamẽta sunt terræ:sic secundũ Lxx. valles & prerupta,quæ significãtius Græcè φάραγγες appellãtur,eorũ sunt fundamẽta,q χοϊκῷ imaginẽ receperũt. Iudiciũ ergo dñi cũ populo suo,& cũ Israel dijudicabitur. Qui poterat quasi deus proscelerib⁹ populi peccatoris inferre supplicia:non vult videri potẽs,sed iustus:& ad iudiciũ prouocat peccatores:iuxta illud propheticum:Venite,& iudicemur, dicit domin⁹: etiam nunc populũ Israël cogit pręsentibus angelis & omni creatura,si quid habeat respõdere,vt iustificetur deus in sermonib⁹ suis,& vincat cùm iudicatur. b ¶Populę meus quid feci tibi &c. vt cognoscere is iustitias &c.) Pro iustitijs, siue iustitia,misericordias interpretatus est Symmachus: & vbi Lxx. ἀπὸ τῶν χοινωμ. i. de Schœnis: omnes מִשִּׁטִּים ipsum Hebraicũ trãstulerũt. Est aũt locus in quo Balac rex Moabitarũ aduersum

B
C
D
E
F
Ephe. 5. c.
Deut. 32. a
Heb. 1. d
Hier. 15. c
Ephe. 2. b
Esa. 43. d
Psal. 50. a
Sethim locus.

G aduersum Israël congregauit exercitum, ὁμώνυμος arboribus: quæ per eremum montis Sina hodie quoq; gignũtur. Nam vbi in Lxx. vel arca testamenti, vel altare & tabernaculum cæteraq; quę de lignis imputribilibus facta referuntur:
Ligna sethim. In Hebraico ponuntur ligna sethim, quæ habent similitudinem arboris, quam nos vulgo spinam albam dicim⁹. Vnde arbitror & Lxx. χίνον, interpretatos esse, hoc est, lentiscũ: sed paulatim librariorum errore factum esse, vt χοῖνοι: id est, funes, p χίνοις: hoc est, lentiscis legerentur. Loquitur igit deus ad populum Israël, & ad iudicium prouocat, & licentiam contra se tribuit disputandi. Populę meus, quid feci tibi, quod facere non debui: vel quid contristaui te: licèt hoc non habeatur in Hebraico: Cõtristat
H autem pater filium flagellatum, & iniquitates ouium in virga pastor visitat. Q uid molestus fui tibi: vel vt significãtius in Hebraico scriptum est: quo labore te pressi? an beneficia mea contumeliam interpretaberis: & pepones carnesq; Aegyptias desiderans, dolebis te eductũ de terra Aegypti: ac de domo seruitutis meo auxilio liberatum: quia dedi ductores tibi Moysen amicũ meũ, & Aaron sacerdotem meum, & Mariam prophetam meam? Q uòd si hoc tibi paruum videtur: recordare illius temporis quando Balac rex Moab, Balaam diuinum aduersum te mercede conduxit: & vide quomodo contra volũtatem suã
Nũe. 22. c cupiẽs tibi maledicere: hariolus benedixerit: de Sethim vsq; ad Galgal, totum exercitum Israël, oculis lustrans, & mutans loca, quasi ego nõ possem cum pergente pergere, & cũ trãseunte transire: & hoc feci, vt misericordiæ meæ & iustitiæ noscerentur tibi, tãtum te amantis, vt cũm ego quotidie ore blasphemantium maledicar: tibi ab inimico non dimiserim maledici.
I Hebræi hunc locum in quo dicitur de Sethim vsque ad Galgal, vt cognosceres iustitias domini: ita
Num. 25. exponunt: Ab eo tempore quo fornicati estis in Madian
1. Reg. 10. vsque ad tempus quo Saul apud Galgal est vnctus in regem, repetite memoria quæ mala operati estis, & quanta vobis bona fecerim, & meam in vos misericordiam cognoscetis. Hoc iuxta historiam deus ad carnalem Israël locutus sit. Nos autem qui cupimus reuelata facie gloriam domini cõtemplari, & verè habemus patrẽ Abraham: audiamus cũm peccauerimus aduersum nos disputantem deum, & nos in beneficiorum suorum magnitudine arguentem. Seruiuimus quippe aliquando Pharaoni, & Aegyptio populo lutum & lateres fabricati sumus, & redemit nos q̃ dedit semetipsum redemptionem pro omnibus: vt diceremus qui redempti eramus à domino, quos redemit de manu inimicorum, & quos de regionibus congregauit: Q uia in æternum misericordia eius. Emisit quoque ante faciem nostram Moysen spiritualem legem, & Aaron magnum sacerdotem, non typicum Ephod veritatemq; portantem: sed signaculum sanctitatis in fronte habentem: quod deus pater signauit. Et misit Mariam vaticinium prophetarum, & non solum id nobis prestitit: sed de inimicorum quoque nos manibus liberauit. Recordemur enim quid cogitauerit aduersum nos, qui deuorare voluit, & nostram congregationem elingere,

HEB. mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam. Populę meus, memento quæso quid cogitauerit contra te Balac rex Moab: & quid respondit ei Balaam, filio⁹ Beor, de Sethim vsque ad Galgal, vt cognosceres iustitias domini. Q uid dignũ
a offeram domino: curuabo genu deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest dominus in milibus arietum, aut in multis milib⁹ hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo: fructum ventris mei pro peccato

SEP. mihi: quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruitutis redemi te: & misi ante faciẽ tuã Moysen, & Aarõ, & Mariam. Populus meus, recordare quid cogitauerit aduersum te Balac, rex Moab: & quid responderit ei Balaã, filius Beor, de Schœnis vsq; ad Galgal: vt cognosceretur iustitia domini. In quo apprehendam dominum: susscipiam deum meum excelsum? Si apprehendam eum in holocaustis, in vitulis anniculis? si susscipiat dominus in milibus arietum: vel in decem milibus hircorũ pinguium? si dabo primogenita mea pro impietate: fructum ventris mei pro peccato

בָּלָק K
מוֹאָב
בִּלְעָם
בְּעוֹר
Mat. 13. & Mar. 4. a. L
Prou. 5. d.
Esa. 5. e.
גִּלְגָּל
M
Heb. 10. a.
4. Re. 3. d
Iudic. 11. g.
Psa. 142. a
Ibid. 72. d
Psal. 90. b

verus Balac diabolus. Balac enim interpretatur, ἐκλείχων, id est, elingens, rex aquæ paternæ: Siquidem Moab iuxta aliam etymologiam, aqua paterna dicitur. Cùm igitur insidiaretur nobis Balac, & insidiaretur per vanum populum suum, quod interpretatur Balaam: nõ permisit nos deus maledictis illius subiacere: sed econtrariò benedixit nobis, rei ipsius veritate compulsus vanus populus gentium, natus de eo qui in pelle
* est: Nam Beor interpretatur in pelle: semper carni & mortis operibus deditus: respõditq; pro nobis vanus populus, ortus ex eo qui totus in pelle est, semper commutãs loca, vel stãs super spinas, siue super funiculos, vt vulgatæ quoq; æditionis sequamur errorem. Spinæ autem iuxta eloquiũ Saluatoris, curæ huius seculi, & diuitiæ, & voluptates sunt, in quibus vanꝰ est populꝰ. Q uòd autem stet in funibus, in vinculis videlicet peccatorum: funibus enim peccatorũ suorũ vnusquisque constringitur, & Esaias testis est, dicens: Væ qui protrahunt peccata sua quasi funem longum, & quasi lorum iugi vitulæ iniquitates. Si igitur stat, non stat nisi in spinis & in funibus: si autem voluerit circuire, non habet stabilem gradum: sed semper fluctuans & vacillans, peruenit vsque ad Galgal: quod interpretatur κίλισμός, id est, volubilitas, vel volutabrum. Si quando viderimus consurgere aliquos aduersum nos, & auidis faucibus nostrum sitire sanguinem, & ex improuisa dispensatione dei, pro nobis fieri eos qui contra nos venerant: dicamus, Balaam, de funiculis venit vsque ad Galgal, vt cognoscatur iustitia dei. a ¶Q uid dignum offeram domino: curuabo genu deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Nunquid placari potest dominus &c.) Deus populum ad iudicium prouocat: ille sciens peccatum suum non vult contendere, sed rogare: nec tamen in ipsis precibus habet fiduciam. Nihil enim dignum est, quod pro peccato possit deo offerri, & nulla humilitas potest maculas eluere delictorum, quia impossibile est sanguinẽ taurorum, & vitulorum, & holocausta medullata, & cruorem arietum, & hircorum pinguium, animæ sordes lauare. Nunquid, ait, dabo primogenitum meum pro scelere meo: sicuti rex Moab fecisse describitur? aut fructum ventris mei pro peccato animæ meæ: quod fecit Iepte, pro temeritate voti offerens filiam? Nos ergo qui sumus de populo dei, scientes quia non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Et dicentes: Iumentum factus sum apud te, agentes pœnitentiam pro peccatis: dubitamus & dicimus: In quo apprehendam dominum: susscipiam dominum meum excelsum? quomodo eum potero tenere, fugientem? quanta munditia valebo præparare hospitium trinitati? An comprehendam eum in holocaustomatibus, vt totum me ei holocaustum offeram, vel in vitulis anniculis, vt lac deserẽs, & ad solidum veniens cibum, anno domini acceptabili dignus efficiar? Si mille obtulero arietes: si decem millia hircorum, & totas Leuitici victimas, spiritualiter intelligens in me exhibuero, & cadant ex latere meo mille, & decem millia à sinistris meis: tamen nihil dignum dare potero: in quo apprehendam,

A apprehendam,vel ſuſcipiam deum. Si dedero primogenita mea pro impietate: & fructum vētris mei pro peccato animæ meæ:dabo quidem quicquid in me primum eſt:ſed pro meo peccato & impietate nihil dignum offeram deo. Vnde
Pſal.50.a. & Dauid precatur,& dicit: Magis magiſq; laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: Quoniã iniqtates meas ego cognoſco, & delictum meum contra me eſt ſemper. Pro peccato animæ ſolus dignè ſanguis offertur:Et ſanguis, non vitulorũ,non arietum, nõ hircorum, ſed proprius dignè offertur,dicẽte atq; quæ-
Pſal. 115.a rente propheta: Quid retribuam domino,pro omnibus quæ retribuit mihi? Et poſtea reſpondente: Calicem ſalutaris accipiam,& nomen domini inuocabo: Precioſa in conſpectu do-
B mini, mors ſanctorum eius. Verùm & ipſum ſanguinem non damus, ſed reddimus. Et quid ſimile? cùm iuſtus pro peccatoribus, dei filius pro hominib⁹ mortuus ſit: nos peccatores & homines pro nominis eius confeſſione moriamur? a ¶Indicabo tibi ô homo quid ſit bonũ &c.)Quia dubitas,ô populeIſraël,imò vniuerſum hominum genus:nequaquã enim loquor ad populum Iudæorum, ſed generaliter ad omnem hominẽ meus ſermo percurret: quomodo pro peccatis tuis deum poſſis placare:ſi nec habes victimas quibus tua compenſetur impietas:Ego reſpondebo tibi, quid quærat deus:
Deut.6.a. imò iam antè in lege monſtraui.Scriptum eſt enim in Deu-
&.26.d. teronomio:Et nunc Iſraël quid dominus deus tuus quærit à te,niſi vt timeas dominum deum tuum:& ambules in omni-
Ibid.5.b. bus vijs eius,& diligas eum,& ſeruias domino deo tuo,de to to corde tuo,& de tota anima tua:& cuſtodias mãdata domini dei tui, & iuſtificationes eius: quæcunq; ego mandabo tibi hodie,vt bene ſit tibi. Quærit à nobis dominus, & neceſſariam habẽs noſtram ſalutem,poſcit accipere,quod dã-
C ti proſit: vt faciamus iudicium, id eſt, vt nihil abſq; ratione & conſilio faciamus:vt antè mens iudicet quid factura ſit,& poſtea opere compleat:vt miſericordiam diligamus,& non quaſi compulſi,aut ex neceſſitate miſericordes ſimus: quo-
2.Cor.9.b niam hilarem datorem diligit deus. Nec dicamus,vade hodie,& cras reuertere,& dabo tibi.Cumq; fecerimus iudiciũ, & dilexerimus miſericordiam,quid accipiemus præmij?Am-
Geñ. 5.d. bulabimus cum domino deo, ſicut Enoch iuxta fidem He-
Eccli. 44 braicorum voluminum ambulauit cum deo:& placuit ei,& c. non inueniebatur:quia tranſtulit illum deus. Tu enim dixiſti,in quo conſequar dominum,vel in quo apprehendã eum? Ego tibi amplius polliceor: fac iudicium, & dilige miſericordiam,& ambulabis cum deo tuo.Vel certe ambulare cũ deo,non eſt præmium, ſed præceptum. Sicut enim iubetur nobis,vt faciamus iudicium,& miſericordiam diligamus:Ita præcipitur vt præparati ſimus ambulare cum domino deo noſtro, nulla hora dormire, nullo tempore ſecuri eſſe debemus: ſed ſemper expectare patrem familiâs venientem, & diem formidare iudicij, & in nocte huius ſeculi dicere:
Cant. 5.a. Ego dormio,& cor meum vigilat. Verbum צנע: quod Septuaginta tranſtulerunt,paratum eſſe,id eſt, ἕτοιμον εἶναι: & nos diximus: ſolicitum ambulare: Theodotio ſignificantius expreſſit, καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου,

HEB. pro peccato animę meæ? Indicãbo tibi ô homo quid ſit bonũ, & quid dominus quærat à te:vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam,& ſollicitum ambulare cum deo
b tuo. Vox domini ad ciuitatem clamat:& ſalus erit timentibus nomen tuum.
c Audite tribus:& quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij, theſauri impietatis, & menſura minor iræ plena: Nunquid iuſtificabo ſtatheram impiam, & ſaccelli pondera doloſa? In quibus diuites ei⁹ repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulẽta in ore eorum. Et ego ergo

SEP. pro peccato animæ meæ. Annunciatum eſt tibi homo quid bonum, aut quid domin⁹ quærat à te: niſi vt facias iudicium,& diligas miſericordiam, & paratus ſis ambulare cum deo tuo. Vox domini ciuitati clamabit,& ſaluabit timentes nomen eius. Audi tribus, & quis ornabit ciuitatem: nunquid ignis & domus iniqui theſaurizans theſauros iniquos, & cum iniuria iniquitates? ſi iuſtificabitur in ſtathera iniquus,& in ſaccello pondera fraudulẽta: de quib⁹ diuitias impietatis ſuę repleuerunt: & qui habitãt in ea locuti ſunt iniqua, & lingua eorum exaltata eſt in ore eorum. Et ego cru-

id eſt, & caue diligenter, vt ambules cum deo tuo. Siue, vt D quinta æditio tranſtulit:καὶ φροντίζειν: agere ſcilicet ſollicitè,& hanc habere curam, vt ambules cum deo tuo. Qui enim dicit,in Chriſto ſe credere:ſic debet ambulare quomo 1.Ioã.2.a. do & ille ambulauit. Et Paulus Apoſtolus: Imitatores mei 1.Cor.4.d eſtote,inquit, ſicut ego Chriſti. b ¶Vox domini ad ciuitatem clamat,& ſalus erit timẽtibus nomẽ tuum &c.) In Hebraico alteri⁹ hoc capituli exordium eſt: apud Septuaginta verò interpretes finis ſuperioris: Et habet ſẽſum: Nihil à te aliud, ô homo, quærit deus tuus, niſi vt facias iudicium, & miſericordiam diligas, & paratus ſis ambulare cũ deo tuo. Vox enim domini auditur in ciuitate eius,eccleſia,& inſcripturis ſactis quotidie perſonat,quòd nõ E ſolum hi, qui diligunt miſericordiam: ſed & hi qui inferiores ſunt, & timent adhuc nomẽ domini: ipſius doctrina clementiaq; ſaluentur. Si autem ſequentis capituli exordiũ eſt: referamus iuxta hiſtoriam quod dicitur ad Samariam metropolim decem tribuum, quæ prophetante Michea capta eſt:Et dicamus, Samariam corripit dominus: & illi plagas quæ venturæ ſunt commĩatur:vt audiens populus Iuda, ſiue timentes nomen domini alios ſupplicia pati: ipſi timore correpti adipiſcãtur ſalutem. Peſtilente quippe flagellato, Prou.19.d non ſolum ſapiens,ſed etiam ſtultus prudentior fiet.Et hoc ipſum referes ad peccatores generaliter & ad iuſtos:vt cruciatus aliorum cæteris fiat exemplum.Quod quidem & do Luc.13.a minus in Euangelio de his ſuper quos turris in Siloa corruerat,interpretatur:quòd non ſoli in vniuerſo populo fuerint peccatores, ſed vt illorum pœna cæteros ad pœnitentiam prouocaret. c ¶Audite tribus: & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij,theſauri &c.) Multum in hoc capitulo Septuaginta ab Hebraica veritate diſcordant in principio vel maximè: audi tribus,& quis ornabit ciuitatem? id eſt, ἄκουε φυλή, καὶ τίς κοσμήσῃ πόλιν. Et diſſipabuntur legitima populi mei: id eſt, καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου. pro quo nos poſuimus propter ſermonis conſequentiam:Et cuſtodiſti præcepta Amri:licèt & in Hebræo ſcriptum ſit,& cuſtodita ſunt præcepta Amri, & omnia opera domus Achab. Si enim ſcriptum eſſet in Hebræo עַמִּי :rectè Lxx.tranſtuliſſent,populi mei: Nunc verò cùm ſcriptum ſit עָמְרִי, & ר litera addita: non populi nomen,ſed patrem Achab ſonat,de quo Regum narrat hiſto- 3.Re.16.f. ria:errorem eſſe nulli ambiguum eſt.Deniq; poſt patris nomen ponitur filius:dicitur q;,& omnia opera domus Achab. Reuertamur ergo ad initium capituli: Et primùm iuxta literam diſſerentes, vobis orantibus nitamur ſenſum aſſequi ſpiritualem. Audite decem tribus Samariæ, quæ vobis dominus conteſtatur:adhuc ignis,id eſt,iniquitas in domo impij eſt Amri,& theſauri impietatis in domo regia pſeuerãt. Vultis audire per ſingula quib⁹ malis vrbs veſtra plena ſit? Diſcite:menſura minor dei iram prouocans: ſtathera frau- Prou.11.a. dulenta & diuerſa pondera,& in alio pondere vendentes,in Deu. 25.c alio ementes mercimonia. Et ſiquidem pauperes hoc facerent, poterat inopia ſcelus neceſſitate defendere. Nunc verò diuites eius, non tam diuitijs quàm iniquitate pleni ſunt:quia

G sunt: quia omnes diuitiæ dum alios spoliant, iniquitate pariuntur. Congregationem diuitiarum sequitur mendacium: & manus assueta thesauros condere, fraudulentam linguam possidet. Veritas paupertatem, mẽdacium diuitias parit. Cũ hoc facerent principes vestri, nolui vos statim subuertere: sed paulatim cœpi percutere, & plagis varijs admonere: Misi in vos famem, misi sitim, misi morbos, & hostilem in circuitu vastitatem: seges frumenta non attulit: oleum pressa oliua nõ fecit, vinum steriles vindemiæ negauerunt. Aduersus iniquitates, & mẽsuras dolosas, & põdera fraudulenta, hæc intuli supplicia. Quia verò custodisti omnes ceremonias idololatriæ quas Amri rex impius 3.Reg.16. e.f.& seq. cõstituerat, & omne opus domus Achab & H Hiezabel, pro mea lege seruasti: impulsus sũ scelere tuo, vt darẽ te & habitatores tuos in sibilũ, & opprobriũ populi mei portaretis, dũ capti ab Assyrijs, quasi populus dei vincimini: & propter vos nomen Rom.2.d. meũ blasphematur in gentibus. Notandum in præsenti loco, quòd vbi legitur, & opprobrium mei populi portabitis: Siue vt Septuaginta transtulerunt: καὶ ὀνείδη λαῶν λήψεσθε: id est, opprobria populorum accipietis: pro populi mei עַמִּי in Hebræo scriptum sit. Si ergo ammi populi mei sonat, nulli dubium est malè suprà pro Amri populum meum esse translatum. Huc vsq; iuxta Hebraicum quid nobis videretur expressimus: Nunc ad trãslationem Lxx. interpretum reuertentes, de singulis, vt possumus, disputemus. Tribus Samaritica vocatur ad audiendum: quæ se abscidit à populo dei. Et dicitur illi: frustra fabricaris idola, aureos vitulos artifici componis manus, & imitatione Hierusalẽ vis aliam metropolim extruere: Quis eñ I ornare poterit ciuitatem? Num ignis qui ardentibus diaboli iaculis succenditur: & domus iniqui, quæ secundum duritiam suã & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die irę, & reuelationis iusti iudicij dei. Et iniquitatem auget iniuria, vt non solum de domo dei rapiat, quæ est ecclesia: sed etiam cum superbia & supercilio aliena deuastet. Nunquid iustificari potest qui absque stathera & pondere congregat fraudulenter de testimonijs scripturarum diuitias suas, quæ diuitię thesauri iniquitatis sunt? Nam cũm præcipiat domi- Deu. 25.c nus: Non erit in sacculo tuo pondus grande & minus: hi turpis lucri gratia semper personam accipiunt in iudicio, & in eadem causa diuites ac pauperes non iuxta negocium, sed iuxta facultatum diuersitatem aliter atque aliter iudicant: & inhabitatores ciuitatis suæ, quam prauis dogmatib⁹, peruersaq; doctrina à se ornari putant: loquuntur mendacium, & ponunt in excelsum os suum, & simplicitatem ecclesiastici populi despiciunt. Vnde clementissimus deus non eos pariter percutit: sed paulatim per plagas nititur commonere, dicens: Et ego incipiam te percutere perditione propter peccata tua: & est sensus, O ciuitas quam hæretici volunt extruere: percutiam te, vt pereas, non in abolitionem, sed iuxta id quod peccatrix es. Sequitur: Comedes, & non saturaberis: Legunt enim, & non intelligunt: vescentesq; sermonibus scripturarum, veritatis inopiam patiuntur. Et eji- K ciam, inquit, te: & apprehendes, & non saluabis: & quicunque saluati fuerint, gladio tradentur: Tuo te, ait, iudicio derelinquam, & postquam multa quærens, nihil repereris, intelligens errorem tuum: videbis te ex vniuersis dogmatibus tuis non posse saluari. Quicunque autem se putauerint saturatos, & non eiecti fuerint à se: nec comprehenderint veritatẽ, tradentur gladio, & pœnis eruditẽtur. Seminabis ergo, ô tribus, & ô pessima ciuitas, quam igne, & iniquitate, & cõtumelijs, & stathera dolosa, & sacculo fraudulento hæretici extruũt, seminabis, & nõ metes: premes oliuã, & nõ vngẽris oleo: & vuas, & nõ bibes vinũ. Prodest qppe tibi errore cognito ne habeas discipulos, L ne caput tuum oleo vngas peccatorum, ne vino Sodomorum bibentes, inebries: & dispergentur legitima populi mei, siue Amri, & omnia opera domus Achab: eorum qui in hæresib⁹ patriarchę, & prĩcipes extiterunt. Quos possumus, vel ad contrarias referre virtutes, vel ad hæresiarchas, vt fuit Marcion & Basilides, & nuper Arius, & Eunomius. Et ambulastis in voluntatibus eorum: Amri videlicet & Achab. Pulchrèq; ait, in voluntatibus eorum. Doctrina enim magistrorum nequam, non est doctrina dei: sed adinuentiones cordis illorum. Et tradam te in perditionem: vt pereas iuxta id quod hæretica es. Et habitatores tuos in sibilum: vel vt pastoris boni iuxta Zachariam sequaris sibilum, dicentis: Sibilabo eis, & congre- Zac.10.c. gabo eos, quia redemi eos. Vel certè in sibilum draconis: id est, in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat, & correpti 1.Cor.5.b discant non blasphemare. Et hoc totum patientur vt intel- 1.Tim.1.d ligant errorem suum, quòd omnium gentium multorumq; M populorum opprobria, & peccata portauerint. Scio quosdam ad ecclesiam retulisse, quæ nos super hæresibus interpretati sumus. Sed quomodo nomen Amri & Achab, Samariæ principum ad Hierusalem & Iudam: sub quorum nominibus interpretatur ecclesia, possit referri, non satis intelligo.

HEB. Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes, & non saturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & nõ saluabis: & quos saluaueris, in gladiũ dabo. Tu seminabis, & nõ metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo: & mustum, & non bibes vinum. Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domꝰ Achab: & ambulasti in voluntatibus eorum, vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

Caput VII.

a VAe mihi, quia factꝰ sum sicut q colligit in autũno racemos vindemiæ: nõ est botrꝰ ad comedendũ: primitiuas ficus desiderauit anima mea. Perijt

SEP. Et ego cruciaui te perditione propter peccata tua: tu comedes, & non saturaberis: & eijciã te in temetipsam: & apprehendes, & non saluabis: & quicũq; saluati fuerint, gladio tradentur: tu seminabis, & non metes: tu premes oliuam, & non vngeris oleo: & vuã, & non bibes vinũ: & dissipabuntur legitima populi mei, & omnia opera domus Achab: & ambulastis in cõsilijs eorum, vt traderẽ te in perditionem, & habitatores eius in sibilum, & opprobria populorum accipietis.

Caput VII.

VAe mihi, quia factus sum sicut q cõgregat stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia: cũ nõ sit botrus ad comedendũ primitiua, quæ passa est anima mea. Væ

Caput VII.

a VAe mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemię: non est botrus ad comedendum: primitiuas ficus desiderauit &c.) Prædicta captiuitate & decem tribuum & duarum (Verbũ enim domini factum est ad Micheam Morasthiten super Samariam, & Hierusalem) Plangit propheta quòd nullus è populo iustus inueniatur in terra, q possit irę dei resistere, & medium se quasi murũ opponere: Frustra, inqt, locutus sum: frustra volui iã vindemiatę & perditæ ciuitatis quasi extremos racemos requirere: & cũ non sit botrus ad comedendũ, saltẽ immaturas ficus, quas Hebræi בכורה vocant, id est, grossos ficorũ, in cibo sumere, quasi dicat, non inueniens panẽ prę fames magnitudine, quisquilias & furfures requisui. Perijt sanctus de terra, & rectus in hoĩbus non est: vbiq; insidiæ, vbiq; fraudulentia: innoxius sanguis effundit: præ auaritia & libidine ger-

A dine germanitas ignoratur: & non ſolum faciunt, ſed defendunt quoq; mala, & nominibus commutatis, bonum dicunt eſſe quod malum eſt: Ipſi principes non ab offerentibus accipiunt munera, ſed cogunt dare ſubiectos, & poſtulant. Et iudex in reddendo eſt: ſic alium iudicans, quomodo ipſe ab alio iudicatur, vt præſtent ſceleribus ſuis mutuum fauorem: & in alterius crimine ſe defendant. Quicũq; magnus eſt, & quaſi in lege doctiſſimus: non dei, ſed ſuam loquitur voluntatem: Et conturbauerũt eam, vel vrbem, vel veritatem, ſiue terram: de qua ſuprà dicitur: Perijt ſanct⁹ de terra. Q ui enim optimus inter eos eſt, quaſi paliurus pungens, & retinens: vulnerans appropinquantem ſibi: & adunco dente cõprehendens, & qui re-

B ctus fuerit inuẽt⁹, quaſi ſpina de ſepe: vt ibi inueniat dolor, vbi putabatur auxilium. Hoc

HEB. Perijt ſanctus de terra: & rectus in hominibus nõ eſt. Omnes in ſanguine inſidiantur: vir fratrem ſuũ venatur in mortem. Malum manuũ ſuarum dicunt bonum: princeps poſtulat, & iudex in reddendo eſt, & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eam. Q ui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tuæ viſitatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum: nolite credere amico, & nolite cõfidere in duce. Ab ea

iuxta Hebraicum. Porrò ſecundum Septuaginta, qui diſſentiunt in quibuſdam: & in fine capituli omnino aliter tranſtulerunt: huiuſcemodi mihi ſenſus videtur: Plãgit ſermo propheticus, ſiue Apoſtolicus, generaliter humanũ genus, quòd fruſtra ſementem iecerit doctrinarum, & pro ſegetibus, & pro frumẽtis vix vacuas ſtipulas & inanes culmos ſer⁹ meſſor inuenerit, & ne paruos quidem racemos in vinea potuerit reperire, & reliqua vſque ad finem capituli. Si enim beatus eſt qui in aures loquitur audientis: & auris auditoris deſiderium ſapientis eſt: lætitiaq; dicentis, auditor intelligens. Econtrario luctus doctoris eſt malus diſcipulus: Hieremiæ quoque verbis huic querelæ congruẽtibus: Non profui, neq; profuit mihi quiſquam. Sunt qui ex perſona Saluatoris hoc dici putent: cauſantis quòd in tanta credentium multitudine, & in toto orbe generis humani vix ſuo ſanguine digna opera reperiat: qui & in viceſimonono pſalmo ait: Q uæ vtilitas in ſanguine meo, dum deſcendero in corruptionem? Licèt aſſerant alij perſonæ illius hoc minimè conuenire, vt dicat: Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit ſtipulam in

Ioan.4.e meſſe, qui in Euangelio locutus eſt: Leuate oculos veſtros &

C videte regiones: quia iam candidæ ſunt ad metendum. Et

Matt.9.d. alibi, Meſſis quidem multa, operarij autem pauci. Q ui ergo ex perſona Saluatoris volunt intelligi: aiunt, non mirum eſſe ſi dicat: Væ mihi, qui & in Hieruſalem fleuerit: & in Lazari morte lachrymatus ſit. Sed & illud, Factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe: ad conſummationem referunt ſeculi: quam & ſignificanter meſſem interpretantur: & dicunt illo tempore hanc prophetiam poſſe compleri, quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & veniens filius hominis raram fidem inuenerit ſuper terram: Tũc enim quaſi poſt meſſem ſtipulam, & quaſi poſt vindemiam racemos vix in his reperiri qui fidem in omniũ vaſtitate ſeruauerint: vocemq; hanc ex perſona aſſumpti hominis, putant de ſequentibus approbari: Væ mihi anima: de

Mat.26.b qua loquebatur: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Perijt reuerens de terra: vel Antichriſto interficiente ſanctos, vel ad magnitudinem ſcandalorum cunctis corruentibus. Et qui corrigat inter homines non eſt: omnes qui in ſanguine iudicantur, non in leuibus paruiſq; peccatis, ſed in maximis & ad ſanguinem pertinentibus, non vicinitas, non amicitia, non affinitas, ſcelus morabitur: cuncti manus leuabunt ad malum vt etiam qui malum facere non potuerit: tamen dum manus præparat, voluntate delinquat. Ipſe princeps petit, & iudex verba pacifica loquitur: accipit enim munera, de- D ſiderium animæ ſuæ: Q uod quia manifeſtum eſt, & inuidiam caueo principum iudicumq;, lectoris intellectui derelinquens: tantum illud adiungam: Munera excæcant oculos Deut.16.d etiam ſapientum: viuificant quoq; animam, quam viuificare nõ debuerant: & interficiunt eam, quæ merito ſuo & virtutibus viuit: & hoc faciunt propter dona quæ poſtulant impudenter, & turpius accipiũt. Q uibus dominus comminatur hæc, dicens: & auferam bona eorum, quę putãt hona, quæ illis bona videntur: Cæterùm veritate rei nunquam bona appellabuntur, quæ & dantem ſpoliant, & accipientem interficiunt: licèt non tam comminatio ſit, quàm benedictio auferre ab eis mala, & ipſum dominũ di E uinumq; ſermonem ingredi in cõſciẽtias eorum, & quaſi tineam comedere quodcunq; peruerſum eſt, & prædarum malarumq; cogitationum facere vaſtitatem, & ambulare ſuper normã & regulam, veritatis eos ipſos ad rectum retrahere, qui prauis opinionibus ducebantur, & hoc facere in lumine veritatis. Et in die illo quando qui ſancti ſunt, & electi de eccleſia aſcendent ad ſpeculam, & in ſublimitate doctrinarum atq; operum ſuorũ de rebus cœleſtibus diſputabũt. a ¶ Dies ſpeculationis tuæ viſitatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum: &c.) Excepto principio capituli: in reliquis partibus æditio vtraq; concordat, & interim iuxta hiſtoriã diem ſpeculationis Samariæ, ſiue Hieruſalem, quam ſæpe expectauerat & timuerat eſſe venturam, & viſitationem eius, captiuitatem ſignificat, dicens: Vaſtatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum: id eſt, habitatorum, ſiue obſidio: מָצוֹר enim magis πολιορκίαν καὶ φρούρησιν, id eſt, obſidionem & cuſtodiam, quàm vaſtitatem in Hebræo ſonat. Nullis ergo credatis vocibus prophetarum, nec accommodetis aurem decipienti blanditie diuinorum, quia ſi inter chara nomina, & conſanguinitatis affectum rara eſt fides: quanto magis in his qui adulãtes vobis mentiũtur pro præda ſua, & quaſi ægro- F tantibus, non quid vtile ſit, ſed quid delectabile, & placẽs imperant? Nolite credere amico: & Achitophel quippe con- 2.Re.15.f. ſurrexit aduerſum Dauid, & verus Achitophel Iudas ad- Mat.26.b uerſus Chriſtum: Et, nolite confidere in duce: Vt viri Sichem in Abimelech. Ipſi enim eum fecerunt regem: & ab eo Iudic.9.a. oppreſſi ſunt. Ab ea quæ dormit in ſinu tuo: cuſtodi clauſtra oris tui: ne patiaris quod Samſon à Dalila perpeſ- Ibid.16.d ſus eſt. Q uia filius contumeliam facit patri: Abſalon vide- 2.Re.16.d licet Dauid: non ſolum regnum, ſed & cõcubinas patris inceſto coitu maculauit. Filia conſurgit contra matrem ſuam: Cuius rei cùm interim de ſcripturis ſanctis teſtimonium nõ reperiamus, tanta exempla ſunt quotidianæ vitæ, vt magis lugere quòd tanta ſint, quàm quærere debeamus. Nurus contra ſocrum ſuam, vt vxor Eſau conſurrexit contra Re- Geñ.26.g beccam. Inimici hominis viri domeſtici eius. Hic exempla non quæro, cùm plura ſint quàm vt teſtimonijs indigeamus. Cùm ergo hæc ita ſe habeant: nolite credere Samaria & Hieruſalem pſeudoprophetis. Ego autem, inquit propheta, ad dominum aſpiciam: exultabo ad dominum ſaluatorem meum: ſiue Ieſum meum: & audiet me deus meus. Sequitur Septuaginta expoſitio: Q ui dixerunt, vę, væ, vltiones tuæ venerunt: id eſt, ſupplicia quæ pro ſceleribus inferenda ſunt. Mihi, inquit, vindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Et Ezec.9.a.

in alio

Oſeæ.9.b. in alio loco: Venerũt dies retributionis tuæ. Facit enim do-
G minus vltionem vociferantium ad ſe die ac nocte: atq; dicen-
Apoc.6.e tium: Vſquequo domine, ſanctus, & verus, non iudicas & vin-
dicas ſanguinem noſtrum, de his qui habitant in terra? Ve-
nerũt ergo vltiones, & nũc erũt fletus earũ: id eſt, vltionũ: vt
plãgant q̃ antè riſerũt,
& ſtatim exeũtes de ſe-
culo tormẽta ſuſtineãt,
Luc.16.e. Q uæ dives ille quõdã
purpuratus, & delicijs
affluens ſuſtinet in in-
Matt.8.b. ferno, vbi eſt fletus &
&.13.f.g. ſtridor dẽtium. Q uod
autem ſequitur, Nunc
erunt: vel in fine vniuſ-
cuiuſque vitę intellige,
vel in conſummatione
rerum omniũ, & in die
iudicij, quando gene-
rales ſuper vniuerſos ve-
Hiere.9.b nient vltiones. Nolite ergo credere amicis: quia omnis a-
micus ſupplantatione ſupplantat: & qui propter aliquid
eſt amicus, non tam amicus eius eſt quem amare ſimulat
(ab amare quippè amicus dicitur) quàm eius rei quam dili-
Amicus. git. Interrogatus quidam quid eſſet amicus, reſpõdit: Alter
H ego. Q uòd ſi Pythagoreorum nobis opponitur exemplum,
qui ſe vades inuicem tyranno dederunt: Dicemus non gene-
raliter aduerſum omnes amicos, & charitatis affectus, ſentẽ
tiam à deo eſſe prolatam: nec cõtra omne tempus, ſed de eo
2.Tim.3.a ſuper quo Apoſtolus ait: In nouiſſimis diebus adueniẽt tem-
pora periculoſa: erunt enim homines ſeipſos amantes, cupi-
di, faſtidioſi, ſuperbi, blaſphemi, parẽtibus nõ obedientes, in-
grati, ſceleſti, ſine affectione, pactum non cuſtodientes, dela-
tores, incõtinẽtes, immites, ſine benignitate, proditores, pro-
Mat.10.c. terui, inflati, voluptatũ amatores magis q̃ dei: & cętera. Tũc
enim tradet frater fratrem, & pater filium, & mater filiam,
& inimici hominis domeſtici eius. Sed & nũc rara fides eſt:
cùm aliud in labijs, aliud in corde verſatur: venenum animi,
linguæ mella tegunt: Amici diuitum multi, à pauperibus au-
Eccl'i.6.a. tem etiam qui videntur eſſe, diſcedunt. Vnde dicitur: Si ha-
bes amicum, in tentatione poſſide eum. Legi in cuiuſdam cõ
« trouerſia: Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè ſer-
uatur. Scripſit Theophraſtus tria de amicitia volumina, o-
mni eam præferens charitati, & tamen raram in rebus huma
nis eſſe cõteſtatus eſt. Eſt & Ciceronis de amicitia liber, quẽ
Lelium inſcripſit: in quo illud quod apud noſtros præcipi-
tur: Vt ſit nobis amicus, quaſi vinũ vetus, & in ſuauitate bi-
bamus illud: penè eiſdem verbis poſitum eſt: Amicitia pa-
I res aut accipit, aut facit: vbi inæqualitas eſt, & alterius emi-
nentia, alterius ſubiectio: ibi nõ tam amicitia, q̃ adulatio eſt.
Vnde & alibi legimus: Sit amicus eadem anima. Et Lyricus
pro amico precans: Serues, inquit, animæ dimidiũ meæ. No
lite ergo credere in amicis, id eſt, his hominibus, qui de ami
citijs ſectantur lucra. Si vis vera amicitia delectari, eſto ami
Exo.33.c. cus dei: ſicut Moyſes qui loquebatur deo, quaſi amicus ad a-
Ioan.15.b micum. Eſto amicus, vt Apoſtoli, ad quos Saluator ait: Iam
non dicam vos ſeruos: quoniam ſeruus neſcit quid velit do-
minus ſuus: ſed dicã vos amicos: quoniam perſeueraſtis me-
cum in omnibus tentationibus meis. Delicata eſt amicitia,
quæ amicorum fœlicitates, & diuitias ſequitur. Iſtiuſmodi
homines non mihi videntur amicos. ſed ſeipſos diligere. Cõ
ſideremus attentius verba domini: Sed dicam vos, inquit, a-
micos: Redditq; cauſas quare illos amicos vocet. Q uia per-
ſeueraſtis mecum in tentatione, & non hucuſq; ſtetit: ſed in
omnibus, inquit, tentationibus meis. Euenit quippe interdũ,
vt qui nobiſcum perſeuerauit in vna tentatione, alijs victus
recedat. Secundò præcipitur: Neq; ſperetis in ducibus: Ma-
Hier.17.a ledictus enim eſt homo qui ſpem habet in homine. In homi
Acto.20.f ne, ſpes vana: & vera, in deo eſt. Vnde & Paulus loquitur: Et
ex vobis ipſis conſurgẽt viri loquẽtes peruerſa. Et ipſe do-
Hiere.4.f minus per prophetam: Duces populi mei me neſcierunt: fi-

HEB. Ab ea quæ dormit
in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra
oris tui: quia filius contu-
meliam facit patri, & filia
conſurgit aduerſus matrẽ
ſuam, nurus aduerſus ſo-
crum ſuam: inimici homi-
nis domeſtici eius. Ego au
tem ad dominũ aſpiciam:
expectabo deum ſaluato-
rem meũ: audiet me deus
meus.

lij ſtulti ſunt, & non intelligentes: ſapientes ſunt, vt faciant K
mala: bene autem facere neſcierunt. Duces quidem, ait, mei
vocabantur, & duces populi mei: ſed quia neſcierunt me, &
opere vocabulum deſtruxerunt: propterea filij ſtulti ſunt,
& non intelligentes prudentiã: ob hoc tantũ habẽt, vt ſubij-
ciãt ſibi ſimplicẽ gregẽ,
& proterãt pedib⁹ ſuis:
bene autem facere, &
regere populum neſcie
runt. Nolite credere in
ducibus, non in epiſco
po, non in presbytero,
non in diacono, non in
qualibet hominum di-
gnitate. Nec hoc dico,
quòd. iſtiuſmodi gradi
bus in eccleſia non de-
beatis eẽ ſubiecti: Q ui- Leui.20.b
cunque enim maledi-
xerit patri, aut matri,
morte morietur: & Apoſtolus docet præpoſitis in eccle- 1.Pet.2.c.
ſia obediendum: ſed quòd aliud ſit honorare duces, aliud
ſpem habere in ducibus. Honoremus epiſcopum, presbyte-
ro deferamus, aſſurgamus diacono: & tamen non ſperemus
in eis: quia hominis vana, & certa ſpes eſt in domino. Ter-
tium mandatum: Ab ea quæ tecum cubat, cuſtodi te, ne cre L
das ei. Vnde & Apoſtolus, mulieres vas infirmum vocat: & 1.Theſſ.4
eis à maritis ſuis exhiberi honorem iubet: Non enim crea- a.
tus eſt vir propter mulierem: ſed mulier propter virum: Et: Ephe.5.e.
vxor, inquit, vt timeat virum. Vxorum, timere eſt: & cum ti- 1.Cor.11.b
more virum diligere: Viri, tantum diligere: quia dilectio
perfectorum eſt: Viri, ait, diligite vxores veſtras, & nolite Ephe.5.e.
amari eſſe ad eas: licèt illæ ad iracundiam prouocent, & ta-
lia faciant, per quę mereantur amaritudinem ſuſtinere: Hoc
enim ſignificat παραπικραίνειν: tamen vos nolite eis in a-
maritudine vicem reddere. Sed & Salomon in Eccleſiaſte:
Et hominem, inquit, vnum de mille inueni: & mulierem in Eccl's.7.d
his omnibus non inueni: forſitan ſuo doctus exemplo mu-
lieribus non credendum, per quas offenderat deum. Sed & 3.Reg.11.
Poëta ſublimis: non Homerus alter, vt Lucilius de Ennio
ſuſpicatur: ſed primus Homerus apud Latinos: Varium, in- »
quit, & mutabile ſemper Fœmina. Plenæ ſunt hiſtoriæ Græ »
cæ & Latinæ: quanti viri ab vxoribus ſuis decepti ſint, eo-
rumq; vita ſit prodita. De ſcripturis autem & Dalilæ, cu-
ius ſuprà fecimus mentionem, & alterius ante Dalilam te-
ſtantur exempla: quæ arcanum Samſon ſeptem dierum ex-
preſſit lachrymis, & amore ſimulato quod latebat, inuenit.
Vnde Samſon poſtea loquitur: Niſi domuiſſetis vitulam Iudic.13.d
meam, non inueniſſetis propoſitionẽ meam. Hactenus præ- M
cipitur, ne amicis, ne ducibus, ne vxoribus facilè credamus.
Cauſaq; redditur non ſatis reſpondẽs ad propoſitionem, ait
enim: Q uia filius inhonorat patrem, filia ſurgit aduerſus
matrem, nurus contra ſocrum ſuam, & inimici hominis do-
meſtici eius. Nam quid pertinet ad amicum, ad ducem, ad
vxorem: ſi filius & filia & nurus, contra patrem ac matrẽ
ſocrumq; conſurgant? Videtur ergo mihi ſic cum ſuperio-
ribus poſſe coniungi: Nolite credere amicis, & ducibus, &
vxoribus, quæ mutari poſſunt, & eſſe pro tempore: cùm fi-
lius quoque & filia obliti educationis & infantiæ: aduer-
ſum authores vitæ ſuæ corporumq; conſurgant: & illis fa-
ciunt contumeliam, quos vultu quoq; lædere ſcelus eſt. Sed
hæc expoſitio nequaquam conuenit nurui aduerſus ſocrum
conſurgenti: & homini cui inimici domeſtici eius. Teren-
tius in Hecyra: Q uid eſt hoc, inquit, omnes ſocrus oderunt »
nurus: quod quanquam ambiguum ſit: tamen propemodum
naturale eſt: vt nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum. Hæc
de conſummatione & fine mundi: qualis aduentum Anti-
chriſti generatio præceſſura ſit: propheticus ſermo deſcri-
pſerit: Nunc diſputandum ſecundum ſuperiorem interpre-
tationem, in qua de hæreticis diximus: Audi tribus & quis
ornauit ciuitatem: nũquid ignis & domus impij? Et rurſum,
de eccleſia:

SEP. Ab ea quæ tecũ cu-
bat, caue ne credas ei: quia
filius contumeliã facit pa
tri, filia ſurgit aduerſum
matrem ſuam, nurus con-
tra ſocrum ſuam: inimi-
ci hominis viri domeſtici
eius. Ego autem in domi-
no contemplabor: expe-
ctabo deum ſaluatorem
meum: exaudiet me deus
meus.

A de ecclesia: Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit stipulam in messe. Et iterum: Væ mihi anima: perijt reuerens à terra, & qui corrigat inter hoïes, non est. Et deinceps: Princeps postulat, & iudex verba pacifica locutus est, desideriũ animæ suæ. Vnde duplex maledictio sequitur: Væ, væ, vltiones tuæ venerunt: nunc erunt ploratus earum: Et dicamus, scriptũ de hæreticis: Nolite credere in amicis, ô populi simplices, & in ducibus prauis qui se amicos & principes hæreseon esse promittũt: nõ enim vestram salutem, sed sua quærunt lucra: & deceptũ gregem pedibus suis conterunt: & ei quæ tecũ dormit, caue ne quicq̃ credideris: quam nõ possum aliam intelligere, nisi carnem, vt non facilè credamus carnis blanditijs, ne ani

a HEB. me9. Nẽ læteris inimica mea sup me, quia cecidi, consurgam: Cùm sedero in tenebris, dominus lux mea est: iram domini portabo, quoniam peccaui ei donec causam meã iudicet, & faciat iudiciũ meum: & educet me in lucẽ, & videbo iustitiam eius: & aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, Vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbunt eam, nunc erit in

B mi duritia virilisq; constantia illius edomita mollescat illecebris. Filius enim qui natus à deo est, neglecto creatore suo
Malac.2 b blasphemat eum à quo conditus est, dicẽte scriptura: Nõne deus vnus creauit vos? nõne pater vnus omnium vestrum? & anima cœlestem despicit Hierusalem, matremq; contemnit ecclesiam, quam qui contempserit, morte morietur. Et nurus consurgit aduersus socrum suam: Quod iuxta tropologiam intellectu videtur difficile: sed qui legerit Canticũ canticorum: & sponsum animæ, dei sermonem intellexerit, crediderit q; Euangelio: quod secundum Hebræos æditũ nu-
Matt.10.c per transtulimus, in quo ex persona Saluatoris dicitur: Modo tulit me mater mea, sanct9 spiritus in vno capillorũ meorum: non dubitabit dicere sermonem dei ortum esse de spiritu, & animã quæ sponsa sermonis est, habere socrum sanctum spiritum: qui apud Hebræos genere dicitur fœminino רוּחַ. Hæretici ergo cùm antè crediderint in scripturis, quæ à spiritu sancto conscriptæ sunt & æditæ, transferunt se ad nouas doctrinas, & fermentum Pharisæorum, & mandata hominum: dumq; sermonem dei contemnunt, socruí suæ faciũt iniuriam. Et ne fortè dubites, verbum & filium dei nasci de
Luc.1.b. spiritu sancto: Gabrielis ad Mariam verba considera: Spiritus sanctus, ait, veniet super te, & virtus altissimi obũbrabit tibi: ꝓpterea qd̃ nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius dei.

C Post hæc sequitur: Inimici hominis viri domestici eius: Q d̃
1.Cor.11.a sic nobis iuxta tropologiam exponendũ videtur: Omnis viri caput, Christus est: & Christus, caput ecclesiæ: huius sæpe inimici sunt, qui putantur in domo eius esse, id est, in ecclesia: & à capite quidem non recedunt: sed contra suũ sentiunt caput, qui absq; magistro, & gratia domini, scientiã scripturarum suo iudicio promittentes: inflati sunt, & nihil sciunt, & languent circa quæstiones, & contentiones pugnasq; verborum, qui verè consistentes in domo, inimici sunt veritatis. Scire autem debemus ꝙ in Euangelio propè eadem verba sint, quæ nunc legimus in propheta: & iuxta cõtextum illius loci alterũ habere sensum: quę vtrum assumpta sint de propheta, an propria authoritate præcepta, nosse domini est: q & in prophetis, & in Euangelijs locutus est. Ait autem illic
Matt.10.d dominus: Veni diuidere virum aduersus patrem suum: & filiam contra matrem suam: & nurum aduersus socrum suã: & inimici hominis domestici eius. His itaq; edissertis: si tamen potuimus sensum attingere scripturarum: sanctus refrigeratam intelligẽs charitatem: & homines in consumma tione mũdi non esse amatores dei, sed amatores sui: alijs credentibus amicis & ducibus & vxoribus, filioq; & filia, & nuru aduersus patrem & matrem & socrum consurgentibus, & inimici hominis domestici eius: ipse credit in domino, & omnis cõtemplatio eius est in deo suo: & quanq̃ tribulationibus & pressuris mundi prematur: tamen præter eum qui D
Ioan.16. dicit: Nolite timere, ego vici mundum, in nullo fiduciam habens, expectat deum saluatorem suum: & credens in eo, oculosq; suos ad eum semper dirigens, sperat se exaudiendum quotiens eũ inuocauerit. a ¶ Ne lęteris inimica mea &c.)

SEP. me9. Ne insultes mihi inimica mea, quia cecidi, & resurgam: quia si am bulauero in tenebris, dominus illuminabit me: Irã dñi sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet causam meã, & faciat iudiciũ meum, & educat me in lucem, & videbo iustitiam eius: & videbit me inimica mea, & operiet eam confusio, quæ dicit ad me: vbi est dñs deus tuus? Oculi mei videbunt eam, nunc erit in

Videtur mihi iuxta literam, Hierusalem contra Babylonicam & cæteras gentes loqui, quæ sibi insultauerãt: Ne lętemini in ruina mea: qa domino miserante consurgã: postq̃ sedero in captiuitate, educet me ille de tenebris, & erit lux mea. Iram domini sustinebo: quia me scio meruisse qd̃ passa sum, donec vlciscar de gentibus: & fiat iudicium meum. Noui quippe ꝙ me sit eductur us in lucem, & videbo iustitiã eius, & aspiciet inimica mea Babylon, & cæteræ gentes in circuitu, & operietur con E
fusione, quæ nunc dicit: insultans, vbi est dominus deus tuus? Oculi mei videbunt eam, & non longo post tẽpore, sed nunc & in præsentiarum conculcatam, quasi lutum platearũ. Hactenus Hierusalem, siue propheta ex persona populi sit locutus: Nunc deus ad Hierusalem respondens inducitur: O Hierusalem, venerunt dies, vt ædificentur maceriæ tuæ: quæ erant à Babylonio vastante destructæ: In die illa longè fiet lex, siue præceptum & iussio: vt Symmachus & Theodotio interpretati sunt, dicentes: ἐπιταγὴ καὶ πρόσταγμα: & est sensus, nequaquam Babyloniorum imperio subiacebis: In die illa qua ædificabuntur maceriæ tuę, venient ad te de Assur, & de ciuitatibus munitis: à ciuitatibus, inquam, munitis vsq; ad Iordanem: per quem & antè transiuit populus: & à mari rubro, & cunctis gentibus vsque ad mare mortuum: quod vicinum est terræ ꝙæ: & ad montem Sion, de montibus Persarum atque Medorum: in quo translati prius fuerant, & erit terra reliqua Chaldæorum, & eorum qui te vastauerãt in desolationem: propter habitatores suos, & propter mala opera eorum. Hoc sibi Iudæi vsque hodie pollicentur, & in eo loco, in quo nos exposuimus: in die illa longè fiet lex, sicut nobis visum est: & sicut prudentiores eorum dixerunt: Aliqui friuolè mentiuntur, & aiunt: In die illa qua à Christo ædificatæ fuerint maceriæ Hierusalem, scri F
pturas sanctas legis & prophetarum, quæ nunc tenentur à nobis: tolli de manibus nostris, & tradi populo Iudæorum. Nam quod dicitur iuxta Septuaginta, ἡμέρα ὀλοφῆς πλίνθου, id est, dies liturę lateris, deletio tua, non ad Hierusalem: vt iuxta Hebraicum exposuimus, sed adhuc ad Babylonem dici intelligamus: quòd & ipsa delenda sit: & in morem lateris conculcanda. Et repellet legitima dies illa, non legitima dei, sed ea legitima quæ aduersum legem dei, ô Babylon iusseras obseruari: Et ciuitates tuæ venient in conclusionem, siue in diuisionem, Assyrijs te impugnantibus: Si quidẽ Babylon Chaldęorum fuit ciuitas, nõ Assyriorum. Et vrbes tuæ munitæ erunt in diuisionem hostilis exercitus, à Tyro vsque ad flumen Tygrim, quo circuiris, & à mari magno vsque ad mare rubrum: quod ex latere pergentibus Indiam, tangit regiones tuas. Et de monte vsq; ad montem: de montibus scilicet Iudææ vsque ad montes Mediæ atque Persarum, tota Mesopotamia & vniuersa regio, quæ nunc à te tenetur in medio, aduersariorum imperio subiugabitur. Et erit terra in desolationem propter pessimos fructus studiorum vestrorum. Vbi Septuaginta interpretati sunt de Tyro: sciamus in Hebraico scriptum esse, מְצוֹר: quod verbum si in præpositionem מִ, & nomen צוֹר, diuidatur, de Tyro intelligitur: sin autem vnus sermo sit, munitionẽ

G sit,munitionē ſonat. Deniq; oēs πρόχωμα καὶ πλιορκίαν,non de Tyro:vt Lxx.ſed munitionem & ambitum muratæ vrbis tranſtulerunt. Hoc iuxta Hebraicum, & vota carnei Iſraël & populi cōciſionis, quaſi ex ſuperfluo ocioſus ſermo præluſerit. Nunc veniamus ad intelligentiam ſpiritualem:& ipſo ſpiritu ſancto exponente, quo ſcripta ſunt, in locis vel difficillimis deſudemus. Videtur mihi omnis anima Hieruſalem, in qua ædificatū fuit templum domini, & viſio pacis,& notitia ſcripturarū: & poſtea ſuperata à peccatis, ducta eſt in captiuitatem: tormentiſq; tradita: dicere contra Babylonē, id eſt confuſionē huius mundi,& aduerſus contrariā fortitudinē quæ huic mundo præſidet: Noli inſultare mihi inimica mea: quia cecidi, & reſurgam: Dominus eñ alleuat eliſos,& loquitur per prophetā: Nunquid qui cadit, nō reſurget?Et:nolo mortem peccatoris:tantum vt reuertatur, & viuat.

HEB. erit in cōculcatione,vt lutum platearū:dies vt ædificentē maceriæ tuę, In die illa longè fiet lex: In die illa vſq; ad te veniet de Aſſur:& vſque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis, vſq; ad flumen: & ad mare, de mari: & ad montem, de monte: Et erit terra in deſolationem propter habitatores ſuos:& propter fructū cogitationum eorum. Pāſce populum tuum in virga tua,gregē hæreditatis tuę: habitātes ſolos in ſaltu in medio Carmeli:paſcentur Baſā & Galaad iuxta dies antiquos: ſecundum dies egreſſionis tuæ de terra Aegypti,oſtendam ei mirabilia.

SEP.erit in cōculcationē, ſicut lutū in viis,dies lituræ lateris deletio tua:& repellet legitima tua dies illa & vrbes tuæ venient in cōcluſionē & in diuiſionē Aſſyriorū,& ciuitates tuę munitæ in diuiſionē à Tyro vſq; ad flumē:& à mari vſq; ad mare: & de monte vſq; ad mōtē: & erit terra in diſſipationē cū habitatoribus ſuis ꝓpter fructus adinuentionū eorū. Paſce populū tuū in virga tua, oues hæreditatis tuæ,habitātes ſolas in ſaltu: in medio Carmeli paſcētur Baſanitin & Galaaditin iuxta dies priſtinos,& iuxta dies egreſſiōis tuæ de terra Aegypti, oſtēdā eis mirabilia.

nouellam accedere fœditatem. Hoc propterea,ne quis ſecurus de pœnitentia,eò q̄ poſt peccatum poſſit dicere: irā dei ſuſtinebo,quoniam peccaui ei,donec iuſtificet cauſam meā: peccet & cauterio indigeat, & ſanatus iterū vulneretur. Cū autem eduxerit nos dominus in lucem,& viderimus iuſtitiā eius, tunc videbit inimica noſtra Babylon, & operiet confuſione,quę prius loquebat ad nos: vbi eſt deus tuus: exiſtimans Hieruſalem poſt vulnera nō poſſe ſanari. Et reſpicient eā oculi noſtri:& erit in conculcationem vt lutum platearum. Et quia omnis pœnarū finis bonorum exordiū eſt: & dolor proficit ad ſanitatem:de luto illius lateres fiēt: & erit formatio laterum litura eius. Et ī die illa veteres abijciet errores,ciuitatesque illius quę malè munitæ fuerant,venient in concluſionem,ſiue in diuiſionem,& diuidentur ab Aſſyrijs. de Tyro quoq;, quæ interpretatur σωσοχή,id eſt,angu ציר ſtia:cōſurgent aliæ fortitudines,& erit ſeditio vſq; ad eos qui ſeculi huius rheumate delectantur:& libidines generant in hominibus. Et de mari vſq; ad mare:& de monte vſq; ad montem inuicem bella cōſurgent vt amaritudo pugnet contra amaritudinem: & erigens ſe humilianda ſublimitas,contra aliam dimicet altitudinem:& tunc verè compleatur: Veníte,deſcendamus, & cō fundamus linguas eorum,ne audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui:prodeſt quippe fortitudines peſſimas inter ſe non habere concordiam. Et:cùm ſatanas aduerſus ſatanam diuiſus fuerit,tunc demum omne regnum illius deſtruetur: Et quod frequenter in magnis exercitibus euenire ſolet, vt interfecto tyranno,ſatellites eius regnum inter ſe diuidant,contra ſeq; conſurgant:& inteſtinum inter eos bellum ſit. Hoc & in cō ſummatione mundi fiet,quādo Hieruſalem maceriæ fuerint ædificatæ:& Babylon corruerit,Aſſyriiq;,& Tyrij, de flumine,& de mari,& de montibus:id eſt,vniuerſæ inter ſe pugnabunt dæmonum nationes,& diſſipato regno illorum fiet regnū domino Ieſu,& omne genu flectetur,cœleſtium, & terreſtrium.& infernorum:& vniuerſa lingua cōfitebitur, quia dominus Ieſus in gloria eſt dei patris. Vt autem ſciatis finē huius ſeditionis profectum eſſe virtutum:erit tunc terra Babylonia in diſſipationem cum omnibus habitatoribꝰ ſuis, & nequaq̄ fructus faciet Babylonios. a ¶Paſce populū tuū in virga tua &c.) Hoc qđ dicitur: Paſce populū tuū in virga tua:deus pater loquitur ad filium:id eſt,ad dominum noſtrum Ieſum Chriſtū:vt quia paſtor bonus eſt,& ponit animam ſuam pro ouibꝰ ſuis: paſcat populum ſuū in virga ſua, & oues hæreditatis ſuæ.Ac ne putemus eoſdē eſſe populos, quos & oues:in alio loco legimus:Nos autem populus tuus, & oues paſcuę tuæ.Populus refertur ad rationabiles quoſq; oues autem ad eos qui necdum ratione viuentes, tantū ſimplicitate contenti ſunt:& appellantur de hęreditate dei. Tā populus autem q̄ oues indigent virga paſtorali: de qua loquitur & Apoſtolus:Quid vultis,in virga veniam ad vos:an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Ob hāc puto cauſam, quia populus Iſraēl durę ceruicis erat:& ſemp carnes Aegyptias ſuſpirabat:vſum eſſe Moyſen non ſolū aduerſum Aegyptios,quos percuſſit decem plagis:ſed etiam aduerſus populum in ſolitudine,virga legali,virga percutiente:& omnia

vaſa teſtea

Si autem ideo me deſpicis:quia tormēta ſuſtineo: diſce per Ezechiel:pœnas primùm ſanctiorib⁹ irrogari,& dici à domino:A ſanctis meis incipite: Quia ſi ambulauero in tenebris,dominus lux mea eſt. Licèt enim rectores tenebrarum iſtarum me deceperint,& ſedeā in tenebris, & vmbra mortis,& pedes mei impegerint in montes tenebroſos: tamē ſedentibus in tenebris,& in vmbra mortis,lux orta eſt: & lux lucet in tenebris:Et:dominus illuminatio mea,& ſalus mea, quem timebo:& loquar ad eum,& dicam: Lucerna pedibus meis verbū tuum domine:& lumē ſemitis meis. Ipſe quippe mihi præcepit in tenebris huius ſeculi conſtituto:Sint lumbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes in manibus veſtris. Sequitur:Iram domini ſuſtinebo,quoniam peccaui ei:donec iuſtificet cauſam meam,& faciat iudicium meum:& educat me in lucem, & videbo iuſtitiam eius. Omnis correptio ad præſens,non videtur eſſe gaudij,ſed mœroris:& poſtea fructum pacificum iuſtitiæ reddet his qui per eam fuerint eruditi. Sentiens igitur anima ſe peccaſſe & habere vulnera peccatorum,& in mortuis carnibus viuere,& indigere cauterio, conſtāter dicit ad medicū:vre carnes meas, reſeca vulnera: humores omnes & ῥεῦμα noxiū dura hellebori potione cōſtringe. Mei vitij fuit, vt vulnerarer: mei doloris ſit, vt tormenta ſuſtineam : & poſtea ſanitatem recipiam . Verusq; medicus iam ſoſpiti atq; ſecuræ oſtēdit cauſam medicaminis,& rectè ſe docet feciſſe quod fecit. Deniq; poſt cruciatus atq; ſupplicia:educta de tenebris exterioribus anima, & reddito nouiſſimo quadrāte dicit:Videbo inſtitiam eius, & loquar:Iuſtificata ſunt iudicia tua deus.Si autē Chriſtus factus eſt nobis à deo ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio,& redemptio:qui iuſtitiam poſt iram dei videre ſe dicit,Chriſti ſibi repromittit aſpectum.Et hæc duntaxat de pœnitentibus.Cęterùm multo melius eſt,non habere vulnera,& medico non egere.Curatio,non beatitudo ſanatorum eſt:ſed ſolatium poſt dolorem.Igitur qui curatus eſt,caueat,ne iterū peccet:& rurſum ei aliquid deterius fiat.Legimus in Leitico:ſi tamen oculis apertis legimus: Et velamen quod in lege poſitum eſt interioris oculi,non excludit intuitum, in vibice & cicatrice combuſturæ lepram ſolere generari,& mutare colorem pili, & ad priorem deformationem cicatricis

Hiere.8.b
Ezec.33.c
Eſa.9.a.
Pſal.26.a
Ibi.118.o
Luc.12.b.
1.Cor.1.d
Leui.13.
Ibid.9.c.
Gen.11.a.
Mat.12.b.
Ioan.10.b
Pſal. 78.c
1.Cor.4 d

A vasa testea,& fragilia confringente: Apostolis autem domi-
1.Cor.2.b ni saluatoris qui sapientiam loquebãtur inter perfectos,vir-
1.Ioã.4.d gam excussam esse de manibus:quia perfecta dilectio foras
mittit timorem.Quòd si quis nobis oppoſuerit: quomodo
nunc dicatur ad Christum:hoc est,ad bonum pastorem:qui
vtiq; maior Apostolis,
& melior est, vt vtatur
virga: cũ maioris pro-
fectus sit virgam nõ ha
bere, q̃ virga populos
ouesq; corripere. Re-
spondebimus eis secũ-
dum illud quod domi-
nus pollicetur Apostо-
Ioan.14.b lis suis: maiora eos si-
gna in populis esse fa-
cturos,q̃ ipse fecerit.Et
quia adhuc dominus lo
a bũt:& timebunt te. Q̃uis
quebatur ad carneũ Is-
raël: & nec dum ad eũ
qui pfectè poterat nos-
se mysteria: idcirco di
ctum esse de eo, vt pa-
scat in virga populum
B & gregem suum:Apo-
stolis autẽ virgam ex-
cussam esse de manib⁹:
& seueritatem legis,Euangelij clemẽtia temperatam. Porrò
hi populi & istæ oues propterea percutientur, & pascentur
in virga:quia habitauerãt soli in saltu: Quod quidem pos-
sumus & de his accipere qui se de ecclesia separantes, con-
uiuijs dedunt amicitijsq; gentiliũ:Necnon & de his qui odio
Timon. generis humani vitam appetũt solitariã: qualem Timonem
fuisse Athenis legimus:non quòd solitaria vita & prophetи-
3.Reg.17. ca quam habuerunt Helias & Ioannes condemnanda sit:sed
&.19. quia si cæteros despiciens ipse superbiat,& habitet in saltu
Matt.3. & vitiorum,virga corripienda sit. Qui solus habitat,& nõ ha
11.a. bitat in saltu,iste in laude virtutum est: qui autem solus est,
& non facit opera iustitiæ & quietis: tantum fruitur volu-
ptate,& non in Christi opere & labore desudat:nec proprijs
1.Cor.4.c manibus quærit cibum quod Apostolus iubet, & in super-
biam erigitur:hic habitat in saltu,& inter infructuosa ligna
versatur. Sed tamen quia bonus pastor est, & virga eius ob
hoc percutit vt emendet:meliora sermo propheticus polli-
cetur,& dicit:In medio Carmeli pascentur Basanitidem &
C Galaaditin, iuxta dies æternitatis, & iuxta dies egressionis
כַּרְמֶל tuæ ex Aegypto.Carmelus interpretatur,scientia circunci-
הַבָּשָׁן sionis:Basanitis confusio,& Galaad transmigratio testimo-
גִּלְעָד nij.Populus ergo dei & oues pascuæ eius,quæ prius pasce-
bantur absq; grege domini, & extra ecclesiam eius, in saltu
versabantur errorum:postea transferuntur ad notitiam ve-
ræ circuncisionis:& seruient deo in spiritu,& gloriabuntur
in domino,& non in carne confident: & erunt vera circunci
sio,& non concisio.Cumq; pasti fuerint spirituali circunci-
sione,intelligẽtes peccata pristina,confundẽtur in vitijs suis,
& erubescẽt,& erunt in cõfusione quæ ducit ad vitam: quia
Eccli.4.c est & alia confusio quæ ducit ad mortem: in qua habitauit
quondã Og,rex Basan: siquidem Basan interpretatur confu
sio:de qua confusione pessima & dominus repromittit libe-
Psal.67.c raturum se populum suum.Dixit dominus,ex Basan cõuer-
tam,conuertã de profundo maris.Cumq; scierimus verã cir
cunciſionem,& cõfusi fuerimus super peccatis nostris: tunc
erimus in Galaad:quæ interpretatur transmigratio testimo
nij in ecclesia Christi: ad quam testimonia legis & prophe-
tarum eloquia transcenderunt: & hoc fiet nobis secundum
dies antiquos, secundũ dies quando egressi sumus de terra
Deut.4.c Aegypti,de quibus Moyses dicit:Recordamini dies æterni-
tatis:non dies huius seculi,qui appellãtur mali,sed dies per-
petuos.Recordatur autem dierum æternitatis,qui non aspi-
cit præsentia:surrexitq; cum Christo,& sedet cum eo in cœ
lestibus,iam mente præsumens se de diebus præsentis seculi

HEB. rabilia. Videbunt gentes,& confundẽtur super omni fortitudine eorum. Ponent manus suas super os:aures eorum surdæ erunt. Lingent puluerem sicut serpentes: velut reptilia terræ, turbabũtur de ędibus suis. Dominum deum nostrum formidabũt:& timebunt tę. Q̃uis deus similis tui? qui aufers iniquitatem,& trãsis pec catum reliquiarum hæreditatis tuę. Non immittet vltrà furorem suum: quoniam volens misericordiã est. Reuertetur,& miserebitur nostri:

liberatum.Promittit quoq; sermo diuinus quòd ostẽdat po D
pulo suo,& ouibus hæreditatis suæ mirabilia. Tunc,inquit,
videbunt gẽtes, & confundẽtur in omni fortitudine sua qua
vastauerant quondam, & præualuerant aduersus populum
dei:& confusio earum habebit profectum, cùm sua intelle-
xerint mala. Ponẽt eñ
manus suas sup os suũ,
malaq; opera, omnẽ eis
loquẽdi auferent liber-
tatem.Quomodo autẽ
impiarum gentium ma
nus claudunt ora eo-
rum:sic iustorũ,manus
eorum ora reserabunt,
ex opere bono loquẽdi
cum deo accipientium
facultatẽ. Aures quoq;
eorũ obsurdescẽt: quia
malitia non solum ocu
lorum obcęcauit intui-
tum: sed & aures fecit
obsurdescere:noluerũt
enim audire vocem in-
cantantium, & venefici
incantantis sapiẽter.Et E
iuxta Esaiam: auribus Esa.33.c.
suis grauiter audierũt:
quanq̃ multo minus sit grauiter audire,q̃ penitus non audi-
re:& surdũ fieri vt verbum non audiat veritatis. Post tanta
mala,dicitur de eis,quòd lingent humũ quasi serpentes:quæ
trahunt terrã,ambulantes in ventre suo:& comedentes ter- Geñ.3.c.
ram omnibus diebus vitæ suæ:Et carnis,id est,terrena ope-
ra facientes,& trahentes secum vsq; ad diem vltionis, & vi-
sitationis domini,non puluerẽ,non terræ parua vestigia,sed
totam humum. Quod cùm fecerint,& ad iudicium dei ve-
nerint,& conclusi fuerint atq; turbati: tandiu turbabũtur,&
conclusi erunt, q̃diu terra quam traxerant quasi serpentes,
permanserit in eis. Cùm autem illa defecerit,obstupescent,
& admirabuntur,non in domino deo suo:necdum enim me-
rebuntur,vt dicatur dominus deus eorũ:sed in domino deo
nostro.Et subitò fit ἀπροσδόκητος ad Christum, dicturq; ad eũ:
Et timebunt à te:Principium enim sapientię,timor domini. Prou.1.a
Et hæc fient,vt videant gentes, & confundantur in omni ma
la fortitudine sua:& ponant manus super os suum,& aurib⁹
obsurdescant,& lingant terram velut serpentes qui trahũt
humum,vt primùm concludantur,conclusiq; turbentur: in-
de territi obstupescant ad dominum deum sanctorum:& ad
extremum ipsi quoq; timeant illum. Hoc iuxta Lxx. Porrò F
quia non multũ ab eis in præsenti duntaxat loco nostra dis-
cordat æditio: quod in illis dictum est, etiam in hac dictum
existimemus. a ¶Quis deus similis tui? qui aufers &c.)
Intelligens propheta, gentium multitudinem propterea in
conclusione sua esse turbatam, vt obstupesceret, & timeret
deum:& idcirco dominum desæuire, vt peccata auferat, &
donet salutem:laudat dominum atq; miratur,& dicit:Quis
deus sicut tu? auferẽs iniquitates,& transcendens iniustitias:
vt quomodo exterminator in Aegypto transcẽdit populum Exod.12.b
Israël,& non vastauit eum:Vnde à transitu phase,id est pa- פֶּסַח
scha,nomen accepit:Sic tu parcas gentibus,nequaq̃ illis im-
putans iniquitates suas. Porrò quod sequitur: His qui reli-
qui sunt de hæreditate eius, non tenuit in testimoniũ iram
suam:hic est sensus:Si gentibus pepercit,quæ legi eius cre-
dere noluerũt:& qui superflui & reliqui de populo sunt re-
licti,iniquitates suas eis noluit imputare, nec in testimoniũ
iusti supplicij eorum intulit iram suam:quid faciet de grege
suo,qui pascitur in medio Carmeli,& in Basanitide,& in Ga
laad? Volens enim misericordiam est,& reuertens miserebi In psalmis
tur nostri:& grauia peccata nostra,& iniquitates quæ sedẽt Zach.5.d.
super talentum plumbi,ipse portabit, & demerget in mare,
& pârere non faciet. Dabit veritatem Iacob & misericordiã
Abraham:vt supplantatori populo & nouello,& semper in

SEP.rabilia. Videbũt gẽtes, & confundentur in omni fortitudine sua:ponẽt manus super os suum:aures eorum surdę erũt:Lingent humũ sicut serpẽtes, quæ trahũt terram:turbabuntur in conclusionibus suis: super domino deo nostro formidabunt,& timebunt à te. Quis deus sicut tu,auferens iniquitates,& trãscendẽs iniustitias his qui reliqui sunt de hæreditate tua. Non tenuit in testimonium iram suam: quia volens misericordias est. Reuertetur,& miserebitur nostri:

G luctа posito:reddat in Christo veritatem suam:& multitudini gentiũ(Abraham quippe vocatur pater multarum gentium)tribuat misericordiam:sicut iurauit eis,qui patres extiterunt fidei nostrę secundũ dies antiquos:quòd de tota hominũ multitudine alios saluet in veritate,alios in misericordia. Porrò vbi nos interpretati sumus,nõ immittet vltrà furorẽ suũ: pro vltrà, Symmachus transtulit in sempiternum: Theodotio, in finem:Lxx.& quinta ędition ἕως μαρτύριον, id est,in testimonium:pro quo positum est in Hebræo לָעַד:& tamvltra, q̃ sempiternum,& testimoniũ intelligi potest. Dicam & ego in fine voluminis,laborem opusculi mei,domini inuocatione consignans:Deus quis similis tibi?aufer iniquitatẽ serui tui: transi peccatum reliquiarum animę meę,ne immittas in me furorem tuum, neq; in ira tua corripias me: Quoniam misericors es, & multæ miserationes tuæ. Reuertere,& misereberis nostri: deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundũ maris omnia peccata nostra: dabit veritatem in Iacob: misericordiam Abraham, quam iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

HEB.

SEP.

rere mei:præcipita iniquitates meas,& mitte eas in profundũ maris:vt salsugo & amaritudo vitiorum in salsa regione dispereat. Da veritatem quam promisisti seruo tuo Iacob, & misericordiam quam pollicitus es amico tuo Abraham: & libera animam meam à persecutoribus prophetarũ tuorum,Achab, & Hiezabel, sicut iurasti patribus meis in diebus antiquis,dicẽs: Viuo ego, dicit dñs: Nolo mortẽ peccatoris,tãtum vt reuertatur,& viuat. Et alibi: Statim vt conuersus ingemueris, saluus eris. Tunc videbit inimica mea, & operietur cõfusione:quæ nũc dicit ad me:Vbi est dominus deus tuus? Videbo in ea vltionem tuam: & erit quasi lutum plateарum, atque calcabitur ne amplius de luto & paleis Aegyptias extruat ciuitates.

K

Ezec.18.g

Ibidem. f.

Commẽtariorũ in Micheam prophetam finis.

H

DIVI HIERONYMI

L

PRESBYTERI IN NAHVM PROPHETAM, AD Paulam & Eustochium, Procœmium.

IVxta septuaginta interpretes,in ordine prophetarũ duodecim, post Ionam Nahum ponitur:quia videntur de eadem vrbe prophetare. Scriptum siquidẽ est in Iona: Factus est sermo domini ad Ionam,filium Amathi,dicens: Surge,& vade in Niniuen,ciuitatem magnam,& prædica in ea: In Nahum verò istud exordiũ est: Assumptio Niniue:liber visionis Nahum Helkesęi. Igitur vterq; de Niniue Assyriorũ metropoli, quæ nũc vocatur Ninus,texunt vaticinium: Porrò in Hebraico post Ionã, Micheas ponitur:& Micheam sequitur Nahum:qui interpretatur, consolator. Iam enim decẽ tribus ab Assyrijs ductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda: sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati,aduersum Niniuen visio cernitur. Nec erat parua cõsolatio,tam his qui iam Assyrijs seruiebant,quam reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab ijsdẽ hostibus obsidebantur:vt audirent Assyrios quoq; à Chaldæis esse capiendos,sicut in consequẽtibus huius libri demonstrabitur. Sciendũ autem est quoniam Niniue in nostra lingua de Hebręo speciosam sonat(speciosus autem mundus hic dicitur:vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit)quicquid nũc aduersum Niniuen dicitur,de mundo figuraliter prædicari. Quam ob causam,assumptio quã Lxx. interpretantur λῆμμα,& Aquila ἆρμα interpretatus est:apud Hebræos מַשָּׂא ponit,id est,graue onus: eo quòd eam aduersus quam videtur,premat,nec sinat eleuare ceruicem. Porrò quod additur: Nahum Helkesęi: quidam putant Helkesęum patrem esse Nahum,& secundũ Hebręam traditionẽ etiam ipsum prophetã fuisse: cùm Helkesi vsq; hodie in Galilęa viculus sit:paruus quidẽ & vix ruinis veterum ædificiorũ indicãs vestigia:sed tamẽ notus Iudęis:& mihi quoq; à circunducẽte monstratus. Simul & hoc attendendũ quòd hæc ipsa vel assumptio,vel onus,vel pondus,pphetæ visio sit. Nõ enim loquitur in ἐκστάσει, vt Mõtanus & Prisca,Maximillaq; delirãt:sed quod pphetat,liber est visionis intelligẽtis vniuersa quæ loquitur:& pondus hostium faciẽtis in suo populo visionẽ. De cõsummatione itaq; mũdi secundũ ἀναγωγὴν,ô Paula & Eustochiũ,in cõsolationẽ sanctorũ prophetia texitur:vt quæcũq; in mũdo vidẽt, quasi prętereũntia & caduca cõtẽnãt:& præparẽt se ad iudicij diẽ,vbi vltor aduersus veros Assyrios futurus dñs est.

I

M

Helkesi.

COMMENTARII HIERONYMI in Nahum prophetam.

a DEus æmulator,& vlciscẽs dominus.) Vox prophetæ laudãtis deum: quòd de Assyrijs populi sui sit vltus iniuriam. Siue iuxta altiorem intelligẽtiam: quòd audiat gemitũ sanctorum suorum, & in cõsummatione mundi faciat aduersarios sentire supplicia. Quòd autem zelus in bonam partem accipiatur, & Paulus Apostolus ostẽdit, dicẽs: 1.Co.12.d Zelamini χαρίσματα maiora. Et in alio loco: Zelor enim vos dei zelo. Et ipse dominus in psalmo: Zelus domus tuę comedit me. Et Helias: Zelans,inquit,zelatus sum domino omnipotẽti deo Israël. Phinees quoq; zelum,& Matathię legimus. Et Simonem zelotẽ Apostolum Iesu Christi:quẽ Marcus Euangelista,Simonem Chananęũ vocat. Zelatur autem dominus in salutẽ eorũ quos zelat: vt quos nõ potuit eius seruare clementia, seruet æmulatio. Vnde & ad Hierusalem, quæ propter peccata nimia visitationẽ zeli & furoris eius nõ merebatur: in Ezechiele

2.Co.11.a
Psal.68.b
3.Re.19.b
Nũe.25.c
1.Mac.2.c
Act.1.b
Mar.3.c.

HEB. CAP. I.

NUs Niniue:liber visionis Nahum Helkesæi.

a Dẽus æmulator & vlciscens dominus. Vlciscẽs

SEP. CAP. I.

ASsũptio Niniue: liber visiõis Nahum Helkesęi.

Ezec.16.e in Ezechiele loquitur deus:Zelus meus receſſit à te: & non
A iraſcar vltrà tibi.Q uãdiu itaq; agebat pœnitentiã mundus,
conſummatio illius non fiebat:poſtq̃ verò multiplicata ini-
Mat.24.b quitate refrixit charitas multorum, ita vt tententur etiam
electi dei:tunc zelator dominus venit in vltionem:non quòd
ipſe ſit inimicus & vl-
tor,quod de diabolo di-
citur:ſed quòd inimica
ſit ei⁹ vltio: & quaſi ig-
nis,ligna, fœnum, ſtipu
lamq; cõſumat:vt purũ
aurum remaneat & ar-
gẽtum. a ¶Vlciſcẽs
dominus, & habens fu-
rorem &c.) Secundum
vtramq; intelligentiam:
Prou.3.b. quia diligit dñs quem
corripit: & caſtigat o-
nem filium quem re-
cipit: ideo iraſcitur, vt
quod aduerſariũ & ini
micũ ſibi eſt, tollat:&
hoſtib⁹ & cõtrarijs co-
gitationibus fractis, ſer
B monibusq; ſublatis, in
antiquum redeant ſta-
tũ. Deniq; in conſequẽ-
tibus,ait: Dominus patiẽs, & longa fortitudo eius.Sed quia
ſemel & hiſtoriã exponere propoſuimus, inimicos & hoſtes
dei intelligamus Aſſyrios: in quos cũm diu patiens fuerit,
poſtea cum furore & iracundia vltor exiſtet. b ¶Domi-
nus patiens & magnus fortitudine &c.) Q uod ſignificãtius
in Græco dicitur:κύριος μακρόθυμος καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς
αὐτοῦ ἀθῳῶν οὐκ ἀθῳώσει.Et eſt ſenſus: diu quidem ſce
leris Aſſyriorum patiens fuit,& magnanimitatis ſuę fortitu
dine iniquitates eorum ſuſtinuit, prouocans eos ad pœnitẽ-
Rom.2.a. tiam:ſed quia contempta bonitate dei,ſecundũ cor impœni
tens theſaurizauerunt ſibi iram in die iræ: qui antè patiens
fuit,nequaq̃ eos tanq̃ mundos & innocẽtes inultos abire pa-
tietur. Vel certè ita:quoniã in bonam partẽ ſimul volumus
Pſal.146. accipere quę dicũtur,patiens eſt qui ſuſtentat omnes ruen-
a tes:& erigit eliſos:qui ſanat tribulatos corde, & alligat con
tritiones eorũ:& magna virtus eius, ſoluens inimicitiam in
carne,& nocentem non faciens innocentem:cùm etiã qui ni-
mium ſibi applaudet q̃ argutus fuerit,non merito proprio,
Luc.15.g. ſed miſericordia dei ſit ſaluatus.Licèt enim dicat:Ecce ego
C tot annos ſeruio tibi,& nunq̃ pręceptũ tuũ præteriui:tamen
Pſal.144 quoniã bonus eſt dñs omnibus, & miſericordiæ illius ſuper
b. omnia opera eius:& omnes peccauerunt, & indigent gloria
Rom.3.c. dei:iuſtificatus ab eo gratis audiet: An oculus tuus nequam
Mat.20.b eſt:quia ego bonus ſum? Atq; ita fiet, vt in eo ipſo q̃ arguit
& ignoſcit,nullum innoxiũ abire patiatur. c ¶Dominus
in tempeſtate & in turbine &c.) Pro tempeſtate & turbine,
σωτελείαν καὶ συσσεισμόν,id eſt,conſummationẽ & cõmo-
tionem,Lxx. tranſtulerũt:licèt in eo vbi nos poſuimus,in tẽ-
peſtate:& in Hebræo ſcribitur בְּסוּפָה, in cõmotione quoq;
poſſit intelligi. Hoc autẽ ſignificat,quòd in fine mũdi vniuer
Aggei.2.b ſa moueantur:iuxta illud quod ſcriptũ eſt in Aggeo:Adhuc
ſemel & ego mouebo cœlũ & terram,mare & aridã:& cùm
fuerint cuncta cõmota,vt credant viæ domini,qui in Euange
Ioã.14.a. lio dicit:Ego ſum via, & vita,& veritas.Et: Cùm venerit fi-
Mar.13.c. lius hominis in nubibus. Q uibus mãdatur in Eſaia,ne pluãt
Eſa.5.b. ſuper vineam imbrem:& ad quas peruenit veritas dei,dicẽte
Pſal.35.b. pſalmographo:Veritas tua vſq; ad nubes. Tunc etiam ipſæ
nubes,prophetæ videlicet,animæq; ſanctorũ, quæ prius con
iunctione carnis fuerãt prægrauatæ, eleuatæ in ſublime, te-
nuioris ſubſtantiæ fient: & in ſcabellũ pedũ dei redactæ, in
extremis quibuſq; inter angelos officijs miniſtrabunt. Prio-
ra quippe & antiqua,quæ ad caput pertinent,noſſe nõ pote-
runt. Alius verò nubes in contrariam partẽ accipiet: quòd
ſemper ſerena conturbẽt,& clarũ ſolis ſtellarumq; lumẽ ſua

a HEB. Vlciſcẽns domin⁹, & habens furorẽ: Vlciſcẽs dominus in hoſtes ſuos,& iraſcẽs ipſe inimicis ſuis. SEP. Vlciſcens dominus cũ furore: vlciſcens dominus in aduerſarios ſuos,& tollens ipſe inimicos ſuos.

b Dominus patiens & magnus fortitudine,& mundans,nõ faciẽt innocentem.

c HEB. Dñs in tẽpeſtate & in turbine viæ eius: & nebulæ puluis pedũ eius. SEP. Dñs in cõſũmatiõe & in cõmotiõe via eius: & nubes puluis pedũ eius.

d Increpans mare,& exiccãs illud:& omnia flumina ad deſertum perducens.

e HEB. Infirmãtus eſt Baſan & Carmel⁹, & flos Li
f bani elanguit. Mõtes cõ
moti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt:& cõtremuit terra à facie eius: & orbis, & omnes habitãtes in eo. SEP. Imminuta eſt Baſa nitis & Carmel⁹:& q̃ flore bãt Libani,defecerũt. Mõ tes cõmoti ſũt ab eo,& col les cõcuſſi ſũt: & cõtracta eſt terra à facie ei⁹, vniuer ſitas & oẽs q habitãt i ea.

Ante faciẽ

caligine nitantur prætexere:& q̃ ſubiectæ poſtea dominicæ D
poteſtati,in puluerẽ redigantur & in nihilum:& terra in eis
quæ pinguis eſt,diſſoluatur. d ¶Increpans mare & exic-
cans illud &c.)Iuxta literã,dei potẽtia deſcribitur: qui vin-
dicaturus eſt de aduerſarijs Iſraëlem: quòd nõ grande ſit ei
Aſſyrios deſtruere:cu-
ius maieſtatis ſit etiam
elementa mutare. Vel
certè quia ſemel de cõ-
ſummatione mũdi eſſe
diximus prophetiã: &
hoc ſimpliciter accipi-
te: cùm venerit mundi
conſummatio, & per-
tranſierit cœlũ & ter-
ra:mare quoque & flu-
uios ſiccari.Sed mihi le
genti illud in pſalmis:
Hoc mare magnum & Pſal.103.c
ſpatioſum: ibi reptilia
quorum non eſt nume-
rus: animalia parua cũ
magnis: ibi naues per-
ambulant: Draco iſte
quem formaſti ad illu- E
dendũ ei:dignũ videtur
bonitate, & clementia
dei,omnem amaritudinem & ſalſuginem maris,ſua commi-
natione deſtruere: Et regnantem in aquis,humiliare dracо-
nem:& malitiæ exiccare gurgites:in quibus parua natãt re-
ptilia:quorum non eſt numerus:neq; enim digna ſunt nume
ro quæ cum dracone verſantur.Flumina quoq; ad deſertum
perducens,omnem falſi nominis ſcientiam,quæ ſe cõtra deũ
erigens,flumine eloquẽtiæ vtitur, & volubilitate verborum,
& tumentes contorquens gurgites,cum miraculo ſpectantiũ
fertur in pronum. Vide Platonẽ,ſpecta Demoſthenem:Tul-
lium quoq; philoſophum pariter,& oratorem: & hæreticо-
rum principes intuere:de quibus fuit Valentinus, Marcion,
Bardeſanes,Tacianus:& de fluminibus non ambiges.Sed hęc
omnia conſumet dominus Ieſus ſpiritu oris ſui: & deſtruet 2.Theſ.2.
illuminatione aduentus ſui, & ad deſerta perducet. Simulq; b.
cerne quòd iuxta titulũ qui inſcribitur: Aſſumptio Niniue:
liber viſionis Nahum Helkeſęi,rectè & in Niniue mũdus fi-
guraliter intelligitur: & mare eius,eloquentiæ flumina in cõ
ſummatione ſiccantur. e ¶Infirmatus eſt Baſan & Car-
melus, & flos Libani elanguit.) μεταφορικῶς per Baſan &
Carmelum & Libanum,regionem vberem,& montes conſi-
tos,Aſſyrij vaſtitas demonſtratur:quòd ille potẽs quondam
& florens & plurimis gentibus imperans,domino iraſcente
populandus ſit.Sed & de conſummatione mundi poſſumus F
intelligere,quòd potentes quiq; & nobiles,& nimijs opibus
abundantes,repentè pereant,& dicatur eis: Stulte,hac nocte Luc.12.c.
auferetur anima tua à te:quæ autem pręparaſti, cuius erũt?
Porrò ſecundum interpretationem nominũ:quia Baſan,con בָּשָׁן
fuſionem & ignominiam ſonat,in conſummatione mundi,o-
mnia quæ ignominia & rubore digna ſunt, aſſerimus cũ do-
minus venerit infirmari: & non ſolum peccata redigi in ni-
hilum,ſed & Carmelum quoq;,qui interpretatur ſciẽtia cir כַּרְמֶל
cunciſionis:& eos qui ſibi videntur in bonis operibus vberes
& florẽtes, Chriſto veniẽte trepidare: & impleri illud quod
dicitur in Euangelio:Cùm venerit filius hominis,putas inue Luc.18.b.
niet fidem ſuper terram? Increſcente quippe iniquitate,refri
geſcet charitas plurimorum,propter quæ veniet ira dei.
f ¶Montes commoti ſunt &c.)Poteſt & ſimpliciter accipi
quòd in conſummatione mũdi, cùm in maieſtate ſua Salua-
tor venerit,& montes & colles,& orbis & terra,& cũcta mo
uẽatur. Si enim in paſſione eius ſol fugit,ſaxa ſciſſa ſunt:ter- Mat.27.f
ra cõtremuit:multo magis in claritate eius omnia turbabũ- & Lu.23.f
tur. Sed & figuraliter montes & colles, ſublimes quiq; & po-
tentes intelligendi ſunt,qui in aduẽtu domini proſternantur
humi:ac de ſolio ſuo depoſiti pauimento cohærebũt. Facies

Psal.33.c. enim domini super facientes mala: vt perdat de terra memo
G riã eorum. Tunc & terra contremiscet,& orbis atq; vniuersitas faciem domini formidabunt: hoc pro summo cruciatu pœnaq; ducentia, quòd vultum eius respicere non audebũt:
a ¶Ante faciẽ indignationis eius &c.)Pro eo quod nos posuimus: Et quis resistet in ira furoris eius:aper tius ĩterpretat⁹ est Symmachus:& quis sustinebit iram furoris eius? Aut rarus igit aut nullus poterit inueniri,qui ira corripiente non dignus sit: Nec erit vlla anima quæ non paueat ad iudicium dei: cùm
Iob.25. astra quoq; non sint mũda in cõspectu ei⁹. Porrò verbum Hebraicum יַעֲמֹד,quod & Aquila,& Lxx. similiter transtulerũt ἀνθίστησε(ν),id est, resistet, ad illam intelligentiam transferamus: de qua in secundo re-

a HEB. Ante fãciem indignationis eius quis stabit: & quis resistet in ira furo
b ris eius? Indignãtio eius effusa est vt ignis, & petræ
c dissolutę sunt ab eo. Bon⁹ dominus,& confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. Et in di-
d luuio prętereunte cõsummationẽ faciet loci eius: & inimicos eius psequentur tenebræ. Quid cogitatis contra dominũ: consummationem ipse facit: non consurget duplex tribulatio.

H gnorum libro,& in primo Paralipomenon dicitur,super ira dei,genere masculino. Nulliq; dubium quin ibi ira dei diabolus intelligatur:& angeli pessimi qui mittuntur ad plectẽdos eos qui ira digni sunt. Difficilè itaq; reperietur in consummatione mundi,qui immaculatus & purus audeat dice-
Ioã.14.d. re: Ecce, venit princeps mundi istius, & inuenit in me nihil:& libera aduersus eum fronte consistat.Contra Assyrios aũt sic sentiendum,quia cùm venerit dominus in tempestate & turbine:siccans Babylonis imperium,quod interpretatur mare:& omnia eius regna subuertens,quæ intelliguntur flumina:& potentiam,vbertatemq; eius ad nihilum redigẽs: quæ μεταφορικῶς Basan & Carmelus & flos Libani,& mõtes,collesq; dicuntur:ac latitudinem imperij concutiens,quę orbis terrorum appellatur:tunc nulla potentia resistere poterit irascenti deo,& populum suum vindicanti. b ¶Indignatio eius effusa est &c.) Pro eo quod nos posuimus,effusa est: Aquila interpretatus est συνεχωνεύθη,id est,cõflata est:Symmachus & Theodotio ἔκαεν,hoc est,stillauit.Siue igit cõflata est indignatio dei quasi ignis, siue furor eius in similitudinem stillauit incendij: vt dura corda hominum quæ petræ vocantur,cõtererentur,& dissoluerẽtur:vtilis est indignatio dei,quæ diu per patientiam nostra peccata sustẽ-
I tans:vix aliquando conflata est:& tamen non tota prorumpit in pœnam,sed modico ad nos stillabit ardore. Si autem stilla indignationis eius cõsumit principatus,aduersum quos nobis est pugnæ colluctatio:quid fieret si tota in nos ira dei funderetur? Præstet Iesus vt auferatur cor lapideum: & mutetur in nobis cor carneũ:duritiaq; mollita possit in se præ-
Psal.50. cepta domini susc ipere quæ scribuntur: Sacrificium enim deo spiritus contribulatus, cor cõtritum & humiliatũ deus non spernit. Et vt sciatis clementiam dei sonare quæ dicta sunt,non seueritatem: in consequentibus discite. c ¶Bonus dominus & confortans &c.)Cùm irasci cœperit gentibus,& quondã potentissima regna vastare, sciet eos qui sui sunt,& non vna tempestate opprimet naũigantes. Diem autem tribulationis secundum ἀναγωγὴν, diem intelligamus
Esa.13.b. iudicij: de quo scripsit Esaias: Ecce dies dñi insanabilis venit furoris & iræ,ponere orbem terræ desertũ, & peccatores perdere ex eo. Speremus in domino, & per patiẽtiã eius expectemus aduẽtum:vt cùm venerit,bonum eum,nõ iudicẽ
2.Ti.2.c. sentiamus,& cognoscat vel sperãtes in se,vel timẽtes se. Scit enim dominus eos qui eius sunt. d ¶Et in diluuio prætereunte &c.)Dominus patiens & multæ miserationis,& nõ irascetur in finem,neq; in æternũ indignabitur,sed cùm creuerit malitia super terrã, & omnis caro corruperit viã suã: inducet diluuium quod pertranseat: nõ quod permaneat in æternum.Consummationẽ autem,siue finem,faciet loci eius, K
id est,diluuij:vt quomodo de impio dicitur: Et pertrãsiui,& Psal. 36.g
nõ est inuentus locus eius:Et:iter impiorum peribit: Sic di- Psal.1.b.
luuij iter pereat post iram domini,sola apparente clemẽtia. Hist oria.
Quod quidem & secundum historiam intelligi potest:quia cùm vastauerit Israël, & quasi diluuio terrã repromissionis inundauerit, finẽ faciet captiuitatis,ad sedes eũ pristinas reuocando:At e-cõtrariò,inimicos eius Assyrios, qui populum duxerũt in captiuitatẽ, tenebrę persequentur. Quòd autem diximus de Israël & Assyrijs intelligi de cõsummatione mundi,& de sanctis ac de persecutorib⁹ siue cõtrarijs virtutibus potest: quòd sanctorũ deus post iram misereat: psecutores verò & inimicos eorum qui elegerunt tenebras,& nõ lucem:ipsæ quas elegerunt, tenebræ cõprehendant: mittentur enim in tenebras exteriores:ibi erit L
fletus,& stridor dentium. Verbum מִקְּהָמָה, quod nos interpretati sumus,loci eius,omnes in duas orationis partes diuiserunt:vt מִ in prępositionẽ de,verterẽt,id est,ἀπὸ קוֹמָה surgentes interpretarent. Deniq; Aquila ἀπὸ τῶν ἀνισταμένων, inquit,id est,à consurgentibus:Lxx.consurgentes,id est,τοὺς ὑπεραρομένους:Theodotio,consurgentibus ei: Quinta ædition,à cõsurgẽtibus illi.Solus Symmachus cum nostra interpretatione consentiẽs,ait: Et in diluuio transeunte,consummationem faciet loci eius. Quidã de nostris,consurgẽtes & inimicos,Marcionem & omnes veteres hæreticos interpretant,qui aduersum creatorẽ disputant. c ¶Quid cogitatis &c.nõ vindicabit bis in idipsum in tribulatione.) Symmachus apertius:Non sustinebunt impetum secundæ angustiæ.Theodotio:Non consurget secunda tribulatio. Loquitur autem iuxta tropologiam aduersum Marcionẽ: de quo suprà diximus,& omnes veteres hæreticos qui bonũ nescio quem confingentes deũ:ipsum dicunt consummationẽ mundi esse facturum, & arguunt legis deũ quasi crudelitatis, q multos puniat ,& pro peccatis irroget cruciatus.Quid ergo,ait,contra dominum cogitatis?ipse qui creauit mũdum, M
& cõsummationem eius faciet. Quòd si vobis videtur cru- Gen. 7.&
delis,rigidus & cruentus, quòd in diluuio genus deleuit hu- 19.
manum: super Sodomam & Gomorram ignem & sulphurẽ Exo.14.
pluit:Aegyptios submersit fluctibus: Israëlitarum cadauera Nũe.32.g
prostrauit in eremo:scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia,ne in æternũ puniret.Certè aut vera sunt quę prophetæ loquũtur,aut falsa.Si vera sunt quæ de seueritate eius videntur dicere:Ipsi dixerunt, Non vindicabit dominus bis in idipsum in tribulatione.Sin autem falsa sunt:& falsum est hoc qđ dicit,Nõ cõsurget duplex tribulatio:falsa est ergo & crudelitas ei⁹ quæ in lege descripta est.Quòd si verũ est,vt negare nõ poterunt,dicente propheta:Nõ vindicabit dominus bis in idipsum in tribulatione:ergo q puniti sunt,postea nõ punientur.Si autẽ illi postea punientur, scriptura mentit, quod dicere nefas est.Receperũt ergo & qui in diluuio perierunt,& Sodomitæ, & Aegyptij,& Israëlitæ in solitudine, mala sua in vita sua.Quærat hìc aliquis,si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat:Aut enim punietur:& falsum est hoc quod dicitur,Nõ vindicabit dñs bis in idipsum in tribulatione. Aut nõ punietur: & optãdum est adulteris,vt in præsentiarũ breui & cita pœna cruciatus frustrentur æternos. Ad quod respõdebimus:Deũ vt omniũ rerũ,ita & suppliciorum quoq; scire mensuras, & nõ præueniri sententia iudicis,nec illi in peccatorẽ exercendę dehinc pœnæ auferri

A pœnæ auferri poteſtatem:& magnum peccatũ magnis diuturniſq; elui cruciatibus. Si quis autem punitus ſit, vt ille in
Leui.24.c lege qui Iſraëliticis maledixerat:& qui in ſabbato ligna col
Num.15.d legerat:tales poſtea nõ puniri:quia culpa leuis præſenti ſupplicio compenſata ſit. Hebræus hunc locum ita expoſuit:

Quid putatis,ô Aſſyrij iniquitatem cõtra dominum cogitãtes:quòd populum Iſraël, id eſt, duodecim tribus vſque ad internecionem ipſe conſumat? Non cõſurget duplex tribulatio, id eſt,non vobis tradet Iudam & Hieruſalem: ſicut tradidit decẽ tribus & Samariam.

a ¶Quia ſicut ſpinæ. &c.) Tres differentias quas dominus in para-
Matt.13.a bola ſemẽtis poſuit:excepta terra bona quæ affert triceſimũ & ſeptuageſimum & centeſimum fructũ: videtur
B mihi propheta replicare: vnã quę iuxta viã ceciderit:& aliam quæ inter lapides: & tertiã quæ inter ſpinas: quod
1.Cor.3.c quidem & Apoſtolus de his qui ſuper fundamentũ Chriſti non bene ædificant, ſuboſtẽdit, quoſdam eſſe qui ædificant ligna, fœnum, ſtipulam. Igitur ligna referamus ad id quod nunc dicitur: Quia vſq; ad fundamenta ſua redigentur ad vepres. Fœnũ verò ad id quod ſequitur:Et ſicut voluola quę circundatur,comedetur. Porrò ſtipula manifeſtè refertur ad ſtipulã:de qua dicitur:Et ſicut ſtipula ariditate plena. Propterea ergo nõ vindicabit dominus bis in idipſum: quia malitia quæ in authoribus hæreſeos orta fuerat, vſq; ad fundamentum & ad radices ſuas conſumetur. Sed & ſi quis in eis videbatur pompam habere verborũ, id eſt,folia inania,tan-
Voluola. tum aſpectu delectantia, ſicut voluola, quæ Græcè dicitur σμίλαξ deuorabitur,& cõſumetur in nihilum. Voluola autem,herba eſt ſimilis hæderæ, quæ vitib⁹ & virgultis circũdari ſolet,& in longũ ſerpere. Quicquid etiã in eis videtur habere pompam ſegetis, ſed non habet ſpicas & grana frumenti,quaſi ſtipula ariditate plena tradetur incendio. Hoc ſecundum Lxx. Cæterùm iuxta Hebraicũ, verè hæreticorũ
C fœdera & neceſſitudines quaſi ſpinæ ſunt ſeinuicem cõplectentes:& conuiuiũ eorũ atq; myſteria, quia & ipſi menſam dominicã habere ſe dicunt,ſpinarũ fœdus eſt, ſimul veſcentium,pariterq; potantium. Cùm enim ebrij de vinea Sodomorum aduerſus conditorẽ rabido ore blaſphemant:nónne conuiuium ſentium eſt? quod tamẽ cum ſuis cõſumetur authoribus,quaſi ſtipula ariditate plena. b ¶Ex te eñ exibit cogitans &c.) Verè ab hæreticis exibit aduerſus dominum inimica cogitatio. An nõ videtur eſſe aduerſus deũ malitia & præuaricatio,dicere,quod Valẽtinus, quaſi abortiuũ errantis ſapientiæ extremũ æditum creatorem? Nónne contra deum cogitatio eſt Baſilidis impudica,& portentoſum Ἄβραξας nomẽ,quod præfertur dño conditori? Porrò quia docti ab Hebræis volumus eorũ quoq; traditionem ſequi:& noſtris,id eſt,Chriſtianis explanationẽ hiſtoriæ demonſtrare:dicendũ eſt:Nõ conſurget duplex tribulatio,id eſt,nõ capientur ab Aſſyrijs duæ tribus: ſicut captæ ſunt decem. Si quidẽ dum adhuc in terra Iuda ſunt Aſſyrij, & quaſi ſpinæ ſeinuicẽ complectũtur,lętantes atq; gaudentes,ab angelo cõ
4.Regum ſumẽtur,quãdo vna nocte centũ octogintaquinq; milia cæſa
.19.g. ſunt hoſtiũ. Pulchrè quoq; exercit⁹ eorũ multitudinẽ,ebriorum conuiuio cõparauit,& ipſum conuiuiũ non roſarũ,non liliorũ dixit eſſe,nõ florũ:ſed ſimile ſpinarũ ſeinuicem com

a HEB. bulatio. Quiã ſicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur: ſic conuiuium eorum pariter potantium conſumeẽt, quaſi ſtipula a-
b riditate plena. Ex tẽ eñ exibit cogitans contra dominũ malitiam,mẽte pertractans præuaricationẽ.
c Hęc dicit dominus ſi pẽfecti fuerint, & ita plures: ſic quoque attondentur & pertrãſibit:afflixi te,& nõ affligam te vltrà: & nunc conteram virgam eius de dorſo tuo: & vincula tua
d diſrumpam. Et præcipiẽt cõtra te dñs:nõ ſeminabitur ex noĩe tuo amplius: de domo dei tui interficiã ſculptile & conflatile: ponam ſepul-

plectẽtium,quæ ſemper traduntur igni,& quaſi ſtipula ariditate plena leui comburũtur ardore. Quòd autẽ ſequitur: Ex te exibit cogitans contra dominũ malitiã,mente pertractans præuaricationẽ: de Rabſace intelligi volunt,quòd de 4.Re.18.d
Aſſyrijs egreſſus,blaſphemauerit dominũ:& populo perſua Eſa.36.a.

SEP. bulatione. Quia vſq; ad fundamenta ſua redigentur in vepres: & quaſi voluola circundata comedeẽ, & quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitatio contra dominũ peſſima,cogitans contraria. Hæc dicit dominus regnans aquis multis: & ſic diuidentur, & auditus tuus non audietur amplius: & nunc conteram virgam eius à te: & vincula eius diſrumpam. Et præcipiet de te domin⁹: non ſeminabitur ex nomine tuo amplius:de domo dei tui diſperdã ſculptilia, & conflatilia: ponam ſepul-

dere voluerit:vt deſperãs de auxilio domini, ſe Aſſyrijs traderet:nõ deo,ſed idolis ſeruitur⁹. c ¶Hęc dicit dominus, ſi perfecti fuerint &c.) Iuxta literã manifeſtus eſt ſenſus: Licèt,inquit, robuſti ſint Aſſyrij, & fortitudo eorum numero augeatur cũctarum gentiũ:ſic quoq; angelo vaſtante tondentur. Quomodo eñ numerus capillorum acutę forcipi nõ repugnat: ita & numerus aduerſariorum dei,facili ſucciſione tolletur:& pertranſibit Aſſur,vel eſſe deſiſtet,ſiue vaſtato exercitu ſuo reuertetur ad patriam, te ſoſpitem de- E
relinquens. Rurſumq; ad Iudam & Hieruſalem ſermo dirigitur: Afflixi te,& non affligã te vltrà:non q; perpetuam ſecuritatem polliceatur:ſed illius tantũ temporis,& ab illis hoſtibus à quibus tunc obſidebatur. Denique infert: Et nunc cõteram virgam eius,id eſt,Aſſyrij,de dorſo tuo:& vincula tua diſrumpã: Vel per metaphoram poteſtatem eius ſignificans:vel certè,virgam qua percutere conabatur:& vincula quæ captiuis parabat: q̃q̃ poſſit & obſidio clauſæ multitudinis p vinculis accipi. Porrò iuxta Lxx. multo aliter eſt ſenſus. Adhuc enim videtur aduerſus eos loqui, quibus ſuprà dixerat:Quid cogitatis contra dominum? Et: Ex te exibit cogitatio contra dominũ peſſima,cogitans contraria. Hæc ergo dicit dominus regnans aquis multis, ſiue virtutibus, quæ dicuntur aquæ ſuper cœlos: & præcipitur eis,vt laudent dominũ:vel certè intellectibus & ſapientiæ & doctrinis dei. Sicut enim flumina de vẽtre iuſti fluent, & fon Ionn.7.f.
tes vberes in vitam æternã, per varias multipliceſq; ſententias quibus imperat ſermo domini: ita habent & hæreſiarchæ aquas ſuas,quibus imperant, & quæ ex eorum primùm fonte manarũt. Quod autẽ ſequitur:Et ſic diuidẽtur,vel de cœleſtibus quæ in ſupernis deo ſeruiunt virtutibus intelligi poteſt:quòd vnaquæq; in ſuo officio ſit & miniſterio: vel F
de multiplici varietate ſapientiæ: Ne quia dixerat regnans aquis multis,cõfuſus & indiſcretus ſenſuum numerus putaretur:ſed quòd vnaquęq; ſentẽtia diuiſos habeat inter ſe ſenſus & ſeparatas materias propriaſq; ὑποθέσεις. Nam quod dicitur:Auditus tuus non audietur amplius: increpatio eſt in eos,qui aduerſus deum cõtraria cogitauerant: quòd oſtẽſis ſophiſmatib⁹ & decipulis,quibus dei populus irretiebatur, ſermo eorũ vltrà nõ currat:nec ſuſcipiatur à populis. Sed & hoc quod infert:Et nunc conteram virgam eius à te, & vincula tua diſrumpam: pro ipſis dicitur quibus fit cõminatio, vt nequaq̃ cædãtur à diabolo,& ei ſubiecti ſint quo authore tanta excogitauerãt atq; cõfinxerant. Cõteretur ergo imperium eius in eos:& vincula quib⁹ peccantiũ animæ ligabantur,diſrũpentur à ſermone dei: dicẽte his q̃ in vinculis ſunt, exite. d ¶Et præcipiet cõtra te dñs &c.) Ideo plus poſui de Lxx. interpretibus:quoniã ſecunda προϊκοπὴ à priori non poterat ſeparari. In eo enim quod dicitur,quia inhonoratus es:pro quo Quinta æditio poſuit,ὅτι ἐνεφίσθης, Lxx. tranſtulerunt,quia veloces,id eſt,ὅτι ταχεῖς, quod in Hebraico legitur קַלּוֹת. Veloces autem niſi ad inferioris capituli pedes retuleris,pendet ſentẽtia. Itaq; iuxta cõſuetudinẽ meam

primùm hiſtoriam, & poſtea vulgatæ æditionis ſententiam vẽtilabo. Præcipiet, inquit, cõtra te dominus, ô Aſſur: vt qđ paſſurus es, non fortuitu & abſq; aliquo iudice veniat: ſed deo pronũciãte patiaris. Nõ ſeminabitur ex nomine tuo amplius: ſtatim quippe Niniuen reuerſus Sennacherib à filijs ſuis occiſus eſt. Lege Eſaiã, & occiſus in domo dei ſui quam adoratur⁹ intrauerat. Hoc eſt em̃ quod ait, de domo dei tui interficiam: ibi punieris, vnde ſperabas auxiliũ. Erit ſcul ptile & conflatile ſepulchrum tuũ: vt inter aras & puluinaria adorãtis idola ſanguis nefarius effundatur. Iuxta Lxx. autem interpretes cum ſuperioribus iũge quod ſequitur: Nõ ſeminabitur, inquit, ex nomine tuo amplius. Nequaq̃ ô hæretici animæ deceptorũ ex dogmatib⁹ veſtris ſuſcipiẽt nomina: quæ prius H inuocauerant ſuper terras ſuas, ſicut in quadrageſimo octauo pſalmo figuraliter canit. Et proderit vobis hæc ipſa ceſſatio ſationis quæ prius animam ſeminantis: deinde eius in quo ſeminabat interficere cõſueuerat. Moriẽtur ergo tibi errorũ dogmata: ſed & tu qui prius tibi viuere videbaris, morieris errori: & bono tuo mortuus, idola quę colebas habebis ſepulchrũ. Atq; ita fiet vt de pectore tuo, quod ante templum dei tui quẽ ſimulaueras, fuerat: omnes auferãtur errores. Hæc autem euenient tibi, qui quondã aduerſus dominũ contraria cogitabas, cùm dei ſermo qui ſemper aſcendit in montes, in animas videlicet excelſas atq; ſublimes: ad te velociter venerit, calcatiſq; priorũ errorũ fluctibus, & in tranquillum redactis: pacẽ tibi fidei ſenſumq; reddiderit. Ignoſcite prolixitati: non enim poſſum & hiſtoriã & tropologiã ſequens breuiter vtrũq; comprehendere: maximè cùm & interpretationis varietate torquear, & aduerſus conſcientiam meã cogar interdũ vulgatæ æditionis conſequenntiã texere.

HEB. nã ſepulchrũ tuũ: a quia inhonoratus es. Eccẽ ſup mõtes pedes euãgelizantis & annũciãtis pacẽ. Celebra Iuda feſtiuitates tuas: & redde vota tua: qa non adijciet vltrà vt pertranſeat in te Belial: vniuerſus perijt. Cap. II.

c Aſcẽdit qui diſpergat in facie tua, cuſtodiẽs obſidionẽ: contẽplare viã, cõforta lũbos, robora virtutem valde: quoniam ſicut reddidit dominus

a ¶Ecce ſuper mõtes &c.) Pauliſper Lxx. interpretes diſſeram, quia & ipſa capitula apud eos interpretationis varietate confuſa ſunt. Cumq; hiſtoriã breuiter expoſuero, æditionem eorũ, meo eloquio tẽperabo. In Paralipomenon ſcribitur libro: quòd obſidente Sennacherib Hieruſalẽ, in primo menſe paſcha facere nõ potuerunt. Cęſo autem per angelum exercitu eius, & fuga ac morte eius nũciata, in ſecũdo menſe ſumma feſtiuitate paſchæ diẽ celebrarint. Quod ergo dicit, tale eſt: O Iuda, qui regnas in Hieruſalem, noli eſſe ſollicitus, interfecto hoſte tuo in tẽplo dei ſui: Ecce venit tibi nũcius, mõtes, colleſq; trãſcurrẽs: & quaſi de ſublimi ſpecula procul nunciãs Sennacherib mortuũ: vrbẽ eius imperio liberatã. Celebra feſta, redde vota pro nece inimici, quę pol licitus es deo: nequaq̃ vltrà pertranſibit per te præuaricator ἀποσάτης, hoc enim interpretatur בְּלִיַּעַל. Totus interijt, id eſt exercitus & rex & imperiũ Aſſyriorum penitus concide Allegoria. runt. Et hoc quidẽ iuxta literã: cæterum ſecũdũ ἀναγωγὴν dicitur ad eccleſiã, dicitur ad animas dominum confitentes, quia diabolus qui te prius populabatur & grauiſſimo premebat iugo: in idolis & cum idolis quę fabricat⁹ fuerat, perijt: celebra feſtiuitates tuas, & redde deo vota tua, canens cũ angelis iugiter: nequaq̃ enim vltrà per te tranſibit Belial: de 2.Cor.6.c quo dicit & Apoſtolus: Quæ cõmunicatio Chriſti & Belial? quia ſubuerſa Niniue totus interijt. Si quãdo grauiſſima p̃ſecutio fuerit, qualis ſub Valeriano, & Decio, & Maximiano: & domini vltio apparuerit in aduerſarijs eius: dicamus ad eccleſiam: Celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua. &c. b ¶Celebra Iuda &c.) Semel dixi, iuxtà interpretatiõis varietatẽ capitula quoq; ipſa aliter diffiniri, & nõ poſſe cũ capitulis ſenſũ Hebraicæ interpretationis cõuenire. Itaq; quod nunc dicitur, huiuſcemodi eſt: O eccleſiaſtice, quia de aduerſariorum tuorũ nomine vltrà non ſeminabitur, & virga eorũ contrita eſt: & vincula diſſipata ſunt: & venit qui tibi annunciet pacem, celebra feſtiuitates tuas, non in vino & epulis: vt cárnei Iudæi exiſtimãt: ſed in ſpiritualibus delitijs & yoluptate torrẽtis. O Iuda, redde vota tua: quia nequaq̃ vltrà pertranſient inimici qui te adducant in vetuſtatem: hoc eſt, qui te volunt imaginem portare veteris hominis. Quoniam quod vetus eſt, ſeneſcit: & qđ ſeneſcit, ꝓditioni proximum eſt. Completus eſt mũdus, conſumptus eſt aduerſarius: venit tibi Chriſt⁹ qui prius inſufflauerat in faciẽ tuã Sap.15.c. cùm te de limo fingeret: & poſt reſurrectionem quoq; inſufflans in faciem Apo- Ioã. 20.c. ſtolorum, ait: Accipite ſpiritum ſanctum: ipſe eſt qui te libe L rat de tribulatione. Vaſtata enim Niniue, & tranſeunte mũdo, tribulatio quoq; pertranſiet. Cap. II.

SEP. nam ſepulchrũ tuũ: quia veloces: ecce ſup mõtes pedes euãgelizantis & b annũciãtis pacẽ. Celebrã Iuda feſtiuitates tuas, rede vota tua: quia nequaq̃ apponẽt vltrà vt ptrãſeãt in vetuſtatẽ: completũ eſt, conſũmatũ eſt: aſcẽdit inſufflãs in faciẽ tuã, eruens de tribulatione. Cap. II.

d Contemplãre viam: tene lumbum, confortare robore vehementer: quoniam auertit dominus

c Aſcendit qui diſpergat in facie tua &c.) Neceſſitate compellor quaſi inter ſaxa & ſcopulos imminente naufragio: ſic inter hiſtoriã & allegoriam orationis meæ curſum flectere, & ne ſubitò impingat attẽdere. Siquidem iuxta fabulas poetarum: Dextrum Scylla latus, lęuũ » implacata Charybdis, Obſidet. Si ſaxa fugim⁹, incurrimus in » profundũ: ſi contortos vertices euitamus, in ſaxa deferimur. Teſtis eſt mihi dominus, me omnia quæ ſecũdum Hebraicã diſſero, nõ de proprio ſenſu loqui, quod arguitur in pſeudoprophetis: ſed Hebręorum ſequi expoſitionẽ, à quibus non modico tempore eruditus, debeo meis ſimpliciter indicare quæ didici. Certè in lectoris erit arbitrio cùm vtrunq; percurrerit, quid magis ſequi, debeat iudicare. Ad Niniuen igitur nunc ſermo cõuertitur: & hinc vel maximè obſcuri ſunt Regula. prophetæ: quòd repentè dum aliud agitur, ad alios perſona mutatur: & dicitur ei: Aſcendit ad te Nabuchodonoſor qui te obſideat, qui ante os tuum vaſtet agros, perſequatur agricolas, rura populetur, qui te quoque ipſam clauſam teneat. Quia itaq; tibi imminet bellũ: ecce gaudens propheta nunc M præcino, contemplare diligenter & cõſpice, & quid tibi eue niat intuere. Conforta lumbos, id eſt, accingere: robora virtutem valde: hoc eſt, exercitus congrega: Quia ſicut vltus Eſa.37.g. eſt dominus Iudam de ſuperbia Sennacherib, interfecto exercitu eius in Iudæa: & ipſo quoq; à filijs ſuis iugulato: ſic vlciſcetur Iſraël, id eſt, decẽ tribus quæ à Niniue poſſidentur. Vtrumq; enim & Iudam & Iſraël vaſtauerunt & euerterunt Aſſyrij, & ſub metaphora vitis, amborum propagines corruperunt. d ¶Contemplare viam, tene lumbum, confortare robore vehementi &c.) Tria præcipiũtur Iudæ. Primùm, vt contempletur viam: & iter per quod ambulaturus eſt, diligẽter aſpiciat: iuxta illud quòd in Hieremia ſcriptum eſt: State Hiere.6.d in vijs, & interrogate ſemitas æternas, & videte quæ ſit via bona, & ambulate in ea: vt cùm ſteterimus in vijs multis, veniamus ad eam viam quæ dicit: Egó ſum via. Deinde dicitur Ioã. 14.a. ei, vt teneat lumbum, id eſt, vt poſt electionem viæ mortificet corpus ſuum, & ſeruituti ſubijciat: ne quaſi rex & magi- 1.Cor.9.g ſter alijs prædicans, ipſe reprobus inueniatur. Longum eſt nunc dicere quòd virtus diaboli vel maximè ſit in lumbis: & quòd ad Dauid repromiſſio fiat: De fructu lumbi tui ponã Pſal.131.b ſuper thronũ tuum. Et illud Apoſtoli: Adhuc enim in lũbo Heb.7.b. patris ſui erat Abrahæ Leui, quando iuit in occurſum Abraham Melchiſedech. Et ꝙ Ioannes zona pellicea cingitur: & Matt.3.a. quod à Saluatore diſcipulis imperatur: Sint lũbi veſtri præ- Luc.12.c. cincti. Et

Ephe.6.c. cincti. Et Apostolus ad Ephesios: State ergo accincti lumbos
A vestros in veritate: licèt enim ἄσκησις plurimum præstet, & vitæ continentia super mortificatione lumborum: tamen nihil eos ita mortificat vt cognitio veritatis. Vnde dicit: Accincti lumbos vestros in veritate. Si enim veritas est Christus, qui tota in Christo mente credidit, lumbos suos mortificauit ī Christo. Tertiò præcipitur, cōfortare virtute nimis: elegisti, inqt, viā: tenuisti lumbum: assume virtutem, vt possis pugnare cum hostibus. Et ne fortè diffidas: datur tibi causa cur speres †: Auertit, inqt, dominus contumeliam Iacob, sicut contumeliam Israël: quod ambiguū est: aut enim ipsius Iacob contumeliā, quā cæteris faciebat, iniuriam
B auertit: aut contumeliā quam ab alijs sustinebat Iacob, auertit dominus. Sed mihi videtur melius esse vt contumelia quam Iacob solebat cæteris facere, à domino sit auersa. Nō enim tantæ virtutis est, ab alijs factam iniuriam sustinere: quantæ gratiæ domini est, placidū, mitem, atq; tranquillū iniuriā facere non posse. Q ueritur, qūo auersa est iniuria Iacob, sicut auersa fuerat & Israël? Postq̄
Gen. 32.f. luctat⁹ est Iacob cū angelo, Israëlis nomē meruit accipere: & q̄a vidit deū, iniuriā facere cessauit. Sicut ergo Israël sensus, vel vir vidēs deū, & semp de deo cogitās, facere nescit iniuriā: sic oīs ꝓcacitas & cōtumelia auersa est à Iacob: hoc est, à supplantatore: ab eo qui adhuc in certamine positus supplantat inimicos. Vt autē sciamus quomodo iniuria in malam partem accipiatur: Salomon testis est, dicens: Oculi cōtumelioſi, lingua iniqua. Quomodo autē secūdum vtrāq; intelligētiam iniuria auersa sit ab Iacob: quæ prius auersa fuerat ab Israël: sequens sermo declarat:
C Quia excutientes excusserūt eos: & flagella eorum demoliti sunt, siue cor-
Matt. 18.b ruperunt. Angeli, inquit, singulorum qui quotidie vident faciem patris: quicquid in Iacob & Israël adhæserat puluer-
Ioan. 13.a. ris, excusserunt. Vnde & Petro lauantur pedes. Et per pro-
Esa. 52.a. phetam dicitur: Excute puluerem, & exurge Hierusalem.
Matt. 10.b Discipulis quoq; à saluatore præcipitur: Excutite puluerē
Psal. 126 a pedum vestrorum. Et in psalmis scriptum est: Sicut sagittę in manu potentis, ita filij excussorum. Auersa est itaq; mens ad cōtumeliam prompta, à vero Iacob & à vero Israël: quia quicquid in eis terrenū fuerat, & de inferiori fece concretum: hoc ministris angelis siue monitorib⁹ ac magistris excussum est atq; mundatum: qui non solum excusserunt eos, sed vitia quoq; quæ ad præsens tantū sensus voluptate demulcent, & in modum flagellorum ac propaginum absque
Matt. 15.b fructu foliis plena sunt dissipauerunt: dicente domino: Omnem propaginem quæ in me manet & fructum affert, pater meus mundat vt fructum magis afferat: quod autē in me nō manet, & fructum nō affert, pater meus præcidet & in ignē mittet. a ¶Clypeus fortiū eius ignitus viri exercit⁹ &c.) Secūdum historiam aduersum Niniuen ordo sequitur, & describitur Babyloniorum exercitus contra eam veniens. Quòd autem ait: Igneæ habenæ curruum in ardentibus loris, velocitatem præparātium significat, & quasi ἐφιστικῶς præparantiū se ad prelium pompa narratur. Cōmixtimq; nūc

HEB. dominus superbiæ Iacob, sic reddet superbiæ Israël: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorū corruperūt. Clypeus fortium eius ignitus: viri exercit⁹ in coccineis: igneæ habenæ curr⁹ in die præparationis eius: & agitatores consopiti sunt, in itineribus cōturbati sunt: quadrigę collisę sūt in plateis. Aspectus earū quasi lāpades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorum: ruent in itineribus suis: velociter ascēdēt muros eius, & prępparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solū dirutum est, & miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, murmurantes

de Israël quę olim passus sit, nunc de Assyrio quid fecerit: D
nūc de Babylonijs quæ exerceāt in Assyrios, scriptura conte
xitur. Nō est ergo, ait, mirum si tā velociter ad vastandū veniant, cū agitatores & fortes vel Israël antè, vel postea Assyriorum fuerint consopiti. Rursumq; ad descriptionis ordinem rediens: Tanta est, inqt, multitudo venientium, vt cōmixtum agmē sit in itinere, & discerni nequeat. Ipsę quoq; quadrigæ dum viam non reperiūt, præ multitudine inter se colliduntur in plateis. Aspectus Babyloniorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia: vt antè visu aduersarios terreāt, q̄ mucrone prosternāt. Tunc recordabitur Assur fortiū suorum, & quæret eos qui in itinerib⁹ corruerūt, & ascēdet velociter muros Niniue: ac propter E
obsidionē longissimam ad depellendos æstus prępparabit vmbracula. Sed quid prodest ædi- Psal. 126. a
ficare domū nisi dominus ędificauerit? Quid iuuat claudere portas, quas dominus reserat? Apertæ sunt portæ Niniue, quæ ad instar fluminum habebat ciuiū multitudinem: & templū, id est, regnū eius destructum est: & miles captiuus abductus est: hoc est, omnes ducti sunt in Babylonē. Ancillas verò Niniue per metaphoram minores vrbes & viculos & castella intellige. Vel certè captiuæ mulieres minabantur ante ora victorum: tantusq; terror erit, vt ne in singultus quidē & vlulatum erūpat dolor: sed intra se tacitè gemant, & obscuro murmure deuorent lachrymas in morē mussitantiū columbarū. Hæc iuxta Hebraicā traditionem. Nunc veniamus ad Lxx. trāslatores:
b ¶Excutientes qui excusserūt &c.) Iacob & Israël, & flagella eorū dissipauerūt: armā quoq;, quæ dū cōtumelioſi essent habere cōsueuerant, & quibus infirmos quoq; oppressērat, confregerūt: & hoc nō solum fecerunt, verūetiam viros fortes qui illudebant, in igne disperdiderūt. Considera an possis viros fortes dicere illudentes in igne, fortitudines cōtrarias, quæ ministrāt ardentibus iaculis diaboli, qui fortes & illudentes quondam in igne Iacob & Israël habebant currus & equos, quibus conciti ferebantur in bellū in die præparationis suæ. Horū igitur curruum habenę & equites conturbabuntur in itineribus, & collidentur in plateis, quādo illustratione domini Iacob & Israël illustrato, tam dæmones q̄ hi qui eorum seruiūt voluntati, à domino subuertentur. Possumus hæc & de primo eius aduentu intelligere, quādo viri fortes & agitatores curruum & equites loquebantur: Quid Matt. 8. d.
nobis & tibi fili Dauid, venisti ante tēpus torquere nos? Sed quoniam semel prophetiā contra Niniuen, de cōsummatione mundi accepimus, melius est, vt dicamus, arma potentiæ diaboli tūc tolli ab hoīb⁹, & ministros eius fortes qui illudebant hoībus in igne. Omnes enim adulterātes quasi clibanus Oseæ. 3. a.
corda eorū: vincula quoq; quibus captiui ducebātur in vitia, & ascēsores curruū relaxari. Timebūt enim equites in exitibus: hoc est, in cōsummatione mūdi, & cōfundētur & colli
dētur currus in plateis: quanuis enim lata & spatiosa via sit, Matt. 7. b
quæ ducit ad mortē: tamen pressura tēporis coarctati, rectū iter inuenire nō poterūt: sed in semuicē collidētur, & nihilominus spirabūt veterem furorē, & quasi fulgura huc illucq;

Luc. 10.c. discurrẽt. Videbã, inquit dñs, ſatanam quaſi fulgur de cœlo
G cadentẽ: Quod cùm diabolus & oẽs optimates eius intellexerint: recordabunt cõſummationis quę olim fuerat prædicta, & fugient in dieb⁹: Nequaq̃ em̃ verſabant in noctib⁹, ſed clareſcẽte die, tenebræ fugabunt: & infirmabunt in itinere, nõ proficiẽtes, nec explẽtes conat⁹ ſuos: & feſtinabũt ad muros. Tantus quippe eos veniẽtis dñi terror inuadet, & tã imbecilles ad repugnandũ erũt, vt ad terminos mundi fugiant, quibus quaſi muris mũdus includit & ambit, & præparabunt ſe ad reſiſtendũ. Quomodo ſi quis inimicũ fugiat, non audens ei reſiſtere,

HEB. murãtes in cordib⁹ ſuis. Et Niniuẽ quaſi piſcina aquarũ aquę ei⁹: Ipſi verò fugerunt: State, ſtate, & nõ eſt qui reuertatur: diripite argẽtum, diripite aurum: & non eſt finis diuitiarũ ex oĩb⁹ vaſis deſiderabilibus. Diſſipata eſt & ſciſſa & dilacerata, & cor tabeſcens,

cùm ad ſolitudinẽ venerit: ſi fortè hoſtis ſequat, neceſſitate cogit repugnare. Verũm illis hoc cogitãtibus, vniuerſa quæ ab eis obtenta fuerant & poſſeſſa, proferẽtur in medium: & aperient portæ quas clauſerant, & regna eorũ cadẽt, & ſubH ſtãtia .i. diuitię reuelabũtur. Ipſa aũt mũdi ſubſtãtia & oẽs ancillę eius poſtq̃ ſe Chriſto ſubiecerint, & ei ſeruire cœperint: ducent lætę atq; gaudẽtes, & ex intimo cõfeſſiõis corde credẽtes: ita vt colũbarũ mũditię cõparentur: murmurabũt ſeu loquẽtur in cordib⁹ ſuis: Et tũc adiplebit qđ in ſexageſimoſeptimo pſalmo de victoria dicit Saluatoris: Aſcẽdes in altũ, captiuã duxit captiuitatẽ. a ¶Et Niniue q̃ſi piſcina aquarũ &c.) Manifeſtũ eſt q̃ ciuitatib⁹ Niniue (quas filias ei⁹ ſcriptura cognominat) in captiuitatẽ deductis: ipſa Niniue quę tãtos nutrierat populos, vt piſcinarũ aq̃s cõpararetur, inutilẽ habeat multitudinẽ: dũ null⁹ eſt q̃ reſiſtat & irruẽtiũ Babyloniorũ impetũ ferat. Habebat em̃ populos q̃ tãtũmodo fugerent: & clamãte matre: State, ſtate, claudite portas, muros aſcẽdite, hoſtibus repugnate, nullus eſſet qui reuerteretur: nemo qui reſpiceret ad matrẽ: ſed omnes terga vertẽtes, prædæ inimicorũ deſererẽt ciuitatẽ. Vnde dicitur ad Babylonios: quia illi fugerũt: diripite argentũ, & tanto tẽpore cõgregatas opes ſubita vaſtatione prędamini. Non enim eſt finis diuitiarũ, ſupellectilis & vaſorũ, quæ in Niniue condita ſunt: nec poteſtis tantũ rapere, quantũ ad diripiendũ illa ſe præbet. Sed quia Niniuen ſpecioſam, id eſt, mundũ ſemel diximus: videamus quæ piſcina ſit mũdi. Non ait ſcriptura, q̃ aquæ Niniue ſint quaſi aquæ maris, nec quaſi aquæ flumiI num, nec quaſi aquæ fontium, nec quaſi aquæ puteorum: ſed
Hier. 2.a. quaſi aquæ piſcinæ: Vt qũo in Hieremia populus arguitur, qui dereliquit fontẽ aquæ viuæ, & fodit ſibi lacus contritos, q̃ nõ poſſunt aquã cõtinere: ſic & in Niniue oẽs aquę illę ſint quæ de cælo ceciderint, & antiquã altitudinẽ relinquẽtes, in ima lapſa ſint. Omnia enim dogmata mũdi huius quæ extra fontẽ ſunt eccleſiæ, hortum̃q; ſignatum, nec poſſunt dicere:
Pſal. 45.a Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Nec de illis aquis ſunt quę ſuper cœlos laudãt nomen dñi: q̃is magna videãtur, tamen parua ſunt & anguſto fine cõcluſa. Nec moueat quempiã quia piſcinã in malã partẽ accepimus. Illa piſcina ad quã Eſaias filius Amotz propheta iubetur aſcendere: Ibi
Eſa. 7.& 36.a. enim cũ additamẽto dicitur: Piſcina aquæductus, & piſcina fullonis: quæ ſordes lauare cõſueuit, & maculas veſtiũ eluere. Quæ quia in ſublimi poſita eſt: ideo ad eã propheta iubetur aſcẽdere, & in occurſum regis de duob⁹ ambuſtis toribus victoriã polliceri. Sequitur: Fugiẽtes non ſteterũt: habitatores videlicet Niniue. Primùm quidẽ deum fugere nõ debuerant: deinde etiam ſi fugerãt, aliquãdo ſtare debebãt: Magna enim differẽtia eſt inter eũ qui fugit & ſtetit, & qui fugiens, nunq̃ ſtetit. Quis enim ſtat, fugere ceſſauit: qui non ſtat, ſemp in fuga profectus eſt. In tãta ergo turba fugientiũ nullus erat qui reſpiceret, & ageret pœnitentiam, & audiret
Hier. 3.g. loquentẽ dominum: Reuertimini ad me filij reuertentes, & ſanabo cõtritiones veſtras. Vnde & ſanctus loquitur in pſalmis: Perijt fuga à me. Hoc ipſum puto & lepræ ſignificare myſteriũ, ſuper qua in Leuitico dicitur: Cùm leproſus à ſacerdote extra caſtra fuerit ſeparatus: ſi ſteterit lepra, purũ eſſe hominẽ, & mundari eum qui quaſi leproſus fuerat abiectus, & redire ad caſtra, & habitare in populo. Sin autem (inqt) diffuſa fuerit lepra, id eſt, nõ ſteterit, ſed creuerit, & in malo habuerit profectum, & mutauerit colorẽ priſtinę ſanitatis: tunc lepra manifeſtiſſimè comprobatur ab eo, qui habet ſcientiam inſpiciendæ & purgandę lepræ. Sed & nobis præcipitur à vero Salomone vt habitem⁹

SEP. quẽtes in cordib⁹ ſuis. Et Niniue ſicut piſcina aquarũ aquę ei⁹: & ipſi fugiẽtes nõ ſteterũt: & non erat q̃ reſpiceret: diripiebãt argentũ, diripiebãt aurum, & non erat finis ornamẽti eius: aggrauata eſt ſup oĩa vaſa cõcupiſcẽtię ſuę. Excuſſio, rediſcuſſio, & ebullitio, & cordis confractio,

in Hieruſalem, nec vnq̃ egrediamur ex ea. Quòd ſi fugerit nos, id quod antè nobis fuerat ſubiectũ, & ierit ad Allophylos: nõ egrediamur muros ciuitatis noſtræ: nec ſequamur fugitiuorũ veſtigia: ne dum volumus ſaluare fugiẽtes, ipſi pereamus: quin potius dimittamus, vt mortui ſepeliant mortuos L Matt. 8.c.
ſuos: & ſcandalizantem oculum, manum, & pedẽ, dum licet Marc. 9. g
eruamus & abſcidamus à nobis. Quòd autẽ dicitur: Diripiebant argentũ, diripiebãt aurum, & nõ erat finis ornamẽti eius: aggrauata eſt ſuper omnia vaſa concupiſcentiæ ſuę: de aquis dicitur Niniue, & de fugientibus qui fugerant & non ſteterunt, neq; erat qui reſpiceret, & qui nõ ſolum fugiſſe, & nõ reſpexiſſe contenti, inſuper diripiebãt argẽtum: quicquid in mundo videbatur eloquij: diripiebãt aurũ, quicquid præclararũ ſententiarũ erat in doctrina ſeculi, vt ornarẽt Niniuen: vt dogmata ſua omni ſenſuum verborum̃q; flore componerent. Propter quod aggrauata eſt Niniue ſuper omnia vaſa concupiſcentiæ ſuæ: quanto enim plus habebat multã auri & argenti poſſeſſionẽ, & variã ſuppellectilẽ, quæ erat grauis: tanto magis ipſa aggrauabatur, quæ grauia diligebat. Vnde & iniquitas in Zacharia ſuper talentum plumbi Zach. 5.c.
ſedet, & Aegyptij qui erant peccatis graues, dimerſi ſunt in Exo. 14.f.
mare vt plumbum. Et ex perſona peccatoris dicitur in pſalPſal. 37.a.
mo: Quaſi onus graue aggrauatæ ſunt ſuper me. Et Petrus Mat. 14.d
q̃ antè leuis pẽdulo greſſu calcabat vndas: poſtq̃ infidelitate aggrauatus vorabatur à fluctibus, manu domini ſubleuatur.
b ¶Diſſipata eſt & ſciſſa, & dilacerata &c.) Sub metaphora captiuæ mulieris, Niniue diſſipata, ſciſſa, lacerata deſcribit: tabeſcẽte corde, diſſolutis genibus, renibuſq; cõfractis, & qđ M
omnium habitatorũ eius præ terrore hoſtiũ, & magnitudine metus, facies in ollarũ ſimilitudine videãtur exuſtæ, tabidę, & pallore deformes. Porrò iuxta Lxx. altius intelligendum eſt, quid ſignificet excuſſio, rediſcuſſio. Quia de populo dei eſt, & quaſi homo aliquãdo peccauit, & reuertitur ad priſtinum ſtatũ, quaſi Hieruſalẽ dicitur ei: Excute puluerẽ pedũ Eſa. 52. a.
tuorũ, & conſurge Hieruſalẽ. Et qui talis eſt vt poſtq̃ fuerit excuſſus, in ſagittas dei tranſire mereatur, & à domino contra inimicos tendi, canitur de eo: Sicut ſagittæ in manu po- Pſal. 126 a
tẽtis, ità filij excuſſorũ. Cũq; veſtigia eius quaſi ingredientis ſup terrã aſperſa fuerint puluere, audiet à Saluatore: Excu- Mar. 6.b.
tite puluerẽ pedũ veſtrorũ in teſtimoniũ illis: haud dubium quin eos dicat, q̃ recipere noluerũt prędicãtes. Quis verò de Niniue eſt, quę aggrauata eſt ſup omnia vaſa cõcupiſcentię ſuæ: iſte non ſemel excutitur, ſed frequẽter. Et poſtq̃ rurſus fuerit excuſſus, & ſupficies illius emũdata: ne qđ intrinſecus ſordiũ maneat: fit etiã ei ebullitio quę ſignificãtius in Græco dicit ἐκθρασμὸς: propriè ſiquidem ἐκθρασμὸς in iſtiuſmodi reb⁹ ponit: cũ quod latebat intrinſecus, erũpit in faciẽ. Vnde papulæ quoq; quæ poſt ægrotationẽ naſcuntur in labijs, vocãtur ἐκθράσματα: & ſanitatis videtur indiciũ, morbum in ſuperficiem prorupiſſe. Non ſolum autẽ hoc remediũ adhibetur Niniue, vt excutiatur crebrò, & de vitalib⁹ eius ægrotatio latẽs cogat exire: ſed etiã cordis cõfractio & diſſolutio

genuum

genuum prædicatur: vt quomodo Pharaonis durum & lapideum cor confractum est: quod quãdiu habuit, dei populum nõ dimisit: Sic & Niniue fractum cor emolliatur & mutetur in carneum: vt rigida genua quę prius deo nõ curuabantur, dissoluãtur, & flectãtur deo: ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur: Et in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestiũ, terrestrium, & infernorũ: Vt postquam cognouerint creatorẽ suum, audiant: Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia roborate. Et dolores, inquit, sup omnẽ lumbum. Iam supra diximus in lumbo coitum significari, & quòd omnia opera quę ad cõmixtionem pertineant, renum appellatione monstrẽtur. Grandes igitur in consummatione dolores erunt in renibus: quia draconis omnis virtus in lumbis est, & pro his omnibus propter quę præcessit excussio, rediscussio, ebullitio, & cordis fractio, dissolutio genuum, dolores renum, & erit facies omnium quasi adustio ollæ: vt vel igni ardorique sit proxima, vel nitorem amittens olei, nigrescat in carbonum similitudinem, & confusione operiatur æterna: à qua sanctus proculest dicens: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Reuelata enim facie gloriam dei contẽplatur. Et puto, quomodo alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum, & stella à stella differt in claritate: sic in resurrectione mortuorũ, & claritatis inter sanctos, & nigredinis inter peccatores, magnã futuram esse distantiam. a ¶Vbi est habitaculum leonũ &c. & necauit leænis suis, & impleuit præda spelũcas suas &c.) Pro spelũcis & leænis κατοικητήριον καὶ σκύμνους, id est, nidos & catulos, Lxx. transtulerunt, in cæteris idẽ sensus est. Adhuc autẽ de Niniue dicitur: quòd habitaculum fuerit regum, & aula nobilium: ad quam perrexit leo rex Babylonius: id est, Nabuchodonosor, & catulus leonis, subreguli quoque eius, & non fuit qui eis resisteret. Leo cepit sufficiẽter catulis suis, & necauit leænis suis. Idem videlicet Nabuchodonosor victoriæ cuncta iure possedit, & liberis vrbibúsque suis, vel [illegible] oribus in seruitutem captiuos tradidit, & impleuit præda spelũcas suas: siue vt in Hebræo habetur, foueas suas, & cubile suum rapina, tam thesauros, quàm ciuitates, auro, argento, vestibus, omnique ornatu complens: vt quod Niniue habuerat Babylon quoq; vicerat, possideret. Quia verò secundum ἀναγωγήν, & in Iona, & in hoc propheta Niniuen mundum istum interpretati sumus: Et iuxta Ioannem: Totus mundus in maligno positus est: Postq̃ mundus pertranſierit habitaculum bestiarũ, & in quo pascẽbãtur leones: tunc admirantes exultantesq; dicemus: Vbi est habitaculũ leonũ, ad quod iuit leo diabolus: de quo loquit & Petrus: Aduersarius vester diabolus: quasi leo rugiens circuit quęrẽs quẽ deuoret. Et catulus leonis, antichristus: & oẽs doctrinę peruersæ, sermo contrarius. Audistis (inquit Ioannes) quia Antichristus veniet: nũc autem Antichristi multi sunt: tot eñ Antichristi sunt, quot dogmata falsa. Et ante aduentũ Christi nõ fuit qui exterreret: Sed postq̃ dominus noster venit in mundum & Niniuen ingressus est, vidit quasi fulgur satanam de cœlo cadentem: Et cecidit de cœlo Lucifer qui mane oriebatur. Venit enim verus Sãson ad Allophylos: & dum pergit in Thamnas, qđ interpretatur consummatio eius: vt pauperculã de gentibus duceret Dalilam, interfecit leonem cui venerat consummatio: & illo mortuo, comedit mella dulcedinis. Sed & verus Dauid seruans oues patris sui, apprehẽdit leonem, & interfecit eũ: & Banaias, qui interpretat̃ ędificator dominus: descendit in lacum seculi istius: q calentes aquas refrigerare consueuit, & interfecit leonẽ. Et in visione Esaię, quę aduersum quadrupedes cernitur, primũ de angustia harũ dicitur bestiarum: In tribulatione & angustia leo & catulus leonis. Iste leo antequã interficeretur à Christo, plurimos cepit in prædam catulorum suorũ: & necauit leunculis suis, satellitibus suis videlicet dæmonijs. Vide heretícorum conuẽticula, & captos multos à leone nõ quęres. Considera mortuos qui reliquere vitã, & ecclesias eorum non vocabis ouile pastoris, sed leõis spelũcas, quas impleuit cadauerib⁹ & sanguine mortuorũ: Posuisti (ait Dauid) tenebras, & facta est nox: in ipsa pertrãsibunt omnes bestię saltus: Catuli leonum rapere & quærere à deo escam sibi. Difficilè leo inuenitur in die, sed semper in noctibus circuit vt de ecclesia Christi rapiat: vt escis iuxta Abacuk saturet electis. Deniq; Iudas de ouili Christi fuit, & rapt⁹ à leone suspẽdio suffocatus est. Sed & ille propheta cui præceperat dñs, ne comederet panes in regione ea, vbi vituli aurei erant, & mentita religio: quia comedit, à leone percussus est. Hieremias quoq; de peccatoribus loquit: Percussit eos leo de sylua, & lupus vsq; ad domos disperdidit eos, & pardus vigilat super ciuitates eorum. Omnes qui egrediũtur ex eis, capientur. In quo animaduerte quòd nemo capiatur, nisi de ciuitatib⁹ dei fuerit egressus. In quarto etiã Regnorũ libro, habitãtes in ciuitatibus Samarię, & nescięntes iudiciũ dei terrę, interficiebanť à leonib⁹: donec didicerũt colere deum, & à leonib⁹ liberati sunt. Ob hãc causã reor, & qđcũq; à bestijs captũ est, in dei sacrificijs nõ offerri, & à ꝓpheta dici: Immũdũ, & captũ à bestia, nõ est ingressum in os meũ. Interfect⁹ est ergo leo, & falsis dogmatib⁹ cõfutatis, & de comedẽte exiuit esca, & de forti egressum est dulce. b ¶Ecce ego ad tẽ, dicit dñs &c.) O Niniue, vniuersa quę dicta sũt, me authore patieris. Ego dñs succendã vsq; ad fumũ & cõsumptionẽ currus tuos, & nobiles quosq; atq; subregulos gladio faciam deuorari. Nequaq̃ terras vltrà vastabis, nec tributa exiges, nec audientur per prouincias emissarij tui: Siue non audiam angelos, qui præsides tui sunt, pro te deinceps deprecãtes. Sed & ad mũdum hæc ipsa dicũtur, in quo est multitudo quæ per latam & spatiosam viã pergit ad mortem, quã cõminatur dominus igne succensam, fumo suæ malitiæ suffocari ex vanitate eius nimia? Leones quoq; comedet gladius, viuẽs sermo dei & acutus, & ex omni parte elimatus: nec non pollicetur auferre se de terra prędam eius, vt nemo exinde capiatur in Niniue, & quasi clemẽs tollit mala opera & cõprimit ea, ne vox & sonitus eorum vltrà possit audiri. Vnde ait: Et non audientur vltrà opera tua.

Cap. III.

c Vae ciuitas sãguinũ, vniuersa mẽdacij laceratiõe plena &c.) Vbi nos posuim⁹, laceratione plena: in Hebręo habet פֶּרֶק מָלְאָה: qđ interpretat⁹ est Acla, ἥλωσις πλήρης. i. exceruicatione plena: Symmachus autem

---

A Philip.2.b Exo.7.& deinceps. Esa.35.b. Iob.40.b B 1.Cor.15.e C 1.Ioan.5.d 1.Pet.5.b. Luc.10.c. Esa.14.c. Iudi.14.a תִּמְנָתָה

HEB. tabescẽs, & dissolutio genuum, & defectio in cunctis renib⁹, & facies omniũ sicut nigredo ollæ.

a Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorũ leonũ: ad quã iuit leo vt ingrederet illuc catulus leonis, & nõ est qui exterreat: Leo cepit sufficiẽter catulis suis: & necauit leænis suis: & ipleuit pręda spelũcas suas, & cubile suũ rapina.

b HEB. Eccẽ ego ad te, dicit dñs exercituũ: & succẽdam vsq; ad fumũ quadrigas eius: & catulos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam: & nõ audietur vltrà vox nunciorum tuorum.

Caput III.

c Vae ciuitas sanguinũ, vniuersa mẽdacij dilaceratiõe plena: nõ recedet à te rapina: vox fla-

SEP. confractio, & dissolutio genuum, & dolores sup omnẽ lũbum, & facies omniũ sicut adustio ollæ.

a Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorũ leonũ: ad quã iuit leo vt ingrederet illuc catulus leonis, & nõ est qui exterreat: Leo cepit sufficiẽter catulis suis: & necauit leænis suis: & ipleuit pręda spelũcas suas, & cubile suũ rapina.

b SEP. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens: & succẽdam in fumo multitudinem tuam, & leones tuos comedet gladius, & auferam de terra prædam tuam, & non audientur vltrà opera tua.

Caput III.

O Ciuitas sanguinũ, tota mendax, iniquitate plena, non contrectabitur venatio: vox fla-

---

D 1.Reg.17.d. 1.Par.11.e Esa.35.d. E Psal.103.c Abac.1.d. Mat.27.a 3.Re.13.c. Hiere.5.b 4.Regum 17.c. F Leui.22.e Iudi.14.c Matt.7.b.

G autem ἀποτομίας πλήγης, quod possumus dicere, crudelitate vel seueritate plena. In altera eius æditione reperi μελοκοπίας πλήγης, id est, sectionibus carnium & frustis per membra conciſſis: deniq; statim subiecit, vbi indefinens præda est. Porrò Hebræos פֶּרֶק non exceruicationē: pro qua in Aquilæ æditione reperimus, ἐξαυχενισμόν: sed gubernaculum, id est, κυβερνισμόν interpretatus est: vt ostēderet & vrbem fuisse regalem, & velut in naui cunctarum gētium tenuisse gubernaculum. Describitur autem potentia eius: id est, Niniue: & sub lamentatione crudelitatis arguitur: Væ ciuitas sanguinum, in qua nulla veritas, sed omne mendacium, plena rapina, & laceratione prædarum.

HEB. vox flagelli, & vox impet⁹ rotæ, & equi fremētis: & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum: & corruent in corporibus suis, propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ & gratæ, & habentis maleficia: quæ vēdidit gētes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Ecce ego

H Vox flagelli crudelis semper & sæuientis imperij, & vox impetus rotæ. Vocem pro sonitu accipiamus: rotam feruentē per diuersa discursum: & equi frementis, & quadrigæ feruentis, subauditur in omnibus, vox. Tam pulchra autē iuxta Hebraeū, & picturæ similis ad prælium se præparantis exercitus descriptio est: vt omnis meus sermo sit vilior. Nam quod ait: Et grauis ruinæ, nec est finis cadauerum: de aduersarijs intelligamus qui ab eis sunt interfecti. Et corruent in corporibus suis, vel cadent à sua multitudine, dum à seinuicem constipantur: vel in cadaueribus corruent interfectorum: ἀντῶν enim, & suis, & eorū vtrūq; significat. Propter multitudinē, inquit, fornicationum meretricis: quia cum multis gentibus fornicata est, & totius orbis quem subiecerat sibi colebat idola: speciosæ & gratæ, & habentis maleficia, magos significat: quę vendidit gentes in fornicationibus suis: & familias in maleficijs suis: id est, quæ in cunctas gentes habuit potestatem. Hæc dæ Niniue sint dicta simpliciter. Cæterùm si rationabiliter propter pulchritudinis nomen mundum intelleximus Niniuen: re-

I ctè mundus qui in malo positus est, propter multitudinem sagittariorum: & eorum qui velut gladijs homines linguis suis interficiunt, ciuitas sanguinum dicta est. Vnde & consequenter tota mendax, quod ad peruersitatem doctrinarū refertur, non habente sermonē dei, vbi caput in ea reclinet:

Psal.13.a. cùm peruersa dogmata cuncta possideant. Non est qui intelligat aut requirat deum: omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: nō est vsq; ad vnū. Quæ quanquam & nunc ex parte fiant, tamen in consum-

Mat.24.b matione magis complentur: quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum. Quanti capiuntur à Nemroth gigante, & venatore sæuissimo, qui aduersum deum superbiens, plures de saltu eius suis pedicis innexuit: cuius attractabitur à multis præda, siue venatio. Multos enim habet satellites, & secum pariter venatores: qui in eius venatione lætantur, & captiuorū morte se iactant. Sed & vox fla-

Psal.33.d. gellorum auditur in mundo: quia multæ sunt tribulationes iustorum: quibus qui flagellantur, clamitant: & doloris magnitudinem flebili voce testantur: quando alius dæmone, alius ira, quæ furori similis est, alius libidine, odio, inuidia, superbia corripiuntur: flagellum in eis Assyrij regis sonat. Sed & in corporis malis, flagellum diaboli intelligimus, de

Psal.90.b quo ad iustum dicitur: Et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo: quādo viderimus hunc morbo regio computruisse, & superesse cadaueri suo: Alium intercuti aqua, & tumenti natare corpore: crescentibusq; membris, formā

† nuper in excedra. pristini hominis decrescere, quod nuper in hac terra† vidimus: Illum purulentias quasdam, & vulnerati damna pulmonis egerere: Istum humore in lapides desiccato, vrinæ K amaritudinem, & vesicæ tormenta sentire: non dubitemus dicere vocem flagellorum esse Niniue: licèt nōnulli hæc vel ex corrupto aēre, vel ex escarum & corporum diuersitate accidere suspicentur. Nos qui legimus & febrem increpi- Lucæ.4.f

SEP. vox flagellorum, & vox cōmotionis rotarū, & equi persequentis, & currus feruētis, equitis ascendentis: & splendentis gladij, & fulgētium armorū, & multitudinis vulneratorum, & grauis ruinæ: & non erit finis gentibus eius, & infirmabunt in corporibus eorum à multitudine fornicationis. Meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum, quæ vendit gētes in fornicatione sua: & tribus in maleficijs suis. Ecce ego

tam, & mulierē quæ p decem & octo annos à Ibidē.13.c diabolo fuerat ligata, domino medicāte curatā: sciamus hæc omnia flagella esse Niniue. Vnde sequitur: Et vox cōmotionis rotarū: dū huc atq; illuc genus raptatur humanū, & incertis p cuncta discursibus, vbi periculū, vbi salus sit ignoramus: de qua rota & in principio Ezechielis scriptū est: Ezech.1.d Et in psalmo septuagesimo sexto legim⁹: Vox tonitrui tui in rota. Ha- L bet aūt Niniue & equū persequentē, cuius hinnitus, & vngula terram fodiens, & pectus æstuans, semper bella desiderat: loquente domino cōtra diabolum: De longè odoratur bellū: Cum saltu & clamore non parcit fugiētibus: nec finit abire terga vertētes: sed persequitur vt prosternat, interficiat, conculcet, illidat. Est quoq; in Niniue & vox quadrigę feruentis, quales puto habuisse Pharaonē, quę Exo.14.g à domino submersæ sunt. Ad hāc quadrigam quatuor iunguntur equi, quatuor scilicet perturbationes: de quibus & philosophi disputant, & Maro non tacet, dicens: Hi cupiūt Vergi.6. metuuntq;, dolentq;, gaudentq;. His equis & hac quadriga Aenei. Niniue cuncta perturbat. Sed & equitis ascendentis vox in ea personat: qui arte quadam & gyro præparatus ad bellū, non absq; periculo contra se pugnantis incedit. Habet hic eques sermonis gladium, exacutum cote dialecticæ, & Rhetoricæ artis oleo leuigatum: habet arma fulgentia, transfigurante se satana in angelum lucis, quæ arma apostolicæ ar- 2.Co.11.c maturæ contraria sunt. Nec mirum si in Niniue vulneratorum multitudo sit, cùm multitudo sit sagittarum. Et quomodo quatuor quibus pugnamus & tegimur, sunt scuta M virtutum, prudentia, iustitia, temperantia, fortitudo: ita econtrariò quatuor vitia sunt: stultitia, iniquitas, luxuria, formido: quibus ab hoste percutimur. Quorum singula pullulantes habent in se, ac multiplices species sagittarum, quibus inferuntur vulnera: quæ nisi statim medicina curauerit, fit grauis ruina: atque vtinam tanti essent in Niniue, & leuiter cadentes & leuiter vulnerati, quanti sunt pro ruinæ pondere, vsque ad inferna demersi. Nec est finis gentibus eius: malitia eius finem nō habet: & quantæ species peccatorum, tot gentes sunt Niniue: quæ infirmabuntur in corporibus suis à multitudine fornicationis. Quod licèt possit & de eis accipi, qui propter res Venerias etiam corpore debilitati sunt, & cum perditione animæ carnem quoque frangunt cui seruiunt: Tamen gentes istæ: de quibus diximus, non cadunt, iuxta Hebraicum nisi in corporibus suis, & non offendunt (vt interpretatus est Symmachus) nisi in cadaueribus mortuorum: quæ fornicationis multiplicatione prostrata sunt. In hoc loco Septuaginta interpretes: cùm secundum Hebraicum posuerimus, propter multitudinem fornicationum meretricis, quasi aliud voluerunt esse principium: vt dicerent: Præ multitudine fornicationis: & hucusque finita sententia: postea inciperent, meretrix speciosa & grata, dux maleficiorum. Pro duce maleficiorum, Aquila & Symmachus transtulerunt: habens maleficia. Nec mirabitur Niniuen scortorum iam esse esse gratissimā: qui tantā hominū multitudinē cum ea viderit fornicari, & maleficijs illius, & quibusdā incātationibus ad amorem

A ad amorem eius penè cunctos trahi. Hæc vendidit gẽtes in fornicationibus suis: quæ tollunt mẽbra Christi, & faciunt membra meretricis, & tribus in maleficijs suis: Facit enim amare eas, quæ odisse debuerant, & detestari quæ amare debebant, vt cũ deceptæ fuerint, iuxta illud quod scriptum
1.Co.15.d est: Corrũpunt mores bonos confabulationes pessimæ: etiã alios malefica arte supplantẽt. Legi in scripturis sanctis in bonã quoq; partem maleficos accipi:
Psal.57.a. Et malefici incantantis sapienter. Sed ad hoc incãtat talis maleficus, vt meretricis Niniue amore deuinctos, ad mẽtis sanitatem retrahat.

a ¶Ecce ego ad te dicit dñs &c.) Quia vendidisti ô Niniue gentes in fornicationibus tuis: & familias in maleficijs tuis, & quasi publicum prostibulum cun-
B ctis diuaricasti pedes tuos: propterea ego ipse ad te veniam subuertẽdam: nõ mittam angelum, nõ credam alijs iudicium tuũ. Discooperiam pudenda tua in facie tua, vt quę prius nõ videbas, ante tuum ponantur aspectum. Ostendam gẽtibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, vt qui tecum fornicati sunt, ipsi te despiciant, irrideant, cõtumelijs afficiant; & eris in exemplum vniuersis videntibus. Hæc autem omnia sub metaphora mulieris narrantur adulteræ, quæ cùm fuerit deprehensa, producitur in medium, & ante oculos omniũ depomatur. Quod quidem per translationẽ etiam super Hierusalem plenissimè in Ezechiele prophetalis sermo describit. Verius tamen & vtilius dicuntur ad mundum: ad quem secandum pariter & curandum, verus medicus venit è cœlo. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens: quia omnipotẽs sum, possum vniuersos sanare morbos: & quod est alijs impossibile, mihi possibile est. Reuelabo posteriora tua in facie tua: id est, virtutes meas, præcepta, atque sermones, quæ proiecisti post tergum tuum: licèt non merearis, faciam te videre. Ego enim mandaueram tibi de sermonibus meis: vt semper ante oculos tuos mouerentur, ligati essent atque penderent: Tu autem contempto iubentis imperio, post tua
C eos vestigia reliquisti: vt non solum non faceres, sed nec dignareris quidem videre quod iusseram. Vel certè faciam te videre & intelligere errores tuos: quos antè cũ cæca ferreris & præceps, rebaris esse virtutes. Post hæc etiam gentibus quas vendidisti in fornicatione tua, ostendam nuditatem tuam, vt nequaquam tui amore capiantur, sed videntes sordidum, & turpe corpus intrinsecus: cuius primùm superficie ducebantur, tecum desinant fornicari. Regnis quoque quæ maiora sunt quàm gentes, ostendam ignominiam tuam: quam vt haberes, ipsa fecisti. Et proijciam super te abominationem secundum immundicias tuas: vt quomodo immunda es, sic immunda videaris, nec decipias plurimos,
1.Cor.6.d qui tibi antè cohęrentes, vnum tecum corpus efficiebantur, Et ponam te in exemplum, vt similitudo formidatæ pœnæ, similitudinem prohibeat delinquendi. b ¶Et erit omnis qui viderit te &c. super te caput &c.) In Hebræo non habetur caput, sed nos apposuimus, vt sensus manifestior fieret. Denique Symmachus ita interpretatus est: Et omnis qui viderit te, recedet à te, & dicet: Dissipata est Niniue: quis lugebit cũ ea? Porrò Septuaginta. c ¶Et erit omnis qui viderit te &c.) Qui ruinas viderit Niniue, & positam eam omnibus in exemplum, expaueſcet atq; mirabitur, & dicet: Dissipata est Niniue: quis cõmouebit sup te caput? hoc est, quis dolebit super te: quis tuus esse poterit consolator, quæ

a HEB. Eccẽ ego ad te dicit dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam: & proijciam super te abominationes, & cõtumelijs te afficiam: & ponam te in exẽplum.
b Et ẽrit omnis qui viderit te, resiliet à te: & dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? Vnde quæram consolatorem tibi? Nunquid melior es ab Amon, quæ habitat in flumi-

quãdiu potens fuisti, quasi crudelis domina, nõ miserebaris D fenis: nec paruulum respiciebas: nec præparasti luctus tui socium, quæ noluisti consortem habere regnandi. Qui autem hæc terrena contemnit, & veneficæ Niniue maleficia despexerit: nec falsa pulchritudine eius fuerit irretitus, cũ omnẽ illius turpitudinem intrinsecus viderit, & cœperit odisse quod cęteri diligũt, refugiet & resiliet ab ea: siue vt à Septuagita dicit καταβήσεται ἀπ᾽ σοῦ: id est, descendet à te: Quãdiu enim terrena honoramus, & putamꝰ esse sublimia: velut in quodã superbiæ culmine sumus, & miramur pulchritudinẽ Niniue. Cũ autẽ cõsiderauerimus naturã eius: & oĩa corporalia bona, quasi humilia despexerimus, subijcientes nos potentiæ manus dei: tunc misserebimur Niniue: & E

SEP. Ecce ego ad te, dicit dominus omnipotens, & disco operiam posteriora tua super faciem tuam, & ostendã gẽtibus cõfusionẽ tuã, & regnis ignominiã tuam: & proijciam super te abominationem secũdum immũdicias tuas: & ponam te in exẽplum.
c Et ẽrit omnis qui viderit te, descendet à te & dicet: Misera Niniue quis gemet eam? Vnde quæram consolationem illi, aptantem chordam? Apta chordam pars Ammon, quę habitas in flumi-

omnia terrena bona digna planctu iudicabimus, dicemúsque: Misera Niniue quanti tuis laqueis irretiti sunt: quantos alligatos vinculis tuis tenes: quis putas resiliet à te? & discedet de superbia tua, & te miseram iudicabit? Quòd autem ait, quis: non tam pro difficili, quàm pro raro debemus accipere, vt sæpe diximus: Quis putas est fidelis & Mat.26.d
prudens dispensator? Et: Quis sapiens, & intelliget hæc? Oseę.14.d
Et: Quis ascendet in montem domini? Quis ergo gemet Psal.23.a.
super Niniue? Quis poterit inueniri, qui hoc tabernaculo prægrauatus cum Paulo dicat? Miser ego, quis me libera- Rom.7.d
bit de corpore mortis huius? Videmus quotidie si cui vicina mors venerit: & intellexerit se vel febre vel vulnere, vel quolibet genere morborum, de hoc mundo subtrahi, pauere, trepidare, & toto corpore tremescentem in Niniue hærere complexibus, & à specioſæ meretricis corpore vix auelli. Quod autem sequitur: Vnde quæram consolationẽ vel consolatorem tibi, qui aptet chordã: adhuc ex persona eius dicitur: qui resiliet vel discedet à Niniue, & dicet: Misera Niniue, quis gemet eam? de confusa seculi huius cõuersatione disputans, in quo nihil cuiq; potest placere perpetuũ: sed quod placuit, displicet: & quod displicuerat, rursum placet. Quis itaq; poterit talis inueniri consolator: F
& vt ita dicã, scriptor lyricus & citharœdus, qui possit dissonantes chordas eius in vnam harmoniam cõtrahere: & vocalem in laudes dei efficere concẽtum? Hoc quod exposuimus, qui aptet chordam, vel aptantem chordam, & Græcè dicitur, ἁρμόσαι χορδὴν, nec in Hebraico, nec in cæteris inuenimus translatoribus, sed pro eo alterius sermonis exordium: Nunquid melior es ab Amon quę habitat in fluminibus? Vnde videtur mihi magis cum posterioribus copulandum. d ¶Nunquid melior es ab Amon &c.) Pro eo qđ in Septuaginta legitur: Apta chordam pars Ammon: & cæteri interpretes transtulerũt, Nunquid melior es ab Amon? Hebræus qui me in scripturis erudiuit, ita legi posse, asseruit: No.
Nũquid melior es q̃ No Amõ, & ait נא Hebraicè dici Alexandriam: אמון autem multitudinem, siue populos, & esse ordinem lectionis: Nunquid melior es ab Alexandria populosa siue populorum, quæ habitat in fluminibus: aqua in circuitu eius? Non quòd eo tempore Alexandria vocaretur, quippe quæ longo post tempore ab Alexandro Magno Macedone nomen accepit. Sed quia sub nomine primo, id est, No, semper Aegypti metropolis fuerit, & abundantissima populis. Denique & qui res gestas Alexandri memoriæ tradiderunt, principem eam fuisse Aegypti autumant. Sed & propheta Hieremias, Amon, siue No, Alexandriam intel- Alexãdria

Gdriam intelligens in visione contra Aegyptum,ad quam di-
Hier.46. cit: Vitula formosa Aegyptus, stimulator ab Aquilone
c. veniet ei: hæc quoq; manifestius addidit: Confusa est filia
Aegypti:tradita est in manu populi Aquilonis,ait dominus
virtutum deus Israël.Ecce ego visitabo super אמון מנוא,id
est,super tumultum de
Alexandria: אמון enim
vt diximus,populos: מ
præpositione de,signi-
ficat: נוא autē Alexā-
driā.Et visitabo,inquit,
sup Pharaonē,& super
Aegyptū, & sup deos
eius,& sup reges ei⁹,&
super Pharaonē, & su-
per eos qui in eo spe-
rant, & dabo in manus
quærētium animas eo-
rum, & in manu Nabu
chodonosor regis Ba-
bylonis, & in manu ser
uorū eius. Dicitur ita-
q; ad Niniuen:Nūquid
populosior es, aut po-
tentior Alexandria? Et
H describitur situs Ale-
xandriæ, quòd super
Nilum & super mare
posita, hinc inde aquis
& fluminibus ambia-
tur. Aqua in circuitu eius: cuius diuitiæ,mare: aquæ,muri
Alexādriæ eius:hinc enim riuuli Nili: inde lacu Mareotico,ex alia par
situs. te mari cingitur. Quòd autem Aethiopia & Aegyptus, &
Aphrica pro quo in Hebræo ponitur פוט,& Libyes in præ-
sidio eius sint, ipse situs prouinciarum & vrbis ostendit.
Et hęc igitur quam meus,inquit propheta,sermo describit:
capietur à rege Babylonio, & idem tuus atque illius vasta-
tor erit. Quæ Iosephus quoq; Iudaicæ scriptor historiæ in
libris suis refert: Paruuli eius allidentur in compitis:nobi-
les eius diuidentur sorte victorū, & potentissimi quondam
principes captiui ducentur in catenis. Cùm ergo hæc pas-
sura sit Alexandria: & tu ô Niniue de eodem bibes cali-
ce,& inebriaberis,& consopita iacens despicieris:& in tan-
tam venies necessitatem, vt à Babylonijs siue contra Baby-
lonios ab inimicis tuis auxilium roges. Omnia firmamenta
tua & muri in sublime porrecti:& altitudines turrium,quas
nunc inexpugnabiles putas: & viri fortes bellatoresq; tui,
primitiuis ficis comparabuntur, quæ si concussæ fuerint
I leui tactu,in os cadent deuorantis. Nam quod apud Septua
ginta legitur: Apta siue compone chordam, adhuc ad Ni-
niuen dicitur. Et est sensus: inordinatum & incōpositum
tuum: & in diuersa discrepans, in chordarum similitudi-
nem apta Niniue: quia nihil tibi proderit species & ma-
gnitudo tua,quæ præcipua habere te credis,nisi te aptaue-
ris ad canendum. Considera enim omnē partem sortis fi-
liorum Ammon,& quæcunq; æstimantur possidere bona,
quomodo eos nō defenderint ne irent in captiuitatem,& ne
paruuli eorum alliderentur in vijs: Quid ei profuerunt flu
mina,iuxta quæ posita est vrbs Ammon:Quid exceptis flu
minibus tanta puteorum & fontium multitudo: incipiens à
mari mortuo,& vallans regionem eius? Quid ei præbuere
præsidij Aethiopia & Aegyptus, quondam fœderati eius?
Quomodo ergo illam non iuuit auxilium sociorum:sic nec
tuus ô Niniue fugiendi finis erit,sed huc atq; illuc vastabe-
ris. Quid loquar de Aethiopibus,& de Aegyptijs qui præ-
sules fuerunt filiorum Ammon, cùm etiā Libyes ei fuerint
fœderati? Et hæc igitur ducetur in captiuitatem,& paruu-
li eius quia ingredi non valebunt,interficientur in vijs ante
parentum ora prostrati, & omnes opes eius sorte à victori-
bus diuidentur. Nec quisquam de principibus euadet,quia
ferro & cōpedibus vincientur. Et tu ergo ô Niniue inebria-

HEB. in fluminibus? aqua in circuitu eius: cuius diuitiæ mare? aquæ muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & non est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigratione ducitur in captiuitatem: paruuli eius elidētur in capite omnium viarum: & super inclytos eius sortem mittent, & omnes optimates eius affigentur compedibus. Et tu ergo inebriaberis: eris despecta: & tu quęres auxilium tuum ab inimico: omnes munitiones tuę sicut ficus cū grossis suis: si cōcussæ fuerint, cadent

SEP. in fluminibus: aquę in circuitu eius: cui⁹ principium marę est, & aqua muri eius: Aethiopia fortitudo eius & Aegyptus: & non est finis fugæ tuæ: Phut & Libyes facti sunt auxiliatores illius, & ipsa in transmigrationem ibit captiua: & paruulos illius allident in principio viarum eius, & super omnia inclyta eius mittent sortem: & vniuersi optimates eius alligabūtur compedibus: & tu inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres tibi vt stes ab inimicis tuis: oēs munitiones tuæ vt ficus, quæ grossos habent: si commotæ fuerint, caden

berīs,& dies quondam atq; speciosa, quæ tantos amatores K
habebas despicieris ab omnibus, & inimicis persequentibus quæres requiem,& non inuenies: Omnes bellatores tui & vniuersa auxilia prædæ hostibus erunt,& sine vllo labore capientur in similitudinem grossorum ficus,quę cōcussæ nō in terram:ne saltem paruus labor sit colligentium, sed statim in os deuorantis cadent. Hęc dicta sint σκαφρα σικῶς iuxta Lxx.interpretes: semel eīm propositū nobis est,& vulgatam æditionē sequi, ne aliquā Sardanapalo reprehēdendi occasionem præbuisse videamur. Cæterūm nō satis mihi videtur congruere exēplum euersionis Niniue cum filijs Lot, Lxx. filios
qui vocantur Amman. Lot, ἀμ-
Primùm enim Ammon μᾶμ appel
dicitur, & nō Amman: lant.
deinde Ammana, quæ Gene.16.
nunc vocatur Philadel- ἄμμανα,
phia, non est sita super meminit
flumina: nec opes illius Stephanus
de mari congregantur: de vrb.
quippe quę mediterra- L
nea sit: nec aquæ sunt muri eius: nec habet Aethiopiam & Aegyptū & Aphricā,& Libyes fœderatos,cū hæc omnia & iuxta potentiam,& iuxta exēplum, & iuxta descriptionē loci & regionis,& amicarū gentiū,magis Alexandrię coaptāda sint,& nunq̄ potētissima ciuitas Niniue minori Philadelphiæ cōparata,audiret à propheta:Nunquid melior es? Cui autē dicitur: Nunquid melior es, ostenditur minor esse ea cui cōparatur, & nō debere eam indignè ferre si capta fit, cū & maior & firmior & potētior tam natura loci, q̄ viris fortibus ab eodē sit hoste superata. Quia verò Niniuen & mūdū istum interpretati sumus,præcipitur ei vt aptet & cō ponat chordas suas,& se ad lugubre carmē paret: pars eīm filiorū Ammon quę multo melior fuerat q̄ Niniue,& habitauerat super flumina:quia in errore deprehēsa est, pœnas eam sui sceleris pepēdisse.Ac primū iuxta historiā Alexandriæ dicendum,quòd Ammon interpretentur populi,& sit sensus iuxta leges Allegoriæ: Considera populos ecclesiæ, Allegoria.
quæ habitat super amnes prophetarū, &habet doctores in
circuitu suo, quorum de ventre manant flumina: cuius ini- M
tium est mare: A lectione quppe legis,quæ sine ligno Christi amara est,in similitudinem myrrhæ ad eius mysterium peruenitur,quæ habet Aethiopiam in fortitudine: Aethiopia quippe præueniet manus eius deo:& Aegyptum in quā Psal.67.g
dominus venit in nube leui: & Libyes qui antè habitabāt in
arentibus,& postea facti sunt in auxilio eius. Et hæc ergo si non se attenderit,& omni diligentia custodierit cor suum, captiua ducetur,& plāget filios suos. Paruuli quoq; eius qui adhuc in principijs viarū sunt,nec ad mediū itineris puenerūt elident in ipsis principijs suis:& hostes sęuissimi præclara quęq; ei⁹ sorte sibi diuidere festinabūt,& optimates quos principes & prępositos intelligere possum⁹, vinctos catenis: & grauissimo cōpedū pondere prępeditos, trahēt in captiuitatē. Et tu ergo Niniue, homines videlicet infideles: homines mūdo penitus inhęrentes, senties supplicia: & cōsopieris calice meo, cū illi quoq; biberīt q de mea parte fuerāt, & suo vitio corruerūt. Et despicieris à me,& quęres finē inter vitia & pturbatiōes quę te premūt,& nihilomin⁹ stationē & finē malorū reperire nō poteris, sed & omnes voluntates tuæ & dulcedines,& potentiæ seculares,& dogmata quę tibi videbaris habere firmissima,deuorabuntur à comedēte, de quo
per parabolam dicit Sampson: De comedēte exiuit cibus, Iudi.14.c.
& de forti

A & de forti egreſſum eſt dulce: tunc enim fortia quæq; tua, & quæ dulces fructus ſpectantium oculis promittebant, ad primã arboris concuſſionem ruent in os diaboli deuorantis, à quo ſemper Niniue tenta fuerat & poſſeſſa. Porrò qđ prætermiſimus: Et non eſt finis fugæ tuæ, quia ad Niniuen dicitur, & inter ea quæ de Ammon ſcripta ſũt poſitum eſt, & videtur extraordinariè in alieno loco inſertũ quaſi p ὑπέρθατον referamus ad Niniuen, vt ſit ordo: Et tu iebriaberis & nõ eſt finis fugæ tuæ, & eris deſpecta, & cætera quæ dicũtur ad Niniuẽ: Et interpretabimur nõ eſſe finẽ fugę Niniue à deo: quia ſemp profectũ habeat in fugiẽdo, & nunq̃ velit cõſiſtere, ſecũdum illud qđ ſuprà dixim⁹: Et ipſi fugiẽtes nõ ſteterũt, & nõ erat qui reſpiceret. Et dicemus ideo ſcripturã ſanctã his difficultatibus eſſe cõtextã, & maximè prophetas, qui ænigmatibus pleni ſunt, vt difficultatem ſenſuum, difficultas quoq; ſermonis inuoluat, vt non facilè pateat ſanctũ canibus, & margaritæ porcis, & prophanis ſancta ſanctorũ. Q uòd ſi voluerimus

HEB. cadent in os comedẽtis. Eccẽ populus tuus, mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pãdent portæ terræ tuæ: deuorabit ignis vectes tuos.

Aquã pro-

Geñ.19.g. Ammon interpretari ſuper filijs Lot, dicamus Lot habuiſſe
B ex duabus filiab⁹ duos filios, Moab & Ammon, quorũm ſe-
מואב nior Moab interpretatur ex patre, ſiue aqua paterna: iunior
עמון verò Ammon, vel filius generis mei, vel populus noſter. Et arbitror quomodo qui ex Iuda natus fuerat, propter pecca
Dañ.13.f. tum, dicitur ad eum: Semen Chanaan, & nõ Iuda. Et in Eze-
Eze.16.a. chiel ad Hieruſalem peccatricem: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorræus, & mater tua Cethæa: Sic eos quicunq; fuerunt de priori populo: hoc eſt de Iudæis: & de iuniori, id eſt, de noſtris, Moabitas & Ammonitas figuraliter appellari. Et quia declinauerunt à pa-
לוט tre ſuo, Lot quippe declinatio interpretatur, pœnæ ſubijciẽdos & paſſuros omnia quæ ſuprà expoſuimus. Si autem ab his qui ſancti quondam fuerant, dei ſeueritas incipit, & illa quæ habitabat inter fluminã, gehennæ igne purgabitur, quanto magis Niniue quæ antè non habuit legem, nec recepit iugum præceptorũ dei, propter ſuperbiã ſuam ad extremũ in os corruet deuorantis? a ¶Ecce populus tuus: mulieres in medio &c.) Adhuc ad Niniuen texitur dicẽtis elo quium: nõ mirũ ſi fortes & pugnatores tui in ſimilitudinem groſſorum ficus, ſtatim in os decidant deuorantis, cũ populus tuus effœminatus ſit, & reſiſtere nequeat. Pandentur ergo portæ tuæ, & patebit ciuitas hoſtibus: robuſtiſſimos vectes quibus claudebãtur portæ, conſumet ignis. Hauri igi-
C tur aquam, & cura ne potus deſit obſeſſæ munitioni: lateres confice, vt interrupta murorũ ſtruas: propè eſt enim obſidio. Et cũm hæc omnia feceris, quaſi à brucho humus, ita à gladio deuoraberis. Sed & cũm multiplicata fueris vt bruchus: & vt locuſta in vnum pariter cõgregata, & congregaueris ſicut aſtra cœli diuitias tuas, ſicut locuſtę & bruchus, & parua genimina locuſtarũ, quę vocãtur attelabi: ſole incalescente auolant, nec reperiũtur: ſic tu diſpergẽris & fugies. Natura eñ hęc locuſtarũ eſt, vt in frigore torpentes, per ca
Attelabus lorem volitent. Porrò attelabus quẽ ſignificantius comeſſorem interpretatus eſt Aquila, parua locuſta eſt inter locuſtam & bruchũ: & modicis pennis reptans potius q̃ volans: ſemperq; ſubſiliens: & ob hanc cauſam vbicũq; orta fuerit, vſq; ad puluerẽ cuncta cõſumit: quia donec creſcant pennę, abire nõ poteſt. Hæc iuxta Hebraicũ, propter lectoris faciliorẽ intelligentiã, ipſa ſcripturę calcãs veſtigia, manifeſtius explanaui. Dicã autẽ & iuxta Lxx. cœptã τροπολογίαν ſequens primũ breuiter, id eſt, quaſi in Epitome, & poſtea latius de ſingulis diſſerens: Populus tuus ô Niniue, homines videlicet ſeculares qui propriè vocãtur populus vrbis Aſſyriæ: ita paſſionibus eneruati ſunt, & vitijs elanguerũt: vt imbecillitati mulierũ cõparẽtur: nihil eñ in animabus ſuis forte, nihil robuſtũ poſſident & virile. Vnde inimici prævalentes aduerſum eos, aperuerũt oẽs ſenſus eorũ, & p corpora-

les ianuas introgreſſi ſunt. Et ſignanter ſenſus corporum, D
oſtia Niniuiticæ terræ appellantur. Habent autẽ ex prima dei conditione etiã hi qui ſevitijs manciparunt occaſionem cognoſcendi deum: quaſi robuſtiſſimos vectes, quibus oppilent & claudant portas ſenſuũ. Sed & ipſos conſumet ignis:

SEP. cadent in os comedentis. Ecce populus tuus quaſi mulieres in te: inimicis tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ: comedit ignis vectes tuos.

Aquã obſi-

qui à ſagittis eſt allatus ardentibus: quãobrem dicitur ad Niniuẽ: Hauri tibi aquam, & aſperge te ſermone, atq; ratione & occaſionibus intelligendi deum, exercendarũq; virtutũ: quę tibi inſitę ſunt, abutere ad præliandũ. Verũ tu diſſolutis manibus, id eſt, operibus voluptatis: quicquid in te habueras roboris, perdidiſti: quãobrem conuertere, & age pœnitentiã: & rurſum obtine munitiones tuas. Et quia ſemel ingreſſa es lutũ, & clauſa es corpore: quod quaſi terra & paleis & aqua, ita carnibus, ſanguine, venis, neruis, oſſibusq; cõpactũ eſt: ſuſtine iniuriã & neceſſitates corporis: & cõculcare ab inimicis, & oĩa ad cõficiendã carnẽ, quę pœnitentia digna ſunt patere. Semel eñ aſſumens lutũ, & paleas & inanibus huius ſeculi negocijs inuoluta: debes p iniuriã ſponte calcari, & tamẽ nolí ſalutẽ penitus deſperare: eſto confidens: & corpus, id eſt, laterem tuum propter aſſumptũ ſermonẽ quaſi aquã in ſer- E
uitutem redige, & ſubijce tibi vt domineris lateri tuo: alioquin niſi hoc feceris, viuax te poſtea flamma cõſumet: vel in pœnã per gehennã, vel ardentibus inimici iaculis ſuſcitata, & non ſolum igni vaſtaberis, ſed gladius quoq; te comedet quaſi locuſta terræ virentia. Et hoc patieris ſi nõ fueris ſuper laterem, tuoq; pondere prægrauata: & omnem perdens volatum, tota detrahêris in terrã: ſicut bruchus repentè in terram cadit: cũ laſſo volatu vltrà ire non quiuerit. Habeto ítaq; virtutes tam innumerabiles, vt bruchus: ne ita pondere tuo ad terrã detraharis, vt bruchus. Q uæ vniuerſa perpeſſa es, quoniã multiplicaſti tibi diuitias & negociationes diuerſorũ dogmatũ: putans eas clariores eſſe ſtellis, & magis fulgere quàm cœli ſidera. Hæc, vt dixi, ad comprehẽdendum ſenſum à nobis dicta ſunt breuiter: nunc ad exordium capítuli rcuertentes, ſingula vt poſſumus explicemus. Q uis non dicat ſpecioſam Niniuen, animã natura pulchrã: luxuria & voluptatibus huius ſeculi delinitam, in muliebres delitias perueniſſe, & virilitate perdita elanguiſſe in fœminam? Si enim iuſti anima in perfectum virum veniens, & conditionis ſuæ ſeruans rigorem, adhærẽsq; deo vnus cũ eo efficitur ſpiritus: Cur nõ econtrariò anima quæ amat mũdum, vnum cum mundo fiat, & in mollitiem redacta fœmineã, virilem F
perdiderit rigorẽ? Ego puto ob hanc cauſam in Exodo prę-
cipere Pharaonem: vt omne maſculinũ quod natum eſt He- Exodí.1.c.
bræis, mittatur in fluuium: & omne femineum viuificetur. Neq; enim poterat rex Aegyptius qui dicit alibi: Mea ſunt Eze.29.a.
flumina, & ego feci ea: quicq̃ aliud niſi hoc iubere: vt quodcunq; eſt Hebræorũ, & eorũ qui p ſeculum iſtud tranſeunt, forte & virile, mittatur in aquas, & per fluenta earum deferatur in mare. Et econtrariò quicquid fœmineum, molle & formoſum videretur in ſeculo, hoc viuificetur, adoleſcat & generet. Simulq; conſidera quòd Aegyptius imperator viros Hebræorũ non poſſit occidere: nec eos qui iam egreſſi ſunt de infantia: ſed quorum ætas adhuc tenera eſt, & molle corpus, & profectus incípiens: ſcit non poſſe nutriri fœminas, niſi interfecti fuerint maſculi. Vult itaque in Hebræis quicquid forte eſt & virile, hoc gurgite ſui fluminis ſuffocare: vt quę fœminea ſunt, liberius ſola ſuccreſcãt. Q uod aũt ſequitur: Inimicis tuis apertione aperient portæ terræ tuæ: intelligere poteris, aſſumẽs de Hieremia teſtimoniũ, in quo ſcriptum eſt: Aſcendit mors per feneſtras veſtras. Q uodq; Hier.9.f.
per Hieremiã in feneſtris, hic in portis aſſeres demonſtrari, & has ipſas ad ſenſus referes. Sciens enim ſermo diuinus duplices eſſe ſenſus: ad diſtinctionem malorum ſenſuum, in prouerbijs ait: Senſum diuinũ inuenies. Senſum autẽ hic nõ

accipias

G accipias pro animo & mente, quæ Græce νοῦς dicitur, sed pro ἐνθυμήσει, à qua & quinq; sensus nuncupati sunt: visus, odoratus, gustus, tactus, auditus. Portæ itaq; terræ Niniue, corporales sensus intelligantur: Portæ autem Hierusalem cœlestis, & omnis sensus diuinus & de supernis veniẽs. Has portas Niniue aperit populus eius per visum & auditum, & omnes reliquos sensus quasi p
Matt.7.b latam & spaciosam viã quæ ducit ad mortem: corporales quærẽs capere voluptates: quibus claudunt homines dei portas suas: obturantes aures, ne audiant iudicium sanguinis: claudentes oculos suos, ne videant iniquitatẽ: obturantes nares, ne vnguenta prima in effœminationẽ animæ suæ odore suscipiant:
H claudentes os gulæ, & ventri auido: & à tactu molli retrahentes manus suas, ne ad libidinẽ venter exæstuans, in fœmineos ardentem animã cogat amplexus. Qui autem homines dei sunt, aperiunt sensus suos, id est, portas cœlestis Hierusalem: vt ad eos ingrediatur sermo dei. Malarum portarum illud exemplum est: Q ui exaltas me de portis mor-
Psal.9.c. tis. Bonarum hoc: vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Q uando videris amatorem voluptatum magis quàm amatorem dei, & luxuriæ deditum: statim de eo dicito: Inimicis suis aperuit portas terræ suæ: nõ enim amicis animæ suæ, sed inimicis aperiunt portas terræ Niniue. Q uòd si & hi qui principes putantur in populo eadem fecerint, de his quoq; dicere non timebis: Duces populi mei de domo delitiarum suarum eiecti sunt. Si autẽ videris eos voluptatibus & hincinde ambiente luxuria præpeditos, nul lam habere misericordiam in pauperes: nec de populo dei
Amos.6.b esse solicitos, aptabis eis quod sequitur: Q ui dormiunt super lectos eburneos, & fluunt voluptate in stratis suis: qui comedunt hœdos de gregibus, & vitulos lactentes de armẽtis: qui bibunt defecatum vinum: & primis vnguentis delibuti
I sunt, & non patiebantur quicquam super contritione Ioseph. Porrò quod dicitur: Comedit ignis vectes tuos: huiusce modi est: Si quid naturalis boni in anima tua videbatur esse, quod in similitudinem vectium hostes: qui per portas sensuum tuorum conabantur irrumpere, prohibere posset & repellere: hoc Babylonio igne succensum est. Nec non aquam munitionis attrahe tibi: de sermone dei dicitur: vt circundet sibi quasi murum firmissimum, scripturarum doctrinam atq; rationem: ne ad interiora eius possit hostis irrumpere. Obtine, inquit, munitiones tuas. Q uicquid habes in te per naturam bonum, & optimi conditoris in te seruat exordium: hoc infelix anima Niniue, in defensionem tui tene: nec patiaris de principali cordis effluere: Q uòd autem post hæc additur: Incide in lutum, & concul care in paleis. Alius forsitan æstimet dici de anima: quæ infixa in luto corporis & paleis huius mundi, vacuis scilicet & caducis tota se versans conculcetur à dæmonibus. Mihi autẽ videtur hoc ad eã dici: sustine tẽtationes, iniurias: quibus tradita es: pœnas quas merito tuo pateris: quia si sup vacua huius mundi & fragilia graderis negocia, scias te pro remedio sustinere: si tamẽ obtinueris sup laterẽ, & carnem animæ imperio subiugaueris. Deniq; sequit: Ibi comedet te ignis. Si nõ fueris sup laterẽ, & dominationem non habueris in carnẽ, sed manseris in latere, & amaueris paleas: & in carne iuxta carnẽ vixeris: nõ solũ ardentia inimici iacula te vorabunt, sed & gladius eius interficiet: & in similitudinem K
locustarũ, quicquid in te virẽs videbat, & naturæ bono spon
te germinãs, auaro dente cõsumet: † & quasi bruchus volatu † al's, à bru
perdito, & grauatus põdere suo: ita & tu grauata onere pec cho rodẽte
catorũ, detraheris in terrã. Igitur ne talia & tanta patiaris: cõsumeẽ.

HEB. Aquã propter obsidionem hauri tibi: extrue munitiones tuas: intra in lutũ, & calca: subigẽs tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te vt bruchus: congregare ergo vt bruchꝰ: multiplicare vt locusta. Plures fecisti negociatiões tuas, q̃ stellæ sint cœli: Bruchꝰ expãsus ẽ, & auolauit. Custodes tui q̃si locusta: & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quę cõsidunt in sepibus in die frigoris. Sol ortꝰ est, & auolauerunt: & non est cognitus locus earũ vbi fuerint. Dormita-

SEP. Aquam obsidionis hauri tibi: obtine munitiones tuas: ingredere lutum, & conculcare in paleis: obtine super laterẽ. Ibi comedet te ignis: dispdet te gladius: & comedet te quasi locusta: aggrauaberis quasi bruchus: multiplicare vt bruchus: multiplicasti negociatiões tuas sicut stellas cœli. Bruchꝰ irruit, & euolauit: exiliuit quasi attelabus commixtus tuus: sicut locusta quæ ascendit super sepem in die gelus: sol ortus est & exiliuit, & nõ cognouit locum suum. Væ illis: Dormita-

multiplicare vt bruchꝰ, & quãtũ ille habet numerum, tãtas tu habeto virtutes. Q uę em̃ multiplicasti negociatiões tuas: & oi genere quasi cœlestia cuperes possidere, p fas & nefas peri turas tibi diuitias congregasti: debes multitudinẽ peccatorũ multitudine exequare virtutũ. Suprà iuxta Hebraicũ vsq; ad illũ locũ venerã, vbi dicit: Sol ortꝰ est, & auolauerũt: & nõ est cognitus locus earũ vbi fuerint: Et quid mihi videretur in con-
a textu ipsiꝰ sermonis dixi: Nũc quia Lxx. proprij sensus videntur habere principiũ: posito L
eorum testimonio, cœptæ explanationis ordinem sequar:
a ¶ Bruchus irruit & euolauit &c.) Videtur mihi multitudo Niniue absque rectore, sine ordine hincinde cõmixta, & quacũq; impetus tulerit ruens, brucho cõparari, paruo animali & innumerabili: & qui modicũ quidẽ se videat eleuare à terra. Sed & attelabus qui Græcè dicit ὁ συμμικτός, & Latinè translatus est in cõmixtũ: quẽ nos possumus vulgus ignobile, & de diuersis gẽtibꝰ hincinde populũ cõgregatum intelligere: id est, non ciues, sed peregrinos. Vnde & populꝰ Israël qui egrediebat ex Aegypto πολλὸν συμμικτὸν: hoc est, Aegyptiorũ, & Aethiopũ, & variarũ gentiũ, habuisse narrat: Et hic ergo, vt ita dicã, mixtitiꝰ Niniue, cõferẽ exiliẽti at telabo & locustæ: quę i die frigoris, eo q̃ auolare nõ possit, resideat in sepe, & postea orto sole & illiꝰ ardore calefacta exiliat: & ad alias regiões auolãs, nequaq̃ meminerit sepis, i qua tpe frigoris sederat. Hæc ἀναφρασικῶς, vt ipse pphetę sermo facilꝰ possit intelligi, dicta sint. Cęterũ dubitare non M
poteris: multitudinẽ hominũ quę p latã viã pgens, versat in Populus,
mũdo, bruchũ dicere, cùm videris eos totos terræ deditos, bruchus.
sententiæ leuitate, huc illucq; discurrere, & ad sublimiora volare nõ posse. Cerne Romam & Constantinopolim cum priori nomine inopiam pristinam cõmutantem. Vide Alexandriam Aegypti caput, & cùm fuerit vel pro penuria annonę: vel (quod pudori sit & rubori) propter aurigas & mimos & histriones seditio cõcitata, ruere populũ in similitudinẽ bruchi, & totũ vitijs inhęrentẽ, leuitate sua, & p momẽta mutatione sententię huc illucq; volitare, tunc verè poteris dicere: Bruchꝰ impetu abijt & auolauit. Porrò qđ sequitur: »
Exiliuit attelabus, & mixtitius tuus quasi locusta. Mixtitiũ puto in hoc differre à brucho, quòd bruchus imperitæ multitudini & innumerabili cõparatur: Mixtitius autẽ de cunctis gẽtibus hincinde collectus. Et quomõ alij sunt in vrbibꝰ ciues, alij peregrini, quibus placet habitare in vrbe non sua: Sic mixtitiũ puto qui habitat in Niniue, eos esse qui vidẽtur sibi iuxta opinionẽ suam aliqua sequi dogmata veritatis, & in eo meliores esse brucho, q̃ bruchus nihil aliud faciat, nisi semp in terra sit, & absq; alis cibo & ventri seruiat: attelabꝰ autem saltem modicas assumat alas, & cùm in altum volare nõ possit, tamen de terra exilire nitatur, & tandem perueniens in locustam, volitat quidem, sed non est perpetuus volatus eius. deficientibus enim pennulis, & contractis frigore, etiã locusta considet: & considet non in frugifera arbore, & in virẽtibꝰ foliis, sed in sepe, sentibus virgultisq; cõtexta: siue

in maceria

A in maceria fortuito hinc inde lapide compoſita. Conſideremus ſapientes Græciæ,& Egyptiorum atq; Perſarum, Indorũq; Gymnoſophiſtas,& Samaritanos: & varias inter ipſos ſententias, & Iudæos Phariſæoſq; eorum, & Sadducæos, & eccleſiæ multiplices hæreſes,& videbimus attelabum à terra ſe paululum ſubleuantem:& locuſtam volantem quidem, ſed nõ pleno curſu:& quia nõ habeat calorẽ ſolis iuſtitiæ,frigente in deum charitate, ſedere in ſpinoſis ſepibus: Omnia enim dogmata eorum cùm frigeant: & volare non poſſint, ſedem

a HEB. Dormitauerũt paſtores tui,rex Aſſur: ſepelientur principes tui: diſperſus eſt populꝰ tuus ſuper montes, & non eſt qui congreget: non eſt obſcura cõtritio tua: peſſima eſt plaga tua. Oẽs qui audierunt audi-

Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta.

ſibi & requiem inter Ariſtotelis & Chryſippi ſpineta reperiunt. Inde Eunomius profert: Quod natum eſt, non fuit antequam naſceretur. Inde Manichæus vt deum à cõditione malorum liberet, alterum mali inducit autorem. Inde

Hæreſes vnde.

Nouatus ſubtrahit veniam, vt tollat pœnitentiam. Et vt ſimul breui cuncta concludam ſermone: de illis fontibus vniuerſa dogmata argumentationũ ſuarum riuulos trahunt, ita vt loca quoq; ipſa, de quibus argumenta ſumuntur τοπικὰ

B ſuperſcripſerint. Hæc igitur locuſta quæ nunc ſedet in ſepibus: cùm iudicij tempus aduenerit, & mundus ad ortum ſolis incaluerit: dimittet ſedem & loca ſua, in quibus tempore frigoris inhærebat: & ad meliora conuerſa, prioris ſedis non recordabitur. Quod autem generaliter de iudicij tempore diximus, & nunc ex parte intelligi poteſt, vt per eruditos & doctos viros huiuſcemodi locuſtis ſolis iuſtitiæ lumen oriatur: & relinquentes ſpinas ſuas, in purum & liberum tranſeant volatum. a ¶ Dormitauerunt paſtores tui &c.) Non mirum eſt ſi dormitauerunt paſtores tui ô rex Aſſur, qui dominatus es in Niniue, & ſepeliantur vel vagentur principes tui: reguli ſcilicet, & omnium gentium duces, qui tibi antea ſeruiebant: cùm populus tuus mulieres fuerint in medio ciuitatis tuæ: & inimicis tuis apertæ ſint portæ eius, & omnis multitudo ſuper murum ſedens locuſtæ ſit comparata: quæ quaſi iucaleſcente ſole, ſic ad aduentum Nabuchodonoſor fugerit de propugnaculis: & inimicis terga verterit: nec inuentus ſit locus eius. Irato itaque deo, quia populum eius vaſtaueras ô Aſſur, & ſubli maueras vſque in cœlum nidum tuum: vnde & magnus ſenſus diceris: deſtructa eſt ciuitas tua. Et cunctis principibus interfectis, qui reſiſtere poterant aduerſarijs: reliquus

C populus tuus imbellis & ignobilis, diſperſus eſt in mõtibus, & nemo de ducibus inueniri poteſt qui congreget eos, & de collectis rurſum cogat exercitũ. Nõ eſt obſcurũ vulnus tuum: nec talis plaga quæ medici poſſit curari manu. Omnes qui Niniuen ſubrutam, & Aſſyrium regem ſuperatum audierint: & potentiſſimam vrbem, & regem dominatorem quondam vrbis vulneratum, & iacere ſeminecem, & in ſuo ſanguine volutari: vel ſtupebunt propter rei magnitudinem, & inſperatum nuncium: & compriment manus ſuas: vel certè præ magnitudine gaudij inſultantes tibi applaudent manibus, & quodam gaudij ſtrepitu concrepabunt. Nullus enim eſt qui poſſit ſuper te dolere, & euerſioni & vulneri tuo donare lachrymas: quia nullus eſt ſuper quem tua malitia non ſemper tranſierit. Et pulchrè, tranſierit: nõ enim poteſt malitia regis Aſſyrij in hoſtibus eius iugiter permanere. Hucuſq; hiſtoriæ ordo ſit textus. Debemus autem & iuxta Hebraicum antequam æditionem Septuaginta differamus (in illis enim longè alius & diuerſus eſt ſenſus) paululum ab hiſtoria in ſublime cõſcẽdere,& docere quòd in vltima prophetia Nahum ἀποσοφὴ ad diabolum fiat. Et eſt ſenſus: Magnũ principẽ Aſſyriorũ, qui quondam gloriabundus dixerat: fortitudinẽ faciam: & ſapientia intellectus auferam terminos gentiũ, & vires earũ depaſcar: & cõ

Iſa.14.c. mouebo ciuitates quę habitãtur: & dicat ei: O Lucifer qui mane oriebaris: qui mittebas igniculos tuos ad cunctas gentes: quomodo cecidiſti in terram, & contritus es? Deſtructa D eſt Niniue ciuitas tua ſpecioſa & potens: in qua tantum tibi imperiũ præſumebas, vt filio quoq; dei auderes dicere: Hæc omnia tradita ſunt mihi: ſi procidens adoraueris me, Matt. 4.b dabo tibi ea. Dormitauerunt paſtores & reguli tui: qui nõ paſcebant homines in ſalutem, ſed nutriebant eos interfectioni tuę: vt ſaginatiores hoſtias deuorares. Omnis populꝰ tuus & turba populorum, quæ te quondam colebat, deſeruit te & vrbem tuam: & cõfugit ad mõtes, & ſe ſub apoſtolorum Chriſti atque doctorum latibulis collocauit, & interim nullus tuorũ ducũ eſt, qui turbam tuam quondam ad ſe reuocet. Plaga tua & vulnus tuum toto orbe perſonuit: omnes inſultauerunt tibi, qui tua quondam fuerant ſupplãtatione decepti: aut nullus enim aut rarus eſt, quem non tu aliquando deceperis, & per quem nõ tranſierit malitia tua. Et notandum quòd in quocunq; ſteterit malitia diaboli, nõ poſſit inſultare ruinæ eius & vulneri, cùm ſit de paſtoribus & populo regis Aſſyrij: ſed in quocũq; pertranſierit, ille inſultet ei: & bonis operibus E atq; directis, quaſi manus ſuper eum concrepet. Et congruè iuxta Hebraicũ quidẽ hucuſq; de mundi ruina dictũ eſt: no uiſſimè de ipſius quoq; diaboli, qui princeps mundi fuit: Mundus enim in maligno poſitus eſt, plaga & vulnere præ- 1.Ioã.5.d. dicatur. Apud Septuaginta autem adhuc ad σύμμικτον, id eſt, ad mixticium mundi dicitur, quòd paſtores eius dormierint: & vt dormirent, à rege ſint Aſſyrio conſopiti: atq; ita fit, vt dum apud eos deſcribitur quid Aſſyrius exercuerit inter alteros, & non quid ipſe patiatur: de diaboli vulnere, & plaga, & interfectione ſit tacitum. Væ itaq; his qui peruerſarum doctrinarũ magiſtri ſunt in Niniue. Et cõgruè ad eos dicitur: Dormitauerũt paſtores tui: dederunt enim Pſal.131.a ſomnum oculis ſuis, & palpebris ſuis dormitationem. Et propterea non inuenerunt locum domino, neq; tabernaculum deo Iacob. Nec audierunt de Ephratha, id eſt, frugifera eccleſia: nec inuenerunt eam in condenſis ſyluarum. Non ſolum autem paſtores mixticij huius, & locuſtæ, quę imminente glacie ſedet in ſepibus, dormitauerunt: ſed à rege quoq; ſunt Aſſyriorum conſopiti. Scit enim rex Aſſyrius nõ poſſe ſe oues decĩpere, niſi paſtores antè conſopierit. Semper diaboli ſtudium eſt, vigilantes animas conſopire. Denique & in paſſione domini apoſtolorũ oculos graui ſopore F premit, quos ſaluator ſuſcitans ait: Vigilate & orate ne Mar.1.. intretis in tentationẽ. Et rurſum: Quod vobis dico, omni- Ibidẽ.13.d bus dico: vigilate. Et quia non ceſſat ſemper conſopire vigilantes: quoſcunq; ille deceperit, & quaſi ſuaui & pernicioſo carmine Sirenarum illexerit ad dormiendum, excitat » ſermo diuinus & dicit: Surge qui dormis, & eleuare, & illu- Ephe.5.d. minabit te Chriſtus. In aduentu ergo Chriſti & ſermonis dei & doctrinę eccleſiaſticæ,& cõſummationis Niniue ſpecioſiſſimæ quondam meretricis: eleuabitur & properabit populus, qui ſub magiſtris antè fuerat conſopitus: & ibit ad montes ſcripturarum, ibique inueniet montes Moyſen & Ieſum filium Naue: montes, prophetas: montes noui teſtamẽti, apoſtolos & euãgeliſtas: & cùm ad tales montes confugerit, & in huiuſcemodi montium fuerit lectione verſatus, ſi nõ inuenerit qui eum doceat: Meſſis enim multa, Matt.9.d. operarij autem pauci: tunc & illius ſtudium comprobabitur quia confugerit ad montes, & magiſtrorũ deſidia coarguetur: infert enim, & non erat qui ſuſciperet. Sequitur: Nõ eſt ſanitas contritioni tuæ, tumet plaga tua. Propterea mixticius Niniue ſanari nõ poteſt: quia ſuperbiam non deponit: & recens ſemp vulnus eſt, & quotidie diabolo feriẽte pcutitur. Et poſt hęc oĩa nõ eſt ſanitas cõtritioni eiꝰ: licèt eũ ſibi ſanus eſſe videat, tamẽ aĩa eius fracta eſt & cõtrita, percutiente deſuper malleo totius terrę: & nõ ſanat, qa ſemp erecta eſt.

G erecta est. Si autem humilietur, & se Christo subijciat:
Psal.50.d. Cor contritum,& humiliatum deus non despicit.Et:Sacrificium deo spiritus contribulatus. In fine ponitur: Omnes qui audierunt nuncium tuum, plaudent manibus super te. Super quē enim non irruit malitia tua semper?Cùm cœperis ὦ σύμμικτε suppli cia sustinere:omnes qui audierit nūciū, cōsono crepitu & vocali,& (vt ita dicā)operū sono atq; cōcētu, insultabūt ti bi atq; gaudebūt.Null⁹ em̄ est,aut certè rarus,in quē non irruerit,siue superuenerit malitia tua semper.Si enim συμμίκτως vrbis Niniue pasto res habet & fortes,& omnis falsa doctrina & mendax opinatio scientiæ ἀσύμμικτον venit,timēdum est ne fortè nul

HEB.runt auditionē tuā, cōpressērūt manum super te:quia sup quē nō transiuit malitia tua semper?

Onus

lus sit super quē nō malitia συμμίκτως venerit. Et diligen- K
ter obserua,quia non dixerit, In quem non intrauit malitia tua σύμμικτε: sed in quem nō superuenerat.Sæpè enim no bis falsorum dogmatum iacula superueniunt,& quasi in arcanum animæ intrare desiderant: sed claudentibus nobis portas,superuenit quidem σύμμικτος: & quantum in se est, irruit,& semper hoc facit,sed auxiliante Chri sto domino,& omni cu Prou.4.d stodia seruātes cor nostrum,irruit quidem,sed ingredi non potest.

SEP.runt nūcium tuum: plaudent manibus super te:quia super quem nō intrauit malitia tua semper?

Assumptio

Cōmentarij Hieronymi in Nahum prophetā ad Paulam & Eustochium finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN LIBRVM PRIMVM HABACUC,ad Chromatium episcopum,Prologus.

H PRimùm Chromati,episcoporum doctissime,scire nos conuenit,corruptè apud Græcos & Latinos nomen Ἀββακοὺμ prophetæ legi:qui apud Hebræos dicitur חֲבַקּוּק & interpretatur amplexus:siue vt significātius vertamus in Græcum,ἐμπλοκή,id est,amplexatio. Deinde vbi Septuaginta translatores & Symmachus,& Theodotio λῆμμα, id est,assumptionem interpretati sunt, in Hebræo poni מַשָּׂא, quod Aquila vertit in pondus:super quo in Nahum propheta plenius disputauimus. Massa autē nunquam præfertur in titulo, nisi cùm graue & ponderis laboris q̄ plenum est quod videtur. Vnde necesse est & præsentem prophetiam habere aliquid austeritatis:vt sicut in Nahum pondus,quod videbatur aduersus Niniuen Assyriorum vrbem,graue erat:ita & in hoc quæratur;cui pondus sit quod prophetæ reuelatur aspectui. Quatuor autem prophetæ in duodecim prophetarum volumine sunt: è quibus tres in principio λῆμμα,id est pondus,titulum habent: Nahum, Habacuc, & Malachias. Porrò
Zach.9.a Zacharias in medio & circa finem duos huiusce modi ponit titulos, è quibus vnus est: Onus verbi do-
Ibi.12.a. mini in terra Hadrach,& Damasci requiei eius:alter in fine: Onus verbi domini super Israël. De Nahum, orationibus tuis iam liber æditus est: de Zacharia & Malachia, si vita comes fuerit,differetur. Nunc Habacuc habemus in manibus,qui vel ex eo quòd amabilis domini est,vocatur amplexatio: vel quòd in certamen & luctam,& vt ita dicam,amplexum cum deo congreditur:amplexantis,id est,luctantis sortitus est nomen. Nullus enim tam audaci voce ausus est deum ad disceptationem iustitiæ prouo-
Habacuc. care & dicere ei: Cur in rebus humanis,& in mundi istius πολιτείᾳ tanta versatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens,& non saluabis?Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre? Lacerata
1.a. est lex,& non peruenit ad finem vsq; iudicium:quia impius prævalet aduersus iustum: ideo egreditur
I iudicium peruersum. Vides quòd temeraria vox sit: & quodammodo blasphemantis, creatorem suum M
Esa.45.c. ad iudicium prouocare:& vas fragile aduersum figulum,cur tale vel tale factū sit, disputare? Necnon &
& Hiere. hoc animaduertendum,quòd assumptio vel pondus,quæ grauia esse iam diximus,prophetæ visio est:&
18.a.& Ro aduersum Montani dogma peruersum intelligit quod videt: nec vt amens loquitur:nec in morem insa
ma.9.e. nientium fœminarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet si prophetantibus alijs,alij fue- „
1.Cor.14. rit reuelatum:taceant qui prius loquebantur. Et statim: Non est enim,inquit,deus dissensionis,sed pa-
f. cis. Ex quo intelligitur,cùm quis voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum,posse & loqui & tacere cùm velit. Qui autem in ecstasi,id est, inuitus loquitur,nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoq; discе (quia semel à me violenter exigis, vt quasi gradus quosdam, & scalas ad altiora nitenti, historiam tibi interpreter) prophetiam esse contra Babylonem, & Nabuchodonosor regem Chaldeorum:vt quomodo prior propheta Nahum quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Assyrios: qui vastauerunt decem tribus,quæ vocabantur Israël: ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem & Nabuchodonosor, à quibus Iuda & Hierusalem,templumq; subuersa sunt. Et vt scias eo tempore fuisse Habacuc, quo iam duæ tribus quæ vocabantur Iudas,ductæ erant
Dan.17.f. in captiuitatem: Daniel docere te poterit, ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur: quanquam apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipit scripturam illam,siue non recipit,vtrunq; pro nobis est: aut enim recipit, & iam post factam rem liber Habacuc texitur: aut non recipit,& quasi propheta scribit quæ ventura cognoscit.

Cōmentariorum

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Habacuc prophetam, liber primus.

a ONus quod vidit Habacuc propheta. Vsq; &c.) Interim secundũ literam causatur aduersũ deum prophe-

HEB. CAP. I.

a ONũs qđ vidit Habacuc propheta. Vsquequo domine clamabo, & non exaudies: vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & dolorem, videre prædam & iniustitiam cõtra me? Et b factum est iudicium & cõtradictio potentior, propter hoc lacerata est lex: & non peruenit vsq; ad finem iudicij: quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicij peruersum. c Aspicitẽ in gentibus & videte: & admiramini, & obstupescite: quia opus factũ est in diebꝰ vestris, qđ nemo credet cũ narrabit.

ta: cur Nabuchodonosor templum vastet, & Iudã: cur Hierusalem quondam vrbs domini destruatur? Quare clamet populus & nõ exaudiatur: vociferetur ad dominum oppressus à Chaldæis, & non saluetur? Quare etiã ipse propheta, vel populus ex cuius persona nunc loquitur: ad hoc vixerit, & hucusq; perductus sit: vt iniquitatem hostium & suum videat laborem.

B Cur iniustitia prævaleat aduersum se? Et hoc dicit præ mentis angustia, nescies aurum in igne conflari: Daniel. 3. & tres pueros de camino puriores exisse, q̃ intrauerunt. Sed & generaliter accipere possumus, ꝙ ex persona humanæ impatientiæ videns propheta peccatores abundantes, & in seculo possidere diuitias: filios eorũ quasi nouellam plantationem in adulescentia sua: & filias ornatas quasi similitudinẽ templi: cellaria eorũ plena eructantia ex hoc in illud: oues eorũ fœtosas & multiplicatas in vijs suis: & cætera quæ in cẽtesimo quadragesimotertio psalmo plenius scribunt, in querulam vocẽ & plenam doloris erumpat. Quare respicis cõtemptores, & taces: conculcante impio iustiorẽ se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia nõ habẽtia ducem? Tale quid & in septuagesimosecundo psalmo legimꝰ:

C Mei aũt penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei: & reliqua. Et rursum in eodẽ psalmo: Et si est scientia in excelso: Ecce en͂i peccatores & abundantes in seculo obtinuerunt diuitias: & reliqua vsq;, manus meas. Hæc aũt loquunt Rom. 11.d nescientes iudicia dei inuestigabilia, & profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ eius, ꝙ non ita videat deus, vt videt homo. Homo tantũ præsentia respicit: deus futura & 1.Re. 16.b æterna cognoscit. Et quomodo si ægrotus & æstuans febribus aquam frigidam postulet, & dicat ad medicũ: Vim patior, crucior, vror, exanimor, vsq; quo medice clamabo, & nõ exaudies? Et respondeat ei sapientissimus & clementissimus medicus: Scio quo tempore debeã dare quod postulas: non misereor modo: quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita & dominus noster sciens clementiæ suæ pondera atq; mensuras, interdum non exaudit clamantẽ vt eũ probet, & magis prouocet ad rogandum: & quasi igne excoctũ, iustiorẽ & puriorẽ faciat. Q uod intelligens Apostolus secundũ id quod misericordiã est consequutus à dño, ait: Non deficiamus in tribulationibus: & Ephe. 3.c. nedicit deum omni tẽpore: & scit, quia qui perseuerauerit Psal. 33.a. vsq; in finẽ, hic saluus erit. Et gloriatur in labore & dolore. Mat. 10.c. Et cum Hieremia dicit: Tribulationẽ & miseriã inuocabo. Vt quomodo alius inuocat deum, sic sanctus vir & bellator inuictus ad exercendũ se & probandũ, tribulationẽ & miseriam venire desideret. b ¶Et factum est iudicium. &c.) Adhuc propheta vel populus loquitur ad dñm, ꝙ nõ veritate aduersus se, sed potentia iudicatũ sit: & nihil ex lege & iustitia sustinuerit. Vnde & ipsum iudiciũ nõ habuerit finẽ suũ. Finis aũt iudicij, est iudicare iustè. Et hoc quare loqui audeat, in cõsequentibus monstrat, dicens:

SEP. CAP. I.

ASsumptio quã vidit Habacũ ꝓpheta. Vsquequo dñe clamabo, & nõ exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, & nõ saluabis? Quare mihi ostendisti labores & dolores, videre miseriã & impietatẽ? Contra me factũ est iudiciũ, & iudex accipit: propterea lacerata est lex, & non peruenit ad finem iudiciũ: quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudiciũ peruersum. Videte contemptores & respicite, & admiramini mirabilia & disperdimini: quia opus ego operor in diebus vestris, quod nõ credidistis si quis narrauerit. Quia

Quia impiꝰ Nabucho donosor prævaluit aduersus iustũ Iudam: & hãc esse causam, ꝙ dixerit iudiciũ non peruenisse ad finem, quia iniquũ sit & peruersum: vt Iosias rex iustꝰ à rege Aegyptio trucidet: vt Daniel, Ananias, Misaël, & Azarias seruiant: & imperet Babyloniꝰ imperator: Et iter scorta & cõcubinas suas Balthasar potet in phialis dei. Hęc propheta de suorum tẽporũ statu: sequitur en͂ quia semel voluisti & historię vilitatẽ. Cæterùm iuxta Lxx. cõmunis ad deum querela sanctorũ est, quare contra eos iniustũ iudiciũ fiat: & innoxiũ in persecutionibus sanguinẽ fundant: ac si quando ante tribunal steterint iudicũ seculariũ, iudex acceptis muneribus, condemnet insontẽ, & reum liberet. Quod quidẽ non solũ de iudicibus seculi, sed interdũ de ecclesiarum quoq; principibus dici potest, ꝙ propter munera lacerent legẽ: & non perducãt vsq; ad finẽ iudiciũ: & impiꝰ prævaleat aduersus iustũ: & magis in iudicio peccatũ diuitis q̃ pauperis veritas defendat. Vnde querimonia est, iudicium exire peruersum: sed non debemus super hac rerũ inæqualitate turbari, videntes & in principio mũdi ab impio Cain Gene. 4. interfectũ Abel iustum: & postea exulante Iacob regnare in Gene. 28. domo patris Esau: & Aegyptij luto & latere affligunt filios Ioan. 19. Israël. Et dñs cõtra quẽ nunc querela dirigit, crucifigitur à Ioan. 18. Iudæis, & Barabbas latro eligit. Dies me deficiet, si voluero enumerare quomodo in isto seculo impiis prævalentibꝰ opprimant iusti. c ¶Aspicite in gẽtibus &c.) Symmachꝰ pro eo quod diximus: quia opus factũ est in diebus vestris, interpretatus est: quia opus fiet in diebus vestris: cætera similiter. Rursum in principio capituli, vbi in Hebraico scriptum est רְאוּ בַגּוֹיִם, & nos transtulimus: aspicite in gentibꝰ: & Lxx. posuerunt, videte contemptores: excepto Aquila & Symmacho & Theodotione, qui cum nostra interpretatione cõcordãt: in alia quadã æditione ἀνώνυμα reperi, videbitis calumniatores: & in alia similiter absq; autoris titulo, videbitis declinantes. Igit̃ ad superiores querelas causantis prophetæ & dicentis: Vsq; quo dñe clamabo, & nõ exaudies: & reliqua vsq; ad finẽ huius exordij: vox dñi respondẽtis inducitur: vt hanc iniquitatẽ quam in solo Israël fieri putat, cernat in gentibus. Et ꝙ Chaldæis nõ vt propheta arbitrabat̃, Iudas tantũ & Hierusalem traditi sint: sed omnes per circuitum nationes: & tantũ eum esse valiturũ ruiturũq; postea: vt si quis prædixerit quod futurum est, pro rei magnitudine videat̃ incredulũ. Sed & hoc quod Lxx. & cæteri interpretes ædiderũt: Videte cõtemptores, siue videbitis calumniatores & declinãtes, cum sensu huius loci cõgruit: & ex ipso sermone arguunt̃ audaciæ, & contemptus in dñm: ex quorũ

G persona propheta clamauerat: quare ausi sint dei contẽnere maiestatẽ, & temerariè loqui: & quantũ in se est, dei prouidentiã calumniari: & declinare à dño coarguẽtes eũ iniquitatis. Videbitis ergo cõtemptores, & tũc admirabimini: & omnẽ vestrã querelam pro nihilo cõputabitis, cũm perspexeritis me facere in diebꝰ vestris: ne forte dicatis, quid ad nos ptinet de futuro? Opꝰ quod tam grãde erit, & vestrã omnẽ opprimet causationem: vt si quis nunc futurũ esse prędixerit, fidẽ nõ facilè accommoderis. Quòd aũt hoc opꝰ sit, in cõsequẽtibus demõstrat. a ¶ Quia ecce ego suscitabo Chaldæos &c.) Quod vobis dixerã: Aspicite in gentibus, & videte & miramini & obstupescite: quia opus fiet in diebus vestris, qđ nemo credet cũ narra-
H bit: hoc est, qđ sequẽs sermo describit: Ecce ego suscitabo Nabuchodonosor, & Chaldęos, gentẽ pugnacissimã & velocẽ: cuiꝰ roboris & ad bellandum audaciæ, omnes penè Græci qui barbaras historias cõscripserunt, testes sunt. Hæc nõ est contenta finibus suis, sed huc illucq; discurrẽs sup terrę latitudinẽ peruagat. Et hoc est opus eius: nõ vt terrã vomere exerceat, sed vt rapto viuat & gladio, & possideat vrbes nõ suas: anteq̃ manum inferat, anteq̃ prorũpat ad bellũ, terrorẽ portat in vultu. Quòd autẽ ait: Ex semetipsa iudiciũ, & onus eius egredietꝰ: pro quo interpretatus est Symmachus: ipsa sibi iudicabit, & decreto suo egredietur: vel ita intelligendũ est: de sua gente constituet principes: & potestas eiꝰ, & gladiꝰ eiꝰ aliarũ gentiũ satellites nõ habebit: vel certè quomodo fecit, fiet ei: & sic vastabitur, vt ipsa vastauit. Equi quoq; & equites qui de lõgè venient, tam pernices ad persequendũ & cuncta populanda erunt, vt pardos superẽt & lupos vespertinos. Siquidẽ lupi
Lupi vespertini. seuiores esse dicũtur nocte vicina, & tota die fame ad rabiẽ
I cõcitati. Volabũt ergo equites nõ ad pugnandũ: quia nullus resistet, sed ad discurrendũ vt aquila, cui in volatilibus omnia subiacent, festinãs ad deuorandũ. Et quomodo ad flatũ venti vrentis virentia cuncta arescũt, ita ad aspectũ eorum omnia vastabũtur, tantusq; erit numerus captiuorũ & prædæ, vt per ὑπερβολὴν etiã arenæ possit æquari. Ipse quoq;, id est Nabuchodonosor, in vniuerso orbe regnabit: & ante currum suũ triumphãs de regibus, eos habebit irrisui, & inter delitias cõputabit: tantæq; potentiæ & superbiæ erit, vt naturã superare cõtendat, & vrbes munitissimas robore sui exercitus capere. Veniet enĩ Tyrũ, & iacto in mari aggere, peninsulam faciet de insula: & introitũ inter fluctus maris in vrbẽ terra præbebit. Quam ob causam & super omnẽ munitionẽ ridebit, & cõportabit aggerẽ, & capiet eã: id est, munitionẽ, siue Tyrum: qđ qdẽ in Ezechiel ꝑspicuè demõ-
Eze. 29.d stratur, vbi dicitur: Nabuchodonosor rex Babylonis subiugauit exercitũ suũ opere magno aduersum Tyrũ. Omne caput caluũ, & omnis humerus depilatus: & merces non data est ei, & exercitui eius cõtra Tyrũ, & operi in quo seruiuit aduersum eam. Cũm aũt cõportauerit aggerẽ, & nihil viribus eius obuiũ fuerit, tunc mutabitur spiritus eius in superbiã: & deũ esse se credens, imaginẽ aureã statuet in Babylone, quã vniuersas gentes adorare cõpellet. Quod cũ fecerit, transibit in bestiæ figurã, & postea corruet. Pro quo Aquí- K
la & Symmachus transtulerunt καὶ ὠλιγομελήσει, id est, & delinquet: hanc habente scriptura sancta consuetudinem, vt אָשַׁם id est, delinquet, ponat pro eo quod est, definet esse quod fuerat. Tale quid & nos habemus in linguæ nostræ idiomate, dicẽtes: Vapulauit exercitus: pro eo quod est, interfectꝰ & cæsus est: &, peccauit vinea & ager: pro eo quod est, vindemia & fruges non habuere prouentũ. Quod autẽ in fine capituli dicit: Hæc est fortitudo eiꝰ dei sui, εἰρωνικῶς est legẽdum, vt sit sensus: Hæc est fortitudo eiꝰ quã dedit ei Bel deus suus! Ad cuius cultum omnes nationes etiam per scripturã & cõminationẽ mortis sæuissimo imperio compellebat. Hæc iuxta Hebraicum: nunc veniamus ad Lxx. vt præpo L
sitis singulis sententijs, interpretationẽ allegoricã coaptemus. Ecce ego suscitabo Chaldæos, gentẽ amarã & velocẽ, quæ ambulat super latitudinẽ terræ, vt possideat tabernacula non sua. Cõminatur deus aduersum contẽptores & calũniatores prouidentia suã suscitaturũ se Chaldæos qui interpretãtur quasi בְּשָׂרִים demonia: vel angelos pessimos significans, qui ministrãt furori eius & iræ, & tribulationi quã infert in peccatores: vel animas hoĩm pessimorũ, per quas merẽtes cruciat. Hi autẽ Chaldæi, gens amara est & velox, non parcẽs: & citò explẽs quod sibi fuerit imperatũ. Et ambulat super latitudinẽ terrę. Lata enĩ & spaciosa via est quę ducit ad mortẽ: per quã Mat. 7.b.
ambulabat & ille diues in euangelio, qui fulgebat in purpura: & illi de quibus dicitur: Qui dormiũt super lectos eburneos, & delitijs affluunt in stratis suis. Qui comedunt vitulos de armentis lactentes, & bibunt defecatũ vinum, & primis vnguntur vnguentis: qui quia in lata ambulant via, latitudo terræ appellantur, quæ Chaldæorũ vestigijs premitur. Noluerunt enĩ ambulare per artam & angustiã viã, quę M
ducit ad vitam: & per quam ambulabat Paulus glorians in 2.Cor. 6.
tribulatione & angustia. Ambulant autẽ Chaldæi super latitudinem terræ, vt possideant tabernacula non sua. Omnis enĩ rationabilis anima licèt per vitiũ & culpam suã hospitium facta sit Chaldæorũ, tamen per naturã tabernaculum dei est. Et quanq̃ in euangelio pessimus dæmon loquatur: Vadã in domũ meam vnde exiui: non est ei credendũ: siqui- Mat. 12.d.
dem nulla rationabilis creatura ad hoc facta est, vt habitaculum dæmonis sit. Sequit: Terribilis & illustris est: ex ipso iudiciũ eius erit: & assumptio eius ab eo egredietur. Terribilis est Chaldæus propter multa variaq; supplicia quæ infert in contemptores: Illustris, quia assumit sibi diuinitatis gloriã. Et per oracula sua & falsa responsa, & curationes morborũ, quos ipse immiserat, apud imperitos & contemptores dei videt illustris. Erit enĩ cõtemptoris iudiciũ atq; supplicium ex eo: hoc est, ex semetipso, siue ex Chaldæo. Ipsi enĩ secundũ Apostolum tradentur ad pugnã, vt discant nõ 1.Tim. 1.d
blasphemare: à quo qui egerit pœnitentiam, & ad deũ conuersus fuerit, egredietur: cũm prius manibus illius teneret, & esset Chaldęi assumptio. Si quando viderimus multo aliquem tẽpore seruisse diabolo, & postea ad deũ esse cõuersum, dicamus de eo: Et assumptio eius egressa est ab eo.

Quicunq;

a HEB. Quia ecce ego suscitabo Chaldęos, gentẽ amaram & velocẽ, ambulantẽ sup latitudinẽ terrę, vt possideat tabernacula nõ sua: horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietꝰ. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundetur equites eiꝰ: equites nanq; eius de lõgè veniẽt: volabũt quasi aquila festinans ad comedendum: omnes ad prædã venient: facies eorum ventus vrens: & congregabit quasi arenam captiuitatem: & ipse de regibus triumphabit: & tyranni ridiculi eius erũt: ipse super omnẽ munitionẽ ridebit: & cõportabit aggerẽ, & capiet eã: tũc mutabitur

SEP. Quia ecce ego suscitabo Chaldęos gẽte amarã & velocẽ, quę ambulat sup latitudinẽ terræ, vt possideat tabernacula non sua, terribilis & illustris est: ex semetipsa iudiciũ eiꝰ erit: & assumptio eiꝰ ex se egredietꝰ. Et exiliẽt sup pardos equi eiꝰ: & velociores erũt lupis Arabiæ: & equitabũt eqtes eiꝰ: & impetu veniẽt de longinquo: & volabunt quasi aquila prõpta ad comedendum: cõsummatio in impios veniet resistẽtes facieb9 eorũ ex aduerso: & cõgregabit quasi arenã captiuitatẽ: & ipse in regibus delectabit, & tyranni ludibria eiꝰ: & ipse i omnẽ munitionẽ illudet: & mittet aggerẽ, & obtinebit eã: tunc mutabit

A Q uicunq; enim egerint pœnitentiã,& dereliquerint dæmones,quibus quaſi equi prius ad ſedendũ terga præbebant:& velocitate pardorũ & luporũ veſpere equites ſuos abiecerint & eliſerint:& vacuo leuiq; dorſo ad eum portandũ ve-
Ioan.12.b. nerint,qui ſuper pullum aſinæ manſuetus & pauper aſcendit, hi quaſi de longè properãtes:& non cõtenti curſu & impetu, aſſumẽt volatũ, & venient quaſi aquila: vt ſermonis dei veſcãtur carnibus,& famẽ tanti tẽporis ſaturent. In eo enim quod dicitur: καὶ ἡ ἵππάζονται, οἱ ἵπποι αὐτ. nos q; tranſtulimus: Et equitabũtur equites eius:iuxta ſenſum quẽ ſuprà poſuim⁹, interpretatus eſt Symmachus,effundẽtur equites ei⁹: id eſt,corruẽt & allidentur in terrã. Lupi autem Arabiæ,id eſt,veſperi & Occidẽtis hi rectè vocantur,quibus cõuerſatio peſſima occubuit:& antè in caligine conſtituti,toto gradu veſperã derelinquntquam cũm reliquerint & volauerint prompti, vt comedant carnes verbi dei, tunc cõſummatio veniet in impios,id eſt,in Chaldæos qui reſiſtebant vultibus pœnitentiũ
B ne reuerterentur ad dominũ ſuũ. Q uamobrem cõſummatio in impios veniet,reſiſtentes vultibus eorum ex aduerſo. Cũm aũt illi fuerint cõſummati,& de manibus eorũ erepta captiuitas,tunc ſermo diuinus cõgregabit quaſi arenã Chaldaicæ captiuitatis,& delectabitur in regibus,& tyranni ludicra eius erunt:videns potentiſſimũ quondam diabolũ, &
Mat. 4.a. regna eius quæ ſaluatori quoq; oſtendẽs ait:Hæc omnia dabo tibi,ſi procidens adoraueris me,eius aducẽtu eſſe deſtructa:Deliciæ prudentiæ ſunt,& voluptas ſapientię cum ſtultitia deſtruitur: & tyrannorũ quondam potentia ſuperata atq; deiecta,vertitur in deriſum. Neq; enim ſolus draco formatus eſt vt luſui haberetur à domino: qui eſt principium plaſmationis eius,factus eſt angelis ludicrũ. Neq; illum ſolum dabit deus,quaſi paſſerẽ paruulum:ſed ſi quis etiã alius crudelis,& mentis tyrannicæ fuerit,tradetur ſermoni dei in deriſum.Et ipſe,ait,in omnem munitionẽ illudet.Q uæ au-
2.Corin. tem eſt alia munitio,niſi illa de qua loquit Apoſtolus: Arma enim militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potẽtia deo
10.a. ad deſtructionẽ munitionũ,cogitationes deſtruẽtia,& omnẽ altitudinem eleuantẽ ſe aduerſus ſcientiã dei.Si quæ igitur fuerint vel in ſermonibus,qui promittunt altitudinẽ & magnitudinem ſe habere contrariã veritati,munitiones, vel in
C omni gloria atq; diuitijs de fortitudine,quæ laudatur in ſeculo:omnia deſtruentur,& ſermo dei vniuerſæ munitioni illudet.Et mittet aggerem, & obtinebit eam per aggerem & terrena quæ profert,arguens eam fragilitatis in his quibus ſibi videbatur prius aliquid habere fortitudinis. Cũm autẽ hoc fuerit expletũ,tunc ſpiritus conuertetur:& nequaq̃ puniet vt antè punierat: ſed pertranſiens peccatores rogabit pro eis,& recõciliabit eos priſtino domino:in quibus omnibus oſtenditur fortitudo, quę tanta perfecerit, dei noſtri. Cernitis q̃ cõfragoſa loca ſint,& aduerſa hiſtoriæ veritati. Et quomodo ea quæ ſecundũ literam ſuper Chaldęis interpretati ſumus, nunc iuxta tropologiã videantur ſonare clementiam & libertatẽ eorũ qui de Chaldęorũ manibus euaſerint. Hiſtoria ſtricta eſt,& euagandi non habet facultatẽ. Tropologia libera,& his tantũ legibus circũſcripta, vt pietatem ſequatur intelligẽtiæ ſermoniſq; contextũ: nec in rebus multum inter ſe contrarijs violenta ſit copulandis.

a ¶ Nõnne tu à principio domine de⁹ meus ſancte meus,& non moriamur:domine in iudiciũ poſuiſti eum, & plaſmauit me vt arguã in diſciplina eus.) Symmachus manifeſti⁹: Nõnne tu à principio domine deus meus ſancte meus,vt nõ moreremur:domine ad iudicandũ poſuiſti eum, fortem ad corripiendũ conſtituiſti illum. Ad prophetę querimoniam dicentis: Vſq; quo domine clamabo,& non exaudies? reſpõderat deus,dicens: Aſpicite in gentibus & videte. Et poſt D
præfationẽ intulerat:Ecce ego ſuſcitabo Chaldæos gentem amaram & velocẽ. Omniq; deſcriptione cõpleta,vel de Nabuchodonoſor,vel de diabolo in fine memorat:Tunc mutabitur ſpiritus,& pertranſibit,& corruet: hæc eſt fortitudo ei⁹ dei ſui. Q uod propheta audiẽs & intelligens: idcirco Nabuchodonoſor cõtra Iudam ſiue diabolũ, cõtra credẽtes accipere poteſtatẽ,vt corripiat eos:& poſt correptionem ipſe quoq; puniat in fine, reſpondit domino: Ergóne tu es domine deus meus, ſancte meus? Hæc aũt loquitur blandientis & pœnitentis affectu,qui à principio nos creaſti; cuius miſericordia hucuſq; ſubſiſtimus. Non enim ſciebã tantum poſſe aduerſarios noſtros,nec noueram Nabuchodonoſor, vel diabolum mundi huius,& cunctarum accepiſſe gentiũ poteſtatem. Q uantũ igitur ad vires eius nullus noſtrũ poteſt reſiſtere. Q uantũ autẽ ad miſericordiã tuam, tuũ eſt omne quod viuimus, q; non ab eo interfecti ſumus,& ad mortis opera perducti. Tu
E eñ dñe ad iudicandum poſuiſti eum,vt ipſe ſit inimicus & vltor:& vt per illum corripias quicũq; peccauerit tibi. Sed quia ſemel Chaldęos ſup dæmonibus interpretati ſumus:& Nabuchodonoſor ſup regem eorũ diabolum: debemus deſcriptionẽ diaboli & potentiã eius breuiter perſtringere:vt iuſtè propheta dicat:Dñe in iudiciũ poſuiſti eum: & fortẽ vt corriperes fundaſti eum. Suſcitatur aduerſum incredulos & cõtemptores natio dæmonũ, amara ad puniendũ, & vbiq; præſens. Ambulat quoq; vbicunq; terrarũ eſt latitudo,vt poſſideat homines in quib⁹ Chriſtus habitare debuerat. Horribilis atq; terribilis eſt,& difficilè ab aliquo ſuperari poteſt:nec antè frangitur,niſi cũm magnitudine peccatorum,& iniquitatis ſuæ pondere prægrauata ad conſummationem venerit. Equi eius & equites in ſimilitudinẽ pardorum & luporũ ſemper ſanguinẽ ſitient: & deſiderabunt prædas:ſimulabunt abſentiã:& non dũ ſperãtur,citò de lõgè venient. Volabunt quaſi aquila,quæ exultans volatũ ponere vult inter ſydera cœli nidum ſuũ: & ſemp feſtinat ad prædã. Et in Ezechiele ſub figura Nabuchodonoſor regis Aegyptij ſuper diabolo deſcribitur. Nullus eſt dæmonum qui parcat,omnes ad prædã feſtini venient: ante faciẽ eorũ ventus vrens:quicquid aſpexerint,quicquid vultui eorũ obuium fuerit,vrere deſiderabunt & perdere. Rex autẽ potẽtiſſimus erit in medio captiuorũ, & eorum numerum quaſi F
arenã maris à ſatellitibus ſuis hincinde ſuſcipiet:& ipſe de regibus triumphabit,& tyranni ridiculi eius erunt. Multos eñ ſanctos ſua ſupplantatione decipiet:& eos qui ſibi videbantur potentiſſimi,& tyrannidẽ exercere cõtra dæmones, & eijcere illos de corporib⁹ obſeſſis:ſubijciet ſeruituti ſuæ, & riſui deputabit. Ipſe verò fortiſſim⁹ coacta manu,& perditorum exercitu cõgregato, de omni munitione ridebit:& quicquid forte fuerit,nitetur euertere. Cõportabit eñ aggerem,id eſt,circundabit opera terrena:& cùm terra fuerit aggeſta, facilè omnẽ capiet munitionẽ. Poſt tantã autẽ victoriam mutabitur ſpiritus eius:& pertranſibit os eius vſq; ad cœlũ:& deũ ſe faciens, blaſphemare incipiet creatorem ſuũ. Q uod cùm fecerit,corruet:& ruina eius oſtẽdet q̃ fortis diuinitas illius fuerit,& idolorũ ſimulatio: ſub quorum imaginibus ſuo cultui homines ſubiugabat. Audiens igitur hæc propheta q; tantus taliſq; ſit rex mundi huius, vt congreget captiuitatẽ quaſi arenã maris:& triumphet de regibus,& tyranni ridiculi ei⁹ ſint:& de omni munitione rideat, & cõportet primùm aggerem,& poſtea capiat eam:& tantæ ſuperbię ſit,vt contra creatorẽ ſuũ audeat reſiſtere,& ſe facere quaſi deũ,qui prius audacter loquebatur ad dominũ: & ſe vel ſuũ populũ,ſiue eos ex quorũ perſona querebatur,

HEB. mutabitur ſpiritus, & pertranſibit & corruet: hæc eſt fortitudo eius dei ſui. Nunquid nõ tu à principio domine deus meus, ſancte meus, & nõ moriemur? domine in iudicium poſuiſti eum: & fortem vt corriperes fundaſti eum. Mundi

SEP. mutabit ſpiritum, & pertranſiet, & propiciabitur: hæc eſt fortitudo dei mei. Nõnne tu à principio domine deus meus, ſancte meus & nõ moriamur? domine in iudicium poſuiſti eum: & plaſmauit me vt arguam in diſciplina eius. Mundus

G iuſtos eſſe memorarat. Nunc in blandimentorũ verba prorumpit & ait:: Ergò ne tu à principio es domine deus meꝰ, ſancte meus? quodq; non morimur nec capimur à tanto hoſte, tuæ clementiæ eſt. Tu eñ domine conſtituiſti eum quaſi carnificẽ: & fortẽ feciſti eum, ita vt aut nullus aut rarus eiꝰ poſſit reſiſtere fortitudini. Porrò ſecundũ Lxx. hoc quod in fine dicitur: Et plaſmauit me vt arguerem in diſciplina eius, ad perſonam prophetæ referri poteſt: vt ſit ſenſus: Ego aũt propterea inſpiratus ſum in prophetã, vt arguam delinquentes, & doceã domini diſciplinam. Quidam de domino dici putãt, qui à patre idcirco plaſmatus ſit, & corpꝰ aſſumpſerit, vt doctrina dei patris homines erudiat. Sed hoc q̃ diſcordet à cõtextu ſuperiorũ, & totius loci continentia: non tam mei erit

a HEB. Mũdi ſunt oculi tui, ne videas malũ: & reſpicere ad iniquitatem nõ poteris. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe: & facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habẽs

b principẽ? Totum in hamo ſubleuauit: traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuũ: ſuper hoc lætabitur & exultabit: propterea immolabit ſagenæ ſuę, & ſacrificabit reti ſuo: quia

SEP. Mundus oculus, ne videat mala: & aſpicere ſuper dolorem non poteris. Quare non aſpicis ſup cõ temptores: tacebis cũ deuo rauerit impius iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi repti lia nõ habẽtia ducẽ. Conſummationẽ in hamo ſubleuauit, & attraxit eum in reti ſuo, & cõgregauit eum in ſagenis ſuis: ꝓpter hoc lętabitur & gaudebit: propterea immolauit ſagenæ ſuæ, & incendet reti ſuo: quia

H iudicij, q̃ lectoris. a ¶ Mundi ſunt oculi tui &c.) Tale
Hie. 12.a. quid & Hieremias ad deum loquitur: Iuſtus es domine, cõfiteor: veruntamen iudicia loquar ad te: Quid eſt quòd via impiorũ proſperatur: abundãt omnes qui præuaricantur & delinquunt. Plantaſti eos & radicati ſunt: genuerunt filios, & fecerunt fructum: propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorũ: Ergo & Habacuc in eadem ſententia: Mundi ſunt, inquit, domine oculi tui: & ſcio quoniã malum iniuſtumq; non libẽter aſpicias, nec poteſt quiſq̃ de tua dubitare iuſtitia. Verũtamen cur pateris Babylonis tanta crudelitate iactari, & ab impio Nabuchodonoſor iuſtum opprimi Iſraël: nõ quòd perfectè iuſtus ſit qui opprimitur, ſed ꝙ oprimẽte ſe iuſtior ſit. Et quomodo piſces qui non habent principem: & irrationabilia iumẽta & multitudo reptilium abſq; prouidentia, ſubiacet fortiori: & quicunq; plus valuerit viribus, dominatur in alterum: ſic inter homines animal rationale, & ad ſimilitudinem tuam conditum, non valebit ratio, non merita, ſed vires corporis, & irrationabilis fortitudo. Si autẽ voluerimus generaliter intelligere ſuper prouidentia quęrente propheta: Cur diabolus tantum valeat in ſeculo: & dominãte deo alter exercet tyrannidẽ? Iſtiuſmodi ſenſus erit, & cum ſuperioribus hæc expoſitio iungetur: Noui

I domine deus meus, ſancte meus: quia te prouidente & defendente non morimur: & ſcio quia propterea poſuiſti aduerſarium, vt ipſo quaſi carnifice corriperes, & nõ occideres peccatores. Noui quia nihil tibi placeat iniuſtũ, & oculi tui ab omni iniquitate ſint puri: nec videre poſſis dolores eorum, qui iniuſtitiæ ſunt ſubiecti. Veruntamen cauſam in-
Gene. 4.b uenire non poſſum, cur Abel iuſtum, Cain occidat iniuſtus, & taceas? Cur ſæuiente ceto & omnia deuorãte non ſolum
Ionę. 2.a. minores piſciculi, ſed ipſe quoq; tuus deuoret Ionas? Quare impius vincit, & iuſtus vincit? Nec hoc dico quòd nouerim quenq̃ iuſtificari in cõſpectu tuo, & abſq; peccato eſſe: & humanę fragilitatis ignarꝰ ſim. Sed quomodo Sodoma &
Luc. 18.b. Gomorra cõparatione Hieruſalẽ iuſtę ſunt. Et publicanꝰ in euãgelio phariſæi collatione fit iuſtior: ita & iſte qui opprimit à diabolo: peccator quidẽ eſt, ſed opprimẽte ſe iuſtior eſt. Quare igit̃ nõ eſt menſura, nec põdus: vt ſi ſemel iuſtus opprimit̃ & ſubijcit̃, non impio, ſed iuſtiori ſe ſubijciatur? Dicã quicq̃ ſine te fieri, & te nolente tantũ poſſe impiũ? hoc ſentire blaſphemũ eſt. Cùm itaq; tu ſis vniuerſitatis rector & dñs, tu neceſſe eſt facias quod ſine te fieri nõ poteſt. Et hęc dicit nõ quòd ipſe propheta ſic ſentiat, vt ſuprà teſtatus ſum, ſed quòd impatientiã humanã in ſua ꝑſona exprimat: ſicut frequenter videmus Apoſtolum varias hominũ in ſe recipere ſententias: & nunc dicere: Video autẽ aliã legẽ Rom. 7.d
K in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantẽ
me in lege peccati, quę eſt in mẽbris meis. Et quaſi incipiẽs Phil. 3.c.
ſit: Fratres, ego non arbitror me cõprehendiſſe: & ex parte 1. Cor. 13.c
cognoſcim, & ex parte prophetamus. Ac rurſus quaſi perfectus ſit: Quotquot ergo ꝑfecti hoc ſapiamus: cùm vtiq; nõn ſit vniꝰ atq; eiuſdẽ, dicere ſe ex parte cognoſcere, & eſſe perfectũ. Ac ne forſitan putes non apoſtolicæ cõſuetudinis, ſed noſtrę: hoc eſt argumẽtum quòd ipſe loquit̃ ad Corinthios: Hæc aũt fratres trãſfiguraui ĩ me & Apollo propter vos, vt ĩ vobis diſcatis. Alioquin quomõ poteſt ſic habere deꝰ homies quaſi piſces maris, & velut reptilia quæ nõ habẽt principẽ: cùm angeli Mat. 18.b.
ſingulorũ quotidie videãt faciẽ patris q̃ ĩ cœlis eſt: & circũdet angelus dñi in circuitu timentiũ eum, & eripiat eos. Pſal. 33.b.
Sicut igit̃ in hominibus etiã per ſingulos dei currit prouidẽtia, ſic in cæteris animalibus generalem quidẽ diſpoſitionẽ L
& ordinem, curſumq; rerũ intelligere poſſumꝰ. Verbi gratia: quomodo naſcatur piſcium multitudo, & viuat in aquis: quomodo reptilia & quadrupedia oriantur in terra, & quibus alantur cibis? Cęterũm abſurdum eſt ad hoc dei deducere maieſtatem, vt ſciat per momenta ſingula quot naſcãtur culices, quòtue moriantur: quæ cimicum & pulicum, & muſcarum ſit in terra multitudo: quanti piſces in aqua natent, & qui de minoribus maiorum prædæ cedere debeant. Non ſimus tam fatui adulatores dei: vt dum potentiã eius etiã ad ima detrahimus, in noſipſos iniurioſi ſimus: eandem rationabiliũ quã irrationabiliũ prouidẽtiã eſſe dicentes: ex quo liber ille apocryphus ſtultitię cõdemnandus eſt: in quo ſcriptũ eſt, quendã angelum nomine Tyri preeſſe reptilibꝰ. Et in hanc ſimilitudinẽ piſcibus quoq; & arboribus, & beſtijs vniuerſis proprios in cuſtodiam angelos aſſignatos.

b ¶ Totum in hamo &c.) Quia ſuprà piſces nominauerat, dicẽs: Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile: quod ſignificãtius dicit̃ in Hebræo רֶמֶשׂ, id eſt, κινήμαμα: omne videlicet quod moueri poteſt: idcirco μεταφοραν pi
M ſciũ ſeruat in cæteris: vt quomodo piſcator mittit hamũ, & rete & ſagenã: vt quod hamus nõ potuit, rete cõprehendat: quod euaſerit rete, ſagenis latioribꝰ circundet. Ita & rex Babylonius cũcta vaſtauerit: & vniuerſum hominũ genus ſuã prędã fecerit. Porrò qđ ait: Lętabit̃ atq; gaudebit, & immolabit ſagenę ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: Idolũ ſignificat qđ Dan. 3.d.
fecit in cãpo Dura: & ſimulachrũ Belis, cui quaſi grãdi ſagenę immolauit piguiſſimas victimas, totas quas vicerat nationes ad cultũ eius cogẽs. In ipſis quippe, hoc eſt, in idolis ſuis increaſſatũ eſſe ſe credẽs: & ſuã partem, id eſt, omnes ſe habere diuitias, quaſi grãdes piſces etiam principes quoſq; atq; reges ſuo ſubiugauit imperio: quas eſcas electas vocat. quia ſemel piſcatione opulẽtiſſima ſaturatꝰ eſt, & ſagenam ſuã, id eſt, ſuũ repleuit exercitũ: propterea gẽtes interficere, id eſt ſemp pugnare, & iugulare non ceſſat. Porrò ſecundũ Lxx. impius diabolus qui opprimit iuſtũ: & habet homines quaſi piſces maris: & vaſtat cũcta quaſi reptilia nõ habẽtia ducẽ: miſit hamũ ſuũ cõtrariũ ei hamo, à quo per apoſtolũ Petrũ primus captus eſt piſcis, in cuiꝰ ore inuẽtus eſt ſta- Mat. 17.d
ther. Et adhęſit hamo eius Adam, & attraxit eum foras de paradiſo rete ſuo: & cooperuit illum ſagenis ſuis, varijs & multiplicibus dolis atq; fallacijs. Idcirco lętabitur, & decipulas ſuas plus arbitrabit̃ eſſe q̃ præceptũ dñi. Et immolabit

A labit non hamo,qui peruerſus ſermo intelligitur, & adhuc in principio conſtitutus,ſed reti ſuo : quia pinguiſſimas in
Rom.5.d. ipſo hoſtias cõprehendit. Et per vnũ hominem peccatores
1.Co.15.c. conſtituti ſunt plurimi:& in Adam omnes mortui ſumus:& vniuerſi deinceps ſancti cum illo pariter de paradiſo eiecti . Vnde & cibi eius electi ſunt:vt ſecundũ
Pſai.73.c. Pſalmiſtam, quærat à deo eſcã ſibi, prophetas ſubuertere volens & apoſtolos . Et quia primum decepit hominem, quotidie vniuerſum humanum genus interficere non ceſſat. Poteſt autẽ & de hæreticorum accipi peruerſa multiplicique doctrina, q̃ & ipſi hamo ſuo & rete ſuo, & ſagenis ſuis plurimos pi ſces capiant, & multa reptilia cõprehendãt: & idcirco lætentur,& ſermonẽ ſuũ quo de-
B cipere & perſuadere poterunt, quaſi deum adorent, & illũ colãt, illum expoliant : ipſi omni arte deſeruiant, per quẽ ſciant à ſe tantas victimas interfectas,& tantos potentium atq; ſanctorũ eſſe deceptos:quos pinguem partem & electas eſcas ſcriptura nunc nominat. Propterea in ſimilitudinem beſtiarũ,quę guſtatũ ſemel ſanguinẽ ſemp ſitiũt, expandunt rete ſuũ:& hoc omne eorũ ſtudium eſt , vt non paucos,ſicut in principio,ſed plures interficiant . Non ambigit de interfectione multarũ gentium , qui tantam hæreſeon & peruerſarum doctrinarũ multitudinem diaboli viderit hamo,rete,ſagenisq; cõprehenſam: & tamen capturæ eorum finis interitus eſt.

HEB.quia in ipſis incraſſata eſt pars eius : & cibus ei⁹ electus: propter hoc ergo expandit ſagenã ſuã, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

Cap. II.

SVper cuſtodiam meã ſtabo,& figã gradũ ſuper munitionẽ: & cõtemplabor vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem
b me. Et rẽſpõdit mihi dñs, & dixit : Scribe viſum, & explana eũ ſup tabulas, vt percurrat qui legerit eum: quia adhuc viſus ꝑcul , & apparebit in finẽ,& nõ mẽtiẽt:ſi morã fecerit , expecta illũ:qa veniẽs veniet,& non tarda-

Cap. II.

SVper cuſtodiam meam ſtabo,& aſcendã ſuper petrã: & contẽplabor vt videã quid loquatur in me,& quid reſpondeam ad correptionẽ meam.)Symmachus manifeſtius eſt proſequutus:Q uaſi cuſtos ſuper ſpeculam ſtabo,& ſtabo velut incluſus: & cõtemplabor vt videam quid dicatur mihi:& quid reſpondeã,& contradicam aduerſum arguentem me.Pro munitione & petra, in cuius locũ Sym-
C machus interpretatus eſt , concluſum:in Hebræo ponitur מָצוֹר: quod Theodotio,gyrũ:Aquila & Q uinta ęditio,circinum tranſtulerunt.Primæ cauſationi reſponderat dominus:Aſpicite in gentibus,& videte,& admiramini,& obſtu-
Supra.1.b. peſcite.Ad quam propheta quaſi ſuperioris dicti agẽs pœnitentiam,temperauerat quidẽ quæſtionem,dicens: Domine deus meus,ſancte meus,& non moriemur . Sed nihilominus cum veneratione & laudibus dei ipſum fuerat ſciſcitatus: Mundi ſunt oculi tui vt non videas mꝛalum , & reſpicere ad iniquitatem neſcis. Q uare non reſpicis ſuper iniqua agentes,& taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et quæ eſſet iuſti deuoratio,exequutus in partibus eſt : vt fierent homines quaſi piſces maris,& quaſi reptilia.Et q̃ hamo,& ſagena,& rete ſuo omnes ad interitũ traherent : & non eſſet finis interfectionis eorũ. Itaq; quia propheta eſt,& propterea quęrit,& dubitare ſe dicit:vt quod illi reſponderetur , reſpondeatur omnibus:Stabo,inquit,in ſpecula mea,id eſt in prophetiæ meæ ſublimitate:& videbo poſt captiuitatẽ populi, & euerſionem ciuitatis & templi , & deinceps quid ſequatur. Vel certè ita:Cuſtodiam omni diligentia cor meum, & ſtabo ſuper Chriſtum petram.Et hoc gyro & circino quaſi muro ſepiar,ne ad me leo rugiens poſſit irrumpere:& videbo quid mihi poſt ſecundã quæſtionem reſpondeat de⁹: & poſtq̃ mihi reſpõderit,& me corripuerit malè fuiſſe cõ-

queſtum:quid ego quoq; ei debeam reſpondere. Eleganter D
aũt & miro ſenſu humanã deſcribit impatientiam,quam in diſceptationibus ſemper habere conſueuimus:vt anteq̃ nobis ex aduerſo aliquis reſpõdeat: & ſciamus in quo nos arguerit,ad reſpondendum paremur . Ex quo oſtenditur reſponſionem nõ rationis eſſe,ſed contentionis. Si enim eſſet ratio, reſpõſio debuerat expectari : & ſic videre vtrum reſpondere deberet,an cõſentire rationabili reſponſioni. Sed & hoc notandum, ex eo quod dixerat, Vt videã quid loquatur in me: propheticã viſionem & eloquium dei nõ extrinſecus ad prophetas fieri,ſed intrinſecus & interiori homini reſpondere. Vnde & Zacharias : Et angelus,inquit, qui Zacha.1.c
loquebatur in me . Et in pſalmis:Audiã quid Pſal.84.b
loquatur in me dominus. E
b ¶ Et reſpõdit mihi dominus , & dixit : Scribe viſum,& explana eum ſuper tabulas , &c.) Pro tabulis & buxo, quod Hebraicè dicitur לוּחַ:Symmachus interpretatus eſt paginas.Et vbi Lxx. poſuerunt,Iuſtus autem ex fide mea viuet:omnes æqualiter tranſtulerunt:ex fide ſua viuet.Deniq; Symmachus ſignificantius interpretãs ait: Iuſtus autem per fidem propriã ſuam viuet: quod Græcè dicitur, ὁδίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται: quippe,quod interpretatur in fide ſua:ſi ו &non ו literã haberet in fine:vt Lxx.putauerunt & legeretur בֶּאֱמוּנָתִי , rectè trãſtuliſſent in fide mea. Nunc autem ſimilitudo literæ ו & י, quæ menſura tantum inter ſe diſtant,cauſa erroris fuit.Hoc quare dictum ſit,ſequens diſputatio cõprehendit: iuxta repromiſſionẽ quæ ad ſanctum virum in Eſaia fit,dicens:Adhuc loquente te , dicã Eſa.65.d.
ecce adſum . Nunc quoq; prophetæ reſpondit dominus, & præcepit vt ſcribat viſionem:& dirigat eam ſuper tabulas, id eſt manifeſtius ſcribat.Tabulas autem puto illas,de quibus & Apoſtolus loquitur ad Corinthios : Epiſtola noſtra 2.Co.3.a.
vos eſtis:ſcripta in cordibus noſtris,quæ cognoſcitur & legitur ab omnibus hominibus : manifeſtati , quoniam eſtis F
epiſtola Chriſti manifeſtata à nobis:& ſcripta non atramẽto,ſed ſpiritu dei viuentis:non in tabulis lapideis,ſed in tabulis cordis carnalibus . Sed & Salomon tale quid ſignificat in Prouerbijs dicens : Deſcribe eam ſuper latitudinem Pro.3.a.
cordis tui.Scribere autem iubetur planius , vt poſſit lector currere:& nullo impedimento velocitas eius,& legendi cupido teneatur.Et hoc præcipit:quia adhuc viſio procul eſt, & in tempore cõſtituto.Et cùm finis rerum aduenerit, tunc etiam ille veniet:& probabitur prophetia vera opere completa.Q uòd ſi fortè pro cupiditate tua ô lector & videndę viſionis ardore , paululum tibi viſum fuerit moram facere quod promiſſum eſt:noli deſperare venturum , ſed expecta patienter : me enim habes , qui tibi polliceor & dico : Veniens veniet , & non tardabit . Si quis autem incredulus eſt huius ſponſionis meæ : & me dicente , veniens veniet, & non tardabit : cœperit ambigere , & in ſe tacitus fluctuare , putans non eſſe venturum quod moratur ad tempus , hic meæ animæ diſplicebit : iuxta illud : Neome- Eſa.1.d.
nias & ſabbata veſtra odit anima mea . Q uòd autem animam ſuam deus dixit , pro mente & cogitatione debemus accipere , vt ſit intellectus:meo ſenſui diſplicebit . Sicut aũt diſplicebit ille qui me promittente dubitauerit vẽ-

G turum esse quod spondeo: ita iustus qui crediderit promissioni meæ, viuet in fide sua. His quasi lineis capituli huius pictura descripta est. Quod autem dicit, huiuscemodi est, ita duntaxat vt & translationem Lxx. misceamus: Scribe in corde tuo, & quasi paruuli qui prima elementa accipiunt literarum, curuos apices & trementem manum in buxo erudiũt: & ad rectè scribendum meditatione consuescunt. Ita tu quoq; qui ex persona ambigentis loquutus es populi, in tabulis cordis tui, & in buxo pectoris scribe quod dico. Visio eñ est quę promittitur iubeturq; describi: & scribi manifestius, vt nullo inuoluatur nubilo, & nullis ænigmatum obscuretur ambagibus: manifesta spes manifestam habeat sponsionem. Hoc autem ô propheta præcipio, non quòd tu nescias (nõ enim esses propheta si ignorares) sed vt quod tu manifestius scripseris, lector absq; impedimento & difficultate possit legere atq; percurrere: quod Septuaginta transtulerũt: ὅπως ᾖ διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων, id est, vt persequatur qui legit: iuxta illum sensum, qui ad Timotheum scribitur: Persequere iustitiam, & pietatem, & fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Et ad Romanos: hospitalitatem sectãtes. Et ad Corinthios: persequimini charitatem. Ipsa autem visio de qua tibi dixi: scribe visionem & manifesta in buxo, vt possit persequi qui legit: adhuc in tempore constituto est: de quo saluator ait: Tempore acceptabili exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. Et orietur in consummatione mundi, & in extrema diei hora: de qua loquitur & Ioannes: Filioli, nunc hora nouissima est. Et nõ frustra veniet: saluabit eñ multos, & cũ reliquijs Israëlitici populi multitudinem gentium congregabit. Quòd si paululum se subtraxerit, & votis suis ô lector qui legere iuberis in buxo, & in tabulis quas propheta descripsit, venire tardius visio cœperit: expecta eam: quia veniens veniet, & non tardabit. Si autem dubitauerit fides tua, & putaueris non euenire quod spondeo, habebis pro grãdi pœna quòd meæ animæ displicebis. Iustus autem qui credit verbis meis, & de his non ambigit quę polliceor, habebit præmium vitam sempiternam. Nec statim debes arguere vel in te interficiendo, vel in illo viuificando, quòd apud me acceptio personarũ sit: quia ipse viuificationis suæ causa est, qui ex fide sua viuit: sicut tu ex eo quòd te subtraxisti & credere noluisti, displicuisti animæ meæ. Manifestè autẽ in his de aduentu Christi prophetia est. Vnde & proposita quæstio soluitur, quòd donec ille veniat, iniquitas dominetur in mundo, & iudicium non perueniat ad finem: & verus Nabuchodonosor capiat rete suo & sagena homines quasi piscículos: & rationabile animal quasi reptile, non habens principem. Porrò quòd pro visione interpretati sum⁹, quia adhuc visus procul: & si moram fecerit, expecta illum, id est, visum: non putet aliquis errore deceptus pro visione quæ est generis fœminini, visu posuisse, qui est generis masculini, & minus vsitatũ est in Latino. Siquidem חָזוֹן, quod Aquila interpretatur ὅραμα τισμόν, apud Hebræos genere masculino visus dicitur: & vsq; ad finẽ sub eodẽ genere visionis, id est, visus, masculina declinatio conseruat. Lxx. autẽ dicentes γράψον ὅρασιν, id est, scribe visionem, & postea, si defecerit sustine eum: quia veniens veniet, & nõ tardabit. Si subtraxerit se, nõ placebit animæ meę in eo: primùm interpretati sunt visionẽ genere fœminino: quæ apud Hebræos, vt dixim⁹, generis masculini est. Deinde secundũ Hebraicũ gen⁹, vbi declinatur masculinè, sustine eum, & nõ placebit animæ meæ in eo: ipsi quoq; masculino genere declinauerunt. Cùm itaq; deberint iuxta id quod primùm interpretati sũt visionẽ, etiã in reliquis fœmininũ gen⁹ ponere visionis: vt dicerẽt, expecta eam: quia veniẽs veniet: quòd si se subtraxerit, non placebit animæ meæ in ea: id est, in visiõe. Hoc propterea, ne quod sciebamus videremur tacere. Cæterũ nõ ignoro secundũ interpretationem eorũ posse & ita accipi. Scribe visionem in qua Christ⁹ repromittitur: & prophetiæ tuæ vel in buxo vel in tabulis: vel vt Symmachus transtulit, pagínis hunc texe sermonẽ: quòd tẽpore constituto, & in consummatione mundi veniat filius meus, qui saluet oues perditas domus Israël: & alias quoq; oues antiquis ouibus copulet: & vnũ efficiens gregẽ, iungat duas virgas, quas Ezechiel, id est, virtus dei, sociatas & sibi inuicẽ cohærentes tenet in prophetali manu. Quòd si paululum ô propheta, vel tu populę (ex cuius persona dubitare visus est & propheta meus) se subtraxerit Christus: & visus fuerit retardare: expecta illum: veniens eñ veniet, & nõ tardabit: & cætera quæ iam suprà exposuimus. Porrò quòd Apostolus Lxx. magis testimonio abusus est, ad Romanos scribens: Iustus autẽ ex fide mea viuet: & nõ eo quod habeat in Hebraico, causa perspicua est. Scribebat eñ Romanis, qui scripturas Hebraicas nesciebãt: nec erat ei cura de verbis, cùm sensus esset in tuto: & damnũ ex eo prędens disputatio non haberet. Alioquin vbicunq; diuersus est sensus: & aliter scriptũ est in Hebraico, aliter in Lxx. nota eũ his vti testimonijs, quæ à Gamaliele doctore legis didicerat.

HEB. non tardabit: ecce q incredulus est, non erit recta anima ei⁹ in semetipso. Iustus autẽ in fide sua viuet. Et quòmodo vinũ potentem decipit, sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suã: & ipse quasi mors, & non adimplebitur. Et congregabit ad se omnes gentes, & coaceruabit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ęnigmatum eius, & dicetur: Væ ei qui multiplicat non sua: vsq; quo aggrauat cõtra se densum lutum? nunquid non repentè consurgent q mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes

SEP. non tardabit: si retraxerit se, non placebit animæ meæ in eo. Iustus autẽ ex fide mea viuet: Qui autem arrogans est & contẽptor, vir superb⁹, nihil perducit ad finem: qui dilatauit sicut infernus animam suã: & iste quasi mors non adimpletur: & cõgregabit ad se omnes gentes, & accipiet ad se omnes populos: nónne vniuersa hęc aduersum eum parabolam sument, & propositionem ad narrationem eius, & dicent: Væ qui multiplicat sibi quę non sunt sua: vsq; quo aggrauat torquem suam grauiter: quia subitò consurgent mordentes eum: & vigilabunt insidiatores tui, & eris in rapinam illis? Quia tu expoliasti gentes

a ¶Et quomodo vinũ potantem decipit, sic erit vir superbus &c.) Cùm hæc de Christi aduẽtu sint repromissa, siue vt quibusdã placet, de visionis fine, & de cõpletiõe auxilij dei: & qui crediderit esse venturũ, viuet ex fide sua: qui verò incredulus fuerit, dñi animæ displicebit: Nabuchodonosor rex Babylonius decipietur superbia sua. Et quomodo vinum contra potantẽ facit: & postq̃ surrexerit, neq; pes, neq; mens suum officiũ tenent: omnisq; lætitia, & mentis exhilaratio vertitur in ruinã: sic vir superbus non decorabit, nec voluntatem suã perducet ad finẽ: & iuxta Symmachum οὐκ εὐπορήσει, hoc est, in rerum omniũ erit penuria. Qui quasi mors & infernus non saturatur occisis, & omnes gentes cũctosq; populos suo imperio subiugans, finẽ auaritiæ nõ putauit. Nónne cũ inebriatus fuerit poculo domini: & meraco calice consopitus, omnes super eũ per cõparationem loquẽtur & παρόβλημα? Væ ei qui totum orbem vastans, non saturatur rapinis, nec desinit expoliare iam nudos: & ad hoc tantum sæuit vt deuoret: & iniquitatis & prædarum onere quasi grauissima torque se deprimat. Simulq; considera, quàm

A q̃ elegãter multiplicatas diuitias denſum appellauerit lutũ. Nunquid non repentè conſurgent Medi atq; Perſæ qui Babyloniorũ imperium deſtruentes, mordeant eum primùm, & poſtea lacerent: fiatq; eis Nabuchodonoſor in rapinã, & vaſtator totius orbis expolietur à reliquis populis, qui manum & crudelitatem illius euadere potuerũt. Hoc autem ei fiet propter ſanguinẽ hominis: id eſt, Iudæ: & iniquitatem terræ, videlicet Iſraël: & ciuitatis: haud dubiũ quin Hieruſalem & omniũ habitantium in ea generaliter populum ſignificans. Diſcutiam⁹ & Septuaginta: Omnia quæ de Babylone & Nabuchodonoſor diximus, referri poſſunt ad mundum iſtum, & ad diabolum: qui verè arrogans & ſuperbus, & aliquid eſſe ſe credens, nihil perducet ad finem. Siquidem conatus eius & omnis labor habebit interitum: qui in ſimilitudinem inferni, & mortis non ſaturatur occiſis: & omnium gentiũ deceptione lętatur, & ad ſe populos congregat. Q ui cùm eum viderint miſſum in abyſſum, & tartaro traditum: ea quæ in prophetis parabolicè, & αἰνιγματωδῶς legerant, videntes eſſe cõpleta: & interpretantes ſuper eo, conſona voce memorabunt: Væ diabolo, qui multiplicauit ſibi non ſua. Væ perdici, quæ congregauit quæ non peperit. Vſq; quo? vel increpantium eſt vox iſta, vel iudicij diem demonſtrantium.

HEB. liaſti gẽtes multas, ſpoliabũt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter ſanguinẽ hominis & iniquitatẽ terræ, ciuitatis & omnium habitantiũ in ea. Væ q̃i congregat auaritiã malam domui ſuę: vt ſit in excelſo nidus ei⁹: & liberari ſe putat de manu mali: cogitaſti confuſionem domui tuæ: concidiſti populos multos: & peccauit

SEP. liaſti gentes multas, expoliabunt te omnes reliqui populi, propter ſanguinem hominũ & impietatis terræ, & ciuitatis, & omnium habitatorũ eius. O qui multiplicat auaritiam malam domui ſuę vt ponat in excelſo nidum ſuum: & eruatur de manu malorum: cogitaſti confuſionem domui tuæ: conſumpſiſti populos multos: & peccauit

- Et aggrauans torquem ſuã infinito pondere. Et pulchrè qui arrogans & ſuperbus eſt: Superbia autem propriè in extenſione colli & ceruicis erectione mõſtratur: torques grauiſſima ſit vt curuet quod fuerat erectũ. Et iſtud eueniet, quia ſubitò cõſurgent qui mordeant eum: vel angeli cum quibus diabolus traditur in pœnã: vel qui ab eo tenti fuerant, agentes poſtea pœnitentiam: & ad Chriſti vexilla conuerſi, mordebunt eum: iuxta illud quod alibi dicitur: Viri pacifici tui poſuerunt inſidias tibi. Deniq; ſequitur: Et euigilabunt inſidiatores tui: id eſt, quos antè conſopieras, quos inebriaueras: illorũ inſidijs ſubiacebis, vaſtantiũ regnum tuum: & eos qui captiui fuerunt in Chriſti turmas redigẽtium. Tu enim deprędatus es gentes multas: & Iudaicũ populum ornatu & veſtibus quas ei dederã, ſpoliaſti: idcirco omnes reliqui populi, qui tuo imperio non ſubiecerint ceruicem, ſpoliabunt

B

C te, & nudum facient. Q uia & tu interfeciſti gentes plurimas, & fudiſti ſanguinem earũ. Sed & terrę impietas, id eſt, Iudaicæ & ciuitatis Hieruſalem, & omniũ habitatorũ eius,

Ioan.19.c. qui dixerũt aduerſum creatorẽ ſuũ: Crucifige, crucifige eũ: ſanguis ei⁹ ſuper nos & ſup filios noſtros: reuertet in caput tuum, & expoliationis tuæ cauſæ erunt. Poteſt autẽ hoc ipſum & de antichriſto interpretari: qui intantum erit arrogans & ſuperbus, vt in templo dei ſeſſurus ſit faciens ſe deũ: Et quaſi infernus & mors tantos interficiet, & ad ſe cõ-

Marc.13.c gregabit: vt ſi fieri poſſit, decipiat etiam electos dei. Cõgregabit quoq; ad ſe oẽs gentes, vt vniuerſos populos in ſuũ duc et errorẽ. Q ui cũ poſtea interfectũ illũ ſpiritu oris Chriſti viderint, intelligẽt vera eſſe quę de eo antè prędicta ſunt: & dicẽt omnia quæ ſequunt, eadẽ intelligẽtia qua expoſuimus ſup diabolũ. Q uòd autẽ dicit, expoliabunt te oẽs reliqui populi propter ſanguinẽ hominũ, & impietatẽ terræ, & ciuitatis, & omniũ habitantiũ in ea: reliquos populos ſanctos intelligamus qui antichriſto nõ ſeruierũt: à quibus expoliabi⁹ impi⁹ propter impietatẽ quã exercuit in vniuerſam terrã: & vaſtationẽ ciuitatis eccleſiæ, & perſecutionẽ omniũ q habitauerunt in ea. Tanta em̃ vaſtitas, & tanta impietas in fine rerum antichriſto ſæuiente graſſabitur in eccleſijs: &

Mat.24.b multiplicata iniquitate multorum intantũ refrigeſcet charitas, vt dominus qui cordis arcana cognoſcit: & quod futurum eſt non ignorat, dixerit: Putas veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Poſſumus quoq; ſecundum Ioannem apoſtolum qui ſcribit: Sicut audiſtis quia antichriſtus veniet: nunc autem antichriſti multi ſunt: vnde & cognoſcimus quoniã noniſſima hora eſt. Oẽs hæreticos & vniuerſum dogma puerſum arrogantium ſibi ſcięntiam, & ſimplicitatem eccleſiæ contemnentium: qui nihil perducunt ad finem, ſed delectant mortibus plurimorum: arrogãtes & ſuperbos dicere poſſumus: & totam cõtinentiam capituli ſuper eorũ intelligentiã temperare, qui verè multiplicant ſibi non ſua: &

D

Luc. 18.b.

1.Ioã. 4.a.

quaſi grauiſſimũ lutum & ponderoſam torquem qua pertrahantur ad pœnas ſibi cõgregantes, ſpoliant gentes multas, & effundunt ſanguinem hominũ, & impietatẽ exercent in eccleſiam & in omnes habitatores ei⁹. Sed reliqui populi, eccleſiaſtici videlicet viri, qui non fuerint eorũ errore decepti, ſubitò cõſurgent & euigilabũt: quaſi de graui ſomno, & mordebunt eos, & inſidiabuntur illis, & habebunt eos in prædam. Q uidam putant hoc quod dicitur: Væ qui multiplicant ſibi quæ non ſunt ſua: & cætera de diuitibus poſſe accipi, qui poſſeſſionũ terminos dilatant: & ea quæ non ſunt hominis, hominis arbitrantes, congregant ſibi: à quibus ſubitò relinquentur. Q uòd autẽ nõ ſit hominis, id eſt, animalis rationabilis terrena poſſeſſio, & dñs demonſtrat, dicens:

E

Luc. 16.c. Si in alieno nõ fuiſtis fideles, quod veſtrũ eſt quis dabit vobis? totumq; capituli textũ ſuper hac perſona ediſſerũt. Sed neſcio an poſſent quæſtiones & ſolutiones propheticæ ordinem ſeruare. a ¶ Væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, &c.) Adhuc ad ipſum ſermo eſt, qui ſibi coacer uat mala, & diuitiarum multitudinem nõ intelligat cauſam eſſe ruinæ ſuæ domus: ſimulq; per metaphoram ſuperbiæ arguitur: quòd ad auium ſimilitudinem in excelſo poſuerit nidum ſuũ: & arbitrat⁹ ſit erui ſe de manu mali: id eſt, nunq̃ venire in hoſtium poteſtatem: quòd ſuperbię conſiliũ & arrogans cogitatio finem habuit ignominiam. Interfeciſti populos multos, & in alijs occidendis contra animã tuã deſęuiſti: & intantũ crudelitate bacchatus es: vt ſi dici poteſt: Lapides ciuitatis & ligna parietũ quos ſubuertiſti, tuam ferociam clamitent. Tale quid & dñs in euangelio contra pha-

F

riſæos obiurgantes: quare non increpuerat pueros acclamantes ſibi: Oſanna in excelſis filio Dauid: Benedictus qui venit Mat.21.b. in nomine dñi, oſanna in excelſis. Non legiſtis, inquit, quia ſcriptum eſt: Ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudẽ? Pſal.8.a. Et ſi iſti tacuerint, lapides clamabunt. Licèt em̃ pleriq; ita intelligendũ putent: ſi Iudæi tacuerint, multitudo me gentium cõfitebitur: tamen hæc eſt expreſſior & verior intelligentia: etiã ſi homines tacerent, & ſignorũ meorũ multitudinem lingua inuidens non loquatur: tamen lapides ipſi, & fundamenta murorũ, & parietũ ædificatio, meam poterunt magnitudinẽ perſonare. Q uod vt ſignificantius fiat, ponamus literaturæ quoq; ſecularis exẽpla. Criſpus loquitur in » hiſtoria: Saguntini fide atq; erumnis inclyti, per mortalium » ſtudiũ maiores q̃ opibus: quippe quis etiã tũ ſemiruta mœ- » nia, domus intectæ, parietesq; templorum ambuſti, manus » Punicas oſtentabant. Simile quid & Tullius ad Cæſarẽ pro » Marcello: Parietes mediusfidius C. Cæſar (vt mihi videtur) » huius curiæ tibi gratias agere geſtiunt: quòd breui tẽpore » futura ſit illa authoritas in his maiorũ ſuorũ & ſuis ſedib⁹. Porrò quod nos interpretati ſumus: Et lignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt reſpondebit: pro quo Lxx. poſue-

G runt: καὶ κάνθαρος ἐκ ξύλου φθέγξεται αὐτά. id est, Et scarabeus de ligno loquet ea: manifestius more suo transtulit Symmach⁹: καὶ σωσθεσμὸς οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. id est, iunctura ædificij lignea loquet ea: Theodotio quoq; καὶ σωσθεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά. necnon & Quinta æditio: καὶ σωσθεσμὸς ξύλου φθέγξεται αὐτά: quæ & ipsæ interpretationes cum Symmachi & nostra interpretatione concordant: quod enim lingua Hebraica dicitur קוֹרָה lignū significat: quod ad cōtinēdos parietes in medio structurę ponitur: & vulgo apud Græcos appellat ἱμάντωσις. Hoc est ergo iuxta historiam quod prophetalis sermo significat: lapides parietū qui à te destructi sunt: & ligna eorū ambusta tuam crudelitatem sonabunt. Reperi exceptis quinq; ęditionibus, id est, Aquilę,

HEB. & peccauit anima tua: quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorū est, respondebit. Væ q ædificat ciuitatē in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate: nunquid nō hęc sunt à dño exercituū? laborabunt em̄ populi in multo igne, & gētes in vacuū: & deficiēt: quia replebitur terra vt cognoscant gloriā domini quasi aquæ operiētes mare.

SEP. & peccauit anima tua: propter quod lapis de pariete clamabit: & scarabeus de ligna loquetur ea. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitatibus: nónne hæc sunt à domino omnipotente? & defecerunt populi multi in igne, & gentes multę coangustatæ sunt: quia replebit terra, vt cognoscat gloriam dñi, quasi aquā ad operiendum maria.

H Symmachi, Lxx. & Theodotionis, & quintæ, in duodecim prophetis & duas alias æditiones: in quarū vna scriptū est: ꝙa lapis de pariete clamabit quasi vermis in ligno loquēs: & in altera: lapis em̄ de pariete vociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea. Sed & Aquila aliud quiddā q̄ nos diximus posuit, καὶ μάζα, id est, & massa de ligno respondebit. Quorū interpretatio quid sibi velit, in Lxx. translatorum expositione dicemus, in quibus pro væ, oppositū est: & dirigitur sermo, vel ad diabolum, vel ad antichristū, vel ad hæreticos: qui multiplicant sibi auaritiā malam. Mala autē dicitur auaritia, ad distinctionem bonæ: vt sit bona auaritia doctoris ecclesiastici, qui nunq̄ satiat multitudine sectatorum: & quanto plures habuerit discipulos, tanto magis ad doctrinæ studiū cōcitetur. Væ ergo ei qui multiplicat sibi auaritiam pessimā: vt cōgreget domui suę conuēticula peruersa: & ponat in alto nidū suū, vt eruatur de manu malorum. Pollicētur em̄ & diabolus & antichristus & hęretici, eos qui suū dogma suscipiant fore in cœlestibus possessuros regna cœlorū: gehennę incendia non sensuros. Et cùm hæc repromiserint, consilium ipsorū ad perfectū venire nō poterit: sed erit consilium cōfusionis & ignominiæ domus eorum: postq̄ quæ fuerant repromissa, falsa ipse rerum finis

I ostenderit: tunc probabit cōfusionis esse consiliū, nō salutis. Iste, vt diximus, peruersitatis doctor consumpsit populos multos: & quanto plures habuit in comitatu suo, tanto magis deliquit cōtra animā suam. Deniq; ecclesiæ eius lapides & κάνθαρος, id est, scarabeus de ligno clamabūt cōtra auaritiam superbi: eo quòd omnes gentes sua persuasione deceperit. Lapides, stolida corda credentiū doctrinis hæreticorum possum⁹ intelligere: & scarabeū de ligno, magistros quosq; peruersos, qui turpis lucri gratia assumentes prædicationē crucis, loquuntur ex vtero. Deus em̄ eorū vēter est: & omnia ciborum causa faciunt, qui rediguntur in stercus: quia scarabeus vel cantharus vermis est stercoris: & ad hoc tantū assumunt crucē, vt auaritiā & superbiam magistri sui diaboli doceant ore viperęo. Si quando videris hæreticorū quēpiam, quasi recondita & occulta mysteria contra ecclesiam loqui: & domū diaboli domui præferre Christi, dicito,

« Lapis de pariete clamat, & cantharus de ligno loquit. Legi in cuiusdam volumine propterea cantharum sup hęreticis intelligi: quia dogmata habeant stercori cōparanda. Vnde

Phili. 3.b. & Apostolus, doctrinæ veteris errorē dicit se reputasse in scybala, id est, in stercora. Non quòd lex vetus, vt Manichęi arbitrantur, ad comparationē euangelij scybala cōputetur: quod impiū est dicere, cū vnius dei vtrunq; sit testamētum. Sed quòd doctrinę pharisæorum & præcepta hominum & deuterosis Iudæorū stercora dicant ab Apostolo. Scio quē- K dam de fratribus, lapidē qui de pariete clamauerit intelle- xisse dñm saluatorē: & scarabeū de ligno loquentē, latronē qui dñm basphemauerit: quod licèt piè possit intelligi, tamen quomodo cū vniuerso prophetię cōtextù possit aptari, nō inuenio. Sunt nonnulli qui putēt cātharum de ligno loquentem, & ad saluatoris personā referri posse: quod impiū esse, ex ordine ipso sermonis apparet. Cantharus em̄ de ligno loquetur ea: non intelligit in bonā, sed in malam partē: id est, loquitur auaritiam pessimā multiplicātis aduersus domū suam, & confusionē diaboli, & cætera quæ de iniquitate eius, & scelere præcesserunt. Q uod aūt ait Aquila, & massa de ligno respōdebit. Massam referimus ad illum sensum quē dñs posuit in euangelio: Cauete Mat. 16. a. vobis à fermēto pharisæorū. Cumq; dubitarent apostoli: & L quod nam esset scire nō possent: euangelista interpretatus est dicēs: Dixerat autē eis de doctrina pharisæorum. Rectè igitur doctrina hęreticorū de ligno loquitur: aliter em̄ persuadere nō possunt, nisi gloriā ligni suæ peruersitati præferant. Necnon & illud quod dixeram⁹: Quia lapis de pariete clamabit, sicut vermis in ligno loquens: vel lapis de pariete vociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea: Q uidā è nostris vermem in ligno loquentē illum esse aiunt, qui dicit in psalmo: Ego autē sum vermis, & nō homo: & auē vo- Psal. 21. b. calem ad eiusdē personam referunt, qui ait: Fact⁹ sum quasi Ibi. 101. b. passer solitarius in tecto: & cætera his similia. a ¶ Vę qui ædificat ciuitatē in sanguinibus &c.) Nulli dubiū est quin iuxta litera adhuc cōtra Nabuchodonosor loquatur sermo propheticus. Et plangat eum quòd ædificet Babylonē in sanguinibus, & plurimorū ruinis ac mortibus illius mœnia cōstruat. Q ui quia hoc fecerit vrbi, quam in sanguinibus construxerat, postea quæ à dño inferantur auscultra. Sequitur em̄: Nunquid non hæc à dño sunt exercituū? id est, quæ dicuntur. Laborabunt populi in multo igne, & gentes in vacuū: id est, incensa Babylone, frustra populi laborabunt & nitentur in nihilum, & deficient populi gentis Chaldaicæ. Q uia replebitur terra vt cognoscat gloriā dñi, id est, cùm M Babylon fuerit euersa: manifesta fiet omnibus potētia virtutis dei quasi aquæ operientes mare: sic gloria dñi terra vniuersa cōplebitur, sicut aquæ alueū & fundum contegunt maris. Hæc vt diximus iuxta literā. Cæterùm perspicuum est, quòd & diabolus, & antichristus, & hæreticorū peruersa doctrina ædificent ciuitatē in sanguinibus: id est, ecclesiā suam in eorū quos deceperunt interitu, & præparent vrbē in iniquitatibus: loquentes contra deū iniquitatē, & ponentes in excelso os suum. Q uod cùm fecerint, manifestè ostēditur: quia ex semetipsis ædificent ciuitatē in sanguinibus, & præparent eam in iniquitatibus. Sequitur em̄: Non sunt hæc à dño omnipotente, id est, talis ædificatio non est à domino sabaoth: quē nunc Lxx. interpretati sunt omnipotentem. Deficient em̄ multi populi, & q̄is infinitæ gentes in eorū ducantur errrorē: tamen vel lassabuntur, quod magis significat ὀλιγοψύχησαμ: vel certè coartabuntur in angustum, & ecclesiæ multitudini non poterunt comparari. Illis quippe in igne deficientibus, quod sentitur: aut diaboli principis sui igne cōsumptis: aut certè succēsis igne dñi, de quo ait: Ignē veni mittere sup terrā, & quē volo vt ardeat: & de Luc. 12. f. priore cursu retractis & agentibus pœnitētiam, & cœptum iter deserētibus, quod sonat, ὀλιγοψυχία, replebit vniuersa terra gloria dñi: quādo ad prędicationē apostolorū in vniuersum

A uersum orbẽ exierit ſonus eorũ:ſicut aquę operiẽtes mare, id eſt,vt omnẽ ſalſuginẽ & amaritudinẽ ſeculi, quam terra biberat,pluente deſuper diabolo,aquæ dñi operiãt: & efficiant maris locũ,& amaritudinis priſtinę nõ apparere. Vnde & in pſalmo dicitur:Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates:& quorũ tecta ſunt peccata. Poteſt autem, quanq̃ nõ cõueniat ordini lectionis, nec ad preſentẽ ſcripturę textum faciat, & ſuper Hieruſalẽ intelligi ciuitatẽ plenã ſanguine prophetarum, de qua ſcriptura cõmemorat, quòd redundauerit in ea ſanctorũ ſanguis à porta vſq; ad portã. Et quæ dicit in dñi paſſione: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et ad quã deus loquit in Eſaia: Cùm

Pſal.31.

Mat.23.c.

Ibi. 27.c.

Eſa.1.d.

B leuaueritis manus ad me,nõ exaudiã vos: Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Hæc ædificata eſt in iniquitatibus:in qua iuxta eundẽ prophetam iuſtitia dormiuit. Nec eſt ædificatio eius à dño ſabaoth. Vnde & defecerunt populi multi in igne: & gentes multæ laſſatæ ſunt eo tẽpore quo Veſpaſiani & Titi circũdata eſt exercitibus:& ad diẽ ſolennẽ paſchæ veniẽtes,vrbe quaſi carcere ſunt recluſi:& fame & penuria defecerunt,& vſq; ad extremas ruinas Hadriani eos ꝓduxit obſidio. Subuerſa aũt ciuitate ſanguinũ:& vrbe iniquitatum, & populis igne cõſumptis, & gentibus quæ ad auxiliũ eorũ venerant, huc illucq; diſperſis:& dimittentibus laſſas manus, repleta eſt vniuerſa terra gloria Chriſti:& quaſi aquis, ita ſermonibus & doctrina eius vniuerſus mundus coopertus eſt.

a ¶Vę qui potũ dat amico ſuo &c.)Pro ſubuerſiõe turbida:Symmach⁹ interpretat⁹ eſt, καὶ ἀφιῶν ἀκρίτως ἐν θυμῷ ἑαυτου,id eſt,& emittẽs abſq; iudicio furorẽ ſuũ: Theodotio ἀποχύσεώς σου, quod interpretatur, diffuſione tua. Quinta ęditio ἧς ἀπροσδοκήτου ἀνατροπῆς ϕῦ ὀργῆς σου,

C qđ ſignificat de ſubuerſione inſperata iræ tuæ. Aquila, ἧς ἐκπέμψεως χόλου σου,quod poſſumus vertere, de emiſſione furoris tui. In alia ęditione reperi,ὃ ναὶ τῷ ποτίζοντι ἐν ἑταίρῳ αὐτου ἀέλλων πετρωλίων, qđ ipſum in lingua noſtra ſonat: Væ qui potũ dat amico ſuo turbinẽ volantẽ. Sed & alibi tranſlatũ legi: Væ q potũ dat proximo ſuo ἔκκασιμ ὀχλαγωλίων,id eſt,amentiã turbidã. Hoc propterea,vt verbum Hebraicũ מְסַפְּחֵ,quod tranſtulerunt Lxx. ἀνατροπὴν: id eſt,ſubuerſionẽ,ſciri poſſit quãta apud omnes æditiones varietate diſcordet. Igitur adhuc contra Nabuchodonoſor ĩuectio eſt: ꝙ oblitus conditionis ſuæ,& quaſi ignorans ſe eſſe hominẽ,alteri homini fel & amaritudinem propinarit. Poſſumus aũt eũ vel regẽ intelligere Iudææ:vel generaliter oẽs homines,quòd inebriauerit eos malis, vt videret Sedechię & captiuorũ omniũ nuditatẽ. Pro quo interpretat⁹ eſt Symmach⁹ & Quinta ęditio,vt videret ignominias eorum. Dicunt aũt hæc ꝑ metaphorã ebrij hominis,& nuditate turbati, ꝙ Nabuchodonoſor oñes inebriauerit calice furoris ſui:cũctosq; expoliatos viderit & captiuos: & illi q quondã glorioſi fuerant in vltimã redacti ſint ſeruitutẽ,hoc eñ eſt quod ait:Repletus eſt ignominia pro gloria,vt ſubaudiatur amicus,& proxim⁹ ſiue cõſors regni,qui tuũ ô Nabuchodonoſor calicẽ bibit. Vnde quia inebriaſti plurimos: tu quoq; bibe de calice dñi & cõſopire:circundaberis ſupplicijs dexterę dñi:& cũ ignominia vomit⁹ tui omnia quę abſorbueras egeres,& de ſublimi gloria ad vltima deducêris mala. Quia iniquitas Libani operiet te: ſuperbia,inquit,tua & euerſio tẽpli, & rapina ſanctuarij te depopulabit atq; vaſtabit. Et quia ſemel nominauerat montẽ Libanũ: ſub eiuſdem

HEB. tes mare. Væ qui a pŏtum dat amico ſuo,mittens fel ſuũ & inebrians:vt aſpiciat nuditatẽ eius. Repletus eſt ignominia pro gloria:bibe tu quoq;,& cõſopire:circundabit te calix dexterę dñi,& vomit⁹ ignominiæ ſup gloriã tuã:quia iniquitas Libani operiet te:& vaſtitas iumentorum deterrebit eos: de ſanguinibus hominum & iniquitate terræ,& ciuitatis,& omnium habitantium in ea. Quid

SEP. dum maria. Væ qui propinat ꝓximo ſuo ſubuerſione turbida,& inebrians vt aſpiciat in ſpelũcis eorũ:ſaturitatẽ ignominię de gloria:bibe tu & cõmouere: circundedit te calix dexterę dñi, & congregata eſt ignominia ſup gloriam tuã: quia impietas Libani operiet te:& miſeria beſtiarũ terrebit te:propter ſanguinẽ hominũ,& impietates terrę & ciuitatis,& omnium habitantium in ea. Quid

Audiui Liddę quendã de Hebręis,qui ſapiẽs apd̃ illos,& δευτερώτης vocabat̃: narrantẽ huiuſcemodi fabulã. Sedechias,inquit,â Nabuchodonoſor rege cę catus in Reblatha,hoc eſt Antiochiæ:varijſq; ĩrriſus modis: ductus eſt Babylonẽ. Vbi cũ quadã die Nabuchodonoſor conuiuij feſta celebraret,iuſſit ei dare potionẽ:qua hauſta venter potantis ſolueretur in fluxũ:ac ſubitò introductũ ante ora epulantiũ,cõpulſumq; vi ventris pollutum eſſe ſtercore,& hoc eſſe quod nunc hic ſcriptura dicat: Væ qui potũ dat amico ſuo:mittens fel ſuũ & inebrians,vt aſpiciat nuditatẽ eius & ignominiã pro gloria:quòd ſcilicet ille qui rex potẽtiſſim⁹ fuerat ad tale dedecus per eũ ſit deductus. Vnde & cõminatur ei deus quòd & ipſe bibiturus ſit huiuſcemodi potionẽ,& paſſur⁹ omnia quæ paſſus eſt Sedechias. Hoc q̃ ridiculũ ſit, me tacẽte cognoſcitis. Si enim quod ſequit̃. Bibe tu quoq; & conſopire,& circundabit te calix dexteræ dñi,& vomitus ignominiæ ſuper gloriã tuam:non de calice intelligunt,ſed de malis quæ bibiturus eſt Nabuchodonoſor:ergo & ille calix quo Sedechiæ propinatũ eſt,mala ſunt intelligenda: nõ vt illi volunt καθαρτικόν. Sin autẽ dicunt verè factũ,& tẽperatam huiuſmodi potionẽ,vt ſuprà retuli:ergo & calix iſte quẽ bibiturus eſt Nabuchodonoſor καθαρτικῷ extimãdus eſt plenus, vt deus ſabaoth,& dñs omnipotẽs pro vindicta magna Nabuchodonoſor propinet καθαρτικόν,& faciat eũ ſuo ſtercore pollui. Hoc aduerſus Iudaicã traditionem. Veniamus autẽ ad intelligentiã ſpiritualem. Væ tibi diabole,ſiue antichriſte,vel hęreticorũ dogma peruerſum:qui doctrinis tuis potione turbida inebrians populos deceptorũ, & ſubuertis priorẽ fidẽ:dans eis potionẽ,non de Siloa, non de Iordane: nõ de fontibus Iſraël:ſed de torrente Cedron,& de flumine Aegypti,de quo Hieremias dicit: Quid tibi & viæ Aegypti:vt bibas aquam Geon? pro quo in Hebræo ſcriptum eſt שִׁיחוֹר, id eſt,turbidam atq; cœnoſam: q̃uis enim de paradiſo ſcripturarum flumina Aegypti exire credantur: tamen quia cõculcantur pedibus Pharaonis,perdiderunt ſplendorem ſuũ:& violata luto Aegyptio,verſa ſunt in torrẽtes,de quibus ſanctus quòd euaſerit gratulatur: Torrentem pertranſiuit anima noſtra. Quòd ſi quis oppoſuerit torrentem Corath, de quo bibit Helias:& torrentẽ alium de quo dñs bibit in in via:Ita enim ſcriptũ eſt:De torrente in via bibet: Hoc dicendum: quia quicunq; in Aegypto fuerit, & in via huius ſeculi: quanuis Moyſes & Aaron: quanuis Hieremias ſit & Helias:tamen neceſſe eſt eum de tentationibus Aegypti,& ſolitudinis bibere. Vnde & domini ſermo qui ob hãc carnem aſſumpſerat vt biberet de torrente:conſiderans maieſtatem ſuam dixit: Pater, ſi poſſibile eſt: tranſeat calix iſte à me. Rurſum videns ſe eſſe in Aegypto, & aquas non poſſe mundari, niſi ipſe potaſſet,ait: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Hæc propterea: quia diabolus ſubuerſione & poculo turbidõ, ac peruerſis quibusq; doctrinis inebriet ꝓximos,id eſt, rationale animal: & faciat eos quos deceperit reſpicere ad ſpeluncas ſuas. Eccleſię enim dogmata libera ſunt:die gratulãtur & lumine. Qui aũt inebriant̃,nocte inebriãtur, & qui eos inebriãt, non ducunt

D

4.Reg. 25.b.

Hier.39.b

E

F

Hiere.2.d

Pſal.123.a

3.Re.17.a

Pſal. 109.b.

Mat.27.d

1. Theſſa. 5.b.

G non ducunt in atria domini,quę nulla tectorum premuntur
Mat.21.b. vmbrá:ſed in ſpeluncas. Fecerunt enim domum patris quæ
fuerat domus orationis,ſpeluncas latronum:pollicẽtes ini-
tiationes quaſdã & myſteria:& recondita ſoluṁq; hęreticis
Eſa.2.d. nòta ſecreta, de quibus loquitur & Eſaias: Et manu facta
omnia abſcondent:inferẽtes in ſpeluncas,& in ſciſſuras petrarum & foramina terræ. Nõ ingrediamur ergo in ſpeluncas hæreticorũ nec abſcondamur ibi,
1.Reg. 24.a. vbi impius Saul ſtercora doctrinarum ſua rum egerere conſueuit: ſed magis aſcendamus ad ſpeluncam excelſam montis
3.Reg. 19.b. Sina:vbi & Helias vidit dominũ, & Moyſes poſteriora eiꝰ
Exo. 33.d. antè conſpexit. Et Eſaias de dño clamitans: Hìc habitabit,
Eſa. 32.d. ait,in ſpelunca excelſa. Si quis autem nõ habet poculũ turbidum & doctrinam hæreticam,& magiſter eccleſiæ eſt,& omnia facit turpis lucri gratia,& vendit columbas in templo:hoc eſt dona ſancti ſpiritus, & in cathedra ſacerdotali liberas ſuffocat aues:iſte non facit quidem domũ orationis ſpeluncam latronũ,ſed facit domũ patris domum negotionis. Poſt hæc ſequit̃:Saturitatẽ ignominiæ pro gloria bi-
H be tu & cõmouere:id eſt,ô diabole,ô dogma peruerſum, ô hæretice,qui te putabas calicem eſſe aureum quo inebriantur omnes gentes, vt viderent ſpeluncas & ſecreta tua: pro gloriæ magnitudine,replere ſaturitate ignominiæ, & reputare in vas fictile opera manuum figuli:bibe & tu de calice
Pſal. 74.b. domini,de quo in pſalmo dicitur:Calix in manu domini,vini meri plenus mixto,& inclinauit ex hoc in illud:veruntamen fex eius non eſt exinanita. Et à priori ſententia cõmouere,& noli putare firma eſſe & ſtabilia in quibus primùm ſtare cupiebas: quia circundedit te calix dextera domini. Porrò quia propinaſti proximo tuo ſubuerſione turbida: congregabitur ignominia ſuper te: & ſuper gloriam tuam, quam primùm te habere credebas:iſtud̃q; patieris,quia im-
Pſal.108.a pietas Libani operiet te,ſecundum illud quod dicitur: Et oratio eius fiat in peccatũ. Libanus enim mons iuxta Græcum ſermonem ὁμώνυμος eſt thuri,thus autem σύμβολον eſt ſpiritualis thymiamatis,quod eſt cultus dei. Idcirco hęreticorũ peruerſa oratio & non euangelica ſimplicitate directa,eis vertetur in peccatum, & impietas cultus dei operiet eos. Vnde ſequitur:Et miſeria beſtiarũ terrebit te propter ſanguinem hominum: & impietates terræ,& ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Et eſt ſenſus: Eos quos tuis fraudibus decepiſti,& de ouibus Chriſti feciſti eſſe beſtias tuas:cùm videris in miſeria,& pro errore ſuſtinere ſupplicia:tunc terreberis, tunc iacebis. Ac ne arbitreris me quia Libanum & eius beſtias nominaui,de brutis animalibus, &
I non de hominibus loqui: manifeſtius tibi dico: Suſtinebis hæc:quia multorum hominum fudiſti ſanguinem,quos deo perire feciſti. Et exercuiſti impietatem in terra viuentium, in terra manſuetorum,& impietas tua in ciuitate quoq; domini deſæuit:id eſt,in eccleſia eius: multoſq; qui habitabãt in ea,impietatis tuæ feciſti eſſe participes. Hoc ſub perſona hæreticorum dictum ſit. Cæterùm ſi volumus de antichriſto intelligere,ſiue de diabolo qui operatur eſt in antichriſto: Et iſte calice ſuo quo Chriſti cupiet ſubuertere diſciplinam,inebriabit plurimos vt ebrij ingrediantur ſpeluncas eius: ſed poſtq̃ finis aduenerit, pro ea gloria qua ſe magnificauerat,implebitur ignominia. Implebitur aũt quia bibet ſuppliciorum calicem,& cõmouebitur:nequaq̃ firmus in malitia ſua, ſed trepidus & ſerò pœnitens. Circundabit enim eum calix dexteræ domini: qui eſt dominus atq; ſaluator,quando interfecerit eum ſpiritu oris ſui, & deſtruxerit illuminatione aduentus ſui. Tunc omnis ignominia quã ſibi cogitationibus,factis,ſermonibus cõgregauit,veniet ſuper gloriam eius:vt quantum antè putabatur inclytus:tantũ poſtea ignominia plenꝰ ſit. Blaſphemauit enim in deũ, & impietas quã exercuit in Libano, operiet eũ:& multorum hominũ furor,qui aduerſum dei eccleſiã debacchati ſunt, ipſi imputabit̃:nec poterit eleuare ceruicẽ,ſed terrore deprimet̃ in terrã. Multos enim homines interfecit,& totũ orbẽ: id eſt, eccleſiã Chriſti & habitatores eius,ſua impietate vaſtauit. K

a HEB. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile & imaginem falſam: quia ſperauit in figmento fictor ei, vt faceret ſimulachra muta. b Væ qui dicit ligno, expergiſcere: euigila

SEP. Quid ꝓdeſt ſculptile, quia ſculpſerunt illud: formauerunt illud conflatile, imaginem falſam: quia confidit fictor in figmento ſuo, vt faciat idola muta. Vę q̃ dicit ligno, euigila

Sciendũ igit̃ & hoc capitulũ quod nunc expoſuimꝰ, id eſt: Væ qui potũ dat ꝓximo ſuo ſubuerſiõe turbida: & priora tria in q̃bus dictũ eſt: Vę qui multiplicat ſibi quę non ſua ſunt. Et: Vę qui congregat auaritiã malã domui ſuę. Et: Væ q̃ ędificat ciuitatẽ in ſanguinibus: & iuxta hiſtoriã, & iuxta Anagogen, vel aduerſum Nabuchodonoſor, vel aduerſꝰ diabolum & antichriſtũ, & hęreticos poſſe ęqualiter accipi.

a ¶Quid prodeſt ſculptile &c.) Cõſequẽter in ſuperioribꝰ de Nabuchodonoſor dicit̃: quòd fabricatus ſit ſtatuã idoli Bel, & poſuerit eã in cãpo δεῖρᾶ: ſiue vt in Hebræo ſcriptũ eſt, דוּרָה: ſup quo pleniꝰ in Daniele legimꝰ: Mirat̃ itaq; ſcríptura regis amẽtiã & ſtultitiã: qa ipſe iuſſerit ſtatuã aureã fieri, & fictor cõfidat in ſimulachro qđ finxit: qđ quidẽ poſſumus & gñaliter cõtra oẽs idolorũ accipere cultores. Nec putemus vnũ eſſe qđ ſculpit̃ & cõflatur. Sculpturã quippe poſſumus in lapidibus & in marmoribus accipere. Conflatura verò in his metallis intelligit̃ quæ ſolui poſſunt atq; cõflari: Verbi gratia, auro, argento, ære, plumbo, ſtannoq;. Hoc dictum ſit vt iuxta Tropologiã ſcire poſſimꝰ quid ſit inter ſculptile atq; conflatile. Legimus in Deuteronomio: Maledictus omnis qui fecerit ſculptile & conflatile, opus manuũ artificis: & poſuerit illud in abſcondito. Sculptile atq; conflatile reor dogmata eſſe peruerſa, quę ab his à quibꝰ facta ſunt, adorantur. Vide Arium ſculpſiſſe ſibi idolum creaturæ, & adoraſſe quod ſculpſit. Cerne Eunomiũ cõflaſſe imaginem falſam, & conflationi ſuæ curuare ceruicem. Signanterq; ſcriptura: Et ponet, inquit, illud in abſcondito. Habent enim & ipſi Orgia ſua, & quaſi pro perfectis quibusq; diſcipulis tradunt abſcondita ſacramenta, quæ ſi ad lucem proceſſerint, ſtatim quòd ficta ſunt, arguuntur. Nihil igitur eis proderit ſculptura & cõflatio ſua. Sculptura, quę referet ad lapides, in his dogmatibꝰ intelligit̃ quę ſtultitiã prima frõte demõſtrant: Cõflatio eſt ibi, vbi aliqua videt̃ eſſe ratio ſapiẽtię ſecularis, & veluti quodã auro quaſi diſciplinis philoſophorũ & ſplendore eloquẽtię idolũ conflatũ eſt. Nihil ergo proderit figmentũ fictori ſuo. Et mutũ ſurdũq; ſimulachrũ adoratorẽ ſuũ audire nõ poterit. Si quando videris aliquem nolle credere veritati, & oſtenſa ſuorũ dogmatũ falſitate in cœpto ſtudio perſeuerare: cõgruè poteris dicere: Sperat in figmẽto ſuo, & facit ſimulachra muta vel ſurda: κωφὰ quippe apud Græcos vtrũq; ſignificat: quanq̃ Symmachꝰ ἄλαλα interpretans, muta magis videatur intellexiſſe q̃ ſurda. Nec moueat quẽpiam illud ἀθύρωμα ſcripturarũ, de quo ſępe diximus: Quis putas fidelis & ſapiens diſpenſator? Et in alio loco: Quis ſapiẽs & intelligit hęc? eo quòd quis vel quid, pro raro accipiat̃, cũ poſſumus & de alio loco pro impoſſibili hoc ipſũ accipere: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti: tribulatio, an anguſtia? & cętera. Et de preſenti capitulo: Quid prodeſt ſculptile, qa ſculpſit illud fictor ſuꝰ? In vtroq; eñ impoſſibilitas demõſtrat̃: quòd nec apoſtoli charitatẽ vlla tribulatio & anguſtia diuidere poſſit à Chriſto: nec in idolis ſit vlla vtilitas. b ¶Væ qui dicit ligno, expergiſcere: &c.) Et hoc ſimiliter vel aduerſum Nabuchodonoſor, vel aduerſum omnes qui venerãtur idola accipi poteſt. Et deſcribitur error humanus, quòd argentũ, aurũ, gẽmas & ſericũ: quibus vel obuoluta, vel operta ſunt idola, preſulgore materiæ deos exiſtimant, cùm formam quidem potuerit artifex dare: animam autem, quibus vegetãtur artus, nequiuerit. Et econtrariò dominus dicitur in templo ſancto ſuo: non in templo manufacto, ſed vel in cœlis vel in vnoquoq;

L

M

Danie.3.a

Deu.27.c

Luc. 12.c.
Pſal. 106.d.
Rom. 8.g.

Pſal. 10.a.

1.Cor.3.c. quoq; ſanctorũ,iuxta Apoſtolum dicentẽ: An neſcitis quo-
A niam templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis? Et
Ibidẽ. 6.b alibi:Corpora veſtra tẽplum dei ſunt. Vel in filio,ſicut ipſe
Ioã. 14.b. ait:Pater in me manens,ipſe facit opera. Aut certè iuxta il-
lud:quòd cœlos & terras,& maria, & vniuerſum mũndum,
« Spiritus intus alit: to-
« tamq; infuſa per art⁹,
« Mẽs agitat molem, &
« magno ſe corpore mi-
« ſcet:mũdus omnis qui
cœlo cõſtat, & terra,
& cœlorum circulis
claudit, dei dom⁹ eſſe
phibet. Vnde & Apo-
Act. 17.f. ſtolus confidenter: In
ipſo enim(ait)viuim⁹,&
mouemur,& ſum⁹. Quòd ſi quis oppoſuerit:quomodo ſpi-
ritus in idolis non eſſe dicatur, cùm omnibus ſimulachris
aſſideant immundi ſpiritus:diſcat ſcripturæ ſanctæ cõſue-
tudinem,nũquam ſpiritũ peruerſum abſolutè, ſed cum ad-
Oſeę. 4.c. ditamento aliquo ſpiritũ nuncupari:ſicut ibi,Spiritu forni-
Luc. 11. c. cationis ſeducti ſunt. Et in euangelio:Cùm autẽ ſpiritus im-
mũdus exierit de homine:& cætera his ſimilia. Spiritus aũt
vbicunq; ſolus & abſolutè ſine aliquo addimẽto legit, ſem-
per refert ad bonã partem:id eſt,ad ſpiritum ſanctũ, vt eſt
Gal.6.b. illud Apoſtoli:Qui ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vi-
Ibidẽ. 5.d. tam æternã. Et alibi:Fructus aũt ſpiritus eſt:charitas, gau-
Galat. 5.c. dium,pax. Et in alio loco:Spiritu ambulate,& deſideria car
B nis nõ perficietis. Neq; hoc dicimus, quòd nõ & ſpirit⁹ ſan-
ctus cũ additamento ponat: Vocatur enim & ſpirit⁹ ſanctus,
& ſpiritus principalis,& ſpiritus rectus, & ſpiritus dei: &
cætera his ſimilia:ſed quòd ſpiritus ſanctus,& cum addita-
mento & ſolus ſæpe ponat:ſpiritus autẽ peruerſus nuſquam
niſi cũ additamẽto lectus ſit. Sed & illud dici poteſt,ſi quis
contentioſè ſpiritũ peruerſum in hoc loco voluerit accipe-
re,quòd aliud ſit:Omnis ſpiritus nõ eſt in eo:Aliud ſi dixiſ-
ſet:omnis ſpiritus nõ eſt circa eũ. Poteſt enim aſſidere ſimu-
lachris:cæterũm intrinſecus eſſe non poteſt. Vnde & Aqui-
la ſignificantius vertit Hebraicũ dicens: Et ſpiritus eius nõ D
eſt in viſceribus,ſiue in medio ei⁹. Præterea ſciendũ in qui-
buſdã Hebraicis voluminibus non eſſe additum,omnis:ſed
abſolutè,ſpiritũ legi. Quòd ſi quis ratione ſuperatus in bo-
nam partẽ acceperit ſpiritum, & quæſierit: cur ſi de ſpiri-
tu ſancto dictũ ſit, cũ additamento legat, Et
omnis ſpiritus non eſt
in eo? Sciat omnẽ ſpi-
ritũ, diuerſas gratias
intelligi ſpirit⁹ ſancti:
vt ſit ſenſus: Nihil in
ſe gratiæ,nihil poterit
habere virtutis. Quod
quidẽ & iuxta Tropo
logiam magis intelli-
gitur:quòd in vniuerſis idolis hæreticorũ & figmentis dia-
boli,nulla ſit gratia ſpiritus ſancti: ſed imaginẽ diuinitatis
& pulchritudinem dogmatũ præferre videant, cùm in illis
nihil ſpirans ſit & vitale. Dicamus & illud ne lectorem vi-
deamur cælaſſe quod nouimus: ſpiritũ & vẽtum apud He-
bræos eodem appellari vocabulo:id eſt, רוּחַ: & pro ſenſu
loci, vel ſpiritum accipi ſolere,vel vẽtum. Ergo & in hoc lo
co,ſpiritũ vel pro vento accipere poſſumus,quòd nihil ſpi-
ret in idolis: vel pro anima,quòd ſimulachra inanimantia
ſint. Quòd autem ſpiritus accipiatur pro anima,manifeſtè E
ſignificat ſaluatoris oratio:Pater,in manus tuas commendo Luc. 23.f.
ſpiritum meum. Neq; enim Ieſus aut peruerſum ſpiritum,
quod cogitare quoq; nefas eſt:aut ſpiritum ſanctum qui &
ipſe deus eſt,patri poterat commendare:& non potius ani-
mam ſuam,de qua dixerat: Triſtis eſt anima mea vſque ad Mat. 26.
mortem:&, nemo poteſt eripere animam meam à me: ſed & Mar.
voluntate mea depono animam meam, & ſponte mea rur- 14.d.
ſum aſſumo eam. Ioan. 10.d

Commentarij primi in Habacuc
prophetam,finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN LIBRVM SECVNDVM HABA-
cuc,ad Chromatium epiſcopum,proœmium.

C ALterum mi Chromati,papa venerabilis,in Habacuc librum ſcribimus, propriũ cãtico ei⁹
opuſculũ dedicantes:ſermonẽq; Epicũ & pſalterij,id eſt,lirico more cõpoſitum, totis viri- F
bus aggredientes. Sibilet igitur excetra:& Sardanapalus inſultet, turpior vitijs quàm no-
mine:nos cœptũ carpamus iter:& orationibus tuis,qui carnẽ virtute ſuperaſti,manifeſtiſ-
ſimã de Chriſto ꝓphetiã in octauo ꝓpheta,id eſt,in reſurrectiõis dñicę numero diſſeram⁹.

COMMENTARII HIERONYMI
in librum Secundum Habacuc.

a ORatio Habacuc prophetæ pro ignorationibus.) Aquila & Symmach⁹ & quinta æditio,ſicut nos, pro ignorationibus trãſtulerunt: ſolus Theodotio ὑπὲρ ἀῶν ἑκου-σιασμῶν,id eſt,pro voluntarijs,& pro his qui ſponte delinquũt. Hoc propterea, vt intelligam⁹(exceptis Septuaginta) nullum, orationem cum cantico tranſtuliſſe. Nam & in Hebraico habet עַל שְׁגִיוֹנוֹת, quod dicitur, ἐπὶ ἀγνοημάτων, & nos trãſtulimus,pro ignorationibus. Eſt autẽ ſenſus: quia ſuprà temerè dixerat: Vſq; quo dñe clamabo,& non exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs,& non ſaluabis? Ac deinde in ſecunda querimonia: Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes,& taces deuorãte impio iuſtiorem ſe? Ad hoc audierat:

a HEB. Ratio Habacuc prophetę pro ignorationibus.

Domine

SEP. Ratio Habacuc prophetæ cum cantico.

Domine

Scribe viſum,& explana eum ſuper tabulas. Et poſt cætera: Ecce qui incredulus eſt,non erit recta anima eius in ſemet-ipſo: Iuſtus aũt in fide ſua viuet. Et didicerat vel Nabuchodonoſor,vel diabolum, vel antichriſtum poſitum in iudicio peccatorum,& fortẽ ad corripiendas gentes:nunc agit pœnitentiam, & plangit quòd temerè ſit locutus: petitq; veniam,vt miſericordiã cõ ſequatur,quia ignorans fecit. Vnde & Dauid: Delicta,inquit,iuuentutis meæ: Pſal.24.b
& ignorãtias meas ne memineris. Sunt qui putent orationem eſſe prophetæ, vt in aduentu Chriſti error auferatur hominũ:vnde & prophetæ nomen ſit titulo prænotatum,quòd prophetico ſpiritu oret tolli caliginẽ, & reddi lucem:auferri imaginẽ,& tribui veritatem. Quòd aũt prophetia ſit:& totus cantici textus oſtendit,& maximè illa,In medio duorũ animalium cognoſcêris. Et: Cùm appropinquauerint

G quauerint anni,notus eris.Et de iudicio: Cùm turbata fuerit anima mea in ira,misericordiæ recordaberis.Et rursum de aduẽtu Christi:Deus à Theman veniet,& sanctus de mõte vmbroso & cõdenso.Necnon in futurũ:Pauebunt tabernacula terræ Madian:& ascendens super equos tuos,& extendens tendes arcum tuũ super regna.Si aũt aliquis quæsierit,quare sõlus Theodotio, pro spontaneis , transtulerit: possumus dicere,vel cõfessionem prophetæ, quòd non aliqua necessitate,sed spõte peccauerit,malè sentiens de iudicio dei. Vel certè futurã gentium fidem demõstrari, quòd priorem errorem voluntariè relinquẽtes, in eum credituꝝ sint,qui in Cantico repromittitur. Legimus in psalmo decimo sexto:Oratio Dauid, & in alio similiter:Oratio Dauid.Et in octogesimo nono:Oratio Moysi hominis dei:Et in centesimo primo: Oratio pauperis cùm anxiatus fuerit,& corã domino effuderit precem suam:Et sicubi alibi nomen orationis inferẽ: attamen nullo
H loco cum Cantico legitur.Et nescio,an decẽs sit orare cum Cantico: nisi fortè iuxta Lxx. orare dicimus prophetã pro aduentu Christi:& hoc ipsum cum delectatione, & psalmis & Cantico prophetare,vt & in eo quòd oratio est, deprecetur patrem:& in eo quòd canticum patris,qui miserit filiũ: & filij qui venerit,laus dicatur.Hæc de titulo Cantici. Videamus nunc quæ dicantur in Cantico.

Caput III.

a DOmine audiui auditionem tuam &c.)Pro eo quod nos & Aquila & Theodotio trãstulim⁹, viuifica illud:Symmachus interpretatus est,reuiuifica illud. Quòd autem Lxx.dixerunt,consideraui & obstupui: nec in Hebræo habetur,nec apud quempiam aliorũ interpretum, vt sublatis his quæ in Hebraico non habentur , possit legi iuxta Lxx.Domine opera tua:in medio duorum animalium cognoscẽris:quod quia ἀδιανόητον videbat, superiora cõiuncta sunt.Legimus autem in Hebræo יְהוָה:id est,domine: op⁹ tuũ: בְּקִרְבּ in medio:שָׁנִים annorũ:חַיֵּיחוּ: viuifica illud.Hoc propterea vt quæ superflua sunt in Lxx.manifestè addita cognoscamus.Hebræi iuxta historiam hunc locũ ita explanant:Domine audiui auditionem tuã,& timui.Audiui,inquit,pœnas quas Nabuchodonosor, & diabolo præ-
Suprà.2. parasti,in quibus dixisti ei:Væ qui multiplicat non sua . Et secundò:Vę qui congregat auaritiam malam domui suæ.Et tertiò:Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus:& præpa-
I rat vrbem in iniquitate.Et quartò: Væ qui potũ dat amico suo,mittens fel suum & inebrians.Et quintò . Væ qui dicit ligno,expergiscere:surge,lapidi tacẽti.Et sicut timore perterritus sum , quòd draco magnus tantis vulneribus confodiẽdus sit:sic deprecor domine,vt quod promisisti expleas, & finito tempore reddas Christũ tuũ.Tu enim dixisti:quia adhuc visus procul & apparebit in fine , & non mentietur. Viuifica ergo quod pollicitus es:hoc est , tuum imple promissum:non moriatur irritus sermo tuus,sed opere cõpleatur.Quod quidẽ iuxta nos , & de resurrectione saluatoris intelligi potest:vt ille qui pro nobis mortuus est,consurgat à mortuis,& viuificetur.Iuxta Lxx.autẽ multo alter est sensus,& debemus etiã vulgatę editionis explanationẽ ponere.
Esa.50.b. Domine audiui in scripturis sermonem tuũ , & timui dante mihi auriculã, iuxta illud qđ loquit Esaias:Addidit mihi auriculam ad audiendum: ita audiui vt tu vis audiri sermonem tuũ:Et opera tua diligentius contemplatus:ne mihi diceretur:opera autem domini non respiciunt,& opera manuum eius non considerant:ex creaturis intellexi creatorẽ: & per singula quæ fecisti , & quæ quotidie operaris in vniuerso mundo, totus obstupui, & sensu humanitatis amisso, in sanctã amentiam sum conuersus . Vel certè admiratione turbatus,in laudes tuas trepidus erumpo,dicens : In medio K duorũ animaliũ cognoscẽris:quod multi putant de filio intelligi,& de spiritu sancto,eo quòd pater per filium intelligatur & spiritum.Quæ quidem & duo seraphim in Esaia, Esa. 6.a.
& duo cherubim,scribi interpretantur in Exodo:quæ cõtra Exo.25.b.
se respiciunt , & in medio habent oraculum , & in Esaia: Esa. 6.a.
velãtia caput & pedes dñi,in præsenti tantum seculo volent, & alter ad alterum mysteriũ inclament trinitatis : & mittatur vnus de seraphim, quod interpretatur ardens, & veniat in terrã & mundet prophetæ labia,& dicãt: Ignẽ Luc. 12.f.
veni mittere super terrã,& quem volo vt ardeat.Hoc æstimant alij , & ad hanc interpretationẽ multis scripturarum vtuntur testimonijs.Porrò simplex interpretatio, & opinio vulgi de saluatore intelligit : quòd inter duos latrones cru- Mar.15.c.
cifixus agnitus sit.Qui autẽ melius:hoc dicũt,quòd in pri- & Ioan.
ma ecclesia quæ de circuncisione fuit, & de præputio con- 19.d.
gregata,duobus populis se hinc inde cingentibus intellectus L
sit saluator & creditus.Sunt qui duo animalia , duo intelligant testamenta,nouũ & vetus,quæ verè animãtia sint atq; vitalia,quæ spirent,& in quorũ medio dñs cognoscatur.

b ¶In medio annorũ notũ facies.)Cùm venerit,inquit,tempus,& opere promissa cõpleueris,monstrabis vera esse quæ pollicitus es:Siue cùm appropinquauerit consummatio , & in extrema hora ad destruenda peccata venerit filius tuus, manifesti⁹ cognoscẽris.Sequitur: c ¶ Cùm aduenerit tẽpus,demõstraberis:cùm turbata fuerit anima mea in ira,misericordiæ recordaberis.) Quod exceptis Lxx. nec in Hebraico,nec apud quenq̃ aliorũ habetur interpretum. Et est sensus:Cùm venerit tempus,de quo dicitur:Tempore acce- Esa.49.c.
ptabili exaudiui te : tempus aduentus domini Iesu Christi: tunc ô deus pater cognoscet nomen tuũ,quod antè occultũ fuit hominibus,de quo dicit dominus in euãgelio:Pater re- Ioan.17.a.
uelaui nomen tuum hominibus. Quòd autẽ infertur: Cùm turbata fuerit anima mea:Apud Lxx.interpretũ editionem, cum posterioribus copulatur , vt possit legi : Cùm turbata fuerit anima mea in ira,& hucusq; distinctio:deinceps inferatur: misericordiæ recordaberis , quòd scilicet prophetæ sufficiat pro pœna sola conturbatio : & ad iram dei anima illi⁹ cõturbata,nequaq̃ inferatur suppliciũ,sed irã excludat misericordia.Habet aũt & ira dei mensuras:quantũ,& quã- M
to tẽpore,& ob quas causas,& quibus inferat:iuxta illud qđ scriptũ est:Cibabis nos pane lachrymarum : & potabis nos Psal.79.a
lachrymis in mensura.Quòd si propheta turbatur ad iram dei,& quia turbatus est impetrat misericordiam : quid nos sperare,imò timere debemus:quorum omnia opera dei digna sunt ira.Quòd autem sequitur iuxta Hebraicum:

d ¶ Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.) Non debemus putare obliuisci deum , & post iram suæ misericordiæ recordari : sed quòd nos eum in pœna positi putemus obliuisci : iuxta illud , Vsquequo domine obliuisceris Psal. 12.a.
me in finem?Nam & si quando tentationibus , quasi fluctibus operimur , & rapida dæmonum aduersus nos procella desæuit , velut ad dormientem loquimur : Exurge, quid dormitas domine ? Simulq; dei cerne clementiam : non dixit , cùm intuleris supplicia, misericordiæ recordaberis: sed , cùm iratus fueris . Qui autem irascitur : interdum non percutit , sed tantummodo comminatur : quod & Apostolus sentiens ait : Reuelatur enim ira dei de cœ- Rom.1.b.
lo super omnem impietatem & iniquitatem hominum . Vbi autem reuelatur , non infertur , non percutit : sed reuelatur vt terreat , & territis non inferatur .

SEP. Cap. III.

DOmine audiui auditũ tuum,& timui:domine cõsideraui opera tua,& obstupui: in medio duorũ animalium cognoscẽris . Cũ appropinquauerint anni,cognoscẽris. Cũ aduenerit tps,demõstraberis: cũ turbata fuerit anima mea,in ira misericordiæ recordaberis.

¶Deus ab

A a ¶ Deus ab Austro veniet:& sanct⁹ de mõte Pharan.&c.) Et Aquila,& Symmachus, & quinta æditio ipsum Hebraicũ posuerũt תֵּימָן: solus Theodotio quid significaret Theman interpretatus est,dicens:אֲלוֹהַּ,ab Austro veniet,& sanctus de monte Pharan,in finem. Ex quo intelligimus à solis Lxx. positum ἐξ ὄρους κατασκίου δασέος, id est,de mõte vmbroso & condenso.Sed & hoc quod Lxx. transtulerunt διάψαλμα: & nos posuimus semper: Symmachus interpretatus est εἰς ἀεὶ ἀιῶνα, id est, in ęternũ: Theodotio εἰς τέλος, id est, in finem : Quinta æditio ipsum Hebraicum סֶלָה.Deus ergo ab Austro veniet:id est,à Meridie,à clara luce,& ab his qui appellantur filij dierum. Vnde & in cantico canticorũ:Aquilonem sponsus abigit, & Austrum vocat,dicẽs:Exurge Aquilo,& veni Auster:perfla hortũ meũ, & fluãt aromata mea.Deus semper in Meridie est. Vbi,inquit,pascis vbi cubas? in Meridie.Et ad Abraham quando erat sub quercu,nõ venit de⁹ nisi in Meridie. Et Ioseph qui

a HEB.Deus ab Austro veniet: & sanctus de monte b Pharan. Semper. Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor ei⁹ vt lux erit: cornua in manibus eius. Ibi absco dita est fortitudo eius. Ante

B in typo prẽcessit saluatoris:cõuiuium fratribus facit Meridie.Agnitio ergo dei patris his q̃ digni sunt, venit in pleno lumine.Et agnitio sancti,id est,filij dei,venit de monte vmbroso & condenso.Mons vmbrosus atq; condensus: vel ipse pater intelligit, plenus virtutibus omniq; sapientia,& maiestate sua cuncta protegens,& extendens alas, & confouẽs pullos suos . Vel certè paradisus & cœlestia plena angelis, plena virtutibus,plena arboribus vberrimis.Atq; vtinam & mihi cõtingat vt ad vocem meam,& ad expositionem, deus veniat in claro lumine,& filius eius , de quo scriptum est: Sancti estote quoniam ego sanctus sum:de sublimitate eloquij vmbrosi & condensi,& scripturarum testimonijs hinc inde contexti:& patre simul filioq; veniente,fiat eorum auditor habitaculum,& compleatur scriptura, dicens:Ego & pater meus veniemus ad eũ,& mansionem apud eum faciemus.Sed quia pro monte vmbroso, & condenso in Hebręo scriptum est, mons פָּארָן ,& Pharan interpretatur os videntis: pulchrè iuxta interpretationẽ nostram , de eruditi sermone viri venit notitia filij,& non qualicunq; sermone: sed de eo qui plenus est lumine:plenus oculis , vt manifestus & purus ad aures audientiũ deferatur.Q uòd autẽ ait,de mõte:sublimia dogmata intellige.Audiui ego Hebræum istum locum ita differere:Q uòd Bethlehem sita sit ad Austrũ,in qua natus est dominus atq; saluator : & ipsum esse de quo

C nunc dicatur:Dominus ab Austro veniet:hoc est, nascetur in Bethlehem,& inde consurget . Et quia ipse qui natus est in Bethlehem,legem quondã dedit in monte Sinai : ipse est sanctus qui venit de monte Pharan: Pharan quippe vicinus est locus monti Sina.Et quod infert,diapsalma:id est,semper:habere sensum,ipse qui natus est in Bethlehem : & qui in Sina,id est,in monte Pharan,legem dedit: semper in vniuersis beneficijs,præteritis & præsentibus,& futuris author est & largitor. De diapsalmate,quod Hebraicè dicitur סֶלָה in psalterio plenius disputatũ est.Simulq; cerne iuxta Lxx. quòd diapsalma non ponatur,nisi in psalterio,& in præsenti loco:Ex quo intelligimus rectè à Lxx.orationis canticum prænotatũ. b ¶ Operuit cœlos gloria eius &c.) Pro eo quod Lxx.interpretati sunt, & posuit dilectionem robustã fortitudinis suæ:& nos diximus, ibi absc̃dita est fortitudo eius:Aquila transtulit,Et posuit absconsionem fortitudinis suæ:Symmachus,& posuit absconditã fortitudinem suã,solus Theodotio nostræ translationi congruens,ait:Et ibi absconsio fortitudinis ei⁹: Verbũ enim שָׁם pro qualitate loci, & posuit intelligit,& ibi:magisq; in præsenti loco,ibi legẽdum est:q̃,posuit:vt sit sensus & ordo sententiæ: Cornua in manibus eius:& subaudiatur,ibi,id est, in cornibus absc̃dita est fortitudo eius . Manifestum est aũt iuxta Hebraicũ

SEP.Deus à Themã veniet: & sanctus de mõte vmbroso & cõdenso.Diapsalma.Operuit cœlos virt⁹ ei⁹,& laudis ei⁹ plena est terra , & splẽdor eius quasi lux erit:cornua in manib⁹ ei⁹:& posuit dilectio nẽ robustã fortitudinis suæ. Ante

quòd in aduentu Christi cuncta repleta sint gloria,secundũ illud quod in euangelio dicitur:Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis.Et alibi: Pacem fecit in cœlis,& in terra per sanguinem crucis,& sedit in dextera magnitudinis:velociter eñ currit sermo eius.Et alibi:Domine dominus noster , q̃ admirabile est nomen tuum in vniuersa terra . Et rursum in psalmo decimooctauo : In omnem terrã exiuit sonus eorum , & in fines orbis terrę verba eorum. Splẽdor quoq; eius,quasi sol iustitiæ,clara luce radiauit:& cornua in manibus eius , vexilla & trophæa crucis : & in ipsis cornibus absc̃dita est fortitudo eius.Cùm eñ esset in forma dei, nõ rapinã arbitratus est æqualem se esse deo:sed exinaniuit se,formã serui accipiens:factus est obediens patri vsq; ad mortẽ , mortem autẽ crucis.In cruce ego pauliper absc̃dita est fortitudo eius,quãdo dicebat ad patrẽ: Tristis est anima mea vsq; ad mortem.Et,pater si possibile est,transeat iste calix à me.Et in ipsa cruce:Pater,in manus tuas cõmendo spiritum meũ. Porrò iuxta Lxx.in eo quod dictum est:Operuit cœlos virtus eius : nosse debemus minus esse quod operitur , ab eo quod operit:si tamen totũ operiatur, & non ex parte quod opertum est.Cùm ergo virtus dei operiat cœlos, maior est cœlis virtus eius, qua operiuntur cœli. Cœlos autẽ eos esse qui portent imaginem supercœlestis,& qui enarrent gloriã dei,crebrò legimus:Virtutem quoq; dei dominum saluatorem,Apostolus probat:Christus dei virtus,& dei sapientia. Hæc virtus omnium specialium virtutum quasi mater est: Verbi gratia:appellatur virtus,sapientia,fortitudo,iustitia, temperantia,veritas, sanctitas, redemptio . Christus autem factus est nobis à deo sapientia,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio.Hæ igitur speciales virtutes,in quibus Christus ostenditur:secundum profectum eorum qui eum vel sapiẽtiam recipiunt,vel fortitudinem,vel iustitiam,& cętera huiusc̃modi,cõtinentur in generali virtute dei:hoc est in domino saluatore : atq; in hunc modum & de terra intelligimus:quòd qui primùm propter imaginem terreni terra vocabantur,& dicebatur ad eos:Terra es,& in terram ibis : in aduentu saluatoris laude domini repleantur . Cùm autem & cœli virtute dei operti fuerint : protecti videlicet & ex omni parte vestiti,& vniuersa terra repleta laude dei: tunc splendor eius vt lux erit.Imaginem autem dei & splendorẽ gloriæ eius,esse deum saluatorẽ,Apostolus non tacet:Q ui postq̃ nobis apparuit splendor gloriæ dei , reuersus est ad pristinam maiestatem . Etsi enim noueramus Christum secundum carnẽ:sed iam non nouimus eum iuxta carnẽ,verũ iuxta spiritũ:Q uia quod factũ est , in ipso vita erat, & vita erat lux hominũ:quod & manifestius in euangelio saluator ostendens ait:Pater glorifica me gloria quã habui apud te, priusq̃ mundus fieret:vt post ascensionẽ ad cœlos,sit splendor quod lux:hoc est,id incipiat filius esse quod pater est. Q uod aũt sequitur:Cornua in manibus eius:moris est scripturarum,vt semper cornua pro regnis ponant.Nam & illud quod Anna loquitur in primo Regnorũ libro:Exaltauit cornu Christi sui:magnificentiã regni saluatoris significat. Et in Daniele,decem cornua,decem regna demõstrant. Sic autem nunc dicitur: Cornua in manibus eius : quomodo & alibi scriptum legimus:Cor regis in manu dei:pro eo quod est,mens & principale cordis viri sancti , qui pergit ad regna cœlorum , qui adhuc positus in terra regnat , corpori atq; peccatis , non vagatur extrinsecus, sed in dei tutela situs est.Q uia verò & in Hebræo,& in cæteris æditionibus, non habet scriptũ,cornua in manibus eius: sed in manu ei⁹, quod dicitur יָדוֹ manum dei fortem atq; robustam intelligamus filium eius.Et in hac manu omnia regna cœlorum: eorumq;

a Pharan. Cant. 4.d Ibidẽ. 1.b. Gen. 18.a. &.43.g. Leui.19.a. &.20.b. Ioã. 14.c. D Luc.2.b. Psal. 147.a. Psal.8.a. Philip.2.a Mat.26.d Luc. 23.f. E 1.Cor.1.d. Gen.3.d. F Heb.1.a. 2.Cor.5.c Ioan.1. Ioan. 17.a 1.Reg.2.a Dan. 7.b. Prou.21.a

G eorumq; qui ad cœlos nituntur aſcendere, poſita eſſe dicamus:quod & Eſaias ſonat,dicens: Vinea facta eſt dilecto in cornu,in loco vberi:pro eo quod eſt,in regno. Ob hanc puto cauſam nullum cornutum animal inter immunda poni in Leuitico,& idipſum ſignificare vnicornem in pſalmis, ſiue ξινοκερότα:& illud:In

Eſa.5.a.
Pſal.49.c &.91.b.
Pſal.43.b

tẽ inimicos noſtros vẽ tilabim⁹ cornu. Quòd autem iuxta Lxx.legimus,& poſuit dilectionem fortẽ virtutis ſuę: etiam hoc de Chriſto intelligẽdum eſt,quòd de⁹ pater idcirco cooperuit cœlos virtute ſua,& terram repleuerit laude,& ſplendorẽ ſuum fecerit eſſe vt lumen,& regnum poſuerit in manu filij ſui,vt

a HEB. Antẽ faciem eius ibit mors,& egredietur dia bolus ante pedes eius. Stetit, & mẽſus eſt terram: aſpexit & diſſoluit gentes, & contriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mũdi,ab itineribus ęternitatis ei⁹. Prõ iniqtate vidi tẽtoria Aethiopiæ:turbabunt pelles terræ Madian. Nunquid

SEP. Ante faciẽ eius ibit verbũ,& egredietur in cãpum poſt pedes ei⁹. Stetit, & cõmota eſt terra: Aſpexit, & diſtabuerunt gẽtes: cõtriti ſunt mõtes violentia: tabuerunt colles ſeculi itineris ſempiterni ei⁹. Pro laboribꝰ vidi tabernacula Aethiopũ: pauebũt & tabernacula terræ Madian. Nunquid

K

faceret dilectum ſuum ab hominibus diligi, & diligi nõ leuiter,ſed vehementer & fortiter, vt qui eum fortiter dilexiſſent & hærerent in dilectione eius: nemo tolleret eos de manu illius. Econtrario diabolus facit amare nos mundum, & pro dilectione virtutis diligere vitia, & non leuiter, ſed fortiter,ita vt de nobis poſſit dici: Et poſuit diabolus dilectionem fortem vitiorum ſuorum. a ¶ Ante faciem eius

H

ibit &c.)Pro eo quod nos tranſtulimus mortem,in Hebręo tres literæ poſitæ ſunt,ר ב ר,abſq; vlla vocali:quæ ſi legãtur דֶּבֶר verbum ſignificant:ſi דֶּבֶר peſtem, quæ Græcè dicitur λοιμός. Deniq; & Aquila ita interpretatus eſt: Ante faciem eius ibit peſtis:Symmachus: Ante faciem eius præcedet mors: Quinta æditio: Ante faciem eius ambulabit mors:Soli Lxx. & Theodotio, ſermonem pro morte interpretati ſunt. Nec non in conſequenti verſiculo,vbi diximus: Egredietur diabolus ante pedes eius:& Lxx.aliter tranſtulerunt:iuxta quos poſtea diſputabimus. Aquila pro diabolo tranſtulit,volatile: Symmachus autem & Theodotio, &

Mat.12.d.

Quinta æditio,volucrem:quod Hebraicè dicit רְשָׁף. Tradunt autem Hebræi: quomodo in euangelio, princeps dæmonum dicitur eſſe Beelzebub: ita Reſeph dæmonis eſſe nomen,qui principatum teneat inter alios. Et propter nimiam velocitatem atq; in diuerſa diſcurſum,auis & volatile nuncupetur: Ipſumq; eſſe qui in paradiſo ſub figura ſerpentis mulieri ſit locutus,& ex maledictione qua à deo cõdemnatus eſt accepiſſe nomen: Siquidem Reſeph: reptans vẽtre interpretatur. Hoc eſt ergo quod dicitur:ſtatim cùm

Reſeph dæmon.
Matt.3.d.

venerit dominus & in Iordane fuerit baptizatus: & ad co-

I

lumbæ deſcenſum vox patris intonuerit: Hic eſt filius meus dilectus,in quo mihi complacui: exeunti de aquis occurrit diabolus:& ante pedes illius ſtabat mors, & coluber antiquus,qui quadraginta diebus tentauit eum in ſolitudine. Si autem iuxta Lxx.legerimus (ante faciem eius ibit verbum, & egredietur in campos poſt pedes ei⁹)hoc ſignificat,quòd ſermo dei ante viſionem eius,quę nunc allegoricè facies dicitur,præcedat & præparet corda credentium: vt parua in rectum,& inæqualia ſternat in planum. Et auditoris anima quaſi conſectus ager,ſemẽtem poſſit recipere ſpiritualem. b ¶ Stetit & menſus eſt terram:aſpexit &c.)Stans ſaluator & cuncta perſpiciens, & oculo ſuo vniuerſitatẽ mundi metiens,gentium multitudinem diſſipauit: quibus diſſipatis & diſſolutis,cõtriti ſunt montes huius ſeculi:& incuruati ſunt colles huius mundi. Sunt enim & alij montes & colles, quos ſalit & tranſilit ſponſus in cantico canticorum: de quibus

Cant.2.b.

& in ſecũdo graduum pſalmo dicitur: Leuaui oculos meos

Pſal.120.a

in montes:vnde veniat auxilium mihi. Montes autem ſeculi ipſi ſunt qui & montes tenebroſi:de quibus Hieremias præ-

Hier. 31.b

cepit: ne impingantur pedes noſtri ſuper eos. Iſti ſunt col-

1.Reg. 22.c.

les in quibus regnabat Saul, quando interficiebat ſacerdotes dei:Gabba quippe collis interpretatur. Et eleganter in-

גִּבְעָה

curuati ſunt,inquit,colles mundi. Ante aduentũ quippe ſaluatoris erecta ceruice gradiebantur, & ſuperbiam eorum humiliare nemo poterat. Contriti autem ſunt & incuruati ab itineribus æternitatis eius,id eſt,dei:quia æternitas illius ad nos venire dignata eſt,ſiue quòd ſemp à principio mundi vſq; ad incarnationem ſuam venerit ad ſanctos,& factus ſit in ſingulorum manu ſermo dei: atq; in vniuerſis vincentibus ipſe ſuperarit,& ęternum eius iter incuruauerit: colles monteſq; contriuerit. Hæc per metaphorã iuxta Hebraicũ dicta ſint:Porrò ſecundum Septuaginta poſtquam faciẽ dei ſermo præceſſerit, & egreſſus fuerit ī plana: deus pater venit illuc,vbi ei ad ſermonem ſuum regio præparata eſt:& venit poſt pedes ſermonis ſui,& ſtat:nunquam antè præcedens, ſed ſemper expectans:vt ille ſibi muniat viam. Vbi autem ſteterit iuxta pedes ſermonis ſui:ibi ſtatim terra,opera videlicet carnis, & corporum non valentia ſuſtinere dei præſentiam commouentur: Cumq; commota fuerint: virtus ſermonis & præ-

L

ſentia dei reſpicit cunctas animæ gentes: quas cogitationes & multiplices in diuerſa ſententias poſſumus intelligere, quæ illico diſſoluuntur ac tabeſcunt: Si quid etiam aduerſum ſcientiam dei ſe exaltauerat in terra, & ſenſum occupauerat audientis:hoc præcedente ſermone, & aduentum dei confringetur atq; conteritur. Montibus autem confractis contritiſq; ad aſpectum dei, colles liquidò conſumentur,& redigentur ad nihilum. Non enim ſunt montes dei, ſed mõtes ſeculi. Sempiternũ enim iter dei ea reſpiciens,ad quæ ſuus ſermo præcedit:& ea collibus ſeculi,conſumet & deſtruet eos. Poſſunt autem montes & dæmones intelligi, qui verſantur in hæreticis:& eleuant ſe contra ſcientiã dei: colles quoq; alię dæmonum fortitudines,quę faciunt homines corporũ pulchritudinẽ,dignitates,diuitias, nobilitatem generis, cæteraq; mundi bona admirari. Licet videre poſt aduentum ſermonis dei,& dei patris præſentiam:quomodo humanæ animæ cõmoueantur,& omne quod terrenum eſt diſſoluatur,& cogitationes priſtinę redigantur ad nihilum. Tunc deſtruuntur dęmones,tunc ſeculi altitudines ad nihilum deducuntur,& omnes hæretici, quorum ſcientia, quæ primũm tumebat,ad dei ſermonis aduentũ humiliatur, cõteritur atq; conſumitur. Et quod prius pulchrum & maximum videbatur,quaſi deſpectũ abijcitur & paruum. Et hoc

M

fit propter aduentum dei & hoſpitium Chriſti: iuxta quod alibi ſcriptum eſt:Inhabitabo in eis, & inambulabo, & ero

Leuí.26.b

deus eorum,& ipſi erunt mihi populus. c ¶ Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ: turbabuntur &c.) Aethiopes tetri & amãtes tenebras,& ab omni luce alieni: qui draconis carne veſcunt:de quo ſcriptũ eſt:Dediſti eum eſcam populis Aethiopibus:dæmones intelliguntur:quorũ fit tabernaculum quicũq; in hoc ſeculo propter honores & diuitias laborarit:quod ſignificãter ſub vno verbo iniquitatis oſtẽditur,omnis eñ dies,aut iniqu⁹,aut hæres iniqui eſt. Vide homines maria tranſire:ante potentum excubare fores:pati omnia quæ ſeruorũ conditio vix patitur:vt diuitias cõgregent,vt aliquã accipiant dignitatẽ:Et poſtq̃ hoc fuerint cõſecuti,tradere ſe luxuriæ & voluptatib⁹ & omni iniquitati: vt quod auaritia congregauit, luxuria conſumat. Iſti ergo pro laboribus ſuis efficiuntur hoſpitium dæmonum,& qui tẽplum dei eſſe debebant, fiunt tabernaculum Aethiopum. Sed & hoc quod ſequit:Turbabuntur pelles terrę Madian: ſiue pauebunt & tabernacula terrę Madian:eoſdẽ intellige tabernacula Aethiopũ, & tabernacula terrę Madian. Poſtq̃ enim ditati fuerint, & per fas ac nefas ad altiſſimum gradum conſcenderint,tunc conſcientia peccatorũ ſuorũ,ſemper mortem

Pſal. 73.c

A per mortem,ſemper iudicium formidabũt, & ad leuem febriculam,quaſi latrones in carcere:ita de æternis ſupplicijs
בְּרִין ſuſpirabunt. Madian autem in lingua noſtra ſonat, ex iudicio:id eſt,in condemnationem,& oſtenditur quòd metu iudicij æternarumq; pœnarum ſemper in formidine ſint: & cruciatus quos ſentiunt ſe mereri, pauore quotidiano ſuſtineãt.

a HEB. Nũnquid in fluminib⁹ iratus es domine: aut in fluminibus furor tuus: vel ī mari indignatio tua? qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcũ tuũ: iuramẽta tribub⁹ quæ locutus es. Semper. fluuios

a ¶ Nunquid in fluminibus iratus es domine : aut in fluminibus furor tuus: &c.) Vbi Septuaginta diapſalma:& Aquila,ſemper:cæteri vt ſuprà ſimiliter tranſtulerunt. Et quia ad tropologicam interpretationem feſtinat oratio:breuiter ſecundum literam ſenſum capituli comprehendens,pergam ad reliqua. Sicut Iordanem,& mare ſiccaſti rubrum, pro nobis dimicans: non enim fluminibus & mari iratus es,aut quicq̃ inſenſibilia offenſionis contrahere potuerunt:ita nunc quadrigas conſcendes tuas, arcumq; corripiens,ſalutem dabis populo tuo , & iuramenta
B quæ iuraſti patribus noſtris, & tribubus explebis in ſempiternum. Quod autem dicit . Nunquid in fluminibus iratus es domine,aut in fluminibus furor tuus,vel in mari impetus tuus?dicit ambiguè , & interrogantis magis eloquio q̃ probantis. Sunt enim & bona flumina , ſunt & mala . Eſt mare peſſimum,& eſt mare optimum. Bonorum fluminum illud
Pſal. 45.a exẽplum eſt:Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei: Et
Ioan. 4.b. quòd quí de aqua domini biberit: fluent de ventre eius flumina aquę ſalientis in vitam æternam. Malorum illud quod
Eze. 29.a. Pharao loquitur in Ezechiel:Mea ſunt flumina , & ego feci illa:in quibus draco habitat:& multa his ſimilia. Quòd autem mare in bonam partem accipiatur : pſalmus viceſimus tertius teſtimonio eſt, in quo tropologicè de eccleſia dicitur,ἡ οἰκουμένη,id eſt,orbis terrarum: Domini eſt terra,& plenitudo eius:orbis terrarum,& omnes qui habitant in eo, ipſe ſuper mare fundauit eum,& ſuper flumina præparauit illum:id eſt,orbem. Quòd autem à domino fundatur ſuper flumina ,& præparatur ſuper mare: vtiq; in bonam partem accipitur . Necnon & illud quod de vinea dicit quæ tranſ-
Pſal. 79.b lata eſt de Aegypto: Extẽdiſti propagines eius vſq; ad mare,&c. puto quòd in bonam partem poſſit accipi. Et dicim⁹ verba diuina quæ manifeſtiora ſunt, & quaſi potum ſitientibus præbent,hæc dici flumina. Ea autem quæ plena ſunt
C ſacramentis,& in profundo poſita:de quibus dicit Apoſto-
Rom. 11.d lus:O profundum ſapientiæ & ſcientiæ dei. Et propheta cõ
Pſal. 129.a ſonat : De profundis clamaui ad te dñe:mare in ſcripturis appellari . Hoc de eo quòd poſſit & mare in meliori parte ſentiri. Quòd autem accipiatur,& in cõtrario, multa teſti-
Pſal. 103.c monia ſunt:de quibus illud & in pſalmis eſt:Hoc mare magnum & ſpacioſum:ibi naues pertranſibunt: animalia parua cum magnis: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Et de euangelio quãdo ſaluator increpuit ventos & ma-
Mar. 4.d. re,& dixit ei:Tace & obtumeſce. Quod enim increpatur,
Zacha. 3.a malũ eſt:iuxta illud Zachariæ:Increpet dominus in te diabole. Et ad Timotheum:argue, conſolare & increpa . Pro-
2. Timo. 4.a. pheta itaq; ſciſcitante:Nunquid in fluminibus iratus es domine,aut in fluminibus furor tuus,vel in mari impetus tu⁹? nos dicamus ſi Aegypti flumina ſunt; & mare rubrum atq; ſanguineum:iraſcitur dominus & percutit ea,& toto impetu fertur in gurgites,eleuantes ſe contra ſcientiam dei. Vn-
Pſal. 113.a. de mare vidit & fugit, præſentiam dei ferre non ſuſtinens: Et Iordanis reuerſus eſt retrorſum , cedens gloriæ populi tranſeuntis,qui & ab Helia ſcinditur & ab Heliſęo. Vt autem manifeſtius loquar,hæreticorum eloquentiam quæ cõtra veritatem & eccleſiã fluit, intellige flumina,quibus iraſcitur dominus . Animas verò eorũ qui circunferũtur omni vento doctrinæ:& ſemper malitia fluctuant,& falſis gurgi-

SEP. Nunquid in flumini bus iratus es domine : aut in fluminibus furor tuus : vel in mari impetus tuus? Qui aſcendes ſuper equos tuos: & equitatio tua ſal⁹: intendens extendes arcum tuum ſuper ſceptra , dicit dominus . Diapſalma. fluuijs

tibus obruuntur , animaduerte mare : ſuper quod impetus D domini fit: vt ſentiat eius aduentum, & ſciat quibus terminis & obice concludatur,& audiat : In te cõterentur fluctus tui. Quòd ſi bona ſunt flumina & bonum mare: lauatur in illis leſus,& eccleſiam ſuam ſuper huiuſcemodi mare collocat. Poſt hæc ſequitur: Qui aſcendes ſuper equos tuos,& equi tatio tua ſalus. Quæro equos ſuper quos aſcendat dominus: & puto non eſſe alios niſi ſanctorum animas: ſuper quas aſcendit ſermo diuinus : vt & ipſas ſaluet , & alios per eas . Ponamus equorum exempla:Spõſus loquitur in cantico cãticorum:Equitatui meo in curri- Canti. 1.a.
bus Pharaonis aſſimilaui te proxima mea. Non quòd Chriſtus eccleſiam,vel ſermo dei animam quam ſponſam ſuam vocat,quadrigis comparet Pharaonis: ſed quòd omnis anima quanuis ſancta ſit atque perfecta, ad deum comparata, quaſi currus Pharaonis ſit, & iumentum . Vnde & Moyſes loquitur ad dominum:Ego autem ſum ἀλόγος:id eſt,irra- Exod. 4.c
tionalis. Et Dauid: Vt iumentum factus ſum apud te . Non Pſal. 72.
quòd abſolutè iumentum ſit : ſed quòd apud deum iumen- E
tum ſit. His equis illi contrarij ſunt quos habet Pharao , & de quibus dicitur:Equum & aſcenſorem proiecit in mare: Exo. 15.a.
huiuſcemodi equitatio non ſalus eſt , ſed perditio . Quæramus & alios equos, quibus aſcendit dominus : In quarto 4.Re. 6.c
Regnorum libro legimus ſurrexiſſe mane miniſtrum Heliſęi , & egreſſum vidiſſe exercitum ambientem ciuitatis muros,& equos & currus. Et poſtquam ad preces prophetæ aperti ſunt oculi eius : Aſpexit,inquit,& ecce mons plenus equis,& quadrigæ igneæ in circuitu Heliſęi . Diligenter attende quòd equi videantur & currus,& tamen in tantis milibus equorum & curruum nullus aſcenſor : horum equorum ille erat auriga & ille rector,de quo pſalmiſta canit : Qui ſedes ſuper cherubim,oſtendere . Talibus equis, Pſal. 79.a
taliq; curru & Helias raptus ad cœlum eſt . Si quis autem de Zacharia vult diſcere qui ſint equi rufi:& qui nigri, & 4. Re. 2.b
qui varij,& qui albi egredientes de myrthetis , & de mon- Zach. 1.b.
tibus in profundo poſitis,ſiue vt in Septuaginta ſcriptum eſt, æreis: In ipſo propheta, ſi vitæ dominus ſpaciũ dederit,conabimur explanare. Vidit & Ioannes equos candidos, Apo. 6.a.
& ſeſſores eorum:è quibus corpora in gloria reſurgentium puto eſſe equos candidos: ſeſſores autem , ſanctorum animas. Si quis verò peccator eſt , & mei ſimilis: ſedebit in e- F
quo nigro, & dicetur de eo : Dormitauerunt omnes qui a- Pſal. 75.b
ſcenderunt equos . De talibus equis ſcriptum eſt : Fallax Ibid. 32.d.
equus ad ſalutem : caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum , & ſapientia eius inimica eſt deo . Hoc dictum ſit de Gala. 5.c.
his qui corpora diligunt,& in nigris ſedent equis. Nos autem animas noſtras in equos , & in currus domini præparemus: qui aſcendit in Paulo , aſcendit in Petro : & in huiuſcemodi curribus equitans , totum luſtrauit orbem. Intendens quoque arcum ſiue ſagittas ſuas: ſceptra, id eſt, regna aduerſum quæ Hieremias miſſus eſt, eradicauit, de- Hier. 18.a.
ſtruxit & perdidit : fecitq; vt non regnaret peccatum in mortali noſtro corpore . Sceptra autem , id eſt , regna diaboli, quæ oſtendit & domino : intellige diuerſa peccata , auaritiam , luxuriam , iracundiam , detractionem, furta , periuria : aduerſum quæ ſermo dei ſedens in equis, & in curribus ſuis intendit fulgoris ſui contorta ſpicula : & interim non emittit : vt qui ad extentum arcum territus fuerit , emiſſionem non ſentiat ſagittarum . Et hoc facit ſemper : quod Aquila interpretatus eſt , pro diapſalmate. Semper enim ſedit in ſanctis ſuis: ſemper armatus eſt . Et acutas ſagittas in linguis eorum præparans equitat, & huc illucq; diſcurrit in orbis ſalutem.

Fluuios

G a ¶Fluuios ſcindes terræ.) Quia ſuſcitauit dominus arcũ ſuum,vt tribubus iuramenta redderet quæ locutus eſt:Cõſequenter dicitur,fluuios ſcindes terræ: id eſt, reges terræ aduerſum tuum populum dimicantes, diuides atq; diſperges. Iuxta Lxx.autem,qui dixerunt:Fluuijs ſcindetur terra: primũm ponamus exemplum: vt hoc quaſi gradu ad altiora veniamus. Legimus in his qui de mirabilibus confecerunt volumina, & qui Olympiadas Græciæ ad noſtram vſque memoriam perduxerunt, exponentes quid in ſingulis annis noui acciderit in mũdo:quòd inter cætera terræmotu eruperint flumina,quæ antè non fuerant:& rurſum alia abſorpta ſint, & peſſum ierint:quòd ſcilicet omnes terrarum venæ, quaſi in humano corpore ſanguinẽ,ita in ſe habeant latentes aquas, quæ terræ concuſſione rumpantur,& manent flumina. Hoc ſi intelleximus, videamus animam humanam habere in ſe naturaliter aquas & fluuios, & per ſocordiam noſtram eos eſſe abſconditos,& non fluere. Cùm autem ad prædicationem ſermonis dei concuſſa fuerit, & de priori ſtatu mota,tunc erumpere quod latebat, & in refectionem potantiũ fluere. Hoc ipſum reor & illud ſignificare in Geneſi quòd fodiũtur putei a ſeruis Iſaac, quos ab Abraham factos Philiſtijm terra obruerant. Quamdiu viuit Abraham, putei illius non clauduntur:illo autem mortuo, & puteis obturatis:ſi ſerui fodiant, contradicunt Philiſtijm,& iurgium eſt. Si verò ipſe veniat Iſaac,& fodiat puteum,& inueniet aquã, Philiſtijm non valent contradicere. Vide Petrũ & Paulum, & de puteis Chriſti fluuijſq; non ambiges. Cerne omnes apoſtolos: & iam non quatuor flumina: ſed duodecim fluuios intelliges exire de paradiſo ſcripturarũ. Iſti fluuij antequam terra commoueretur latebãt: Et cùm eſſent in terræ venis,ſitientibus pocula non præbebant. Poſtq; verò ad aduentum Chriſti orbis,& omnis terra concuſſa eſt:ſubitò proruperunt,tunc completum eſt: Poſuit flumina in deſertum:& exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem:à malitia habitantium in ea. Poſuit deſertũ in paludes aquarum,& terram ſine aqua in fontes aquarũ, & habitare fecit ibi eſurientes,& conſtituerunt ciuitatem ad habitandum. Poſtquàm enim dominus venit in mundũ, & cõpletum eſt illud quod dixit in euangelio: In iudicium ego in mundum iſtum veni:vt qui non videbant viderent,& qui videbant cæci fierent: Tunc terra Iſrael de qua fluuij antè manabant,& irrigabant vniuerſum Iudææ populum aruit, & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus aute orbis qui erat deſertus & ſterilis,& aquas prædicationis dominicę nõ habebat:verſus eſt in paludes aquarum:& quot doctores emiſit,tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus videlicet atq; fluminibus irrigare orbis populos,ſed in vnaquaq; prouincia eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis dei,in vnum populum congregantes extruxerunt eccleſiam: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum,& quam lętificat impetus fluminis. b ¶ Viderunt te &c.) Solã noſtrã ęditionem poſu.mus,vt iuxta eam,id eſt,iuxta Hebraicum texentes conſequentiam loci,poſtea Lxx.commaticè per capitula diſſeramus. Viderunt te deus,& doluerunt mõtes: excelſa ſcilicet regna:& ſublimes huius ſeculi potẽſtates:& quadrigæ quatuor in Zacharia, quæ egrediuntur de montibus æreis:hæ te viderunt & intremuerunt. Et gurges aquarum tranſijt:hoc eſt,omnis eorũ impetus, & pei ſecutio qua vexabant populũ tuum,poſtq; te viderunt tranſijt. Tunc abyſſus,hoc eſt,inferi laudauerunt te: tunc etiam ſuperi,id eſt, angeli in plauſum ſuis manibus concreparunt: vt victorem veluti geſtu quodam & tripudio eleuatarum manuum demonſtrarent. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor quo prius illuxeras populo tuo,& malorum poſtea pondere,vniuerſa fuerant tenebrarum horrore cooperta, receperunt lumen ſuum,& priſtinum habuere fulgorem. Sagittę tuę & fulgurans haſta tua,id eſt, plagæ tuæ & eruditio tua,lumen tuo populo præbuerunt. Deniq; in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore haſtæ tuæ,quæ eos ad hoc corripuit vt emendaret,ambulauit populus tuus in fremitu tuo. Quando ergo populi tui vindicabis iniuriam, terrena regna calcabis, & omnes gẽtes admirari facies,quia egreſſus es in ſalutẽ populi tui,& veniſti ad eos cum Chriſto tuo:licèt in Hebraico ſcriptum ſit: Egreſſus es in ſalutem populi tui cũ Ieſu Chriſto tuo:ſiue cũ ſaluatore tuo: יְשׁוּעָה enim ſaluator interpretatur. Veniente autẽ Ieſu Chriſto filio tuo, percuſſiſti antichriſtũ de domo impij:hoc eſt in hoc ſeculo,quod in maligno poſitum eſt:ſiue ipſum diabolum percuſſiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentũ eius vſq; ad collũ,id eſt abſcondita eius aperta feciſti,non ad breue tẽpus,ſed in perpetuũ:hoc eſt ſignificat סֶלָה ,id eſt,ſemper.

H fodiũtur putei a ſeruis Iſaac, quos ab Abraham factos Philiſtijm terra obruerant. Quamdiu viuit Abraham, putei illius non clauduntur:illo autem mortuo, & puteis obturatis:ſi ſerui fodiant, contradicunt Philiſtijm,& iurgium eſt. Si verò ipſe veniat Iſaac,& fodiat puteum,& inueniet aquã, Philiſtijm non valent contradicere. Vide Petrũ & Paulum, & de puteis Chriſti fluuijſq; non ambiges. Cerne omnes apoſtolos: & iam non quatuor flumina: ſed duodecim fluuios intelliges exire de paradiſo ſcripturarũ. Iſti fluuij antequam terra commoueretur latebãt: Et cùm eſſent in terræ venis,ſitientibus pocula non præbebant. Poſtq; verò ad aduentum Chriſti orbis,& omnis terra concuſſa eſt:ſubitò proruperunt,tunc completum eſt: Poſuit flumina in deſertum:& exitus aquarum in ſitim: terram fructiferam in ſalſuginem:à malitia habitantium in ea. Poſuit deſertũ in paludes aquarum,& terram ſine aqua in fontes aquarũ, & habitare fecit ibi eſurientes,& conſtituerunt ciuitatem ad habitandum. Poſtquàm enim dominus venit in mundũ, & cõpletum eſt illud quod dixit in euangelio: In iudicium ego in mundum iſtum veni:vt qui non videbant viderent,& qui videbant cæci fierent: Tunc terra Iſrael de qua fluuij antè manabant,& irrigabant vniuerſum Iudææ populum aruit, & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus aute orbis qui erat deſertus & ſterilis,& aquas prædicationis dominicę nõ habebat:verſus eſt in paludes aquarum:& quot doctores emiſit,tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus videlicet atq; fluminibus irrigare orbis populos,ſed in vnaquaq; prouincia eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis dei,in vnum populum congregantes extruxerunt eccleſiam: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum,& quam lętificat impetus fluminis. b ¶ Viderunt te &c.) Solã noſtrã ęditionem poſu.mus,vt iuxta eam,id eſt,iuxta Hebraicum texentes conſequentiam loci,poſtea Lxx.commaticè per capitula diſſeramus. Viderunt te deus,& doluerunt mõtes: excelſa ſcilicet regna:& ſublimes huius ſeculi potẽſtates:& quadrigæ quatuor in Zacharia, quæ egrediuntur de montibus æreis:hæ te viderunt & intremuerunt. Et gurges aquarum tranſijt:hoc eſt,omnis eorũ impetus, & pei ſecutio qua vexabant populũ tuum,poſtq; te viderunt tranſijt. Tunc abyſſus,hoc eſt,inferi laudauerunt te: tunc etiam ſuperi,id eſt, angeli in plauſum ſuis manibus concreparunt: vt victorem veluti geſtu quodam & tripudio eleuatarum manuum demonſtrarent. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor quo prius illuxeras populo tuo,& malorum poſtea pondere,vniuerſa fuerant tenebrarum horrore cooperta, receperunt lumen ſuum,& priſtinum habuere fulgorem. Sagittę tuę & fulgurans haſta tua,id eſt, plagæ tuæ & eruditio tua,lumen tuo populo præbuerunt. Deniq; in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore haſtæ tuæ,quæ eos ad hoc corripuit vt emendaret,ambulauit populus tuus in fremitu tuo. Quando ergo populi tui vindicabis iniuriam, terrena regna calcabis, & omnes gẽtes admirari facies,quia egreſſus es in ſalutẽ populi tui,& veniſti ad eos cum Chriſto tuo:licèt in Hebraico ſcriptum ſit: Egreſſus es in ſalutem populi tui cũ Ieſu Chriſto tuo:ſiue cũ ſaluatore tuo: יְשׁוּעָה enim ſaluator interpretatur. Veniente autẽ Ieſu Chriſto filio tuo, percuſſiſti antichriſtũ de domo impij:hoc eſt in hoc ſeculo,quod in maligno poſitum eſt:ſiue ipſum diabolum percuſſiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentũ eius vſq; ad collũ,id eſt abſcondita eius aperta feciſti,non ad breue tẽpus,ſed in perpetuũ:hoc eſt ſignificat סֶלָה ,id eſt,ſemper.

I & fontes illius obturati ſunt. Vniuerſus aute orbis qui erat deſertus & ſterilis,& aquas prædicationis dominicę nõ habebat:verſus eſt in paludes aquarum:& quot doctores emiſit,tot habuit & fontes. Nec ſufficit eis, fontibus videlicet atq; fluminibus irrigare orbis populos,ſed in vnaquaq; prouincia eos qui eſuriebant & patiebantur famem ſermonis dei,in vnum populum congregantes extruxerunt eccleſiam: quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum,& quam lętificat impetus fluminis. b ¶ Viderunt te &c.) Solã noſtrã ęditionem poſu.mus,vt iuxta eam,id eſt,iuxta Hebraicum texentes conſequentiam loci,poſtea Lxx.commaticè per capitula diſſeramus. Viderunt te deus,& doluerunt mõtes: excelſa ſcilicet regna:& ſublimes huius ſeculi potẽſtates:& quadrigæ quatuor in Zacharia, quæ egrediuntur de montibus æreis:hæ te viderunt & intremuerunt. Et gurges aquarum tranſijt:hoc eſt,omnis eorũ impetus, & pei ſecutio qua vexabant populũ tuum,poſtq; te viderunt tranſijt. Tunc abyſſus,hoc eſt,inferi laudauerunt te: tunc etiam ſuperi,id eſt, angeli in plauſum ſuis manibus concreparunt: vt victorem veluti geſtu quodam & tripudio eleuatarum manuum demonſtrarent. Sol tuus & luna, & omnis ſplendor quo prius illuxeras populo tuo,& malorum poſtea pondere,vniuerſa fuerant tenebrarum horrore cooperta, receperunt lumen ſuum,& priſtinum habuere fulgorem. Sagittę tuę & fulgurans haſta tua,id eſt, plagæ tuæ & eruditio tua,lumen tuo populo præbuerunt. Deniq; in luce ſagittarum tuarum, & in ſplendore haſtæ tuæ,quæ eos ad hoc corripuit vt emendaret,ambulauit populus tuus in fremitu tuo. Quando ergo populi tui vindicabis iniuriam, terrena regna calcabis, & omnes gẽtes admirari facies,quia egreſſus es in ſalutẽ populi tui,& veniſti ad eos cum Chriſto tuo:licèt in Hebraico ſcriptum ſit: Egreſſus es in ſalutem populi tui cũ Ieſu Chriſto tuo:ſiue cũ ſaluatore tuo: יְשׁוּעָה enim ſaluator interpretatur. Veniente autẽ Ieſu Chriſto filio tuo, percuſſiſti antichriſtũ de domo impij:hoc eſt in hoc ſeculo,quod in maligno poſitum eſt:ſiue ipſum diabolum percuſſiſti, qui impietatis caput eſt, & denudaſti fundamentũ eius vſq; ad collũ,id eſt abſcondita eius aperta feciſti,non ad breue tẽpus,ſed in perpetuũ:hoc eſt ſignificat סֶלָה ,id eſt,ſemper.

K

L

M

a HEB. Fluuios ſcindes
b terrę. Viderunt te,& doluerunt montes:gurges aquarum tranſijt: dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo
SEP. fluuijs ſcindetur terra. Videbũt te,& dolębunt
c (ſiue parturiẽt) populi. Di-
d ſpęrges aquas itineris.
e Dędit abyſſus vocem ſuã altitudinem

Gen.26.a.

Eſa. 26.c.

Mat.5.a.

Mat. 11.b.

Pſal.35.b.
Ibi. 41.b.
Pſal.76.d
Luc.8.e.
Gene.1.a.
Ibidẽ. 7.b

Zach.6.a.

Eccli. 1.a.
Pſal. 41.b
Dan. 2.g.

d ¶ Diſperges aquas itineris.) Diuerſæ aquę ſunt:alię ſempiternæ,alię breues. De ſempiternis aquis & quę fluũt de fontibus Iſraël,dictũ eſt:Fluminibus ſcindet terra. De ſubitis,& ad tẽpus currentibus: Omnes torrentes vadũt in mare:Taliũ em aquarũ finis perditio eſt. De⁹ ergo omnes aquas quę à peruerſis dogmatibus cõculcatę ſunt diſperget:cũ diſſipauerit cõſilia principũ,& ſapientiã mundi huius. Si quãdo videris ad breue aliquã hæreſim floruiſſe,& poſtea dei gratia diſſipatã:dicito eſſe cõpletũ: diſperges aquas itineris:Poteſt aũt hoc quod dicitur,itineris,ſubaudiri diabolici,vt ſit ſenſus:Aquas quas diabolus conculcauit, & quę multis in ſe prębuerũt iter,id eſt,multis patuerũt erroribus:diuidet dñs atq; diſperget. Vnde & cęteri interpretes furorẽ volẽtes hęreticũ deſcribere,trãſtulerũt. Illiſio vel impet⁹ aquarũ trãſiet:Ferũt em prono eloquẽtiæ curſu & prę cipites:vt quẽq; obuiũ & leuẽ inuenerint,ſecum trahant.

e ¶ Dedit abyſſus &c.) Abyſſus ſępe in bonã partẽ,ſępe in malã,interdũ indifferẽter accipit. In bonã partẽ: Iudicia tua abyſſus multa. Et abyſſus abyſſũ inuocat:& reliqua. In malã: Viderũt te aquę de⁹,& reliqua. Sed & dæmones deprecant ne mittant in abyſſos,& in Geneſi: Abyſſus ſup quã tenebrę erãt:neſcio an in bonã partẽ poſſit accipi. Indifferẽter aũt ibi ponit: rupti ſũt fontes abyſſi,& cataractę cœli aptę ſunt:Et illud in ceteſimo quadrageſimooctauo pſal. Dracones & oẽs abyſſi:ignis & grãdo & ſpũs procellarũ:niſi fortè ex eo quòd inter dracones,& ignẽ & grãdinẽ ponit in malam partẽ trahendũ ſit:quod neſcio vtrũ poſſit dicere, q eã viderit cũ cæteris in laudẽ dñi cõcrepare. Si igit in bonam partẽ acceperim⁹ abyſſum,dicamus, diſperſis aquis itineris peſſimi, viderũt te ſapiẽtes tui,& altitudinẽ ſciẽtiæ,quã habebãt ex tuo aſpectu mutuãtes,quia viderũt te & parturierũt mõtes:qcquid de te pri⁹ opinati ſunt,in vocis ſuę laudib⁹ protulerũt. Et pulchrè opinationẽ phãtaſiæ, altitudinẽ vocat:iuxta Ieſum filiũ Syrach,q ait: Abyſſum & ſapientiã quis inueſtigabit? Vñ & de monte modico.i.aſſumptiõe humani corpis:quã Daniel lapidẽ abſciſſum de mõte ſine manibus, id eſt,ſine opere nuptiali vocat:Chriſt⁹ abyſſus,inuocat patrem,alteram

A trem alteram abyſſum,in voce cataractarum ſuarum,vt det
Pſal.67.c euangelizantibus verbum virtute multa: Vel certè abyſſus
nouum teſtamentum,in teſtimonium montis modici, à quo
Eſa.14.c. vulneratus eſt princeps Tyri:inuocat abyſſum veteris teſta
menti, vt per cataractas Chriſti, id eſt, apoſtolos firmior
fiat prædicatio.Si quis autẽ voluerit hoc quod dicitur: Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ: in malam partem accipere:illo vtetur argumẽto,quòd poſt diſperſas aquas itineris,quę vtiq; in malam partem acceptæ ſunt: hoc rectè in contrario ſentiatur. Simúlque cerne quòd nõ dixerit, altitudinem ſuam:ſed,altitudinẽ phantaſiæ ſuæ:id eſt,vmbræ & imaginis: Videntur em̃ habere altitudinẽ & ſcientiã ſcripturarũ:ſed omnis eorũ altitudo veritati cõparata,phantaſia eſt,& fruſtra extollit vocem,quia aquæ itineris iam diſperſæ ſunt.Q uæramus in ſcripturis ſicubi phantaſiam in bonã partẽ inuenire poſſimus, & cũ vel rarò vel nũq̃ fuerit
B inuenta:firmius abyſſum,& phantaſiam eius,in malam partem interpretabimur. a ¶Eleuatus eſt ſol &c.) Si ſimplicem interpretationem ſequimur : ex præſentibus verbis profectus ſolis demonſtratur & lunæ : quòd iuxta Eſaiam:
Eſa.30.f. in futuro ſeculo ſeptuplum ſol luceat : & luna ſolis fulgeat
Rom.8.d. claritate: Q uia enim creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorũ dei,quæ nunc vanitati ſubiecta eſt:propter eũ qui ſubiecit eam in ſpem libertatis. Cũ in conſummatione mũdi oĩs creatura fuerit liberata,liberabitur,& ſol & luna,& in ſuo ſtabunt ordine. Q uòd ſi voluerimus,ſolem iuſtitiæ Chriſtũ accipere: in cuius pennis ſanitas eſt:& lunã, quæ huius ſolis ſplendore illuminatur,eccleſiã:nõ difficile eſt dicere, q̃ lux vera,& lux hominũ & ſplendor gloriæ dei,& ſplendor lucis æternæ eam illuminet:quæ nunc in iſto ſeculo iuxta proſpera atq; preſſu-
Philip.2.b ras creſcat atq; decreſcat. Cùm autẽ ſol fuerit eleuatus: & iuxta Apoſtolum,exaltauerit eũ deus,& donauerit ei nomẽ ſuper omne nomẽ:Tunc etiã eccleſia quæ in præſenti ſeculo tenere ſuum ordinem nõ poteſt,ad ordinẽ debitum reuertetur:& nequaq̃ mutabitur:ſed fixo ſtabit gradu,& audiet
Exo.34.a cũ Moyſe:tu autẽ hìc ſta mecum. b ¶In luce iacula tua ibunt &c.) Iacula dei:id eſt ſagittę euntes atq; pergẽtes:nõ
C ad hoc mittuntur vt interimant:ſed vt illuminent. Ad harũ ſagittarũ iaculorũq; diſtinctionẽ Chriſtus electum iaculum
Eſa.49.a. dicitur:per Eſaiam vociferãs:Poſuit me vt iaculum electũ: & in pharetra ſua abſcondit me,& dixit mihi:Magnũ eſt tibi hoc, vocari te ſeruum meũ. Hæc ſagitta plures habebit ſagittas quas mittat in vniuerſum orbẽ. Vnde & ſponſa ele
Canti.4.c cto iaculo vulnerata dicit: Vulnerata charitate ego:Iuxta qđ & nos poſſumus dicere:vulneratus caſtitate ego:vulneratus
3.Regum. ſapientia ago,Q uo ſapiẽtiæ iaculo vulnerata & regina au-
10.a. ſtri erat in ſe : & obſtupefecta plus inuenerat in viro Salomone,q̃ ei fama narrauerat. Hæ igitur ſagittæ quæ mittuntur in lucẽ, pergunt etiam in ſplendore coruſcationis armorũ eius:id eſt,dei.Q uicũq; em̃ armatus fuerit,vt ſtet cõ
Ephe.6.b. traverſutias diaboli:& accinctus armatura Apſi:venient ad
Matt.5.b. illum iacula lucis,vt ad ipſum poſſit dici:Vos eſtis lux mũdi.Si q̃s autẽ peccator eſt,& ingemiſcit q̃ habitet in taber
Pſal.119.b naculis Cedar:mittũtur ei ſagittæ potẽtis acutæ cũ carbonibus deſolatorijs:vt primũ cõpungat ſermonib⁹ dei,& di-
Ibidẽ.31.a cat:Verſatus ſum in miſeria,cũ infigit mihi ſpina.Et poſtq̃ cõpunctus fuerit,tũc ei deſolatorius p̃ Seraphim , id eſt ardentẽ ſermonẽ dei,carbo mittat:qui nõ ſolũ labia,quę Eſa-
Eſaię.6.c. as tãtũ habebat immũda,ſed & omnes partes mẽbrorũ eius excoquat,& ad ſolitudinẽ peccatorũ reducat. c ¶In cõminatione iminues terrã &c.) Poteſt hoc in cõſummatione

HEB. altitudo manus ſuas leuauit : ſol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: in luce ſagittarũ tuarum ibunt,in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terrã:in furore obſtupefacies gentes: egreſſus es in ſalutem populi tui:in ſalutem cum Chriſto

SEP.altitudinẽ phãtaſię.
a Eleuat⁹ eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo . In lũb ce iacula tua ibũt,in ſplendore coruſcationis armorum tuorum. In commic nãtione imminues terrã, & in furore detrahes gentes. Egreſſus es in ſalud tem populi tui:vt ſaluares Chriſtos

mundi accipi: qñ frequẽtibus bellis interfecta multitudine D
rari homines reperiẽtur: & hi qui noluerũt eſſe de populo dei:ſed gẽtes & ethnici permãſerint: furore dñi deducãtur ad tartarũ.Sed melius eſt, vt imminutã cõminatione terrã, interpretemur opera terrena:& eos qui cõſtituti in eccleſia peccatores nõ expectãt vt furore dñi corripiãtur:ſed audiẽtes in ſcripturis , quæ ſupplicia impẽdeãt peccatorib⁹, agunt pœnitentiam: & paulatim imínuũt terrã ſuã, ad cœlũq; proficiunt.Si quis noſtrũ cõminationem dñi reformidat,huic terra immínuitur:qui autẽ perſeuerat in gẽtiũ numero: & non vult eſſe de his quorũ terra decreſcit:nec de populo dei,de quo dicit: Videbunt te,& parturient populi:iſte cũ gentibus detrahetur in pœnã. d ¶Egreſſus es in ſalutẽ populi tui &c.)Primũ videamus quot ſint genera Chriſtorum: & poſtea tractabimus, quomodo egreſſus ſit dñs in ſalutẽ Chriſtorũ ſuorũ. Chriſti in veteri teſtamẽto dicebãtur & patriarchæ:de quibus ſcriptum eſt in pſalmis: Corripuit reges pro eis:nolite E
Pſal.104. tãgere Chriſtos meos:& in prophetis meis nolite malignari. Et in primo Paralipomenõ libro:omnes qui de Aegypto egreſſi ſunt Chriſti vocãtur.Chriſma quoq; in Exodo ſacer
Exo.30.c. dotale cõficitur:quo poſtea ſacerdotes in Leuitico referun
Leuiti.8.b tur vncti. Eſt & aliud vnguentũ quo reges vnguntur in regno:quod in duo ſcinditur : Si enim Dauid eſt & Salomon,
1.Regum. id eſt fortis manu & pacificus, cornu vngitur. Si verò Iehu
16.c. & Azahel ſunt,perfundũtur lenticula:vas autẽ fictile ſic vo
4.Reg.9. catur:id eſt phacos.Sed & Cyrus Perſarum rex atq; Medo-
a.&.19.c. rum,qui de captiuitate populũ relaxauit,licèt multi errent, & de domino ſaluatore ſcriptũ putẽt:audit p̃ Eſaiam: Hæc
Eſa.45.a. dicit dñs Chriſto meo Cyro:cuius tenui dexterã,vt audirẽt corã eo gẽtes.& cætera.Et ad extremũ dicitur:Tu autẽ non cognouiſti me : quod de ſaluatore nefas eſt intelligere.Eſt vnguẽtũ & propheticũ,quo præcipit Heliæ,vt Heliſæũ vn-
3.Reg.19. gat in prophetam.Et ſup̃ omnia vnguentorũ genera,eſt vn-
c.d. guentũ ſpirituale quod vocatur oleum exultationis:quo vngitur ſaluator : & dicitur ad eum: Propterea vnxit te deus
Pſal.44. deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Partici-
b. pes autẽ eos puto:ad quos loquitur & Ioannes: Et vos vn-
1.Ioan.2.c guentũ habetis à ſancto.Et poſt modicũ: Hæc ſcripſi vobis de his qui ſeducunt vos: & vos chriſma quod accepiſtis ab F
eo maneat in vobis: Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos:ſed ipſum chriſma docebit vos de omnibus:& verũ eſt, & nõ eſt mẽdaciũ: & ſicut vos docuit,manete í eo.Ac ne forte qui chriſma baptiſmi perdiderũt,deſperẽt de chriſmate reparãdo:ſcriptũ eſt in Leuitico: Q uòd leproſus extra ca-
Leui.14.a ſtra proiectus cũ ad ſacerdotẽ venerit,& lepra ipſius fuerit emundata: mittat ſibi ſacerdos oleum in manu ſiniſtra, & intincto digito ſepties aſpergat oleũ corã dño: & tãgat eodem oleo auriculam eius qui leproſus fuerat,& dextrã manum,& dextrũ pedẽ:& quod remanſerit de vnguento totum mittat in caput eius.Cũq; omnia hęc rite cõpleuerit:tũc immolet holocauſtũ pro eo:& ipſe Chriſtus vocetur dei. Volo aliquid dicere:ſed timeo ne negligẽtibus occaſionem ruinæ tribuã:quòd in ſcripturis ſanctis idem homo frequẽter vnctus inueniatur:Deniq; Dauid tertiò vnctus eſt:quod nos nõ
2.Reg.5.a intelligamus ſup̃ eo qui peccauit, & iterũ vngitur : ſufficit &.19. em̃ leproſo vt poſt primũ vnguentũ perditum vngatur ſecundò:ſed ſuper eo qui per dies ſingulos proficit: & ſemp eius augetur vnctio:& de leproſi oleo migrat ad oleum populi atq; ſanctorũ:& de oleo populi ad oleum peruenit ſacerdotũ:& à ſacerdotibus tranſcendit ad chriſma pontificis,à pontifice quoq; ad regẽ:à rege ad patriarchas,& à patriarchis pergit ad Chriſtum: & vngitur oleo exultationis:

G quo qui fuerit linitus, vnus cũ deo efficitur ſpiritus : & vbi pater & filius eſt, ibi etiã ille erit. Verũ hoc rarũ eſt: & ſunt vota credentiũ. Cæterũ neſcio an ſequatur effectus: Dicitur Pſal. 44. b. eñ, vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ, & reliqua: hoc eſt, eo oleo quod hi qui tui participes ſunt, aut rarò, aut nunq̃ poterũt inuenire. In horum igitur Chriſtorũ ſalutẽ egreſſus eſt deus de loco ſuo: ſicut enim Mich. 1. a. Micheas loquit: Et egredit de loco ſuo vt ſaluet: Quia eñ hi qui indigebãt ſalute ad eũ intrare noluerunt: ipſe egreſſus eſt de maieſtate ſua & de loco ſuo: vt eos qui foris erant duceret in terrã manſuetorum regionemq; viuentiũ: de qua Adam fuerat expulſus : de qua Gene. 3. d. & 4. c. egreſſus Cain inhabitauit in terra, Naid. Sciẽdum autẽ vt ſuprà diximꝰ q vbi poſuerũt Lxx. plurali numero: vt ſaluares Chriſtos tuos: ibi eſſe in Hebraico לְיֵשַׁע אֶת מְשִׁיחֶךָ, quod Aquila trãſtulit in ſalutem cum Chriſto tuo: nõ quòd deus egreſſus ſit, vt ſaluaret populũ, & ſaluaret Chriſtũ ſuũ : ſed quòd in ſalutẽ populi venerit cum Chriſto ſuo : iuxta illud Ioan. 14. b euãgelij: Pater in me, & ego in patre, & pater in me manẽs ipſe facit opera ſua. Sed & quinta æditio ſimiliter tranſtulit: Egreſſus es in ſalutẽ populi tui, in ſalutẽ cũ Chriſto tuo.

HEB. Chriſto tuo: percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentũ vſq; ad collũ, ſemp. Maledixiſti ſceptris eiꝰ, capiti bellatorum quod percuſſeras, qui venerunt vt turbo: vt diſperderent me: id eſt vt euerterent Iſraël: & in diuerſum captiuum deducerent. Ita autem exultabant deuorantes pauperem, & ſubiectũ ſibi Iſrl: quaſi hoc in abſcondito facerent, & nos ignorãte te deuorarẽt. Veniſti itaq; ad prælium pro populo tuo, & quadrigas tuas immittens in aquas, hoc eſt in gentes multas: feciſti eis viam in luto aquarum multarũ, id eſt vt conculces eos, & quaſi lutum equorum tuorum & curruum vngula & rota conteras. Quod autem ſequitur: Audiui & conturbatus eſt venter meus, ad vocem: vt ſubaudiatur, tuam: contremuerũt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat : vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum: hic eſt ſenſus : Nunc libenter omnes patimur anguſtias, & ad comminationem tuam totis viſceribus contremiſcimus. Nunc tremunt labia mea, & pauor mentis trepidæ in ore ſignatur: & non ſolum iſtud : ſed etiam aliud vltro appeto & vltro deſidero : ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat : hoc eſt libenter patior quod paſſus eſt Iob: nõ ſolum carnes meas, ſed medullas quoq; oſſium cupio tabefieri: & ſtratum meum putredine corporis & innumeris ſcatere vermibus: vt poſtq̃ hic pro peccatis meis hæc ſuſtinuero, requieſcam in die amara, in die tribulationis, in die neceſſitatis & anguſtiæ: Et aſcẽdam ad populum accinctum noſtrum, fortem videlicet, bellatorem atq; pugnacem. Et pulchrè, aſcendam: Ad accinctum enim populum ſemper aſcenditur. Elegantérq;, noſtrum: Qui enim tribulatus eſt, & preſſuras libenter ſuſtinuit, & præſentibus malis futura præmia cõpenſauit: noſtrũ audacter loquitur: vt iuxta Abraham, Iſaac & Iacob, & ipſe dormiat in ſenectute bona plenus dierum: & apponatur ad patres ſuos. Quòd ſi quis dixerit: Ecce in hiſtoriæ expoſitione dum neſcis, allegorię clauſus es retibus: & tropologiam hiſtoriæ miſcuiſti. Audiat non ſemper metaphorã hiſtoriæ allegoriam ſonare: quia frequẽter hiſtoria ipſa metaphoricè texit: & ſub imagine mulieris, vel vniꝰ viri de toto populo prædicat. Et nũc ergo poſſumus dicere ex ꝑſona populi: libenter captiuitatẽ ſubeo, ęquo animo anguſtias ſuſtineo: & grauiſſimo Babyloniorum premor iugo. Et quicqd vltimæ & duræ neceſſitatis eſt, gaudens patiar: tantũ vt eo tempore requieſcam quo maledices ſceptris impij: & equi tui calcabũt lutum aquarum multarum: vt poſtea cum ſanctis tuis Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra ſacerdote, & Neemia in terrã repromiſſionis reuertar. Hucuſq; ne omnino prætermittere hiſtoriã videremur, quodãmodo vim fecimus intellectui: & in captiuitatem traximus ſententias non ſequentes: nunc ad Septuaginta tranſlatores, & ad expoſitionem tropologicam reuertamur.

H Theodotio autẽ verè quaſi pauper & Hebionita: ſed & Symmachus eiuſdem dogmatis, pauperẽ ſenſum ſecuti, Iudaicè tranſtulerunt: Egreſſus es in ſalutem populi tui, vt ſaluares Chriſtũ tuum : & egreſſus es ſaluare populũ tuum, ſaluare Chriſtum tuum. Rem incredibilem dicturus ſum, ſed tamẽ veram. Iſti ſemichriſtiani Iudaicè tranſtulerunt: Et Iudæus Aquila interpretatus eſt, vt Chriſtianus. Sexta æditio prodens manifeſtiſſimè ſacramẽtũ: ita vertit ex Hebræo: Egreſſus es, vt ſaluares populũ tuũ per Ieſum Chriſtũ tuũ : quod Græcè dicit ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦ χριστόν σου. Cui ſẽſui poteſt illud adaptari: q egreſſus ſit pater Luc. 13. g. cum filio de tẽplo & de ceremonijs Iudæorum, dicens: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta: & venerit ad ſalutem gentium, vt ſaluaret credentes per Ieſum Chriſtum filium ſuum.

a ¶ Miſiſti in caput impiorũ mortem.) Non putemus de hac dici morte cõmuni qua omnes morimur : Et Gen. 25. a. mortuus eſt Abrahã, & appoſitus eſt ad patres ſuos: & Ioan. 19. f. prophetæ, & ipſe Chriſtus eſt mortuus : ſed mors miſſa eſt in iniquos: vt qui prius viuebant iniquitati, mortui peccato vi- 1. Reg. 2. a uerent iuſtitiæ. Quod quidem & Anna in oratione ſua ſi- 1. Pet. 2. d. gnificat: Dominus occidit & viuificat. Occidit enim peccato, mittens in capita impiorum mortem, vt viuificet iuſtitiæ. Dicam aliquid audacius : Chriſtus ad hoc venit in I mundum: vt in capita iniquorum mitteret mortem. Et ſicut 1. Pet. 3. c. ipſe peccato mortuus eſt ſemel: ſic & illi morerentur iniquitati, & qui facti fuerant participes mortis huius : vitæ quoq; participes fierent. Iuxta Hebraicũ aũt vbi ſcriptũ eſt: Percuſſiſti caput de domo impij, caput vt dixi, prĩcipẽ huiꝰ mundi accipiamus: & domũ ipſius, mundum: omnẽq; animã peccatoris, in qua diabolus habebat hoſpitiũ. Idcirco autẽ percutitur caput in domo impij: vt illo percuſſo atq; eiecto, fiat domꝰ dei, & habitet ibi iuſtitia, & inãbulet in ea. Et hoc dignum eſt ſentire de deo: qui egreſſus eſt in ſalutẽ populi ſui cũ Chriſto ſuo: vt percuſſo huiuſcemodi capite: ille fiat in nobis caput, qui eſt omnis viri caput & eccleſiæ ſuæ. Si quis ergo impij ſe adhuc ſentit domum, filij dei deprecetur aduẽtum, vt conterat in ſe impij caput.

b ¶ Suſcitaſti vincula vſq; ad collũ in finem.) Suſcitauit dominus vincula charitatis, vt priori onere depoſito, & grauiſſimo iugo quo premẽbamur abiecto: leue Chriſti ſuſciperemus iugũ: & in curru illius poſiti, aurigam optimum portaremus. Quod quidẽ & Theodotio in bonam partẽ accipiens ait: Ornaſti fundamẽtũ vſq; ad collũ. Quinta æditio: Denudaſti ſiue euacuaſti fundamentũ vſq; ad collũ, ſela: id eſt, ſemper. Quia enim fundamentũ Chriſti, quod erat in anima ſingulorum, allophyli terra obruerant: egeritur congeſta humus, & nudatur optimum fundamentum, & ornatur: vt quod latebat appareat & ſuam recipiat claritatem: & hoc fit in ſempiternum, quod Hebraicè dicitur סֶלָה. Simulq; conſidera, quòd ipſi Septuaginta rerum neceſſitate compulſi : qui ſemper ſela interpretabantur diapſalma : nunc tranſtulerunt, in finem.

SEP. Chriſtos tuos. Miſiſti in caput impiorum mortẽ. Suſcitaſti vincula vſq; ad collum in finem. Diuiſiſti in ſtupore capita potentium.

c ¶ Maledixiſti ſceptris eius &c.) Et nunc tantum Hebraicũ diſſerimus, vt ſeparatim de æditione Septuaginta differam, multũ enim ab omniũ tranſlatione diſcordat. Maledixiſti, inquit, ſceptris, id eſt regnis eius : haud dubium quin impij, de quo ſuprà dixerat: Percuſſiſti caput de domo impij: denudaſti fundamentum vſq; ad collum. Intelligimus autem impium, vel Nabuchodonoſor, vel omnẽ aduerſarium populi dei. Et non ſolum ſceptris eius : ſed etiam capiti bellatorum quod percuſſeras, qui venerunt vt turbo: vt diſperderent me: id eſt vt euerterent Iſraël: & in diuerſum captiuum deducerent. Ita autem exultabant deuorantes pauperem, & ſubiectũ ſibi Iſrl: quaſi hoc in abſcondito facerent, & nos ignorãte te deuorarẽt. Veniſti itaq; ad prælium pro populo tuo, & quadrigas tuas immittens in aquas, hoc eſt in gentes multas: feciſti eis viam in luto aquarum multarũ, id eſt vt conculces eos, & quaſi lutum equorum tuorum & curruum vngula & rota conteras. Quod autem ſequitur: Audiui & conturbatus eſt venter meus, ad vocem: vt ſubaudiatur, tuam: contremuerũt labia mea: ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat : vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum: hic eſt ſenſus : Nunc libenter omnes patimur anguſtias, & ad comminationem tuam totis viſceribus contremiſcimus. Nunc tremunt labia mea, & pauor mentis trepidæ in ore ſignatur: & non ſolum iſtud : ſed etiam aliud vltro appeto & vltro deſidero : ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat : hoc eſt libenter patior quod paſſus eſt Iob: nõ ſolum carnes meas, ſed medullas quoq; oſſium cupio tabefieri: & ſtratum meum putredine corporis & innumeris ſcatere vermibus: vt poſtq̃ hic pro peccatis meis hæc ſuſtinuero, requieſcam in die amara, in die tribulationis, in die neceſſitatis & anguſtiæ: Et aſcẽdam ad populum accinctum noſtrum, fortem videlicet, bellatorem atq; pugnacem. Et pulchrè, aſcendam: Ad accinctum enim populum ſemper aſcenditur. Elegantérq;, noſtrum: Qui enim tribulatus eſt, & preſſuras libenter ſuſtinuit, & præſentibus malis futura præmia cõpenſauit: noſtrũ audacter loquitur: vt iuxta Abraham, Iſaac & Iacob, & ipſe dormiat in ſenectute bona plenus dierum: & apponatur ad patres ſuos. Quòd ſi quis dixerit: Ecce in hiſtoriæ expoſitione dum neſcis, allegorię clauſus es retibus: & tropologiam hiſtoriæ miſcuiſti. Audiat non ſemper metaphorã hiſtoriæ allegoriam ſonare: quia frequẽter hiſtoria ipſa metaphoricè texit: & ſub imagine mulieris, vel vniꝰ viri de toto populo prædicat. Et nũc ergo poſſumus dicere ex ꝑſona populi: libenter captiuitatẽ ſubeo, ęquo animo anguſtias ſuſtineo: & grauiſſimo Babyloniorum premor iugo. Et quicqd vltimæ & duræ neceſſitatis eſt, gaudens patiar: tantũ vt eo tempore requieſcam quo maledices ſceptris impij: & equi tui calcabũt lutum aquarum multarum: vt poſtea cum ſanctis tuis Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech, & Eſdra ſacerdote, & Neemia in terrã repromiſſionis reuertar. Hucuſq; ne omnino prætermittere hiſtoriã videremur, quodãmodo vim fecimus intellectui: & in captiuitatem traximus ſententias non ſequentes: nunc ad Septuaginta tranſlatores, & ad expoſitionem tropologicam reuertamur.

d ¶ Diuiſiſti in ſtupore capita potentium.) Sicut eccleſiæ & omnis viri Chriſtus eſt caput : Ita cunctorum dæmonum qui in hoc ſeculo debachantur : caput eſt Beelzebub princeps dæmoniorũ : & ſingulæ eorum turmæ habent capita & principes ſuos. Verbi gratia : ſpiritus fornicationum habẽt præpoſitũ ſuum: ſpiritus auaritiæ habent ἀρχόμ

1. Cor. 11. a Tropol.

A bent ἀρχὸν suum, spiritus vanæ gloriæ, spiritus mendacij, spūs infidelitatis habent præsides malitiæ suæ. Deus itaq; clementissimus qui miserat in capita iniquorū mortem: qui susciterauerat vincula vsq; ad collum: in finem diuidit etiam capita potentium in stupore: vt primū principes separet à subiectis, & quasi corpus decollet à capite: & vbi caput pessimum fuerat, ibi caput optimum reponatur. Ponamus exēplum, vt quod dicimus manifestius fiat: si quando tyrannus obtruncatur: imagines quoq; eius deponūtur: & statuæ. & vultu tantūmodo cōmutato oblatoq; capite eius: qui vicerit facies superponitur, vt manēte corpore capitibusq; præcisis, caput aliud commutetur. Hoc mihi intelligere libet de hæreticorum conciliabulis: quod capitibus hæresēon à cæteris populis separatis: in loco eorum caput esse Christus incipiat. Simulq; considera

B scripturæ sanctæ significantiam, quòd non dixerit, præcidisti, vel succidisti capita potentium, sed diuisisti: quod enim diuiditur, non tam amputatur & perditur, quàm separatur

Gene.11. in partes: Vt quomodo in fabricatione turris, lingua quæ malè vnita fuerat separata est: & pessimum fœdus vtili diuisione concissum: sic & capita hæc quæ cum corporibus suis inter se videbantur habere consensum (plura enim hæreticorum capita sunt: quæ cùm diuersos oculos habeant: tamen in vna, vt ita dicam, lingua blasphemiæ, aduersum ecclesiam latrant) diuiderentur in partes, & à deceptis corporibus separata, bono capiti locum facerent. Possumus hoc versiculo vti: si quando reges & duces eorum Christianum viderimus sanguinem fundere: & postea vltionē domini cō secutam. Quod dum in Iuliano, & ante eum in Maximiano, & suprà in Valeriano, Decio, Domitiano, Nerone perspeximus: & dicere ad dominum cum exultatione & oratione in Cantico: Diuisisti in stupore capita potentium: hoc est in stupore credentium: vel in stupore cunctarum nationum quæ eos non putabant tam citò posse concidere. Dum adhuc essem puer: & in grāmaticę ludo exercerer, omnesq; vrbes victimarū sanguine polluerentur, ac subitò in ipso persecutionis ardore Iuliani nunciatus esset interitus, eleganter

« vnº de ethnicis: quo, inquit, Christiani dicūt deū suū esse pa

« tientē, & ἀνεξίκακον: nihil iracūdius, nihil hoc furore præ

« sentius: ne modico quidem spatio indignationem suam dif-

C ferre potuit: hoc ille ludens dixerit. Cæterùm ecclesia Christi cum exultatione cantauit: diuisisti in stupore capita potentium. Loquar & ego aliquid huic simile: diuide domine in stupore omniū, Achab, & Hiezabel, non quidem ego He-

3.Reg.21. lias: sed tamen illi Achab & Hiezabel interfecerunt Na-

d.&.18.a. both: & tulerunt vineam eius, & hortum suæ fecerunt luxu

4.Reg.9. riæ. Inueniatur aliquis seruus tuus Abdias, qui pascat pau-

g.&.10.a. perem tuum, atq; mendicum, fornicariæ sanguis detur canibus: Achab impius & auarus iaculo domini trucidetur.

a ¶Cōmouebūtur in ea &c.) Capita cū diuisa fuerint à corporibus suis, & diuisa nō aliter nisi in stupore, quod Græcè dicitur ὧν ἕκαστος: Vnde secūdum eam declinatur & dicitur, ἐν αὐτῇ: hoc est in ea: aperient etiam frenos suos, siue eorum: vtrunq; enim intelligi potest: Vt illud imperium quo prius dominabantur in subiectis sibi corporibus, relaxantes dent locum meliori equiti, & meliori aurigæ. Et hoc faciant quasi comedentes pauperem in absconditō: non habentes libertatem, nec ciborum aliquam abundantiam, sed escas modicas, quibus vescentes absconditè nullum vellent videre quòd faciunt. Potest & aliter interpretari: Capita cū diuisa fuerint in stupore, quasi à cætero corpore decollata, aperient os suum, quod quasi camo condemnationis fuerat infrenatum, & in similitudinem vescentium illisis in se dentibus cōcrepabant: violentia rursum comedere, sed vim

HEB. ti bellatorum eius: veniētibus vt turbo ad dispergendū me. Exultatio eorū sicut eius q deuorat pauperē in abscōdito. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarū multarū. Audiui & conturbatus est vēter meus: ad vocē cō tremuerunt la-

a SEP. ta potentium. Cōm mouebuntur in ea, aperient frenos suos sicut comedens pauper in abscōso. Et superduxisti in

b mari equos tuos conturbantes aquas multas. Cū-

c stodiui: & extimuit venter meus à voce orationis la-

deuorandi non habentia: intellige quomodo post aduentum Christi capita dæmonum à nationibus quæ sibi prius subiectę fuerant separata: velint rursum antiquam exercere potentiā. Sed quia amputata sunt à corporibus plenā vescēdi nō habeāt libertatē, comedunt quasi paupes: & nō solū pauperes sunt, sed paupes in abscōdito. Pauperes sunt, quia pristinas diuitias perdiderūt: comedunt absconditè, quia semper sedent in insidijs, vt in occultis interficiant innocentem. Hęc capita eosdem habent dentes quos & sagittas: Et quanuis antè dixerit, sup sidera cœli ascēdam, ponam in excelsum nidum meum: & vniuersum orbem quasi oua continebo in manu mea: tamen detrahentur de sublimibus, & perdentia suppellectilem pristinam, omnemq; substantiam domus suæ, vix quasi pauperes clàm comedere & mordere tentabunt. Scio multum Hebraicum E ab his quæ dicta sunt discrepare, sed facere quid possum, cui semel propositū est, & ipsum Hebraicum, & vulgatas in toto orbe scripturas interpretari? b ¶Et superduxisti in mari equos tuos &c.) Postq̄ miserat deus in capita iniquorum mortē, & conciderat capita potentiū in stupore, & confregerat ea in mari (scriptum est enim in psalmis: tu cō Psal.73.c. fregisti capita draconis) principibus interfectis, siue confractis, & vincto forti venitur ad domū eius: & vniuersa illius Marci.3.d vasa diripiuntur. Vasa autē & domū fortis & suppellectilē principis: quid aliud possumus interpretari, nisi mare huius seculi, in qua habitat draco? Superinducit ergo deus egregius eques & auriga præcipuus, equos suos angelos videlicet sublimesq; virtutes super mare huius seculi: vt turbent aquas multas, dæmonia & cōtrarias potestates. Quòd si voluerimus de aduentu Christi interpretari: iuxta illud qđ in Apocalypsi scribitur: q̣ sermo dei sedeat in equo albo: & Apo.19.b omnis exercitus in equis albis sequatur eū: videbimus quomodo Christus ascenderit in apostolis suis, dicens eis: Ecce Matt.28.d ego vobiscū sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi. Et euntes, ite baptizate omnes gentes: & reliqua. Et postea cōscenderit in vno equo candido, quē alium nō puto esse, nisi apostolū Paulum: sup quē equitans, omnē orbē circuierit. Ascendit autē sermo dei in equis suis, vt turbarētur aquæ multæ: hoc est vel populi multi, qui antè in mari erāt, F & draconi tenebantur obnoxij: lata enim & spatiosa via Mat.7.b. est quæ ducit ad mortē: & turbarētur, primū errorem pristinum deserentes: deinde cōturbati venientē equitem susciperent. Vel certè de quibus suprà diximus, dæmonū cateruæ nequaq̄ ita dominarētur in mari, sed turbatæ cederēt & equitis præliantis vulnera formidarēt: atq; vtinam & in me ascendat verbū dei: & per lanceam oris mei interficiat eum qui regnat in aquis multis: vt ad regis interitum aquæ quæ illis subiectæ fuerant cōturbatæ, præbeant colla equiti meo: & redacti in vnam quadrigā, efficiamur domini Cherubim: quod interpretatē sciētię multitudo. Nunq̄ ēm auriga, sic cō positus, & sic fertur ornatus: vt in his qui scientiæ multitudine & habenis inter se sapientiæ copulantur. c ¶Custodiui & extimuit &c. conturbata est fortitudo mea:) Siue vt alibi scriptū reperimus, ἡ ἐξις μου: quod nos possumus dicere, habitudo mea: diuersa quippe exemplaria reperiūtur. Possunt autē hæc & ex persona prophetæ dici superioribus cohærentia: quia misisti ô domine in capita iniquorū mortem: & suscitasti vincula vsq; ad collum: & diuisisti in stupore capita potentium: & induxisti in mare equos tuos conturbantes aquas multas: Propterea ego omni custodia seruaui cor meū: & contremuerunt viscera mea: & tota mea, vel fortitudo, vel habitudo turbata est, ne similia sustinerē. Potest quoque & quasi suum habere principium, narrante propheta timorē suū, & quomodo formidarit ne peccaue-

 rit in ali-

בְּרוּבִים

G rit in aliquo:& ad vocem orationis labiorum ſuorum commonitus,tantũ timuerit deum:vt ingreſſus ſit tremor in oſſa eius:& ſub excelſa manu domini poſitus,omni animę ſuę fortitudine vel habitu conturbatus ſit. Quòd autẽ ait: Ingreſſus eſt tremor in oſſa mea,ἐμφατικότερον accipiẽdum: vt videamus magnitudinem timoris dei penetrantis vniuerſitatem animæ:& totũ hominẽ cõmouentis, ne quicq̃ faceret quod diſpliceret deo. Et quia allegoricè iuxta mẽbra corporis, animæ quoq; mẽbra ſcriptura cõmemorat: ventrem pauẽtem, eam virtutem accipiamus animæ quæ ſpirituales cibos recipit: & labia, quibus ſecũ mẽs loquitur:& oſſa,robuſta & ſolida dogmata, quib⁹ tota animæ compago ſolidatur. Hæc à me breuiter dicta ſunt. Si quis autẽ his ſagaciora & veriora repererit,illius magis explanationi præbete cõſenſum. a ¶Requieſcam in die tri

H bulationis &c.) Quia omni cuſtodia ſeruaui cor meum,& extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorũ,& ingreſſus eſt tremor in oſſa mea,& ſubter me cõturbata eſt fortitudo vel habitudo mea: & propter tantã cuſtodiam à peccatis alienus effectus ſum: Idcirco nunc confidenter dico:requieſcam in die tribulationis,vt aſcẽdam ad populum peregrinationis meæ:id eſt qui æquè vt ego in hoc mundo peregrinatus eſt. Aſcendam autẽ deorſum poſitus: & quaſi de valle ad ſublimiora nitens tota auiditate contendam: vt tempore quo cæteri in tribulatione ſunt & anguſtia: mihi cura ſit de aſcenſu, quomodo cum populo peregrinationis meæ requieſcam in altioribus locis. Diem autem tribulationis puto cõſummationẽ eſſe mundi: de quo & Eſaias ait:

Eſa.14.b. Dies domini inſanabilis,furoris & iræ,ponere orbem terræ vniuerſum in deſertum,& peccatores perdere. b ¶Ficus enim non florebit &c.) Iuxta Hebraicum in quo ſuprà diximus: Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat,vt requieſcam in die tribulationis: vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum: Ita quæ præceſſerunt copulabuntur ſequẽtibus: Ideo tribulationem ad præſens volui ſuſtinere:& poſtea ad populum fortem aſcendere:quia veniet dies tribulationis & neceſſitatis: & cæteris in anguſtia

I conſtitutis,ego in tua maieſtate lætabor. Ficus enim nõ florebit,& nõ erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ,& arua nõ afferent cibum & cætera: Quæ quia nõ multũ diſtant à Septuaginta,cum interpretatione eorũ pariter diſſe ramus:Cùm venerit dies tribulationis,& ego aſcendero ad populum qui mecũ aliquãdo peregrinatus eſt: Vel certè cũ venerit dies euerſionis Iudaicæ,& populi prioris:& derelicta fuerit filia Son,ſicut tabernaculum in vinea, & ſicut caſula in cucumerario, & ſicut ciuitas quæ expugnatur: ego qui de pereunte electus ſum populo,de quo dictum eſt. Ni-

Eſaiæ.1.c. ſi dominus reliquiſſet nobis ſemẽ,quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorra ſimiles eſſemus: copulabo me diſcipulis Chriſti:Quos quia in monte docet,turbis & debilibus deorſum relictis:ego ad montana cõſcendam. Ficus eñ nõ de-

Mat.21.b. dit fructum: ad quã venit in euangelio eſuriens dñs, & non inuenit in ea poma:& maledixit ei,dicens: Non afferes fructum vſq; in ſeculũ. Et diligenter cõſidera quid dixerit: Nõ afferes fructum in ſeculũ:nõ ait,vſq; in ſecula ſeculorũ. Sed cùm ſeculũ iſtud pertranſierit,& intrauerit plenitudo gentium:tunc etiã hęc ficus afferet fructus ſuos:& omnis Iſraẽl

Lucę.13.b ſaluabitur. Hæc eſt ficus ad quã tertiò venit pater familiâs, & quaſi nõ faciẽtem fructus vult ſubuertere: pro qua agricola,cui cõmiſſa fuerat,deprecatur,vt det ei ſpatium,& dicit:Domine dimitte eam & iſtum adhuc annum,donec fodiam circa eam,& mittam ſtercus:& ſiquidẽ fecerit fructũ:

HEB. tremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in oſſibus meis,& ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis meæ: vt aſcendam ad populum accinctum noſtrũ.

b Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ,& arua non afferent cibum:

SEP. nis labiorum meorum: & ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me cõturbata eſt fortitudo mea. Requieſcã in die

a tribulationis meæ: vt aſcẽdã ad populũ pegrinatiõis meæ. Quia ficus nõ afferet fructũ: & nõ erũt germina in vineis: mẽtiet⁹ op⁹ oliuæ: & cãpi non facient eſcas:

ſin autẽ,tunc ſuccides eam. Agricola iſte vel Gabriel eſt,vel K Michaël cui cõmiſſus eſt populus Iudæorũ,qui dominũ deprecatur in paſſione,& dicit:Domine da ei ſpatiũ pœnitentiæ:& noli eos ſubuertere:& ſi quidẽ fecerint fructũ,ſin autem,tunc ſubuertes eos. Si fecerint,inquit,fructum: nõ dixit quid ſuſtinerent:neque dixit, ſi fecerint fructũ permanebunt vt erant: ſed ſi fecerint fructum: ſuſpenſa ſentẽtia eſt,vt ſubaudiatur transferes eos in eccleſiã gentiũ: & in alterã vineã trãſplantabis. Venit dominus tertiò,& nõ inuenit in eis fructũ. Dedit primùm legẽ per Moyſen: ſecũdò locutus eſt per prophetas: tertiò ipſe deſcendit. Et poſt paſſionem datis ad pœnitentiã quadragintaquatuor annis:quia nõ fecerunt fructum:quartò ſubuerſi ſunt. Quod tamẽ noſtræ intelligentiæ derelinquitur. In parabola eñ nõ ſcribitur,quid poſtea fecerit pater familiâs:ſed quid tantũ agricola deprecatus ſit. Ex quo animaduertimus eos qui de hac L ficu fecerint fructus,ad populum gentiũ eſſe tranſlatos: ad quem aſcendit & propheta,dicens:Requieſcã in die tribulationis,vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ. Eos autem qui non fecerunt fructus & permanſerunt in duritia ſua,eſſe ſubuerſos. Hoc ipſum ſignificat & Ioannis vox in euangelio:Ecce ſecuris ad radices arborũ poſita eſt:Omnis Matt.3.c. arbor quæ nõ fecerit fructum,excidetur & in ignem mittetur. Lucę.3.b. Diximus de ficu,monſtrantes eam eſſe populũ Iudæorum:dicamus & de vinea:quod quod quidẽ facilè intelliget qui Eſaiam legerit: Vinea facta eſt dilecto in cornu:in loco Eſaię.5.a. vberi. Et poſtea:Et expectaui vt faceret fructum: fecit autẽ ſpinas,& nõ iudiciũ,ſed clamorẽ. Et in Hieremia: Ego autẽ Hiere.2.d plantaui te vineam fructiferã totã veram:quomodo verſa es in amaritudinẽ vitis alienę? Et manifeſtius in pſalmis: Vineã Pſal.79.b de Aegypto tranſtuliſti:eieciſti gentes,& plantaſti eã. Hæc Mat.21.d. igitur vinea ad quã pater familiâs ſæpe miſerat ſeruos, vt acciperet de ea vinũ,quod lætificat cor hominis:quia verſa eſt in amaritudinẽ:& nouiſſimè etiam patrisfamiliæ filium auſa eſt interficere:nõ vuas faciens,ſed ſpinas:& nõ iudiciũ, ſed clamorẽ:crucifige,crucifige eum: & nõ habemus regẽ, Ioan.19.c. niſi cæſarem: Propterea exterminauit illam aper de ſylua: Pſal.79.b & ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Oliuam quoq; populũ M ſynagogæ liquidò cõprobabit:qui in apoſtolo fractos oliuę Roñ.11.c ramos legerit,& nos de oleaſtro inſertos: vt in ramis intelligamus multitudinẽ Iudaicã fuiſſe ſucciſam: in radicibus apoſtolorũ electionẽ eſſe ſeruatã: in quibus nos inſerti manebimus,ſi fecerimus fructum, & dicetur de nobis: Filij tui Pſal.127. ſicut nouellæ oliuarũ: in circuitu menſæ tuæ. Multi putant a. ficum, & vineam & oliuam in myſterio accipi trinitatis: q̃ ficus propter pomorũ dulcedinẽ ſpiritus ſanctus intelligat: Vinea ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus,qui dicit in euangelio: Ego ſum vitis. Oliua autem,deus pater omnipotens, Ioan.15.a. à quo cuncta illuminentur:& de quo egrediatur lux: & ad quem poſſumus dicere: O oliua in lumine tuo videbimus Pſal.35.c. lumen:id eſt in filio videbimus ſpiritũ ſanctum. Ad has fructuoſas arbores,& vberrimã vineam, veniunt infructuoſa ligna in Iudicum libro:& rogant vt regnet ſuper ſe. Sed nunquam ſuper ligna ſiluarum,quæ debentur incendio, regnat oliua,ficus,& vinea:ſed magis imperat eis rhamn⁹ plena ſentibus,& hericio ſimilis,qui habitat in Babylone: & ſemper verſatur in foueis. Quæ arbuſcula nõ ſolum ſpinas habet, ſed & ignem: vulnerans & comburens quicquid attigerit. Deniq; egreſſus eſt ignis, & conſumpſit ligna ſiluarum. Vt autem ſcias ſecũdum ſuperiorem intelligentiã,in qua de ſynagoga dictum accepimus:Ficus non faciet fructum:& non erunt genimina in vineis:non de fructibus dici,ſed de operibus bonis. Iudic.9.b.

A bus bonis. In oliua manifestè ænigma aperitur, & dicitur: Mentietur opus oliuæ. Fructus enim quos afferre debuerãt, in operibus demonstrantur: mentietur autem opus oliuæ: aliud promittentis & aliud facientis, dicentis ad Moysen:
Exo.24.a Omnia quæcunq; dixerit dominus, faciemus: & nolentes in in eum credere, qui à Moysẽ prædicatus est. Campi quoq; nõ faciẽt fructum. Considera q̃ Hierusalem, quæ quondam sita erat in montibus, & montes in circuitu eius, & fundamẽta eius in montibus sanctis: Nunc humilis appelletur atq; cãpestris,
Pſal.124.a. Ibi.86.a. quę nõ solum homines, id est rationabilia non alit animalia: sed nec pecora quidem & bo-
Prou.14.a ues: de quibus & Salomon loquitur in prouerbijs: Adhibe curam his quæ in campo sunt regionibus: & attonde herbam & congrega fænum: vt habeas oues ad vescendum. Bo-
Ibidem. ues quoq; non erunt in præsepibus: quia vbi plena sunt præsepia, manifesta est fortitudo bouis. Bos operarius est: bos
B domini sustentans iugum, bos in cuius vestigiũ qui seuerit beatus est. Omnia hæc auferẽtur à populo: quia iniquè egit in deum creatorẽ suum. Q uòd si volueris diem tribulationis diem cõsummationis accipere: ad eos referes omnia qui dicunt se esse de ecclesia, & nõ habent opera iustitiæ. Et ficus, & vinea & oliua, mysterium videlicet trinitatis: nõ afferent in eis fructum suum: & non solum frumenta & escas rationabiliũ: sed nec cibum quidem habent in campis suis pecorum & iumentorũ: & præsepia eorũ vacua sunt: & pro excelsis montibus in planis humilibusq; versant. a ¶Ego autem in domino gaudebo &c.) Ficu & vinea & oliua, iuxta quod exposui, nõ facientibus fructum suum: & Iudæorum agris nõ afferẽtibus cibos, abscisis quoq; de ouili pecoribus: & armentis de præsepibus: postq̃ audierunt à domino: Re-
Mat.23.d linquetur vobis domus vestra deserta: populo etiam captiuitati tradito, & in toto orbe dispersо: propheta de populo Iudæorũ qui interpretatur amplexatio, eo quòd amauerit dominũ, & adhæserit ei, illiq; se iunxerit, ex persona apostolorum & populi credentis in Christo loquitur: Ego verò in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo: Pro quo Lxx. transtulerunt τῷ σωτῆρι μου, id est saluatore meo: Id-
C ipsum & Gabriele interpretatẽ: Et vocabitur Iesus: ipse enim
Lucæ.1.a. saluabit populum suum. Deus dominus fortitudo mea: Nullam enim aliam, nisi in Christo habebo virtutem, & cunctas legis iustitias quisquilias computabo. Et ponet pedes meos quasi ceruorum: vt calcem super aspidem & basiliscum, &

HEB. cibum: abscidetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. a Egõ autẽ in domino gaudebo: & exultabo in deo Iesu meo. Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victori in psalmis canentem.

quasi puer paruulus mittam manum in foramen, & extra- D
ham serpẽtem, ludamq; de colubro. Similis enim est fratru- Cant.2.c.
elis meus capreæ, aut hinnulo ceruorũ. Et quia ipse est cer-
uus, mihi quoq; donauit, vt ceruus essem sublimis cornibus
findens vngulas, cibos ruminans, & ad odorem meũ serpentes fugans: de quo dicitur in decimoseptimo psalmo: Q ui perfecit pedes meos tanq̃ ceruorum, & super excelsa ponet me. Et in vicesimo octauo: Vox dñi perficientis ceruos. Ponet ergo pedes meos inter cęteros ceruos suos: & ad cœlestia perducet me: vt inter angelos canã gloriã dñi, & super terrã pacẽ hominibus bonę voluntatis annunciem. Canam autẽ victoriam eius & triũphum & & trophæum crucis. Hoc iuxta Hebraicum & vnam æditionem, ad tẽpus Iudaicæ euersionis, & ad aduentũ dñi cuncta referamus. Si autẽ voluerimus de cõsummatione mundi accipere, sic exponendũ est: quomodo in Exodo qñ percus- Exod.9.f.
sa est Aegyptus: & percussit deus vineas eorũ, & ficus eorũ: E
& occidit primitiua hominũ, & iumentorũ in grandine: & Aegyptias fruges, bruchus, locusta q̃ cõsumpsit: fic9 in Aegypto nõ attulit fructũ: nec erant genimina in vineis eorũ: mentiebat (sicubi tamẽ poterat reperiri in Aegypto) opus oliuę: & cãpi eorũ nõ dabãt escas: & deficiebãt, eo quòd nõ haberent cibos pecora eorũ: & nõ erãt boues in præsepib9. Populus autẽ Israẽl exultabat in dño, & gaudebat in deo salutari suo. Sic in cõsummatione mũdi, quãdo multiplicata ini- Mat.24.b
quitate, refrixerit charitas: & ficus non attulerit fructus: & vineę nõ habuerint vuas: & mentitũ fuerit opus oliuę: & cãpi nõ germinauerint cibos, & cętera quę sequũtur: Tũc quicunq; iustus & electione dei dignus fuerit inuẽtus, loquetur exultãs: Ego autẽ in dño exultabo, gaudebo in deo salutari meo: Dñs deus fortitudo mea. Et quasi positus à deo sup cõsummationẽ seculi: vt postea ad supiora cõscẽdat, & à deo educat ad summũ, dicet: Et ponet pedes meos in cõsummationẽ, sup excelsa ponet me: vt cũ ἀγωνοθέτης Iesu qui primus in agone superauit pręmiũ fuerit cãtãtibus positũ: ego vincã in carmine eius, & manus meę cõponãt citharã, & psalteriũ, & oẽ organorũ genus: scribãq; panegyricũ triũphãti. Et qui in principio locutus sum: Vsq; quo clamabo & nõ F
exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, nõ & saluabis? & de iustitia eius iudicioq; causatus sum: postea laudabo equitatẽ eius: & cantores cæteros meo carmine superabo.

Cõmentariorũ in Habacuc prophetã finis.

IN HABACVC PROPHETAM, COMmentarij, siue quæstiones.

Onus quod vidit Habacuc &c.) Vbicũq; onus verbi dñi ponitur: grauedo in pphetia illa signatur. Q ueritur propheta ad dñm, cur impij pręualeant aduersus iustos, & laceretur lex à detrahẽtibus: qui dicunt eã nõ esse veracẽ, dum iustos videt opprimi: & impijs bonos exuperari, qđ propriè tunc Habacuc agebat: qñ Vriã
Hier.26.f prophetã de Aegypto reductũ, Ioachim rex Iuda interfecit. Vox dñi respõdentis & dicentis: Aspice in gentibus, quia opus factũ est:) id est fiet: Q uod nemo credet cũ narrabitur:) vt domus dñi sit diruta, & sancta sanctorũ sint incẽsa. Horribilis & terribilis est.) Gentẽ Chaldæam dicit. Ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur:) quia putabat se suis viribus facere, quod dñi permissu factura erat. Leuiores pardis equi eius: & velociores lupis vesperis.) In pardis, Macedones: in lupis, Romanos vult intelligi. Fa-

cies eorum ventus vrens:) id est, terribilis. Congregauit quasi arenam captiuitatẽ:) & cætera quæ sequũtur, de Nabuchodonosor vult intelligi: Q ui de regibus triũphauit & tyrãni eius erãt ridiculi.) Q uod plenè liber Paralipomenon, & Regũ demonstrant: quod de Sedechia & cęteris regibus factum est. Ipse super omnẽ munitionem ridebit.) Ciuitates dicit: quæ ab illo capiendæ erãt. In Hebræo, ipse, nõ habetur. Tunc mutabitur spiritus:) id est spiritus domini, quãdo de seueritate ad misericordiã rediet: & ptransibit Nabuchodonosor & regnũ eius corruet. Hæc est fortitudo dei sui.) id est qui deum se putabat, intelliget inquãtũ sit infirmatus. Propheta qui querebatur q̃ dñs differret iudicium, postq̃ vidit iudicium, & exterminationẽ factam à Chaldæis in populo suo: conuertitur ad preces, & dicit: Nunquid nõ à principio sancte meus?) Ac si dicat, nunquid non tu es qui à principio protelasti & gubernasti genus nostrũ? Non moriamur) id est nõ veniat finis noster in his tribulationibus quas patimur. In iudiciũ posuisti

G eum:) id est,Nabuchodonosor ad correptionẽ dedisti,non ad consummationem. Et fortis:) id est ô domine fortis:

Vt corriperes:) id est flagellares nos per eum,dedisti nobis eum. Mundi sunt oculi tui:) Cũ oculi tui sint mundi, & nõ possis respicere ad iniquitatem: Quare respicis:) id est cur vides iniqua agentes,& taces,deuorãte impio iustiorem se? Et facies hominis quasi pisces maris) id est, sicut pisces deuorãtur minores à maioribus, & reptilia deuorantur ab auibus siue à bestijs. Totũ in hamo subleuabit) id est, Nabuchodonosor, & dati sumus ei in pabulum:

Propterea imolabit sagenæ suæ & sacrificabit reti suo:) id est idolis suis tribuit:quod nõ eorũ,sed tua potestate facit. Quia in ipsis incrassata est pars eius:) id est putat se ab idolis victorẽ factum:& subditas gẽtes accipere in cibũ electum: Propter hoc expandit sagenam suam:) quia tu das ei spacium: & pateris videre mala quę agit. Super cu stodiam meã stabo.)Vox prophetæ est: qui in oratione sua dicebat se permansurũ : donec audiat quid respondeat ei à domino: Quid respondeã ad arguẽtem me?) Tale est,ac si dicat: quid respondeat mihi quẽ ego arguo, per tropum
Iob.2.c. antiphrasim,quale est illud: benedic deo. Et respõdit mihi dominus:scribe visum.) Qui te dixisti permansurum in
H munitione donec responsum acciperes, scribe quod auditurus es:vt quod ego dicturus sum, perueniat ad notitiam legentium. Quia adhuc visus procul:) id est : quod ego dicturus sum, & tu scripturus in longum tempus adimplebitur.Nec mouearis quia differtur, sed certus esto,quia futurum est. Qui em̃ crediderit q; ego hæc facturus sum, in sua fide viuet,incredulorũ animabus in peruersitate moriẽtibus.His prę missis:incipit dicere,quod propheta scripturus est. Quomodo vinum potantẽ decipit, sic erit vir superbus:)id est,Nabuchodonosor. Qui dilatauit quasi infernus animã suã: & quasi mors non adimplebit:) capturis prędarũ,& euersionibus vrbiũ,& interemptionibus hominũ inhians.Quãuis em̃ oẽs gentes cõgreget ad se,& coaceruet oẽs populos,iste est sup quẽ oẽs parabolã sument cum vi-
Esa.14.c. derint interitũ eius: sicut est illud in Esaia:Et tu vulneratus es,sicut & nos: & cætera. Væ ei qui multiplicat non sua: vsq; quo?) Quãdiu multiplicat nõ sua:& quãdiu instat prędis & rapinis? Nunquid nõ repẽtè cõsurgẽt qui mordeãt te?) Medos dicit & Persas,qui euersores regni illius fuerũt.

Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabũt te omnes qui reliqui fuerint de populis:)Persas & Medos dicit,qui cũ filij sint Iaphet , relicti sunt & habitauerunt in terra Sem.

Propter sanguinem hominis:) id est,populi Iudæi. Et iniquitatem terræ Iudæ ciuitatis:) Hierusalem & omnium habitantium in ea. Væ qui congregat auaritiam malam:)
I vasa sancta dicit de Hierusalem transportata. Vt sit in excelso nidus eius:) id est per superbiam putat se iam cœlos conscendisse. Et liberari se putat de manu mali?) Interrogatiuè legendum est: vt subaudiatur: Nunquid cogitasti confusionem domui tuæ?) id est quicquid malè egisti,ad cõfusionem domus tuæ feci sti : & si fieri posset,lapides de pariete, & ligna quæ inter iuncturas ædificiorum
Iob.20.d. sunt:narrarent iniquitatẽ tuam.Iuxta illud: Reuelabunt cœli iniquitatem eius. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus:) & cætera quæ sequuntur, ad eundem Nabuchodonosor referuntur. Nunquid non hæc à deo sunt exercituum) id est non tuis viribus depopulatus es vrbes & regiones,sed peccatis eorum & indignatione mea. Laborabunt enim populi in multo igne,& gentes in vacuum deficient:) id est,siue Macedones,siue Romani, exempla crudelitatis tuæ secuti,tormentorũ tuorum consortes efficientur: & hoc tunc fiet,quando replebitur terra,vt cognoscat gloriam domini. Væ qui potum dat amico suo:) de eodem Nabuchodonosor dicitur, qui inebriatis regib' ignominiosa in eis opera & ludibria exercebat. Repl a est ignominia pro gloria.) Qui se putabat à te gloria accipere, ignominiam accepit. Bibe tu quoq; & consopire:)id est, similia patere his quę feci sti. Quia iniquitas Libani ope-
Zach.11.a riet te:) id est templi dei cui dicitur: Aperi Libane portas tuas. Et vastitas animalium:) id est duorum Cherubim, K & propiciatorij & arcę:cuius ornatu locus ille priuatus est, & in vastitatem redactus. De sanguinibus hominũ & iniquitate terræ:ciuitatis & habitantium in ea.)Ita est intelligendum vt superius dictum est. Quid prodest sculptili , quia sculpsit illud fictor suus ?) Hoc iam non specialiter de Nabuchodonosor,sed generaliter de oĩbus gentibus idola colentibus dicit,vsq;,omnis spiritus nõ est in visceribus eius: Dominus autẽ in tẽplo sancto suo:fileat à facie eius omnis terra cũ venerit ad iudicandum.

CANTICVM HABACVC.

DOmine audiui.) Omnia , discipulis inquit saluator,quæ à patre audiui annunciaui vobis : id est probrosa,diuersa,quæ carne assumpta pro humano genere patiar: & post victa morte intrabo in gloriam meã. Hanc auditionem audiuit propheta in spiritu & timuit. Domine opus tuum.) Ait ergo:deprecor domine vt quod promisisti explices:finitoq; tempore reddas Christum tuum,& opus quod pollicitus es viuifica:hoc est,tuum imple promissum. In medio annorum:) Cùm venerit,inquit,plenitudo tẽporis & opere promissa impleueris, monstrabis vera esse quę pollicitus es,& cùm peccantibus nobis iratus fueris:pœnitentiã autem agentibus,misericordiæ tuę L recordaberis. Deus ab Austro veniet ad montẽ Pharam.) Pharam locus est vicinus monti Sina, in quo ipse dominus legem dedit,qui per virginem in Bethlehem nasci dignatus est:& inde , id est ab Austro veniens Hierosolymam à parentibus ductus est:vt pro eo hostia secundum legem daretur. Operuit cœlos.)In aduentu enim saluatoris cuncta repleta sunt gloria:Vt in euãgelio:Gloria in excelsis deo,& Lucę.2.b.
in terra pax hominibus.Et alibi:Domine dñs noster,vsq;,in Psal.8.a.
vniuersa terra.Et rursum:In omnẽ terram exiuit sonus eo- Ibidẽ.18.a
rum. Splendor eius quasi sol:) iustitiæ clara luce radiabit. Cornua:) id est vexilla ac trophæa crucis in manibus eius. Ibi abscondita.) In cruce absconditа est fortitudo eius,quãdo dicebat:Tristis est anima mea vsq; ad mortem: Mat.26.d
Et,in manus tuas domine cõmendo spiritũ meũ. Et egre- Luc.23.f.
diatur diabolus:) Exeunte autem domino de aquis baptismatis,occurrit mors:id est diabolus,& ante pedes illius venie bat coluber antiquus,quãdo tẽtauit eũ in deserto:Aspe- Matth.4.
xit & dissoluit:Stans saluator cuncta prospiciens,& intuitu vniuersitatem mundi metiens, gentium infidelitatem dissipauit:montes,id est superbi per pœnitentiã humiliati sunt: Incuruati sunt colles.Qui ante aduentum saluatoris superbierant,& flecti nõ poterant, ab itineribus æternitatis eius, quæ ad nos venire dignata est, humiliati sunt pro iniquita-
te. Qui templum dei esse dicebantur : propter iniquita- M
tem autem auaritiæ,luxuriæ, & omnis malitiæ fiunt tabernaculum Aethiopum,id est dæmonũ: Tabernaculum terræ Madian atq; Aethiopum eosdẽ intellige: hi in nouissimo cõscij peccatorum suorũ pauebunt iudicio. Nunquid in fluminibus.)Fluminum & maris vocabulo,corda exprimuntur infidelium,quæ toto intentionis impetu ad inferiora descendunt. Qui ascẽdens super equos:) Non illorum quorum superius:sed in corda electorum tuorũ ascendes per illumi nationem gratiæ tuæ. Suscitans suscitabis arcum:) Arcũ dicit improuisum aduentum in quo regna mundi examinanda esse præuidit : & quæ iurasti patribus nostris & tribubus, explebis in æternum. Fluuios scindes terræ.) id est, reges terræ aduersus tuum populum dimicãtes,diuides atq; dispergis: Te viderunt) excelsa regna:& sublimes huius seculi potestates,ac tremuerunt. Gurges:)id est persecutio eorum, qui vexabant populum tuum, transijt. Dedit abyssus:) hoc est inferi laudauerunt te,& angeli te resonabunt esse victorem. Sol & luna.) Post passionem & resurrectionẽ suam eleuatus est dominus,sol videlicet iustitiæ in cœlum,& emisso spiritu sancto illustrauit ecclesiam. Sagittæ tuæ:)id est plagæ tuæ & eruditio , populo tuo lumen præbuerunt: In sole enim Christus,in luna ecclesia designatur. In fremitu conculcabis.) Quando ergo populi tui iniuriam vin-

A iniuriam vindicabis:terrena regna calcabis, & omnes gẽtes admirari facies Egreſſus es:) Hoc patri dictum intelligitur,quia exierit ad ſaluandum populum ſuum per Ieſum
2.Cor.5.d Chriſtum filium ſuum: Deus enim erat in Chriſto mũdum ſibi reconcilians. Percuſſiſti caput.) Veniente autẽ filio tuo,percuſſiſti antichriſtũ de domo impij:id eſt,in hoc ſe-
1.Ioã.5.d. culo:qđ in maligno poſitũ eſt, & abſcondita eius aperta feciſti vſq; in ſempiternum. Maledixiſti ſceptris eius.)Non ſolum ſceptris,id eſt regno diaboli maledixiſti: verũm etiã capiti bellatorum quod percuſſeras:qui venerunt vt turbo, vt euerterent populum tuum. Secũdum literam autẽ intelligimus impium Nabuchodonoſor,vel omnes aduerſarios, qui venerunt vt turbo vt diſpergerent me:id eſt vt euerterent Iſraël. Exultatio eorum.) Exultabunt pauperẽ deuorãtes,& ſubiectum ſibi populum:& hoc quaſi in abſcondito facient. Viam feciſti in mari equis tuis:) Equi ſunt ſancti prædicatores,quibus feciſti viam in populis nationũ, & in quorũ prædicatione turbatę ſunt aquæ:hoc eſt gentiũ corda. Audiui & conturbatus eſt.) Ad cõminationẽ, inquit,propheta,tuam,toto ventre,id eſt,animo contremiſco: In labijs enim deſignatur pauor trepidæ mentis. Ingrediatur putredo:) Non ſolum hunc tremorem libenter patior:verũetiam quod Iob paſſus eſt, hoc libenter ſuſtineo, id eſt putredinem corporis,ita vt innumeris ſcateat vermibus. Vt requieſcam:)id eſt,vt hic à meis expier peccatis, & in die tribulationis requieſcam atq; aſcendam ad conſortium eorum,qui in Chriſto præceſſerũt. Ficus eñ nõ florebit:) Ficus,vinea & oliua erat ſynagoga Iudęorum,quãdo dulcedinem bonę operationis proferebat:ſed domino ad eã veniente,virtutis fructum ferre neglexit. Mentietur opus Mat.21.& oliuæ:) Aliud eñi promittẽtis,& aliud facientis:dicentis ad Mar.11.b. Moyſen: Omnia quæcũq; dixerit dominus, facienus:& no- Exo.24.b lentis in eũ credere , qui à Moyſe prędicatus eſt. Abſcidetur:)Apud Iudæos ſunt præſepia cœleſtium literarũ:ſed quia pabulum cœleſtis intellectus in his nõ ſapiunt,qui iugum euangelij baiulent abſunt. Ego autem in domino:) id eſt,nõ in mea iuſtitia,ſed in fide diuinæ protectionis gloriabor:& exultabo in ſalutari meo,quia in illo ſalutare meũ pono. Deus dñs fortitudo:) In illo quippe me virtutẽ facere confido:& ſicut cerui ſpinoſa tranſiliunt,ita ego pericula delictorũ domini virtute tranſcendo. Et ſuper excelſa:) Omnẽ mundanam ſolennitatem contẽplatione cœleſtium tranſcẽdere me fecit,victoriam eius, & triumphum atque trophæum canentem.

Quæſtionũ in Habacuc prophetã finis.

B E

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN SOPHONIAM PROPHETAM,ad Paulam & Euſtochium,prologus.

a ANtequam Sophoniam aggrediar,qui nonus eſt in ordine duodecim prophetarũ : reſpondendum videtur his qui me irridendum exiſtimant , quòd omiſſis viris ad vos ſcribam potiſſimum ô Paula & Euſtochiũ. Qui ſi ſcirent Holdam viris tacentibus prophetaſſe,& Deboram iudicem pariter & propheten, hoſtes Iſraël Barach timente ſuperaſſe:& Iudith & Heſter, in typo eccleſiæ,& occidiſſe aduerſarios, & periturũ Iſraël de periculo liberaſſe:nunquam poſt tergum meum manum incuruarent in ciconiam. Taceo de Anna & Heliſabeth,& cæteris ſanctis mulieribꝰ:quarum velut ſiderum igniculos,clarum Mariæ lumen abſcondit. Ad gentiles fœminas veniam,vt & apud ſeculi philoſophos videant animorum differentias quæri ſolere,non corporum. Plato inducit Aſpaſiam diſputantem:Sappho cum Pindaro ſcribitur:& Alcæo Themiſta inter ſapientiſſimos Græcię philoſophat:Corneliam Gracchorum,id eſt veſtram,tota Romanæ vrbis turba miratur:Carneades eloquentiſſimus philoſophorum,acutiſſimus rhetorum,qui apud conſulares viros & in Academia plauſus excitare conſueuerat,non erubuit in priuata domo audiẽte matrona de philoſophia diſputare. Quid referam Catonis filiam,Bruti coniugem:cuius virtus facit ne patris maritiq; conſtantiam tantopere miremur? Piena eſt
C hiſtoria tam Græca quàm Latina virtutibus fœminarum,& quæ integros libros flagitet. Mihi tantum F quia aliud operis incumbit,in fine prologi dixiſſe ſufficiat:dominum reſurgentem primùm apparuiſſe Mat.28.d mulieribus,& apoſtolorum illas fuiſſe apoſtolas,vt erubeſcerent viri non quærere,quem iam fragilior ſexus inuenerat. & Luc.vl.

Iudicũ.4. »

Aſpaſia. Sappho. Themiſta. Cornelia.

COMMENTARII HIERONYMI in Sophoniam prophetam.

VErbum domini &c.)Tradunt Hebręi cuiuſcunq; prophetæ pater aut auus ponatur in titulo : ipſos quoq; prophetas fuiſſe. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis,qui dixe-
Amos.7. rat:Non ſum propheta,nec filius prophetæ:ſed paſtor caprarum, vellicans ſycomoros : patris nomen in titulo non habet. Hoc ſi verum eſt : Sophonias propheta,quem nunc conamur exponere:qui nomine,vt ita dicam prophetico,& glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt: habuit enim patrem Chuſi,auum Godoliam, proauũ Amariam , atauum Ezechiam : & talem quadrigam ipſe velut

a VErbũm domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ:filij Amariæ,filij Ezechiæ: in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda.

Cõgregãs extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ alij ſpeculam: alij arcanum domini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula,ſiue abſconditum domini interpretatur:vtrunq; prophetæ cõuenit: Dicitur eñ & ad Ezechiel:Fili hominis ſpecu- Ezech.3.d latorem te poſui domui Iſraël. Et in alio loco: Non faciet Amos.3.d dominus quicquam,niſi reuelauerit diſciplinam ſuam ſeruis ſuis prophetis. Et noni pſalmi titulus, pro abſconditis filij interpretatur. Iſte ergo propheta, qui erat in ſpecula & in ſublimibus conſtitutus, & nouerat myſteria domini : filius erat Chuſi, qui interpretatur humilitas, vel Aethiops meus:de quo poſtea tractabimus: habebat quoque auum Godoliam:qui dicitur magnitudo domini:& proauum Amariam , qui & ipſe vertitur in ſermonem domini : & atauum Ezechiam , qui ſonat fortitu-

צְפַנְיָה

כּוּשִׁי

גְּדַלְיָה

אֲמַרְיָה

חִזְקִיָּה

G dinem domini. De fortitudine itaque domini, natus est ser-
mo domini: & de sermone domini, nata est magnitudo do-
mini: & de magntudine domini, nata est humilitas: vt cùm
1.Cor.9.a peruenerit aliquis ad perfectum, dicat: Non sum dignus vo-
Psal.130.a cari apostolus. Et illud in psalmis: Domine non est exal-
tatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei. Hucusque quasi pro-
no lapsu, & per plana currentes, in eo quòd Chusi etiam Aethiops
meus interpretatur, impegimus. Nam post tãtas virtutes quomodo
nomen Aethiopis sonare poterit in laudẽ?

a HEB. Cõgregans congregabo omnia à facie terræ, dicit dñs: cõgregãs hominẽ & pecus: congregans volatile cœli, & pisces maris: & ruinæ ipiorũ erunt: & disperdam homines à facie terrę, dicit dominus. Et exten-

Et siquidem scriptura dixisset Chus: id est, Aethiops: videbatur indissolubilis quæstio: Chus quippe natus est de Cham. Sed in eo quòd ait, Chusi: hoc est, Aethiops meus: videtur sonare mysterium: quòd ille qui quõdam Aethiops fuerat, versus in pœnitentiam, secundum illud quod dici-
Psal.67.g tur: Aethiopia præueniet manus eius deo. Et in alio loco:
Ibi.71.b. In conspectu eius procident Aethiopes: dicat cum sponsa
Canti.1.c. in canticocanticorum: Nigra sum, sed speciosa filia Hieru-
Hier.38.b salem. Legimus & in Hieremia Abdimelech eunuchum
Acto.8.e. Aethiopem placuisse deo: Et in actis apostolorum Aethio-
H pem eunuchum reginæ Candacis tantum habuisse studium scripturarum & legis dei, vt in vehiculo legeret: & ad ado randum dominum in templo eius veniret Hierusalem. Vnde talis fides digno præmio coronatur, & mittitur ad eum Philippus euangelista, statimque docetur, credit, baptizatur, & saluus est. Et non solum eunuchus: sed cum additamento viri ponitur, eunuchus vir æthiops. Quia enim eunuchus erat Christi, & se eunuchizauerat propter regnum cœlorum: propterea viri vocabulum non amiserat. Rectè quoque Sophonias quasi filius Chusi: id est, Aethiopis: in cõ sequentibus libri de pœnitentia scribit Aethiopum: Trans flumina, inquit, Aethiopiæ, inde deferent hostias mihi. Hæc de genealogia Sophoniæ, qui prophetauit in diebus Iosiæ. Quomodo autem dies dicuntur Heliæ hi qui ab eo illuminati sunt: ita & dies Iosię qui se leuauerat ad dominum,
יאשיהו quia Iosias interpretatur eleuatio domini: & fuit vir iustus,
4.Regum & de laudibus eius, regnorum quoque & Paralipome-
23.a. non scribit historia. Et habuit patrem Amon, auum Manas-
2.Parali. sen. Legimus Manassen post multa scelera, & post captiui-
34. tatem in Babylone egisse pœnitentiam, & ad meliora con-
4.Reg.21 uersum domini misericordiam consecutum. Vnde & fidei
I suæ per quem crediderat deo, filium vocauit אמון, id est Amon: Siquidem Amon fides interpretatur. Simulq; considera quòd nequaquam vt suprà reges decem tribuum, id est reges Israël ponantur: sed reges tantum Iudæ. Iam enim
4.Regum decem tribus ab Assyrijs sub rege Ezechia patre Manasse
17.d. deductæ fuerant in captiuitatem. Hoc in procemio & in titulo Sophoniæ generationis & temporis: Nunc videamus quid ipsa quoq; prophetia contineat a ¶Congregans cõ gregabo &c.) Hoc quod posuimus, & ruinę impiorũ erunt: & in Septuaginta, infirmabunt impij: de Theodotiõis translatione additum est: pro quo Symmachus interpretatus est, & scandala cum impijs: vt subaudiatur congregabuntur, siue deficient. Quinta autem æditio, & infirmitas cum impijs deficiet. Debemus ergo consuetudinem nostram sequentes primùm historiam texere: & postea de sublimioribus disputare. Extremum quippe regnum duarum tribuum, quæ vocabuntur Iuda & Beniamin: sub Iosia fuisse nulli dubium est: Illo enim interfecto, filij eius qui postea regnauerunt, & nepotes, non tam regnasse credendi sunt: quàm ludibrio habiti fuisse ab Aegyptio rege, & Chaldæis, & varijs captiuitatibus, mortibúsque cruciati. Quia igitur populus poterat se excusare in regibus malis, & dicere: nos volumus seruire deo, sed prohibemur à regibus: datur rex iustus, quo zelante zelum

domini, & populo nihilominus in idolorum cultu perse- K
uerante: iusta iræ causa profertur à domino, & prophetatur de euersione Hierusalem, & captiuitate Iudæ, & victoria Nabuchodonosor: Dicitque dominus per prophetam: Nequaquam vltrà tribuam pœnitentiam, sed à facie terræ vniuersa consumam: non homo, non iumentum, non volatile, non pisces maris remanebunt. Iram quippe domini etiam bruta sentiẽt animalia. Et vastatis vrbibus, hominibusq; interfectis: solitudinem & raritatem bestiarum quoque

SEP. Defectione deficiat à facie terræ, dicit dominus: deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia cœli, & pisces maris, & infirmabuntur impij: & auferam iniquos à facie terræ, dicit dominus. Et exten-

fieri & volatilium piscium̃que: testis Illyricus est, testis Thracia, testis in quo ortus sum solum: vbi præter cœlum & terram & crescentes vepres, & condensa syluarum cuncta perierunt. Hoc autem, inquit, propheta, accidet, quia impiorum fuit nimia multitudo. Corruent itaque impij & disperdentur homines: & erit solitudo super faciem terræ. Sed & de consummatione mundi idipsum accipere possumus: quòd & homines, & pecora, & volatilia, & pisces maris & vniuersa deficient: & infirmentur im- L
pij: & tollatur iniquitas à facie terræ. Quòd si voluerimus & altius aliquid intelligere: propter hoc quod dicitur à Septuaginta, Defectione deficiat à facie terræ: & defectionem in bonam partem accipere: iuxta illud: Et deficiens Gene.25.a
mortuus est Abraham in senectute bona, senex & plenus dierum: & appositus est ad populum suum: & de his quæ de Isaac & Iacob scriptura refert: Videbimus quomodo defectione deficiant à facie terræ: & hoc eos implere præceptum: Qui habentes conuersationem in cœlis & in carne: non secundum carnem militantes, eo quòd sciant illos qui in carne viuunt deo placere non posse: quantum in se est omnia agunt ne sint in carne, sed in spiritu: & à terra recedentes aiunt: Consuscitauit & consedere nos fecit in Rom.8.b.
cœlestibus in Christo. Quòd si aliquis opposuerit aduersum hoc quod in bonam partem accepimus, defectione deficiat à facie terræ: illud quod de Ismahel scriptum est: Hi sunt anni vitæ Ismahel centum triginta septem: & defi- Gen.25.b.
ciens mortuus est, & est appositus ad genus suum. Respondebimus ei primùm, & ipsum Ismahel filium esse Abraham: & accepisse dona & partes à patre, secundum mensuram suam: deinde absolutè scriptum: deficiens mortuus est: & non addi quòd scriptum est de Abraham, in senectute bona, senex & plenus dierum, & appositus est ad populum M
suum. Siue de Isaac: Fuerunt autem dies Isaac quos vixit Ibid.85.b.
anni centum octogintaquinq;, & deficiẽs Isaac mortuus est: & appositus est ad genus suum senex & plenus dierũ: Nec Ibi.49.d.
non & de Iacob: & cessauit Iacob præcipiens filijs suis, & leuans pedes super lectum defecit, & appositus est ad populum suum. Ex quo intelligimus aliud esse tantum deficere: & aliud, cum defectione plures pariter habere virtutes. Quod autem primùm dixerat generaliter, defectione deficiat à facie terræ: postea in partes diuisit scriptura diuina: deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia cœli, & pisces maris Quatuor sunt quæ iubentur deficere: primum homo rationabilis: deinde tria quæ subiecta sunt homini: iumẽta, & volatilia, & pisces: quæ puto & in octauo psalmo poni: Insuper & pecora cãpi: Volucres cœli & pisces maris, qui perambulãt semitas maris. Quòd autẽ primũ dixerat, oues & boues vniuersas, quasi præcipua de iumẽtis seperauit, & cũ his quæ mãsere iumenta numerare ea noluit. Deficiat itaq; homo, deficiant iumẽta, deficiãt volatilia cœli, deficiãt pisces: & non dixit, deficiant bestiæ, deficiant reptilia terrę. Hæc enim nõ debẽt deficere, sed perire: verùm deficiant ea quæ possunt habere correctionẽ: Quomodo defecerũt Sarę Gen.18.b.
muliebria: & iubetur Abrahã vt audiat quæcunq; Sara præceperit. Deficit quis vt homo, si contemnat humana: & non

vltrà mo-

Psal.81. b. vltrà moriatur vt homo:& audiat: Ego dixi,dij estis. Defi-
A cit alius vt iumentum, qui in altiora conscendens accusatur
Ibi. 48.d. sermone prophetico: Homo,cùm in honore esset,non intel-
lexit: cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus
est illis. Deficit quasi volatile cœli, qui facit sibi pennas
aquilæ:& reuertitur ad
domũ præceptoris sui
dies, & omnem dese-
rens paupertatem. De-
ficit quasi piscis maris,
qui comprehensus sa-
Mat.13. f. genis domini, cum bo-
nis piscibus seperatur.
Cùm hæc iuxta pręce-
ptũ domini fuerint ꝑ-
petrata: infirmabuntur
impij,non habentes tã-
tum roboris quantum
prius. Sed & tollentur
iniqui: non dixit, occi-
dentur: sed,tollẽtur:vt
ad meliora conuersi,de
impietate & iniquitate,
B ad pietatẽ, iustitiamq;
transłati, incipiant esse
quod antè non fuerant.
Hæc secundũ tropolo-
giam: Debemus enim & maiorum interpretationem pone-
re. Iam in lectoris arbitrio erit:vtrum seueritatẽ,an clemen-
tiam velit sonare quæ dicta sunt. a ¶Et extendam manũ
meam &c.) Post impiorum ruinas,& iniquorum ablationes
â facie terræ,consequẽter aduersus Iudam & aduersus Hie-
rusalem ex persona domini dicitur:Et extendam manũ meã
super Iudam,& super omnes habitatores Hierusalẽ:ex per-
sona domini dicitur: Et extendam manum meam super Iu-
dam & super omnes habitatores Hierusalẽ:extensio quippe
manus,gestum percutientis ostendit. Et disperdam de loco
hoc reliquias Baal: Non quòd secundum Septuaginta nomi
na Baalim penitus eradenda sint,sed ꝙ iuxta Hebraicũ cul-
tores eius è populo qui pauci de cæde hostium remanserant
in Iuda & Hierusalem se cõminetur auferre. Nomina quoq;
ædituorum cum sacerdotibus:quia in tantam Iudas & Ben-
C iamin venerant impietatẽ:vt in templo domini: iuxta quod
Ezec.8.b. scribit Ezechiel,& regnorum quartus liber ostendit, statuã
4.Re. 10. Baal,quam imaginem cœli dominus vocat, statuerint: & in
& 17.c. eodem sanctuario idola & dominum pariter venerati sint:
Forsan le- Vnde signãter idolorũ sacerdotes,nõ sacerdotes,sed id
gẽdũ ἱερο- est, ædituos vel phanaticos appellauit: quod Hebraicè di-
φαντὰς. citur הַכְּמָרִים. Et ædituos ergo & sacerdotes quondam dei
& eos qui in domatibus adorabant militiam cœli, solem &
lunam & astra reliqua. Et qui iurabant in nomine domini,&
in nomine idoli Ammonitarũ,Melchom, quod à Lxx.in re-
gem versum est:auferet dominus de loco Hierusalem, siue
disperdet:ἀπὸ κοινῦ enim subauditur: Et disperdam de lo
co hoc reliquias Baal:& disperdam nomina ædituorum cũ
sacerdotibus:& disperdam eos qui adorant super tecta mi-
litiam cœli:& disperdam eos qui adorant & iurant in do-
mino,& iurant in Melchom:& disperdam eos qui auertũtur
siue declinant de post tergum domini:& qui nõ quærunt eũ
siue non retinẽt. Auertũtur autem post tergũ dñi Israël, qui
relinquentes cultum eius iurant in Melchom, & adorant mi
litiam cœli,& venerãtur Baal idolum Sidoniorum. Hucusq;
Anagoge. historiæ sensus expositus est: Videamus & Anagogen. Pro-
pter dominum qui de tribu Iuda ortus est, & propter Hie-
rusalem in qua regnauit Iudas,hoc est,domin⁹,atq; saluator:
Mat.24.a dicamus quãdo multiplicata fuerit iniqtas, & refrixerit cha
Luc.18.b. ritas multorũ: & veniente domino, rara fides apparuerit in
terra:intantum vt tententur etiam electi dei:tunc extendere
dominũ ad supplicia peccatorum manũ suam super Iudã,
qui sibi videtur nomen domini confiteri: & super Hierusalẽ
ecclesiam quæ ex pace sortita vocabulum est: & auferre de

a HEB. Et extẽdam manum meam super Iudã,& super omnes habitatores Hierusalem:& disperdam de loco hoc reliqas Baal, & nomina ædituorũ cum sacerdotib⁹, & eos qui ado rant super tecta, militiam cœli: & adorant & iurant in dño, & iurant in Mel-chom:& qui auertũtur de post tergũ dñi: & qui non quęsierũt dominũ:nec in-
b uestigauerunt eum. Silẽte à facie domini dei:quia iu xtà est dies domini: quia præparauit dñs hostiam: sanctificauit vocatos suos.

SEP. Et extendam manũ meã super Iudam:& super omnes qui habitant Hie-rusalem:& auferam de lo-co hoc nomina Baalim,& nomina sacerdotum cum sacerdotibus: & eos q̃ ado rant super tecta militiam cœli: & eos qui iurant in domino, & iurant in rege suo: & eos qui declinant à domino:& qui non requi-runt dñm:& qui non reti-nent dominũ. Timete à fa cie domini dei: quia iuxtà est dies domini; quia præ-parauit dñs victimã suã: sãctificauit vocatos suos.

Et erit ecclesia nomina Baalin,quod interpretatur in sublimioribꝰ. D
Auferet autem dominus nomina vanæ glorię & admiratio-
nis falsæ,quæ versantur in ecclesia: In qua iuxta Iacobũ ve- Iaco.2.
neratur annulũ aureũ habens: & contemnitur pauper cum
ad aduẽtum iudicis & senatoris, & in cõmune omnium di-
uitũ,plebs vniuersa cõ-
surgit:& sancto paue-
ri ne standi quidem in-
ter cateruas potentum,
& confessionis eorũ tri
buitur locus: Sed & no
mina sacerdotum cum
sacerdotibꝰ qui frustra
sibi applaudunt in epi-
scopali noie, & in pre-
sbyterij dignitate,& nõ
in opere. Vnde signan-
ter non ait:& opera sa-
cerdotũ cum sacerdo-
tibus: sed, nomina: qui
tantũmodo falsa nomi-
na præferũt dignitatũ,
& malis operibꝰ sua no
mina destruunt: & eos E
qui adorant super tecta
militiã cœli, qui eleuã-
tur aduersus scientiam
dei: & omne quod geritur in seculo fictã sibi scientiã pol-
licentes:referunt ad ortus stellarum: & occubitus:& mathe
maticorum sequuntur errores,& eos qui adorant dominũ &
Melchom,qui seculo pariter & domino putant se posse ser-
uire,& duobus dominis satisfacere,deo,& mãmonę,qui mi-
litantes Christo obligant se negocijs secularibus: & eandem 2.Timo.2
imaginem offerũt deo & Cæsari:& cũ Christi sacerdotes se a.
esse dicant:filios suos consecrant Melchom, id est,regi suo.
Rectè enim habent regem hominẽ, qui regem dominũ per-
diderunt:& qui per mala opera declinant à domino, & non
requirunt eum,nec retinent sua peccata fugientem. Si quis
autem voluerit iuxta interpretationẽ nominũ Iudæ & Hie-
rusalem super anima vniuscuiusq; hoc ipsum intelligere: nõ
errabit,quòd auferat dominus vniuersa quæ diximus, vel in
consummatione mundi,vel in singulorum exitu,quando au-
dient:Stulte,hac nocte auferetur anima tua à te. Et extendat Luc. 12.c.
manum suam super eum,qui dominũ non cõfitetur:& super
eum qui sensum pacis se habere iactat,vt auferat atq; disper
dat de tali Hierusalẽ omnẽ superbiam,& falsos in deũ cul-
tus: & variorũ errores dogmatũ:& seruitutẽ in deũ pariter
& mundũ:& per quotidiana peccata,auersionẽ à dño & ne-
glectũ in deũ. b ¶Silete à facie dñi dei &c.)Pro eo quod F
Lxx.trãstulerũt εὐλαβῆθητε.i.timete:& nos posuimus,silete:
in Hebręo דֹּם,interiectio est,imperãtis silentium:qua sæpe
utũtur & Comici:sed & absolutè pręcipitur in cunctis silẽ-
tium,quòd dies vẽtura sit dñi. Diem autẽ domini,diẽ intelli
gamus captiuitatis & vltionis in populũ peccatorẽ,& hostiã
subuersionis Hierusalẽ,& sanctificationẽ eorũ quos dedica-
uit interfectioni:secũdũ illud quod dicitur in Hieremia:San Hier. 12.a
ctifica eos in die interfectionis eorũ. Et est sensus: Venit cõ-
tra impiũ populũ olim prædicta captiuitas: iam propè est.
Sub Iosia enim rege ꝓphetia texitur: hoc interfecto timete
à facie domini dei: quia iuxtâ est dies dñi, quia præparauit
dñs victimam suam:sanctificauit vocatos suos. Tota vastitas
venit:de qua & in Ezechiel: Venit,inquit,finis:finis venit: & Ezec. 7.a.
cætera. Hæc mihi victima placet:has mihi hostias sanctifi-
caui. Potest autẽ hoc qđ ait,sanctificauit vocatos suos:& de
Babylonijs accipi, quos in vltionem populi etiã seruos suos
vocat vindicantes iniuriam suam. Vocaui,inquit, Nabucho- Hier.25.b
donosor seruum meum. Et in eodem volumine, non solum
seruum,sed columbam eum quoq; vocat: A facie gladij colũ- Ibidem.g.
bæ. Porrò secundũ tropologiã, quia facies domini est super Tropol.
facientes mala, vt perdat de terra memoriã eorum:& propè
est dies iudicij,quia ad cõparationẽ æternitatis omne huius
seculi tempus

G seculi tempus breue est,siue exitus singulorum: timeāt om-
Psal. 4.b. nes & fileant,ne facies domini,de qua sanctus ait:Signatum est super nos lumen vultus tui domine: peccatorum fœnū, stipulam,ligna consumat: Præparauit enim dominus hostiā suam,totum Leuitici mysterium:quando per ignem & effusionem sanguinis, & veram oblationem salui fient,qui saluandi sunt, & sanctificabuntur vocati.Quidā de nostris, diem domini & hostiā eius, & sanctificationē vocatorum, in aduentu Saluatoris intelligunt, quando immolatus est agnus, & sanguine eius sanctificati sunt Apostoli: & cæteri qui per eos vocati sunt.

a HEB. Et erit in die hostiæ domini: visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: Et visitabo omnem qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui complent domum domini dei sui iniquitate
b & dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio

SBP. Et erit in die hostię domini, & vlciscar super principes, & super domū regis, & super omnes qui induti sunt vestimentis alienis: & vlciscar super omnes manifestè, qui sunt in vestibulis in die illa: qui complent domum domini dei sui impietate & dolo. Et erit in illa die, dicit dominus, vox clamoris de porta compungentium, & vlulatus à secunda, & contritio

a ¶Et erit in die hostiæ dñi &c.)In die Iudaicę captiuitatis,quādo totus popul⁹ immolandus est,visitabit dominus,& super principes qui mane bi
H bebant siceram,& super filios regis,vel omnes de stirpe regia,vel certè propriè filios Iosiæ,quos vel occisos vel captos legimus,& super omnes qui induti sunt veste peregrina:hoc est,qui pro dei cultu venerati sunt idola.Et super oēs qui arroganter ingrediuntur super limen in die illa: hoc est,aduersum superbos:qui cum quodam fastu & dignitatis supcilio,gradus tēpli & sanctuarij limen ascendunt.Porrò quia in eo vbi nos interpretati sumus,qui arroganter ingrediuntur super limen, potest intelligi secundum Hebraicum,qui transiliunt limen,& hoc historicè sentiendum est, vindicabo
1.Reg.5.b super eos.Q ui iuxta Regnorum primū librum non calcant limen,idolorum superstitionibus seruientes, qui repleuerūt domum domini dei sui,non solum idolorum cultu,sed iniquitate & scelere & omni mendacio,vt ad errorem religionis iniquitas quoq; in subiectos, & in proximos mendacium
Tropolo. iungeretur.Sed quia semel & Tropologicè exponere cœpimus: Visitabit dominus in aduētu de passione Saluatoris, id est,in die hostiæ filij sui super pōtifices & sacerdotes populi Iudaici,& super domum regiam. Vsq; ad illud enim tempus perseuerauerunt reges Iudæ de stirpe Dauid: secūdum
Geñ.49.b prophetiam Iacob,nō deficiet princeps ex Iúda,neq; dux de fœmoribus eius,donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.Post hostiam enim domini ablatum est
I regnum à Iudæis:Et super omnes,inquit,qui induti sunt vestimentis alienis:qui recesserunt à protectione & indumēto dei,& suo errore cooperti sunt.Et vlciscar super omnes manifestè qui sunt in vestibulis:hoc est,qui egressi sunt de templo dei,& cū deberent esse intrinsecus, propter peccata sua egressi sunt foras,& de ecclesia dei recesserunt,adimplentes templum eius impietate & dolo.Hoc intellectum sit in primo Saluatoris aduentu.Q uia autem de cōsummatione mūdi & die iudicij,quem omnes diem interpretātur domini, semel exposuimus: Scire debemus, quòd illo tempore visitet dominus super principes,& super pastores:qui lac de ouibus comedunt,lanasq; tondentes non curant de contritione gregis, & super filios regis qui se iactant Christianos, & quòd regis Christi sint filij,gloriantur:& sup omnes qui indutí sunt vestibus alienis. Vestis filiorum regis & principū indumentum,Christus est:quod accipimus in baptismo: iuxta illud:Induite vos Christum Iesum.Et,induite vos visce-
Gal.3.d. Colos.3.b Ephe.4.f. ra misericordię,bonitatis,humilitatis,mansuetudinis,patiētiæ,& cætera:In quibus præcipitur: vt induamur nouo homine cœlesti,iuxta creatorem nostrum,& proijciamus indumentum veteris hominis cum operibus eius. Cùm ergo debeamus talibus indui vestimētis,pro misericordia induimur crudelitate:pro patientia,impatientia:pro iustitia,iniquitate.Et vt semel dicam,pro virtutibus,vitijs: id est, pro Chri-

sto,Antichristo. Vnde dicitur de istiusmodi homine: Et in- Psal.108.c
dutus est maledictione sicut vestimento. Vindicabit quoque K
dominus manifestissimè in aduentu suo, etiam super eos qui cùm bonis operibus in ecclesia esse deberent: eiecerūt se ob conuersationem pessimam, & traditi satanæ versantur in vestibulis,immò nec in vestibulis, sed ante vestibula:quod significantius Græcè dicitur ἐπὶ τὰ πρόπυλα. Et super omnes vindicabit q va rijs iniquitatibus atque peccatis implent ecclesiā,& impietatibus atq; mēdacio, & miscēt sanguinē sanguini. Q uod si voluerim⁹ hoc ipsum accipere super animabus singulorum, principes & domum regis, intelligam⁹ λογισμοὺς καὶ ἐνθύμησις, id est,cogitationes & sensus, &
ipsam animam,quæ debet esse hospitium regis, & iuxta superiorem expositionē indumenta quoq; aliena,& omnia quę L
sequuntur,referamus ad vnumquemq; credentium: qui cùm debuerint induti esse Christo,& semper versari intrinsecus: varijs se peccatorum operuerunt vestimentis, & egressi de ecclesia,id est,congregatione sanctorum,pro virtutibus impleuerunt templū corporis sui iniquitate & dolo. b ¶Et erit in illa die,dicit dominus:vox &c.)In die hostiæ domini quando extēderit manum suam super Iudam & sup omnes habitantes Hierusalem,& hostilis eam vallauerit exercitus: erit vox clamoris à porta piscium & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. Portam piscium eam vocabant Porta pí-
quæ Diospolim ducit & Ioppen, & vicinior mari erat inter scium.
cūctas vias Hierusalem:de qua & Esdras refert.Portā verò Nee.3.a.
piscium ædificauerunt filij Asnaa, ipsi texerunt eam & statuerunt valuas & seras & vectes.Q uòd autem ait,& vlulatus à secunda,secundi muri in eodem climate portam significat:de qua & in Regnorum libro scriptum est:Et iuit Hel 4.Re.22.
chias sacerdos & Ahiham:& Achabor,& Saphan,& Asaias c.
ad Holdā propheten,vxorē Sellum filij Thecuæ filij Haras custodis vestiū,& hæc habitabat Hierusalē in secūda.Cōtritionem autē magnam à collibus de monte Sion & excelsiore vrbis parte loquitur, quia cùm altiora & arx ciuitatis fuerint occupata:facilior est in prona descēsus. Si autem diem illam quam dñs cōminatur, diē iudicij vt suprà voluerimus M
accipere,eo tēpore quando vetustus dierū sessurus est,& aperiendi libri & pandēdæ conscięntię singulorū:tunc implebitur vox clamoris à porta compungentiū. Prima enim porta oculorum erit,qua exhibebūtur nobis peccata ante oculos nostros:& omnis pompa & imago antiquorum scelerum & vitiorum atq; luxuriæ proferetur in medium. Tunc illud erit verum quod scriptum est:Ecce homo,& opera eius ante faciem eius.Torquebit igitur eū conscientia, & postq̄ cōpūctus clamauerit à prima oculorum porta: vlulabit etiā à secunda,quam & aures intelligere possumus. Per hos enim vel maximè sensus quibus vitia illapsa fuerant, eorum pœna sentietur:quando cernemus quod fecimus, & audientes sermonem,docti,totumq; ordinem peccatorum in vlulatum cō pellimur, & cōteritur in nobis quicquid fuerat excelsum,& propter cæcitatem & surdas aures ignorabatur à nobis.Vel certè cùm verba sublimia & eruditio de excelso veniēs,con
teret nos atq; confringet,& opere complebitur: Rugiebam Psal.37.b
à gemitu cordis mei:vt fit sacrificium deo spiritus contribu Ibid.50.d
latus in nobis qui homines sumus,& non tā grandia peccata fecimus,vt mōtibus comparētur:colles contriti sunt.In diabolo autem & angelis eius,excelsa montium conterentur. Multi putant iuxta historiam quod ad Babyloniorum tempora retulimus, intelligendum esse de primo Saluatoris aduentu,

A aduentu,quando propter peccata nimía,& clamorem popu
Mat.27.c li concrepantem:Sanguis eius ſuper nos,& ſuper filios no-
ſtros,circundata eſt ab exercitu Hieruſalem, & à duob⁹ vr-
4.Re.2.d ſis Veſpaſiano videlicet & Tito, ſtridentiũ puerorum turba
conſumpta eſt.Q uæ quidẽ intelligentia magis fidei noſtrę
cõuenit: ſed ita vt ſciamus & priori hiſtoriæ poſſe cõgruere:vel certè priorem captiuitatẽ typum eſſe ſecundæ & pfectæ euerſionis Hieruſalem. Necnõ & hoc animaduertẽdum quia שַׁעַר הַדָּגִים manifeſtè in Hebręo non portam compungentiũ,ſed portam piſcium ſonat.Allegoricè,portam piſciũ eſſe in Hieruſalem,per quam inferuntur boni piſces qui à malis fuerint ſeparati, & lugebunt cæteris introeũntibus, qui foris remanſerint. Vel certè in fine mũdi & in conſummatione,lugebũt à porta piſcium prima,qui ſuũ baptiſma non ſeruauerũt: lugebunt à ſecunda,qui non egerũt pro peccatis dignam pœnitentiam.

Allegor.

B Et erit magna cõtritio ſuper colles,qui nec pro peccatis incuruati ſunt vt ceruicem ſuam ſubmitterent, & ſua ſcelera deplorarent.Per has enim duas portas baptiſmi & pœnitẽtiæ in Hieruſalẽ,id eſt,in eccleſiam dei vel introitus vel reditus eſt. a ¶Vlulate habitatores pilæ &c.) Pila quæ Hebraicè dicit מַכְתֵּשׁ ,& ab Aquila verſa eſt εἰς τὸμ ὄλμομ, non per breuem ſyllabam prima legẽda eſt:ne σφᾶῖρεαμ putemus,ſed productam:vt de pila ſciamus dici,in qua frumẽta tundũtur,vas concauum,& medicorũ aptum vſui: in quo propriè ptiſanæ feriri ſolent.Dicat aliquis intellexiſſe ſe qd ſignificat pila:ſed ſcire velle cur in præſenti loco aſſumpta ſit.Q uia ſemel deſcriptio eſt captæ vrbis,& dicit: Vox clamoris à porta piſcium,& vlulatus à ſecũda, & contritio magna à collibus:Nũc idem deſcriptionis ordo ſeruatur,& de vlulatu dicitur eorum qui habitãt in valle Siloẽ.Et pulchrè ſcriptura non dixit:qui habitatis in valle,q habitatis in gurguſtio:ſed qui habitatis in pila:quòd ſcilicet quomodo frumenta feriente deſuper vecte contundũtur: ita de porta piſcium,& de porta ſecũda & de collibus proruẽs in vos decurret exercitus.Populũ autem Chanaan appellauit populũ

Pila.

Dan. 13.f. Iudæorũ:iuxta illud quod legimus in Daniele: Semen Cha-
Ezec.16.a naan & non Iuda.Et ad Hieruſalem: Pater tuus Amorręus,
Oſeæ.2. b & mater tua Cethæa. Et in alio loco:Chanaan,in manu tua,
C ſtathera iniquitatis.Q uòd ſi voluerimus iuxta vtranq; trãſlationem Tropologiã texere,rectè ad vlulatũ & planctũ cõcitantur qui in extremis peccatorũ fecib⁹ habitant, & in ſce
Pſal.78. a lerum ſuorũ ima dimerſi dicũt:Infixus ſum in limo profundi,& non eſt,inquit,ſubſtantia.Vnde & additur:qui habitatis conciſſam,hoc eſt,animam multis iniquitatibus vulneratam:ſiue eccleſiam,quæ ſchiſmatibus, hæreſibuſq; lacerata eſt,& ad ſingula vulnera plangit filios interfectos.Q uòd autem dicit:Cõticuit,ſiue aſſimilatus eſt omnis populus Chanaan:blaſphemiã eorũ in die iudicij ceſſare ſignificat, & os quod in altũ poſuerũt linguamq; ad terram vſq; penetrantem,æterno ſilẽtio conticeſcere.Et quia peccatum peccauit Hieruſalẽ,& ideo in cõmotionem facta eſt: populus dicitur Chanaan,quod interpretatur, cõmotio. Nõ enim poteſt di-
Pſal.39.a. cere:Statuit ſupra petrã pedes meos: ſed incert⁹ & fluctuãs ſemper in motu eſt. Vnde & Noë vir ſanctus, poſtq; euigilauit è ſomno:ex maledictione nomẽ impoſuit Chanaan,di-
Gen.9.d. cens: Maledictus Chanaan puer, famulus erit fratrũ ſuorũ. Non ſolũ autem Chanaan aſſimilantur peccatores, ſed pro qualitate & diuerſitate peccati, alius aſſimilatur Pharaoni: alius Nemroth giganti. Et econtrariò,per bona opera atque virtutes:quia & virtutum itinera ſunt diuerſa: ille ſpiritum aſſumit Abraham, hic Moyſi, alius Heliæ: quamobrem ab
1.Co.12.d Apoſtolo dicit:Aemulamini chariſmata meliora.Q ui verò

HEB. tritio magna à collibus. Vlulãte habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanaã. Diſperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo,ſcrutabor Hieruſalem in lucernis,& viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis: qui dicunt in cordibus

SEP. tritio magna à collib⁹, Plãgite qui habitatis cõciſſam:quia aſſimilatus eſt oĩs populus Chanaan. Diſperierunt oẽs qui erecti ſunt argẽto. Et erit in die illa, ſcrutabor Hieruſalem cũ lucerna, & vlciſcar ſup viros qui contẽnũt cuſtodias ſuas, & dicunt in cordibus

perfectus eſt, iuxta eam tamen perfectionem quam humana D
conditio poteſt capere,ſimilitudine dei ſignatur. b ¶Diſperierunt omnes inuoluti argento.) Q ui ſibi,inquit,in diuitijs confidebant,& tantas habebant opes,vt ſe quaſi inuolutos & ſeptos ſuis diuitijs æſtimarent. Vel certè ſecundum Lxx.qui erecti erant in ſuperbiam & pauperes deſpiciebant:ira veniẽte vaſtati ſunt. Simulq; conſidera quòd non dixerit:peribunt qui erecti ſunt argẽto:ſed iam nunc anteq; eis veniat ſupplicij dies, veniat in eo ipſo q; ſuperbiãt, & ſemp de theſauris ſuis cogitẽt & ſeruiant eis, perierint atq; corruerint.Q uod qui intellexerit,puto eum non ſatis cupere diuitias:in quibus nõ peribunt:ſed perierũt qui erecti ſunt. Neq; verò æſtimãdum eſt eos ſolos perijſſe qui argento erecti ſunt:ſed iuxta hanc diffinitionem peribit & ille qui in generis nobilitate ſe iactat. Q ui gloriatur in dignitatibus,peribit:qui inflatẽ,peribit:qui in fortitudine corporis gloriatur,peribit: peribit qui in fœ E
mineo languore mollitus comam nutrit,vellit pilos,cutẽ polit,& ad ſpeculum comitur,quę propriè paſſio & inſania fœminarũ eſt.Si quis autem vult erigi,& ſuperbire ſancta ſuperbia,erigatur cum Apoſtolis,quãdo dignus fuerit pro no Act.5.g.
mine Ieſu Chriſti contumeliam pati:glorietur cum Apoſtolo:qui exultabat in tribulationibus,ſciens q; tribulatio operaretur patientiam,patientia ſpem:ſpes autẽ nõ cõfundat. Rom.5.b.
b ¶Et erit in die illo,ſcrutabor Hieruſalẽ in lucernis &c.) In tempore & in die captiuitatis Hieruſalem,vel à Babylonijs vel à Romanis, quia dereliquit legem domini,& impiè egit in dominum creatorem ſuum: Scrutabitur dominus cũ lucerna omnia abſcondita Hieruſalem, & nullam inultũ patietur effugere. Legam⁹ Ioſephi hiſtorias,& ibi reperiemus ſcriptum,de cloacis quoq;,& ſpeluncis. & antris, & ſepulchris,extractos principes & reges & potentes & ſacerdotes: qui ſe in eis metu mortis abſconderant. Et viſitabo,inquit,ſuper eos,qui confidunt in corporibus ſuis, & in viribus ſuis, quas ἁμαρτιμικῶς ,feces vocat: ſiue peccata in quibus penitus fuere defixi:qui tollentes prouidentiam: nec boni nec mali deum authorem eſſe dixerunt: hoc eſt,quòd nec bonis bona,nec mala malis redderet: ſed quòd fortunæ cuncta cogerentur arbitrio,& caſu ferrentur incerto. In conſummatione autem mundi,quia dies domini ipſa intelligitur: ſcru- F
tabitur dominus Hieruſalẽ, id eſt, eccleſiam ſuam cum lucerna:& vlciſcetur ſuper viros contemptores, qui noluerũt ſuas ſeruare cuſtodias: id eſt, mandata domini contempſerunt:& inſuper ratione ſe peccare, dicentes, blaſphemauerunt in cordibus ſuis: quòd nihil prodeſſet benefacere, nec obeſſet male agere : quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam reſtitueret deus.Rectè autem Hieruſalem, id eſt, eccleſia,quæ prius Iebus vocabatur, quod dicitur conculcata: quando conculcabatur à gentibus: & dæmonum ludibrium erat,dicta eſt Iebus,& poſtq; cœpit in ea pax habitare domini:& factus eſt in pace locus eius,nomen Hieruſalem ſortita eſt. Q uia igitur in nouiſſimo tempore,
Mat.24 b quod ſæpe iam diximus,multiplicata iniquitate,refrigeſcet charitas,& ſolis lumen recedet ab Hieruſalem, & tanta erit vaſtitas vt difficilè ſaluentur etiam electi dei. Tunc in lucerna ſermonis ſui atq; rationis oĩa vitia ſcrutabitur dominus in Hieruſalem,& in medium proferet, & de ocioſo quoque verbo fiet iudicium & vindicta, non in peccatores: poterat enim & peccatum veniam promereri: ſed in contemptores,
Habac.1 b de quibus dicitur in Habacuk: Videte contemptores,& aſpicite. Et in alio loco: Q uare reſpicis ad contemptores? Ac deinde:Q ui autem arrogans eſt, & contemptor,vir ſuperbus, & cætera. Super his fiet vltio, qui cuſtodias domini non ſeruа-

G non seruauerunt, & dicunt in cordibus suis: Non faciet dominus bene,& non faciet malè: non quòd malè deus faciat: sed quòd mala videatur pœna esse ei qui patitur. Alioquin & scalpellus medici malus erit,quia resecat vulnera, & putridas amputat carnes:Et pater malus,cædes filium vt à vitijs corrigat: & magister malus, corripiens discipulum vt erudiat. Heb.12.c. Omnis enim disciplina ad præsens non videtur gaudij esse,sed tristitię: postea autem fructum pacificum his qui per eã eruditi sunt, reddet. a ¶Et erit fortitudo eorum in direptionem &c.) Manifestum est q̃ iuxta vtramq; captiuitatem omnis eorũ sit cæsus exercitus,& domus dirutæ, & agri vineæq; vastatæ sint: nec vltrà eos dei distulerit patiẽtia. Sed cùm dicerent ad prophetas,

HEB. cordibus suis, non faciet bene domin⁹, & nõ a faciet malè. Et ẽrit fortitudo eorũ in direptionẽ, & domus eorum in desertum. Et ædificabunt domos, & non inhabitabũt: & plantabũt vineas, & nõ bibent vinum earum. Iuxtà est dies domini magnus:iuxtà est,& velox ni b mis. Vox diei domini amara: tribulabitur ibi fortis: dies

H hoc in tempus erit,& in dies longos:venerit eis dies domini
Tropol. magnus & velox nimis:Iuxta Tropologiam autem cùm venerit tẽpus iudicij,siue vniuscuiusq; mortis & egressionis à seculo:tũc omnis fortitudo eorum in direptionẽ erit,vt quod malè valebat,& erigebatur aduersus dominum,infirmũ, fractumq; vertatur ad melius. Velut si quis fortitudinem latronis & piratę & furis diripiat,infirmosq; eos reddat:prodest illis sua infirmitas:debilitata enim mẽbra quibus priùs non bene vtebantur,à malo opere cessabũt. Q uod autem sequitur:Et domus eorum in desertũ: Multi sunt in ecclesia ædificantes Sion in sanguine,& Hierusalem in iniquitate: quib⁹
Leui.14.e prodest tales domus destrui. Legamus Leuiticum:vbi lepro sa domus destrui iubeẽ. Et quia lepra permanens est & diffunditur:lapides eius & ligna & omnis puluis extra ciuitatem in locum immundum proijci iubentur. Sed & in Hieremię principio tale quid scribitur:Ecce dedi sermones meos
Hier. 1.b. in os tuũ:ecce cõstitui te hodie sup gẽtes,& regna:eradicare,& suffodere,& dissperdere,& ædificare,& plantare. Destruitur ædificatio pessima, vt postea ædificatio bona construatur:eradicatur iniqua plantatio, vt plantatio iusta po-
Prou.21.c natur. Vnde & in Salomone legim⁹: Melius est habitare sub diuo,q̃ in calce litis cum iniquitate,& in domo noua. Q uasi bonus ergò deus, domus eorum qui erant defixi in fecibus suis: & dixerant in corde suo, non faciet bene dominus,&
I non faciet malè:destruet,nec eos in leprosis & immũdis domibus habitare permittit: nec facit vt bibant vinum de vineis quas plantauerant. Si enim plantassent vineam Sorech, & vineam electam totam veram,bibissent vinũ suum,& ine-
Gen.9.& briati essent cum patriarcha Noë & Ioseph in meridie: sed
43.g. quia dixerunt:non faciet bene dominus,& non faciet malè,&
Deut.32.e de vinea Sodomorum erat vinea eorum, & propago eorum de Gomorra: vua eorum vua fellis,& botrus amaritudinis
Hier. 9.e. eis:Furor draconum,vinum eorum: & furor aspidum, insa-
23.c. nabilis:propterea plantauerunt vineas,& non bibent vinum earum. Et mysticè dicitur de Sodoma & Gomorra, quòd omnis plantatio eorum perierit. Si enim permansissent in eo quod cœperant,vt essent quasi paradisus dei,& nõ finissent in malo,vt essent quasi terra Aegypti:plantatio eorum vtiq; permansisset. Tale quid & illud sup Aegyptijs sonat in psal-
Psal.77.e mis:Occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina. Q uasi clementissimus quippe deus, omnem Aegyptiam plantationem & arbusculas, quæ in Aegypto radicatæ sanguineos habent fructus, interfecit & subuertit, ne bibant qui malè plantauerunt,& comedãt ex eis fructũ. Propè est dies domini magn⁹ & velox nimis,cui resistere nemo potest. Propè autem est vel propter æternitatem: quia nihil ei longum est:vel propter pœnæ magnitudinem, quia patienti nunq̃ longũ videtur supplicium quod inferendum est: Siue propè, vt suprà diximus: cùm exierimus à seculo, & vniuscuiusq; mors consummationem mundi fecerit,& non solum propè:sed etiam velox nimis,vt velocitas aduẽtus eius in eo quod additur,nimis,ostendatur. b ¶Vox diei domini amara &c.) Iuxta superiora: vel de Babylonica captiuitate accipe, vel de extrema quam passi sunt à Romanis:super qua & dominus fleuit Hierusalem,dicens: Hierusalẽ, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sũt,& cętera. Verè em̃ expetita vindicta est à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ,quẽ occiderunt inter templum & altare: & ad extremum de dei filio, dicentes: Sanguis eius super nos,& super filios nostros,experti sunt diem amarum: quia ad amaritudinem dominum prouocauerunt:diem à domino constitutam, in qua non imbecillis quilibet, sed fortissimi viri deprimentur:& veniet super eos ira in finem. Sæpe quippe & antè irã domini sustinuerunt,sed ira illa non fuerat consummationis & finis. Q uid necesse est nunc describere quantas in vtraq; captiuitate sustinuerint calamitates,& quomodo qui lucem domini respuerunt,in tenebris & caligine versati sint,& qui noluerunt solennium dierum audire tubas, audierint clamorem bellantium? De ciuitatibus autẽ munitis & excelsis angulis Iudææ qui ad solum vsq; sunt diruti: puto oculorũ magis esse quàm aurium iudicium: nobis præsertim qui nũc in ista sumus prouincia:licet videre,licet probare quæ scripta sunt. Vix ruinarum parua vestigia in magnis quondam vrbibus cernimus. Silo tabernaculũ & arca testamenti domini fuit,vix altaris fundamenta monstrãtur: Gabaa illa ciuitas Ioſuę.18.a Saulis vsq; ad fundamenta diruta est. Rama & Bethoro, & reliquæ vrbes nobiles à Salomone constructæ: paruí viculi demonstrantur. Legamus Iosephum & prophetiam Sophoniæ,illius cernimus historiam: & hoc non tantum de captiuitate dicendum est,sed vsq; ad præsentem diem, perfidi coloni post interfectionem seruorum,& ad extremum filij dei: excepto planctu prohibentur ingredi Hierusalem:& vt ruinam suæ eis flere liceat ciuitatis,precio redimũt: vt qui quõdam emerant sanguinem Christi,emant lachrymas suas. Et ne fletus quidem eis gratuitus sit:videas in die quo capta est M à Romanis & diruta Hierusalem,venire populũ lugubrem: confluere decrepitas mulierculas, & senes pãnis annisq; obsitos:in corporibus & in habitu suo irã domini demonstrantes. Congregatur turba,miserorum, & patibulo domini corusçante ac radiante ἀνασάσει eius: de Oliueti monte quoq; crucis fulgente vexillo,plangere ruinas templi sui populum miserũ:& tamen non esse miserabilem:adhuc fletus in genis & liuida brachia,& sparsi crines,& miles mercedẽ postulat, vt illis flere plus liceat:& dubitat aliquis, cũ hæc videat,de die tribulationis & angustiæ, de die calamitatis & miseriæ: de die tenebrarum & caliginis:de die nebulæ & turbinis:de die tubæ & clãgoris? Habẽt enim & in luctu tubas, & iuxta prophetiã,vox solẽnitatis versa est in planctũ. Vlulãt sup cineres sãctuarij,& sup altare destructũ,& sup ciuitates quõdam munitas,& sup excelsos angulos tẽpli:de quib⁹ quondã Iacobum fratrẽ dñi præcipitauerũt. Hæc de captiuitate dicta sint Iudæorũ. Cæterũ si diem dñi,vt suprà,referamus ad consummationẽ mundi:siue ad vniuscuiusq; exitũ vitæ, manifesta erit interpretatio,quòd vox diei domini amara sit,& necessitate plena & ira,& tribuletur ibi fortis, cũ etiã q sancti sunt,saluẽtur quidẽ:sed tamẽ sic quasi per ignẽ. Dies illa dies tribulationis, & angustiæ, & calamitatis, & miseriæ,in qua dicẽt: Væ nobis,quia miseri facti sumus. Dies tenebrarum:Omnis

Ioan.8.c rum:Omnis enim qui malè operatur, odit lumen,& non ve-
A nit ad lucem:& neceſſe eſt vt qui lumen oderit,eum tenebrę
conſequãtur:Dies erit nebulæ & turbinis:veniet enim ſuper
eum tempeſtas domini:& clãgor tubæ,quam Apoſtolus ſi-
1.Cor.15 g gnificat,dicens:In nouiſſima tuba.Erit em̃ dies tubæ & clã-
goris ſup ciuitates munitas,quas ſibi in multitudine peccatorũ cũ Cain ædificauerant: Et ſuper angulos excelſos opera peruerſa & à recta via domini declinãtia.Vnde & à Saluatore arguuntur ὑποκρίται
Matt.6.a. phariſæi quòd adorent in angulis platearũ.Via enim recta & tẽdens ad
Ibid. 7.b. paradiſum arcta & anguſta eſt quæ ducit ad vitam. Via autẽ fracta habens angulos & tortuoſa, lata, & ſpatioſa eſt,quæ ducit ad mortem.Simulq; inter ver-
B ba ſeueritatis dñi cerne clemẽtiam : q̃ propterea amara ſit dies, & dies iræ, & dies tribulationis,& dies tubæ & clãgoris:vt ciuitates male munitæ & puerſi anguli deſtruantur.

HEB.tis: dies iræ,dies illa:dies tribulatiõis, & anguſtiæ:dies calamitatis & miſeriæ: dies tenebrarum & caliginis:dies nebulæ,& turbinis:dies tubæ,& clangoris ſuper ciuitates munitas,& ſuper angulos excelſos.Et tribulabõ homines,& ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerũt: & effundetur ſanguis eorũ ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora:ſed & argentum eorum & aurum non poterit liberare eos in die iræ domini, & in igne zeli eius deuorabit omnis terra: quia conſummationem cum feſtinatione faciet cũctis habitantibus terram.

a ¶Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci &c.)Non eſt difficile iuxta priorem ſenſum hæc fuiſſe perpeſſam dicere Hieruſalẽ: quæ propter crucẽ domini ſuſtinuit: receſſit enim ab ea viſitatio domini, & tribulati ſunt omnes homines in tota Iudæa,& propter magnitudinẽ preſſurę ambulauerunt vt cęci,quid agerent ignorantes.Et hæc paſſi ſunt,quia domino, id eſt,dei filio peccauerunt. Nam quia fuderunt ſanguinem prophetarum & ſanguinem Chriſti,fuſus eſt ſanguis eorum ſicut humus in tota regione, & corpora eorum remanſerũt inſepulta ſicut ſtercora ſuper faciem terræ.Diuites quoque eorum qui argentum & aurum iniquitate nimia congrega-
C uerunt:opibus ſuis de die iræ domini nõ potuerunt liberari:Ignis enim zeli domini ſuccẽſus aduerſus eos, deuorauit omnem prouinciam.Nec grande fuit tempus in medio. Nã poſt quadraginta & duos annos dominicę crucis,circundata eſt ab exercitu Hieruſalem:& cõſummatio illius facta eſt cum feſtinatione,& nõ ſolum illius,ſed cunctis terræ Iudęæ habitatoribus.In conſummatione autẽ vel mundi vel vniuſcuiuſq; tribulabuntur omnes homines:qui homines permanſerunt,& mortui ſunt quaſi homines.Et ambulabunt vt cæci:quia lumen perdidere virtutum & locum pœnitentiæ nõ habebunt,& hæc patiẽtur quia domino peccauerũt.Si enim dominus iuſtitia eſt,veritas,ſanctitas,cæteraq; virtutes,quiſquis iniuſtè fecit,& mẽtitus eſt,& ſcorta vitiaq; ſectatus eſt, domino peccauit.Sed quod ſequitur: Et effundetur ſanguis eorum ſicut humus,& corpora eorum ſicut ſtercora boum: Videtur abſurdum,vt in reſurrectione mortuorum, & in cõſummatione mundi atq; iudicio,dicamus effundi ſanguinem & corpora iacere quaſi ſtercora. Igitur illud quod ad Noë
Gen.9.a. dicitur.Et ſanguinem animarum veſtrarum requirã de manu omnium beſtiarum,& de manu hominis & de manu fratris requiram animam hominis,qui effuderit ſanguinem hominis,pro ſanguine eius effundetur ſanguis illi9:Et in reſurrectione credere ridiculũ eſt:& in vita hac ſtare non poteſt. Quanti enim effuderunt ſanguinem,& ſanguis eorum effuſus non eſt?& alij occiderunt hominem veneno, vel ſuſpendio, & tamen cùm homo mortuus ſit, non eſt ſanguis effuſus:Quomodo ergo dominus eſt effuſurus ſanguinem eorũ in talionem:cùm ille qui occidit, ſanguinem non effuderit? Sanguis igitur hominis,ζωτικὸν,id eſt, vitale quo vegetatur & ſuſtentatur, & viuit, debet intelligi: quod q effuderit, ſiue per ſcandalum, ſiue peruerſitate doctrinæ: in die iudicij effundetur ab eo: id eſt,quod ſibi videbatur habere vitale, cogetur amittere.Iuxta huiuſcemodi ſanguinem,& caro intelligitur : de qua & Eſaias ait: Omnis caro,fœnum. Et in Geneſi,dominus:Nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,quia caro ſunt.Et Apoſtol9,de vtroq;:Caro & ſanguis, regnum dei poſſidere non poterunt:neq; corruptio incorruptionem dei hæreditabit. In die ergo conſummationis, vel generalis,vel ſpecialis, omnis ſanguis q̃ effuſus eſt, clamabit ad dominum,& apparebit in medio,& opera ſanguinis atq; terrena, ſicut puluis iacebunt & ſtercora,& argẽtum & aurũ diuites de die iræ non poterunt liberare:
D Eſa.40.b Gen.6.a. 1.Cor.15.f E

SEP.tis,dies irę, dies illa: dies tribulatiõis, & neceſſitatis:dies miſerię,& perditionis:dies tenebrarum, & turbinis: dies nebulę,& caliginis:dies tubæ, & clamoris ſuper ciuitates munitas,& ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cęci , quia domino peccauerunt : & effundet ſanguinem eorum ſicut puluerẽ, & carnes eorum ſicut ſtercus boum, & argẽtum eorum & aurum eorum non poterit eruere eos in die iræ domini: & in igne zeli eius conſumetur omnis terra : conſummationem enim & feſtinationẽ faciet ſuper omnes habitantes terram.

audiente eo qui moritur:Stulte,hac nocte tolletur anima tua
Luc.12.c. à te:quæ autem paraſti,cuius erunt? Non quòd negemus aurum & argẽtum diuites liberare de morte:redemptio enim
Prou.13.b viri animæ,propriæ diuitiæ: ſed quòd eo tempore liberare non poſſunt: quando diuitias neceſſitate dimittunt. Omnis enim terra & vniuerſa quæ terrena ſunt,zelo domini deuorabuntur.Et quod ait,zelo:intellige adhuc amantem dominum. Niſi enim amaret humanam animam, nunquam zelaretur eam,& in ſimilitudinem mariti,peccatum vlciſceretur vxoris: qui ſi non amaret,nec de adulterio eius iraſceretur. F
Et hoc faciet dominus cũ feſtinatione cunctis habitantibus terram,his qui ſe penitus terræ dederunt:& non fuerũt aduenę & peregrini:ſicut iuſtus qui loquitur:Aduena ſum ego
Pſal.38.c. in terra,& peregrinus ſicut omnes patres mei.Et rurſum alibi nolẽs diutius in tabernaculo carnis habitare,lachrymabili voce teſtatur, dicens: Heu mihi,quia peregrinatio mea
Ibid.119.b prolongata eſt: Etenim qui ſumus in tabernaculo corporis huius,ingemiſcimus conquerentes:Miſer ego homo,quis me
Rom.7.d liberabit de corpore mortis huius?

Caput II.

Congregamini &colligamini gẽs inerudita:antequam ſitis ſicut flos pertrãſiẽs diem: antequam

b Onuenite,cõgregamini gens nõ amabilis?&c.) Poſt deſcriptionẽ malorum quæ in die ventura ſunt domini: ſecundũ duplicem captiuitatis expoſitionem, quam ſuprà diximus:populus ad pœnitentiam prouocatur, & dicitur ei:Cõuenite,& congregamini:ſiue,vt in Lxx. ſcriptum eſt,colligamini,id eſt,eſtote vobis (iuxta Apoſtolum)
Gal.3.c. charitatis vinculo copulati: gens non amabilis, quæ amore dei indigna es:ſiue gens inerudita: de qua dicitur in Deuteronomio:Populus ſtultus,& nõ ſapiens.Et in Hieremia: Si-
Deut.32.a Hier. 2.f. ne cauſa percuſſi filios veſtros: diſciplinam non recepiſtis: antequam fiat quod prophetatum eſt:anteq̃ præceptum ſequatur effectus:quod ita facilè veniet quaſi puluis pertranſiens:anteq̃ ſuper vos furor dñi cõpleatur.Simulq; cerne dei clementiam:

G clementiam: ſuffecerat prudentibus malorum venientiū impetū deſcripſiſſe, verùm quia non vult inferre ſupplicia, ſed tantum terrere paſſuros: ipſe ad pœnitentiam prouocat, ne faciat quod minatus eſt. Generaliter autem tota multitudo credentium & eorum qui dei populus nuncupatur, in eccleſiam congregatur, & dicitur ei: Cōuenite in eccleſiā, ſociamini vobis charitate & pace, ô gēs inerudita, quæ non vis dei recipere diſciplinā, nec habere ſcientiā mādatorum eius: ſed diuitijs & corporis ſanitate & pulchritudine huius ſeculi: carnis quoq; voluptatib⁹ delectaris: quę tranſit quaſi flos qui in vna marceſcit die. Propterea autem dico vobis, conuenite, ſociamini: ne cùm iudicij tempus venerit, & omnis gloria veſtra trāſierit: tūc velitis agere pœnitentiam, quando locus non erit pœnitētiæ, ſed pœnarū. Q uærat aliquis, quomodo hoc ipſum ſuper vnoquoq; migrāte de ſeculo poſſit intelligi. Dicitur ergo ad ſingulos: ô tu qui ſeculi negocijs occupatus, per diuerſa diſcurris, reuertere in ſanctorum eccleſiam, & iunge te eorū vitæ & cœtui quos vides placere deo, & diſſoluta membra animæ tuæ nec ſibi cohęrētia in vnam ſapientiæ coge compagem, & illius hære complexui, & audi myſticè: Confortamini manus diſſolutæ, & genua debilia ſolidamini: Nec glorieris in bo-
Eſa.40. b nis carnis, & eius flore qui præterit. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni: Aruit fœnū, & flos decidit: verbum autem domini manet in æternum. Poſſumus hoc capitulo vti pro tempore: Si quādo viderimus aliquem honoribus ſeculi & congregandis diuitijs occupatū: ad eccleſiam vel rarò, vel nunq̄ venire, & dicere ad eum: congregare & coniungere populo dei: qui domini præcepta non audis, anteq̄ gloria tua pertranſeat, anteq̄ dies tibi furoris domini aduenìat. a ¶ Q uærite dominum omnes manſueti terrę. &c.) Humilis terræ appellatur, qui non humilitate quę virtutem ſonat, ſed peccatis humiliatus eſt, nec poteſt cū Chri
Matt.11. b ſto dicere: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.
I Omnis enim qui ſe humiliat, exaltabitur. Et in alio loco ſer-
Eccli. 3.c. mo ad ſanctum dirigitur: quanto maior fueris, tanto magis humilia teipſum, & coram deo inuenies gratiam. Q ui autē peccatis humiliatus eſt, & aggrauatus eſt conſcięntia delicto-
Pſal. 37. a rū, ac loquitur: Sicut onus graue, grauatę ſunt ſuper me: iſte
Matt.11.d. debet audire: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Hoc dictum ſit in principio ſecundum Septuaginta interpretes. Cæterùm iuxta Hebraicū alter ſenſus eſt. Dicitur enim ad ſanctos: O vos qui mea præcepta cuſtoditis, qui in terra poſiti, & ſcientes quoniam omnis qui ſe humiliat, exaltabitur: imitati eſtis manſuetudinem meam, & iudicium eſtis operati: quærite dominum in manſuetudine veſtra. Et ſi vultis ſcire quis iſte ſit dominus: quę-
Ioan. 5. d. rite iuſtum, quærite manſuetum: Pater enim omne iudicium dedit filio: qui iudicatur⁹ eſt. Et quia māſueti eſtis: propterea quærite manſuetum, vt quicquid in veſtra manſuetudine minus eſt, ab eo qui fons eſt manſuetudinis impleatur. Hoc autem dico vobis: Si quomodo abſcondamini in die furoris domini: hoc eſt, ſi fortè poſſitis ex eo, ꝙ quęſiſtis dominū, & iuſtitiā eius eſtis operati, iram diei vitare venientis, & effugere captiuitatem, quæ vel à Nabuchodonoſor vel à Romanis inferenda eſt populo Iudæorum. Si autem de his dubitat qui eius iudicia fecerit, dicēs: Si quo modo abſcōdamini in die furoris domini: quid fiet de peccatoribus? Tāta enim va-

HEB. antequā veniat ſuper vos ira furoris domini, anteq̄ veniat ſuper vos ira indignationis domini.
a Q uærite dominū omnes māſueti terræ, qui iudiciū eius eſtis operati: quærite iuſtum, quærite māſuetū, ſi quomodo abſcondamini in die furoris domini. Q uia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertū: Azotū in meridie eijciēt, & Accaron eradicabitur.
b Væ qui habitatis funiculū maris, gens perditorū: verbū dñi ſuper vos Chanaā, terra Philiſtinorum: & diſperdam

ſtitas Iudææ terræ veniet, & tam ſublimis victor huc Baby- K
lonius aſcendet exercitus, vt etiam potentiſſimas vrbes Philiſtinorum, quę ſemper vobis æquo certamine reſtiterūt, eadem captiuitas apprehendat. Gaza enim deſtructa erit, & Aſcalon in ſolitudinem redigetur, & Azotum, non furto, ſed bello, id eſt, manifeſta luce atq; victoria in captiuitatem trahent, & Accaron quæ interpretatur eradicatio, hoc ſuſtinebit, quod in ſuo vocabulo ſonat, id eſt, eradicabitur. Hoc iuxta literam & Hebraicā veritatem. Iuxta Septuaginta autem præcipitur humilib⁹ terræ, de quibus ſuprà dictū eſt, vt operentur iudicium, & quærant iuſtitiam: quā non puto aliā eſſe præter Chriſtum. Et quia Matt.7.a.
omnis qui quærit, inuenìet: id quod inuenerint alijs reſpondeant, L
hoc eſt, alios doceāt. Sapientia enim abſcondi- Eccli. 20.
ta, & theſaurus non comparens, quæ vtilitas in ambobus? Et d.
hoc, inquit, præcipio vobis, vt in die iræ domini protegamini: vel in conſummatione mundi, vel in exitu vniuſcuiuſq; de ſeculo. Gaza enim & Aſcalon, & Azotus, & Accaron diuerſa ſupplicia ſuſtinebunt: Gaza enim interpretatur fortitudo עזה
eius. Omnes ergo qui ſibi applaudunt in fortitudine corporis & potentia ſeculari, & dicunt cū diabolo: fortitudinē faciam: diripientur in die iræ domini, & ad nihilum redigentur. Aſcalon quoq;, quæ dicitur ponderata, vel ignis homici- אשקלון
da, cùm venerit dies iræ domini, ſceleris ſui menſuram ſentiet, & eodem quo operata eſt pondere deprimetur. Et quia arſit ad effundendum ſanguinem, & multas ſcandalizauit animas, & impletum eſt in ea: Virum ſanguinum & doloſum Pſal.5. d
abominabitur dominus: non diripietur vt Gaza, ſed in ſolitudinem redacta, gehennæ ignibus vſq; ad puluerem cremabitur. Necnon & Azotus, quæ Hebraicè dicitur אשדוד, &
in lingua noſtra ſonat, ignis generationis, clara luce vaſtabitur. Arſit enim libidine, & generationis incendio debacchata eſt. Et quia omnes adulterantes quaſi clibanus corda eo- Oſeæ.7.a
rum, & ſagittis ardentibus vulnerati ſunt: nō in tenebris, nō in occulto iudicio: ſed in meridie, hoc eſt, quando ſancti plenam recipient claritatem proijciētur in tenebras, & ſanctorum conſortium non habebunt. Sed Accaron, quæ interpre- M
tatur ſterilitas vel eradicatio: quia nullos fructus habuit, & peruerſitate doctrinæ ſuæ eradicauit plurimos: ipſa quoq; eradicabitur. Has autem omnes varietates intellige in animarum vitijs atque peccatis, & quia vniuſcuiuſq; opus qua- 1.Cor.3.c.
le ſit, in die iudicij ignis probabit. b ¶ Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum &c.) Q uantum ad hiſtoriam, non eſt difficile interpretari, quia in ſuperioribus dixerat: Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum: Azotum in meridie deijcient, & Accaron eradicabitur. Q uatuor magnis Palæſtinę vrbibus nominatis: nunc ad ipſam generaliter prouinciam patet ſermonem domini fieri, & prędici ei: Væ qui habitatis funiculū maris, Babylonio veniēte: quia & ipſi qui iuxta mare habitāt, periēt atq; tollētur. Q uod autē terra Paleſtinorū terra ſit Chanaan, nulli dubiū eſt. Et diſperdā te, inquit, ita vt nullus ſit habitator, & in tantā venies vaſtitatē, quæ lętabaris in euerſione Iudææ, vt omnes tuę vrbes munitiſſimę in ouilia ſint paſtorū. Et poſtq̄ dominus viſitauerit populum ſuum, & fecerit eos regredi ſub Zorobabel & Ieſu, & ædificauerint templum, & extruxerint Hieruſalem: tu ita inculta eris, & ſic vepribus vrticiſq; operieris, vt paſtores de reliquijs Iudæorum in Aſcalone poſt meridiē requieſcant,

SEP. antequam veniat ira domini ſuper vos: antequā ſuper vos irruat dies iræ furoris domini. Q uęrite dominum omnes humiles terrę: iudicium operamini, & iuſtitiam quærite, & reſpondete ea: vt ptegamini in die iræ domini: quia Gaza direpta erit, & Aſcalon in deſertum: & Azotus in meridie proijcietur, & Accarō eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris aduenæ Cretēſium: verbum domini ſuper vos Chanaan, terra Allophylorū, & perdam

requiescant, & in vrbe quondam nobili greges suos faciant accubare: & hoc fiet, quia dominꝰ visitabit plebem suam, & auertet captiuitatem eius, quod factum nécne sit, deus viderit. Neq; enim nunc nobis propositum est historiæ texere veritatem, sed ea intimare nostris, quę accepimus ab Hebręis. Iuxta spiritualem autẽ sensum & translationẽ Lxx. difficilis intelligẽtia est, maximè quia & in interpretatione discordant. Vbi enim nos transtulimus, gens perditorum: illi dixerunt, πάροικοι κρητῶν, id est aduenæ Cretensium, & quod Hebraicè scriptũ est גּוֹי כְּרֵתִים. Pro גּוֹי, id est, gente, legerũt גֵּר, hoc est, aduenam: & pro כְּרֵתִים, quod dicitur, perditorum, nomẽ Cretæ insulæ putauerunt. Deniq; & Aquila & quinta æditio interpretati sũt, γένος ὀλέθριον: Et Theodotio γένος ὀλεθρίας: Symmachus quoque γῆ ὀλεθρόμυον, quæ omnia cum interpretatione nostra faciũt. Rursum, vbi nos diximus: Et erit funiculus maris requies pastorũ: & omnes interpretes huic translationi cõgruerunt: scribitur in Lxx. καὶ ἔσαι κρήτη νομὴ ποιμένων, & μάνδρα προβάτων: id est, Et erit Creta pascua gregis, & ouile pecorum. Igitur spiritualibus spiritualia comparãtes, & vulgatæ æditionis cœptam semel tenentes semitam, quærimus an alibi in scripturis sanctis nomen Cretæ legerimus.

« Et, ni fallor, illud in promptu est: Cretenses semper mendaces: malæ bestiæ, ventres pigri: testimonium hoc verum est. Titum.1.c Qui fluctuant & circũferuntur omni vento doctrinæ in deceptione hominũ, in versutia erroris: Isti cùm debuerint in terra cõfessionis, hoc est, in terra habitare Iudææ: voluerũt magis aduenæ esse Cretensium: qui diuersis maris fluctibus « hinc inde tundũtur, & sonãt ære Corybantino, & sunt iuxta 1.Cor.3.a. Apostolum, quasi cymbalũ tinniẽs. Et quia aduenæ sunt Cretensium: ideo sermo dei, hoc est, cõminatio fit ad illos. Et dicuntur terra Chanaan semp in fluctu, semp in motu, & terra Allophylorũ: alieni enim à deo, in funiculo maris & in Cretæ regione versantur. Fit itaq; ad eos sermo dei, vel in consummatione & fine mũdi, vel quotidie per ecclesiasticos vi- 2.Co.13.a ros, & qui possunt cũ Apostolo dicere: An experimẽtũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? vt eijciatur de Creta, & ꝑdantur de pristinis habitationibus suis: & illa regio quę prius gregem perditum cõtinebat, incipiat esse ouile pecorum Christi: & Iudas. 1. vera cõfessio, habitet in funiculis maris. Cumq; iam cœperit esse mundus ad vesperã, & de multis vocatis pauci electi, qui nũc reliqui vocãtur de domo Iuda, pauerint eos qui primũ in mari, & in Creta, & in mendacio pascebãtur: declinabũt in domibus Ascalonis, id est, vbi prius ignis diaboli & interfectorũ manabat cruor: Ascalon enim interpretatur ignis homicida. Et hoc fiet, quia visitabit dominus populũ suum, & hi qui antè facilè capiebantur sophismatibus hæreticorũ, quasi de captiuitate venientes: vincent aduersarios suos, & habitabũt in tabernaculis eorum. Quod autẽ legitur in Lxx. A facie filiorũ Iuda, obelo prẽnotauimus, nec in Hebręo enim, nec apud vllũ fertur interpretum, & contextũ capituli sensumq; cõturbat: nõ quòd difficile fuerit quomodocũq; & hoc posito sententiã texere, sed semel decreuimus veritatẽ interpretationis, & lectoris magis eruditi, q̃ vulgi iudiciũ sequi. a ¶ Audiui opprobriũ Dani. 7.f. Moab &c. Quòd excepto Daniele propheta, qui quatuor regnorũ sæpius cernit visiones, & eorũ differentias sub alijs atq; alijs imaginibus exponit, Esaias, Hieremias, Ezechiel faciunt, vt post visionẽ Iudæ aduersum cæteras nationes, quæ in circuitu eius sunt, vertant vaticinium, & iuxta ἰδιώματα singularũ, quæ eis vẽtura sunt, nuncient: atq; in descriptione earum diutius immorentur. Hoc nunc propheta Sophonias, quanq̃ breuiter, eodẽ tamen ordine facit. Post Philistijm eñi contra quos suprà cõminatio pręcucurrit, Gaza, inqt, destructa erit: & Ascalon in desertũ, Azotum in meridie eijcient: & Accaron eradicabitur. Nũc aduersus Moab, & filios Ammon: siue vt in Lxx. additum est, cõtra Damascũ, quæ in Esaia Esa. 17.a. dicitur Ara, texit prophetia, eo quòd præbẽtes auxilia Nabuchodonosor, vastauerit Iudã: conculcauerint sanctuarium eius: templũ quoq; subuerterint: & subiugato populo Israël dominum blasphemauerint. Nabuchodonosor quippe atq; Chaldęi, Iudæis vrbibus subrutis cæteras gentes oppressérunt: & ita factum est, vt qui insultauerãt populo dei, ipsi quoq; eadem malorũ angustia premerentur: & haberent conseruum Iudam, quẽ putauerunt se habere subiectum. Igitur anteq̃ veniat captiuitas sub Iosia adhuc rege, necdum Hierosolymis temploq; subuersis, dirigitur aduersum insultãtes prophetia: vt mala quondam populi dei, cæterarum gentiũ leuarentur malo. Audiui, inquit, opprobriũ Moab, quæ nunc Areopolis appellatur, & blasphemias filiorũ Ammon, quæ & ipsa vrbs Arabiæ secũda post Bosram Philadelphia dicitur: in quibus exprobrauerũt populo meo, & eiectis Iudæis, dilatauerunt in terra eorum fines suos. Propterea quia blasphemauerunt me, & exprobrauerunt populo meo: Ego dominus exercituum, qui possum implere quod comminor: & deus Israel, qui in populo meo ipse patior iniuriam, faciam vt sit Moab quasi Sodoma, & filij Ammõ quasi Gomorra. Legamus huiusce modi visiones in Esaia & Hieremia, & eadem quæ nunc hìc legimus, reperiemus. Siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in æternum: pro quo nescio quid sibi volẽtes Lxx. Damascũ euulsam & derelictam interpretati sunt: nisi fallor, verbi ambiguitate decepti: siccitas eñ quod Hebraicè dicit מְמְשָׁק: excepta prima litera מ si mutetur, & ד accipiatur: easdẽ literas reliquas habet quas & Damascus, & potest legi pro superiori verbo דְּמֶשֶׂק. Quæritur autem quomodo istæ vrbes, hoc est, Moab & filij Ammon redactæ sint in Sodomam & Gomorram, & quasi spinarum ariditas & acerui salis, vsq; in æternum non ædificentur. Et quòd quidem vastátæ sint quasi Sodoma & Gomorra, exponendi nulla est difficultas. Verùm hoc quod sequitur: Desertæ erunt vsq; in æternum, aut destructionem regni earum interpretabimur: quia post ea subuersæ à Chaldęis, regnum suum perdiderunt, & demceps vel ab Antiochis, vel à Ptolemæis tentæ, nouissimè Romano imperio colla submiserint. Aut certè ὑπερβολικῶς dici accipiendum est, עוֹלָם quippe & æternitatem sonat & seculum: ex quo & pro vno seculo, & pro aliquanto tempore, & vna ætate accipi potest. Et qui reliqui fuerint de populo Israël, vastabunt eos, & blasphemantia quondã Chaldæorum auxilia possidebunt. Hoc autem eueniet eis pro superbia eorum, quia blasphemauerunt, & magnificati sunt cõtra populum domini exercituum: qui dominus exercituum erit horribilis super eos, & horror eius non interficiet superbos: non blasphemantiũ sanguinem fundet, sed dispergdet & attenuabit omnia idola eorum, vt qui prius tenebantur error, & domini beneficia non sentiebãt: malorum necessitate pressi, sciant idola nihil prodesse, & adorent eum vnusquisq; de loco suo omnes insulę gentium. Hucusq; iuxta Hebtaicũ.

HEB. & disperdam te ita vt non sit habitator. Et erit funiculꝰ maris requies pastorum, & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda: ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos dominꝰ deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. a Audiui opprobriũ Moab, & blasphemias filiorum Ammon, quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super

SEP. & perdã vos de habitatiõe. Et erit Creta pascua gregũ, & ouile pecorũ, & erit funiculus maris his qui reliqui sunt de domo Iuda: super ipsos pascẽtur in domibꝰ Ascalonis: post meridiẽ diuertẽt à facie filiorũ Iudæ: quia visitabit eos dominus deus eorũ, & auertet captiuitatem eorũ. Audiui opprobriũ Moab, & cõtumelias filiorum Ammon: in quibus exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super

Nunc ad

G Nunc ad Lxx. interpretes reuertamur: cogamusq; Iudęos, qui tantum sequuntur historiam, exponere nobis quando Moab & filij Ammon facti sint quasi Sodoma & Gomorra: & quasi acerui salis, & desertæ vsq; in æternũ: debent monstrare sulphureas pluuias, vineas, terrã in cineres fauillamq; conuersam: mare suprà de puteis quondã salis, quod nunc mortuũ dicitur, inundasse: quãdo eos diripuerint Iudæi, quando residuæ gentes Israëliticę possederint eos. Aut quæ indignatio domini est pro blasphemia & contumelijs attenuare & disperdere eos: nõ Moab & Ammon, sed vniuersã terram, vt adorẽt eum de loco suo, omnes insulæ gentium? quã magis pro beneficio tribuet blasphemantibus, vt ab errore redeant ad salutẽ.

HEB. sunt super terminos eorum. Propterea viuo ego, dicit dominꝰ deus exercituum, deus Israël: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra: siccitas spinarũ & acerui salis, & desertum vsq; in æternum: reliquię populi mei diripient eos: residui gentis meę possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua, quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum domini exercituum.

H Quòd si voluerint dicere, post regressionem de Babylone has gẽtes populo Israël fuisse subiectas: primũ authoritatem postulabimus scripturarum, vnde hoc factum probẽt: deinde cùm minimè potuerint demõstrare, concedemus eis ex superfluo atq; dicemus: Esto accidisse qđ dicitis, quæ iustitia dei esset blasphemasse auos, & exprobrasse atauos, & postea nepotibus redditũ? Exo.20.a. Cùm vtiq; illa sententia qua antea dicebatur in lege, peccata patrũ in filios in tertia & in quarta generatione restitui, Ezec.18.a per Ezechiel soluta sit: Viuo ego, dicit dominus, nequaq̃ dicetur hæc parabola: sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et simul animaduerte parabolam esse quod dictum est: nec id sonare quod in superficie literæ proferunt. Quòd si iniustũ est nepotibus reddere quod deliquerint aui: quanto iniustius pro stultitia Iudæorum hoc ipsum sperare in consummatione mundi fieri: quando non Christus eorum, vt putant, sed est venturus Antichristus. Sicubi enim arctatî fuerint in historia, vt doceãt completum esse quod dictum est, statim transiliunt ad futura Christi tempora: & omnia quæ non possunt exponere, post multa secula sibi repromittũt & dicunt: & Moab, & filios Ammon, & Aegyptũ, & Philistim, & Idumæam, quæ nunc insultãt Iudæis, eo tempore puniendas. Interrogemus ergo eos, quare has potissimũ gẽtes deus I puniat, & non totum orbẽ in quo Iudæi longè latéq; dispersi sunt. Si enim meretur Moab corripi, Iudæis insultans, & filij Ammon & reliquæ gentes in circuitu: quare Gallia nõ corripitur? quare Britannias in comminatioñe non ponit? cur Hispaniæ ea pœna alienæ sunt? quam ob causam de Italia nihil dicitur? de Aphrica cur tacetur? Et vt semel dicam, cũ totus orbis Iudæos captiuos teneat: quid solæ gentes tãtum cõmisere flagitij, quæ in circuitu eius sunt: vt solę potissimũ nominentur? Hæc contra Iudæos & generalem in omnibus prophetis vbicunq; aduersum gentes aliqua prophetia dicitur explanationẽ: Nunc quod suprà diximus, Damascum Hebraicè non haberi: nec apud quẽquam alium interpretẽ etiam ex ipso scripturæ ordine cõprobabimus. Ad id enim quod dixerat: Audiui opprobrium Moab & blasphemias filiorum Ammon, postea retulit: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra. Quod ergo sequitur: Et Damascus deserta, quasi aceruus areæ: debuerat & de Damasco aliquid præmisisse: vt quomodo de duabus gentibus dixerat, Moab vt Sodoma erit: & filij Ammon, vt Gomorra: quarũ peccata antè iam dixerat: sic & Damasci vel opprobria, vel blasphemias descripsisset, vt postea dignè supplicium videretur inferre. Sed & hoc ipsum quod dicitur: Quasi aceruus areę, quod Græcè dicitur ὡς θημωνία ἄλωνος, putamus Lxx. ἁλὸς interpretatos: id est salis, sed ab imperitis qui θημωνίαμ, hoc est, aceruum frumenti vel frugum pntauerunt, pro ἁλὸς additis duab⁹ literis ω & ν, quasi ad consequentiam frugum ἅλωνος, hoc est, areæ positum. Hoc de interpretationis varietate & errore sit dictum, & de difficultate historiæ. Quis autem doctus vir est: & spiritualibus spiritualia cõparat: & non quærit quæ deorsũ sunt, sed ea quę sursum, & cum Christo resurgit ab inferis, & veterem hominem deponens induitur nouo: op

SBP. sunt super terminos meos. Propterea viuo ego, dicit dominus virtutum, deus Israël: quia Moab sicut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorra, & Damascꝰ derelicta quasi aceruus areę, & dissipata vsque in sempiternũ: & qui reliqui fuerint de populo meo, diripient eos: & residui gentis meę possidebũt eos: hoc erit eis pro cõtumẽlia sua, qa exprobrauerũt & magnificati sunt super dñm omnipotẽtem: manifestus

K probria Moab, & blasphemias filiorũ Ammon, ad magistros contrariorũ ecclesiæ dogmatũ referet: q & ipsi videntur de genere esse Abraham, & effugisse incendium Sodomæ & Gomorræ, & habitare ī Segor puula. Sed quia generatio eorũ in tenebris est, & lumẽ veritatis nõ possunt aspi- L cere: declinauerunt enim â deo patre, quod interpretatur ex nominibus Lot & Moab: & dei esse filij cessauerunt, quod dicitur populus meus: & in tenebrosa spelũca concepti de incestijs nuptijs substiterunt: propterea vsq; hodie simplicitati filiorum Iudę insultantes, magnificare cupiunt super terminos eius possessionem suam, de quibus in Prouerbijs dicitur: Non transferas terminos sempiternos, quos posuerũt patres Prou.22.d tui. Vide hæreticos in dialectica sibi & rhetorica, & omniũ sophismatum dogmatibus applaudentes, contemnere ecclesiæ rusticitatẽ: & quasi indignã mysterijs suis, quæ sibi quasi idola confinxerũt despicere, & habere pro nihilo, & nõ quęres quæ sint opprobria Moab, & contumeliæ filiorum Ammon: in quibus exprobrauerũt populo dei. Iurat itaque dominus p semetipsum, dicẽs: Viuo ego, dicit dominus. Et pulchrè ad distinctionem mortuorũ deorum, qui appellantur idola, se viuentem dicit deus Israël: hoc est, populi videntis deum: quòd blasphemantes hæ gentes, id est, Moab & filij Ammon, de quibus suprà diximus: sicut Sodoma & Gomorra erunt. Videntur quidem sibi in eo quòd gentiles nõ sunt, exisse de Sodomis & Gomorris, sed quia blasphemant populum dei, & contra Israël faciunt, in Sodomam reputabũtur & Gomorram, & ita delebuntur vt illæ deletę sunt antè, nullum in se habentes vestigium viroris & vitæ. Nec mirum si M hoc de hæreticis intelligamus, quòd reputentur quasi Sodoma & Gomorra, cùm etiam ad ecclesiasticos, qui dei nõ obseruauere mandata, & egressi sunt à præceptis eius, dicatur per Esaiam: Audite verbum domini principes Sodomorum: Esa.1.c. & attendite in legem domini populus Gomorræ. Et ad presbyteros cupiẽtes sub figura Susannæ ecclesiæ corrumpere castitatem, dicat Daniel: Hoc est iudicium dei: semen Cha- Dan.13.f. naan, & non Iuda. Et vt sciatis quotiescunq; Sodoma & Gomorra & Aegyptus nominantur, non de his dici prouincijs, quas oculis cernimus: sed de alijs spiritualibꝰ quibus sermo propheticus comminatur, legite in Apocalypsi Ioannis: Locus autem in quo dominus crucifixus est, vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus. Si ergo Hierosolyma in qua crucifixus est dominus, vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus: quare non econtrariò Aegyptus & Sodoma & Gomorra, si opera fecerunt Hierusalem, & terræ Iudæ, in terrã sortis domini transferantur? Deniq; & Dauid non erat de sacer- 1.Re.21.a dotibꝰ, nec licebat ei comedere panes propositiõis, sed quia per singula crescebat opera, & persecutio Saul virtutũ illius profectus erat: propterea in fuga sua dum nescit, subitò antistes efficitur: & accipit panes propositionis, & non violat mandatum dei. Hoc totum diximus: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon, vt Gomorra. Damascus quoq;, quæ interpretatur

terpretatur,sanguinem bibẽs:aut sanguis sacci, erit derelicta à dei misericordia,quasi aceruus salis. Quia enim prin-
2.Cor.11 g ceps eius est rex Aretha,& Damascẽi Paulum occidere cu-
Act.9.d. piunt,& per murum in sporta dimittitur:nõ dicitur ad Damascum:Vos estis sal mũdi:nec illud sal vocatur,quod semper offert in victimis, sed quod infatuatũ est, & de quo in Euangelio
Matt.5.b. scribitur: Si autem sal infatuatũ fuerit: in quo salietur?ad nihilum est vtile, neq; in terrã, neq; in sterquilinium,sed foras proijciunt illud, vt ab hominibus conculcetur. Et Moab igitur, & Ammon, & Damascus: qui sese aduersus domini scientiam para uerũt & blasphemauerunt populum dei:& dixerũt in eum plurimas contumelias, & voluerunt dilatare terminos
B suos in terra ecclesiæ: & populũ dei possidere,desertæ erunt & destructæ,& reliqui de populo dei, hoc est,viri ecclesiastici in scripturis dñicis eruditi diripient eos,& residui gentis dominicæ possidebunt eos:& hoc eis erit pro contumelia,quia exprobrauerunt & magnificati sunt cõtra domiunm omnipotentem. Vide clementiam,vide misericordiam domini:cõtumeliam patitur, blasphematur, diripiuntur termini eius: & ille quid facit?Mittit ad reliquias populi sui,de quibus diximus,vt sibi blasphemantes diuidat, & in suam ducat possessionem.Multo enim stulto melius est seruire sapienti, & fatuitatem eius domini sapientia corrigi, q̃ suæ eum stultitiæ derelinqui. Veniet itaq; dominus omnipotens, & manifestus erit super eos,quem nũc nesciũt,quem ignorant:& disperdet omnia dogmata:id est,deos eorum,& diuersarũ gentium idola:vt postq̃ simulachra quæ de suo sibi sensu composuerant,euersa fuerint,conuertantur gentes ad dominum, & vnusquisq; in loco suo adoret eum quem nesciebat antè.

HEB.Horribilis dominꝰ super eos:& attenuabit omnes deos terrę,& adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulę gẽtium. Sed
a & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis: & extẽdet manum suã super Aquilonẽ, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem, & in inuium & quasi desertũ. Et accubabunt in medio eius greges:omnes bestiæ gẽtium, & onocrotalus, & heritius in liminibꝰ eius morabũtur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari:quoniam

a ¶Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. &c.) Iudæi totum hoc capitulum & duo superiora contra Philistim,& Moab,& filios Ammon ad aduentum Christi referunt, quem putant in consummatione mũdi esse venturum:
C qui extruat Hierusalem,& populum suum liberet de manu gentium,qua tenentur:& hoc sonare quod dicitur, Et adorabunt eum viri de loco suo,omnes insulæ gentium. Nõ solum autem superiores gentes, sed Aethiopes quoq; & Assyrios & Niniuen vrbem Assyriorum eo tempore ponendã esse in solitudinem,& cubituras in ea omnes bestias terræ: siue vt in Hebræo scriptum est:omnes bestias gẽtium: ex quo significari putant de cunctis nationibus, quæ euersuræ sunt Niniuen.Et quia Niniue,speciosa interpretatur, in præsenti loco speciosam referunt ad Babylonem. Et omne quod sequitur:Onocrotalus & heritius in liminibus eius morabuntur:& cætera, Babyloni potius conuenire, cuius & in Esaia eadem solitudo prædicitur.Et econtrariò alij affirmant,manifestè de Assyrio dici, de quo iam præcesserat:Et extendet manum suam super Aquilonẽ,& perdet Assur,& ponet Niniuen in solitudinẽ. Post Assyrios enim magis Niniuen intelligi, q̃ Babylonem quæ ciuitas Chaldæorum est. Quòd autem ait: Onocrotalum & heritium in cardinibus eius, &
Onocrotalus. coruum in superliminari,solitudinis esse indicia,& onocrotalorũ duo genera:aliud aquatile,aliud solitudinis. Et quod ait,vox cantantis in fenestra,vel dæmones intelligi:vel variarum voces volucrum,quæ solent in desertis vrbibus commorari. Præterea quod & nos & Septuaginta similiter transtulimus:Coruus in superliminari:in Hebræo ponitur,חֹרֵב qđ

SEP. manifestus erit dominus super eos,& disperdet omẽs deos gentiũ terræ:& adorabunt eum singuli de loco suo,omnes insulę gentium. Et vos Aethiopes vulnerati gladio meo eritis:& extendã manũ meã super Aquilonẽ, & perdam Assyriũ,& ponã Niniuen in solitudinẽ, & inaquosam quasi desertũ. Et pascẽtur in medio eius greges,& omẽs bestię terræ:& chameleõtes & heritij in præsepibꝰ eius cubabũt, & bestiæ clamabũt i foueis suis,& corui i portis eius:quia

secundum lectionis diuersitatem,vel siccitas, vel gladius,vel D
coruus accipitur. Vnde & Aquila gladiũ, alij siccitatem interpretati sunt.Et post euersionẽ quasi insultans ruinę eius, sermo propheticus loquitur:Hæc est ciuitas glorioſa,habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum,& extra me nõ est alia amplius?:quomodo facta est in desertum cubile bestiæ?Omnis qui transit per eã,sibilabit, & mouebit manum suam.Iuxta hoc autem quod suprà diximus:aut verè in deserta vrbe habitabũt bestiæ, aut certè sub bestiarum figura multarum nationum varietas indicat. Quod si quispiam quæsierit:quomodo iuxta historiã ad tẽpora Nabuchodonosor hæc prophetia referatur:Aethiopibus etiam nuncupatis & Assyrijs, quibus Medi & Persæ E
nihil fecerint: legat historias,& videbit Assyrios quoq; & Aethiopes Medis fuisse subiectos, & Cambisis regnum,& Cyri potentiam, & omnia quæ deinceps sint secuta.Hæc Iudaicè dicta sint.Cęterùm si notauerimus in omnibus scripturis Aethiopes eos appellari,qui penitus in vitia sunt demersi,secundum illud quod in Hieremia legimus: Si Hiere.13 d
mutabit Aethiops pellem suam: Aethiopibus ad meliora cõuersis, spes erit nullum qui voluerit agere pœnitentiam, à salute alienum fore. Vnde & prius anima polluta,& delictorum sordibus inquinata,dicit: Nigra sum. Et postea in fine Cant.1.a
Canticicanticorum,de eadem iam purgata & lota per pœnitentiam scribitur: Quæ est ista, quæ ascendit dealbata? Ibi.8.b.
Moyses quoq;,id est,lex domini spiritualis,Aethiopissam de Exod.2. d
gẽtibus duxit vxorem:& Maria,id est, synagoga Iudęorum: & Aaron,id est,carnale sacerdotium: & non secundum ordinem Melchisedech: murmurãt aduersus legem, sed frustra. Statim enim synagoga perfundit lepra: & extra castra proiecta,completo tempore,ipso orante Moyse,in castra reducitur. Aethiopiæ enim manus iam præuenerat deũ.Commi- Psal.67.g
natur itaq; nunc sermo diuinus his qui peccatis inhærentes, & ôbliti sordibus delictorum nolunt ad meliora cõuerti: & tenebrosum colorem eluere, & comminatur eis gladium,de
quo puto scribi & in Genesi:Statuit Cherubim,& flammeũ F
gladium qui vertitur ad custodiendum viam ligni vitę.Et in Esaia: Inducet gladium magnum & sanctum super draconẽ colubrum tortuosum,& interficiet illum in die illa:Et dicit eos vel vulnerandos vel interficiẽdos gladio:vt timẽtes pœnas,imitentur Niniuen,& agant pœnitentiã:& non sustineat Ionæ.3.
quæ dominus cõminatur. Quod quidem & Hieremię prophetia sonat: Loquar,inquit,super gẽtem & super regnum: Hier.18.b
& auferam & disperdam eos:& si pœnitentiã egerint,& ego pœnitentiam agam de omnibus malis quæ locutus sum,vt facerem eis.Et vt sciatis propterea nũc dominum comminari Aethiopibus gladium,vt eos ad meliora cõuertat: post paululum in hoc ipso libro de Aethiopibus infert: Vltra flumina Aethiopiæ,inde supplices mei filij dispersorum meorum Infrà.3.b.
deferẽt munus mihi:Siue vt in Lxx.habet:de finibus fluuiorum Aethiopiæ suscipiam dispersos meos,& offerẽt hostias mihi.Post hæc non loquitur dominus vt suprà,sed propheticus spiritus de eo:Et extẽdet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur. Aquilonem de quo Hieremias scripsit: Ab Aquilone exardescent mala super omnes habitato- Hiere.1.c
res terræ. Et de quo Salomon commemorat: Aquilo durus Prou.25 d
ventus; nomine autem dexter vocatur.Propterea autem extendit inferentem supplicia deus manum suam, vt & Aqui-

G lo ſentiat pœnas:& hi qui in terra eius ſunt, ad quam iuxta
Zach.6. a Zachariam pergunt equi nigri,de quibus dicitur:Erãt equi nigri,ibant in terram Aquilonis. Et pulchrè qui mouerit pedes ſuos,& receſſerit ab Oriẽte, de quo idem propheta ait:
Ibid.6.c Ecce vir, Oriens nomen eius: & ad Occidentem reſpexerit, ſtatim pergit ad Aquilonẽ, qui nõ eſt dexter, ſed nomine dexter vocatur. Quod quidẽ & corporaliter intelligitur:vt quicũq; in Oriẽte ſteterit, & verterit ſe ad Occidentẽ reſpiciens, ad dexteram habeat Aquilonem: quem dextrum vocant qui ſtatu illius refrixerunt,qui tantum nomine dexter eſt, cæterũm re & opere potius in ſiniſtra eſt. Poſtq̃ autem extẽderit manum ſuam ſuper Aquilonẽ dominus, perdet etiã Aſſur, qui interpretat̃ ἐυθώνωρ:quẽ
H multi putant dirigentẽ dici:ſed falſum eſt: ἐυθώνωρ enim coarguens dicitur,atque conuincens. Et quoniam diabolus ipſe eſt inimicus & vltor: & ipſe peccata ſuggerit, & poſtea in peccatis coarguit peccatores:idcirco ἐυθώνωρ vocatur. Hunc ego eſſe reor principem Aſſyriorũ,qui habitat ad Aquilonem, & metropolim habet Niniuen,& dicit in Eſaia:Fortitudinem faciam,& ſapientiã intellectus: auferam terminos gentium, & vires earum depaſcar. Porrò quod ſequitur de Niniue vaſtata: Et paſcẽtur in ea greges,& omnes beſtiæ terræ,& chameleõtes & heritij in præſepibus eius accubabũt,& beſtiæ requieſcẽt in cardinibus eius:& corui in feneſtris eius,& cætera: Videtur mihi iuxta illud intelligi debere, quod vel in Iona,vel in Nahum propheta ſcriptum eſt. Et in Iona quidem Niniuẽ, id eſt,ſpecioſam,quæ ad prædicationem Ionæ: id eſt,colum bæ egerit pœnitentiam, eccleſiam interpretati ſumus de gẽtibus congregatam. In Nahum verò ſuper mundo intelligẽtiam temperauimus,& de mũdo quidem non difficile eſt interpretari & dicere: ꝙ quando Aethiopes vulnerati gladio domini fuerint,& extenderit manum ſuam ſuper Aquilonẽ, & perdiderit Aſſyrium principem mundi: etiam ipſe mundus cum principe ſuo pereat:& ad maximã ſolitudinẽ redi-
I gatur,& nulli miſerabilis ſit,ſed omnes ad ruinam eius ſibilent,& moueant manus ſuas. De eccleſia autem videtur prima fronte eſſe blaſphemũ,quòd ea futura ſit inuia & deſerta,& beſtiæ habitent in ea, & poſtea ei cum inſultatione dicatur: Hæc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitabat in ſpe, quę dicebat in corde ſuo:Ego ſum,& non eſt præter me amplius:quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarũ?Sed
2.Tim.3 a qui conſiderauerit illud Apoſtolicum in quo dicitur:In nouiſſimis temporibus inſtabunt tempora peſſima: & erũt homines ſui amatores,auari,arrogantes,ſuperbi,blaſphemi,parentibus non obedientes,ingrati,ſceleſti, ſine affectione, ſine pace,accuſatores,intemperantes,crudeles,odio habẽtes bonum,proditores,temerarij,inflati,voluptatum amatores magis q̃ dei: habẽtes formam pietatis,virtutem autem eius denegantes. Necnon & hoc quod in Euangelio ſcriptum eſt:
Mat.24 b ꝙ multiplicata iniquitate,refrigeſcat charitas multorũ: intantum vt in illo tempore compleatur: Veruntamen veniẽs filius hominis putas inueniet fidem ſuper terram? nõ mirabitur de extrema eccleſiæ vaſtitate:ꝙ regnante Antichriſto, redigenda ſit in ſolitudinem, & tradenda beſtijs:& paſſura quæcũq; nunc propheta deſcribit. Si enim deus propter infidelitatem ramis naturalibus non pepercit, ſed fregit eos, & poſuit flumina in deſertum,& fontes aquarũ in ſitim,terram fructiferam in ſalſuginem,propter malitiam habitatorum eius:cur non econtrariò eos de quibus dixerat: Poſuit K
deſertum in paludes aquarum,& terram ſine aqua in fontes aquarum:& habitare fecit ibi eſurientes, & cætera: & quos inſeruit de oleaſtro in radicem bonæ oliuæ, ſi immemores beneficij receſſerint à cõditore ſuo, & adorauerint Aſſyriũ,

HEB. nari: quoniam attenuabo robur eius. Hæc eſt ciuitas glorioſa, habitans in cõfidentia, quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius: qũo facta eſt in deſertũ cubile beſtiæ? omnis qui trãſit per eã, ſibilabit, mouebit manum ſuam.

Cap. III.

VAe prouocatrix & redẽpta ciuitas: columba nõ audiuit vocẽ,& non ſuſcepit diſciplinam: in dño nõ eſt cõfiſa: ad dñm ſuum nõ appropinquauit.

SEP. tis eius: quia cedrus altitudo ei9: hęc eſt ciuitas malis dedita, quæ habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſũ, & nõ eſt poſt me amplius: quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum: omnis qui trãſit p eã, ſibilabit & mouebit manus ſuas,

Cap. III.

OIlluſtris & redẽpta ciuitas: colũba nõ audiuit vocem, nõ ſuſcepit diſciplinã: in domino non eſt cõfiſa: & ad dominum ſuum non appropinquauit.

euertat,& ad eãdem ſitim reducat in qua pri9 fuerant? Quod cùm generaliter in aduẽtu Antichriſti,ſiue in fine mũdi poſſit intelligi: tamẽ quotidie in his q ſimulant ſe eſſe de eccleſia dei, & operibus negãt: auditoresq; legis ſunt, & non factores, accipi poteſt, qui fruſtra ſpecioſos ſe eſſe iactent,cũ habitent in eis greges, vitiorum ſcilicet multitudo & bruta animalia corpori ſeruientia: & omnes beſtiæ terræ, quæ corda eorum comedũt: & chameleõtes qui non habent vnũ co
L lorem:ſed diuerſis peccatis,nunc auaritiæ,nunc luxuria, nũc crudelitate,nunc libidine,nunc triſtitia,nũc exultatione per momenta mutantur. Et heritij in præſepibus eorum,animal ſpinoſum & plenum ſentibus:& vulnerans quicquid cõtigerit. Sed & beſtiæ cubabunt in foraminibus,id eſt,in cordib9 eorum:& corui immundæ aues in portis eorum, vel in ore, vel in auribus,quò aut loquantur ſemper,aut audiant mala. Poſt quæ infertur & dicitur:ideo eccleſiã hæc paſſurũ fore, vel eſſe perpeſſam,ꝙ in ſuperbiam ſe eleuauerit:& quaſi cedrus ſuum cacumen erexerit,malis operibus dedita:& nihilominus futuram ſibi beatitudinem repromittens,& in corde ſuo cæteros deſpiciens: nec putans quenq̃ eſſe præter ſe, & dicẽs: Ego ſum,& non eſt alia pręter me vltrà:quomodo ergo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarũ? Vbi em̃ prius habitabat pat9,& filius,& ſpiritus ſanct9,& angeli eius miniſterijs præſidebant, tunc habitabunt beſtiæ: de quibus & propheta complorat,dicens: Ne tradas beſtijs animam con- Pſal.73.d
fitentem tibi. Omnis qui tranſibit per eam, ſibilabit & mouebit manus ſuas. Quod ſi de angelis intellexerimus,ita intepretabimur:cùm tranſierint per eam angeli, & non mãſerint in ea vt prius facere conſueuerant:ſtupebunt & mirabũtur:& non eam fulcient,& ſuſtentabunt ruentem manu ſua, M
ſed leuabũt manus & pertranſient. Vel certè cum ſibilo attollent manus:& quaſi plangentes in morem lugentium concrepabunt. Si autem hoc de diabolo & angelis eius voluerimus accipere:qui vineam quoq; quæ de Aegypto tranſlata fuerat,vaſtauerunt: Dicemus per animã de qua Chriſtus receſſerit:& quæ prius tẽplum dei fuerat,& eſſe deſinit: trãſire ſerpentem & ſibilare in ea,& venena ſuę malitię euomere:& non ſolum hoc facere,ſed opera quoq; ſua, quæ ἔργα κῶν manus vocantur,mouere. Ac ne putes quia colubrũ nominauimus: violenter nos manus colubri, pro opere intelligere:accipe teſtimonium Salomonis: Mors & vita,in mani- Prou.18.d
bus linguæ. Hæc diximus,vt potuimus interpretationi allegoricæ ſeruientes. Si quis autem magis veriſimilia & habẽtia rationem q̃ à nobis ſunt diſerta repererit,illius magis lector authoritate ducatur.

Cap. III.

a VAe prouocatrix &c.) Multi putant propter conſequentiam ſermonis dici aduerſum Niniuen,de qua ſuprà:Et perdet Aſſyrium,& ponet Niniuen in ſolitudinem. Sed nunq̃ ſcriptura Niniuen columbam vocaret: licèt in Hieremia,à facie gladij colũbę,de Nabuchodonoſor Hier.25.g
quidã dictũ putent. Sed ſciendum ꝙ alij econtrariò aſſerant, pro columba ibi poſſe intelligi ἐκκλησία,id eſt,Græciam: vt ſit ſenſus:

יונה sit sensus: à facie gladij Iona, id est, à facie gladij Græciæ: Io-
A na enim tam columbam q̃ Græciam significat. Vnde & vsq; hodie Græci Iones, & mare appellatur Ionium: & apud Hebræos permanet eorum vetus vocabulum. Sed & principes Romani apud Barbaras nationes antiquum vocabulum retinentes, Cæsares appellantur. Omnis itaq; contra Hierusalem sermo est: Væ ciuitas quondã colũba, semper peccãs, & captiuitatib⁹ trãdita, & rursum redempta à domino. Væ ciuitas prouocatrix: qđ significantius Hebraicè dicitur מֹרָאָה, id est, παραπικραίνουσα: quod nos possumus dicere, deum amarũ faciẽs, id est, tuo vitio dulcem dominum atq; clementem vertẽs in amaritudinẽ: vt qui misereri vult, punire co
B gatur. Nõ audiuit præceptũ domini: & correpta noluit suscipere disciplinã: nec præmẽtib⁹ malis aliquãdo est confisa in domino deo suo: nec ambulauit post tergum eius: nec dicẽte
Hier. 23.e eo: Ego dominus appropinquans, & non de longè: ipsa ei appropinquare voluit. Describuntur quoq; principes eius: & iudices, & prophetæ, & sacerdotes: vt in ciuitate populum, & in his quæ dixi nominibus dignitatum, principes accipiamus. Principes igitur eius quasi leones semper versabãtur in prædis, & ad effundendum sanguinem subiectorum: Iudices eius rapaces, nõ dimittentes alijs quod possint rapere. Prophetæ eius insaniẽtes siue stupentes: quod Hebraicè dicitur פֹּחֲזִים: & Aquila transtulit ἐνθουσιαζόμενοι, loquebantur quasi ex ore domini: & omnia contra dominum prædicabant. Sacerdotes in loco sanctuarij commisere sacrilegium: & cùm contra legẽ facerent, ex lege victimas offerebant. Propterea quia illi egerunt iniustè, dominus iustus non faciet iniquitatem: sed restituet vrbi pessimæ quæ meretur. Mane, mane, id est, manifestè & absq; aliqua ambiguitate faciet de ea iudiciũ: nec erit qđ ab eo possit abscondi. Et hoc faciet dominus, vt correpta ci
C uitas conuertatur ad melius. Sed iniquus Israël non cognouit confusionem suam: nec intellexit idcirco sibi illatas plagas, vt ageret pœnitentiã. Vindicaui te, inquit, postea de gẽtibus, & destruxi imperia eorũ: vt qui per plagas me nõ senseras, saltem per beneficia cognosceres. Vel certè sic intelligendum: Disperdidi omnes ciuitates tuas ô Iuda, & omnes subiectos tibi pagos & tribus, & diuersa confinia: & tãta hominũ vastitas fuit, vt non esset qui habitaret in vrbibus tuis: & postq̃ hoc feci, misi prophetas meos consurgẽs diluculò, & ad pœnitentiam prouocans, dixiq; : Feci quidem tibi hæc, ó Hierusalem: sed feci vt timeres me, & susciperes disciplinam: & non periret habitaculum tuum: hoc est, tẽplum, propter omnia scelera quæ gesseras. At econtrariò, habitatores Hierusalem, me eos ad pœnitentiam prouocãte, quasi de industria & ex contentione diluculò surrexerũt: vt festinatione qua ad me redire debuerant, complerent omnes cogitationes suas: & opere demonstrarent, quod mente conceperant. Hoc iuxta Hebraicum. Cæterùm: Illustris & redempta ciuitas Christi sanguine, iuxta superiora perspicuè ecclesia intelligitur, quæ & vocatur columba, propter simplicitatem multitudinis in ea credentium. Hæc non audiuit vocem domini, neq; suscipere voluit disciplinam, nec confisa est in domino: quia noluit appropinquare dominũ deum

HEB. propiquauit. Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes: iudices eius lupi vesperę, nõ relinquebãt in mane. Prophetæ eius vesani, viri infideles, sacerdotes eius polluerũt sanctũ: iniustè egerunt cõtra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatẽ. Mane mane iudiciũ suũ dabit in luce, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus cõfusionem: disperdidi gẽtes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, eo quòd nõ est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum non remanente viro, neq; vllo habitatore. Dixi, attamen timebis

SEP. propinquauit. Principes eius in ea veluti rugientes leones: iudices eius sicut lupi Arabiæ, non dimittebant in mane: pphetæ eius portãtes spiritum, viri contẽptores: sacerdotes eius polluunt sancta, & impiè agũt in legẽ: dñs autem iustus in medio eius, & nõ faciet iniqtatẽ. Mane mane iudicium suũ dabit in luce, & non est abscõditus: & nescit iniquitatẽ in exactione, nec in sempiternũ iniustitiã: detraxi supbos, dissipati sunt anguli eorum: destruxi vias eorũ vt penit⁹ nõ trãseãt: defecerunt ciuitates eorũ, eo φ null⁹ subsisteret neq; habitaret. Dixi, verũtamẽ timebitis

suum, vt mereretur veniam peccatorum. Frustra enim quis D
vocem domini dei sui audire se dicit, & confidere in domino, quando operibus fidem destruit: & magis mammonæ iũgitur q̃ domino deo suo: & duplici corde accedit ad eum, & duobus dominis, seculo & deo militare posse se credit. Huius principes sicut leones rugientes. Non ambigimus de rugitu leonum & discursu: quãdo viderim⁹ principes eius ita in subiectos populos detonare: & voce tyrannica rabidisq; conuitijs plebem cõterere: vt nõ pastorẽ in grege, sed leonem inter ouicu
las putes frendere. Iudices quoque eius quasi lupi Arabię, occidentes vespere, & nil relinquẽtes in mane: nõ aspiciẽtes ad ortum solis, sed morantes semper in tenebris: & possessiuncu- E
las ecclesię, & ea quę in dei donaria conferunt, vertẽtes in lucrũ suum: vt non habeant pauperes quod mane comedant: qui quasi in nocte, & nullo vidente omnia populantur: & cùm luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Prophetæ etiam, id est, magistri qui se putãt docere populos, & de scripturis sermocinari: πνευματοφόροι, id est, portantes spiritum, siue spirituales: & hoc εἰρονικῶς legendum, sunt viri contemptores: non enim docere, sed facere in ecclesia cõuenit, non factis verba destruere. Cæterùm tu cùm alium doceas, & ipse nõ facias, nõ tam doctor q̃ contẽptor vocandus es: de quo & in Habacuc scribitur: Videte contemptores & respicite, & admiramini mi- Habac. 1.b
rabilia, & dispdimini. Sacerdotes quoq; qui eucharistię seruiunt: & sanguinem domini populis eius diuidunt, impiè agunt in legem Christi: putantes εὐχαρίστιαν imprecantis facere verba, non vitam: & necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum merita: de quibus dicitur: Et sacerdos in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes domino. Cùm hæc faciant principes, iudices, pro- F
phetæ, sacerdotes Hierusalem: nihilominus clemens & iustus est dominus. Clemens, in eo quòd à sua ecclesia nõ recedit. Iustus, in eo quòd reddit vnicuique quod meretur. Postquam enim aduenerit mane, & nox huius seculi pertransierit: dabit in luce iudicium suum: & non abscondetur vel ipse, vel iudicium eius. Et cùm cœperit à singulis exigere pecuniam quam eis commiserat, non erit iniustus, nec faciet in perpetuum valere iniustitiam: sed superbos principes quibus resistit deus, detrahet de cathedris suis, & de culmine quod tenebant: & dissipabuntur anguli eorum: id est, prauæ voluntates, & à recto itinere declinantes: in quib⁹ semper & pharisęi orare consueuerant, angulari lapide contempto. Puto autem quòd & superbis prosit detrahi eos de arrogantia sua: & dissipari angiportus & angulos eorum, vt postea recto itinere gradiantur. Denique sequitur: Et desertas faciam vias eorum: eo quòd non sit qui pertranseat: secundum illud quod in primo psalmo scriptũ est: Et iter impiorum peribit. Necnon & in Osee, vbi de Hierusalem di- Osee. 2. b
citur fornicante: Ecce ego claudã vias eius spinis, & obstruã itinera eius, & semitam suam non inueniet: & persequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & nõ inueniet: & dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quoniã bene mihi erat tunc magis q̃ nunc. Animaduer-

Gte quòd nisi clausę fuissent viæ,& obsepta itinera:& nisi destruxisset dominus vias eius,nunquam dicere potuisset anima fornicās: Vadam,& reuertar ad virum meum priorem. Dissipantur ergo itinera superborum & anguli eorū, ne ambulent in superbia & in prauitate:& vrbes eorum quę malè ædificatæ fuerant in arrogantia & supbia,destruuntur:ne subsistant & habeant habitatores pessimos. Ac ne qs putet nos vim facere scripturæ, discat ex consequentibus:Hæc autem, inquit, feci, vt dicerem eis:Ecce destructa sunt itinera malitiæ: de cæterò timete me, & discite disciplinam, ne & disciplina mea pereat, fructum in vobis cōuersionis non inueniens:& omnia irrita sint,p quę vos volui corripere:& ille vobis sermo qui in Hieremia scriptus est, possit aptari:Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non recepistis. Vel certè,timete me & recipite disciplinam,vt non pereant omnia de conspectu Hierusalem: nec penitus ad solitudinē deducatur super his malis, in quibus comminatus sum ei.Nec moueat aliquem (vt sæpe iam dixi) quòd hæc aduersum ecclesiam dicta interpreter, cùm sciat Hierusalem in scripturis sanctis semper typum habere ecclesiæ:de qua qui peccauerit,vel in Babylonem abducitur:vel si sponte descendere voluerit,in Hiericho à latronibus vulneratur.Quæ est enim ita illustris vt ecclesia,quę in toto orbe fundata est:ita redempta Christi sanguine, & columba propter gratiam spiritus sancti, vt ecclesia de gentibus congregata? in qua plurimi qui se dicunt in Christum credere,nec audierunt vocē eius: nec receperunt disciplinā, nec iuxta eum esse voluerunt.Quod autem dicitur: Principes eius in ea sicut leones rugientes: scio offensurum me esse plurimos,quòd super episcopis & presbyteris hæc interpreter,cùm & presbyteri mali,qui Susannam violare cupierunt,cæteros presbyteros qui bene vixerint, non condēnēt. Et mali principes,quos describit sermo propheticus,nō sint bonis principibus contumeliæ.Stulto em flagellato insipiēs sapientior erit:si autem insipiens sapientior fit, quanto magis ille qui sapiens est? Sed iudices eius ac principes capientes munera,vendentesq; iustitiā,nónne rectè appellātur lupi Arabiæ,vel vespertini,sicut Symmachus transtulit? Nō enim merentur lupi dici Beniamin:qui mane rapiunt, & ad vesperam dant escam: sed lupi vespertini qui noctibus comedūt, & in mane nihil relinquunt.Quod autē sequitur:Prophetę eius πνευματοφόροι,id est,portantes spiritum,viri contemptores, nullum moueat q̄ super doctoribus interpretantes eosdem & prophetas dicamus & cōtemptores: cùm & Apostolus præcipiat:Nolite contristare spiritum sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis. Et Dauid loquitur in quinquagesimo psalmo: Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.Nisi enim spiritus sanctus contristatus fugere consueuisset prius hospitium,& dimittere habitaculum suū: nunq̄ & Paulus præcepisset quod suprà dixi:& Dauid post adulteriū formidaret ne perderet quod acceperat: de quo & ad Hebræos scribitur: Quanto arbitramini deteriora mereri supplicia eum qui filium dei conculcauerit: & sanguinē testamenti immundum duxerit:in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ cōtumeliam fecerit? Sed & in tertio Regnorum libro scriptum est:hominem dei,haud dubium quin prophetam, qui ad altare destructum postq̄ dixerat in Samaria:Altare altare,hæc dicit dominus:Ecce filius nascetur Dauid,& cætera:quia contempserit verba domini,& comederit apud pseudoprophetam: Sic enim locum istum exponēs Iosephus interpretatus est,interfectū esse à leone.Et ne putaretur casus & non iudicium domini: & pseudopropheta qui eū deceperat hoc futurum esse prædixit:& ipse leo contemptorē puniens,asinum reseruauit. Non ergo mirum si doctores qui sancto spiritu pleni fuerant,possint fieri contemptores:cùm apud negligētes & non omni custodia conseruātes cor suū: hæc ipsa causa frequenter soleat superbiæ in dominum & contēptus existere,q̄ habeāt scientiā dei:& nouerint multam bonitatē eius, quā abscondit timentib⁹ se: & contemnant diuitias bonitatis eius,thesaurizantes sibi iram in die iræ & reuelationis. Sacerdotes quoq; qui dāt baptismū,& ad eucharistiam domini imprecantur aduentū,faciunt oleū chrismatis, manus imponunt: catechumenos erudiunt:Leuitas & alios constituunt sacerdotes, non tā indignentur nobis hæc exponentibus & prophetis vaticinātibus,q̄ dominum deprecētur:& studiosē agant ne de sacerdotibus qui violant sancta domini esse mereantur. Non enim dignitas & nomina dignitatum,sed opus dignitatis: & principes,& iudices,& prophetas,& sacerdotes saluare consueuit.Qui episcopatū,inquit,desiderat, bonū opus desiderat. Videte quid dixerit: bonū opus desiderat, opus non dignitatem.Si autem despecto opere solam aspexerit dignitatem, citò corruit turris in Siloa, & excelsa cedri fulmine feriuntur:& erecta ceruix frangitur: & cygnus extēto collo & insublime se tendens, inter immundas volucres computatur. Porrò quod exposuimus iuxta Hebraicum: veruntamen diluculò surgentes corruperunt omnes cogitationes suas: pro quo in Lxx.scribitur:præparare,consurge diluculò,dissipata est omnis frondositas eorum: quia multum ab Hebraico discrepat:& magis videtur iuxta Lxx.cum posterioribus cōcordare,in sequentibus exponemus. a ¶Quapropter expecta me &c.)Hæc Iudæi interpretantur in aduētu Christi, quem sperant vēturum esse:& dicunt vniuersis gētibus congregatis:& effuso super eas furore domini, in igne zeli eius terram deuorandam.Et sicut ante ædificationem turris fuit, quando vna lingua omnes populi loquebantur: ita conuersis omnibus ad cultum veri dei,loquuturos Hebraicè:& totum orbem domino seruiturum. Nos autē qui non sequimur occidentem literam,sed spiritum viuificantē, nec Iudaicas fabulas:audiam⁹ à domino:præparare,consurge diluculò:dissipati sunt omnes racemi eorum, & præparati: dicimus, Paratum cor meum deus,paratum cor meum. Audiuimusq; in Prouerbijs imperatum:Præpara in egressu opera tua: Et illud quod in Leuitico sacratè dicitur:vbi septimo mense decima die mensis offert Aaron pro populo hircum emissariū, atq; viuētem:& ponens manus super caput eius, imprecatur ei cūcta peccata populi Israël,tradetq; eum in manus hominis prę parati,& mittet in eremum: intelligimus in nobis:& præparantes nos veri imperio sacerdotis, tollamus malū de medio ecclesiæ.Cumq; hæc fecerimus,nox præterit, appropinquat dies: & quasi in die honestè ambulantes , dicimus: Deus,deus meus,ad te de luce vigilo.Statimq; inferimus:Mane exaudies orationem meam:mane assistam tibi, & videbo. Nisi præparati fuerimus,non nobis orietur sol iustitiæ.Orto autem sole,omnes racemi de vinea Sodomorum dissipantur & pereunt:vt non solum grandes botri, sed etiam quod paruum esse videbatur in nobis,Christi lucerna radiāte dispereat. Et pro his omnibus mercedē nobis pollicens deus, ait:Expecta me in die resurrectiōis meæ in testimoniū:Post vitia enim atq; peccata deus resurget in nobis. Et iuxta quod in alio loco præcipit: Estote mihi testes, & ego testis, dicit dominus deus:& puer quem elegi,testis est nobis,pater cum filio &

HEB. timebis me: suscipies disciplinam:& nō peribit habitaculū eius propter omnia in quibus visitaui eam. Veruntamen diluculò surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me, dicit dominus, in die resurrectionis meæ in futurum: quia iudiciū meum vt congregem gentes,& colligā regna, vt effundam

SEP. timebitis me, & suscipietis disciplinā: & non peribitis de oculis eius in omnibus in quibus vltus sum super eā. Præparare, cōsurge diluculò:dispersierunt omnes racemi eorū. Propterea expecta me,dicit dominus, in die resurrectionis meæ in testimonium: quia iudicium meū in cōgregationes gētium: vt suscipiam reges: vt effundam

Hiere.2.f

H

I

Gen.49.d

Dan.13.

Prou.19.d

Ephe.4.g

Heb.10.e.

3.Re.13.a.

K

L

M

1.Tim.3.a

Pro.24.d

Leui.16.b

Psal.56.b

Psal.62.a

Ibi.5.a

Esa.43.b.

Deut.17.a filio & ſpiritu ſancto: vt in ore duorum vel trium teſtiũ, ſtet
A omne verbum. Et magis mihi videtur ſic ſtare ſententia: & ſub his tribus teſtibus veritas confirmari, q̃ per literã. Duo
Dan.13.d. enim fuerunt teſtes contra Suſannam: & cõtra ipſum domi-
Mat.26.f num ſaluatorem: & tamen non ſtetit verbum in ore eorum.
3.Re.21.d Contra Naboth quoq; penè tota ciuitas dixit teſtimoniũ: conſenſuſq; teſtium peſſimorum nõ firmitatem habuit veritatis, ſed ſceleris conſurationem. Quia iudicium, ait, meum in congregationes gẽtium: vt ſuſcipiam reges in loco videlicet ſuppliciorum ſuorũ, vt effundã ſuper eos iram meam, omnẽ irã furoris mei. Quia minor eſt, citò me retur veniam, & miſericordię proximus eſt.
Sap.6.b. Potentes autem poten-
B ter tormẽta patientur. Vnde gentes & gẽtium multitudo cõgregatur ad iudicium: reges autẽ, id eſt, principes dogmatum peruerſorũ adducuntur in pœnam, vt effundatur ſup eos omnis ira furoris domini. Et hoc non crudelitate fit aliqua, vt arbitrantur ſanguinarij Iudæi, ſed miſericordia & conſilio medicãtis. Sequitur em̃: In igne enim zeli mei conſumetur omnis terra. Gentibus quippe ad iudicium congregatis, & regibus ad ſupplicium, vt effundatur ſup eos ira: & non ex parte, ſed tota: & ira ac furore ſociato, conſumatur in toto orbe quicquid terrenũ eſt, quicquid ad opera terræ, id eſt, carnis ptinet: omnes eius vepres & ſpinoſa fruteta vaſtans, zeli mei vorabit incẽdium. Et tunc conuertam ſuper populos linguam in generationem ſuam: vt vnuſquiſq; errore depoſito, ad antiquum confeſſionis domini eloquium
Philip.2.b reuertatur: & in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur dominum Ieſum in gloria dei patris. Abiectiſq; lateribus, & bitumine quę habebamus pro lapidibus & luto: quibus erro-
C ris noſtri ſuperbiam extruebamus contra dominum: recipiamus linguam quam antè perdidimus, & ſimus ſub iugo
Matt.11.d Chriſti, dicentis: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Notandũ autem quòd in eo loco, vbi nos interpretati ſumus: reddam populis labium electum: Pro electo, Septuaginta dixerunt, εἰς γενεὰν ἀυτῆς, id eſt, in generationem eius, vt ſubaudiatur terræ. Et hinc error exortus eſt: quòd verbum Hebraicum בְּרוּרָה, quod Aquila & Theodotio electũ: Symmachus mundum interpretatus eſt: Septuaginta legerunt ר בְּרוּרָה literam ר exiſtimãtes, propter elementi nimiam ſimilitudinem, quod paruo apice diſtinguitur. Necnõ vbi nos tranſtulimus: In die reſurrectionis meę in futurum, & omnes interpretati ſunt, teſtimonium: Hebræus qui me in ſcripturis inſtituit, aſſerebat לָעַד in præſenti loco magis εἰς ἔτι, id eſt, in futurum debere intelligi, q̃ in teſtimonium: עַד enim, quod ſcribitur per literas ע & ד: & εἰς ἔτι, & μαρτύριον, id eſt, & futurum & teſtimonium intelligi. poſſumus hunc locũ & de primo Chriſti aduẽtu exponere, quãdo omni errore ſublato, dæmonibuſq; calcatis, & terrenis operibus deſtructis,
Act.2.a. Apoſtoli vniuerſis linguis locuti ſunt: & veteri errore ſublato, vnum cõfeſſionis redditum eſt labium. Sed & reges qui deſtruuntur, & diuino conſumũtur ardore, peruerſorũ dogmatum principes ſentiendi ſunt. a ¶Vltra flumina Aethiopiæ &c.) Cùm reddiderit dominus credentium populis

HEB. fundâ ſup eas indignationem meã, omnẽ irã furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tũc reddam populis labiũ electum, vt inuocẽt omnes nomẽ domini, & ſeruiant ei humero vno. a Vltrà flumĩa Aethiopię, ide ſupplices mei, filia diſperſorũ meorũ, deferent munus mihi. In die illo non cõfundêris ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quib⁹ præuaricata es in me: quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuę: & non adijcies exaltari amplius in monte ſancto meo: & derelinquam in medio tui populum pauperem & egenũ: & ſperabũt in nomine domini.

SEP. fundã ſuper eos irã meam omnem, iram furoris mei: quia in igne zeli mei conſumeẽ omnis terra: quia tunc conuertã ſup populos linguã in generationẽ eius: vt inuocẽt omnes nomen domini, vt ſeruiant ei ſub iugo vno. De finib⁹ fluminum Aethiopiæ ſuſcipiã diſpſos meos: afferent victimas mihi. In die illa nõ confundêris ex omnibus adinuẽtionibus tuis, quibus impiè egiſti in me: quia tunc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ: & vltrà nõ adijcies vt magnificeris ſuper mõtem ſanctũ meum: & relinquam in te populũ manſuetum & humilẽ: & reuerebuntur nomen domini:

labiũ electum, & inuocauerint omnes nomen domini, & porD
tauerint iugum eius, tũc etiam vltra flumina Aethiopiæ: vnde venit regina Saba audire ſapientiam Salomonis, deferent 3.Re.10.a
victimas domino: Et Aethiopia præueniet manus eius deo: Pſal.67.g
Veroq; legifero qui decem plagis percuſſit Aegyptũ, nubet Exo.2.d
Aethiopiſſa, inuidente ſynagoga Hebrẽorum. Quòd autem ait, iuxta Hebraicũ: Inde ſupplices mei, filia diſperſorum meorum, deferent mun⁹ mihi: huiuſcemodi eſt: O Iſraël, ò ſynagoga quõdam filia, quã in toto orbe diſperſi, licèt inuideas, licèt æmulatione crucieris, tamẽ de Aethiopia mihi victimæ deferẽtur: id eſt, de gẽtilium populo. In die illa, id eſt, quãdo gẽtium crediderit multitudo, etiam tu non penitus cõfundêris ſuper cunctis erroribus tuis: quibus præuaricata es E
in me, eligẽdo Barrab- Ioan.18.g.
bam: & dei filium crucifigendo. Tunc auferã de medio tui ſcribas & ſacerdotes, & phariſęos, magniloquos ſuperbiæ tuę, & nequaq̃ te in monte ſancto meo vltrà iactabis: ſed habebis populum pauperem, homines illiteratos, & piſcatores, qui ſperabũt in nomine domini. Reliquiæ Iſraël, non multitudo quæ clamauit: Crucifige, crucifige eum: nõ pontifices & optimates, ſed re- Ioan.19.c.
liquiæ nequaq̃ facient iniquitatem, nec loquentur mendaciũ in Chriſto, veritati credentes, nec inuenietur in ore eorũ lingua doloſa, ſcientes q; omne mẽdacium de diabolo eſt: quo- Ioan.8.f.
niam ipſi paſcentur, & dicent: Dominus paſcit me, & nihil Pſal.22.a.
mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit: & non erit qui exterreat, vincente fide credẽtium perſecutorum ſuperbiam. Hoc de primo aduentu Chriſti intellectũ ſit, quod Iudæi ſibi in fine promittunt, & ſperãt ſe habituros in Hieruſalem: & in more pecorum corporalibus donis Iudæ opſ-
buſq; complendos & paſcendos herbis viridibus, & deletis F
cunctis gentibus ſibiq; ſubiectis, nullũ poſſe reſiſtere qui eos exterreat. Nos autem accipientes ex hac fabula occaſionem veræ hiſtoriæ: dicemus omnem nigredinem animæ, & tetrũ colorem, ac draconis venenũ, quo tincti fueramus vitijs atq; peccatis: reddito nobis labio electo, ſiue mundo & candido: vt interpretatus eſt Symmachus: derelinquere nos in fluminibus Aethiopiæ peruerſorum dogmatum magiſtros, quib⁹ antè irrigabimur: & cum diſperſis quondam Iſraël Chriſto munera delaturos. In die illa, qua nobis Chriſti lumen fuerit exortum, dicetur ad ſingulos noſtrum: Non confundêris ex omnibus tuis adinuentionibus, cogitationibus videlicet peſſimis, quibus impiè agebamus contra dominum: & tolletur vniuerſa ſuperbia & contumelia per quam erigebamur contra dominum, & contra montem ſanctum eius, dominum noſtrum & ſaluatorem: & pro ſuperbis vaniſq; nominibus, relinquetur in nobis populus manſuetus & humilis: vt nihil arrogans, nihil tumens, nihil quod deo diſpliceat, cogitemus. Simulq; conſidera q; in die iudicij, & in cõſummatione mũdi tollantur vniuerſa nomina dignitatũ: & vnus populus remaneat, & grex ſub paſtore bono, qui ſit manſuetus & humilis. Tunc etiam populus Iſraël plenitudine gẽtium ſubintrãte: quia concluſit deus omnes ſub peccato, vt omnibus miſe- Rom.11.d
reatur, timebunt nomen domini. Et reliquiæ Iſraël nõ faciẽt

G vltrà iniquitatem per quam dominũ negauerunt: nec loquẽtur vana, ineptas ſibi fabulas promittentes, nec inuenietur in ore eorum lingua mendacij, Chriſto per eos qui veritas eſt, loquente. Tunc enim paſcentur, & ipſi in vno grege, & accubabunt in eccleſia: & veri Nabuchodonoſor impetus nõ timebunt. Hęc videntes & legentes tanta myſteria, clamemus cũ Apoſtolo atque dicamus: O profundum diuitiarum ſapiẽtię & ſcientię dei, q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia tua, & inueſtigabiles vię tuę. Quod quidem & propheta ſentiens & ſecum voluens, de dei iudicijs ſuſpicatur. In nocte cum corde meo exercebar, & ſcopebã ſpiritum meũ, & dicebam: Nũquid in ſẽpiternũ abijciet de⁹: aut non addet vt miſereatur vltrà, aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? & dixi: Nunc cœpi: hæc eſt immutatio dexterę excelſi. Et eſt ſenſus: Hoc q̃ putabã dominum in æternum relinquere pec catores, & miſericordias ſuas ira ſuccedẽte cohibere: intellexi idcir co factum, vt immutatione dexteræ ſuæ, quæ excelſi eſt dextera, vniuerſa mutaret: & miſereretur his quos antè proiecerat. Et nos igitur & reliquiæ Iſraël, ſcientes q̃ redditurí ſumus rationem pro omni ocioſo verbo: & quòd diſperdet dominus vniuerſa labia mendacia, non loquamur vanitatem. Vanitas quippe vanitatum, & omnia vanitas. Et vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Nec in ore noſtro mẽdaciũ proferam⁹: ſed accepta poteſtate calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, nullã timeamus formidinẽ, nec luporum Chriſto cuſtode vereamur inſidias: ſed dicamus, Dominus illuminatio mea, & ſaluator meus, quem timebo: & cætera, quæ in viceſimoſexto pſalmo continentur.

I a ¶ Lauda filia Sion &c.) Non videatur mirum, vt ſæpe diximus, aliter Hebraica capitula, & aliter Lxx. Greca videlicet Latinaq; finiri. Vbi enim in ſenſu diuerſa tranſlatio eſt, ibi neceſſe eſt diuerſa eſſe vel principia vel fines. Iudæi cum Chriſto, quem putant eſſe venturum, hæc ſibi omnia repromittunt, quę nos qui Chriſtum ſuſcepimus, iam cum ipſo ſumus omnia conſequuti. Si quis ergo Chriſtianorum, & maximè nouorum prudentium: quorum nomina taceo, ne quẽq̃ lædere videar: exiſtimat necdum prophetiam eſſe completam: ſciat falſò Chriſti portare ſe nomẽ, & Iudaicam animã circunciſionẽ tantum corporis non habere. Si enim hęc necdum facta ſunt, ſed futura, fruſtra credidimus ſaluatoris aduentum: fruſtra autem non credentes, intelligimus in nobis eſſe completum myſterium, quod temporibus æternis tacitum eſt: & nunc manifeſtatum eſt per ſcripturas propheticas, & aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. Deniq; conſideremus ordinem lectionis, & videbimus quod dicitur non ad Iudæos, ſed ad Chriſti eccleſiã pertinere. Poſt hoc enim qđ præceſſerat: iudicium meum in congregationes gentium, vt ſuſcipiam reges: vſq; ad eum locum, vbi ait: Vt inuocẽt omnes nomẽ domini, & ſeruiant ei ſub iugo vno: & vltra flumina Aethiopiæ ſuſcipiam in diſperſis meis qui afferent mihi victimas: & poſt reliquias populi Iſraël, credẽtes in Chriſto atq; ſaluatas: de quibus dicitur: Et timebunt nomen domini K qui ſunt reliqui de Iſraël: & non erit qui exterreat eos. Spiritus ſanctus de generali mundi conſummatione prædicans loquitur: Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalem, lætare, & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalẽ. Omnis quippe eccleſiaſtica anima, quæ in ſpecula conſtituta eſt, & contẽplatur pacem, lætatur & gaudet iniquitates à ſe eſſe ſublatas, & redemptas ab eo qui precioſo ſanguine omnes redemit. Chriſt⁹ enim factus eſt ſapiẽtia nobis à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Et redemit nos rex Iſraël, qui habitat in medio noſtri, dicẽs: Ego, & pater meus veniemus, & manſionẽ apud eum faciemus: & habitabo & inambulabo ĩ eis: & vltrà nõ videbimus mala, ſolas virtutes cogitantes atq; faciẽtes. In illa die, dicit dominus, videntibus nobis pacem, & in ſublimi poſitis, ne diſſoluanť manus tuæ: qui & per Eſaiam dixit: Cõfortamini manus diſſolutæ, & opera tua robuſta ſint. Dominus enim fortis, cui nemo poteſt reſiſtere, ſaluator tuus: ipſe tibi reddet lætitiam quam perdidiſti: & veteri homine proiecto, in nouo ambulare te faciet: & hæc faciet ĩ dilectione ſua: non tuo merito, ſed miſericordia ſua. Et lętabitur in te, & delectabitur, quaſi pinguiſſimam ſolennitatis tuæ hoſtiam ſuſcipiens ſalutem tuam: & ipſe tibi dicet: congregabo contritos tuos: Cor, quippe, contritum & humiliatũ, deus non deſpiciet: Et, calamum contritum non confringet. Hæc interim ſi voluerimus de ſecundo aduentu accipere Saluatoris. Porrò quia propheta Zacharias ad ſimilem lætitiam cohortatur Sion & Hieruſalem: & hanc ipſam prophetiã Matheus dicit in primo aduentu Chriſti eſſe completam: neceſſitate cõpellimur, imò ordine ipſo ducimur veritatis, quod M in Sophonia dicitur: non futurum ſperare, ſed factum. Scriptum eſt enim in Zacharia: Gaude vehementer filia Siõ, prędica filia Hieruſalem: ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator: ipſe humilis & aſcendens ſuper iugalem & pullũ nouum. Hæc iuxta Septuaginta dicta ſint. Cæterùm iuxta Hebraicum, laudare iubetur eccleſia & iubilare Iſraël, ſenſu videns deũ: & exultare atq; lætari in omni corde locus pacis, ad quem dictum eſt: Pacem meam do vobis, pacem meã relinquo vobis. Abſtulit enim in fine & in conſummatione mũdi iudicium eius, nequaq̃ eam iudicans atq; corripiẽs, ſed ſaluans: & auertit inimicos eius, dæmonum turbas. Rex Iſraël dominus in medio eius erit: non timebit vltrà malum. In die illa dicetur ad Hieruſalem liberam, quæ non ſeruit cũ filijs ſuis, ſed quæ eſt mater ſanctorũ: Noli timere Sion: ipſa quippe eſt & Hieruſalem: nequaq̃ tua opera diſſoluentur: nec facies quæ te feciſſe lugebis. Dominus deus tuus, qui ſaluabit te, fortis & potens, ipſe habitabit in medio tui: gaudebit ſuper te in exultatione & lætitia: & ſilebit peccata tua in charitate, qua te dilexit: & exultabit ſuper te in laude: vel quia laudabilis ſis, vel quia eũ tuis laudibus canas. Nugas, ſiue, vt Aquila interpretatus eſt, tranſlatos qui à te receſſerunt, congregabo, quia ex te erant: hoc eſt, hi qui per vitia atq; peccata de tuo

Rom.11.d

Pſal.76.b

H

Matt.12.c

Eccl's. 1.a.

Pſal.38.b.

Luc. 10.c.

a

HEB. mini. Reliquię Iſraël non facient iniquitatem, neq; loquentur mendacium: & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipſi paſcẽtur & accubabunt: & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſraël, lætare & exulta in omni corde filia Hieruſalem. Abſtulit dominus iudicium tuum: auertit inimicos tuos: rex Iſraël dominus in medio tui, non timebis malũ vltrà. In die illa, dicetur Hieruſalem, noli timere Siõ: non diſſoluantur manus tuæ. Dominus deus tuus ĩ medio tui fortis ipſe ſaluabit, gaudebit ſuper te in lætitia, ſilebit in dilectione tua: exultabit ſuper te in laude. Nugas quę à lege receſſerunt, congregabo, quia ex te erant: vt non vltrà habeas ſuper eis opprobrium.

SEP. mini: qui fuerint reliqui de Iſraël, & nõ faciẽt iniquitatẽ, & non loquentur vana, & nõ inuenietur in ore eorũ lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt: & nõ erit qui exterreat eos. Gaude filia Sion, prædica filia Hieruſalẽ: exulta & delectare de toto corde tuo filia Hieruſalẽ. Abſtulit dñs iniquitates tuas: redemit te de manu inimicorum tuorũ: rex Iſraël dominus in medio tui, non videbis mala vltrà. In tẽpore illo, dicit dñs Hieruſalem, confide Siõ, nõ diſſoluãtur manus tuæ: dñs deus tu⁹ in te fortis ſaluabit te: adducet ſuper te lætitiã, & innouabit te in charitate ſua, & lętabitur in te in delectatione, quaſi in die ſolẽni: cõgregabo confractos tuos. Væ qui accepit ſup eã opprobrium.

1.Cor.1.d.

Ioan.14.c

Leui.26.b

L

Eſa.35.a

Pſal.50.

Matt.21.a

Zach.9.d

Ioã.14.d.

A ta de tuo ſinu fugerãt: & facti erant ſub dęmonũ poteſtate, redintegrato omniũ ſtatu veniẽt ad te:& nequaq̃ vltrà ſuper perditis filijs tuis patieris opprobria. Id quod diximus, nugas,ſciamus in Hebræo ipſum Latinũ eſſe ſermonẽ יגיון: & propterea à nobis ita vt in Hebræo erat poſitũ:vt noſſe poſ

Hebræa lingua.

ſimus linguã Hebraicã omnium linguarum eſſe matricẽ:quod nõ eſt huius .tẽporis diſſerere.Miror autem Aquilam & Septuaginta pro eo qđ nos interpretati ſumus, erãt,in eo videlicet loco vbi diximus: Congregabo qui ex te erant: pro,erant interpretari voluiſſe ὀυαὶ, ſiue οἰ:qđ ſemp Aquila non pro plangendo, ſed pro vocando & inclamãdo ponit: הוֹי eũ cuius verbi initium eſt הָיָה ,pręteritũ tempus numero plurali ſignificat: erant, vel fuerant.

a HEB. briũ. Eccẽ ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & ſaluabo claudicãtem, & eam quæ eiecta fuerat cõgregabo: & ponam eos in laudẽ,& in nomẽ in omni terra confuſionis eorũ. In tẽpore illo quo adducam vos,& in tempore quo cõgregabo vos: dabo enim vos in nomẽ & in laudem omnib⁹ populis terræ, cũ cõuertero captiuitatẽ veſtram corã oculis veſtris, dicit dominus.

B Hæc ſcio moleſta eſſe lectori, qui ſi animaduerterit non me controuerſias & declamationes ſcribere:nec in locis exultare communibus:ſed commẽtarios,& commẽtarios prophetarum:reprehendet potius ſicubi rhetorum more ludere voluero,q̃ arguet in tantis obſcuritatibus vt dignũ eſt immorantem. a ¶Ecce ego interficiam omnes qui afflixerũt te in tempore illo:&c.)Et hoc ſynagoga quæ nõ claudicat,ſed vtroq; truncata eſt pede: pollicetur ſibi in aduentu Chriſti ſui,quem ſperat eſſe venturũ:& putat omnes gentes interficiendas à domino quæ afflixerunt Iſraël: & ſaluandam ſynagogam,& eam quæ acceperat libellum repudij colligendã: & ponendos eos in laudem, & in nomẽ in omni terra captiuitatis ſuæ:in qua fuerant antè confuſi. Et hoc fieri eo tempore,quando captiuitas reducta fuerit Hieruſalem:& extructum templũ,& reliquus ceremoniarum ordo ſeruatus. Hęc ſibi repromittit,& propterea non agit pœnitentiam,& dum ſperat incerta,perdit certam ſalutem. Nec miror ſynagogã hæc dicere:quæ quia non recipit Chriſtum, oculos dolet,&

Gen.29. cum Lia lippeſcit:& non amatur à Iacob,& Rachel ſuccedente negligitur. Chriſtianos miror,imò ſemijudæos,qui ſibi videntur eſſe de eccleſia:ita dicere & ea profiteri, quæ ſi vera ſunt fruſtra credimus in Chriſtum, & omne noſtrũ tol

C litur ſacramentũ:& miſerabiliores ſumus omnibus hominibus,credẽtes eum veniſſe qui nõ venit. Quia autem ſpes noſtra certa eſt:& Iudæorũ caſſa ſunt vota: ſecundũ priorem intelligentiam iam texamus præſens extremumq; capitulũ:

Eccli.23 d & de Ieſu filio Sirach teſtimonium proferamus:Qui mittit lapidẽ in excelſum,ſuper caput ſuum mittit. Quia eñ Sion & Hieruſalem in excelſo poſitæ ſunt: quicũq; Sion detrahit

Pſal.7.d & Hieruſalem:& mittit in eam contumeliarum lapides, in ſuum eos caput iacit:& reuertetur opprobriũ eius in caput ſuum,& dolor eius & iniquitas ſuper verticẽ eius deſcẽdet. Quanti hodie exprobrant animæ, dei myſteria conſectanti, volentiq; videre pacem eius,& dicunt: Inſanus eſt,& ebrius, & muſto plenus:hominum cœtus fugit:delicias aſpernatur, aurum prõ luto computat,ſolam diligit paupertatem. Qui autem infideles ſunt,etiã crucem Chriſti exprobrant ei:& ſi quando eum in anguſtia viderint & in tẽtatione,dicunt: Vbi ſunt miſericordiæ tuę,& iuſtitię quas operatus es? Quid loquar de infidelibus,cũ eccleſiarũ nõnulli principes huiuſcemodi hominibus exprobrent,& vitam ipſorum arbitrentur amentiam:& non præſentem laudent conuerſationẽ:ſed vetera peccata exprobrent,nec audiunt eſſe præceptum: Noli improperare homini qui cõuertitur à peccatis ſuis. Væ igitur ei,qui tulit opprobrium atq; ſuſcepit:& huiuſcemodi ſe officio mãcipauit,vt detraheret Sion,& ciuitati dei:quia pro

SEP. brium: ecce ego faciam in te, propter te, in tẽpore illo: & ſaluabo expreſſam,& repulſam ſuſcipiam:& ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra. Et confundentur in tempore illo, quando bene vobis fecero:& in tẽpore cũ ſuſcepero vos: quia dabo vos nominatos,& in gloriam in cunctis populis terræ, quando conuertero captiuitatem veſtram coram vobis, dicit dominus.

hac iniuria vrbis ſuæ vltor eſt domin⁹,& dicet ad Sion: Ecce ego faciam in te propter te:id eſt,faciam vltionem tuam, & ſaluabo afflictam:ſiue vt in Græco dicitur:καὶ σώσω τὴν ἐκπεπισμένην: id eſt, & ſaluabo expreſſam. Vt ſit ſenſus: Ego ſaluabo eã,quæ in præſentiarum quaſi vua & oliua, ita tẽtationibus atq; preſſuris, vt prælo & trabe preſſa eſt & afflicta, vt vinum faceret & oleũ: & de vino biberet Ieſus in regno patris ſui: de oleo autem vngeretur præ participibus ſuis. Ego puto propter expreſſionem talis vini & olei, Iob multa perpeſſum:poſtq̃ autẽ vinũ & oleũ fecerat, audiſſe à domino: Putas me aliter tibi reſpondiſſe,niſi vt appareres iuſtus? Quaſi ad vuã & oliuã loquereꝛ:Exiſtimas me aliter te preſſiſſe & afflixiſſe atq; contriuiſſe, niſi vt vinum de te & oleum exprimerẽ? Sequitur: Et eã quæ repulſa fuerat,ſuſcipiam. Videtur nos deus repellere,quãdo relinquit tẽtationi. Vnde & Iob: Viſitatio,inquit,domini reſpexit me. Et nõ ſolum iuſti loquuntur,& dicunt: Nunc autẽ repuliſti & cõfudiſti nos:ſicut in quadrageſimotertio pſalmo ſcriptũ eſt:Sed ipſe dñs atq; ſaluator, ex perſona hominis quẽ aſſumpſerat:Tu autem, ait,repuliſti & deſpexiſti:diſtuliſti Chriſtũ tuũ:ſubuertiſti teſtamentũ ſerui tui. Quod autem iuſtorũ perſona ſit in quadrageſimotertio pſalmo dicentium:Nunc autẽ repuliſti & confudiſti nos, ex ſequẽtib⁹ approbatur:Hæc omnia venerũt ſuper nos,nec obliti ſumus te,neq; iniquè egimus in teſtamẽto tuo:nec receſſit retrò cor noſtrũ. Eã igiť quę in tẽtationibus videbaꝛ abiecta:ſuſcipiet dñs in fine,& ponet eos in gloriam & nominatos in vniuerſa terra: filios videlicet expreſſæ & repulſæ: id eſt, eccleſiæ. Quos autẽ alios poſſumus intelligere filios eccleſię nominatos,niſi Apoſtolos? Vide mihi Petrũ & Paulũ & Matthęum & Ioannem:& conſidera hoc quod ad Abrahã repromiſſum eſt:Magnificabo nomen tuũ,in illis opere perpetratũ. Quotidie nominatur in eccleſia: quotidie magnificaꝛ nomẽ eorum:nõ quòd ipſis proſit à nobis in eccleſia nominari:ſed q̃ nos magnificantes nomen eorum,& quę ſcripſerunt lectitãtes,conſequamur ſalutem. In tempore,inquit,illo,quãdo expreſſa & repulſa ſuſcepta fuerit, & filij eius poſiti in gloriã. Gloriatur quippe dominus in athletis ſuis, cũ eos viderit coronari:ſicut gloriatus eſt aduerſus diabolum de Iob. Vnde & Apoſtolus in profectu diſcipulorum ſuorum exultãs, ait: Etiam per veſtram gloriam confundẽtur qui aduerſarij veſtri fuerant,& tulerant contra vos opprobriũ: & tunc videbunt eos quos miſeros putauerant eſſe fœlices:& quos pauperes exiſtimabãt atq; deiectos,potentes fieri atq; glorioſos. Tunc cernent captiuitatem eorum per quã in hoc ſeculo duro fuerant imperio ſubiugati, reduci in cœleſtẽ Hieruſalẽ: ſeq; reſurgere in opprobrium & in cõfuſionem æternã. Tribue nobis Ieſu Chriſte expreſſis & afflictis & repulſis ĩ iſto ſeculo,vt nos recipias & ponas in gloriã, †cõfundatur quod ſuperbit,ceſſent ſibila,venena torpeant, & cõfuſio eius proficiat ad ſalutem. Hæc iuxta Septuaginta. Hebraicum autẽ quia excepto principio, de quo in fine ſuperioris capituli diximus:non multum ab eorum trãſlatione diſcordat: indigere expoſitione non arbitror.

D E F

†al. cõfundant in tẽpore, hydrę ceſſẽt ſibila, &c.

Commentarij in Sophoniam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN AGGEVM PROPHETAM, AD Paulam & Eustochium, prologus.

SEcundo anno Darij, regis Persarum, filij Hystaspis, septuagesimũ annum desolationis templi fuisse completum (quem Hieremias vaticinatus est) Zacharias quoq; propheta testis est: qui cùm visionis suæ titulum in secundo anno eiusdem regis, vndecimo mense sabat, vicesimaquarta die præposuisset, adiecit, dicens: Domine exercituũ, vsququo non misereberis Hierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Sed & Esdras extructo tantum altari, & iactis fundamentis tẽpli: ad literas regis Artaxerxis prohibitum opus refert: Tunc intermissum est opus domus dei in Hierusalem: & non fiebat vsq; ad annum secundum regni Darij, regis Persarum. statimq; addidit: Prophetauerunt autem Aggeus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa & Hierusalem, in nomine domini Israël: Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech: & cœperunt ædificare templum dei in Hierusalem, & cum eis prophetæ dei, adiuuantes eos. Quo tempore apud Romanos septimus à Romulo regnabat Tarquinius Superbus, habens annum imperij vicesimumseptimum, qui post octo annos expulsus est à Bruto: ac deinde rẽpublicam per annos quadringentos sexagintaquatuor, vsq; ad Iulium Cæsarem consules administrauerunt. Hoc propterea o Paula & Eustochium diximus, vt de ipso statim titulo, qua ætate Aggeus propheta cecinerit, agnoscatis. Sciendumq; est interim iuxta literã, magni spiritus & Aggeũ fuisse & Zachariam prophetas: vt adH uersum Artaxerxis regis edictũ, & Samaritanos gentesq; cunctas per circuitum, ædificationẽ tẽpli impedientes, iuberent templum extrui: Zorobabel quoq; & Iesum filium Iosedech, & populum qui cum eis erat, non minoris fidei: vt prophetas magis audirent iubentes, q̃ prohibentis regis imperium. I.

Zach. 1.c.
1.Esd.5.
Tarquinius Superbus.

COMMENTARII HIERONYMI in Aggeum prophetam.

a IN anno secundo Darij regis &c.) Quia populus qui videbatur sibi rediisse de captiuitate, necdũ ædificauerat tẽplũ, nec muros extruxerat ciuitatis, nec habebat gloriã pristinę Hierusalem: sed habitabat in domibus concauis: & vt significãtius Græcè dicitur κοιλοσάθμοις, id est, deorsum positis & in cõualle demersis. Propterea non ad eos fit sermo dei sub rege Ezechia, siue Amon, siue Iosia: qui q̃diu stabat Hierusalem, populo dei imperauerant: sed sub Dario rege, Persarum principe: de quo & Daniel mysticè in sua volumine refert. Darius autem in lingua nostra sonat, generationes factæ, siue quæ fuerunt: quod Græcè dicitur γενέσεις γεγονυῖαι: nec merebat absq; tẽplo populi & deorsum habitãs aliũ habere regẽ: nisi qui generationibus seruiebat & amabat carnem: & primã sentẽtiã ineruditi adhuc hoïs, & electi de paradiso cu stodiebat: Crescite & multiplicamini, & implete terrã. Ergo quia Darius amator erat coitus, & socius draconis: cuius oïs virtus in lũbo est: idcirco in secũdo anno visio populo cernit in immundo numero: & post vnionẽ virginitatis & paradisi nuditatẽ, tunicas significãte pelliceas. Deniq; in Geneſi cùm in primo die dictũ sit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in sexto, post cõsummationẽ operũ singulorum: Et vidit deus quia bonũ est: In secũdo, iuxta Hebraicũ, & Aquilã, & Symmachũ, & Theodotionẽ, non habetur. Neq; enim poterat secundus dies, qui numerum facit qui ab vnione diuidit, quòd bonus esset, dei sententia cõprobari. Mensis quoq; sextus assc̃ribitur, qui non habet solennitates dei, sicut mensis septimus: sed vicinus est dierũ sex, in quibus factus est mundus. In quo laboratur, & in sudore faciei comeditur panis: & terra generat nobis tribulos & spinas: & cùm sementem acceperit tritici: lolio magis aueniśq; fœcũda est. Sed quia iam altare ædificatum fuerat: & aduersum repugnãtes hostes tẽplum voluerant extruere, nec extruxerant. In vno die mensis sexti, factum est verbum domini in manu Aggei prophetæ, vt deferens populus secundum annum Darij regis, qui ab vnione diuidit: & sextum mensem qui præterierat, & qui numerus labori deputatur: ad vnionem reuerteretur dei: & imparem numerum solumq; sequeretur: quem mundũ esse gentilis quoq; poeta nouit, dicẽs: Numero deus impare gaudet. Fit autem verbum domini, quærens ad quem veniat: & quem doceat, in manu Aggei prophetæ, qui bona habebat opera: & in cuius factis poterat dei sermo requiescere. Porrò vbi manus sanguine plenæ sunt, & interficitur Iesus: & audet populus dicere: Sãguis eius super nos, & super filios nostros: ibi nõ fit sermo dei. Vsq; hodie immundas habens manus carneus Israël, extẽdit eas ad dominum: sed quia sanguine plenæ sunt, loquitur ad eos dominus per prophetam: Si extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Non fit in manibus eorum verbum domini: quia immundæ sunt: non venit ad eos sermo dei: quia in se occidêre sermonem dei. Nec putãdum in manu tantum Aggei prophetæ factum esse sermonem domini. Sed quia Aggeus interpretatur festiuus: omnis qui potest festa celebrare, non in fermentò veteri malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis: potest dei recipere sermonẽ. Habeamus & nos mũdas manus: & vocemur ἑορτάζοντες, id est, festa celebrantes: & ad nos fiet sermo dei. Proponamus ante oculos nostros, quia lex spiritualis est, spirituales solẽnitates: de quibus scriptum est: Tribus temporibus mihi festa celebrabitis in anno: Solẽnitatem azymorum custodietis: septem diebus comedetis azyma: sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum: in ipso enim es egressus ex Aegypto: Non apparebis in conspectu meo vacuus: Et solennitatem mensis primitiuorum de operibus tuis quæcunque seminaueris in agro: Et solennitatem consummationis in exitu anni in cõgregatione operum tuorum de agro. Si voluerimus in nobis fieri sermonem dei, simus Aggei, id est, festa celebrantes: & non appareamus in conspectu dei vacui: seminãtesq; in spiritu, de spiritu metamus æternã vitã: vt celebremus solẽnitatẽ primitiuorũ de operibus nostris, quęcũq; seminauerimus in agro cui benedixit dñs. Simus quoq; Aggei: & p omnẽ vitã nostrã vsq; ad cõsũmationẽ anni, id est, vsq; ad exitũ de seculo isto

Gen.1.c.& 9.a.
Iob.40.b
Genñ.3.d.
Ibidem. c.
Esa.1.d.
Mat.27.c
Esa.1.d.
M
1.Cor.5.b
Exo. 23.b
Deut.16.c
2.Cor.9 b

A seculo isto,celebremus festa in operibus nostris,quæ nobis orta sunt in agro nostro.Multa sunt,& nō huius tēporis quę de solennitate dicātur: quibus potest de oi scriptura lector diligēs coaptare intelligētiam spiritualē. a ¶Ad Zoro-
1.Para.3.c babel &c.) Legimus in Paralipomenon:Ieconię qui in Babylonē ductus est filium fuisse Salathiel,de quo natus est Zorobabel.Q uod quidē & Matthęus generationē saluatoris
Matt.1.b. enumerans ait:Post transmigrationē autē Babylonis, Ieconias genuit Salathiel:Salathiel autē genuit Zorobabel: Zorobabel autē genuit Abiud. Hic Zorobabel de tribu Iuda,hoc est, de Dauid stirpe descēdēs, typus est saluatoris:qui verè destructū ædificauit tēplū: id est, ecclesiā: & reduxit populū de captiuitate.Et tā de veteris tēpli lapidibus,q̄ de nouis,qui prius

a ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Iuda: & ad Iesum filium Iosedech, sacerdotē magnū,
b dicēs: Hæc ait dominus exercituū, dicens: Populus iste dicit, nondum venit tempus domus
c domini ædificandæ.Et factum est verbū domini in manu Aggei pphetæ, dicens:
d Nunquid tēpus vobis est vt habitetis in domibus laqueatis:& domus ista deserta?
e Et nunc hæc dicit dominus exercituū: ponite corda vestra sup vias vestras.Seminastis multū,& intulistis parū:comedistis,& non estis satiati:bibistis,& non estis inebriati:opuistis vos,& nō estis calefacti.Et q̄ mercedes cōgregauit,misit eos ī sacculū ptusū. Hæc dicit

B fuerunt impoliti,ædificauit ecclesiā:id est,& de reliquijs populi Iudaici,& de gentiū multitudine,deo patri extruxit tabernaculū.Interpretatur autē secūdum multiplices Hebraici sermonis accētus,vel ῥεῦσις παραχειμμένη,id est, flux⁹ adiacens,siue exposit⁹:vel ort⁹ in Babylone,vel princeps de Babylone.Primæ interpretationi ille fluxus cōtrari⁹ est, q̄ significat in vocabulo Iezabel,id est,flux⁹ van⁹,vel fluxus mēstruatę:q̄ vtiq; manifestè immūdiciā sonat.Sed & Zabulō, fluxus
אִיזֶבֶל וְבִלֹון noctis exprimit. Relinquētes ergo huius mundi vanū & sordidum fluxū atq; tenebrosum:sequamur fluxum Iesu,qui nobis expositus est ad bibendū,& largissimo fonte se præbet:
Ioan.7.f. iuxta illud quod dicitur in euāgelio:Stabat Iesus in tēplo& clamabat,dicens:Si quis sitit,veniat ad me & bibat. Et hūc ipsum tūc poterimus bibere,cū petierimus à deo patre:iu-
Matt.7.a. xta quod legimus:Petite, & dabitur vobis. Salathiel quippe interpretatur, petitio dei:Et
שְׁאַלְתִּיאֵל Ioan.6.e. nemo venit ad Iesum,nisi eū adduxerit pater. Nascet ergo nobis fluxus, expositus p obsecrationē dei:& erit de tribu,regia scilicet,& confitente vel laudante deū:quia Iudas vtrūq; sonat. Porrò ortus in Babylone,secūdum historiā quidē verè de Zorobabel dicitur, quia ibi natus est. Sed & iuxta altiorē intelligentiā dominū nostrum Iesum sonat:quia ipse quoq; natus sit in cōfusione huius seculi: & fuerit prope grauissimū flumen Chobar: &
Ezech.1.a viderit magnā visionē illam quā sub typo eius Ezechiel in voluminis sui cernit exordio. Q uod autē dixi interpretari

C Zorobabel principē de Babylone:non p verè princeps interpretetur hoc dixi:siquidē apud Hebræos ex tribus integris nomē eius traditur esse cōpositū: רַב em dicit iste: רַב magister,siue maior : בָּבֶל propriè Babylonium sonat : & efficitur nomen Zorobabel: iste magister de Babylone. Sed ad compendium intelligentiæ pro supradictis minutis, principē volui interpretari de Babylone, siue in Babylone. Vt quomodo Iesus filius Naue:qui & ipse in typo saluatoris fuit,de solitudine populū in terrā repromissionis induxit. Sic & iste propterea ortus in Babylone sit : vt eos qui erant in Babylone,reduceret in terrā repromissionis,de qua captiui abducti fuerant:& his qui erant in vinculis diceret: Exite.Et qui sedebāt in tenebris: illuminamini.Sermo verò domini,qui factus est in manu Aggei,nō solum ad Zorobabel dirigitur filium Salathiel,de quo iam diximus:sed & ad Iesum filium Iosedech sacerdotē magnū.Q uantū ad historiam pertinet,alter est Zorobabel de tribu regia : & alter Iesus de tribu sacerdotali. Q uātum verò ad intelligētiam spūalē:vnus atq; idē est dns noster atq; saluator,rex & magn⁹ sacerdos:cui⁹ typū scēm id q̄d rex erat,portabat Zorobabel:secūdū id autē q̄d pōtifex erat,portabat cognominis eius Iesus:qui interpretat deo salus,id est dñi salus:& est filius Iosedech:q̄d & ipsum in linguā nostrā vertit יְהוֹשֻׁעַ, id est, deus:צֶדֶק,id est,iustus.Iustus em & sanct⁹ deus pater,& de⁹ fili⁹:& nō est in ipso iniqtas. Aduersus Marcionē & cęteros D
hereticos,qui alterius boni,nescio cuius dei filiū, & nō creatoris,quē iustū vocāt,asserūt dnm saluatorē. Et verè est Iesus magnus sacerdos: cui oēs antistites cōparati,parui sunt & nihil. Si em iste magnus dicitur sacerdos,vsq; ad distinctionē eorum dicit qui minores sunt. Minores autem sunt oēs qui extra eū & post eum sunt:vt quō primogenitus est oīs creaturę, & primogenit⁹ ex mortuis:sic princeps & magnus sit in vniuersis sacerdotib⁹. b ¶Hæc ait dns exercituū,dicēs:Populus iste&c.) Diligēter attēde q̄ nō Zorobabel vel Iesus dicāt: nondū venit tēpus domus dñi ædificādæ:sed populus qui adhuc sub Dario rege cōstitut⁹,nec dū iugū seruitutis excusserat. Sēpq; q̄ captiuitate retinent & egressi sunt de Hierusalem,differūt & morant ædificare tēplū dei, & dicūt:nondū E
venit tēpus domus dñi ædificādæ.Et tu qū videris aliquem egressum de ecclesia, qui traditus fuerat satanæ in interitū
1.Cor.5.a. carnis vt spūs saluus fieret,cogitare atq; disponere vt ædificet tēplū p pudicitiā,q̄d p libidinē antè destruxerat: & tamē diē de die trahere:dic ad eū:Verè & tu de populo es captiuorū:& tu dicis:nondū venit tēpus dom⁹ dñi ædificādæ. Q ui semel decreuit instaurare tēplū dei:huic omne tēpus aptū est ad ædificādū:nec rex diabolus potest impedire,nec hostes p circuitū,nec pietas simulata parentū, affiniū, liberorū:statim vt cōuersus inclamaueris nomē dñi,dicet: ecce adsum. c ¶Et factū est verbū dñi &c.vt habitetis in domibus laqueatis &c.) Siue vt Lxx.interpretati sunt, κοιλοσάθμοις,id est,cōcauis.In eadē die qua suprà rursum videt hæc visio:Et pficientibus prophetæ operib⁹, pphetiæ quoq; dona succrescūt:& habito paulisper silentio ad id q̄d dixerat populus:nōdū tēpus domus dñi ædificādę: profert dñs quasi cogitata rñsio:& dicit ad eos:Ergó ne tēp⁹ est, vt vos habitetis in domib⁹ deorsum sitis,& in conualle positis: & mea domus quæ in monte est deserta erit : siue vt habet in Hebręo:vt habitetis in domib⁹ laqueatis: id est,ornatis atq; cōpositis:& quę nō tā ad vsum sunt q̄ ad delitias:& habitaculū meū in quo fuerūt fācta sanctorū:& cherubim & mēsa propositiōis,pluuijs rigabit:squalebit solitudine:sole torrebit?Porrò secūdū anagogē:Oē tēp⁹ quo habitatio vallis eligit,vt seruim⁹ delitijs,iportunū est. Vnde & Stoici q̄b⁹ curæ F
est verba singula definire,tēp⁹ dixerūt esse correctionis siue efficiētiæ:q̄d significātius Grecè dicit χρόνος ἐστὶ κατορθώσεως.Oē em tēpus in quo nō virtutib⁹,sed vitijs deseruim⁹, perit:& quasi nō fuerit,reputatur in nihilū.Si qs ergo de nobis,vel in cōualle habitat,vel involuptate & luxuria seculari suā cōtigat domū:Iste tēplū deo nō ædificat:nec habet dns in eo vbi caput suū reclinet:& cū vulpib⁹ ædificat domū,habitaculū quondā dei patit esse desertū. d ¶Et nūc hæc dicit dns exercituū:&c.)Nō sit aliud loquētis tēp⁹,& aliud faciētis:pręcepta statim in op⁹ vertite: Dns em est oīpotēs qui pręcipit:& vtiq; leue est dei oīpotētis imperium. Habuistis hucusq; corda vestra vitijs seruiētia,sine ordine:sine pręceptore:quocūq; trahebāt desideria pergētes. Nūc autē dns vobis pręcipit,vt ordinetis in se charitatem,& ponatis corda vra supvias vras:vt nihil absq; iudicio & cōsideratiōe faciatis,sed semp ante pedes vros legalis lucerna pręcedat,
& dicatis:Lucerna pedibus meis lex tua,& lux semitis meis. Psal.118.e
Vel certè ita: quia dicitis,non est tempus ædificādæ domus dñi,& ipsi habitatis in habitaculis quæ sūt in ima demersa: domus autē mea deserta est:cōsiderate iubente me dño, & vos in memoriam redigite quæ feceritis: & quæ passi sitis.
e ¶Seminastis multū & intulistis parū:&c.)Oīs labor vester q̄ ædificastis domus vras & neglexistis domū dei,nō habuit

euentum

Geuentum. Seminastis eñ plura,& multo minus quàm satum fuerat cõgregãstis: nec potestis dicere ideo famẽ sequutã, q̃ in exercẽda terra agricola cessauerit. Comedistis quoq;, ne forsitan è vobis quispiam diceret voluntariũ fuisse ieiunium:& nõ estis saturati,quia paruos fructus cõgregauerastis in horrea. Vinũ bibistis è vineis, sed nõ tantũ vt lætaret cor vestrũ, & dicePsal.103.b retur de vobis:Et vinũ exhilarat cor hominis. Habuistis pallium,sed quod frigꝰ nõ repelleret,nec seruaret calorẽ. Quicũq; etiam vestrũ siue negociatione,siue

a HEB. Hec dicit dñs ẽxercituũ: Ponite corda vestra sup vias vestras:ascẽdite in montẽ,afferte lignum,& ædificate domũ: & acceptabilis mihi erit,& glorificabor, dicit
b dñs. respexistis ad ãpliꝰ,& ecce factũ ẽ minꝰ: & intulistis in domũ,& exufflaui illud.

mercenaria manu mercedes congregauit:frustra labor, sine precio laboris,impensus est. Omnes eñ velut si quis in pertusum sacculum mittat, pecuniæ defluxerunt. Sed & iuxta intelligentiã spiritualem hi qui de Babylone reuersi sunt:& necdũ ædificauerunt tẽplum dei,sed ædificationẽ eius quotidie differẽtes,dixerunt:Nõdum venit tẽpus domus domini ædificandæ: nec captiui sunt, nec adhuc plena libertate donati:verùm quasi in meditullio quodam positi,seminaue-
H runt multum,& intulerunt parũ:comederunt,& nõ sunt satiati:biberunt,& nõ sunt inebriati:operuerunt se,& nõ sunt calefacti : congregauerunt mercedes , & quasi in pertusum marsupium mitterent, perdiderunt. Si quãdo videris inter multa opera peccatorum facere quẽpiam nõnulla quæ iusta sunt;non est tam iniustus deus,vt propter multa mala,paucorum obliuiscatur bonorũ:sed faciet eum illa tantũ metere quæ in bonam terrã seminauerit,& in sua horrea cõgregare. Q ui autẽ penitus ἀποσάτως est:iste omnino nõ comedet,sed fame peribit. Porrò qui seminat multa,& infert pauca:comedet parum,& non in satietatem:iuxta illud quod in
Leui.26.d maledictis Leuitici dominus cõminatur:Et comedetis & nõ saturabimini. Q ui verò sanctus est,vsq; ad satietatẽ comeProu. 13.d det:& explebitur in illo quod scripum est:Iustus comedens
Iudit.12.d replet animã. Similiter qui penitus non bibit,siti peribit:sicut & in Iudith, si quis tamen vult librum recipere mulieIudic.4.c ris:Et paruuli siti perierunt. Q ui autem parum bibit, bibit quidẽ, sed nõ vsq; ad ebrietatẽ. Porrò qui potest dicere ad
Psal.22.b dominũ:Calix tuus inebrians q̃ præclarus est: & inebriatur
Gene.9.c. cũ Noë:& licèt in Aegypto cõstitutus, tamẽ in cõuiuio Io-
Ibi.43.g. seph cũ patriarchis & fratribꝰ vino madet:Iste præ magnitudine lætitiæ & quotidiano gaudio cũ apostolis versus in
Acto.2.b. ecstasin,appellabitur musto plenus. Q uomodo autẽ non sit
I huic expositioni contrariũ illud quòd filij Ionadab filij Re-
Hier.35.b chab vinum nõ biberint, & laudẽtur à dño:In Hieremia cõ petentius differetur. Post hæc dicitur ad eos qui negligebãt ædificare tẽplum domini: Operuistis vos,& nõ estis calefacti. Q uod intelligimus de centesimotertio psalmo, in quo de deo dicitur: Abyssus vt vestimentũ amictus eius. Q uanquam enim secundum Hebraicam veritatem referatur ad terras quòd ambiantur Oceano:tamẽ secũdum Septuaginta translatores qui dixerũt: τὸ περιβόλαιόν αὐτοῦ, genere masculino,& nõ ἄυτῆς,genere fœminino:de deo quod dictũ est sentire compellimur,eo q̃ inuestigabilis sit eius sapientia:&
Psal.17.b. ponat dominus tenebras latibulũ suum : & nõ indignis quibusq; eius sacramenta prodantur. Vnde & iustus lætatur,&
Psal.118.b dicit:In corde meo abscondi eloquia tua,vt non peccẽ tibi. Hoc palliũ de multiplicis sapiẽtiæ sensibꝰ verbisq; cõtextũ, nõ finit feruentes spiritu refrigerari : nec dilectionis calorẽ Borea flante frigescere. Q uiverò medius est,& habet quidẽ pallium,sed quo nõ totus operiat:quomodo parũ in horrea cõportauit:& comedit,& nõ in satietatẽ:& bibit,nõ in ebrietatem : sic operietur quidẽ sensuũ operũq; suorũ pallio,sed nõ calefiet. Q ui autẽ propter nimiã animæ paupertatẽ nõ habet pallium:ideo non habet, quia multiplicata iniquitate
Mat.24.b charitas refrixit in eo. Vnde & de istiusmodi homine,cuius

ab alio pallium possideẽ,in lege præcipitur:Reddes ei vesti Deu.24.c
mentũ anteq̃ sol ôccidat:quoniã pauper est,& in ipso habet K
spem. Sed & hoc eis accidit qui habitant in cõuallibus,siue in laqueatis domibus,& dicebãt:Nondũ venit tẽpus domus dñi ædificandæ,vt mercedes in pertusum sacculum cõgregarent. Si quis è nobis bona operatur,& digna mercede, quã nobis redSEP. Hæc dicit dominus omnipotens: Ponite corda vestra in vias vestras: ascendite sup montẽ,& præcidite ligna.(Cætera similiter.) Respexistis in multa,& facta sũt pauca : & intulistis in domũ, & exufflaui illa.

diturus est dñs, de quo dicit:Ecce dñs, & mer- Esa.40.c.
ces eius in manibꝰ illius, &.62.d.
reddere vnicuiq; secun- Matt.16.d
dum opera sua. Et illud
Apli:Si cuius opus mã- 1.Cor.3.d
serit:quod superædificauit,mercedem accipiet: hic cõgregat cõseruandas mãsuras q̃ mercedes:& virtutibus virtutes semp adiungens,coaceruat pecunias in sacculũ nõ pertusum. Q ui autẽ post bona opera non semel & bis, sed frequenter peccat: & præteritã charitatẽ sequẽtibus vitijs obscurat & sordidat: iste in pertusum sacculũ pecuniã cõgregat. Hæc autẽ omnia euenerunt eis qui dixerũt: Nondum venit tẽpus domus dñi ædificandæ:& cũ ipsi habitarent in cõuallibus, desertã esse domũ dñi patiebant. a ¶Hęc dicit dñs exercituũ:ponite corda vestra &c.) Rursum vobis ego dñs præcipio, qui L
& prius iusserã vt ponatis corda vestra sup vias vestras: & cõsideretis cuncta quæ geritis:& relinquẽtes studiũ domorũ vestrarũ humiliũ: ascendatis in montẽ vbi nõ sunt ligna quę cõburãtur,sed quę ad opera domus meę proficiãt:& vt hoc faciatis attẽtius, mihi scitote placiturũ esse quod facitis. Aiunt Hebræi sola tantũ ad cõtignandũ ligna fuisse necessaria,stantibus muris tẽpli post incendiũ. Hoc illi. Nobis autẽ præcipitur,nõ extra vias nostras ponere corda nostra: sed quæ prius posueramus,rursum ponere in vijs nostris:& postq̃ hoc fecerimus,ascendere de domibus cõcauis in montem:vt cum peruenerimus ad montis altitudinẽ,in quo necessaria ad ædificationẽ templi dei ligna sunt:de omni scripturæ sanctæ monte, in quo varia virtutũ & paradisi ligna plantata sunt præcidamus ea:& ædificemus tẽplũ dñi operibus bonis, & dogmatibus veritatis: quod cũ fuerit extructum,placeat domino & glorificetur in eo. Igitur quia hæc mãdata sunt nobis,vt ponamus corda nostra in vijs nostris: ascendamus in montẽ rationabilẽ:& ad singula problemata,cõgrua de testimonijs scripturarum ligna quęrẽtes, præcidamus ea,& ædificemus domũ sapientiæ in nobis : postq̃ eñ hæc fuerit extructa,finis ædificatiõis eius erit,vt dominus glorificetur in nobis. b ¶Respexistis ad ampliꝰ &c.) Vt abiecta mora & omni ambiguitate deposita, studiosius M
ædificetis domũ meã:dico & aliud quod vobis acciderit,qui distulistis ædificare domũ meã:nõ vt suprà:Seminastis multũ,& quia sementẽ terra nõ reddidit, intulistis parũ:sed cũ iam candescerent segetes,& messiũ tẽpus instaret,& frumẽta vos tenere in manibꝰ putaretis, messuistis vacuos culmos & inanes stipulas sine spicarũ frugibus congregastis. Plenæ erant areæ,spes in oculis,luctus in manibꝰ. Sed & hoc quoq; ipsum quod vix de multa segete & infinitis aceruis fuerat electum,intulistis in domum, & mea virtute dispersum est. Exufflaui eñ illud & redegi ad nihilũ:quia frumẽtũ emortuum & vacui folliculi,quæ vtilia esui sunt,farinã & similã nõ habebãt. Potest autẽ hoc quod dixit:intulistis in domũ, & exufflaui illud:& de donarijs accipi quæ offerebãt in altari,& deus exufflauerit ea. Sed q̃ dixit,intulistis in domũ: si ea quę illata sunt donaria itelligimus:vtiq; in tẽplo oblata dicimus:Et nõ nobis congruet:quia eo tẽpore domus dei adhuc ædificata nõ fuerat:quod quidẽvsq; hodie pleriq; cõtingit qui habitãt in ædificijs humilibus:& quantũ in se est, despiciunt desolatã domũ dei:& cũ possint ædificare, contemnunt: & quasi iam videntes maturas segetes, fructus sibi suorũ operũ repromitunt:& fallente spe,pro magnis vix parua reperiunt. Sed & hæc quoq; parua,quæ in domum &

horreum

A horreum mentis cõdiderant:exufflantur à ſermone dei,quaſi indigni eius cuſtodia atq; tutela. Quoties vidi ego tam in doctrina q̃ in conuerſatione de quibuſdã ſperata plurima: & poſtq̃ ventum eſt vt haberent tẽpus meſſium:id eſt,tempus docendi, vítamq; ſuam in exemplũ præbere populorũ, de excelſo præcipitatos: & minus inuentum in eis quàm opinio ſibi omniũ promittebat. Vnde accidit vt paulatim negligentia ſubrepente: paruum quoque ipſum quod videbant̃ habere perderent. Hoc autem idcirco perpeſſi ſunt: quia ſecuri fuerunt in priſtinis domibus ſuis: nec aſcenderũt ſcripturarũ montem, ædificationis de eo dominicæ ligna cædentes: nec extruxerũt in ſe quotidie domũ domini, ſed deſpicientes eius deſolationẽ,etiã id perdidere quod ſe habere credebant. Supradicti enim mali hæc cauſa redditur.

a Quamobrem, dicit dominus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſq; in domum ſuam: propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra b continuit germen ſuum. Et vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticũ, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunq; profert humus: & ſuper homines, & ſuper iu- c menta, & ſuper omnem laborem manuũ. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem dei ſui, & verba Aggei prophetę, ſicut miſit eum dominus deus eorum ad eos: & timuit populus à facie domini. Et dixit Ag- d geus nuncius domini de nuncijs domini, populo dicens: ego vobiſcum ſum, dicit dominus. Et ſuſcitauit

B a ¶Quamobrem, dicit dominus exercituum &c.) Non ſolum, inquit, cœli pluuiam nõ dederunt, quibus irrigata humus fruges facit, ſed ne rorem quidem matutinum atq; nocturnum: vt arentes agri, ſaltem humore modico tẽperarẽtur. Terra quoq; deuorauit, agricolis non redditura ſemẽtem: & quæ ſponte ſolet gignere, auaro ſinu tenuit. Ego hunc arbitror eſſe rorem, de quo in
Gen.27.d benedictione dicitur ad Iacob: Det tibi deus de rore cœli,
Pſal.132.a & rorẽ Hermon qui deſcẽdit ſup montẽ Sion: & deſcendit nõ de aëre, in quo multiplex volitat aquilarũ & accipitrum & vulturum numerus, ſed de cœlo, vt ſi cuius anima ardet perturbationibus & iaculo diabolí vulnerata eſt: refrigeretur hoc rore, & æſtus ſuos temperet, Quo retento, terra quoq; nõ affert germen ſuum. Neq; enim ſine rore Chriſti poteſt vlla anima afferre frumenta. b ¶Et vocaui ſiccitatẽ ſuper terrã &c.) Pro ſiccitate Septuaginta, χόμφαιαν: id eſt, gladiũ tranſtulerunt: ſed & in Hebraico tribus literis ſcriptum reperi ח ר ב: Quod ſi חֶרֶב legimus, gladium ſonat: ſi חָרָב, id eſt, καῦμα, quod nos tranſtulimus ſiccitatem: licèt melius in vrentem ventum transferri poſſit. Et reuera quoniã ſermo de terra eſt, & de agrorum ſterilitate: magis mihi videtur ventus vrens in præſenti loco intelligi debere, quàm gladius: licèt omnis plaga quæ propter peccata ho-
C minibus inferatur: poſſit & pro gladio accipi. Vocata eſt autem ſiccitas, ſiue gladius ſuper terrã, & ſuper montes: vt nõ proferant triticũ, & vinum, & oleum, & quæcũq; ſponte generat humus. Præcedente autẽ fame, cõſequẽter ſup homines, & ſuper iumenta mors venit. Et idem gladius vel ventus vrens, omnia quæ manus hominũ laborauere conſumit.
Hebr.4.c Vocatur itaque vel inducitur viuens ſermo dei, & efficax, & acutus ſuper omnẽ gladium bicipitem, vt anima negligens quæ terra interpretatur, arens: & magis in concauis habitare q̃ domũ dei extruere deſiderat: eius mucrone feriatur: & quicquid fructuum ſe putat habere, diſperdat. Infertur etiã gladius ſuper montes eleuantes ſe aduerſus ſcientiã dei, & ſuper frumentum, & vinum, & oleum: quibus quaſi cibis & potu & refectione: hæreticorũ conciliabula deceptis populis blandiuntur. Congruè quis dixerit panẽ illorũ eſſe panẽ Iuſtus, & furorẽ draconẽ eſſe vinũ eorũ, & furorẽ aſpidum inſanabilẽ: Oleum quoq; repromiſſionẽ de cœleſtibus: quo quaſi vngunt diſcipulos, & laborum præmia pollicẽtur, quæ
Pſal.104. deteſtat̃ propheta dicẽs: oleũ autẽ peccatoris nõ impinguet
b. caput meũ. Sed & alia quæ abſq; autoritate & teſtimonijs ſcripturarũ quaſi traditione aſſica ſponte reperiũt atq; cõfingunt, percutit gladius dei: homines autem & iumenta, vel λογισμοὺς καὶ ἀιθήσεις, id eſt, cogitationes & ſenſus eorũ accipiamus. Vel certè rationabiles, id eſt, doctos & indoctos pariter, & omnem laborem manuum, & ieiunia eorum D & obſeruationes varias, & χαμαιζηλίας, id eſt, humi dormitiones. Qui tribus quadrageſimis per annum ieiunantes, & ξηροφαγίοις humiliantes animam ſuam, & vel maximè de Taciani radice creſcentes, ſuper huiuſcemodi laboribus audiunt: Tãta paſſi eſtis ſine cauſa. Hæc autem vniuerſa quæ dixi, poſſunt de eccleſię rectoribus intelligi: qui ædificantes carnalem domũ: liberiſq; ſuis & poſſeſſionibus prouidentes: non curant, vel in ſeipſis extruere templum dei: vel eccleſiã domini, quæ infecta & diruta eſt inſtaurare: quorũ ſæpe vita & ſermo incongruus, ſcandalizat plurimos, & de eccleſia eijcit, & ad ſolitudinem perducit domũ dei. Nec hæc dicimus quòd vniuerſos generaliter accuſemus, ſed quòd in omni officio & gradu ſint alij qui ędificẽt, & alij qui deſtruant tẽplum dei. Et pro- E pter eorum vitium nec cœli rorem, nec terra det germen: ſiccetur humus, montes areant: triticum, & oleum, & omnia quæ terra gignit: homines quoq; ipſi & iumenta & vniuerſus labor manuũ, ſecante gladio, & ficcitate vel vento vrente diſpereant. c ¶Et audiuit Zorobabel &c.) Diligẽter attende, propter duas intelligẽtias ſaluatoris in Zorobabel duce & Ieſu ſacerdote: ipſe eñ & rex eſt & ſacerdos: quòd non dixerit, Zorobabel & Ieſus timuerunt: ſed, audientibus Zorobabel & Ieſu & populo verba Aggei prophetæ: quæ verba ſunt domini: ſolus populus timuit à facie domini: id eſt, ſola multitudo, quæ necdum in vnũ & perfectũ virũ venerat: nec ſpiritui copulatus id eſſe meruit q̃d ſpiritus: Timuit autẽ populus à facie dñi: ſciens quòd facies domini ſu Pſal.33.c.
per facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.
d ¶Et dixit Aggeus nuncius dñi &c.) Quidam putant & Ioannẽ Baptiſtã, & Malachiã, qui interpretatur angelus dñi, & Aggeum quẽ nunc habemus in manibus, fuiſſe angelos, & ob diſpenſationem & iuſſionem dei aſſumpſiſſe humana corpora, & inter homines conuerſatos. Nec mirum hoc de angelis credi, cùm pro ſalute noſtra etiam filius dei humanum corpus aſſumpſerit, & ob hanc cauſam etiam de apocryphis præbent teſtimonium, vbi dicitur: Quòd Iacob qui Gen.25.c.
poſtea vocatus eſt Iſraël angelus fuerit: & propterea ſup- &.32.f.
plantauerit fratrem in ventre matris ſuæ. Ioannem quoq; ad Lucę.1.c.
vocem Mariæ matris domini, exultaſſe in vtero Helizabeth: Et omnium rationabilium vnam eſſe naturam, & ob F
hanc cauſam homines qui placuerunt deo, æquales angelis fieri: Hoc illi ſentiant. Cæterùm nos nuncium domini: id eſt, angelum, qui Hebraicè dicitur מַלְאָךְ: ſimpliciter prophetam dictum recipiamus: ab eo quòd domini voluntatem populo nunciauerit: ſiue quia in multis locis dominus noſter atque ſaluator, angelus dei dicitur. Sicut ibi:
Magni conſilij angelus: typum ſaluatoris dicimus in Ag- Eſaię.9.b.
geo præcurriſſe. Porrò quod ait, nuncius domini de nuncijs domini: Tale eſt quaſi dixiſſet, propheta de prophetis. Quod ait, nuncius domini populo dicens: Ego vobiſcum ſum, dicit dominus. Non loquitur ad Zorobabel & Ieſum, cum quibus & in quibus ſemper erat dominus: Semel enim eos diximus ſecundum diuerſas intelligentias in perſona ſaluatoris accipi, ſed populo qui timuerat à facie domini. Quia quia populus erat: necdum ad dei venerat charitatem, quæ foras mittit timorem. Accipit ergo populus pro dei timore mercedem, vt dominus cum illis ſit: & eſt ſenſus: Ego ero veſter adiutor: ædificate domum meam, quæ in vobis deſtructa eſt: me in medio veſtri conſtituto, nemo ædificationem veſtram prohibere poterit.

Et ſuſcita-

a Et ſuſcitauit dominus ſpiritum Zorobabel,filij Salathiel,ducis Iuda , & ſpiritum Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni , & ſpiritum reliquorum de omni populo:& ingreſſi ſũt, & faciebãt opus in domo domini exercituum dei ſui : in die viceſimaquarta menſis, in ſexto menſe , in anno ſecundo Darij regis.

Cap. II.

b IN ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis , factum eſt verbum domini in manu Aggei prophetæ dicens : Loquere ad Zorobabel filium Salathiel,ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſe-

G a ¶Et ſuſcitauit dominus ſpiritũ Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda &c.) Pro duce Iuda:Lxx.tranſtulerũt:ἐκ φυλῆς Ἰούδα,id eſt,de tribu Iuda,& pro opere ἔργα:id eſt,opera: cætera ſimiliter : Vbicunq; autem nos ponimus, dominum exercituum:illi diuerſẽ,aut dominũ omnipotentem,aut dominum ſabaoth, aut dominũ virtutum interpretãtur .Suſcitatur ergo ſpiritus Zorobabel & ſpirit⁹ Ieſu , interim ſecũdum literam, vt regnum & ſacerdotiũ ædificent templum dei.Suſcitatur etiã ſpiritus populi , qui in eis antè dormiebat:nõ corpus nõ anima:ſed vt diximus ſpirit⁹,qui magis ædificare ſcit tẽplum dei:Et ingreſſi,foris eñ fuerant,faciebant opera quę digna erant penetralibus domus domini : in eodem anno Darij regis quo & ſuprà : in eo menſe qui & in principio poſitus eſt,ſed nõ in eodem die: Ibi eñ vnus dies mẽſis ponitur:hìc verò viceſimuſquartus,vt inter primum diem, quo dominus loquitur per Aggeum: & viceſimumquartum quo ingreſſi ſunt,& faciebant opus in domo domini:viginti duo dies medij fuerint:quot & literæ ſunt apud Hebręos. H Neceſſe enim habuerũt doceri quę eſſent elemẽta principij ſermonum dei quæ eos prohiberent dicere : Necdum venit tempus domus domini ædificandæ, & habitare in domibus concauis, & vt ſuprà dixit,in ima demergi. Prouocarentur verò ponere corda ſua ſup vias ſuas , & meminiſſent propter negligentiam quãta perpeſſi fuerint . Et vt aſcẽderent in montem & cæderent ligna, & ædificarent domũ dñi , & non paterentur ea quæ fuerant antè perpeſſi. Deniq; in his viginti & duobus diebus,timuit popul⁹ à facie domini : & ingreſſi ſunt in die viceſimoquarto menſis: in ſexto menſe, anno ſecundo Darij regis , & faciebant opus in domo dñi exercituũ dei ſui. Præcipitur autẽ nobis,vt ædificari poſſit domus ſpiritualis in ſacerdotium ſanctũ,ad offerẽdas ſpirituales victimas placentes deo,tales nos præbere :vt ſuſcitetur in nobis ſpiritus ſanctus:& ingrediamur in domum dñi,& faciamus opera domini.Iam eñ Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in æternum ſuſcitatus eſt à patre in virtute,ſecundũ ſpiritum ſanctificationis de reſurrectione mortuorum,vt ille præſit operi:nos verò faciamus ipſo adiuuãte & diſponente.Quæ tamen opera dei facere antè non poſſumus:niſi timeamus à facie dñi & credamus, & ingrediamur tẽplũ dei, & ea quæ domui dei digna ſunt I perpetremus.Quoniam verò adhuc in ſeculo ſumus, & tẽpus ædificationis noſtræ ſub Dario rege verſat: in quo generationi coniugijs carniq; ſeruitur. Idcirco in ſexto numero quo factus eſt mũdus,& in ſecũdo anno qui diuidit vnionem:materia enim in qua mundi reparatio ſoboliſq; conſiſtit,duplicem numerũ diligit : ingredimur domũ domini, & vtroq; populo congregato , extruimus templum dei. Ex duobus eñ duodecim numeris:viceſimi quarti numeri ſumma conſiſtit : quia tam ex circunciſione quàm ex gentibus , Chriſti eccleſia prima,quæ euerſa fuerat,ædificata eſt. Sed & hoc poſſumus dicere, quia octauus numerus qui ſanctus eſt, & in veræ circunciſionis typo accipitur,triplicatus viceſimumquartum numerum facit : figuraliter nos docemur: vt ædificemus domum domini in amputatione carnis,& vitiorum circunciſione:& veram puritatem eſſe credamus,in nomine patris & filij & ſpirit⁹ ſancti.Porrò alius ſexies quartum ſupputauit numerum,& quattuor refert ad elementa mundi,ex quibus ſubſiſtimus:ſex verò ad cõditionem mundi,in quo ipſa elementa verſantur. Et dicit : quia adhuc in materia ſumus:& graui corpore circundamur ,& ſeruimus generationibus:extruere quidem nos templum:& intrare in domũ dei, & quaſi de ſomno graui ſuſcitari ſpiritũ noſtrũ,ſed adhuc in viceſimoquarto die ipſum facere.

Caput II. K

b IN ſeptimo menſe viceſimaprima mẽſis &c.) Eodẽ anno,ſed menſe ſeptimo,in quo ſolennitates dei ſunt : prima & viceſima die mẽſis:id eſt cõpletis trib⁹ hebdomadibus,& perfecta in myſterio trinitatis requie: Tertiò factũ eſt verbũ dñi in manu Aggei prophetæ,qui cõtinuo labore ſudabat,vt ſemp in eo ſermo dei haberet acceſſum. Præteritorũ eñ obliuiſcens, Philip.3.c & in futurũ ſe extẽdens : ita quotidie laborabat: q̃ſi præcedẽtiũ operũ nihil haberet. Dicitur ergo ei: Loquere ad Zorobabel:& ad Ieſũ,& reliquum populũ:qui viderunt antiquã domũ dei,& nũc interſunt inſtaurationi ei⁹:nũquid ad cõparationẽ prioris non talis eſt iſta quæ cernit? Verũ nolite deſperare,nec laſſas manus dimittite:ſed & tu Zorobabel & tu Ieſu & oñis populę cõfortamini,& facite opus in domo mea:Ego eñ ſum vobiſcũ,& ſermo me⁹ quẽ pepigi vobiſcũ cũ egrederemini de terra Aegypti. Et ſpiritus me⁹ nõ recedet à vobis:nolite timere:ego ſum qui iubeo dñs oĩpotẽs:cuius dixiſſe,feciſſe eſt.Q ñ primũ teſtamentũ dabã, & in Sina monte ſum viſus : cõmoui cœlum & terrã, L & mare rubrũ,& deſertũ:vt vobiſcũ ponerẽ teſtamẽtũ: nũc autẽ polliceor vobis:me adhuc ſemel cœlũ & terrã & mare & aridã cõmoturũ,vt illis cõmotis moueant oẽs gẽtes,& veniãt iuxta Lxx.quę electa ſunt dñi de cunctis gẽtib⁹:iuxta Hebraicũ verò:veniet deſideratus cũctis gẽtibus,dñs noſter atq; ſaluator:Tũc implebo domũ iſtã gloria maiore q̃ priorẽ:& ſemp vobis addã,dicit dñs oĩpotẽs. Et ne forſitã ſpon ſorem putetis infirmũ:Meũ eſt aurũ, & meũ eſt argentũ,& meę ſunt cũctę opes.Ego in ornamentũ tẽpli aurũ argẽtũq; donabo,vt maior fiat huius domus gloria q̃ prioris.Et quia difficile videt qđ polliceor,& humana infidelitas ad maiora promiſſa ſemp hæſitat:propterea rurſum dico qui ,pmitto:dñs oĩpotẽs ſum. Porrò quia ſcio ad ædificationẽ inclytę domus,& quę ſupatura ſit domũ priſtinã,nihil ita facere vt pacẽ,idcirco & hãc ſpondeo:Dabo eñ in loco iſto pacẽ, dicit dñs exercituũ:vt pax quę exuperat oẽm ſenſum,cuſtodiat domũ meã,& ſit in pace locus meus. Has interim κατὰ φρασικῶς expoſitiõis lineas duxerim,vt ex his ad ſublimiorem intelligẽtiã etiã nobis tacẽtibus prudẽs lector aſcẽdat. Fit ergo ſermo dei ad eos qui opari cœperãt in domo dñi oĩpotẽtis,iam in requie:id eſt,in mẽſe ſeptimo,& in trinitatis pleniſſimo ſacramẽto,viceſima prima mẽſis,& ad Aggeũ M dei feſta celebrantẽ:qui rurſum manũ ſuã ſermoni dñi prępararauerat,& dicit ad eum:Loquere ad Zorobabel de tribu Iuda,& ad Ieſum ſacerdotem magnũ: qui ,p nobis & homo fieri dignatus eſt & ſacerdos,& ad reliquias populi: ad cõparationẽ eñ totius orbis,parua pars fuit in principio credentiũ. Igit quę locutus ſit audiamus. Fuit quondã in Iſraẽl domus dei,quę nũc ita deſerta eſt,vt nec fuiſſe credatur:ex quo quę fuerat dilecta,facta eſt nõ dilecta,& qui nõ populus Oſeę.1. dei,cœpit eſſe populus dei.Et eſt domus illa quondã glorioſa:nunc in cõſpectu Zorobabel & Ieſu & reliquiarũ populi quaſi nõ ſit.Hoc autẽ nõ ſolum de tẽpli ædificijs quæ cernimus corruiſſe accipe debemus,ſed de oĩbus quæ quondã præclara habuere Iudæi.Verũtamẽ quia facta eſt prior domus quaſi nõ ſubſiſtẽs:prouocat Zorobabel dux,& Ieſus ſacerdos,vt regnũ Chriſti, & ſacerdotiũ roboret, & populus eius qui quondam terræ fuit populus,faciat opera in domo dñi,& ſciat deũ ſibi eſſe pręſentẽ:faciat quoq; verbũ,qđ pepigit dñs cũ eis qñ egrediebant de terra Aegypti:Atq; vtinã & nos egrediamur de Aegypto,vt verbum teſtamẽti quod accepimus impleamus. Repromittit quoque dominus deus his qui faciunt opera in domo eius, & implent quem accepere ſermonem,ſpiritum ſuum,dicens:Et ſpiritus meus erit

in medio

filium Iosedech sacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens: Quis in vobis est derelictus qui vidit domũ istam in gloria sua prima,& quid vos videtis hanc nunc? nunquid nõ ita est quasi non sit in oculis vestris? Et nunc cõfortare Zorobabel,dicit dominus:& confortare Iesu fili Iosedech sacerdos magne,& cõfortare omnis populus terræ,dicit dominus exercituũ:& facite:quoniã ego vobiscũ sum,dicit dominꝰ exercituũ. Verbũ quod pepigi vobiscũ cũ egrederemini de terra Aegypti,& spiritus meus erit in medio vestrũ,nolite timere. Quia hæc dicit dominꝰ exercituum: adhuc vnũ modicũ est,& ego cõmouebo cœlum & terrã,& mare & aridã:& mouebo omnes gentes. Et veniet desideratus cunctis gentibus,& implebo domũ istam gloria,dicit dominus exercituũ. Meũ est argẽtum,& meũ est aurũ, dicit dominus exercituũ. Magna erit gloria domus istius nouissimæ,plusq̃ primæ, dicit dñs exercituũ. Et in loco isto dabo pacem,dicit dominus exercituum.

a HEB. In vicesima& quarta noni mẽsis: in anno secundo Darij: factum est verbum domini ad Aggeum prophetam,dicens: Hæc dicit dominus exercituum:

SEP. Vicesima & quarta noni mensis, anno secundo sub Dario: factus est sermo domini ad Aggeum prophetam, dicens: Hæc dicit dñs omnipotens:

A in medio vestrum: Sacramentm cernite trinitatis: Ego sum vobiscum, & spiritus meus, & verbum, in quo posui testamentũ cũ egrederemini de Aegypto. Quod autem dicit in medio vestrum,iuxta illud sentiendum est,quod in euange-
Ioan.1.d. lio scriptum legitur: Medius enim vestrum stat, quem vos nescitis,qui post me veniet. Hęc ergo dicit dominus exercituũ ad vos qui videtis domũ priorẽ sic esse quasi non sit. Moui cœlum, quando de cœlo audita est vox mea. Moui terrã,quando priori populo tradidi testamentũ: & in aduẽtu meo,caligo,turbo,tenebrę cernebãtur. Moui mare rubrũ,quãdo viam prębui populo trãseunti. Moui aridã vel Aegyptũ p plagas cultu dei vacuam: vel solitudinẽ per quã quadraginta annis cir-
B cũduxi populum. Hæc adhuc semel mouebo: Q̃d factũ cernimus in aduẽtũ dñi saluatoris.
Matt.27.f Tẽpore q̃ppe passionis
Lucæ.23. eiꝰ, fugiente sole, cœlũ motum est: & tenebræ factæ sunt super omnẽ terrã ab hora sexta vsq; ad horam nonam. Mota est terra,& saxa scissa sunt,& sepulchra reserata:motũ est mare,dracone qui in eo erat interfecto:mota est & arida, infructuosa quondam gẽtium solitudo. In hoc autem vniuersitatis tremore,cõmotæ sunt etiam
Psal.18.a. omnes gentes:Quia in omnem terram exiuit sonus apostolorum domini: & verba eorum penetrauerunt vsq; ad terminos orbis. Ob id autem omnes motæ sunt nationes, vt ex earum motu veniret electa geatium multitudo,& quæ vbicunq; præclara sunt. Verbi gratia:Electa de Corintho:quia multus erat in ea populus dei. Electa de Macedonia : quia
1.Thessal. grandis in Thessalonica dei ecclesia congregata, non habe-
4.b. bat necessarium vt de charitate doceretur. Electa de Epheso,vt arcana dei & nulli antea reuelata sacramenta cogno-
C scerẽt. Quid plura? omnes gentes cõmotę sunt,ad quas sal-
Mat.28.d uator apostolos miserat,dicens:Euntes docete omnes gẽtes, & ex multis vocatis pauci electi,primitiuorũ ecclesiam con-
1.Pet.5.d. struxerũt. Vnde & apostolus Petrus:Salutat vos,inquit,quæ in Babylone est electa,& Marcus filius meus. Et Ioannes:senior,inquit, electæ dominæ: ac deinde filios memorat electæ. Commotis ergo gentibus : quas quidem possumus & cõtrarias accipere fortitudines non valentes,splendorẽ domini sustinere:venerũt electa omniũ gentium,& repleta est gloria domus domini:quæ est ecclesia dei viuentis,columna & firmamentum veritatis. Hæc secũdum Lxx. Cæterũm in Hebraico melius & significantius habetur, vt suprà posuimus: Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus. Verè eñ postq̃ ille venit, impleta est gloria domus domini. Et quãtũ dominus distat à seruo:tantũ domus dñi melior est cui præest dñs,à domo priore cui prę-
fuit seruus. Quod autẽ ait,meũ est argentũ,& meũ est aurum,dicit dñs exercituũ:Non puto quenq̃ existimare quòd de argẽto loquatur & auro,quæ à diuitibus & regibus possidẽtur. Hoc eñ modo:nõ solum argentũ & aurum dei est quasi creatoris:sed & cætera metalla,æs,stannum, plumbũ,
cc & quod domat omnia ferrum. Sed ego argentũ,quo domus dei ornatur,existimo eloquia scripturarum,de quibus dici-
Psal.11.b. tur:Eloquia domini, eloquia casta:argẽtum igne examinatum,probatum terrę,purgatum septuplum. Et aurum,quod in occulto sanctorum sensu, & in cordis versatur arcano,& D
splendet vero lumine dei,quod & Apostolum de sanctis,qui super fundamentum Christi ædificant,sensisse perspicuum est: Aurum,argentum,lapides precioso: Vt in auro sensus 1.Cor.3.c.
occultus sit:in argẽto sermo decens:in lapide precioso,opera deo placentia. His metallis illustrior fit ecclesia saluatoris, quàm quondã synagoga fuerat:his lapidibus viuis ędificatur domus Christi,& pax ei præbetur ęterna. Porrò quod sequitur in Lxx. Et pacẽ animæ in acquisitionẽ omni qui creatur,vt sciret templum istud: quasi superfluũ & vix cohęrens,quippe quod nec apud Hebręos,nec apud alium quenq̃ interpretẽ fertur, omisimus. a ¶ In vicesima & quarta noni mẽsis &c.) Propterea & E
Lxx.interpretũ ęditionem posuimus: quia in quibusdam verbus dissonare videbantur. Et hoc quod dicitur:Propter munera eorũ matutina,dolebunt à facie malitiarum suarum, & oderatis in portis arguentes:nec in Hebræo, nec apud alios interpretes inuenitur. Notandum autẽ quòd in isto loco: In vicesima & quarta die mensis noni anno secundo: nõ vt suprà tertia vice dicitur: Factum est verbum domini in manu Aggei prophetę:sed,ad Aggeum prophetam. Ibi enim quia adhuc profectum habebat, & opera tantum munda : cor autem illius necdum plenam sapiẽtiam receperat:siue quia habitabat adhuc inter eos,qui dicebant: Nondum venit tẽpus domus domini ædificandæ:in operibus tantum eius sermo factus est domini. Hìc autem quoniã iam templi iacta sunt fundamenta,& ingressus est populus cũ principibus in domum dei:& facit opus cõgruum templo dei,audiuit mysterium:Mouebo omnes gentes:& veniet desideratus cũctis gentibus,& plenus est vaticinio: propterea totꝰ ad Aggeum F
sermo fit dñi. De vicesimaquarta die & secũdo anno iam diximus. Noni mẽsis numerus qui hìc additur:nunq̃ in bonam partem legitur: Pascha immolat populus: & alias celebrat festiuitates:oĩs eius solennitas die finitur octauo:nec ad nonum peruenit. Qui agnum paschæ præparãt:transacta die nona incipiunt præparare. Dies quoq; propiciationis & expiationis mẽsis septimi,post diem nonã celebrat. Et in Hieremia,sicut legentibus poterit esse manifestũ. Hierusalẽ no
no anno à Babylonijs oppugnatur. Quia igitur prophetia Hier.39.a
de immunditia populi futura erat,idcirco secũdo anno Da &.52.a.
rij,nonus mẽsis iungitur. Rursum quia datur locus pœnitẽtiæ post immũdicię correptionem:vicesima quarta die sermo dei fit ad Aggeum prophetam,vt quasi ex persona domini quæstionem à sacerdotibus sciscitetur ex lege venientem,& dicitur ei:Interroga sacerdotes legẽ,dicens. Simulq; considera sacerdotũ esse officij, de lege interrogãti respondere. Si sacerdos est,sciat legẽ dñi si ignorat legẽ,ipse se arguit nõ esse dñi sacerdotẽ. Sacerdotis eñ est scire legem,& ad interrogationẽ respondere de lege. Quod quidem & in
Deuteronomio legimꝰ:vt sicubi in vrbibꝰ Israel quęstio fue Deu.17.b
rit exorta inter sanguinẽ & sanguinẽ,inter iudiciũ & iudiciũ,leprã & leprã,cõtradictionem & cõtradictionẽ: eant ad sacerdotes atq; leuitas,& ad pontificẽ qui in diebus illis fuerit constitutus,& quærant ab eo legem dñi:quibꝰ respõdentibus faciant

G tibus faciant quod iubentur. Quod si nō fecerint, exterminentur de pp̄lo suo. Et ne forsitan in veteri solū instrumē-
Tim.3.a ro hæc p̄cepta videantur: loquitur & Apostolus ad Timotheum: Episcopum non solum irreprehensibilem esse debere, & vnius vxoris virum, & sapientem, & pudicum, & ornatum, & hospitalem, sed etiam doctorem. Et ne
Titum.1.b çasu hoc dixisse videretur: Ad Titum quoq; sup presbyteris (quos & episcopos intelligi vult) ordinādis, eadem cautela seruat. Propter hoc reliqui te Cretæ, vt quę relīdua erāt cor rigeres, & ordinares p ciuitates presbyteros, sicut ego præcepi tibi: Si quis est irreprehēsibilis, vnius vxoris vir: filios habens fideles, nō in accusatione luxuriæ vel insubiectos. Oportet ēm episcopū irreprehēsibilem esse, sicut dei dispensatorē: nō procacē, nō iracūdum, nō vinolētū, nō percussorē, nō turpis lucri cupidū: sed hospitalem, pudicū, benignū, iustum, sanctū, continentē, habentem
† cōsolari. in doctrina sermonē fidelem: vt possit cōsiliari † in doctrina
H sana, & eos qui cōtradicunt arguere. Sunt enim multi non subiecti, vaniloqui, & seductores: & maximè qui de circuncisione sunt, quibus oportet imponere silentiū. Hæc prolixius posui vt tam ex veteri, quàm ex nouo testamento, sacerdotum esse officium nouerimus, scire legem dei: & respondere ad quæ fuerint interrogati. Nec simplicitatem & ciborum continentiam in magistro sufficere: nisi quod ipse facit, possit & alios erudire. Certè quia responsuros puto: hoc eorū esse qui se ab adolescentia præparant ad docēdum, frequenter autem iudicio domini, & populorum suffragio in sacerdotium simplices eligi: Saltem illud habeant, vt postquam sacerdotes fuerint ordinati: discāt legem dei, vt possint docere quod didicerint, & augeant scientiam magis quàm opes, & non erubescant à laicis discere: qui nouerunt ea quæ ad officium pertinent sacerdotum: magisq; noctes & dies in scripturarū tractatu, quàm in ratiocinijs & supputatione consumant. Quid est autē quod ex persona domini Aggeus interrogat sacerdotes? Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora, siue in summitate vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem aut pulmentū, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nūquid sanctificabitur? Anteq̄ de quæstione tractemus: debemus interim iuxta literam nosse, quid sit caro sanctificata: & quid sit immūdus in aīa. Hostia quę immola
I batur in altari, carnes illius sanctæ erant, & inter ipsas sanctificatas carnes erat multa diuersitas. Alias enim sacerdotes in templi adytis comedebāt: alias propinqui eorum domi: alias hi qui de sacerdotibus videbantur esse maculati: alias Israēlitæ qui nullam habebant immūdiciam. Huius di
Leuit.21.a uersitatis plena ratio in Leuitico dicitur. Immūdus autē in anima dicebatur: qui corpus mortui hominis attigerat. In quo animaduertendum, quàm diu anima in corpore sit, immundum non esse corpus humanum: statim verò vt spiritus vegetans artus recesserit, immūdum fieri quod terrenū est, sicut in eodem Leuitico scribitur: Et ait dominus ad Moysen, dicens: Dic sacerdotibus filijs Aaron, & dices ad eos: In animabus nō contaminabūtur in gente sua, sed in cognatis qui appropinquant eis: super matre, & super patre, & super filijs & filiabus, & super fratre & sorore sua virgine, quę ap propinquat ei, & non est tradita viro: super his contaminabitur, & nō polluetur repētè in populo suo in cōtaminationem sui. Considera his præcipi sacerdotibus nō ingredi ad quēlibet mortuum: nisi ad eos cognatos & propinquos, de quibus suprà dictum est. Sacerdos autē magnus: id est pontifex, plus aliquid habebat à cæteris sacerdotib⁹: & nec pietas illum nec affectus flectere poterat, vt immūdus fieret in supradictis nominibus. Ait enim scriptura: Et super omnē

HEB. cituū: Interroga sacerdotes legem dicens: Si tulerit homo carnē sanctificatā in ora vestimēti sui: & tetigerit de summitate eius panē, aut pulmētum, aut vinum, aut oleum, aut omnē cibum: nunquid sanctificabitur? Respōdentes autē sacerdotes, dixerunt: Non. Et

SEP. tēs: Interroga sacerdotes legē, dicens: Si sumpserit homo carnē sanctā in summitate vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimēti eius panem, aut coctionem, aut vinū, aut oleum, aut omnē cibum: si sanctificabit? Et respōderūt sacerdotes, & dixerūt: Non. Et

animā quæ mortua est nō ingredietur: super patre suo neq; K
super matre sua, & non contaminabitur. Scientes ergo quid sit caro sanctificata, & immūdus in anima: videamus propheta quid quærat. Si homo quicūq; nō hoc de pōtifice dicitur, aut de sacerdote, aut de leuita: sed quilibet homo, vbi persona non ponitur, passim omnibus licet carnem tangere. Si tulerit, inquit, carnē sanctificatam, & ligauerit in summitate vestimēti sui, & ipsa summitas vestimenti panem tetigerit: aut quālibet āliā coctionē, aut vinum, aut oleum, aut omne extra hęc quo homo vesci potest: nunquid panis, aut vinum, aut oleum, aut omnis cibus, tactu vestimenti in quo caro sancta ligata est, sanctificari potest? Et respondentes sacerdotes dixerūt: Nō potest: hoc est, nihil eorum sanctificabitur de quibus quæris, sed ita vnūquodque permanebit vt fuerat. Rursum alia quęstio proponitur sacerdotibus: quòd scilicet bene responderint ad superiorem, & quasi similitudo problematis coaptat in qua imperitus facilè labi potuit. Da enim aliquem nescire legem, & sicut respōdit de sanctificata carne nō sanctificari panē, aut pulmentum, aut vinū, aut oleum, aut omnē cibū: & in hoc æquè respondebit, & dicet: Pollutum in anima nō cōtaminare ea quæ sancta caro sanctificare nō potuit. Interrogat igitur, & dicit: Si tetigerit is qui pollutus in anima est: hoc est, qui contagione mortui est immūdus effectus, ex his omnibus: panem videlicet, aut pulmentū, aut vinū, aut oleum, aut reliquos cibos: nūquid ex cōtactu eorum hæc quæ tetigerit polluentur? Et respōderunt sacerdotes, quorum princeps erat Iesus filius Iosedech: vnde & legē nouerant, & dixerunt: Cōtactu eius qui immūdus est, omnia quę ab eo contacta sunt pollui. Et respondit Aggeus & dixit, de superioribⁿ tacens: quòd sanctificata caro cæteros cibos sanctificare nō possit. Et de secunda tantūmodo quæstione sermonis sui texens occasionē: Sic populus iste: & sic gens ista ante faciem meam, dicit dñs: Qui immūdus est in anima, & morticinū tetigerit: omne quod tetigerit & quod obtulerit mihi, immundū erit. Quod autē dicit secūdū literā, huiusmodi est: O popule qui altari tātū extructo, & diruta domo mea hostias mihi offers in altari, & victimis eⁱ⁹ & carnib⁹ te sanctificari putas: scito nō tam sanctificari te ex hostijs quæ tēplo diruto tibi prodesse nō poterunt: q̄ contaminari om- M
nia opera tua, & cuncta quæ agis, ex eo quod negligis, & tuā magis domū q̄ meā extruere conatus es: Sanctum quidē est quod offertur in altari: sed nō tam sanctificaris ex hostijs, q̄ ex eo quòd in cōuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. Hæc iuxta historiā: quāquam spiritualis in ea intelligentię lineas duxerimus. Cæterū secūdum ἀναγωγὴν ecclesiasticus vir qui immolauit agnū immaculatū & anniculum, & indutus est Christo: si tulerit de carnibus eius, & ligauerit in summitate vestimēti sui, & ipsa summitas tetigerit scripturarū panē: qui cōfirmat corda credentium: aut coctionē, apostolicas epistolas, quę quasi veteris legis carnes cōcidunt & decoquunt, & cōditas prębent esui: aut vinū q̄d lętificat cor hois: aut oleū in quo exhilarat facies audientis: aut omnē cibū: lac, quo aluntur Corinthij: & olera quib⁹ ve- 1.Cor.3.a.
scunt infirmi, & cętera his similia: nō statim quasi sanctificata ea comedēt quibuscūq; data fuerint: Nō ēm ex eo q̄ dicuntur, sed ex eo q̄ suscipiunt sanctificāt audiētes: qa multi auditores sūt, & nō factores. Sed & ob id puto hęc vniuersa quę dixi, ex tactu vestimēti ad vescētes nequaq̄ sanctificata deferri, q̄ sūmitate tātū pallij cōtingunt: & sanctificatę carnes intrinsecⁿ, humorē, sanguinē, venas, neruosq; nō norūt. Sicut igit summitas vestimēti dñici, & leuis tactus nō sanctificat: nisi eū q̄ comederit carnes agni, & sanguinē eius biberit:

Rom.14.a.

Sic econtra-

A Sic ecotrariò immũdus in anima: peruersæ quæq; doctrinæ,quodcũq; tetigerint immũdum faciant neceſſe eſt. Habent enim in ſacramentis panem,& vinum,& oleum,& omnem cibum,ſed ſacramenta eorum quaſi panis luctus: omnes qui ea tetigerint, contaminabuntur. Legunt & ipſi ſcripturas,& quaſi de ſcripturarũ teſtimonijs cõ ſpargunt panem,& tota nocte in clibano coquunt illum. Sed cùm ad veſcendũ datus fuerit,comedentes ad inſaniam prouocat. Habẽt pulmentũ & coctionẽ, conantes iuxta peruerſitatis ſuæ ſenſum myſtica quæq; de ſcripturis texere, & quaſi coquere & cõdire carnes agni,ſed coctio illa pditio eſt. Habent & vinum, ſed non de vinea Sorech, & quam plan-
B tauit dominus in Hie-
Hier.2.d. remia: Electam & totã veram,ſed de vinea Sodomorum. Habent & oleum quod de veteris & nouæ ſcripturæ teſtimonijs violenter exprimunt,& quaſi in refectionẽ deceptis & laſſis mentibus pollicentur,ſed deteſtatur illud
Pſal.140. ſanctus,& dicit:Oleum autem peccatoris non impinguet caput meũ. Habent & diuerſos cibos, multiplices videlicet variarum ὑποθέσεων diuerſoſq; tractatus:quos quia immũdi ſunt qui ſcripſerunt, & de immundo ore prolati ſunt: omnis qui tetigerit immundus fiet,& in eorum trahetur errorem. Vnde reſpõdit Aggeus: qui ſcit differentias ſolennitatum, & ob id feſti ſortitus eſt nomen. Sic populus iſte & ſic gens iſta: Iudæorum videlicet,atq; gentilium,& hæreticorũ omniũ in conſpectu meo, dicit dominus: Omne quod fecerint,quod mihi obtulerint, vel vota pro ſalute,vel pacifica vel pro peccato,vel pro de-
C licto,vel in holocauſtum:ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia,ſiue victus continentiam, & corporis caſtitatem: contaminata erunt in in conſpectu meo. Quanuis enim ſancta videantur ſpecie ſui quæ offeruntur à talibus: tamen quia tacta ſunt ab eo qui pollutus in anima eſt,omnia polluentur. a ¶Et nunc ponite corda veſtra à die hac &c.) Licèt omnia quæ obtuliſtis mihi in altari: quia templum non ædificaueratis, contaminata fuerint:ſine extructione quippe templi,donum omne pollutum eſt: tamen nunc te hortor ô populе,vt ſenſu ad præterita reuertaris:conſideresq; quæ facta ſint: hoc eſt, ab hac die viceſimaquarta noni menſis anno ſecundo Darij: quicquid retrò geſtum eſt mente complectere, & propter quæ,quanta ſuſtinueris: vt cùm deinceps proſpera tibi euenerint, ſcies qua cauſa euenerint. Ergo antequam inciperes ædificare templum,& lapidem ſuper lapidem ponere:cùm accederes ad aceruum: & putares viginti te habere modios: nónne vix mediam partem colligere poteras? Siue iuxta Septuaginta, cùm mitteres viginti modios hordei in vas quod vocatur cypſelen, & exiſtimares te quãquã hordeum mitteres iumentorum cibum, vel de ipſis viginti modijs eſſe ſecurum: nónne poſtea reuerſus ad vas vix decem modios reperiſti? Ad torcular quoq; cũ accederetis & videretis vuas: & quinquaginta amphoras vobis oculi pollicerentur: non dico partem mediam, ſed vix viginti amphoras exprimere poteratis. Et hæc feci percutiens vos D
vento vrente, & corruptione aëris, & emorientibus frugibus, vacuiſque ſpicarum folliculis, & vinearum botris: vt malorum pondere vos ad meam notitiam prouocarem: & nec ſic fuit qui reuerteretur ad me. Hebræus totam loci huius cõtinẽtiam ab eo quod ſcriptum eſt: Et nunc ponite corda veſtra à die hac & ſuprà: vſq; ad eum locum vbi ait:vinea & ficus & malogranatum, & lignum oliuæ nõ floruit: ex die iſta benedicam: ita expoſuit: certè nunc templi fundamẽta ſunt iacta: ex hac igitur die qua fundamenta ieciſtis:cùm in præteritum vos ſterilitate,& fame, & grandine, & ſiccitate punierim,& non fuerit qui ad me per has plagas reuerteretur è vobis:ponite corda ve- E
ſtra in futurum & deinceps,& videte quia omnia vobis proſpero curſu fluant. Hoc autem eueniet quia templum meum ædificare cœpiſtis. Nec in ſolo altari habentes fiduciam, ædificationem meę domus contemnitis. Iuxta quem ſenſum breuiter poſſumus dicere: fruſtra aliquos munera offerre deo, & eleemoſynis atque oblationibus putare deum poſſe placari:cùm ipſi non extruxerint in ſe templum ſpirituſancto. Tunc enim proſunt eleemoſynæ,& munera quę offeruntur in altari:cùm ſeipſum quis ædificauerit tẽplum dei,& poſt ædificationem templi, dona obtulerit in altari. Porrò ſecũdum Tropologiam,& ad nos dicitur qui nunc in Ieſum Chriſtum credimus,ſi tamen credimus, & opere fidei oſtendimus veritatẽ: vt reuertamur mente ad illud tẽpus:quãdo gentiles eramus,quotidie vitijs ſeruiẽtes:nec extruxeramus in nobis tẽplum deo. Quomodo autẽ architectus & ſcientiſſimus cementarius lapidẽ iungit lapidi,& inferiorẽ ſuperiori calce gypſoq; cõglutinat:Ita & architect⁹: F
quẽ ſe & Apls eſſe dicit: Quaſi ſapiens architectus fundamentũ poſui,& quẽ de Hieruſalẽ ablaturũ ſe dñs cõminat: 1.Cor.3.b
nouit quomodo opera iungat operibus,& paulatim extruat tẽplum dei. Fundamẽtũ autẽ huius tẽpli ponitur Ieſus:ſup quẽ vnuſquiſq; videat quid ædificet: Alius ędificat aurũ,argentũ,lapides precioſos: alius ligna,fœnũ, ſtipulã. Et tribus bonis tria ecõtrariò opponuntur mala. Iſti ſunt lapides, de
quibus extructurũ ſe Hieruſalem dominus repromittit:Ec- Eſa.28.d.
ce ego præparabo tibi carbũculum lapidem tuũ, & fundamẽta tua ſapphyrũ: & ponã propugnacula tua iaſpidem,& portas tuas de lapide cryſtallo,& murum tuũ de lapidibus electis. Neq; eñ putandum eſt ſecũdum Iudaicas fabulas & inepta figmẽta,deũ auro & gẽmis ædificaturũ Hieruſalẽ,& nõ viuis lapidibus qui nũc voluũtur ſup terrã,& iuxta naturas lapidũ,vel igniti fide ſunt,vt carbũculus:vel toti cœleſtes,& in thronũ dei redacti, vt ſapphyrus:vel innocẽtia & bonorũ operum ſimplicitate lucentes,vt cryſtallus. Dicitur ergo nobis vt conſideremus,quæ retrò paſſi fuerimus antequã in nobis ædificaremus tẽplũ dei. Cũ accederitis,inquit, ad aceruum viginti modiorũ & fierent decẽ:ſiue iuxta Lxx.
ὅτε ἐνεβάλετε εἰς κυψέλην εἴκοσι σάτα, καὶ ἐγένετο δέκα
σάτα

HEB. Nõ. Et dixit Aggeus: Si tetigerit pollutus in anima ex omnib⁹ his: nũquid contaminabitur? Et reſponderunt ſacerdotes, & dixerunt: cõtaminabit. Et reſpondit Aggeus, & dixit: ſic populus iſte,& ſic gẽs iſta ante faciem meã, dicit,dominus: & ſic omne opus manuum eorum, & omnia quæ obtulerunt ibi
a cõtaminata erũt. Et nũnc ponite corda veſtra à die hac & ſuprà: antequã poneretur lapis ſuper lapidẽ in templo domini. Cùm accederetis ad aceruũ viginti modiorum,& fierẽt decẽ: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quiquaginta lagenas, & fiebant viginti. Percuſſi vos vento vrente,& aurugine, & grandine omnia opera manuũ veſtrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me,dicit dominus. Ponite

SEP. Nõ. Et dixit Agge⁹ Si tetigerit immũdus in aĩa de oĩb⁹ his,cõtamiabit? Et rñderũt ſacerdotes,& dixerũt: cõtaminabit. Et rñdit Agge⁹,& dixit: Sic popul⁹ iſte,& ſic gẽs hęc corã me, dicit dñs: & ſic oĩa opa manuũ eorũ. Et qcũq; appropinquerit ibi, cõtamiabit: ppter munera eorũ matutina, dolebũt à facie maliciarũ ſuarũ, & oderatis in portis arguẽtes. Et nũc ponite ſup corda veſtra à die hac & ſuprà: ãteq; poneret lapis ſup lapidem in tẽplo dñi: qui eratis: qñ mitteba tis in cypſelen hordei viginti ſata, & fiebant decẽ ſata hordei: & ingrediebamini torcular, vt hauriretis quĩquagĩta amphoras, & fiebãt viginti. Percuſſi vos ſterilitate,& corruptione aëris,& grãdine oñia opa manuũ vſarũ,& nõ reuerſi eſtis ad me,dicit dñs. Ponite

G σάτα κριθῆς, id est cùm mitteretis in cypselen viginti modios hordei, & fierent decem modij hordei. Q uicquid eñ ante Christum videbamur habere virtutũ bonorumq; operum, non erat frumẽtum, sed hordeũ: & ipsum hordeum, nõ
Geñ. 26.c secũdum spem & vota nostra: quod de Isaac legimus, centenas fruges dabat: sed vix mediã partem laboris nostri ex eo inuenire poteramus, & dicebatur ad nos: tãta passi
Gala. 3.a. estis sine causa? Sed & cũ intraremus ad torcular, & quinquaginta vini amphoras supputaremus: quẽ numerum cõpletis septem hebdomadibus vnio diuinitatis includit, & putaremus nos habere vinum, quod lætificat cor hominis, subtrahebat no-
Lucę. 3.c. bis sanctus numerus tricenarius in quo baptizat dominus,
Ezech. 1. a & Ezechiel visionem cernit in prophetiæ suæ exordio, & iuxta Hebraicũ sacerdotes accedebant ad ministeriũ dei, &
H relinquebantur viginti. Q uẽ numerum amat Esau: vnde &
Geñ. 32.d Iacob sciens eum hoc numero delectari: mittit quædã animalia in munere, viginti, & viginti. Simulq; & cerne quòd
יִצְחָק רִבְקָה ipse Iacob licèt sanctus: tamẽ eo tẽpore quo nõ erat cũ patre suo Isaac, id est, risu: & matre sua Rebecca, id est, patiẽtia: sed vicinos habebat Assyrios, & habitabat in Mesopotamia: hinc atq; inde se cingentibus fluuijs, viginti annorũ spacio, crudelissimo & auarissimo seruiuit Labã. Nec moueat quẽpiam, si dicamus aliquos ante fidẽ Christi & extructionem tẽpli eius, mediam partẽ se laboris sui posse percipere: cũ apud incredulos nullus fructus sit bonorũ operũ: Nõ enim viginti reponit & inuenit viginti: sed si viginti reposuerit, inuenit decem: id est mediã partem laboris sui. Iudæi & ethnici & philosophi huius seculi, cæteriq; qui sapientiã iactant, in præsenti tantum tempore conuersationis suæ & laboris fructum & gloriam capiunt: omnisq; spes eorum & merces futuri seculi tollitur. Hoc autem ideo fit ne penitus desperantes contẽnant pœnitentiam: sed aliquãdo conuersi ponant lapidem super lapidem, & ædificent templum dei. Q uòd si in incredulitate permanserint: id ipsum mediũ qđ videbantur habere perdent. Sequitur enim: Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grãdine omnia opera manuum vestrarũ. Q uicquid autẽ aurugine & grandine & vento vrente percutitur, in puluerẽ redigitur & fauillam: nihilq; in eo
I quod ad vtilitatem & ad esum pertineat inuenitur. Q uæ quidem cuncta fecit dominus: quia nõ est inuẽtus in eis qui reuerteretur ad eum. Q uòd si reuersi fuerint & ædificauerint tẽplum domini: à die qua ædificare cœperint, habebũt quæ prophetiæ sermo subtexit. a ¶Ponite corda vestra &c.) Exposui ait vobis quæ sustinueritis anteq̃ inciperetis ædificare templum meũ: Nunc exponam quæ vobis ventura sint prospera, quia tẽplum meũ ædificare cœpistis. A die igitur vicesimaquarta noni mensis, in quo tẽpli fundamenta sunt iacta: quanta rerum abundantia futura sit considerate. Nonus est mensis quẽ nos Nouẽbrem, vel Decẽbrem dici-
Nisan. mus. נִיסָן enim apud Hebræos meusis est primus: qui appellatur mensis nouorum: eo tẽpore quo pascha faciunt: id est, incipiente Veris exordio: qui secundum lunæ cursum sæpe quandam partem mẽsis martij possidet: interdum incipit in Aprili. Ergo si Nisan Aprilem intelligimus: nonus mensis secundum supputationẽ Hebrẽorũ Decẽber erit. Igitur decimus est mensis eo tẽpore quo semina latitant in terra: nec futura fœcunditas coniectari potest. Nunquid iam ait semẽ in germine est? Q uod melius Hebraicè dicitur, in folliculo: vt thecam frumenti significet: Nũquid vinea & ficus, & malogranatũ & lignũ oliuæ florem suum dederunt: vt ex flore intelligatur & fructus. Vtiq; nono mense (vt diximus) de-

a HEB. Põnite corda vestra ex die ista & in futurũ: à die vicesima & quarta noni mensis, à die qua fundamẽta iacta sunt tẽpli domini, ponite super cor vestrũ. Nunquid iam semen in germine est, & adhuc ficꝰ & vinea & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam.

SEP. Ponite corda vestra à die ista & in futurum: à quarta & vicesima noni mẽsis, & à die in qua fundamenta iacta sunt tẽpli dñi, ponite in cordibus vestris: Si vltrà cognoscetur super terram area, & si adhuc vinea & ficꝰ & malogranatũ, & ligna oliuæ quæ non ferant fructum? à die hac benedicam.

cembri, futurarũ nulla signa sunt frugum. Ne igitur dicatis K hoc me prudenti ratione conijcere: & futuram fœcunditatẽ de floribus arborum herbisq; segetum suspicari: ecce nulla signa sunt, & tamen ego prædico vobis: quia cœpistis ædificare tẽplum meũ, ad benedictionẽ meã, frugum omniũ fœcunditatem. Hoc secundum Hebraicũ dixim⁹. Cæterũ secũdum Lxx. longè alter est sensus: quem & ipsum primũ debemus iuxta literam exponere: vt postea cœptus tropologiæ ordo tractetur. Ponite corda vestra à die hac: qua tẽplum fundatũ est, in futurum, & videbitis tantas futuras esse segetes, & tanta de cũctis agris frumenta portari: vt area nesciat fruges suas: siue vt nõ sint areæ singulorũ: sed præ multitudine iungatur area areæ, & arearum separatio nesciatur in terra. Vinea quoq; & ficus, & malogranatũ, & lignum oliuæ quæ prius vestro vitio non afferebant fructus, quia mihi nec dum cœ- L peratis ædificare tẽplum: tanta vuarum & pomorũ abundantia curuabuntur, vt manifesta fœcunditas manifestã indicet benedictionẽ. Nonum autẽ mensem, nõ in bonam partem accipi, & quartus Regnorum liber, & Hieremiæ narrat 4. Regum
historia: in quo obsessa dicitur esse Hierusalem. Tamen 25.a.
quoniam in fine noni mensis templi fundamenta iaciuntur: Hier. 39.a
hoc intelligere possumus, quòd non incipiatur extrui tem- &. 32.b.
plum domini, nisi mala opera finiantur. Vnde & in vicesima quarta die mensis eiusdem, fundamentum templi ponitur, in quo numero duplex δωδεκάς & tres ὀγδοάδες, quatuorq; ἑξάδες sunt: de quo iam suprà plenius disputatum est. Q uicunq; ergo dei cultui se abdicauerit, & contempserit ῥᾳθυμοῤ, id est, negligentem patronum: Q ui in Esdræ volumine, iuxta Septuaginta interpretes, templum dei ædificari vetat: iste nescit mensuram frugum & mercedis suę. Vel certè propter hoc quod dicitur: si adhuc cognoscetur super terram area: qui seminauerit in spiritu, & de spiritu messuerit vitam æternam: nequaquam sibi thesaurizabit in terra: sed omnia opera eius & mercedes operum in cœlestibus colligentur. Vinea quoque, id est, sermo dei, cuius in vnoquoque pater agricola est: & ficus spiritus sancti dona dulcissima: & malogranatum, ecclesiastica dogmata & scientia scripturarum: quæ sponsæ genis in canticocanticorum comparatur: & ligna oliuæ dabunt refe- M ctionem, & illuminationem cordis ei qui cœperit ædificare templum dei. Q uòd autem vinea & ficus & oliua (paulisper de malogranato differo) referantur ad personam saluatoris, & dei patris & spiritus sancti: in Iudicum libro plenius legitur: vbi vadunt infructuosa ligna, vt con- Iudic. 9.b
stituant regem super se: dicúntque per ordinem vineæ & ficui & oliuæ, vt regnent super ea: & tam vinea, quàm ficus & oliua renuunt tale imperium: nec dignantur super infructuosa ligna regnare: Tunc illa veniunt ad lignum sterilitatis suæ regem, id est, ad rhamnum spinosum fruticem, & arbusculam sentibus vnciniſque contextam: quæ teneat quicquid attigerit, & retentum vulneret, & vulneratorum sanguine delectetur: insuper & ignem emittat à se, & regnata ligna consumat. Referimus autem rhamnum ad diabolum, & secundum virgulti naturam illius naturam interpretabimur. Porrò vinea & ficus, & oliua ibi erunt, vbi malogranatum fuerit: quæ arbor propter granorum nimiam multitudinem, & intertextis membranulis quandam geometricam compositionem, & diuersas quidem manciunculas, sed tamen omnes vna cortice comprehensas, semper in scripturis super ecclesiæ persona ponitur.

Et factum

a Et factum est verbum domini secundò ad Aggeum, in vicesimaquarta die mẽsis,dicens:Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicẽs: Ego mouebo cœlum pariter & terram,& subuertam solium regnorũ,& conteram fortitudinem regni gentium,& subuertã quadrigam & ascensorem eius,& descendent equi & ascẽsores eorum,vir in gladio fratris sui.In die illa, dicit dominus exercituum,assumam te Zorobabel fili Salathiel,serue meus,dicit dominus, & ponam te quasi signaculum:quia te elegi,dicit dominus exercituum.

In mense

A a ¶Et factum est &c. & terram.&c.) In Lxx. addita sunt, mare & aridam:& minus habet, Conterã fortitudinem regni gentium:quod plenius ex ipsorũ lectione noscitur.Notandum autẽ quòd in eadẽ die,hoc est in vicesima & quarta noui mensis,tacito mensis numero, quia de Christi prophetabatur aduẽtu,& de regno eius:secũdò ad Aggeũ sermo fit domini nostri: non in manu eius vt prius:neq; ad Aggeũ prophetã, vt in visione quarta:sed tantum ad Aggeũ, id est,ad domini festa celebrantem: quia nequaq̃ venturum, sed venientem nunciaret & cerneret. Et
Ioan. 8. g. quomodo Abrahã vidit diẽ Christi & lætatus est:
Ioan.1.d. Et Ioannes agnum dei digito demonstrauit:sic & ille videns regnũ filij dei, haberet in se vniuersas solennitates. In hoc loco apud plerosq; diuersa sententia est: Alij enim suspicantur de primo eius aduentu dici:alij de secundo,quando in sua maiestate vẽturus est.Nos vtrumq; suscipimus:quia & tunc regnauit cùm ve-
B nit,& postea regnaturus est: Attamen si de fine mundi voluerimus accipere: illud dicem⁹quod Apostolus ad Corin-
1. Co.15.b thios loquitur:Destruendũ omnem principatum & omnem potestatem & virtutẽ:vt sit deus omnia in omnibus.Et quia mysticum est quod dicitur,& ad finem rerum pertinet:idcirco iubet propheta ad solũ Zorobabel loqui: quẽ in typo Christi, propter assumptionem corporis ex semine Dauid processisse monstrauimus. Huic ergo dicuntur quæ in fine ventura sint,quòd transeat figura huius mundi, & fiat cœlũ nouũ,& terra noua,& cõmoueat dñs cœlũ & terrã, & destruat omnẽ principatũ,& potestatẽ,& virtutem,& dissipet reges regũ:siue vt habet in Hebræo,regnorũ:& interficiat omnẽ fortitudinẽ contrariã: vt ipsis quoq; qui antè regnauerãt,& gẽtes sub sua tenuerãt ditione,prosit regni eorũ destructio:& omni præliandi studio dissipato, sequatur pax:hoc est enĩ qđ ait:Et subuertã quadrigã,siue quadrigas: D & ascẽsores earũ,& descẽdent equi & ascẽsores eorũ. Et vt sciatis in subuersione quadrigarũ & corruentiũ equitũ,hoc quod diximus significari: Videte quomodo de Christo dicatur in Zacharia,quòd veniat mansuetus rex,& ascendens Zach. 9.b super iugalem & pullum asinæ nouellũ, & dispersdat quadrigas ex Ephraim, & equũ de Hierusalem, vt fiat vnus grex & vnus pastor, & vtrumq; agmen tam de gentibus, q̃ de Iudæis,sub pacifico pastore teneatur. Vt aũt hæc quæ peruersa sunt destruãtur, vnusquisq; in gladio: quem ego puto sermonẽ esse doctrinæ acutissimum, & peruersa quæq; resecantem:consurget aduersus fratrem suũ, amputans omne contrarium.Sed horũ vniuersorũ finis est optimus.Post destructionem enim soliorum, & fortitudines regnantium,& quadrigarũ,& equorũ, & equitum:in die illa, dicit dominus omnipotens: Assumam te Zorobabel,filium Salathiel,seruum meũ. Seruus autẽ dicitur propter corpus E humanum:quia tunc & ipse filius subijcietur ei qui subiecit sibi omnia, & in subiectis omnibus videbitur & ipse subiectus.Sed cùm hoc fuerit impletũ,ponet illum deus quasi signaculum in manu sua.Hunc enĩ signauit deus pater:& hic Ioan. 6.c. est imago dei inuisibilis,& forma substantię eius,vt quicũq; crediderit in deũ,hoc quasi annulo cõsignetur. Obsecro te lector vt ignoscas celeri sermone dictanti:nec requiras eloquij venustatem quam multo tempore Hebrææ linguę studio perdidi: quanq̃me Alecto semper infantem ac mutum fuisse autumet.Cui ego dicam:Dominus dabit verbũ euan- Psal.67.c gelizanti virtutem multam.

Commentarij Hieronymi, in Aggeum prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN PRIMVM COMMENTARIORUM Zachariæ,ad Exuperium Tholosanum episcopum,prologus.

C VLtimo iam autumni tẽpore frater noster,filius tuus,Sisinnius monachus, tuæ mihi dignationis epistolam reddidit:qua lecta,gauisus sum esse te sospitẽ, & memorẽ mei, omniumq; fratrum qui in sanctis locis domino seruiunt: in quorum refrigerijs facis F tibi amicos de iniquo mammona,& præparas æterna tabernacula, vt possis cũ Dauid dicere,Quàm dilecta tabernacula tua dñe virtutum:cõcupiscit, & deficit anima Psal. 83.a. mea in atria domini.Si enim passer inuenit sibi domum,& turtur nidum, vbi ponat Ibidem. pullos suos:cur tu qui pontifex domini es,& calcas in fine mundi torcularia,vt sitiẽtibus populis sanguinis Christi vinum tribuas,non liberè proclamabis ac dices:Cor meum & caro mea Ibidem. exultauit in deum viuum:beati qui habitant in domo tua? Audio te in valle lachrymarum, in loco quẽ deus posuit ad certamen,vt vincentibus coronam daret,ascensiones in tuo corde disponere,& ire de virtute in virtutem:& imitari domini paupertatem,vt cum illo diues fias,& in te reclinet caput, & per singulos dies suscipiatur,visitetur,alatur,vestiatur,& præcipuè in sanctarum scripturarum lectione feruere.Cumq; tibi cuperem ingenioli mei aliquod offerre munusculum, & cœpta in duodecim ꝓphetas explanatio perueniret ad calcem,susceptum opus deserere nolui:sed quod & absq; te dictaturus eram, tuo potissimum nomini consecraui,& gaudeo quod obscurissimus liber Zachariæ prophetæ, & inter duodecim longissimus:eo tempore differendus est:quo ob festinationem eius qui reuersurus est,nullam moram patitur interpretatio:sed velim nolim saltem lucratiuis per noctem horis atq; furtiuis dictare compellor,quod tibi dirigam.Scripsit in hunc prophetam Origenes duo volumina, vsq; ad tertiam partem libri à principio.Hippolytus quoq; ædidit commentarios: & Didymus quinq; explanationũ libros me rogante dictauit:quos cum alijs tribus in Osee & Michea προσεφώνησεμ: sed tota eorum ἀλήγησις allegorica fuit,& historiæ vix pauca tetigerunt. Itaq; imitari cupiens illum patremfamiliâs, qui profert de Mat. 13.g. thesauro suo noua & vetera:& sponsam de canticocanticorum,quæ dicit:Noua cum veteribus fratruelis meus seruaui tibi:historiæ Hebræorum Tropologiam nostrorum miscui, vt ædificarem super petrã Mat. 7.d.

Origenes
Hippolytus
Didymus

G & non ſuper arenam:ac ſtabile iâcerem fundamentum,quod Paulus architectus poſuiſſe ſe ſcribit. Tuæ 1. Cor.3.b
beneuolentiæ erit,non eruditionem noſtram,quæ vel nulla,vel parua,eſt:ſed pronam in te ſuſcipere vo- K
luntatem:vt nos ad cætera prouoces,& in longo ſcripturarum campo currere cohorteris. Si qui autem
ſunt quibus interpretationem,& horum,& aliorum voluminum antè promiſi, ignoſcant incredibili in
te amori meo:& quicquid tibi ſcripſi,ſibi ſcriptum arbitrentur:Charitas enim benigna eſt:charitas non 1.Corin.
æmulatur:non quęrit quę ſua ſunt. Sed iam tempus eſt, vt Zacharię verba ponentes, ſpirituiſancto in- 13.b.
terpretationis vela pandamus.

COMMENTARIORVM HIEROMYMI in Zachariam prophetam,liber primus.

a IN menſe octauo,in anno ſecũdo &c.)Secũdo anno Darij filij Hyſtaſpis,ſeptuageſimũ deſolationis tẽpli an-

HEB. CAP. I.

a IN mẽſe octauo, in anno ſecundo Darij regis, factum

Hie.25.c. &.29.c. num, qui ab Hieremia prædict⁹ eſt,fuiſſe cõpletũ, ipſe Zacharias teſtis eſt,dicens: Domine exercituũ, vſq; quo non miſereberis Hieruſalem, & vrbiũ Iuda,quibus iratus es?

H Ecce iſte ſeptuageſimus annus eſt: nulliq; dubiũ quin Cyrus rex Perſarum, qui Chaldęorum deſtruxit imperium, primo anno regni ſui,quinquaginta circiter milia homi num captiuorũ de Babylone remiſerit in Iudæam: qui vaſa quoq; quę Nabuchodonoſor abſtulerat reddidit,& tẽplum ædificari iuſſit in Hieruſalem:Principeſq; populus qui reuerſus eſt, cõſtituit Zorobabel filium Salathiel, & Ieſum filiũ Ioſedech

Cyrus. ſacerdotem magnum. Interfecto igitur apud Maſſagetas Cyro, qui triginta annis regnauit in Perſis,à Tomyri regina Maſſagetarum:Cambyſes filius eius ſucceſſit in regnum:

Cambyſes qui expletis octo annis, duos magos fratres habuit ſucceſſores:quibus occiſis à populo, Darius filius Hyſtaſpis, ex

Darius. ſententia ſeptem familiarum rex Perſarum conſtitutus eſt.

I Cuius regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Aggeum prophetam,& ad Zachariam filium Barachię,filium Addo.Super Aggeo iam diximus:de Zachariæ titulo pauca dicẽda ſunt.Q ui cùm ſit filius Barachiæ:quæritur quare dicatur filius Addo: Nec ambigitur iuxta Paralipomenon librum,quin ipſe ſit Addo, qui miſſus eſt ad Hieroboã

2.Para. 12.d. filium Nabath,ſub quo altare diruptum eſt,& manus regis

3.Re.13.a. aruit:rurſumq; ad preces illius reſtituta eſt.Igitur à primo anno Cyri regis, vſq; ad ſecundum annum Darij filij Hyſtaſpis,ſupputantur anni quadraginta:in quibus tantum altare fuerat extructum,& iacta templi fundamenta,vicinis in circũitu nationibus opus prohibentibus: & Cambyſe rege Perſarum, qui ſuper hac re ad principes Syriæ κοίλης, & Phœnicis, ac Samariæ literas miſerat: Super quo plenius Eſdras ſcribit hiſtoriam. Sed Aggeus in menſe ſexto in die prima eiuſdem menſis prophetare exorſus eſt. Zacharias verò in eodem quidem anno,ſed non in eodem menſe:Nam poſt duos menſes octauo anni mẽſe fudit vaticinium. Vnde rectè iuxta ordinem duodecim prophetarum, ille decimus, & hic vndecimus ponitur. Magnæq; confidentiæ eſt, imò ſpei fideiq; in dominum:vt quod in tanto tempore prætermiſſum eſt,vel rege prohibente,vel gentibus, ad commonitionem duorum hominum facere incipiant. Hæc iuxta hiſtoriam ſolito more præmiſimus:Nunc ſecundũ ἀναγωγὴν

SEP. CAP. I.

IN octauo menſe anni ſecundi ſub Dario, factum eſt verbũ domini ad Zachariam Barachiæ, filium Addo,prophetam, dicẽs:Iratus eſt dominus ſuper patres veſtros ira magna, & dices ad eos: Hæc dicit dominus omnipotens: Cõuertimini ad me, dicit dominus virtutum: & conuertar ad vos, dicit dominus virtutũ: & nolite fieri ſicut patres veſtri, quos arguerunt prophetę, qui prius fuerant, dicẽtes: Hæc

breuiter differendum eſt. Octauus apud Hebræos menſis qui apud illos כִּסְלֵו :apud Aegyptios Athyr:apud nos Nouember dicitur,hyemis exordium eſt:in quo æſtatis calore conſumpto,omnis terra virore nudatur, & mortalium corpora contrahuntur:nec eſt vlla ex lege ſolennitas. Scriptum eſt enim quòd ter per annum apparere debeat omne generis maſculini coram domino deo noſtro. Prima feſtiuitas eſt Azymorum Phaſe,qđ apud nos Græco Latinóque ſermone paſcha dicitur. Secunda pentecoſtes poſt ſeptẽ hebdomadas,ĩ qua panes,ppoſitionis de nouis primùm frugibus offeruntur. Tertia in menſe ſeptimo,turbarum, propiciationis & tabernaculorũ, id eſt, σκηνοπηγίας, cui⁹ extrema dies egreſſionis appellatur & termin⁹. Ergo ĩ captiuitate populus conſtitutus, & adhuc ſub rege Perſarum:necdum ædificato templo, nec dum

Exo. 34. Feſta Iudæorum. L

mœnibus muriſq; vrbis extructis: non videt prophetiam tempore lætitiæ,ſed poſt lætitiam.Et tamen quia habebant memoriam domini,& propter memoriam, benedictionem: & ob benedictionem,teſtimonium: Idcirco ad eum Zacharias filius Barachiæ,filius Addo mittitur. Zacharias interpretatur μνήμη κυρίου,id eſt,memoria domini:Barachia,benedictio domini:Addo,teſtimonium eius. Videamus ergo, ſermo domini qui erat in principio apud deũ patrem,quid in Zacharia propheta ſit locutus ad populum.

זְכַרְיָה
בֶּרֶכְיָה
עִדּוֹא

Ioan.1.a.

b ¶Iratus eſt domin⁹ ſuper patres veſtros iracundia,&c.) M
Ira domini non perturbationem eius ſignificat qui non irascitur:ſed eorum merita atq; peccata,in quos ira dei deſæuit:alioquin dominus nunq̃ iratus vlciſcit, ſed ad hoc corripit vt emendet. Vnde & propheta precatur in pſalmis: Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.Et in alio loco legimus:Corripe nos domine:verũtamen non in furore tuo,ſed in miſericordia. Iratus eſt ergo dominus ſuper patres eorum, qui nunc corripiuntur:nõ iuxta Lxx.interpretes ira magna,ſed ira ſimpliciſter. Si em̃ ira magna eſſet iratus, nunq̃ per Danielem & Ezechiel captiuos ad pœnitentiam prouocaſſet. Cumq; in illos iratus ſit,ad vos loquit̃ dominus exercituum: pro quo in Hebraico poſitum eſt יְהוָה צְבָאוֹת:quod interdum Lxx.omnipotentem,interdum virtutum,tranſtulerunt.Et loquitur:Conuertimini ad me,& conuertar ad vos:iuxta illud quod legimus:accedite ad dominum,& accedet ad vos. Q uibus hoc contrarium eſt:receſſiſtis à me,& ego receſſi à vobis. Præcipit autem eis,vt reuertantur ad dominum,qui de Babylonia ſunt reuerſi,vt & dominus reuertatur ad eos:ne incipiãt ſuſtinere filij,quod quondam ſuſtinuerunt patres, ad quos ſimiliter prophetæ illius temporis ſunt locuti. Notandum quòd in paucis verſiculis breuibuſq; ſententijs ſemper in

Pſal.6. Hie.10.d.

Aggeo

A Aggeo,& Zacharia addatur: dicit dominus exercituum, vt sciant dominum esse qui præcipit aduersus regis imperiũ, & hostes circumfrementes:& hac ad ædificationem templi fiducia concitentur. a ¶Hæc dicit dominus exercituum &c.)Ex superioribus pendet sententia:& quæ sequunt prioribus coaptanda sunt.

Non enim Zacharias ad populum loquitur: sed ostẽdit quid priores prophetæ ad patres eorũ locuti sunt: ad quos clamauerunt, dicẽtes:Hæc dicit dominus exercituũ: Cõuertimini de vijs vestris malis: & cogitationibus vestris pessimis. Hoc clamabat Esaias: hoc Osee, Iohel, Amos, & Hieremias,vt vias malas desererent, & cogitationes pessimas derelinquerẽt,quibus & ope-

B re,& mente peccabãt: & nihilomin⁹ per prophetas dñm cõmonentem non audierũt,neq; attenderunt: nequaq̃ prophetas qui eis loquebantur,sed me dicit dñs: In illis enim ego eram qui loquebar & contemnebar. Vnde & dñs in euan-

Mat.10.d. gelio:Qui vos,inquit, recipit,me recipit.

b ¶ Patres vestri vbi sunt &c.)Vbi sunt,inquit,patres vestri, qui non audierunt,neq; attenderũt me?vbi prophetę vestri?ἀκροᾶσθαι γὰρ κοινὸν enim audiendũ est: Patres vestri vbi sunt, & prophetæ vestri vbi

C sunt?id est,pseudoprophetæ:nunquam enim de factis prophetis diceret:nunquid in sempiternũ viuent? Et his ergo qui peccauerunt,& noluerunt ad me conuerti, & his qui peccantes falsis pollicitationibus deceperũt,morte subtractis: verba mea quæ per prophetas meos locutus sum, permanent in æternũ: quæ cõprehenderunt patres vestros, & ostenderunt vera esse quę dixi.Qui patres vestri rerum exitu prophetarum meorũ in se vaticinia cõprobantes, cõuersi sunt ad pœnitentiã atq; dixerunt: Sicut prædixit dñs exercituum vt faceret nobis,secundũ opera nostra atq; pec-

Dan.3.c. cata reddidit nobis. Legamus Danielem ex persona sua,& populi,domino confitentem quòd eum audire noluerint,& iustè sibi acciderint quæcunq; perpessi sunt. c ¶ In die vicesimaquarta vndecimi mensis Sabat:in anno secũdo Darij:factũ est verbũ dñi ad Zachariam,filiũ Barachiæ, &c.) Quidam pro vndecimo mense ponunt duodecimum:& vicesimumquartũ diem eiusdem mensis arithmeticis rationibus interpretantes,quadrangulum firmum & stabilem numerum suspicãtur: volentes certa esse & stabilia quæ scribũtur:nos autem dicamus,quòd in eodem anno Darij regis secundo,tertio mense post primã visionẽ, id est, vndecimo post octauũ,qui apud Hebręos appellatur שְׁבָט:rursum ad

a HEB. Hęc dicit dominus exercituum: Conuertimini de vijs vestris malis, & cogitationibns vestris pessimis:& non audierũt,neq; attenderũt ad me,dicit do-

b minus. Patres vestri vbi sunt & prophetæ?nunquid in sempiternũ viuunt? Veruntamen verba mea & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis:nunquid non comprehenderũt patres vestros? & conuersi sunt,& dixerunt: Sicut cogitauit dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras, ita

c fecit nobis. In die vicesimaquarta vndecimi mẽsis Sabat:in anno secũdo Darij:factum est verbum domini ad Zachariam, filiũ Barachiæ,filiũ Addo,pro-

d phetã dicens: Vidi per noctem:& ecce vir ascendens super equum rufum:& ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi:& dixi, Quid sunt isti domie mi? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me:Ego ostẽdam tibi quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit:Isti sunt quos misit dominus,vt perambularent terrã. Et responderũt angelo

SEP. Hęc dicit dñs omnipotẽs: Cõuertimini à vijs vestris pessimis,& ab adinuentionibus vestris malis: & nõ attẽderũt vt audirẽt me,dicit dñs. Patres vestri vbi sunt,& pphetæ? nunquid in sempiternũ viuẽt? Verũtamen sermones meos,& legitima mea suscipite,quæ ego præcipio in spiritu meo seruis meis prophetis, qui cõprehenderũt patres vestros:& responderũt atq; dixerũt,Sicut prę-

D paratus est dñs omnipotẽs vt faceret nobis secundum vias nostras,& secũdũ adinuentiones nostras:sic fecit nobis. Quarta & vicesima,vndecimo mense,qui est mẽsis Sabat:in secundo anno sub Dario: factus est sermo dñi ad Zachariam Barachiæ,filiũ Addo,prophetã dicẽs: Vidi in nocte: & ecce vir ascendens super equum rufum: & ipse stabat inter duos mõtes vmbrosos:& post eum equi rufi, & varij, & albi,& dixi: Quid sunt isti domine? Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter montes, & dixit ad me: Isti sunt quos misit dominus vt circuirent terrã. Et responderũt angelo

Zachariam factus sit sermo domini. Secundũ numerũ esse immundũ:& ad coniunctionem carnis, & rerum seculi ac materiæ pertinentem,sæpe docuimus. Mensis autem vndecimus qui appellatur שְׁבָט:& lingua nostra in virgam vertitur,austeritatem & correptionem sonat:iuxta illud Apo-

2.Cor. 4.d. stoli: Quid vultis: in virga veniã ad vos? Et

Psal.22.b. psalmistę dicẽtis:Virga tua & baculus tu⁹, ipsa mẽ cõsolata sunt: Et est in acerrimo tẽpore hyemis: qui ab Aegyptijs Mechir, à Macedonib⁹ περίτιος: à Romanis Februarius appellatur. Vicesima quoq; quarta mensis dies, illustrem noctis vmbrã significat: deficiẽte luna i tenebras, & cæco ac perpetuo noctis horrore crescẽte. Vnde congruè qui adhuc in captiuitate erant: & maiore sui parte in Medis atque E Chaldæis, & Assyrijs exulabant: in secundo anno,& vndecimi mẽsis grauissimo frigore: & in vicesimaquarta die eiusdẽ mensis,cernunt Iudaico populo, quæ sequuntur.

d ¶ Vidi per noctem &c.)Primùm differamus historiã: Vidi,inquit,per noctem:nõ in die sicut Moyses: qui deum facie videbat ad faciem. Et Esaias qui loquebatur:Vidi dñm Esa.6.a. super thronum excelsum & eleuatũ: anteq̃ populus duceretur in captiuitatẽ:anteq̃ Hierusalem destrueretur & tẽplum: sed adhuc in seruitutis malis po-

e pulo cõstituto:ea quæ F pro eis videt,cernit in tenebris. Et ecce vir ascendens super equum rufum: Hunc Hebræi Michaëlem angelum putant,qui vltor iniquitatum & peccatorũ sit Israël. Et quòd steterit inter myrteta quæ erant in profundo: Myrtos intelligi volunt prophetas & sanctos:qui in medio captiui populi versabantur, & erãt in profundo. Virũ autem,id est,Michaëlem,equi rufi,& varij, & albi sequebantur,ordine vt existimant cõmutato: vt albi Medos Persasq; significent:quia sub ipsis dimissa captiuitas & templum instauratũ est. Varij,Macedonas,quorũ nõnulli amici,alij persecutores fuerunt. Plenissimè super hoc Da- Dan.8. nielis vltima visio loquitur. Rufi verò regnum Romanorũ cruentum & sanguinarium, quod populum interfecerit,tẽplumq; subuerterit. Alij verò ordinem qui scriptus est cõseruantes,virum qui ascenderit super equũ rufum:& equos rufos,& varios,& albos,quatuor regna interpretantur. Primum & secundũ sanguinarium,Assyrios & Chaldęos: quorum primi decem tribus sub Salmanasar duxere captiuas. Secundi Iudam & Beniamin incensa Hierusalem ciuitate tẽploq; subuerso. Tertios & quartos varios & albos,Medos significari putant & Persas: quorum alij clementes fuerũt:

G vt Cyrus,& Darius filius Hyſtaſpis:& Aſſuerus, quẽ Græci Artaxerxem vocant: ſub quo Heſter impletur hiſtoria: alij crudeles,vt Cambyſes & cæteri. Videnſ ergo propheta,virum aſcendentem ſuper equũ rufum, & poſt eũ equos rufos,varios,& albos:& ignorante quod viderat, viſionisq; ſuæ cupiente ſcire rationem, atq; dicente: Quid ſunt iſti domine mi? Angelus qui loquebaſ in eo, promittit ſe eſſe dicturum:& illo reticente, vir qui ſtabat inter myrteta cõmemorat: Iſta ſunt regna quibus præcepit dominꝰ,vt perambularẽt terram:& ſuę eam ſubijcerent poteſtati. Deniq; angeli,q̃ regnis & nationibus præſidebant, non ad alium veniunt: ſed ad ipſum virum & angelum domini,qui ſtabat

H inter myrteta, & dicunt: Perambulauimꝰ terram: & ecce omnis terra habitaſ & quieſcit. Et eſt ſenſus: Omnia ſub nobis regna tuta ſunt & pacata: nec aliqua premuntur anguſtia. Ex qua reſponſione angelus, qui interpellabat pro Iſrael, occaſionẽ accipit pro populo deprecandi,& dicit ad dominũ: Cùm omnis orbis quietꝰ ſit & pacatus: quare dñe non miſereris Hieruſalem,& vrbium Iuda: maximè cùm ſecundum promiſſa tua captiuitatis tempus expletũ ſit? Reſponditq; dominus angelo qui loquebatur in propheta verba bona, verba conſolatoria: Bona, de futurorũ promiſſione: cõſolatoria, de præſentium neceſſitate. Hæc iuxta literam, ne videremur celare noſtros, quæ à peregrinæ linguæ magiſtris didicimus. Cæterũm eccleſiarum magiſtri, noctem in qua cernitur viſio,

I Pſal.17.b. obſcuritatẽ myſticæ viſionis intelligunt. Poſuit enim deus tenebras latibulum ſuũ. Et iuxta Lxx. interpretes de eo dicitur: Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius. Vir autem qui aſcendebat ſuper equum rufum, dominus ſaluator eſt:

Eſa. 63.a. qui diſpenſationem noſtræ carnis aſſumens, audit in Eſaia: Quare rubra ſunt veſtimẽta tua? Hic qui nunc captiuo populo rufus oſtẽditur: in Apocalypſi Ioannis in candidis veſtibus,& in candido equo ſedere deſcribitur. Quòd autem

Apoca. 3. &.6.a. ſtare dicitur inter duos montes vmbroſos: licèt in Hebræo non habeatur, duos: nouum & vetus ſentiũt inſtrumentum: quod dẽſiſſimis foliis,& nemore, & vmbroſis ſyluis dicitur eſſe coopertum: quia multis obſcuritatibus inuolutum eſt. Myrteta autẽ quę erant in profundo, inter quę ſtare deſcribitur, angelicas intelligunt poteſtates: quæ ei etiã in carne poſito miniſtrarunt. Vel certè montes (vt tollamus quod ſcriptum non eſt, duos) abſolutè & abſq; numero, plurimos ſanctos ſentire poſſumus: & apoſtolos atq; apoſtolicos viros: qui totum orbem rufi,& varij, & albi peragraſſe memorantur: Quorum alij martyrio coronati ſunt, & appellantur rufi. Alij operibus & doctrina, & varietate ſignorũ, varij nuncupantur. Alij virginitatis integrorumq; dogmatũ, & puri cordis, quòd cernit deum, præmia ſuſceperunt. Deniq; interrogat propheta eundem virũ,& angelum qui ſtabat inter myrteta,& dicit: Quid ſunt iſti domine mi? Et an K gelus qui loquebaſ in eo, ſenſus videlicet prophetalis, promittit ſe oſtẽſurum eſſe quod cernitur. Cumq; promiſerit, non ipſe reſpondit, ſed alter qui ſtabat inter myrteta,& dicit: Iſti ſunt quos miſit dominus, vt perambularent terrã.

HEB. angelo domini, qui ſtabat inter myrteta,& dixerunt: Perambulauimus terram: & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: Domine exercituum vſq; quo tu nõ miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Iſte ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpõdit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona,& verba conſolatoria. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama, dicens: hæc dicit dominus exercituum: zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas: qa ego iratꝰ ſum parum, ipſæ verò adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit dominus: reuertar ad Hieruſalem in miſericordijs: & domus mea ędificabitur in ea, ait dominus exercituum: & perpendiculum extendetur ſuper Hieruſalem.

a

SEP. angelo domini, qui ſtabat inter mõtes, atq; dixerũt: Circuiuimus omnẽ terram: & ecce omnis terra habitaſ & quieſcit. Et reſpondit angelus domini, & dixit: Domine omnipotẽs vſquequo non miſereberis Hieruſalem, & vrbium Iuda, quibus iratꝰ es? Iſte eſt ſeptuageſimus annus. Et reſpondit dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, & ſermones cõſolatorios. Et dixit ad me angelus, qui loquebaſ in me: Clama, dicens: hæc dicit dominus omnipotens: zelatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſuper gentes quæ ſuperimpoſitę ſunt: pro eo quòd ego quidem iratus ſum modicum, ipſi verò ſuppoſiti ſunt in mala. Propterea hæc dicit dñs: cõuertar ad Hieruſalẽ in miſericordia: & domus mea inſtaurabitur in ea, dicit dñs omnipotẽs: & mẽſura extendetur ſup Hieruſalem.

A domino enim miſſi ſunt apoſtoli, vt totum orbẽ euangelica prædicatione complerẽt: qui poſtq̃ expleuerũt opus, reuerſi ſunt ad magni conſilij angelũ qui ſtabat inter eos, qui cum Apoſtolo loquebantur: Chriſti bo 2.Corſn. nus odor ſumus in his 2.d. qui ſalui fiũt, & in his qui pereunt, & inter vtriuſq; vocationis populos: Et dixerunt ad eum: Perambulauimus terrã, impleuimus opꝰ quod nobis iniunctum eſt: & ecce omnis terra habitatur & quieL ſcit: quæ antè deſerta erat à deo, nunc habitatio eius eſt: quieſcit à bellis: à vitiorũ prælijs atq; peccatis: quia hereditatẽ domini ſuſcepit reuertentis ad patrem atq; dicentis: Pacem meã do vobis: Ioan.14.a pacem meã relinquo vobis. Quòd aũt plena miſericordia poſtulatur: vt inſtante anno ſeptuageſimo miſeretur deus Hieruſalem, & vrbium Iuda: ad illã intelligentiam referunt. Quòd q̃diu vera pax veniat, & ſabbatiſmus, & ſeptem decadarum numerus, id eſt, annus ſeptuageſimus impleatur: nec Hieruſalem plenam recipiat libertatem, quæ interpretatur viſio pacis,& eſt eccleſia: nec vrbes Iuda, animæ dominũ confitentes. Deniq; dominus repromittit verba bona,& verba conſolatoria: quòd nunc ex 1.Cor.13.c parte cernimus,& ex parte prophetamus. Cùm autẽ veneM rit quòd perfectum eſt, deſtruantur quę ex parte ſunt: & liberati de Babylone huius ſeculi, clamemus: In conuertendo Pſal.125.a dominus captiuitatẽ Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

a ¶ Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama, &c.) Adhuc verba bona,& verba cõſolatoria hæc ſunt, quæ nunc propheta clamare præcipitur: q̃ zelatus ſit dominus Hieruſalem,& Sion zelo magno. Qui autẽ zelatur, amare ſe eã quã zelaſ oſtendit, nequaq̃ dicens per Hieremiã: Sicut Hiere.3.a. deſpicit mulier virum ſuum: ita deſpexit me domus Iſrael. Cui per Ezechiel dominus loquebaſ: Iraſcens iam non ira- Ezec.16.e ſcar tibi,& zelus meus receſſit à te. Qui ergo zelatus eſt Hieruſalem,& Sion (vna eſt aũt, atq; eadẽ ciuitas:) nunc iraſcitur ſuper gẽtes opulentas: quas ſuprà equos rufos & albos,& varios nominauit: q̃ ipſe tradiderit eos ad corripiẽdum, illę verò ſæuierint in traditos: hic vt filium à pedagogo voluerit emendari: illę vt hoſtẽ interficere,& punire conatæ ſint. Cui ſimile eſt illud in Eſaia: Ego dedi eos in ma- Eſa.47.b nus tuas: tu autẽ non feciſti eis miſericordiam: Senis aggrauaſti iugum,& dixiſti: ero in ſempiternum domina. Zelus autem ἀνθρωποπάθως ſic accipitur, vt ira. Ex quo loco cõuincuntur hæretici qui veteri detrahunt teſtamento: quòd iraſcens deus non perdere cupiat eos in quos iraſcitur, ſed emendare. Quia ergo, inquit, zelatus ſum Hieruſalem,& Sion zelo

A Sion zelo magno, quas aduersarij plusq̃ voluerã depresserunt: Idcirco hæc dicit dominus: Reuertar non in vna misericordia, sed in multis misericordijs ad Hierusalem: & domus mea, id est, tẽplum ædificabitur in ea sub Zorobabel, & Iesu filio Iosedech: & perpendiculum cementariorũ extẽdetur super Hierusalem. Potest Hierusalem, & Sion visio pacis & specula: quę nõ bella huius seculi, nec humilia atq; terrena, sed pacẽ atq; cõcordiã, & cœlorũ excelsa considerat, ecclesia intelligi: Cui propter vitia atq; peccata, & refrigescentẽ quotidie charitatem irascẽs dominus, tradet eam persecutionibus, vt quasi in conflatorio mundum aurum appareat, & argentũ. Aduersarij verò quibus tradita est, B eã delere nitentes, implent Hierusalẽ cruore cæsorum à porta vsq; ad portam. Vnde dominus pacem & misericordiã repromittens, rursum eam ędificaturũ esse se dicit. Et perpẽdiculum siue funiculum, secundum mensuras & ordines singulorum in ea esse tendendum. Quid sit autem funiculus, sequẽti capitulo demõstratur, vbi dicit propheta: Leuaui oculos meos & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Templum autem dei quod aduersarij destruxerunt, potest & domini venerabile corpus intelligi: de quo ipse dicebat. Soluite templum hoc: & ego in triduo suscitabo illud. Quod in passione destructum, in resurrectione suscitatum est: & omnium templorum seminarium atq; exordium fuit: de quibus & Apostolus loquitur: Vos estis templum dei: & spiritus sanctus habitat in vobis. a ¶Adhuc clama dicens: Hæc dicit dominus &c.) Angelus qui suprà dixerat ad prophetã: C Clama, hæc dicit dominus exercituum: nunc quoq; impellit vt clamet, non vocis intensione, sed mentis: & hoc est quod clamandum præcipit: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis quas nunc cernis à Babylonio igne vastatas: rursum rebus omnibus abundabunt: & præsentibus bonis prẽteritam miseriam dominus consolabitur, & eliget Hierusalem, quam pauloantè proiecerat. Quod si referimus ad ecclesiam, cui vera bona & perpetua pollicetur: illa bona esse credenda sunt, de quibus scriptum legim⁹: Videas bona Hierusalem. Et in alio loco: Si volueritis, & audieritis me: quę bona sunt terræ comedetis. Et illud: Fidens eris in domino, & eleuabit te super bona terræ. Quæ sibi vir sapiens, cui dõminus incerta & obscura suæ sapientiæ reuelarat, spe futurorũ promittit, & dicit: Credo videre bona domini, in terra viuentium. His bonis post sæuissimæ persecutionis incendia, quę & à gentilibus, & ab hæreticis Arianis ecclesię domini pertulerunt: pace reddita, videmus domini ecclesias affluere, & consolatam Sion, & electam Hierusalem, quas dudum abiecerat: Hoc ipsum & de templo domini, & de vnoquoq; credentium intelligere possumus. Quidam cõsolatam Sion, & electam Hierusalem: & cætera quæ in hunc modum à prophetis omnibus prædicantur, ad cœlestem Hierusalem referunt: quæ destructa per ruinam, per virtutes ædificãda sit. Quæ nos omnia rectius super ecclesia interpretabimur.

Mat. 24. b

Ioan. 2. d.

2. Corin. 6. d.

Psal. 127 a

Esa. 1. c.

Psal. 26. d

a HEB. salem. Adhũc clama dicens: Hæc dicit dominus exercituum: adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc dñs Sion: & eliget adhuc b Hierusalem. Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce quatuor cornua: & dixi ad ãgelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua quę ventilauerunt Iudam, & Israël, & Hierusalẽ. Et ostendit mihi dominus quatuor fabros, & dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros: & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentium quæ eleuauerunt cornu super terrã Iuda, vt dispergerẽt eã.

b ¶Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce quatuor cornua: D &c.) Quatuor cornua quæ ventilauerunt, & dispersẽrunt Iudam, & Israël, & Hierusalem, quatuor gentes esse: Babylonios, Medos, atq; Persas, & Macedonas, ac Romanos, & nunc dominus à propheta interrogatus exponit: & Daniel pleniſſimè replicat:

SEP. salem. Et dixit ad me angelus qui loquebat in me. Adhuc clama, dicẽs: Hæc dicit dñs omnipotens: adhuc diffundentur ciuitates in bonis, & miserebitur dominus adhuc Sion: & eliget adhuc Hierusalem. Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce quatuor cornua: & dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid sunt hæc dñe? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua quæ dispersẽrunt Iudam, & Israël, & Hierusalem. Et ostẽdit mihi dñs quatuor fabros, & dixi: Quid isti veniunt facere? Et dixit: Hæc sunt cornua quæ dispersẽrunt Iudã, & Israël cõfregerunt: & nullus eorum leuauit caput: & egressi sunt isti vt exacuant ea in manib⁹ suis. Quatuor cornua, gentes sunt quę leuauerunt cornu super terrã domini, vt dispergerent eam.

Dan. 2. c.

E

Psal. 148 b

Luc. æ. 1. g.

Dan. 7. b.

F

Luc. 19. g.

Et leuaui

Qui in visione imaginis quæ habebat aureũ caput, & pectus argenteum, & subumbilicũ æneũ, & crura, ac pedes ferreos & fictiles: has quatuor gentes interpretat⁹ est. Et rursum i alia visione quatuor bestias: leænã & vrsum, & pardum, & aliã horribilem bestiã, cui⁹ nomen non posuit, easdem gentes sub alia figura mõstrauit. Medos autem & Persas vnum regnũ esse post victoriam Cyri: non ambigit, qui & seculares, & sacras literas legerit. Et rectissimè, p regnis cornua posuit: hanc habente scriptura sancta cõsuetudinem, vt regnũ semper interpretetur in cornibus: vt est illud: Et exaltauit cornu Christi sui. Et in alio loco: Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Et decẽ coruua in vltimo regnatura, idem Daniel propheta testatur. Eo ergo tẽpore quo hęc visio cernebatur, iam Babyloniorum regnum præterierat, instabat Persarum atque Medorum: futurum erat Græcorum atq; Macedonũ, & Romanorum. Quę Babylonij, quę Medi atq; Persę, quę Græci: id est Macedones fecerint Iudæ, Israël, & Hierusalem: vir eruditus agnoscit: maximè sub Antiocho, cognomento ἐπιφανεῖ, sub quo Machabæorũ historia texitur. Post aduentũ quoq; domini saluatoris, quando circũdata est Hierusalem, quæ sustinuerint Israëlitæ, & euangelium antè denunciat: & Iosephus historiæ Iudaicæ scriptor vernaculus pleniſſimè edocet. Ista cornua ventilauerunt, & dispersẽrũt Iudam, per singulos propemodum viros: vt nemo eorum graui malorũ pondere depressus leuaret caput. Quatuor quoq; fabros siue artifices quos Græci τέκτονας vocãt: non ipse propheta conspicit, sed ei dominus ostendit: & exponit qui sint fabri & artifices, quos nos angelos intelligimus obediẽtes dominicæ potestati: vt quod gentes destruxerant, isti ædificẽt. Hoc aũt pro quo nos ex Hebręo interpretati sumus: Venerunt isti deterrere ea, regna videlicet: Lxx. interpretati sunt: Venerunt isti exacuere ea: in manibus suis. Exacuere autem pro deterrere accipiendũ est. Vel certè deterrere, vt omnia sub Christi iugo colla submittant, & non vt quidam interpretatus est: cùm exacuata fuerint, peiora fiant: Si enim ad hoc veniant angeli, vt malos peiores faciant: non fabri appellandi sunt, id est, destructores malorum, & ædificatores bonorum, sed & ipsi pro malis & destructoribus accipiẽdi. Et hoc notandum quòd ista quatuor cornua gentium, vnũ contra populum dei cornu eleuauerint: non enim regnauerunt pariter, & simul oppressẽrunt Israël: sed sibi inuicem succesſerunt: Babylonijs, Medi, & Persæ: Persarũ regno, regnum Macedonum: regno Macedonum, imperium Romanorum. Hæc sequentes historiæ ordinem diximus. Quòd autem

G Q uòd autẽ oculos propheta leuaſſe ſe dicit: illi ſpiritualiPſal.120.a ter ſenſui coaptandũ eſt: Leuaui oculos meos in mõtes: vnIoan. 4.c. de veniet auxiliũ mihi. Et: Leuate oculos veſtros, & videte regiones, qm̃ iam albæ ſunt ad metendũ. Et quod in Eſaia Eſa.51.b. legimus: Dixit ſanctus: leuate oculos veſtros, & videte quis oſtendit hæc omnia? Eleuatione ergo oculorum opus eſt & intelligẽtia ſpirituali: vt videamus contrarias fortitudines, quæ contra nos eleuauerũt cornu ſuũ. Et de quibus Ephe.6.b. Apoſtolus loquit: Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinem: ſed aduerſum principat⁹, aduerſum poteſtates, aduerſum mundi huius rectores tenebrarũ iſtarũ, aduerſum ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. Hos quatuor aduerſarios, qui cõtra ſanctos H ſemper dimicabant, Chriſt⁹ oppreſſit aduenies. Et de his pſalPſal.90.c. miſta cõgeminat: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonẽ & draconem. Poſſum⁹ quatuor cornua, quæ regnauerunt contra populum dei, & quatuor πάθη accipere, quę eruditi nõ verbũ de verbo exprimentes κακοζήλως paſſiones, ſed perturbationes interpretãtur, ægritudinẽ animi & gaudiũ, duo præſentia: & duo futura, mœtũ & cupiditatem: de quibus & illuſtris poẽta ſignificat: Hinc metuũt, cupiũtq;, gaudẽtq;, dolentq;. Aduerſum has, quatuor fabri, & vt ita dicam medici boniſq; artifices, non cernuntur à propheta: necdum enim abſq; oſtenſione dei per ſe eos videre poterat, ſed oſtendũtur ei à domino, quatuor ſcilicet virtutes: prudẽtia, iuſtitia, fortitudo, temperantia: de quibus pleniſſimè in officiorũ libris Tullius diſputat, ſcribens proprium quoq; de quatuor virtutibus librum. Q ui ergo vitia deſtruunt, virtutes ædificant: omnesq; ſancti, qui hæc remedia poſſidentes inſtaurant ſemper eccleſiam, fabri appellandi ſunt. Vnde & Apoa.Cor.3.b. ſtolus loquebatur: Q uaſi ſapiẽs architectus fundamentũ poI ſui. Et iratus dominus, de Hieruſalem ablaturum eſſe ſe diMat.13.g. cit architectũ & virum ſapientẽ. Et ipſe dominus dei omnipotentis filius & creatoris omnium, fabri filius appellatur. Legi in cuiuſdam cõmentarijs, quatuor fabros, quatuor euãgeliſtas intelligi, qui oppreſſum Iſraẽlem, ſenſum videlicet videntem deũ, & Iudam dominũ confitentẽ, & Hieruſalem viſionem pacis, in priſtinam ſedem reſtituant: & quos vitiorum gentes diſperſerant de eccleſia, per prædicationẽ euãgelij retraxerunt ad ſalutem. Caput II.

a ET leuaui oculos meos, &c.) Q ui prius oculis eleuatis
Zach.6.e. in quatuor cornibus triſtia viderat: nunc rurſum oculos leuat vt videat virũ, de quo ſcriptũ eſt: Ecce vir, Oriens nomen eius: de quo & ſuprà legimus: Et ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum, & ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo, ſiue inter montes vmbroſos. Et de quo Heb.11.c. pater loquitur: Hic ædificauit ciuitatem meã: cuius artifex Eze.40.a & conditor deus eſt. Hic & ab Ezechiel cernit, habens funiculum in manu, & calamũ ad menſuram cubiti virilis, vt metiatur Hieruſalem: cuius deſcriptionem, id eſt, latitudinem, & lõgitudinem, idem propheta myſtico ſermone proſequitur. Q uidã putant hoc ex parte cõpletum ſub Zorobabel, & Ieſu, & Eſdra, & Neemia, & cæteris ducibus ſiue regibus: qui vſq; ad aduentũ domini ſaluatoris populũ rexerunt Iſraël. Alij verò & maximè Iudæi in mille annorũ regno interpretantur: corporales corporalia requirentes. Noſtrorum autẽ pleriq; referunt ad cœleſtem Hieruſalem: & hanc dicunt iterũ extruendam, quæ ruina animarũ peccatricum fuerat deſtituta: Hoc hęretici ſuſpicentur. Cęterùm nos, montẽ Sion, & matrem primitiuorũ atq; ſanctorum interpretemur eccleſiã: quę ædificata eſt in paſſione domini & reſurrectione, & quotidie ædificatur ab eo qui nouit mẽſuras, & merita ſingulorũ. Q uod de eccleſia diximus, poteſt, & de animabus accipi credentium, quæ quotidie ædificantur à domino, & cernunt pacẽ eius quæ apoſtolis eſt relicta. b ¶Et ecce angelus q loquebaL tur in me, egrediebat &c.) Angelum qui loquebatur in propheta, & ſtabat: ſiue vt in Hebraico legitur, egrediebatur, hoc enim ſignificat נצא: Hebræi Michaẽlem putant: Et alterum angelum qui egrediebatur & veniebat in occurſum eius, Gabrielem ſuſpicantur, qui loquitur ad Michaẽlem, vt loquatur prophetæ: quantã rerum omnium abundantiã, & multitudinem hominum, & iumentorũ, firmitatemq; murorũ habitura ſit Hieruſalem: quæ in præſentiarum vſq; ad fauillam, & cineres videatur eſſe deſtructa. Nos autẽ iuxta ſpiritualem ſenſum, hæc omnia interpretemur in eccleſia: quæ abſq; muro, ſiue vt Lxx. trãſtulerunt κατάκαρπος, id eſt, frugũ omniũ abũdantia habitetur, & habeat multitudinẽ hominum, ac iumẽtorum: & dñs ignis ſit in circuitu eius: & ipſe in medio illi⁹ verſetur in gloria. Iſta eſt ciuitas, de qua alibi legimus: Glo- Pſal.86.a. rioſa dicta ſunt de te: ciuitas dei. Et rurſum: Magnus domi- Ibi.47.a. nus & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in monte ſancto eius. In hac quicunq; habitat, dicere poteſt: Ego autẽ ſi- Pſal.51.b. cut oliua frugifera in domo dei: Dominus regit me, & nihil Ibi.22.a. mihi deerit: in loco paſcuę ibi me collocauit. Sup aquas re- M fectionis educauit me. Et habitabitur, inquit, Hieruſalẽ præ multitudine hominũ, & iumentorum abſq; muro, ſiue frugũ omnium abundantia. Q uidã, homines, & iumenta duos populos interpretantur, Iudæorũ atq; gentilium: quòd illi qui in lege verſati venerint ad fidem Chriſti, homines appellati ſint: nos autẽ qui poſt idololatriam quaſi in deſerto legis, & ſolitudine fuimus prophetarũ, & eius recepimus paſſionẽ: iumẽta dici debeamus. Alij aũt rationabiles quoſq; & ſcripturarum eruditos ſcientia, homines intelligi volunt: Iumẽta verò ſimplices quoſq; credentiũ: & de his dici: Homines Pſal.35.b. & iumenta ſaluos facies domine. Hæc iumenta, & hæc animantia audiunt boni paſtoris vocem, & cognoſcunt, & ſequũtur eum: Q ui ipſe eſt, & paſtor, quia regit nos: & oſtiũ, quia per illum in eccleſiam, & ad patrẽ ingredimur: & murus ignis in circuitu: vt credẽtes, & habitantes in medio calefaciat, qui prius frigore charitatis intepuerant, & poſſint ſpiritu eſſe feruentes. Lupos autem & ſæuiſſimas beſtias, de quibus ſcriptũ eſt: Ne tradas beſtijs animã confitentẽ tibi: Pſal. 73.d Et quorũ fructus eſt, fœnum, ligna, ſtipula: & afferũt tribulos, & ſpinas, ſuo igne cõſumat: & qui aduerſarijs ignis eſt, ſit in medio credentiũ gloria. Q uòd autẽ murus Hieruſalem ſit dñs: & in alio loco legimus: Mõtes in circuitu ei⁹, & Pſal. dñs ĩ circuitu populi ſui. Hęc omnia Iudęi ſub ἡλεμμένῳ, 124.a.

quem ſibi

HEB. CAP. II.

a ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus menſorum. Et dixi: quó tu vadis? Et dixit ad me: vt metiar Hieruſalem: & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta lõgitudo eius. Et eccẽ b angelus qui loquebatur in me egrediebatur: & angelus alius egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum iſtum, dicens: Abſq; muro habitabitur Hieruſalem, præ multitudine hominũ & iumentorũ in medio ei⁹. Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio ei⁹. O ô fugite

SEP. CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus geometrę, & dixi ad eum: Q uó tu vadis? Et dixit ad me: vt dimetiar Hieruſalem, & videam quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce angelus qui loquebatur in me ſtabat: & angelus alius egrediebatur in occurſum ei⁹, & dixit ad eũ dicens: Curre, & loquere adoleſcentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Hieruſalem, à multitudine hominum & iumentorum in medio ei⁹. Et ego ero illi, dicit dñs, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio ei⁹. O ô fugite

K

L

M

A quem sibi spe vanissima repromittunt, putãt carnaliter esse ventura: quòd tantam Hierusalem habitura sit beatitudinem: vt præ multitudine hominũ, & omnium iumentorum, murum habere non possit: Sed murus sit ipsius domini defensio: & illius in medio habitantis gloria perfruatur.

a ¶ O ô fugite de terra Aquilonis, dicit dominus &c.) Plagæ orbis quas Græci appellant κλίματα, iuxta situ Hierusalem intelligũtur & tẽpli. Assyrij ergo & Babylonij, qui dei populũ vastauerunt, habitãt in terra Aquilonis. Deniq; in Hieremia: olla quæ Hiere. 1. c. iuxta Ezechiel plena Ezec. 24. est carnibus (intelligit autẽ vrbs Hierusalẽ) à facie Aquilonis accenditur. Quia igitur angelus præceperat qui occurrerat angelo ꝓphetanti in Zacharia, vt loqueretur ad puerum (ad cõparationẽ B enim angelicæ dignitatis, omnis humana natura pueritia nuncupatur: quia non angeli in nos: sed nos in angelos proficimus) Et diceret ei: Absq; muro habitabitur Hierusalem, & reliqua: Nunc idem ad eos fit sermo domini qui habitant in Aquilone: vt à ventis quatuor congregent: in quos fuerãt toto orbe dispersi: & reuertantur in Sion qui habitabant in Babylone. Vel certè ita: qui in quatuor plagis cœli dispersi estis, fugite de terra Aquilonis, & ô Sion quæ nunc habitas in Babylone, fuge & reuertere ad pristinam sedem. Quòd autem tertiò, casu vocatiuo dicitur ô, exhortatio ad fugã est: vt nõ semel, sed crebrius ad fugiendũ sciant se esse cõmonitos. Dicendũ & aliter. Aquilo vetus durissimus est, qui durissima habitatorũ suorum corda facit, & à quo succenduntur mala, super omnes qui habitant in terra, & ad Zachariæ 1. & 6. quẽ iuxta hunc ipsum Zachariã prophetã, egrediũtur equi nigri, vt in sua regione cõsistant. Ille quoq; qui in Esaia gloriabundus dixerat: In cœlum ascendã, super sidera cœli ponam thronũ meum: sedebo in monte sublimi: super montes Esa. 14. d. C excelsos in Aquilone: in frigidissimo terrarũ loco regnũ habere se iactat. Legimus in alio loco: Ecce fumus ab Aquilone venit: & qui procul à sancta vrbe discesserant: dicitur de Ibidem. g. eis: Ecce isti de longè veniunt ab Aquilone, & mari. Et per Ibi. 49. b. Hieremiam spiritus sanctus loquitur, prouocans eos qui in Hiere. 46. d. captiuitate sunt, vt redeant Hierusalẽ: Vade & lege sermones meos istos ad Aquilonem, & dices: reuertere ad me habitatio Israël, dicit dominus. Præcipitur itaq; nobis qui habitauimus ad Aquilonem, & calorẽ dominici feruoris amisimus, qui dispersi sumus in orbe terrarũ: & de quibus euã- Mar. 13. c. gelium prædicat: quòd in quatuor vẽtos mittat angelos suos dominus, & congreget nos: & qui in huius seculi vitijs, & cõfusione versamur: vt fugiamus in Sion ecclesiam domini, & humilia relinquentes, in specula eius, & sublimitate dogmatum consistamus. Quòd autẽ sequitur: Hæc dicit dominus exercituũ: post gloriam misit me, & reliqua: Vox saluatoris loquentis inducitur: qui omnipotẽs deus à patre omnipotẽte missum se esse dicit: nõ iuxta id quòd omnipotẽs est: sed iuxta id quòd post gloriam missus est. Quicùm in forma Philip. 2. a dei esset, non rapinã arbitratus est æqualem se esse deo: sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, & factus est

a HEB. O ô fũgite de terra Aquilonis, dicit dñs: qm̃ in quatuor vẽtis cœli dispersi vos, dicit dñs: O Sion fuge quæ habitas apud filiã Babylonis: Quia hæc dicit dñs exercituũ: post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius: Quia ecce ego leuo manum meã super eos: & erunt prædæ his qui seruiebãt sibi: & cognoscetis quia domin⁹ exb ercituum misit me. Lauda & lętare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad dñm in die illa: & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia dñs exercituũ misit me ad te. Et possidebit dñs

SEP. O ô fugite de terra Aquilonis, dicit dñs: quia de quatuor ventis cœli cõgregabo vos, dicit dñs: In Sion saluamini, qui habitatis filiam Babylonis: Hæc enim dicit dominus omnipotens: post gloriam misit me ad gentes quæ spoliauerũt vos: qa qui tetigerit vos, quasi tangat pupillam oculi ei⁹: Ecce ego inferam manũ meã sup eos: & erũt prædæ his q seruierãt eis: & cognoscetis qa dominus omnipotẽs misit me. Lętare & gaude filia Sion: qa ecce veniã, & habitabo i medio tui, dicit dominus: & confugient gentes multæ ad dominum in die illa: & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui: & scies qm̃ dñs omnipotens misit me ad te: & possidebit dñs

obediens patri vsq; ad mortẽ, & mortem crucis. Nec mirũ D quòd Christus dicatur omnipotens, ex cuius persona legimus in Apocalypsi Ioannis: Hæc dicit testis fidelis, initium Apoca. 1. b creaturæ dei: qui est, & erat, & venturus est, dominus deus omnipotens. Illud quoq; quod in vicesimotertio psalmo legimus: Leuate portas principes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Rursumq; ab alijs angelis dicitur ignorãtibus mysterium carnis assumptæ: Quis est iste rex gloriæ? domin⁹ virtutum ipse est rex gloriæ: refertur ad Christum. Vbi eñ nos legimus dominus virtutum: in Hebraico scriptum est יְהוָה צְבָאוֹת, quod à Lxx. interpretib⁹ παντοκράτορα, id est, in omnipotentẽ vertitur. Ex quo intelligimus, E vbicunq; dominus virtutum de Christo dicitur, omnipotentẽ eũ debere intelligi. Nec mirũ si Christus dicatur omnipotens: Cui tradita est omnis po- Mat. 28. d testas i cœlo, & in terra. Et qui dicit: Omnia Ioan. 17. b quæ patris sunt, mea sunt. Si autẽ omnia, id est, deus ex deo, dominus ex domino, lumen de lumine: ergo & ex omnipotente omnipotens: neq; eñ fieri potest, vt quorũ vna natura est, diuersa sit gloria. Missus est ergo post gloriã diuinæ maiestatis ad gentes quę spoliauerant populum dei: vt qui eos fuerant antè prædati, prædæ sint seruientibus sibi, & omnis quondã seruientium turba cognoscat: quoniã deus omnipotẽs miserit eũ. Quòd autẽ dicit: Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi ei⁹: Tactum pro vexatione, & iniuria accipe: iuxta illud quod legimus: Nolite tangere Christos meos, & in ꝓphetis meis no- F lite malignari. Quia eñ sanctos dñi tetigerit: sic est quasi Psal. vexare cupiat pupillam oculi eius: & illũ nitatur clara luce 140. b. priuare: de qua loquitur in euangelio: Vos estis lux mundi. Eleuat autẽ deus manũ suam, vt percutiat gentes aduersarias, & populum suũ, vel in Hierusalem reducat, vel in ecclesiam. Gentes aduersarias, iuxta tropologiam, contrarias accipe fortitudines, quæ quotidie peccatores suæ subijciũt potestati, & sibi eos seruire cõpellunt. b ¶ Lauda & lætare filia Sion, quia ecce ego venio &c.) Et hæc adhuc ex ꝓsona domini intelligenda: quòd hortetur populum suum de captiuitate in sedem pristinã restitutũ gaudere atq; lætari: quòd ipse dominus veniat, & habitet in medio eius, & multę gentes creditura sint in eũ: de quibus dicitur: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessionem tuam Psal. 2. b. terminos terræ: Et habitet in medio eius: loquens ad discipulos: Ecce ego vobiscũ sum, omnibus diebus vsq; ad consummationẽ seculi. Et possideat dominus Iudam partẽ suã Mat. 28. d confitentem, & credentẽ nomini suo: & non alibi possideat, nisi in terra sancta: quæ interpretatur ecclesia, & eligat adhuc Hierusalem, quam tentationi in persecutionibus dereliquerat. Iudæorum alij putant sub Zorobabel, & Iesu, & Esdra, & Neemia, hæc ex parte cõpleta: maximè qm̃ Hierusalem eligitur & possidetur Iudas: duæ videlicet tribus quę reuersæ sunt de captiuitate Babylonica: & appellatæ sunt Iudas, & nõ Israël, quia apud Medos hucusq; versantur. Alij verò in futurũ differunt, quòd tunc credituræ sint gentes in

G eum qui mittatur à domino: & eligẽda sit Hierusalem: cùm vtiq; iam omnes gentes crediderint in dominũ saluatorem: nec possit eligi quę omnino destructa est. Rectè autem post captiuitatẽ filia Sion prouocatur ad gaudium: de qua & in
Psal. 52.b psalmo dicitur: Cùm conuerterit dominus captiuitatẽ populi sui: exultabit Iacob, & lætabit Israël.
a ¶ Sileat omnis caro à facie domini &c.) Cùm hæc se ita habeant, & possessurus sit dominus Iudam partẽ suam: & electurus Hierusalem: omne hominum genꝰ domini formidet aduentum: quia surrexit de habitaculo sancto suo. Surgere autem dominus dicitur, & quasi euigilare de somno, quando cõsurgit in vindictã populi sui: iuxta illud qđ
Eph. 5.b. scriptum est: Exurge vt quid dormis domine? Siue iuxta Lxx. qui
H dixerunt, surrexit de nubibꝰ sanctis suis: patriarchas, prophetas, & apostolos intellige:
Esa. 5.d. quibus mandauit dominus ne pluant super Israël imbrẽ. Istæ sunt
Esa. 45.b. nubes, de quibus scriptum est: Et nubes spargant iustitiam: neq; enim nubes istę corporeę in quas aër densior cogitur, possunt pluere iustitiam. In his & cum his nubibus dominꝰ
Luc. 21.c. in euangelio venturũ se esse dicit. Et in Esaia legimus, quòd
Esa. 19.a. dominus in Aegyptum venerit in nube leui. Aegyptus mũdus accipitur: in quem dominus descendisse memoratur in carne, quę ædita de vtero virginali, nullo humani seminis, & peccatorũ pondere grauabatur. Q uòd aũt omnis caro, non absolutè hominũ, & bestiarum, & volatiliũ, & piscium: sed
Psal. 64.a specialiter hominũ accipiatur: illa scriptura significat: Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. Neq; enim ad dominum omnis caro irrationabilium ventura est animantium: sed illa quæ donũ sancti spiritus susceptura est,
Ioel. 2.g. & de qua dicit: Effundã de spiritu meo sup omnem carnẽ,
I & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. Cap. III.
b ET ostendit mihi Iesum sacerdotem magnũ, &c.) Anteq; veniamus ad intelligentiam spiritualem, quomodo Hebræi locum istum ediſſerant, strictim breuiterq; dicendum est: Iesum sacerdotem magnũ, quem Græci ἀρχιερέα, Latini pontificem vocant: filiũ Iosedech intelligi volunt: qui cũ Zorobabel populo præfuit. Ex cuius dextris
שטן stabat aduersarius: hoc enim interpretatur satan, vt aduersaretur ei. Et rectè stabat à dextris illius, nõ à sinistris: quia
1. Esdræ. vera erat accusatio: eo quòd & ipse cum cæteris alienigenã
10.a. accepisset vxorem: quod in Esdra, & in Malachia: qui hunc
Malac. 2. prophetam sequitur: plenissimè scriptũ est. Dixitq; dominꝰ
Apo. 12. ad satan: ad accusatorem, & aduersarium eius: ipse est enim inimicus & vindex, ac accusator fratrum suorum: Increpet dominus in te satan, vt pluit dominus à domino: & increpet dominus in te, qui elegit Hierusalem. Cùm ergo de cunctis Iudæ vrbibus nunc electa sit Hierusalem, nequaq; ei imputante domino peccata quæ fecit, cur quasi torrem quem vulgo titionem vocant, Iesum conaris obruere: qui de Babylonia captiuitate quasi semiustus euasit? Q uòd autẽ sequitur: Iesus erat indutus vestibꝰ sordidis: tripliciter interpretatur: Vel ob coniugium illicitum: vel ob peccata populi: vel propter squalorem captiuitatis. Angelus autẽ ante cuiꝰ faciem stabat Iesus: præcepit cæteris angelis ex persona do-

HEB. bit dominus Iudam partem suã in terra sanctificata: & eliget adhuc Hierusalem. Sileat omnis caro à facie domini: quia cõsurrexit de habitaculo sancto suo. Cap. III.

ET ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum, stãtem coram angelo domini: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei: Et dixit dominus ad satan: Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem: Nunquid non iste torris est erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli: qui respondit, & ait ad eos qui stabãt coram se, dicẽs: Auferte

SEP. bit dominus Iudam partem suam in terra sancta: & eliget adhuc Hierusalem. Timeat omnis caro à facie domini: quoniam surrexit de nubibꝰ sanctis suis. Cap. III.

ET ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum, stãtem ante faciem angeli domini: & diabolus stabat à dextris eius: vt aduersaret ei. Et dixit dominꝰ ad diabolum: Increpet dñs in te diabole: & increpet in te dominus qui elegit Hierusalẽ. Nonne iste vt torris est erutꝰ de igne? Et Iesus indutꝰ erat vestibꝰ sordidis, & stabat ante faciẽ angeli: & respondit, & ait ad astãtes corã facie sua, dicens: Auferte

K mini, vt auferrent ab eo sordida vestimẽta: de quibus suprà diximus. Q ui cùm præceptum opere complessent: rursum idem angelus loquitur ad Iesum: Ecce abstuli à te iniquitatem tuam: hæc sunt sordida vestimenta: & indue te mutatorijs, hoc est, Israëlitem tibi coniugẽ copulaui: pro quo Lxx. transtulerunt ποδήρη, quam nos tunicã talarem possumus dicere: eo quòd vsq; ad talos & pedes defluat. Q đq; sequitur: Ponite cidarim mundam super caput eiꝰ: Podêris. cidari in Hebræo legimꝰ צניף, quæ mitra à plerisq; dicitur: & in hac volũt intelligi sacerdotij dignitatẽ: quòd ablatis sordibus peccatorum, mundum habuerit sacerdotium: Hęc Iudęi. Nostri autem ita disserunt: Sacerdotẽ esse magnum, ad quem dicitur: Tu es sacerdos Psal.
L in æternum, secundum 109.b.
ordinẽ Melchisedech. Q ui quoniam per se videri nõ potest, à domino prophetæ ostẽditur stans coram angelo domini: quẽ volunt magni cõsilij esse angelum: nõ quòd alter & alter sit, aut duas personas recipiamus in filio: sed quòd idem atq; vnus, & quasi homo sordidatus ostenditur: & quasi angelus mediator hominum & dei apparere dicatur. Non autem esse Iesum filiũ Iosedech, ex hoc conantur ostendere: quòd non sit appositũ in præsenti loco, filius Iosedech: qui in alijs locis, vbi verè de Iesu dicitur filio Iosedech, semper patris cognomine censeatur. Stans igitur cernitur Iesus, & stabili consistens gradu: & satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei: Tentatus enim Heb. 4.d.
est per omnem modum absq; peccato. Et in euangelio ad Mat. 4.a.
eum tentator accedit; quærens semper dextris eius, & virtutibus contraire. Q uodq; sequitur: Increpet dominus in te satan: & increpet dominus in te qui elegit Hierusalem: sic edisserunt: quia pater & filius dominus est: & in centesimonono psalmo legimus: Dixit dominus domino meo, sede à
M dextris meis: Dominus de altero domino loquitur: nõ quòd ipse dominus qui loquitur increpare non possit, sed quòd ex vnitate naturæ, cùm alter increpauerit, increpet ipse qui loquitur. Q ui enim videt filium, videt & patrem: & iste est Ioan. 14.b
qui elegit Hiernsalem: ecclesiam quę pacem domini contẽplatur. Torris autem de igne erutus, rectissimè intelligi potest: qui cùm in Babylone fuerit, non est Babylonio igne cõsumptus, nec flamma seculi huius attactus. Vnde & Moyses Exod. 3. a.
in solitudine cernit visionẽ magnã, in qua ardebat rubus, & non cõburebatur. Hic Iesus erat indutus vestibus sordidis: qui cùm non feciſſet peccatũ, pro nobis peccatũ factus est: Esa. 53.b.
& ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet: & nos reputauimꝰ eũ esse in dolore, & in plaga, & in angustia. Ipse verò vulneratus est, propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Et in Apostolo legimus, Gala. 3.b.
Christus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Hic in vicesimoprimo psalmo loquitur: Longè à salute mea verba delictorum meorum. Et in sexagesimooctauo psalmo: Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à tè non sunt abscondita. Q uæ vniuersa appellantur sordida vestimenta, & auferentur ab eo cùm nostra peccata deleuerit: vt quia ille sordidis indutus est vestibus: nos resurgentes in eo audiamus post baptisma: Candida sint sem- Eccl's. 9.b
per vestimenta

A per veſtimenta tua : credentiumq; omnis eccleſia audit per
Eſa.1.d. Eſaiam : Lauamini, mundi eſtote. Et de ipſa propheta-
Cant. 3.c. tur in canticocanticorum : Quæ eſt iſta quæ aſcendit de-
albata? προσώπον autem incarnationem eius accipe : quæ de
terra eſt,& ſignificatur in pedibus. Cidarim mundam ſuper
caput illius,ſplendorẽ
diuinæ maieſtatis in-
tellige: vt vnꝰ atq; idẽ
ſecũdum hominẽ πρό-
σωπον,ſecundum deum
cidari ornatus eſſe vi-
deatur. a ¶ Et an-
gelus dñi ſtabat,& cõ
teſtabatur angelus dñi
Ieſum dicẽs: Hæc di-
cit dñs exercituum :
Si in vijs meis ambula-
ueris, & cuſtodiã meã
cuſtodieris, tu quoq;
&c.) Hebręi cœptę in-
terpretationis ordinẽ
proſequẽtes,ad Ieſum
filium Ioſedech,ab an
gelo domini hęc dicta
intelligunt: quòd poſt
ablationem veſtiũ ſor
B didarum, & reſtitutã
mundi ſacerdotij di-
gnitatem: præcipiatur
ei iuxta illud quod in
euangelio ſcriptũ eſt:
Ioan.5.c. Ecce ſanus factus es,
vltrà noli peccare: ne
quid tibi deteriꝰ fiat:
& repromittit ei præ-
mium,ſi in vijs domini
ambulauerit, & eius
præcepta ſeruauerit:quòd & ipſe iudex ſit domꝰ eiꝰ:id eſt,
põtifex perſeueret in tẽplo,& cuſtodiat atria eius,atq; veſti
bula, & det ei dominus ex angelorũ numero, qui eo
tempore ſtabant ante conſpectum eius,quorum circunual-
letur auxilio:& ab omni hoſtium fraude ſecurus ſit. Iuxta
noſtros, qui hæc omnia referunt ad dominum ſaluatorem,
hoc videtur eſſe difficile,quod Ieſu ab angelo dicitur : Si
ambulauerit in vijs domini, & eius præcepta ſeruauerit:
ipſe quoque iudicet domum eius : & cuſtodiat atria illius:
& det ei dominus ambulantes de his qui aſſiſtant ei. Quod
Phili. 2.a. facilè ſoluitur : ſi conſideremus eum qui formam ſeruĩ eſt
2.Cor.8.b dignatus aſſumere:& cùm diues eſſet,pro nobis pauper fa-
C ctus eſt. Quicquid igitur de membris dicitur, refertur ad
corpus:& noſtri profectus,domini victoria eſt. Cumq; nos
Eph. 4.c. peruenerímus in virum perfectum:in menſuram ætatis plẽ-
nitudinis Chriſti : ille iudicabit domum dei : ſecundum id
Heb.3.b. quod Apoſtolus dixit:Chriſtus autem ſicut filius ſuper do-
1.Tim.3.d mum eius: cuius domus ſumus nos. Et ad Timotheum : Si
tardauero, vt ſcias quomodo debeas in domo dei conuer-
ſari,quæ eſt eccleſia dei viuentis,columna & firmamentum
veritatis. Et non ſolum iudicabit domum eius : ſed cuſto-
Pſal.28.a. diet atria domini: de quibus ſcriptum eſt : Adorate domi-
num in atrio ſancto eius. Iudicabit autem,ſiue dijudicabit,
Luce.19.b domum eius : & pro meritis ſingulorum, alij dans decem
1.Cor.12.d ciuitates,& alij quinq;, & alios in eccleſia conſtituens pro-
phetas,alios apoſtolos,alios doctores, alios ſigna facientes:
alios pro oculis habens,alios pro manibus, alios pro pedi-
Pſal.81.a. bus:iuxta illud quod legimus:Deus ſtetit in ſynagoga deo-
rum, in medio autem deos dijudicat. Dedit quoque ei de
angelorum numero miniſtros:qui in carne conſtituti,ſimi-
les angelorum ſunt : & de quibus Apoſtolus loquebatur:
Phili. 3.d. Noſter municipatus in cœleſtibus eſt. Si enim angeli non
Mat.22.c. nubunt neque nubuntur:& qui in virginali cõtinentia per-
ſeuerant,ſimiles angelorum ſunt : Cur non putemus ange-

HEB. Auferte veſtimẽta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniqtatẽ tuam,& indui te mutatorijs. Et dixit: Ponite ci darim mundam ſuper caput eius:& poſuerunt cida rim mundam ſuper caput eius:& induerunt eum veſtibus. a Et ἄngelus domini ſtabat, & cõteſtabatur angelus domini Ieſum,dicẽs: Hæc dicit dominus exercituum, Si in vijs meis am bulaueris, & cuſtodiã meã cuſtodieris : tu quoq; iudicabis domum meam,& cuſtodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui b nunc hic aſſiſtunt. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te:quia viri portendẽtes ſunt. Ecce eẽ ego adducã ſeruũ meũ orientem: qa ecce lapis quẽ dedi corã Ieſu,ſuper lapidem vnum ſeptem

SEP. Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eũ: * Ecce abſtuli à te iniquitates tuas:& induite eũ põderẽ: & imponite cidarim mundã ſup caput eiꝰ: & impoſuerũt cidarim mũ dam ſup caput eius:& circundederunt eũ veſtimentis. Et angelus domini ſtabat:& conteſtabatur angelus dñi ad Ieſum, dicens: Hæc dicit dñs omnipotẽs: Si in vijs meis ambulaueris,& præcepta mea cuſtodieris, & tu iudicabis domum meã:& ſi cuſtodieris atriũ meũ,& dabo tibi qui cõuerſent in medio ſtãtiũ iſtorũ. Audi ergo Ieſu ſacerdos magne, & proximi tui q ſedẽt añ faciẽ tuã,qa viri τερατοσκόποι,id eſt,por tẽtorũ ſpectatores ſunt:qa ecce ego adducã ſeruũ meũ oriẽtem:qa lapis quẽ dedi añ faciẽ Ieſu:ſup lapidẽ vnũ, ſeptem

D b ¶ Audi Ieſu ſacerdos magne,tu & amici tui qui habitant coram te: quia viri portendentes ſunt,Ecce enim ego adducam ſeruum meum orientem: quia ecce lapis quem dedi coram Ieſu, &c.) Noſtri in hoc loco artantur à Iudæis, quòd iuxta conſequentiam textumq; ſermonis magis debeant Ieſum ſacerdotem intelligere filium Ioſedech,q̃ dominũ ſaluatorem. Si enim ad dominum ſermo eſt: & ad Chriſtum dicitur : Audi Ieſu ſacerdos magne:quis eſt de quo infertur: Ecce ego adducam ſeruum meũ orientem:qui alio nomine lapis appellatur, & datus eſt coram Ieſu : & ſuper hoc lapide ſeptem ſunt oculi? Econtrario noſtri nituntur aſſerere : & Ieſum ſacerdotem magnum,& orientem, & lapidẽ:ſecundũ diuerſas intelligẽtias Chriſtũ appellari. Sed hoc quomodo de ipſo dicatur ad eum quaſi de altero,exponere difficillimum eſt. Q ui igitur Ieſum volunt eſſe filium Ioſedech ſacerdotem magnum : amicos eius qui habitant vel ſedent coram eo,& qui viri ſunt portendentes: diſcipulos eius interpretantur & prophetas. Prophetæ enim in ſignum ſunt poſiti futurorum. Q uid eſt igitur quòd Ieſus & amici eius coguntur audire? Adducam ſeruum meum orientem,& reliqua. Suprà promiſerat deus Ieſu filio Ioſedech ſacerdoti magno,quòd ſi in in vijs eius ambulaſſet, & eius præcepta ſeruaſſet:ipſe dijudicaret domum eius, & atria eius cuſtodiret,& daret ei miniſtros angelicæ dignitatis: Nunc ei dicit,& amicis illius,plenam fœlicitatem,& perfectam beatitudinem tunc futuram,quando venerit oriens: De quo ſcriptum eſt:Ecce vir,Oriẽs nomen eius. Et in Malachia:Orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitiæ : & ſanitas in pennis eius. Et in Numeris:Orietur ſtella ex Iacob,& homo ex Iſraël. In euangelio quoq; apertiſſimè de Chriſto legimus:In quibus viſitauit nos oriens ex alto: Illuminare eos qui in tenebris,& in vmbra mortis ſedent,ad dirigẽdos pedes noſtros in viam pacis. Q ui oriens, ipſe dicitur & lapis angularis:quia populum vtrumq; coniungat:& duos parietes in vnam domum conſociet : Hic non credentibus lapis ſcãdali eſt:de quo & in pſalmis dicitur:Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli : A domino factum eſt iſtud. Super hunc lapidem ſeptem oculi ſunt:de quibus loquitur Eſaias : Exiet virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet:& requieſcet ſuper eum ſpiritus dei,ſpiritus ſapientiæ & intelligentiæ, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & implebit eum ſpiritus timoris dei. Q ui ſacerdotem magnũ,& amicos eius,dñm ſaluatorẽ,& diſcipulos illius intelligi volunt: viros τερατοσκόπους,& portendẽtes ſic accipiũt: vt ad apoſtolos referant qui eius myſticè ſigna perſpexerint, & ex præſentibus futura cognouerint: dum in eo qui à natiuitate cæcus fuit, oculos reſtitutos ſuper populo gentilium interpretantur:

*In græco ſic: ἰδοὺ ἀφῄρηκα ἀπ' σοῦ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περιβαλῶ σε ἱμάτια ἐνδύσατε ἄνδρα προφήτην, καὶ ἐπίθετε μίτραν, καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ὁ ἄγγελος ἐπέθηκαν μίτραν καὶ κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ.

E

F

Zac. 6. c.
Mala. 4.a
Nume. 24.c.
Luc.1.g.
Epheſ.2.c
Pſal.117.c
Eſa.11.a.
Ioan.9.a.

Matt. 9.c. interpretantur: Et in muliere sanguine defluente, ecclesiam
G edifferunt sanguinis operibus liberatam. Hoc autem quod sequitur: Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu: amatores historiæ sic de Christo intelligunt: vt post Iesum filium Iosedech Christum dicant esse venturum. Hoc enim esse coram Iesu, id est, in cõspectu eius, & ante faciem, vt futura significet: & appellari eum lapidem pro fortitudine, & robore, quo omnia regna contriue
Dan. 2.g. rit, quẽ etiã in Daniele de mõte sine manibus pręcisum legim⁹.
a ¶ Ecce ego cælabo sculpturam eius, dicit dñs exercituum: & auferam iniquitatẽ terrę illius in die vna. &c.) Suprà dixerat: ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidẽ vnũ septẽ oculi sunt: Nunc cõsequenter μεταφο-
H ρὰν seruat à lapide, & dicit: Cælabo sculpturam eius: siue sculpam cælaturã illius: Quod eñ Hebraicè scriptũ est פַּתֻּחַ פִּתֻּחָה Aqla interpretatus est διαγλύφω ἄνοιγμα ἀυτῆς, id est, sculpã aperturam ei⁹: Theodotio & Symmachus, sculpã sculpturam ei⁹. Et est sensus: Istum lapidem, clauis crucis, & lancea militis faciam vulnerari: & in illius passione auferã iniquitatẽ terræ in die
Psal. 117.d vna: de qua scriptũ est: Hæc est dies quã fecit dominus, exultemus, & lætemur in ea. In illa die passionis Christi, vocabit vir qui perfectus est in Christo: & cum apostolis ad dominicæ beneuolentiæ culmen ascendit: proximum suum, vel credentes ex Iudęis: vel certè gentilium populum, subter vineam quæ appellatur Sorech: & de qua dicit in euangelio:
Ioan. 15.a. Ego sum vitis: & cuius fructus lętificat cor hominis: & subter ficum, spiritus sancti poma dulcissima: vt æterna pace requiescant, & cõpressa seditione mundi & cruore bellorũ,
I sciant se esse sub rege, cuius mysticè in Salomone nomen est pacis. De hac eadem sessione subter vineam, & subter ficũ:
Mic. 4.b. etiam Micheas propheta commemorat, dicẽs: In die illa vocabit vnusquisq; proximũ, & fratrem suum subter ficum, & vineam suã, & non erit qui exterreat. Quòd autem scriptũ est iuxta Lxx. Ecce ego fodiam foueam: possumus fossam vel foueam, pro sculptura lapidis intelligere: omne enim quod sculpitur, & foditur. Tamen si quis contentiosus noluerit hoc referre ad lapidem: sed quasi proprium habere principium, suamq; sententiam: Dicamus deũ omnipotentẽ in die passionis filij sui: siue vt Iudęi putant, in vltimo fine mundi, quando iudicaturus aduenerit: effodere & in medium proferre opera singulorum, & cõtrectare vniuersam terram in die iudicij: hanc enim esse diem vnam, & in die illa vnumquemq; sanctorũ socios suos, & amicos, qui & ipsi sunt sancti, vocare ad requiem, & operum suorum virtute gaudere.

Caput IIII.

b ET reuersus est angelus qui loquebatur in me: & suscitauit me quasi virum qui suscitatur de somno suo.) Quó enim abierat, vt reuerteretur: maximè qui loquebatur in propheta: & absq; eo in quo loquebatur esse non poterat? Sed quotiescunq; humana fragilitas suæ relinquitur imbecillitati: dei à nobis & angelorum eius auxiliũ abire credendũ est. Ergo & propheta stupore magnæ K
visionis attonitus, tota mente torpebat, & clarum veritatis lumen videre non poterat: vnde à visione præterita suscitatur ad aliam visionem quasi de somno euigilans: vt videat quod clausis oculis non videbat. Dicamus & aliter: Prouer- Prou. 23.a

HEB. septem oculi sunt.
a Eccẽ ego cælabo sculpturã eius, dicit dominus exercituum: & auferam iniquitatem terrę illius in die vna. In die illa, dicit dominus exercituum, vocabit vir amicum suũ subter vineã, & subter ficũ. Cap. IIII.
b ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me: & suscitauit me quasi virum qui suscitatur
c de somno suo. Et dixit ad me, quid tu vides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernæ eius super illud: septem & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius. Et duæ oliuę super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelũ, qui loquebat in me, dicẽs: Quid sũt hęc domine

SEP. septem oculi sunt.
Ecce ego fodiam foueam, dicit dominus omnipotẽs: & cõtrectabo omnẽ iniquitatẽ terræ illi⁹ in die vno. In die illo, dicit dñs omnipotẽs, vocabit vnusquisq; pximũ suũ subter vitẽ, & subter ficum. Cap. IIII.
ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitauit me sicut suscitari solet homo de somno suo. Et dixit ad me, quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super eum: & septem lucernas super illud: & septem infusoria lucernarum, quæ erant super illud. Et ecce duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris: & interrogaui, & dixi ad angelum qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc domine?

biorum Salomonis testimoniũ est: Si sederis, absq; timore eris: Si aũt dormieris, dulciter dormies: & non timebis terrorẽ supuenientẽ tibi, nec impet⁹ impiorum ingruentes. Qui hoc somno dormierit, & audierit dictum de se quod scriptum de Lazaro legi- Ioan. 11.b.
mus: Si dormit, saluus erit: poterit cantare cum sponsa: Ego dor- Cant. 5.a.
mio, & cor meũ vigilat. Videamus ergo ad quæ cõtẽplanda quasi de somno ꝓpheta cõsurgat. c ¶ Et dixit L
ad me, quid tu vides? & dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius &c.) Angelus qui suscitauit Zachariã, q̃si de somno hominẽ cõsurgentem, interrogat quid viderit: vt illo respondente, & ignorante, & scisitante quod cernat, atq; dicente: Quid sunt hæc domine mi? audiamus ab eo: Hoc est verbum domini ad Zorobabel: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus. Dicamus igitur singula percurrẽtes: primùm quid videatur Hebræis: à quibus in veteri testamẽto eruditi sumus: deinde per hos quasi gradus ad ecclesiæ culmina conscendamus. Candelabrum aureum solidum, legem, id est, νόμον interpretantur. Lampadem autem, id est flammam in vertice candelabri, lucentem atq; fulgentem: Christum, qui caput legis sit, & omnem mundum illuminet. Septem lucernas super candelabrum, septẽ gratias spiritus sancti: de quibus suprà diximus, quòd in lapide vno septem oculi sint. Nulli enim dubium quin lex M
spiritu sancto dictante conscripta sit. Septem autem infusoria in quibus oleum sit, quod mittatur in lucernas quæ super candelabro luceant: hoc intelligi volunt, septem istas gratias de cœlo ad homines per legem descendere. Duas autem oliuas super candelabrum à parte dextera & sinistra: inter quas media lampas luceat: legem & prophetas interpretantur. Cumq; propheta narrasset visionem suam, nesciens quid videret: interrogat angelum loquentem in se: sensum videlicet à deo illuminatum: Iste enim angelus noster est, qui prudenter intelligens, dei nobis indicat voluntatem, & dicit: Quid sunt hæc domine mi? Angelus autem non explanat visionem prophetæ, vt rogatus ab eo fuerat: sed interrogantem rursum interrogat: Num ignoras quid sint hæc? Quo respondente, nescio: etiam ipse respondit: Hoc est verbum domini ad Zorobabel dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit dominus. Sermo ergo domini ad Zorobabel, qui locutus est nõ in exercitu, neq; in robore, sed in spiritu meo: ipse est interpretatio visionis: non in exercitu, neque in multitudine bellatorum, sed in spiritu dei reductũ populum, & plenius reducẽdũ: & aduersarios esse vastãdos. Quod q; sequitur: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum: ad diabolum dictum

intelligunt

A intelligunt:qui ſtabat â dextris Ieſu,vt aduerſaretur eí:& ſe eleuabat contra Zorobabel,& populum Iudæorũ. In planũ autem verſus & humiliatus eſt: & ſub pedibus iacet Iſraël: quia educet deus lapidẽ primarium, Chriſtum filium ſuũ: qui ſemper auxilio fuit populo Iſraël.Et gratia eius, id eſt, lapidis in eos quos reduxit de captiuitate, exequabit gratiã quã in patres eorum ſemper exercuit. Hæc ab Hebræis dicta reperimus: Nũc quid ab eccleſiaſticis viris in cõmentarijs ſcriptũ ſit, diſſeramus. Candelabrum autẽ de auro puriſſimo eccleſiam intelligunt: quæ in ſcripturis ſanctis ſenſum ac mentẽ magis q̃ verba perquirit. Quòd autem in ſenſu aurum accipiatur: poſterio-
B ra & humeri columbę in ſexageſimo ſeptimo pſalmo oſtendũt: quæ dicuntur auri virore ſiue fulgore radiare. Lapidẽ & ipſi Chriſtũ intelligũt,quòd luceat in eccleſia: qui de ſe-
Mat.5.b. ipſo dicebat:Nemo lucernam accẽdit,& ponit eã ſub modio: hoc eſt ſub menſura legis: ſed ſuper candelabrũ, id eſt euãgelij libertatem:vt luceat cũctis qui ſunt in domo. Lucernas ſeptem & effuſoria earum, & ipſi gratias ſancti ſpiritus intelligunt:per quas oleũ miſericordiæ dei cunctarũq; virtutum eccleſia ſuſcipit.Duas oliuas ſuper candelabrũ:& ipſi Moyſen & Heliam intelligũt:
Mat. 17.a qui cum domino loquebant in monte: & ſignificabant quid in Hieruſalem paſſurus eſſet.Omnis em̃ lex,& prophetę de Chriſti prędicãt paſſione. Alij duas oliuas ſtãtes â dextris, & â ſiniſtris,legẽ & euangelium interpretant: vt in dextra
C euangeliũ ſit:in ſiniſtra lex:de qua dextra,& ſiniſtra dicitur
Can.2.b. in cãtico canticorũ:Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.Montẽ autem plerique noſtrorũ,diabolum interpretantur,& antichriſtũ:qui coram Zorobabel de quo naſciturus eſt Chriſtus,ſtare audeat,& ſe erigere:&
Mat. 4.b. in euangelio dicere:Hæc omnia mihi tradita ſunt : & dabo ea tibi,ſi procidens adoraueris me. Quem dñs ſuis pedib⁹ proſternens, & de ſuperbo humilem faciens,atq; deiectum,
Deut. 6.b dicit:Vade retro ſatana:ſcriptum eſt enim: Dominũ deum tuum adorabis,& ipſi ſoli ſeruies. Dantq; exemplum in euã
Mat.17.c. gelio lunatici,quem cùm apoſtoli nõ potuiſſent ſanare: interrogant cur ſanare nequiuerint,& audiunt:Amen dico vobis:ſi habueritis fidẽ ſicut granũ ſinapis,dicetis monti huic tranſi hinc,& tranſibit: & nihil impoſſibile erit vobis:Hoc autem genus non eijcitur,niſi per orationẽ,& ieiuniũ:Mons ibi apertè diabolus accipitur. Alij autẽ temeritate nõ parua,hoc quod manifeſtè de diabolo dicitur ad Chriſtum referunt,qui in ſcripturis ſanctis mons ſæpius appellat: Nec neceſſe eſt dare exempla:quorũ magna copia eſt. Ad hunc autẽ ducuntur errorem:quia ſcriptũ eſt in Lxx. Quis es tu mons magne ante faciẽ Zorobabel,vt corrigas? quòd videlicet mons iſte qui ante faciẽ Zorobabel eſt:hoc eſt,qui de Zorobabel ſtirpe deſcendat:velit mundũ ipſe corrigere: & de ipſo ſit quod ſequitur:Educã lapidẽ hæreditatis,de qua
Pſal.15.b. ſcriptum eſt: Tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

HEB.domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebat in me, & dixit ad me: Nunquid neſcis quid ſunt hęc? & dixi:nõ domine mi. Et reſpondit, & ait ad me dicẽs: Hoc eſt verbum domini ad Zorobabel, dicẽs: Non in exercitu, nec in robore:ſed in ſpiritu meo,dicit domiuus exercituum: Quis tu mons magne coram Zorobabel in planũ? & educet lapidem primarium, & exequabit gratiã
a gratiæ eius. Et factũm eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtã: & manus eius perficient eam:& ſcietis quia domin⁹ exercituum miſit me ad vos: Quis enim deſpexit dies paruos? & lętabuntur, & videbũt lapidẽ ſtanneũ in manu Zorobabel: ſeptẽ iſti oculi ſunt domini: qui diſcurrũt ĩ vniuerſa terra.

Et reſpondi

SEP.domine? reſpondẽsq; angelus qui loquebatur in me,& dixit ad me: Non cognoſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non domine. Et reſpondit & ait ad me dicẽs: Iſte eſt ſermo domini ad Zorobabel,dicens: Non in fortitudine magna neq; in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit dominus omnipotẽs: Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel,vt corrigas? & educam lapidem hæreditatis:æqualitatem gratiæ gratiam eius. Et factus eſt ſermo domini ad me,dicens: Man⁹ Zorobabel fundauerũt domũ iſtam:& manus eius cõple bunt eam. Et ſcies q̃m dñs omnipotẽs miſit me ad te: quis enim deſpexit in dies paruos? & lętabũtur,& videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel: ſeptẽ iſti oculi dñi ſunt,qui reſpiciunt ſuper omnem terrã.

Et reſpondi

Et ín alio loco:Elegit nobís hęreditatẽ ſuam,pulchritudinẽ Pſal.46.a
Iacob quam dilexit.Et rurſum:Facta eſt pars dñi Iacob,fu- Pſal.104.a
niculus hæreditatis eius Iſraël. Et in ſecundo pſalmo:Do- D
minus dixit ad me:filius meus es tu:ego hodie genui te. Poſtula â me,& dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam.Educet autem dominus lapidem primarium: de quo legimus:In principio e- Ioan.1.a.
rat verbum, & verbũ erat apud deũ,& deus erat verbum. Et omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Quòd autem dicit: Exequabit gratiam gratiæ eius: hoc ſignificat,nos omnes de plenitudine eius accepimus,& gratiam p gratia: id eſt, pro gratia legis gratiam euangelij, vt æqualem gratiã, & par munus,& ex Iſraël credentes accipiãt,& po- E
pulus ethnicorum. Vnde & Gabriel loquitur ad Mariam: Inueniſti gratiam apud dominum. Et Paulus apoſtolus ſcribit: Gratia Lucæ.1.c. Ephe.2.a.
enim ſaluati eſtis. Et Ioãnes euãgeliſta:Lex Ioan.1.b.
inquit,per Moyſen data eſt:gratia autem,& veritas p Ieſum Chriſtum facta eſt.

a ¶ Et factum eſt verbum domini ad me dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtam:& manus eius perficient eam: & ſcietis quia dominus exercituum miſit me ad vos:Quis enim deſpexit dies paruos?& lætabuntur,& videbũt &c.) Ab Hebræis,& â noſtris multa dicuntur:quorum pleraque ſectantes,& alia repudiantes,quid nobis placeat inferamus, ſeruantes hiſtoriæ veritatem: vt ex hac poſſimus eum, qui per hiſtoriam prophetatur agnoſcere. Manus Zorobabel principis Iudæorum,qui reuerſi ſunt de Babylone, templi fundamenta F
fecerũt:& manus eius vſq; ad tẽpli faſtigia veniẽt, cõplẽtes quod cœperant: & omnia quæ cœpta fuerant extruentes. 1.Eſd.4.
Legam⁹ apud Eſdram quòd à Zorobabel templum cœptũ &.6.
ſit atque perfectum.Cumq; ait Zacharias propheta: in tẽplo, quod nunc ædificatis,videritis à vobis culmen impoſitum:tunc intelligetis me miſſum à domino, & quæ locutus ſum ipſo mandante dixiſſe. Quis enim deſpexit dies paruos?Quis pro raro accipitur: iuxta illud: Quis putas eſt Luc.12.e.
diſpenſator fidelis,& prudens? Et: Domine quis habitabit Pſal.14.a.
in tabernaculo tuo?Et: Quis aſcendet in montem ſanctum Pſal.23.a.
tuum?Rarus ergo eſt, qui dies paruos huius ſeculi deſpiciat,& regiam poteſtatem putet eſſe nihili. Quando viderimus potentes ſeculi fulgere auro, purpura, gemmisq; rutilare,circundari exercitu:dicamus in nobis:quis putas deſpicit dies paruos? Vnde & Iacob vitam hominum breuem
intelligens:Parui ſunt,inquit,& peſſimi dies vitæ meæ.Qui Gen.47.b
ergo deſpexerint dies paruos, hoc autem refert ad regiam poteſtatem, vt commoneat Zorobabel, & Ieſum, & populum ædificantes templum dei, nequaquam aduerſarios timere prohibentes: ſed audire dominum cohortantem, ex eo quòd deſpiciunt regale faſtigium, lætabuntur & videbunt auxilium ſaluatoris: qui de Zorobabel ſtirpe promittitur:& propter fortitudinẽ, lapis appellatur, & lapis ſtanneus:Pro quo in Hebraico ſcriptum eſt

אֶבֶן הַבְּרִיל,

G אֶבֶן הַבְּרִיל, eo quòd sit murus & fortitudo roburq; credentium. Sicut enim stānum ab igne alia metalla defendit: & cùm sit natura æs ferrumq; durissimum, si absq; stanno fuerit, vrit & crematur: sic omnis angelorum & hominum fortitudo, si non habuerit auxilium saluatoris, imbecilla probat & fragilis. Lapis autem iste, id est, massa, q apud Hebræos הַבְּרִיל scribitur, id est, stanneus, ἐτυμολογεῖται ἀποχωρίζων, idest, separans, & secernēs: vt quomodo stannū mixta & adulterata inter se p ignē metalla dissociat: ita dñs verꝰ probator & χωνευτὴς ab auro, & argento bonorū operū æs vitiorū plumbumq; secernat: vt purum aurū remaneat & argētum. Alijs verbis ἀποχωρίζων iste & separator in euangelio scribit: Cuiꝰ H Luc.3.d. ventilabrum in manu sua: & ipse purgabit aream suam: & separabit paleas à tritico: qui clamat per Hie- Hiere.3.f. remiā: Quid paleis ad frumentū? dicit dñs. Multi nostrorū manus Zorobabel, qui fundauerit domū, & ipse p̄fecerit eā, Christū interpretātur. Q uod si recipimus, cogemur exponere qui sit lapis stanneus in manu Zorobabel: Neq; enim in manu Christi, Christus alius approbādus est: Licèt quidam lapidem stanneū corpus domini acceperint: quod nullis peccatorū fuerit maculis sordidatū: nec plumbum vocet, sed stannum purissimum. Septem autem oculos, qui discurrunt in vniuersa terra, & cuncta dijudicant, suprà expositum septem esse spiritus: & quòd deum nihil lateat, qui & præteritorum, & p̄sentium, & futurorum conscius est: & reddit vnicuiq; secundū opera sua, maximè cùm in persona separantis bonos à malis & conflatoris aduenerit. I a ¶ Et respondi, & dixi ad eū: quid sunt duæ oliuæ istæ &c.) Interrogante propheta quid significarēt duæ oliuæ: quarum altera stabat ad dexteram candelabri, altera ad sinistram: dominus siue angelus domini noluit respōdere. Q uod propheta intelligēs, secundò scisciatur, & dicit: Q uid sunt duæ spicæ istæ oliuarum, siue duo rami de minoribus interrogans, quoniam maiora audire nō meruit. Duo autem isti rami sunt in manu duarum narium, siue super duo rostra aurea, quæ Hebraicè צִנְתְּרוֹת, Græcè μυξωτῆρες appellantur, qui & ipsi duo μυξωτῆρες, super quos duæ spicæ sunt, vel dno rami oliuarū de auro purissimo. Cumq; & de duobus ramis propheta quæreret: & rursum interrogaretur ab angelo: vtrum nam sciret quid duo rami significarent: & ille dixisset, non domine: Respondit angelus domini, Isti sunt duo filij olei: vt Symmachus voluit: siue σιλπνότκτ, vt interpretatus est Aquila, id est splendoris: vel πιότητος, hoc est, pinguedinis, vt verterūt Lxx. aut λαμπρότητος, id est, claritatis, vt Theodotio transtulit: qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. De duabus oliuis quæ erant ad dextram lampadis & sinistram, suprà legimus: Et idcirco nunc interrogans super his propheta, non meretur audire: quia priora non retinet: siue quod ibi obscurius dictum est, hic manifestius audire desiderat: aut certè silentio angeli confutatur eius pertinacia, K. q̄ maiora se scire contendat: q̄q̄ Hebræi ideo eū de oliuis interrogantem, nihil audisse cōfirmēt: quia non bene interrogauerit, nec totum quæsierit quod scire debuerat. Deniq; postea pleniꝰ scisciatur addens, spicas vel ramos oliuarum:

a HEB. Et rēspondi & dixi ad eum: quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistrā eius? Et respondi secundò, & dixi ad eū: quid sunt duæ spicæ oliuarū, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: non domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei: qui assistunt dominatori vniuersæ terrę. Cap. V.

b ET cōuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi, & ecce volumen volās: & dixit ad me: Q uid tu vides? Et dixi: Ego video volumen volās: longitudo eius viginti cubitorū, & latitudo eiꝰ decē cubitorū. Et dixit ad me: Hęc ē maledictio quæ egreditur super faciem vniuersæ terræ: Q uia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc

SEP. Et respondi, & dixi ad eum: quid sunt duæ oliuæ istæ à dextris candelabri, & à sinistris? Et interrogaui secundò, & dixi ad eum: quid sunt duo rami oliuarū, q in manibꝰ duarū nariū aureorū sunt: & quę infundūt & retrahunt suffusoria aurea? Et dixit ad me: nescis qd sunt hæc? & dixi: nequaq̄ domīe. Et ait: Isti sunt duo filij pinguedinis qui assistunt dño vniuersæ terræ. Cap. V.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi falcem volantem. Et dixit ad me: Q uid vides? Et dixi: ego video falcem volantem, longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decē. Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc vsque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc

de quibus suprà tacuerat: ibi eī dixit: Q uid sunt duę oliuę istę: hic interrogat, quid sunt duæ spicæ oliuarum? μεταφορϊκῶς quòd in morem spicarum tectæ sint arbores, & quasi spicæ aristis, sic istæ vallo quodam ramorum atque foliorum tectæ sint, & in sublime surgentes. Duas oliuas quidam ē nostris filium interpretantur, & spiritum sanctum, & mediam lampadem deum patrem. Sed nescio quomodo absq; blasphemia, alterū à dextris, L alterum accipiāt à sinistris. Ramos quoq;, siue spicas oliuarū, incarnationem saluatoris, & similitudinē columbæ spiritus sancti edisserunt: quia totas oliuas videre nequeamus, sed partem quādam, & vt ita dicam, ramusculos incarnationis Christi, & ostēsionis spiritussancti nobis esse monstratos. Alij duo intelligūt testamēta: à dextris euangeliū: à sinistris legē: eo quòd in altero spiritu alis sensus sit, in altero corporalis: & quòd nec totū euangeliū, nec totam legem explanare possimus: & nunc ex parte cognoscamus, & ex parte prophetemus, & necdum possimus intelligere quod perfectum est. Sunt qui duos ramos oliuarū vel duas spicas, & filios pinguedinis vel splendoris: sacerdotium interpretentur & legem: quæ præbeant gaudium vniuersæ terræ. Alij Enoch & Heliam: quorū alter in præ- M putio, alter in circuncisione placuit deo, & cum corpore Gene. 5.c. raptus in cœlum est. Pro splendore, & oleo, & pinguedine, &. 4. Re. 2 & claritate: in Hebraico legimus יִצְהָר: iuxta illud quod de gaudio & fœlicitate sanctorum in psalmis scriptum est: In- Psal. 35.b. ebriabuntur ab vbertate siue pinguedine domus tuæ: πιότητος enim magis pinguedinem quàm vbertatem sonat. Hæc vt quiuimus, & vt vires ingenioli nostri ferre potuerunt, locuti sumus, & Hebræorum, & nostrorum varias opiniones breuiter perstringentes: si quis melius imò verius dixerit, & nos libenter melioribus acquiescimus.

Caput V.

b ET conuersus sum, & leuaui oculos meos &c.) Cōuersus, inquit, propheta, ad aliam visionem, & à lętis atq; fœlicibus oculos meos ad tristiora, sustollens: cerno volumen volans: quod Hebraicè dicit מְגִלָּה, & ab Aquila & Theodotiōe versum est διφθέρα, à Symmacho κεφαλὶς, id est, capitulum, iuxta illud quod in psalmo legimus: In ca- Psal. 39.b pitulo libri scriptum est de me: siue iuxta Lxx. δρέπανον πετόμενον, id est, falcem volantem. Omnia enim quę suprà viderat: ædificationem templi, aduētum domini saluatoris, libertatē de Babylone populi nunciarant. Itaq; ne eleuareꝰ 2. Corin. cū Apostolo cor eiꝰ: cui datꝰ est angelus satanę q eū colla- 12.b. phizaret,

A phizaret,ne ſe extolleret: videt & ipſe quæ triſtia ſunt: vt quicquid ex bonorum reuelatione arrogantiæ creuerat,ex triſtium comminatione decreſcat. Volumen autem volans oſtenditur,in quo omnium peccata deſcripta ſunt:vt vnuſquiſq; recipiat ſecundum opera ſua,ſiue bonum,ſiue malũ:
Dan. 7.c. dicẽte Daniele:Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt:Sin autem falcem accipimus, vt Lxx.tranſtulerunt: de Apocalypſi Ioãnis ſumamus exemplum, in
Apo. 14.e quo ſcriptũ eſt:Et reſpondit angelus,& dixit ei qui ſedebat ſup equum: Mitte falcem tuam acutiſſimam, & mete vineam tuã,quoniam maturę ſunt vuę
Deu.32.f. eiꝰ. Pro falce in Deuteronomio ſagittas & gladium legimus: Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius
B meus deuorabit carnes.Et quia deus angelis peccantibus nõ pepercit,qui proprio vitio habitaculum perdidere cœleſte: Ideo ipſe dicit per Eſaiam:
Eſa. 34.a. Inebriatus eſt gladius meus in cœlo. Gladio enim interibũt omnes peccatores populi: nõ vtiq; gladio corporali, ſi quidem multæ & diuerſæ præter gladium ad mortẽ viæ ſunt:ſed gladio ſpirituali, quo percutiendi ſunt qui non egerunt pœnitẽtiã, & quibus com-
Pſal. 7.c. minatur pſalmiſta proclamans: Niſi cõuertamini,gladium ſuum vibrabit:arcum ſuum tetendit:& parauit illum:Et in
Hiere. ipſo parauit vaſa mortis.Et in Hieremia legimus: Vſq;quo
47.d. ſecabis mucro vel gladius domini?Vſq;quo nõ quieſces?cõuertere in vaginam tuam.Iſte gladius nõ ſolum falx appellatur,quæ fœnum,ſtipulam,ſpinasq; ſuccidit: ſed & ſecuris arborum dicitur:quę ſuccidet qui non fecerint dignos fructus pœnitentiæ.Et de quibus Ioannes baptiſta proclamat:
Matt. 3.c. Ecce ſecuris ad radices arborum poſita eſt: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum,excidetur,& in ignem mitte-
C tur. Volumen iſtud in quo peccata omniũ deſcribũtur: ſiue falx quæ cunctorum delicta ſuccidit: mittitur in vineã Sodomorum:de qua ſcriptum eſt. Inimici noſtri inſipientes:ex
Deu.32.e. vinea enim Sodomorum vinea eorum,& propago eorum de Gomorris:Vua eorum vua fellis,& botrus amaritudinis eis. Furor draconum,vinum eorũ,& furor aſpidis inſanabilis. Hæc falx viginti habet cubitos longitudinis,& decem latitudinis:in quo numero triſtibus læta ſociantur.Ad hoc eñ dominus corripit vt emendet.In viceſimo,qui ex duabꝰ decadibus efficitur, auſtera & triſtia nunciantur:in decimo, id eſt,vna decade,meliora,& proſpera:Per omnia enim flagella atq; ſupplicia eruditur Iſraël. Simulq; moneamus eos qui parua putant crimina furtum atq; periurium, quòd inducatur maledictio quæ in volumine ac falce deſcripta eſt, in domum furis atq; periuri,& commoretur in ea,& omnia eius ligna lapidesq; conſumat. Quòd ſi in his quæ minora putantur(furtum dico,& periurium)tanta pœnarum comminatio eſt:quid dicimus de fornicatione,adulterio, homi-
Gala. 5.e. cidio,ſacrilegio: cunctisq; criminibus quæ ab Apoſtolo inter carnis opera numerantur?Legi viginti cubitos longitudinis,& decem latitudinis,ad ætatem referri domini ſaluatoris:id eſt,tricenarium numerum efficere: quod non iudi-
Ioan. 5.d. cet pater quenq; ſed omne iudicium dederit filio, & ab eo

HEB. ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educã illud,dicit dominus exercituum, & veniet ad domum furis, & ad domũ iurantis in nomine meo mendaciter, & cõmorabitur in medio domus eius, & cõſumet eum, & ligna eius,& lapides eiꝰ.
a Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me:Leua oculos tuos,& vide quid ſit hoc quod egreditur. Et dixi: Quid nam eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens, & dixit:Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc eſt impietas, & proiecit eam in medio anphoræ,& miſit maſſam plumbeam in os eius. Et leuaui

a ¶Et egreſſus eſt angelus,qui loquebatur in me,&c.)Amphora ſiue menſura egrediebatur, & ferebatur in aëre.Et ne dubitaremus quo propriè vocabulo nuncupetur:ipſe angelus qui oſtenderat amphorã,ſiue menſuram, illi nomen imponit,& dicit,iuxta Lxx. hæc eſt

SEP.ex hoc vſq; ad mortem cruciabitur:Et educã illud,dicit dominus omnipotens: & ingredietur in domum furis, & domum iurantis in nomine meo mendaciter: & requieſcet in medio domus eius,& cõſumet eum,& ligna eius,& lapides eius. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in me,& dixit ad me: Suſpice oculis tuis,& vide quid ſit quod egreditur, & dixi:Quid eſt? Et ait:Hęc eſt mẽſura quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi eleuatum eſt: & ecce mulier vna ſedebat in medio mẽſuræ,& dixit: Hæc eſt iniquitas, & proiecit eam in medio menſurę,& proiecit lapidẽ plumbeũ in os eius. Et leuaui

D iniquitas eorum in vniuerſa terra:Iuxta Hebræos:Hic eſt oculus: id eſt,oſtẽſio oĩm peccatorũ.Et ecce mulier ſedebat in medio amphoræ, vel menſuræ: quę apud Hebræos dicitur אֵיפָה crebroq; à Lxx. in ὑφὴ vertitur, & hęc ipſa mulier vocabatur impietas. Cũ hæc itaq; cerneret:ecce talentum plumbi, id eſt, maſſa inſtar lapidis ferebatur,vel ſuo impetu,vel dñi iuſſione: vel ferebat ab alio cuius nomen tacitum
E eſt. Angelus autẽ iſte qui loquebatur in propheta, & egrediens ex eo,illi vniuerſa mõſtrabat, arripuit mulierẽ quę vocabatur impietas,& præcipitẽ miſit in medium amphoræ, quæ prius liberè ferebatur,& ſupra ampho ram ſedens, omnibus apparebat.Ac ne fortè rurſum eleuaret caput,& ſua iniquitate & impietate gauderet, talentũ plumbi in modum grauiſſimi lapidis mittit in os amphoræ:vt impietatem in medio opprimat atq; concludat, ne quo modo poſſit erumpere. Hæc quaſi vmbras quaſdam & lineas futuræ imaginis duximus:vt quod reliquum eſt ſuis coloribus impleamus. Angelus qui loquebatur in propheta,egreſſus de eo,& quaſi cominus loquens præcipit illi vt leuet oculos ſuos,& videat peccata populi Iſraël, in menſuram coaceruata perfectam, & impleta delicta cunctorum: & hanc eſſe oculum eorum: quod Hebraicè dicitur עֵינָם, & ſcribitur per ם נ י ע: Siue iniquitatem eorum:quæ ſi per ו literam ſcripta eſſet: rectè legeretur אֲוֹנָם vt Lxx. putauerunt:& hic error in æditione
F vulgata frequenter inoleuit: vt quia ו & י literæ eadem forma, ſed menſura diuerſæ ſunt, altera legatur pro altera. Hæc amphora ſiue menſura, oculus eorum eſt in vniuerſa terra:hoc eſt,oſtenſio peccatorum,vt quorum vitia diſperſa latitabant,in vnum coaceruata oculis omnium panderẽtur: & egrederetur de loco ſuo Iſraël: & cunctis gentibus qualis in terra ſua fuerit, monſtraretur. Et ecce talentum plumbi portabatur. Pro talento plumbi in conſequentibus legimus lapidem plumbi. Talentum vocatur כִּכָּר: lapis אֶבֶן Ipſe eſt igitur lapis plumbi:quod nos manifeſtius exprimẽtes,maſſam vel ſphęram plumbi interpretati ſumus,ex quo ſignificatur pondus grauiſſimum peccatorũ. Et ſuper hanc menſurã atq; amphoram omnium delictorũ, media ſedebat impietas,quam alio nomine idololatriã poſſumꝰ appellare, & negationem dei. Vnde & à ſaluatore dicit ad Iudęos:Im- Mat. 23.d
plete mẽſurã patrũ veſtrorũ. Hęc impietas quę ſedebat ſuptã Iſraël:& in ſuo ſcelere gloriabat: poſtea mittit in mediũ Babylonis,& captiuitatis malo premit. Vel iuxta Theodotionẽ,ipſa ſe proijcit & abſcõdit in mediũ amphorę,ducitq; ſup ſe pondus grauiſſimũ plũbi,vt obturatũ os habeat, & vltrà ſe iactare nõ poſſit. Vel certè ab angelo dei opprimit:vt quę priꝰ lętabat in ſcelere,ęterno ſilentio cõticeſcat. Quo aũt,& à quibus cõcluſa porteť,ſequens lectio docet.

Et leuaui

G a ¶ Et leuaui oculos meos & vidi,& ecce duæ mulieres egredientes &c.)Duas mulieres egredientes, Iudæi arbitrãtur regnum Medorum & Macedonum,quorum vtrumq; afflixerit populum Babylonium,& ibi impietas eorum ſedem poſuerit. Hoc autem arte cõfingunt: ne quod de ſe dictum eſt, in ſe intelligatur.

Duę eñ mulieres quę egrediuntur,haud dubium quin de terra Iudæa, accipiendæ ſunt decem & duæ tribus: quarum alteræ ab Aſſyrijs, alteræ à Chaldæis captæ ſunt. Et in alis earum erat ſpiritus:id eſt,poteſtas diaboli: de quo in Eccle-
Eccl'ſ.10.a ſiaſte ſcriptum eſt: Si ſpiritus poteſtatẽ habentis aſcẽderit ſuper te:locum tuum ne dimiſeris. Et in euange-
Luc. 11.d. lio ſpiritum immundum legimus:qui cùm de domo ſua fuerit e-
H iect⁹, circũiens deſerta & arida, cum alijs ſeptem ſpiritibus nequioribus ſe reuertitur in priſtinam domum. Ab hoc igitur ſpiritu iſtæ mulieres quaſi vento flatúque raptatæ, volatu celeri ferebantur, & habebant alas,iuxta Hebraicum,חסידה:quod Aquila, Symmachus, Theodotio ἔρωδιον, id eſt,Erodionem:ſoli Lxx.ἔποπα, id
Miluus. eſt,vpupam tranſtulerunt. Haſidam Hebręi miluum putãt, auem rapaciſſimam, & ſemper domeſticis auibus inſidiantem.
Erodio. Erodionum verò, hi qui de volucrum ſcripſere naturis,tria genera autumant:vnum album,aliud ſtellatum,tertium nigrum,quod & ſæuiſſimum eſt & ſanguinarium, & pugnans,ad coitum impatiens:ita vt ex oculis eorum erum-
Vpupa. pat cruor. Vpupam autem quam nos de Græci nominis ſimilitudine traximus, nam & ipſi ἔποπα appellant ab eo q; ſtercora humana cõſideret: auem dicũt eſſe ſpurciſſimã:
I ſemper in ſepulchris: ſemper in humano ſtercore commorantem:deniq; & nidum ex eo facere dicitur, & pullos ſuos de vermiculis ſtercoris alere putreſcentis. Q uãcunque ex tribus auibus intelligere volueris haſidam:cõuenit iſtis mulieribus Iudæ,& Iſraëli:quæ propter peccata putentia traditæ ſunt dæmonum poteſtati, & ab eis ductæ in captiuitatem. Tuleruntq; amphoram ſiue menſuram,in qua clauſa tenebatur impietas, maſſa plumbi deſuper poſita ne poſſit exire,& pondus grauiſſimum omnium peccatorum per aërem inter terrã & cœlum. Q uod propheta intelligens,non interrogat quæ ſint iſtæ mulieres:patebat enim ſpiritui prophetali:nec quid portent,de quo ſuprà fuerat eruditus: ſed quó portẽt. Deniq; ſequit: Dixi ad angelum qui loquebatur in me:Q uó iſtæ deferunt amphoram? Q ui reſpondit: vt ædificetur ei domus in terra Sennaar. Pro quo Lxx. tranſtulerunt,in terra Babylonis. Sennaar enim campus eſt Chal-
Sennaar. dæorum:in quo hi qui mouerant ab Oriente pedes ſuos, &
Gene.11. in dei ſeruitute ſtare non poterant, ædificauerunt turrim
Babylon. ſuperbiæ:vnde & ciuitas ipſa appellata eſt Babylon, id eſt, confuſio,eo quòd ibi linguæ omnium confuſæ ſint atq; permixtæ. Impietas ergo defertur ab iſtis mulieribus in Babylonem:vt ibi ædificetur domus eius, & ſtabiliatur, & ponatur ſuper baſem ſuam,& æterna ſtatione requieſcat. Ve-

a HEB. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terrã & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Q uó iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

Caput VI.

b ET cõuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montiũ: & montes montes ænei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga ſecunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et reſpondi,& dixi ad angelũ qui loquebat in me: Q uid

rè enim in Babylone ſedes eſt impietatis:& iuxta hiſtoriam K
& iuxta myſticos intellectus. Si volueris duas mulieres accipere hæreticorum populos & Iudæorum, quorum vtriq; egrediuntur à facie dei:& ſpiritu feruntur incerto, & habent alas milui, erodij, & vpupæ: dum ſemper in modum perdicis faciunt diui- Hier.17.b
tias, non cum iudicio: & de eccleſia rapere feſtinant: & cõtentionibus ac iurgijs delectantur: & quoſcunq; deceperint, trahũt ad interitum: volutantur in cœno libidinum, & ſordibus ſempiternis. Iſtæ mulieres leuant põdus impietatis grauiſſimum,& ędificant in confuſione domum ſuam, & ſeruiunt regi Babylonio: vt ibi habitent hæreticorũ populi & Iudæorum:vbi morantur idololatrię, ligno & lapidibus ſeruientes.

SEP. Et leuaui oculos meos,& vidi: & ecce duæ mulieres egrediẽtes,& ſpiritus in alis earum,& ipſæ habebãt alas ſicut alę ſunt vpupę. Et eleuauerũt mẽſuram in terram & cœlũ. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Q uó iſtæ deferunt menſuram? Et dixit ad me: Vt ædificent ei domum in terra Babylonis:& pręparent,& ponant eam ibi ſuper ſedem ſuã.

Caput VI.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: Et ecce quatuor quadrigæ egrediẽtes de medio duorũ mõtiũ, & mõtes erãt mõtes ænei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecũda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij ſturnini. Et reſpõdi,& dixi ad angelum qui loquebat in me: Q uid

b ET cõuerſ⁹ ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: L
Et ecce q̃tuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, &c.) Tranſiui, ait,ad aliã viſionem:& oculos cordis mei ad cœlum altius ſubleuaui: Vidíque quatuor quadrigas egredientes de medio duorum montium qui erãt ænei,id eſt,inſuperabiles atq; fortiſſimi:& qui nulla poſſint vetuſtate conſumi: Q uos enim ſuprà montes myrteos, vel vmbroſos dixerat atque nemoroſos: nunc æneos vocat. In quadriga prima equi rufi erant,cruenti, & ſanguinarij: & Babylonia crudelitate terribiles. In quadriga ſecunda,equi nigri:regnum Medorum atq; Perſarum: quòd bigæ ſedens & egrediens per Aſſueri regis edictum, mortem omnium Iudæorum triſti nuncio præferebat. In quadriga tertia,equi albi, Macedones: ſub quorum rege Antiocho Machabæorum victoriam legimus. In quadriga quarta, equi varij fortes. Scimus enim Romanorum reges, alios in gentem Iudæam fuiſſe clementes:vt C. Cæſarem, Auguſtum & Clau- M
dium:alios perſecutores atque terribiles, vt C. Caligulam, Neronem, Veſpaſianum & Hadrianum. Pro fortibus quos Aquila κρατέρους: Septuaginta ϕαιοὺς tranſtulerunt: in Hebraico ſcriptum eſt אמצים. Et quædam exemplaria malè habent πυῤῥοὺς, confundentia colorum differentias atque regnorum, cùm πυῤῥοὶ, id eſt, rufi non אמצים ſed אדמים appellentur. Propheta ergo quærente quid ſibi vellent ſignificare quæ cerneret: angelus qui loquebatur in eo reſpondet,& narrat quatuor eſſe ventos cæli,id eſt,quatuor plagas mundi, quæ Græci vocant κλίματα, qui aſſiſtant & pareant domini voluntati. Nihil enim hæc quatuor regna,quæ diximus,abſque domini voluntate fecerunt. In qua erant equi nigri:egrediebantur,inquit,in terram Aquilonis. Q uàm pulchrè quadriga prima in qua erant equi rufi prætermittitur: & quid ſecunda & tertia fecerint quartaq; deſcribitur. Iam enim eo tempore, quo hæc propheta referebat,regnum præterierat Babylonium,& omnem Aſiã, Medorum potentia poſſidebat: ſub quorũ rege Dario, anno eius ſecundo, menſe vndecimo, qui appellatur שבט, viceſima quarta die menſis, omnia quæ ſuprà expoſui-

mus,contem-

A mus,contẽplatur. In qua erant igitur equi nigri,egrediebãtur in terram Aquilonis : vt Chaldæorum regnum modica virtus euerteret . Et hoc notandum,quòd κλίματα, id eſt, plagæ orbis & mundi:iuxta ſitum Hieruſalem,& templi in ſcripturis ſanctis appellentur. Albi quoq; egreſſi ſunt poſt eos , ſecuti Medorum Perſarumq; veſtigia , reges Macedonum, vt Chaldæos ac Babylonem ſuo imperio ſubiugarent. Quarti verò, id eſt , ſturnini & varij, pro quo in Hebræo legitur, בְּרֻדִּים & qui alio nomine appellantur amaſſim , id eſt,fortes atq; robuſti: egreſſi ſũt ad auſtralem plagã:& totã terram impetu celeri luſtrauerunt : Clamatq; angelus qui loquebatur in propheta,ad imperium Romanorum: Ite perambulate terram, & orbem circuite terrarum , veſtriſq; pedibus cuncta regna ſubſternite . Conuerſusq; ad prophetã clara voce teſtatur: Ecce qui egrediũtur in terram Aquilonis:requieſcere fecerunt ſpiritum meũ in terra ad quam profecti ſunt. Traditum mihi eſt ab Hebręis in loco vel difficillimo : quòd Alexander & omnes Macedones, id eſt, equi albi qui egreſſi ſunt poſt Medos & Perſas : qui & ipſi perrexerant in terram Aquilonis , requieſcere fecerint ſpiritum prophetalem in terra Aquilonis:eo quòd cõtra Medos dei impleuerint voluntatem,& in breui imperiũ Medorũ atq; Perſarum à Macedonibus ſit deletum. Grandis enim eorum eſt conſolatio qui premuntur,ſi ſciant hoſtes ſuos citò eſſe perituros. Hæc vt potuimus , imò vt accepimus,noſtræ linguæ ſtudioſis tradimus,ſequentes hiſtoriæ veritatem: Nec quadrigas Pharaonis,& currus Babylonios inſtar explanationis Aegyptiæ tenaci memoria cõquirentes:Non enim quid vbi ſcriptũ,ſed quâ ratione ſit ſcriptum conſiderandum eſt. Iuxta allegoriã quæcunq; in quatuor cornibus & quatuor fabris diximus,etiam in præſenti loco accipiamus. Legi in cuiuſdam volumine quatuor quadrigas, in quibus ſunt equi rufi & nigri,& albi , & varij, ac fortes, quatuor euangelia intelligenda , & equos apoſtolos p diuerſitatem colorũ diuerſas gratias poſſidẽtes:quorũ alij rufi ſint in martyrio:alij obſcuri,& nigri , & Chriſti myſteria cognoſcẽtes: de quibus dicatur in pſalmis:Caligo ſub pedibus eius . Et:Poſuit tenebras latibulũ ſuũ. Alij albi gratia virginali:alij varij & fortes, habentes gratiam curationum diuerſarũq; virtutum. Hæ quadrigæ quatuor ſiue currus:miſſi ſunt in quatuor vẽtos cœli:id eſt, ad cardines mundi, & vniuerſum orbem terrarum:vt explerẽt domini voluntatem:quibus poſtea infertur ab angelo: Ite,& perambulate terram:& in cunctis terrarum finibus euãgelium ſeminate. Hoc quoq; quod ſequitur: Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis:ſic explanauit:vt diceret requieuiſſe ſpiritum domini,ſiue angeli:quando in terra Aquilonis, diaboli regna duriſſima apoſtolica prædicatione ſubuerſa ſunt : & hæc eſſe regna quæ domino ſaluatori in monte excelſo diabolus oſtendens,ſibi tradita gloriatus ſit. Matt. 4.

HEB. Quid ſunt hęc dñe mi? Et reſpondit angelus, & ait ad me : Iſti ſunt quatuor venti cœli q egrediũtur vt ſtent coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri : egrediebant in terrã Aquilonis : & albi egreſſi ſunt poſt eos : & varij egreſſi ſunt ad terrã Auſtri. Qui autem erant robuſtiſſimi: exierunt, & quærebant ire & diſcurrere per omnem terrã. Et dixit : Ite & perambulate terrã, & perambulauerunt terram. Et vocauit me , & locutus eſt ad me , dicens : ecce qui egrediuntur in terrã Aquilonis,requieſcere fecerũt ſpiritũ meũ ĩ terra Aqlonis.

SEP. Quid ſunt hæc domine? Et reſpondit angelus qui loquebatur in me, & dixit : Hi ſunt quatuor venti cœli qui egrediũtur vt aſſiſtant domino omnis terræ. In quo erãt equi nigri : egrediebantur ſuper terram Aquilonis , & albi egrediebantur poſt eos : & varij exibant in terram Auſtri : & ſturnini egrediebantur, & conſiderabãt vt circuirent terram . Et dixit : Ite & circuite terrã, & circuierunt terram : & clamauit,& locutus eſt ad me dicens : Ecce qui egrediuntur ſuper terrã Aquilonis: requieſcere fecerunt furorem meum in terra Aquilonis.

Et factum

Et factus

Commentarij primi in Zachariam prophetam,finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN SECVNDVM COMMENTARIORum Zachariæ,ad Exuperium Tholoſanum epiſcopum,procœmium.

AB obſcuris ad obſcuriora trãſimus:& cum Moyſe ingredimur in nubem, & caliginẽ. Exo. 24.d
Abyſſus abyſſum inuocat,in voce cataractarum dei:& gyrans gyrando vadit ſpiritus,& in circulos ſuos reuertitur. Labirynthios patimur errores,& Chriſti cæca regimus filo veſtigia. Ad hanc difficultatem vrget petaſatus libri portitor : dimidium facti qui bene cœpit habet:quanto magis nos qui tertiã partem iam confecimus vię, eodem debemus in reliquis labore ſudare:ne perdamus præterita,& imperfectũ opus augeat lectoris deſideriũ. Itaq; mi Exuperi papa venerabilis,adeſto præſens orationibus,qui corpore abſens es,& impetra à domino vt auferatur à facie mea velamen Zachariæ,quod ante oculos oſtendebatur Moyſi,quia fulgorẽ vultus eius,vulgus ignobile ferre non poterat: vt ego quoq; cum Dauid queam dicere: Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Secundi libri explanationum in Zachariam iſtud exordium eſt:quem tanta celeritate dictamus, vt penè non ſit emendandi ſpacium:dum frater Siſinnius Aegyptum ire feſtinat:vt odorem bonæ fragrãtiæ, qui à te miſſus eſt fratribus,illuc quoq; perferat: Et nequaquam Aethiopiæ flumine, ſed Galliarum largiſſimis aquis rigentur arua ſitientia.

Pſal. 41.b
Eccl's. 1.a.
Exo. 34.g & 2. Cor. 3.c.
Pſal. 67.c

Commentariorum

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Zachariam prophetam, liber Secundus.

G

T factum est verbum domini ad me dicẽs: Sume &c.) Semel proposui arcana eruditionis Hebraicæ, & magistrorum synagogæ reconditam disciplinam, eam duntaxat quæ scripturis sanctis conuenit, Latinis auribus prodere. Quamobrẽ necesse mihi est in locis obscurissimis historię lineas ducere, & sic quæ ab ecclesiasticis viris accepi proferre in mediũ: lectoris arbitrio quod magis sequi debeat relinquens. Et primùm lectionis ordo reddendus est: vt quod dicit
H iuxta literã perspicuũ fiat. Accipe, inquit, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia, qui de Babylonica captiuitate venerunt, & sumes ab eis quæ offerunt munera, argẽtum, & aurum, & intrabis domũ Iosiæ, filij Sophoniæ: & ibi facies coronas, auri atq; argenti varietate distinctas: non vnã coronam: sed vel duas vel plures: עֲטָרוֹת quippe, id est, στέμματα, nõ vnum: sed vel dualem vel pluralem numerũ significant. Cùmq; coronas feceris, impones vnam ex eis in capite
I Iesu filij Iosedech sacerdotis magni & loquêris ad eum: Hęc dicit dominus omnipotens: Ecce vir cuius nomen est, Oriẽs: quod Hebraicè dicitur צֶמַח non per ס sed per צ literam scriptum. Qui idcirco Oriens, id est, ἀνατολή, vel ἀναφύη siue βλάστημα nũcupatur: id est, germen: quia ex se repentè succrescet: & ex radice sua in similitudinẽ germinis pullulabit: qui virẽdificabit tẽplum domini. Cumq; illud extruxerit: ipse quoq; portabit gloriam: id est, coronã alteram quæ Hebraicè הוֹד & ab alio ἐπιδόξοτης: ab alio ἐωϊπρέπεια: ab alio ἀρετή: ab alio δόξα scribitur, quæ vel inclytũ, vel decorem, vel virtutem, vel gloriam sonant. Significari autẽ putant Zorobabel: qui ex humili atq; captiuo in ducem populi Iudaici repentè consurgens, ædificauit tẽplum domini: & sedit super solio suo, & principis potestate dominatus est: sed & põtifex, inquit, Iesus filius Iosedech sedebit in sacerdotali throno, & iunctis animis atq; consilijs dei populum gubernabunt. Et erit pax inter duos illos: hoc est inter eum qui de tribu regia est, & eum qui de Leuitica stirpe descendit, vt sacerdotium pariter & regnũ dei populum regant, ipsasq; coronas quas de auro feceris, & argento, postq̃ impositæ fuerint capiti Iesu filij Iosedech, & capiti Zorobabel filij Salathiel: nominibus eorum à quibus oblatæ sunt, consecrabis in tẽplo, id est, Helem & Tobiæ & Idaiæ & Hen. Nomen secundũ & tertiũ, idẽ est quod suprà. Primum mutatũ est, & pro Holdai nunc Helem posuit. Quartum quod suprà non dixerat additũ, hoc est, Hen: de quibus loquemur in cõsequentibus. K

HEBRAEI.

a

T factũ est verbũ dñi ad me, dicens: Sume à trãsmigratiõe ab Holdai & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophonię qui venerunt de Babylone. Et sumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesũ filij Iosedech sacerdotis magni: & loquêris ad eum dicens: Hæc ait dominus exercituũ, dicẽs: Ecce vir, Oriẽs nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templum domino. Et ipse extruet templum domino, & ipse portabit gloriã, & sedebit & dominabitur super solio suo, & erit sacerdos super solio suo: & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erũt Helem & Tobiæ & Idaiæ & Hen filio Sophonię, memoriale in tẽplo domini. Et qui procul sunt, venient & ædificabunt in templo domini, & scietis quia dominus exercituum misit me ad vos: erit autem hoc si auditu audieritis vocem domini dei vestri.

Et factum

SEPTVAGINTA.

T factus est sermo domini ad me, dicẽs: Accipe quę de captiuitate sunt à principibus, & ab vtilibus eius, & qui cognouerunt eam: & ingredieris tu in die illa in domum Iosię filij Sophonię, qui venit de Babylone, & accipies argentum & aurum, & facies coronas, & impones super caput Iesu Iosedech sacerdotis magni, & dices ad eum: Hęc dicit dominus omnipotẽs: Ecce vir, Oriẽs nomẽ ei9: & subter eum orieť, & ędificabit domum domini, & ipse accipiet virtutem, & sedebit, & imperabit super throno suo. Et erit sacerdos à dextris eius, & consiłjum pacis erit inter duos: corona autem expectantibus & vtilibus eius, & qui cognouerunt eã, & in gratiam filij Sophonię, & in psalmum in domo domini: & qui longè sunt ab eis, venient & ędificabunt in domo domini. Et scietis quia dominus omnipotẽs misit me ad vos: & erit, si auditu audieritis vocẽ domini dei vestri.

Et factum

bitur.Et in Apoſtolo:Lac vobis potū dedi,non eſcā. Pro eo quod nos in Lxx.diximus: καὶ κατοικήσουσιν ἀλλογενεῖς ἐν Ἀζώτῳ:id eſt,& habitabūt alienigenæ in Azoto:in Hebræo legitur,habitabit,vel ſedebit, יֵשֶׁב in Azoto:p quo nos poſuimus:& ſedebit ſeparator in Azoto. Separatorē dñm intellige: qui frumentum à paleis ſeparet, & piſces bonos à piſcib⁹ malis: & argentū & aurū à ſordib⁹ ſcoriaq; diſcernet.Cumq; hoc fecerit, pmittit & cætera: Diſpdā iniuriā vel ſuperbiā Philiſtinorū. Pro quib⁹ Lxx. alienigenas id eſt,ἀλλοφύλων trāſtulerūt. Philiſtim interpretātur in lingua noſtra,cadētes poculo: q̄ de calice biberit Babylonis, & inebriati corruerint. Hi itaq; tēpore vocatiōis gentiū & aduētus Chriſti nō habebunt ſuperbiā,ſed humilē & māſuetū ſequētur Ieſum.Et auferet de ore eorum ſanguinē:verba blaſphemiæ,& abominationes,idolorū cultum, & eſum eorū quæ immolata ſunt idolis, de medio dentiū eorū: vt poſtq̄ hęc ablata fuerint,ipſi Philiſtijm,hoc eſt,alienigenę relinquant̄ domino:& ſit dux in Iuda,id eſt,in populo dominum cōfitente:vt prior populus qui erat in capite,vertatur in caudā, & nouiſſimus qui erat cauda, in caput trāſeat:& Accaron ſterilis quondā: & idcirco eradicata,ſit quaſi Iebus,id eſt, quaſi Hieruſalem. Hæc enim ciuitas tribus nominibus appellatur:Iebus,Salem & Hieruſalē.Et circūdabo,inquit,domū meā,hoc eſt,eccleſiam,ex his qui militāt mihi:id eſt,ex his qui mihi ſeruiunt in varijs miniſterijs:& ad meum imperiū huc illucq; diſcurrunt,eūtes & reuertētes:Siue circūdabo domū meam angelorum præſidio:de quibus & in alio loco ſcriptum eſt: Immittet angelus domini in circuitu timentiū eum, & eripiet eos: vt non ſit qui vadat & reuertatur: hoc eſt, qui inſidias meo populo moliatur. Nec trāſibit ſup eum vltrà exactor: de quo dicit Eſaias:Ceſſauit exactor:vel certè ἠφάνισται, id eſt,foras educēs,& vinctos in captiuitatē trahēs:quia oculis ſuis,quos prophetas & omnes ſanctos intelligere poſſumus:vidit dominus vocationē gentiū & eccleſiæ ſecuritatē. b ¶Exulta ſatis filia Sion:iubila filia Hieruſalē &c.) Hanc prophetiā Euāgeliſtę ſcribūt eſſe cōpletā,quādo dñs ingreſſus eſt Hieruſalē,ſedēs ſup aſinā & pullū aſinæ: & puerorū cum palmarū ramis occurrit turba,clamantiū:Benedictus q venit in nomine dñi:oſanna in excelſis:& increpātib⁹ phariſeis cur nō corriperet clamātes pueros:Reſpondit:Non legiſtis: Ex ore infantiū & lactentium pfeciſti laudē? Exultat ergo Sion & iubilat Hieruſalē:vna atq; eadē ciuitas:Siō eñ arx eſt Hieruſalē:quia venit ei rex ſuus:qui omnium pphetarum vaticinijs repromiſſus eſt : Iuſtus & ipſe ſaluator, id eſt, Ieſus:ſicut angelus interpretatus eſt,loquens ad virginē: Et vocabitur Ieſus:quia ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis.Pauper quoq;,ſiue vt Lxx.trāſtulerunt, māſuetus:qui cùm diues eſſet,pro nobis pauper factus eſt: & dicit in Euangelio:Diſcite à me,quoniā māſuetus ſum & humilis corde.Et,aſcendens ſuper aſinam ſubiugalē,ſiue ſuper pullum nouum: vtrumq; videlicet populū,circūciſionis & præputij:quorū prior grauiſſimum legis portauerat iugum:ſicut in Actis Apoſtolorum ſcriptum eſt: Nec nos, nec patres noſtri

1.Cor.3.a. D

*in Græco ſic, ἐν ᾧ παραπῶμαι ἀυτῆς.

פְּלִשְׁתִּים

E

יְבוּסִי שָׁלֵם יְרוּשָׁלַם

Pſal.33.

Eſa.14.b. F

Matt.21.a

Pſal.8.a.

Zach. 9.b

יְהוֹשֻׁעַ

Luc.1.c.

Matt.11.d

Act.15.c.

G tres noſtri potuerũt portare graue legis iugũ. Vnde & Pau
Gal.5.a. lus ſcribit ad Galatas,qui circuncidi volebant:State,& nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Pullus autem nouus,gentilium multitudo,frena nõ habẽs legis,nec rectus ab aliquo, ſed ſemper in præcipitijs & in voraginibus idololatriæ eliſus atq; cõfractus,domini ſeſſiõe didicit ambulare & rectam viam ingredi.Et diſperdam, inquit, quadrigã ex Ephraim . Adhuc ex dei patris perſona dicitur, q̃ quadriga ſiue currus ex Ephraim pereat, & equus de Hieruſalẽ. Et interim ſecundũ literã hæc loquitur:Non erunt prælia: omnibus Chriſti aduẽtu & natiuitate pacatis.Porrò ſecundũ altiorẽ intelligẽtiam,Ephraim refertur ad hæreſum multitudinem,quæ interpretatur אֶפְרַיִם καρποφορία.i.vbertas H & frugũ abundãtia: de quibus ſcriptum eſt in ſeptuageſimo ſeptimo pſalmo: Filij Ephraim intendentes & mittẽtes arcum,conuerſi ſunt in die belli.De
Pſal.19.b. his quadrigis & currib⁹ legim⁹:Hi in currib⁹ & hi in equis, nos autẽ in nomine dñi dei noſtri inuocabimus:ipſi obligati ſunt & ceciderũt,nos autẽ ſurrexim⁹ & erecti ſumus.Equus
Pſal.32.d qui diſperditur de Hieruſalẽ,ille eſt de quo legimus: Fallax equus in ſalutẽ.Et in Hieremia:qui luxuriæ vacabant & li-
Hier. 5.c. bidini,audiunt:Equi inſanientes in fœminas facti ſunt mihi: vnuſquiſq; ad vxorẽ proximi ſui hinniebat.Vnde reuocãtur
Pſal. 31.c. ad pœnitudinẽ,dicẽte pſalmographo:Nolite fieri ſicut equ⁹ & mulus , quibus nõ eſt intellectus.Cum̃q; diſperderit deus curr⁹ Ephraim & equũ de Hieruſalẽ,q̃ de iſtiuſmodi equis & curribus fuerint liberati,transferẽtur in dñi ſeruitutẽ, &
Ibi. 67.d. efficiẽtur Cherubim:& de ipſis dicẽt:Currus dei decẽ miliũ
Cant. 1. c. multiplex,milia lætantiũ.Et:Equitatui meo in currib⁹ Pha-
Habac.3.b raonis aſſimilaui te proxima mea.Et: Aſcẽde equos tuos,& equitatio tua ſalus.Diſſipabit arcus belli,vt nõ mittãtur ignita iacula,quæ voluptuoſorũ poſſint corda ꝓcutere.Et lo-
Gen.49.b quetur pacẽ gẽtib⁹:de quib⁹ ſcriptũ eſt: Ipſe erit expectatio I gẽtiũ.Et rurſum:Sup ipſum gẽtes ſperabũt.Et poteſtas eius à mari vſq; ad mare,& à fluminib⁹ vſq; ad fines terræ. Hoc nõ eſt extenuandũ per allegoriã,ſed credendũ verè eſſe com
Pſal.2.b pletũ,ſecundũ illud quod legimus:Poſtula à me,& dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã,& poſſeſſiõẽ tuam terminos terræ. In ſeptuageſimo quoq; primo pſalmo ſub ꝓſona Salomonis & veri pacifici dicitur:Et dominabitur à mari vſq; ad mare,& à flumine vſq; ad terræ terminos. a ¶Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos &c.) Poſtq̃ ſermo prophetæ,imò ipſe deus pater omnipotẽs,nunciauit Sion & Hieruſalẽ quòd veniret ad eas rex ſuus,mitis,& aſcẽdẽs ſup aſinã ſubiugalẽ,& pullũ aſinæ:& poteſtas eius eſſet futura à mari vſq; ad mare,& à fluminib⁹ vſq; ad terminos terræ:facit apoſtrophã ad ipſum Chriſtũ,de quo vaticiniũ eſt,& loquit:Tu quoq; in ſanguine teſtamẽti ſiue pacti tui,emiſiſti vinctos tuos de lacu,in quo nõ eſt aqua. Q̃d ita intelligitur: In ſanguine paſſionis tuæ eos qui vincti in carcere tenebãtur inferni: in quo nõ eſt vlla miſericordia,tua clemẽtia liberaſti.Denique poſtq̃ dominus reſurrexit,hi qui peccatis Adã:ſiue,vt quidã volũt,erroris inoliti,ac mortis vinculis tenebãtur: reſurrexerunt cũ eo,& apparuerũt in ſancta ciuitate. De hoc ſanguine teſtamenti, & ipſe futurã indicãs paſſionẽ, ad diſcipulos
Mat.26.b loquebat:Accipite,& bibite ex hoc omnes:hic eſt enim calix noui teſtamenti in ſanguine meo. In huius præfigurationem

HEB.dens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim, & equũ de Hieruſalem, & diſſipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus: & poteſtas eius à mari vſq; ad mare,& à fluminibus vſq; a ad fines terræ. Tu quoque in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo nõ eſt aqua,conuertimini ad munitionem vincti ſpei: hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. Quoniã extẽdi mihi Iudã,q̃ſi arcũ ipleui Ephraĩ, & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia,

SEP.dens ſuper ſubiugalem & pullũ nouũ: & diſpdet q̃drigas ex Ephraim & equũ de Hieruſalem: & diſperdet arcus pugnãtiũ & multitudinẽ, & pacẽ ex gẽtib⁹: & dominabitur ab aquis vſq; ad mare:& à fluminib⁹ vſq; ad exitus terr̃.Et tu in ſanguine teſtamẽti emiſiſti vinctos tuos de lacu qui non habet aquam: ſedebitis in munitione vincti congregationis: & pro vna die peregrinationis tuę duplicia reddã tibi. Quoniã tetẽdi te Iuda mihi quaſi arcũ: impleui Ephraim,& ſuſcitabo filios tuos Siõ ſup filios Græcorũ:

lacus qui nõ habet aquas:& Ioſeph à fratrib⁹ miſſus eſt in la Gen. 37.d
cum:& Daniel & Hieremias à Chaldęis & populo Iudęorũ: Hiere.37.
Banaias quoq; tẽpore niuis & frigoris deſcendit in lacum,vt &.38.
ibi leonẽ interficeret.Hieremias autem non in aquã laci,ſed Dan.6.e
in lutũ cœnũ̃q; laci demergitur: quod poſſet ſuffocare ma- 2.Re.23.c
gis q̃ refrigerare ſitientẽ. Vnde in pſalmo ſcri K
bitur:Infixus ſum in li- Pſal.68.a.
mum ,pfundi,& non eſt ſubſtantia.In hoc lacu- inferni morabat diues Luc.16.
ille quõdã purpuratus: cuius lingua magniloqua pœnarũ exurebat incendijs: & intãtũ non habebat vlla aquarum refrigeria,vt extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigerium poſtularet. Rurſũ̃q; ad ipſos qui vincti erãt,& Chriſti miſericordia liberãdi ſermo dirigitur:Cõuertimini ad munitionẽ vincti ſpei.Et eſt ſen L
ſus: Q ui nũc victi eſtis & immiti atq; terribili inferno tenemini:q ſolutionẽ vinculorum in Chriſti ſperatis aduentu:cõuertimini ad munitionẽ, ſiue ſedebitis in munitione:de qua ſcriptũ eſt: Munimentũ ſancti timor domini:vt poſſitis dicere:Eſto mihi in deũ protectorẽ Pſal.39.a.
& in locũ munitũ,vt ſaluũ me facias:& de vobis quoq; propheta cõmemoret:Ecce ciuitas firma, & ſalutare noſtrũ ponet murũ & antemurale. Hanc autẽ munitionẽ ad quã deus Eſa.26.a.
cohortatur vinctos ſpei,ſiue vinctos ſperãtes eccleſiæ:nõ aliã debemus accipere niſi habitationem paradiſi:in quã primus Luc. 23.f.
cũ domino latro ingreſſus eſt:& idcirco ꝓ Zachariã prouocãtur ad munitionẽ:quia iã tunc & ex illo tempore dominus ,pmittebat,vt pro breui tribulatione,æterna reciperẽt præmia. Siue,vt in Lxx.legitur:pro vna die peregrinationis tuę, duplicia reddã tibi. Ad cõparationẽ enim æternitatis, omne q̃d patimur in mũdo vna dies appellãda eſt: non habitationis,ſed peregrinationis.Q uia aduenę ſumus & peregrini ſicut omnes patres noſtri.Nam in præſenti momentaneum & leue tribulationis noſtræ,ſupra modũ in ſublimitate æternę gloriæ pondus operatur in nobis:nõ contẽplantibus quæ videntur,ſed quæ nõ videntur.Q uæ enim vidẽtur,temporalia M
ſunt:quæ autem non videntur,æterna. b ¶Q uoniã extẽdi mihi Iudã &c.)Hoc Iudæi ad Machabæorum tẽpora referunt: qui vicere Macedonas:& ſordidatũ templũ idololatria,poſt triũ & ſemis annorũ ſpatiũ mundauerunt.Q uod̃q; ſequitur: Q uaſi arcũ impleui Ephraim:eos ſignificari exiſtimant,qui de decem tribubus quæ appellãtur Iſraël,venerant ſub Ezechia:quibus etiã Ioſias regnaſſe memoratur: ita dũtaxat vt prius teſtimonium aliter q̃ nos explanauimus interpretentur & dicant:O Chriſte,quem ſperamus eſſe venturum: & qui regnaturus es in vniuerſis terminis terræ: in ſanguine teſtamenti tui quo conſperſam Hieruſalem, iuxta Ezechiel in ſuo ſanguine reperiſti:& iniſti pactũ cum Abra- Gen.15.bc
ham in diuiſionibus vituli & arietis & hirci: dimiſiſti populum tuum Iſraël de captiuitate & camino Chaldæorum, in quibus nulla erat miſericordia: Propterea & vos,ô Iſraëlitę, qui vincti eratis:& ſperabatis in domino,reuertimini ad munitiſſimam Hieruſalem:quoniam hodie vobis habetis dominum pollicentem:quòd pro breui captiuitatis iniuria, dupli cata omnia recipiatis: ſicut recepiſſe legimus & Iob. Iuxta tropologiam hic locus explanari ſic poteſt: Extendit Iudas Tropol.
in arcu,cùm dominus atq; ſaluator à patre in hunc mundum mittitur, q̃ ipſe eſt & arcus,& ſagittarius & ſagitta. Arcus, vt in præſenti loco.Sagittarius, vt in xliij. pſalmo: Sagittæ

tuæ acutæ

A tuæ acutæ potentissimæ: quibus cũ fuerit vulneratus, dicit:
Cant. 4. c. Vulneratus charitate ego sum. Sagitta verò ipse est, qui lo-
Esa. 49. a. quitur per Esaiam: Posuit me sicut sagittam electã: & in pha
retra sua abscondit me. Sagitta electa, verbum dei est: pha-
retra in qua sagitta absconditur, dispensatio carnis assum-
ptæ. Hac impletur E-
phraim, vt cùm arma-
tus fuerit & paratus ad
bellum: & ipse cum gẽ
tib⁹ sagittis domini vul
neretur: ex cuius tribu
primus populum scidit
3. Re. 12. f Hieroboã: quem in hę-
reticorum persona ac-
cipi, Osee propheta ple
nius demonstrat: & qđ
Psal. 77 b suprà diximus: Filij E-
phraim, intendentes &
mittentes arcũ, cõuersi
sunt in die belli. Susci-
tante enim domino fi-
lios Sion: hoc est, filios
ecclesiæ: & contrariorũ
dogmatum magistri, &
B philosophorum omnis
assertio atq; argumẽta
gentilium destruentur:
quia ipse dominus gla-
dius fortiũ est: de quo
Ibi. 44. a. dicitur: Accingere gladio tuo sup fœmur tuũ potentissimè.
Specie tua & pulchritudine tua: intẽde, prospere procede &
regna: Propter veritatem & mansuetudinẽ & iustitiã, & de-
ducet te mirabiliter dextera tua. Hoc gladio Aethiopes vul
Soph. 2. c. nerãtur, de quib⁹ scriptũ est: Et vos Aethiopes vulnerati meo
gladio eritis, qui postq̃ Christi gladio fuerint vulnerati, de-
Psal. 89. d ponent tetrum colorem, & exultantes loquentur: Erit splen
dor domini dei nostri sup nos: quod & Dauid sibi post pœ
Ibi. 50. b nitentiã repromittit: Lauabis me, & super niuem dealbabor.
Heb. 4. c. Iste est gladius de quo scribit Apostolus: Viuens sermo dei
& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & ptingens
vsq; ad diuisionẽ animæ ac spiritus. a ¶Et dominus deus
sper eos videbitur &c.) Et hunc locũ ad Machabæorũ re-
ferunt tẽpora, ꝙ illis contra Antiochum dimicantibus atq;
vincentibus, domini fuerit pugna atq; victoria: qui egressus
sit fortis ad præliũ: & instar fulguris illius potẽtia appare-
rit, victisq; aduersarijs & turbinis more dispersis, protexerit
populum Iudæorum. Nos autem referemus cuncta ad intel
C ligentiã Saluatoris, de quo suprà dictũ est: Extendi mihi Iu-
dam quasi arcũ. Quo extento & hæreticis atq; gentilibus à
Sion filijs interfectis, apparebit gloria domini: & egredietur
vt fulgur iaculũ eius: de quo fulgure & in Habacuc legim⁹:
Habac. 3. c In luce sagittarũ tuarum ibunt in splendore fulgurãtis ha-
stæ tuæ. Quod fulgur & splẽdor, ália vocabulo tuba appel
latur & clangor: vt cùm sanctus clamor insonuerit, dicat qui
prius surdis auribus fuerat: disciplina domini aperuit mihi
aures: & dedit mihi aurem ad audiendũ. Quodq; sequitur:
Et vadet in turbine Austri: siue vadet in motu cõminationis
suæ. Ideo cõminatur & dicit se illaturũ esse supplicia, vt pœ
nitẽtium misereatur. Deniq; iungit & dicit: Dominus omni-
potens proteget eos: quos prius sua cõminatione terruerat.
Legamus historiã Niniuitarum. b ¶Et deuorabunt &c.
eleuabuntur super terrã eius.) Pro eo quod nos diximus, ele
uabuntur: & in Hebraico scriptum sit מְרוֹמְמוּ: potest in-
terpretari vagantes, siue fugiẽtes. Protectis filijs Sion & do-
mino canẽte, & vadẽte in turbine cõtra aduersarios eorum:
tanta erit ruina Græcorũ, vt nõ dicã gladijs, sed iactu lapidũ
& fundarũ rotatibus opprimãtur: ita vt prædę sint & deuo
rationi inimicis suis. Tũc bibẽtes inebriabuntur quasi vino:
Nõ hi qui cęsi sunt ebrij erũt sanguine suo: sed hi qui vice-
rint quasi ebrij cũ desperatione pugnabunt, & placebunt dño
quasi altaris cornua, eiusq; libatio. Hoc enim intelligitur in

HEB. Græcia, & ponam te quasi gladium fortium.
a Et dominus deus sup eos videbitur: & exibit vt fulgur iaculũ eius: & domin⁹ deus in tuba canet, & vadet ī turbine Austri. Dñs exercituum proteget eos.
b Et deuorabũt & subijciẽt lapidibus fundę: & bibentes inebriabũtur quasi vino: & replebũtur vt phialæ, & quasi cornua altaris: & saluabit eos dominus deus eorum in die illa vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabũtur su
c per terrã eius. Quid ẽnim bonũ eius est, & quid pulchrũ eius, nisi frumentum electorum,

phialis quibus super altare liba fundũtur. Saluabit quoque D
dñs eos sicut oues & gregẽ populi sui: Nõ enim vt armatus
exercitus & instructus arte bellandi aduersum Macedones
dimicabit: sed veniet quasi grex paratus ad mortẽ: & domi-
no auxiliãte superabit. Et lapides sancti q oppressi fuerint:

SEP. Græcorum: & attrectabo te quasi gladium pugnatoris. Et dñs deus sup ipsos apparebit, & egredietur sicut fulgur sagitta eius: & dñs deus omnipotẽs sonabit in tuba, & ibit in cõmotione terroris sui. Dominus omnipotens ꝓteget eos. Et cõsumẽt eos, & obruent in lapidib⁹ fundæ: & bibent sanguinẽ eorum sicut vinũ: & implebũt sicut phialas altare: & saluabit eos dñs in die illa sicut oues populũ suum: quia lapides sancti voluẽtur super terrã eius. Quia si quid optimũ illius, & si quid bonũ ab eo, frumẽtũ iuuenibus

(lapides autẽ vocat, ꝓpter duritiã tribulatiõnũ & animi fortitudinem,) eleuabunt de humilitate sua: & erũt in terra illius glorioſi. Aliter: Lapides sancti eius de genere sacerdotali per diuersa fugiẽtes: illo tribuente, victoriam consequẽtur. Dicamus Anagoge.
& iuxta anagogen, imò explanemus prophetiã multis obscuritatib⁹ inuolutã. Filij Sion ꝓtecti à domino suo, deuorabunt aduersarios suos, quos intelligimus filios Græciæ†. Et subijciũt la- †al. gratię
pidibus fundę, cõminationibus scripturarum, de aduersarijs suis subE
iectos humilesq; facientes: Nihil enim ita percutit, vt exemplũ de scripturis sanctis, & testimoniũ rotatu oris emissum. Quod autẽ in Lxx. dicitur: Et bibẽt sanguinẽ eorũ quasi vinũ: in Hebręo nõ ita legim⁹, sed bibẽtes inebriãbũtur quasi vino: vt audiãt illud de Canticocãticorũ: Bibite Cant. 5. a.
amici, & inebriamini. Et ita placebit eorũ ebrietas, quasi altaris sacrificiũ: & quasi cornua, siue anguli, altaris. Saluabit quoq; eos dñs, quasi gregẽ populi sui: quia lapides sancti voluentur sup terrã eius: qui tãtum erũt leues & in sublime nitentes, vt nõ præstolẽtur ædificantiũ manus: sed ipsi festinẽt imponi sup fundamentũ Christi, & cõtineri angulari lapide: de quib⁹ & Petrus apl'us loquit: Sicut lapides viui superædi 1. Pet. 2. a.
ficamini in domũ spirituale & sacerdotiũ sanctũ, offerentes spirituales victimas, placẽtes deo. Isti sunt lapides q clamabunt si tacuerit populus Iudæorũ, & voluentur q̃diu in corpore fuerint sup terrã: quia aggrauat terrena habitatio sen Sapiẽ. 9. d
sum multa curantẽ: & in carne positus sanctus loquit: Quis Psal. 54. b
dabit mihi pẽnas sicut colũbæ? qui quantũ in se est, conatur & voluitur, & erigit ad summa: sed carnis fragilitate retinetur. Terra autẽ illa est super quã voluuntur lapides, de qua legimus: Cãtate dño omnis terra. Et: Omnis terra adoret te, Psal. 65. a
& psallat tibi. c ¶Quid enim bonũ eius est &c.) Ideo, inquiunt, Machabei huc illucq; fugiẽtes, domino auxiliante superabũt: vt eiectis Macedonib⁹ de terra Israël, mundetur tẽ plum: legis præcepta seruẽtur: & eruditio scripturarũ rursum germinet virgines. i. populos credentiũ in vnũ deũ: qui prius idololatrię fuerãt cultibus cõstuprati. In frumẽto electorũ. i. בְּחוּרִים, nõ νεανίσκους. i. iuuenes, vt Lxx. trãstulerũt: sed electos & eruditos viros intelligi volũt: qui frumentũ, id est, legẽ dei comedere mereãtur. Pro vino, qđ Hebraicè dicit תִּירוֹשׁ: Aquila δ' οἰνίαμ interpretat⁹ est: qđ & ipsum ad vbertatẽ vindemiæ referri potest: Hæc Iudæi existimant. Cęterũ nos frumẽtũ electorũ siue iuuenũ, & vinũ germinãs virgines, siue vinũ boni odoris ad virgines, intelligimus dñm saluatorem, qui loquitur in Euãgelio: Nisi granum tritici cadens in Ioan. 12. d.
terrã mortuũ fuerit, ipsum solũ permanet: sin autẽ moriat, maiores fructus affert. De hoc tritico efficitur ille panis, qui de cœlo descẽdit: & qui cõfirmat cor hominis. Hũc panem Psal. 103. b
comedũt, qui in Christo robusti sunt: & ad quos Ioannes Euangelista loquitur: Scribo vobis iuuenes, quia sermo dei in 1. Ioan. 2. b
vobis manet, & fortes estis, & vicistis malignũ. Qui frumentum est electorũ, siue iuuenum, ipse est & vinum quod lætificat cor hominis: & bibitur ab his virginibus, quæ sunt

sanctæ &

G ſanctæ & corpore & ſpiritu:vt inebriatæ atq; gaudentes,ſe-
Pſal. 44. quantur eccleſiam,& dicatur de eis:Adducentur regi virgi-
d. nes poſt eam:proximè eius afferentur tibi: afferentur in lætitia & exultatione.Quomodo enim lætitiam nõ habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, &
Cant.2. a. audent dicere: Introducite me in cellulã vini, cõfortate me in vnguẽtis? Vinũ hoc boni odoris eſt: vnde in eodem carmine dicitur: Potabis me de vino vnguẽtario:de riuis malogranatorum tuorum. Hoc vino inebriati ſunt qui
Apoc.14 a ſequunt agnũ dei quocunq; vadit,veſtiti candidis veſtibus: quia ſe cum mulieribus nõ coinquinauerunt:virgines enim permanſerunt.

Cap. X.

a PEtite à dño pluuiam in tempore &c.) Iſta fœlicitas quæ in Machabęorũ tẽpore promiſſa eſt,quando ſancti lapides eleuati ſunt ſuper terrã: & res Iſraëlitica creuit in maius:intantũ vt rurſum frumento legis populi veſcerẽtur: & vino ſancti ſpiritus inebriarentur virgines veſtræ,ex parte promittitur. Cæterũ quia iam extremũ tempus eſt prophetarũ, & mundus declinat ad finẽ:&omnia quæ prædicta ſunt ſui terminũ præſtolantur: Petite à domino vt det vobis pluuiam ſerotinam: vt Chriſtus qui promiſſus eſt,veniat & tribuat vobis rores & nues: pro quibus ſcriptum eſt in Hebræo מלקוש. Et neſcio quid volentes Lxx. phãtaſias interpretati ſunt:niſi fortè magnitudinẽ gratiæ admirationemq; donorũ, nomine phãtaſiæ voluere deſcribere. Dominus ergo qui facturus eſt nues & ſiccitatem omnis terræ,Euangelicæ prædicationis irrigaturus eſt pluuijs:ipſe dabit imbres credentibus,& vbertate omnia complebuntur:vt poſtq̃ in Chriſto crediderint nationes,intelligant vana eſſe quæ antè coluerunt. Siue ipſe Iſraël intelligat,qui quondam deceptus idololatriæ errorib⁹ tene-
I batur,fruſtra ſe coluiſſe ſimulachra:& diuinorũ audiſſe mẽdacia,& acquieuiſſe ſomnijs,quibus ſcriptura præcipit non credendũ.Et ob hãc cauſam ducti ſunt quaſi grex in captiuitatem:& afflicti abſq; paſtore deo,quia legis notitiam non habebant.Omnis hic locus obſcurus & dubius eſt: & debet nobis lector ignoſcere,ſi in his quæ ambigua ſunt, & nos pẽdulo incedimus gradu.Poſſumus autem iuxta ſpiritualẽ intelligentiam dicere:q; credentes in Chriſto, dominus adhortetur vt petant ſerotinã pluuiam in conſummatione mundi, quando plenitudo donãda eſt gratiæ:& ſingulis in agro ſuo
Pſal.22. a herba ſuccreſcet:ita vt poſſint dicere:Dominus regit me,& nihil mihi deerit:in loco paſcuæ ibi me collocauit:Super aquas refectionis educauit me.Omnia enim ſimulachra, & diuini & ſomniatores fruſtra locuti ſunt, & vanè conſolabantur. Quæ de hæreticis loquitur, qui ſub nomine Chriſtiano non intelligunt, nec de quibus dicant, nec de quibus af-
1.Tim.4 a firment: & attendunt ſpiritibus erroneis, & magiſtris dæmoniorum in hypocriſi mendacia loquentium,& cauteriatam habentes conſcientiã: vt nequaquam credentes eorum conſolationibus abducãtur qui vana ꝓmittunt:& propterea
1.Cor.5.b traditi ſunt ſatanæ in interitũ carnis: & abducti in captiuitatem regis Babylonij,& affligentur:quia Chriſtum paſtorẽ non habent,quem ſibi falſo nomine repromittunt.

HEB. electorum,& vinũ germinans virgines?

Cap. X.

a PEtite à domino pluuiam in tempore ſerotino,& dominꝰ faciet niues,& pluuiam imbris dabit eis: ſingulis herbam in agro. Quia ſimulachra locuta ſunt inutile, & diuini viderunt mendaciũ:& ſomniatores loquuti ſunt fruſtra,vanè conſolabantur: idcirco adducti ſunt quaſi grex:affligẽtur
b quia nõ eſt eis paſtor. Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo:quia viſitauit dominus exercituum gregẽ ſuum domum Iuda:& poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo

b ¶Super paſtores iratus eſt furor meus &c.) Et in hoc loco duplex Iudæorum expoſitio eſt. Alij enim arbitrantur in aduẽtu Chriſti vniuerſa complẽda:alij ſub Machabæis iam eſſe completa. Eſt autem eorũ quæ dominus pollicetur iſta explanatio:ſuper paſtores & principes ac ſacerdotes iratus eſt dominus,& ſup hir cos:& populum viſitauit:iuxta illud qđ ſcriptum eſt: Grex perdi- Hier.50.a tus factus eſt populus meus,paſtores eiecerũt eos:vt vitio magiſtrorum diſcipuli punirentur: nõ in iuſtitia iudicis,qui peccata patrum reddit in filios,ſed quia illis peccantibus populus applauſit ſimul: & tunc quidẽ viſitauit dominus hircos ſuos, vel agnos pinguiſſimos: & fecit iuxta Lxx. ξηραινόμενοι ξηρανθήσεται,id eſt,ariditate ſiccari.Poſtea verò viſitauit dominꝰ omnipotẽs L gregem ſuum domum Iuda:ſuſcitauit eñ Iudam Machabęum & cęteros ex eo,cõtra duces Antiochi: & poſuit illos quaſi equum gloriæ ſuæ in prælio:hoc eſt,qđ de illius ſtirpe generati ſunt:multo enim tẽpore Macedonas oppreſſerunt. Quod q; ſequitur:Ex ipſo angulus,ex ipſo paxillus,ex ipſo arcꝰ prælij,ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul:ſic μεταφορικῶς intelligunt: vt angulum interpretentur,regiam poteſtatem, q; parietes ipſa contineat.Et ex ipſo, inquit, paxillus: id eſt, ſacerdotium.Lege Eſaiam,in quo Heliachim in templo dei quaſi paxillus figitur.Ex ipſo arcus prælij,fortes ad bellandum:ex ipſo etiam omnis exactor ſimul: quod in Hebraico ſcriptum eſt נוגש:& Aquila interpretatus eſt ἐποπτεύοντα:vt non ſolũ fortes & boni,ſed alij ex eis fuerint indigni genere ſuo. Iudas enim Machabæus & omnes qui de genere ipſius principes fuere in populo,& angulus erant:quia regia poteſtate populum continebant.& paxillus:ipſi enim erãt ſacerdotes.& arcus prælij:quia viri extitere fortiſſimi: vt non ſolum exercitum aciemq; diſponerent: ſed primi ad prælium M
profilirẽt.Poſſumus de hoc quod ſequitur:Ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul:pro quo Lxx.tranſtulerũt: Ex ipſo egredietur omnis qui educit ſimul: & hoc dicere, nulla erit dignitas in exercitu quæ nõ illius arbitrio diſponat. Et erũt viri fortiſſimi,cõculcantes Macedonas quaſi lutũ viarum in prælio: erunt autẽ fortiſſimi,atq; bellabunt, quia dñs cũ eis eſt.Noſtri hæc ad perſecutionis tẽpora referunt,quòd pro vitio ſacerdotũ frequenter etiã populus tradatur aduerſarijs:& tamẽ dominus omnipotẽs viſitet poſtea gregẽ ſuum domũ Iuda,qui deũ & ſermone & animo cõfitetur,& ponat eos quaſi equũ gloriæ ſuę in bello,de quo ſancti dicũt:Aſcẽ- Habac.3 b
de ſup equos tuos,& equitatio tua ſalus. Ipſe erit & arcus furoris dñi,de quo ait:Inebriabo ſagittas meas ſãguine.Et rur Deut.32.f
ſum: Sagittæ meæ conſumẽt eos.De hoc arcu,& de his ſagittis in ſeptimo pſalmo legimus:Arcũ ſuũ tetẽdit,& parauit illũ:& in ipſo parauit vaſa mortis,ſagittas ſuas ardẽtibꝰ effecit.Et cõculcabũt,ait,aduerſarios ſuos in martyrio coronati,& dicẽt: Dñs illuminatio mea,& ſalꝰ mea,quẽ timebo? Pſal. 26.a
Dñs ꝓtector vitæ meæ,à quo trepidabo? Dũ appropinquarent ſup me nocẽtes,vt ederẽt carnes meas.Qui tribulãt me inimici mei,ipſi infirmati ſunt,& ceciderũt:Si cõſiſtãt aduerſum me caſtra, non timebit cor meũ: Si exurgat aduerſum me prælium,

SEP. iuuenibus,& vinum boni odoris ad virgines.

Cap. X.

PEtite pluuiam à domino opportunã, tẽporaneã & ſerotinã: dominus fecit phãtaſias, & pluuiã hyemalem dabit eis: vnicuiq; herbam in agro:quoniam hi qui loquebantur loquuti ſunt labores:& diuini viſiões falſas, & ſõnia falſa loquuti ſũt, vanè cõſolabant:ideo arefacti ſunt ſicut oues,& afflicti ſunt:quia non erat q ſanaret. Sup paſtores concitatꝰ eſt furor meus,& ſuper agnos viſitabo:& viſitabit dñs deus omnipotẽs gregẽ ſuũ domum Iuda:& ponet eos ſicut equũ decorẽ ſuũ in prælio:& ex ipſo reſpexit,& ex ipſo poſuit, & ex

A me preliũ,in hoc ego ſperabo. Quãdo implebitur illud eloquium:vnus ex vobis perſequetur mille,& duo cõuertent in fugam multa milia. a ¶Et confundẽtur aſcẽſores equorũ:& cõfortabo domũ Iuda &c.) Et hæc iuxta ſuperiorem ſenſũ dupliciter ediſſerũt:vt aut ſub Machabæis trãſacta iã dicant:aut ſub Chriſto. ſin vltimo ſeculo tranſigenda cõmemorẽt. Et eſt ſenſus:Cùm poſitus fuerit Iudas, quaſi equ⁹ decorus in prelio,& cõculcauerit quaſi lutum aduerſarios,& domino ſecum bellante ſuperarit: tunc omnis equitatus Græciæ corruet, & domus Iuda & domus Iſraël(eam enim vocat domum Ioſeph, id eſt, decẽ tribuum) pariter ſaluabũtur:& conuertã eos de captiuitate ĩ qua fuerãt:& erunt ſicut eo tẽpore, quãdo nõ proB ieceram eos: Ego enim ſum dominus deus eorum, qui illos exaudiã deprecãtes. Et Ephraim qui nũc captiui detinẽtur, poſtea laxabũtur:& in tantum veniẽt gaudij,vt eos vino madidos arbitreris. Filij quoq; eorum cernẽt patrum triumphos, & in domino lętabũtur:quo præbẽte,victoriã conſequuti ſunt.Q uæramus hiſtoriã quãdo Iudas & Iſraël aduerſum Græcos pariter dimicarint:vel quo tẽpore Ephraim de captiuitate Aſſyria ſit reuerſus,quãdo iuxta Ezechiel duæ virgę,id eſt,Iudas & Ephraim ſibi iunctæ ſint, & in vnum baculum copulatæ.Q ð Tropol. iuxta tropologiam ſic explanari poteſt: Quando viſitauerit dominus omnipotẽs gregem ſuum domum Iuda,tunc cõ Exod.15.a fundentur aſcenſores equorum.de quibus ſcriptũ eſt: Cantemus domino,glorioſẽ enim magnificatus eſt: equũ & aſcẽ C ſorem proiecit in mare: De quibus etiam pſalmiſtæ voce cã Pſal.75.b tatur: Ab increpatione tua deus Iacob dormitauerũt qui aſIbid.19.b cenderunt equos:Et ſanctorũ cõgeminat chorus: Hi in curribus,& hi in equis:nos autẽ in nomine dei noſtri inuocabimus:ipſi obligati ſunt,& ceciderunt:nos verò ſurreximus,& erecti ſumus. In hoc equitatu confidebat rex Aegyptius:& præcipitatus in mare,quaſi plumbum ſubmerſus eſt in profundũ: & ſuo exemplo didicit verũ eſſe, quod ſcriptum eſt: Ibid.32.d Fallax equus ad ſalutem. Hos currus & quadrigas,ſuprà in quatuor perturbationibus interpretati ſumus:qui niſi frenis boni regantur aurigæ,ad præcipitia deferũtur. Alius eſt au4.Re.2.b tem auriga:de quo loqtur Heliſæus: Pater,pater,currus Iſrael & auriga eius. Tunc deus domũ Iuda & domũ Ioſeph, 3.Reg.12 f cõfortare ſe dicit:vt qui Hieroboã regnãte,diuiſi ſunt,Chri Ioan.10.c. ſto imperante ſociẽtur:& ſit vnus paſtor & vnus grex.Et Iudas enim & Ioſeph diuerſis nominibus, ad vnam Saluatoris Gen.42. conferũtur intelligẽtiam:quia & Ioſeph eſuriẽtibus in Aegy & ſeq. pto populis frumenta largitus eſt.Et dominus famem mũdi ſua ſaturauit præſentia.Et conuertet eos,& miſerebitur eorum:& ſic erũt vnum ſicut fuerũt anteq̃ proijceret eos. Hęc vniuerſa in perſecutionibus accipe, quãdo deſperatis omnibus exaudiuit ſeruos ſuos dominus.Et erunt quaſi fortes Ephraim,qui primùm debiles & infirmi,poſtea fortes erũt,& אֶפְרַיִם ſuo nomine digni: Ephraim enim interpretatur vbertas. Et lętabitur cor eorum,cùm biberint vinũ,quod expreſſum eſt de vinea Sorech.Filij quoq; eorũ quib⁹ Paulus Apoſtolus loD quitur:Filioli mei,quos rurſum pturio donec Chriſtus formetur in vobis.Et Petrus princeps Apoſtolorum:Sicut filij, Gala.4.c. 1.Pet.1.c. ait,obedientiæ, non conformati iuxta priorem conuerſationem . Et in pſalmo legimus : Venite filij, audite me : timorem domini docebo vos. Iſti igitur filij exultabunt & lętabuntur,& cor eorum gaudebit in domino. b ¶Sibilabo eis,& cõgregabo illos &c.)Signũ congregationis ſuę,vel ſub Macedonib⁹,vel in cõſummatione mũdi, vt prius diximus: meum,inquit, habebunt ſibilum,vt ex ſibilo meo illos congregem, & me doceã eſſe paſtorẽ.Ego enim redemi eos , & liberaui eos de captiuitate extento brachio:& ego eos multiplicabo, qui antè multiplicauerã: vt diſperſio in populis nõ videatur eſſe diuiſio, ſed ſementis operatio,& liberorum ac nepotum ſegete multiplicata,viuãt cum filijs ſuis:& reuertantur non ſolũ de terra Aegypti,ſed & de Aſſyrijs: & ex vtraq; orbis parte redeant ad Iudęa,& ad terrã Galaad & Libani quã pri⁹ decẽ poſſidebãt trib⁹,quę appellãtur dom⁹ Ioſeph & Ephraim, & tãtus erit nũer⁹ reductorũ,vt multitudinẽ terra nõ capiat. Secundum ἀναγωγὴν ſignificat dñs & ſibilat his qui peccatis fuerãt antè captiui, & loquit ad eos: Venite ad me omnes q̃ laboratis & onerati Matt.11.d eſtis,& inuenietis requiẽ animab⁹ veſtris:Tollite iugũ meum ſup vos,& diſcite à me quia mãſuetus ſum & humilis corde: Iugũ em̃ meũ ſuaue,& onus meũ leue eſt. Q uid hac ſignificatione ſibiloq; clemẽtius:quo diſpſus popul⁹ cõgregat?Cõgregãtur autẽ quia dñs redemit eos:nõ corruptibilibus argẽto & auro,ex vana ſua cõuerſatione:ſed precioſo ſanguiE ne, quaſi agni immaculati dñi Ieſu. Vnde loquit in pſalmo: Exultatio mea,erue me à circũdantib⁹ me.Et iterũ:Redemiſti me dñe deus veritatis.Et multiplicabit eos ſicut fuerant Pſal.31.b. Ibid.30.b antea multiplicati,vt impleret illud qđ ꝓmiſſum eſt Abrahæ:Multiplicabo eũ,& benedicã illi,& benedict⁹ erit,vt fiat Gen.17.a. pater multarũ gẽtiũ.Filios autẽ Abrahã nõ eos debemus accipere,quib⁹ dñs loquit:Si filij eſſetis Abrahã,opera patris Ioan.8.c. veſtri faceretis:ſed illos de qb⁹ Apl̃us ait:Q uotquot ex fide Rom.8.c. ſunt,filij ſunt Abrahã.De hac multiplicatione & Eſaias myſtico ſermone teſtat,dicẽs:Q ui modicus eſt,erit in milib⁹:& Eſa.60.d. qui paruus,erit in gentẽ magnã. Multiplicationẽ autẽ & benedictionẽ liberorũ,nõ accipiamus carnaliter:alioqn Helias & Heliſęus & Hieremias & Baptiſta Ioãnes, quo maior inter natos mulierũ nõ fuit,hac benedictione caruerũt:ſed illã Matt.11.b qua vocãtur ad fidẽ multitudines nationũ. Deniq; ſequitur: Seminabo eos in populis,& de lõge recordabũtur mei: Semi nati ſunt in populis,qui dñi audiere ſermonẽ:Eunt es,docete Matt.28 d omnes gẽtes.Et in alio loco:Nõ vos me elegiſtis, ſed ego ele Ioan.15.c. gi vos:& poſui vos,vt eatis & fructũ afferatis,& fructus veſter maneat in æternũ.Cũq; apoſtoli fuerint in populis ſemi nati:gẽtes & populi lõgè poſiti recordabũtur mei: illo prophetico huic ſententiæ congruẽte: Reminiſcentur & conuer Pſal.21.f. tentur ad dominum vniuerſi fines terræ. Et adorabũt in cõſpectu eius

HEB. ex ipſo arcus prælij, ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul:& erunt quaſi fortes concultãtes lutum viarũ in prelio:& belabũt, quia dominus cum eis. Et cõfundentur aſcẽ a ſores equorum:& cõfortabo domum Iuda, & domũ Ioſeph ſaluabo:& conuertã eos, quia miſerebor eorum: & erũt ſicut fuerant quãdo non proiecerã eos: ego em̃ dominus deus eorum,& exaudiam eos. Et erunt quaſi fortes Ephraim:& lętabitur cor eorum quaſi à vino:& filij eorum videbunt,& lętabuntur:& exultabit cor eorũ in dño. b Sibilãbo eis, & congregabo illos, quia redemi eos, & multiplicabo eos ſicut antè fuerant multiplicati. Et ſeminabo eos in populis,& de longè recordabuntur mei, & viuent cum filijs ſuis,& reuertentur. Et reducam

SEP. & ex ipſo arcus ĩ furore egredietur omnis qui educit ſimul:& erunt quaſi bellatores cõculcãtes lutum viarum in prælio: & prępparabũtur,quia dominus cũ eis eſt. Et cõfundẽtur aſcẽſores equorũ:& cõfortabo domũ Iuda,& domũ Ioſeph ſaluabo: & habitare eos faciã, quia dilexi eos. Et erũt ſicut quando nõ eos abieceram: quia ego dominus deus eorum, & exaudiam eos, & erunt quaſi bellatores Ephraim, & lætabitur cor eorũ quaſi in vino: & filij eorũ videbunt , & lætabuntur: & gaudebit cor eorũ in domino . Significabo eis, & ſuſcipiam illos, quia redimam eos,& multiplicabũtur ſicut erant plurimi, & ſeminabo eos in populis, & qui erãt de longè,recordabuntur mei: Nutrient filios ſuos & cõuertẽtur , & conuertam

G ſpectu eius vniuerſæ familię gentium: Quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium. Quod & dicitur: De longè recordabũtur mei: illi ſimile eſt: Qui longè eſtis, recordamini domini, & Hieruſalẽ aſcendat ſuper cor veſtrũ. Longè fuit omnis gentium multitudo, ſed recordata eſt dei: quia ex vno omnes parente generamur. Cũ & Apoſtolis in cũctis gẽtibus ſeminatis: gentes lõgè poſitæ, dei fuerint recordatæ: viuent cum filijs ſuis: vt q prius infidelitate mortui erãt, fide viuere incipiãt. Iſti ſunt filij, quos Paul⁹ nutriuit in Euãgelio, ſcribẽs ad Corinthios: Lac vobis potũ dedi. Et Petrus in diſperſione ſcribit fidelibus, qui renati erant: Non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per ſermonẽ viuentis dei, & permanentis: ſicut modo generati paruuli: vt H rationabile lac concupiſcerent, & in ipſo creſcerent in ſalutem. Ad hos filios ſcribebat & Euangeliſta Ioannes: Filioli, cuſtodite vos ab idolis. Et reducã, inquit, eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs congregabo eos. De terra Aegypti, in qua imperabat rex Pharao: qui quondã gloriabũdus aiebat: Mea ſunt flumina, & ego feci ea: Et de terra Aſſur, quam tenebat rex Aſſyrius, ſenſus magnus: qui & ipſe dicebat: Super ſydera cœli ponam thronum meum, & ero ſimilis altiſſimo. Cũ autem de tenebris Aegypti & de tribulatione mundi, & de poteſtate Aſſyrij, qui interpretatur arguens atq; conuincẽs: (ipſe eſt eñ inimicus & vltor) nationes dominus cõgregarit: inducet eos in terram Galaad, & Libani. Galaad in linguam noſtram vertitur, teſtimonium tranſmigrationis: quãdo de carnalibus tranſimus ad ſpiritualia: de parte venimus ad totũ: terrena relinquimus, & ad cœleſtia tranſmigramus. Libanus autem interpretatur λϑυκασμὸς, id eſt, dealbatio. Adducimur itaq; de tenebris Aegypti, vt poſtq̃ trãſierimus & migrauerimus è mundo, dealbemur in domino, & dicatur de nobis: quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Alij, iuxta Græci ſermonis ambiguitatem: qua & mons Phœnicis & Tus Libanus dicitur: nunc Libanum Tus interpretãtur, & ex Ture ſignificari putant deũ: vt poſtq̃ de terra trãſierimus ad cœlũ, impleatur in nobis oratio Saluatoris: Pater, da eis vt ſint I in nobis vnum, ſicut ego & tu vnum ſumus. Vnde & ſponſa in Cantico dicit ad ſponſum: Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor Libani. Cum̃q; induxerit nos in terram Galaad & Libani, non inuenietur nobis locus, vt nequaq̃ terrę ſtringamur anguſtijs, ſed cœlorũ latitudine perfruamur. a ¶Et tranſibit in maris freto &c.) Narrant Hebræi captiuum populum Iudæorum, non ſolũ in Medos & Perſas, ſed in Boſphorum quoq; & Septentrionalem plagã ab Aſſyrijs atque Chaldęis eſſe tranſlatũ, & poſtea eos ex parte reuocatos, dei eos ad ſe conuertente clementia: & hoc eſſe quod nunc dicitur: Tranſibunt in mari anguſto: Propõtidis anguſtias, quę Chalcedonem, & quondam Bizantium breui freto diuidũt. Et percutiet, inquit, dominus (vadens ante populũ ſuũ) maris fluctus, & confundentur omnia profunda fluuiorum: vt olim factum eſt Iordane ſiccato: & mare rubrum trãſgreſſus eſt populus in deſerto. Cũ & fuerit de captiuitatis profundo & malorum amaritudine liberatus, humiliabitur Aſſur: & Aegypti imperium recedet ab eis. Et confortabuntur in domino, & in nomine illius ambulabunt in terra Iſraël, dicit dominus. Hæc vt ab Hebræis nobis tradita ſunt, noſtræ linguæ hominib⁹ expreſſimus: fidem dictorum ad eos à quibus ſunt dicta referentes. Cæterũm nos qui Chriſti cẽſemur nomine, occidentem relinquimus literam, & ſequimur ſpiritum viuificantem, imò ſpiritualia ſpiritualibus comparãtes, non Boſphorum, & ſiccitatem rurſum maris, & arentia fluenta Iordanis, quæ fabularum ſimilia ſunt, ſed dignam in ſeruos ſuos dei clementiam quærimus: quo præeunte & nobis aperiente viam, trãſimus maris fretum, ſiue anguſtum mare, quod peccatoribus latiſſimum eſt: Lata enim & ſpatioſa via quæ ducit ad mortem: arcta & anguſta quæ ducit ad vitã. De hoc mari & in pſalmis legim⁹: Qui deſcẽdunt in mare nauibus, facientes operationem in aquis multis: ipſi viderũt opera domini, & mirabilia eius in pfundo. In hoc mare ſeculi, in quo ſanctorũ numerus coarctatur, & in tribulatione poſit⁹ eſt: deſcenderunt Apoſtoli, & primus dominus, vt nos de amaris fluctib⁹ liberaret. In hoc mare ſagena Euangelij mittitur: quæ teſtimonijs texta eſt ſcripturarum: vt piſces multos †& obrutos mũdi huius gurgitib⁹ in auram extrahat liberam: vt poſſint laudes deo canere. Hi L ſunt qui deſcenderunt in mare, & in eccleſiarum nauibus faciunt opera multa, & dei cernunt mirabilia in profundo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius: & in ſpiritu ſancto, qui ſcrutatur etiã alta dei, quib⁹ dominus loquitur: Venite poſt me, & faciã vos piſcatores hominũ. De his piſcatoribus qui deſcendunt in mare, & ſunt in nauibus, Eſaias quoq; vaticinatur: Volabũt in nauibus alienigenarũ: & mare pariter deprædabuntur: In eccleſijs enim de numero gentium congregatis, toto Apoſtoli orbe volitarunt: vt deprædarẽtur mare, & draconis ſpolia tollerent, qui regnabat in mari, & de quo ſcriptum eſt: Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus: illic reptilia, quorũ non eſt numerus: Animalia puſilla cũ magnis, illic naues pertranſibũt: Draco iſte quem formaſti ad illudendum ei. Latum & ſpatioſum mare eſt paruis & magnis animãtibus, quæ cum dracone verſantur, & quorũ non eſt numerus. Qui autẽ ſuper mare ſunt, & in ipſo mari volitant in nauibus, audient cum Saluatore: Tu dominaris poteſtati maris: motum fluctuum eius tu mitigas. Cum̃q; trãſierint in maris freto, & fluctus eius ſuo cõculcauerint pede, confundentur omnia profunda fluminis, de quo ſcriptũ eſt: Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertranſibũt pede: vt humilietur iniuria ſiue ſupbia Aſſur, & Aegypti à ſanctis atq; credentibus recedat imperium: & qui liberati ſunt, confortentur in domino, & dicant: Fortitudo mea, & laudatio mea, dominus. Et iterum: Diligam te domine fortitudo mea. Et cum Hieremia: Fortitudo mea, & auxilium meum, & refugium meũ domine deus meus. Vnde & Apoſtolus, in quo Chriſtus loquebatur, aiebat: Oñia poſſum in eo qui me confortat. Et non ſolum confortabuntur in domino, ſed & gloriabuntur in eo, & dicent: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Et: Qui gloriatur, in domino glorietur. Et in alio loco: Non glorietur ſapiens in ſapiẽtia ſua, neq; fortis in fortitudine ſua, neque dives in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur: intelligere & ſcire dominum, & facere miſericordiam & iudiciũ in medio terræ. Verũm quia in Hebraico ſcriptum eſt: Et in nomine eius ambulabunt: ſic intelligendum eſt: quòd in nomine Chriſti ambulent Chriſtiani, & ſcribatur in calculis eorũ nomen nouũ, & ſub tanti nominis dignitate ambulent cum domino: ſicut ambulauit Enoch & placuit deo, & tranſlatus eſt.

HEB. reducã eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs cõgregabo eos, & ad terram Galaad & Libani adducã eos, & non inuenietur eis locus. Et tranſibit in maris freto, & pcutiet in mari fluctus: & confundẽtur omnia pfunda fluminis: & humiliabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrũ Aegypti recedet. Cõfortabo eos in domino: & in nomine eius ambulabunt, dicit dñs.

SEP. conuertã eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs ſuſcipiã illos, & ĩ Galaaditin & in Libanũ introducã eos, & nullus ex eis deerit. Et ptrãſibũt in mari anguſto, & pcutiẽt in mari fluct⁹: & ſiccabũtur oĩa pfunda fluuiorũ: & auferet vniuerſa iniuria Aſſyriorũ, & ſceptrũ Aegypti tollet. Et cõfortabo eos in dño deo ſuo, & in noĩe ei⁹ gloriabuntur, dicit dñs.

Aperi

Aperi

Commentarij ſecundi Hieronymi, in Zachariam prophetam, finis.

Diui

Ezec. 29 a
Eſa. 14. d.
אַשּׁוּר
גִּלְעָד
לְבָנוֹן
Cant. 3. c
Ioan. 18. b.
I
Cant. 4. c
Ioſue. 3. c.
Exod. 14.
2. Cor. 3. b
1. Cor. 2. d
1. Cor. 3. a.
1. Pet. 1. d.
H
1. Ioan. 5. d
a
K
Matt. 7. b
Pſal. 106 c
†mutos.
L
1. Cor. 2. c
Matt. 4. c
Eſa. 60. a.
Pſal. 103. c
Pſal. 88. b
Ibi. 65. b
M
Ibi. 117. b.
Ibi. 17. a.
Hier. 16. d
Philip. 4 c
Galat. 6. d
1. Cor. 1. d.
Hiere. 9 g
Geñ. 5. c.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN TERTIVM COMMENTARIORVM
Zachariæ, ad Exuperium Tholosanum episcopum, proœmium.

VRget me frater Sisinnius incompta & impolita transmittere: vt non dicã emendãdi, sed ne relegendi quidem habeam facultatem. Ille festinat in opus suum, nos in nostro opere minus facimus, dũ eruditio in cassum † vertitur: & quicquid sensu cõcipimus, composito nõ licet ornare sermone. Rudes igitur non mea culpa, sed studio portitoris susci pe libros: dum ipse tua festinat sanctis æra diuidere, & nos non patitur nostra tibi æra numerare. Quãuis enim elegãs sit exercitatumq; ingeniũ, & longo vsu trita currat oratio: tamẽ nisi authoris manu curata fuerit & polita, redolet sordes negligentiæ: & vel nimio verborum flore luxuriat, vel hiulca vocalibus fit, vel aspera consonãtibus. Vnde & de Vergilio traditum est: quòd libros suos quasi vrsorum fœtus lingua cõposuerit, & lambendo fecerit esse meliores: qui durarent in memoriam sempiternam, & necessitatẽ metri libera oratione cõplerent. Trãsimus ad Libanum, & ad duas virgas tresq; pastores qui in vno mẽse succisi sunt: & ad triginta argẽteos, de quibus emptus est ager figuli in sepulturam peregrinorum: & ad stulti vasa pastoris: & cætera vsq; ad finem voluminis, quæ tãtis sunt contexta mysterijs, vt misericordia dei & tuis indigeamus orationibus: ne cursus noster aliquo præpediatur errore: & maleuolis iusta sit occasio detrahendi: qui ad hoc solũ linguas habere se putant, vt proximos lacerent: & duritiã frontis attritæ, verborum rabie consolentur.

† in cassum

Vergilius.

Mat. 27. a

COMMENTARIORVM HIERONYMI in Zachariam prophetam, liber tertius.

a APeri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros &c.) Perspicuè Libanus, ad quẽ prophetalis sermo conuertitur, dicens: Aperi Libane portas tuas: templũ intelligitur Iudæorũ, qđ instauratũ, imò ædificatũ à Zorobabel: rursum à Vespasiano & Tito canitur subuertendũ. Et quia Libanum templũ appellauerat μεταφορικῶς, & in reliquis seruat trãslationem, vt p cedros & abietes & quercus Basan saltumq; nemorosum: principes ac sacerdotes & populum significet Iudæorum. Aperit autem Libanus portas suas, vt Romanus intret exercitus: & comedat ignis cedros eius: vt vel incendio cuncta vastentur, vel hostili impetu duces ac principes consumantur. Vlulant abietes, quia cecidit cedrus: mutuò sacerdotes & principes sua populatione lugentes. Quod q; prius dixit obscurè, nunc ponit manifestius: quoniam magnifici vastati sunt. Cupio scire, quæ sint cedri Libani, quæ combustæ sunt: quæ abietes, quibus vlulatus indicitur: quæ pinus, quæ corruit: magnifici, inquit, vastati sunt. Vlulate quercus Basan: id est, cõfusionis, & ignominiæ: quia saltus munitissimus, qui Hebraicè dicitur בָּצוֹר: & à Septuaginta trãslatus est, nemorosus, excisus est: quia tẽplum quod inexpugnabili creuerat firmitate, & à diuersis regibus & principibus, ac postea ab Herode constructum est: Romano oppugnante deletum est. Hunc locũ quidam non intelligentes, Libanum & abietes & pinos & quercus Basan, & saltum nemorosum siue munitum, ad contrarias referunt fortitudines, de quibus & in Ezechiel sub nomine Assur, & Pharaonis dictum sit: Ecce Assur cupressus in Libano: & bonus ramis, & condensus vmbraculo, & excelsus magnitudine, & in medio nubium factum est cacumen eius: aqua nutriuit eum: abyssus exaltauit illum: & cætera, quæ tã de Assur, quàm de Pharaone dicuntur, vel ad contrarias fortitudines, vel ad superbos quosq; & principes dici arbitrantur, de quibus & in psalmo legimus: Vox domini confringẽtis cedros: & cõfringet dominus cedros Libani. Et in alio loco: Dies domini sabaoth super omnem contumeliosum & superbum, & super omnem excelsum atq; sublimem. Et post paululùm: Et super omnem cedrum Libani excelsam: & super omnẽ arborẽ quercus Basan. Et de hoc Libano asserunt prophetari: Libanus cum excelsis cadet. Nos autẽ priorẽ interpretationẽ sequamur: præsertim cũ & ea quę sequuntur huic sensui congruant. b ¶ Vox vlulatus pastorũ &c.) Pars superioris capituli, & in his versiculis cõtinetur. Quos vocauerat cedros, abietes, pinos & quercus Basan, & exponens quæ essent istæ arbores intulerat, dicens: Quoniam magnifici vastati sunt: nunc per aliam μεταφορὰν dicit esse pastores, id est, principes atq; doctores, & qui primi erant in populo, quòd flere debeant & lugere: quia magnificentia eorum & pulchritudo & decus vastata sit atq; cõsumpta: templum videlicet, in quo sibi gloriabantur. Et vox, inquit, rugitus leonum: quos excelsos arbores, & rursum pastores, eosdem nunc leones appellat. Et quia leones dixerat, seruat trãslationem, vt inferat: Quoniam vastata est superbia Iordanis, siue fremitus & sonitus aquæ decurrentis, qui Hebraicè dicitur גְּאוֹן. Et quomodo templi altitudinem iuxta situm terræ Iudææ altitudini Libani comparauit: nihil enim Libano in terra repromissionis excelsius est: nec nemorosius atque condensius: Sic Iordani fluuio, qui maximus in Iudæa est, iuxta quem morantur leones: fremitum iunxit leonum propter ardorem sitis, & ob deserti viciniam & latitudinem vastæ solitudinis, & arundineta, & carecta. Vnde & per prophetam dicitur: Ascendit leo de Iordane: volens ostendere Nabuchodonosor de sedibus suis, quasi leonem de cubili exisse contra Hierusalem. Aliter: Vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. Vox, inquit, optimatum, quia templum destructum est; vnde sperabant semper auxilium, & quod iustos & bellatores ac potentes quondam nutriebat leones.

Ezec. 31. a

Libanus.

Iordanis.

Hier. 4. b

Hæc dicit

HEB. CAP. XI.

a APeri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vlulabies, quia cecidit cedros: qm magnifici vastati sunt. Vlulate querc⁹ Basan, qm succisus est saltus munitus. b Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificẽtia eorũ. Vox ru-

SEP. CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, quia cecidit cedrus: qa optimates cõtriti sunt. *Vlulate querc⁹ Basanitidis, qm depositus est salt⁹ nemorosus. Vox lugẽtiũ pastorũ, qm misera facta est magnificẽtia eorũ. Vox ru-

*in Græco sic, ἑταλαιπώρκασαν.

HEB. Vox rugitus leonum, quia vastata est superbia Iordanis. Hęc dicit a dominus deus meus: pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebãt ea, dicẽtes: benedictus dominus, diuites facti sum⁹: & pastores eorum nõ parcebant eis. Et egõ nõ parcam vltrà super habitãtes terrã, dicit dominus. Ecce ego tradã homines vnũquemq; in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & nõ eruam de manu eorum: & pascam pecus occisionis, ppter hoc ô pauperes gregis. Et assũpsi mihi duas c virgas: vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculos: & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense vno, & cõtracta est anima mea in eis: Siquidẽ & anima eorum variauit in me.

SEP. Vox rugientiũ leonum, quia afflictus est fremitus Iordanis. Hæc dicit dominus omnipotens: pasce oues occisionis: quas q possederunt, interficiebãt, & nõ agebãt pœnitentiã: & qui vendebant eas, dicebãt: benedictus dominus, & diuites facti sumus: & pastores earum nihil patiebantur super eis. Ideo non parcã vltrà super habitatores terræ, dicit dñs: Et ecce ego tradam hoies vnũquẽq; in manus proximi sui, & in manu regũ eius, & concident terrã, & non eruã de manu eorũ: & pascam oues occisionis in Chanaanitide. Et assumã mihi duas virgas: vnã vocaui decorẽ, & alterã vocaui funiculũ: & pascã oues. Et auferã tres pastores in mense vno, & ingraueſcet anima mea sup eos: Siqdẽ & animę eorũ rugiebant* super me.

a ¶Hęc dicit dñs deus meus: pasce pecora occisionis &c.) Vbi manifestissima prophetia est, & per trãslationem historiæ verus ordo narratur, superflua est Tropologiæ interpretatio: vt alios bonos alios malos dicam⁹ esse pastores: & hoc tam ad veterem populum referri, quàm ad nouum: id est, tã ad Iudæorum sacerdotes & principes, q̃ ad episcopos & presbyteros Christianorum: & quicunq; pastores fuerint negligentes, & vnũ de minimis scãdalizauerint: ipsos esse qui nutriant pecora occisionis, & non patiantur super eis quicq̃, nec doleant, nec possint dicere cũ Apostolo: Quis 2.Cor.11.g scãdalizatur, & ego nõ vror? & vendant populos sibi creditos, de qb⁹ Psal.52.a. scriptum est: qui deuorant populum meũ sicut cibum panis, & ex H aliorum mortib⁹ diuitias consequantur: laudantes eos qui prædas agunt de miseris & iniquis benedicentes. Hęc alij interpretẽtur vt volunt. Nos teneamus explanationis ordinẽ quẽ semel arripuim⁹: Quoniam apertus est Libanus, & cedri eius atque abietes flamma vrente combustæ sunt: vlulatusq; pastorum auditus est, & rugitus leonũ: quia omnis pulchritudo & superbia Iordanis vastata est atq; cõsumpta: idcirco hæc mihi dixit dominus deus meus: O propheta Zacharia ad te iste sermo cõfertur, Pasce gregem occisionis: hoc est, nũc interim nutriatur, & crescat, qui postea ab hostibus occidẽdus est: quas oues & pecora, principes Romanorum, qui possidebant ea, & obtinebant iure victoriæ, interficiebant, & non miserebãtur: siue immolabant, & non sentiebant dolorem: id est, nihil mali pro tanta crudelitate patiebantur: & vendebant ea quę nõ propter clementiam, sed propter precium reseruabant. Legamus veteres historias, & traditiones plangentiũ Iudæorũ, I q; in tabernaculo Abrahæ, vbi nũc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur: post vltimã euersionem quã sustinuerunt ab Hadriano, multa hominum milia venundata sint: & quæ vendi non potuerint, trãslata in Aegyptum: & tam naufragio & fame quàm gentium cæde truncata. Isti erant victores, & domini vltores, qui occidebãt & non dolebãt, & vendebant pecora atq; dicebant: benedictus dominus, diuites facti sumus: hanc habebant sentẽtiam: Propter peccata sua offendêre Iudæi: ideo eos oppressimus, & ex precio eorũ diuites facti sumus. Nec mirum, inquit, si hostes iure victorũ occidebant pecora, & non dolebant: vendebant, & in suo scelere gloriabãtur: cùm ipsi pastores eorum, atq; doctores non pepercerint eis, & culpa eorum grex lupis traditus sit.

Tabernaculum Abrahæ.

b ¶Et ego nõ parcam vltrà super habitantes terram &c.) Hoc quod Lxx. in extremo capitulo transtulerunt, καὶ ποιμανῶ τὰ πρόβατα τῆς σφαγῆς εἰς πλὴν χαναανιτιμ, id est: Et pascam oues occisionis in terra Chanaanitide: non est in Hebræo, & à nullo alio transfertur interpretum. Quia ergo pastores eorum non parcebãt eis, & ipsi primùm meum populum deuorauerũt: Idcirco & ego non parcam vltrà super habitatores terræ Iudææ, dicit dominus. De hac enim terra loquitur. de qua ei sermo erat: & nõ de orbe terrarum, sicut Iudæi malè interpretantes â se volũt in aliam partẽ dei deprauare sentẽtiam. Post euersionẽ quippe templi: quæ propterea eis accidit, quia p quadraginta & duos annos postq̃ passus est dominus, accepto spatio, pœnitentiam agere noluerunt. Dimittam, inquit, vnumquemq; cõtra proximũ suũ, & mutua se cæde truncabunt: siue in ipsa obsidione templi: quando Hierusalem Romanus cinget exercitus: tanta eñ inter ipsos Iudæos erunt bella atq; discordiæ, vt in tres partes populus diuidatur. Legamus Iosephum & septẽ Iudaicę captiuitatis libros: & hãc prophetiã esse completam historiæ veritate cernemus. Et concident, ait, terrã: haud dubium quin Romani omnem terrã & vniuersas vrbes destruxerint Iudæorũ. Et non eruam eos de manu eorũ. Audi Iudæe qui tibi spes vanissimas repromittis, & non audis dicentẽ dominum atq; firmantem: non eruã de manibus eorum, quòd ęterna sit apud Romanos tua futura captiuitas. Et pascam pecus occisionis, vt semper Iudæi nutriantur ad mortẽ: propterea quia dei est ista sententia: O vos qui estis pauperes gregis: hoc est, iusti de Israel: qui credidistis in dominum Iesum, & dei filium susceptistis: audite quæ dicantur, & sequentis capituli sacramẽta cognoscite. Quòd autem secundum Lxx. legimus: Et pascam oues occisionis in terrà Chanaan: sic possumus intelligere: quòd populum Iudæorũ qui destinatus est morti, in toto orbe dispersum (hoc est, in terra Chanaan atq; gentilium) pascat dominus, & nutriat ad immolandum. c ¶Et assumpsi mihi duas virgas: &c.) Suprà dixerat: Propter hoc ô pauperes gregis, & facta ἀποσιωπήσει subaudiebatur attendite: quia Libani portæ apertæ sunt, & quercus Basan, abietes cedriq; succisæ, & M intulerat comminãs: Non parcam vltrà super habitatores terræ, dicit dominus: Et hoc de vno Iudaico populo dicere videbatur: quòd interfectis prophetis, etiam in filium dei misissent manus, & voce temeraria conclamassent: Sanguis eius Mat.27.c super nos, & super filios nostros. Nunc creator vniuersitatis & dominus, mysteria sui orbis exponit, & dicit, duas habuisse se virgas: quarum alteram decorem vocauerit, alteram funiculos, & in duab⁹ virgis vinctũ pauerit gregem: tres quoq; pastores in vno mense succiderit, & contracta sit, siue indignata: aut vt Septuaginta transtulerunt, καὶ βαρυθήσεται ἡ ψυχή μου, id est, ingraueſcet anima mea super eos: haud dubiũ quin pastores significet quos succidit in mense vno. Reditq; causam cur pastoribus indignatus sit intantum, vt eos in vno mense succiderit: Siquidem & anima, inquit, eorũ variauit in me. Et est sensus: Non me pleno animo dilexerunt, nec pastores mercenarij verum amauere pastorẽ: Quia pa- Ioan.10.b stor bonus ponit animam suam pro ouibus suis. Quam ob rem & ego indignatus sententiam protuli & ad ipsos pastores, quos mea indignatione succiderã: siue succisis pastoribus ad reliquum gregem locutus sum: Non pascã vos: sed quòd mortem elegit, sua voluntate moriatur: & se alterutrũ deuorent, mutuaq; cæde dilanient. Hæc προφητικῶς diximus, vt

Iudic.7.f.

K

L

*Græci habent ἐπωρεύοντο: forsan legendum, ruebant.

A mus:vt futuræ explanationis ſemitam ſterneremus. Creator & paſtor cuius oues cognoſcunt vocẽ,& ſequuntur eũ: duas ſibi aſſumpſit virgas,ſiue duas σκυταλας:id eſt,baculos,qui Hebraicè dicuntur מקלות:vt paſtoris habitum demonſtraret. Vnam virgã vocauit decorẽ:hoc eſt,ſub Noë omne hominũ genus ſua benedi ctione protexit: quãdo inſtaurato mundo, nec dũ peccata ſorduerãt. Et idcirco vocatio cunctarum gentium appellat decora & pulchra: quia nihil iuſtius eſt, q̃ vniuerſitatis parentem vocare omnes æqualiter,quos æquali conditione generauit. Et alteram vocauit funiculos: quãdo enim diuidebat altiſſimus gẽtes,& diſſeminabat filios Adam: ſtatuit terminos gẽtiũ, iuxta numerũ angelorũ
B dei. Et facta eſt pars domini populus eius Iacob: funiculus hæreditatis eius Iſraël. Et paui,inquit, gregem: Siue ipſum Iſraëlem,ſiue cũ Iſraële omne hominum genus. Et ſuccidi,inquit, tres paſtores in vno menſe. Legi in cuiuſdam commentarijs:paſtores domini indignatione ſucciſos, in ſacerdotibus & falſis prophetis & regibus intelligi Iudæorum: quòd poſt paſſionem Chriſti,vno omnia ſucciſa ſint tempore, de quibus loquitur
Hier.2.b. Hieremias:Sacerdotes non dixerunt,vbi eſt dominus:tenentes legem meam,neſcierũt me. Et paſtores præuaricati ſunt in me,& prophetæ ,pphetabant in Baal,& idola ſecuti ſunt. Nec hac explanatione contentus, tres paſtores in vno menſe ſucciſos,eos vult accipi:qui in patrem & filium & ſpiritũ ſanctum peccauerunt:Omnes enim hæreticos,aut in vnũ,aut in duas,aut in tres ſimul peccare perſonas. Dixerit ille quod voluit:neq; enim alterius ſenſui detrahẽdum eſt:Nobis tres paſtores qui in vno menſe ſucciſi ſunt: Moyſes videtur, & Aaron,& Maria:quorum Maria in mẽſe primo:qui vocatur נִיסָן mortua eſt in deſerto Sin:& in eodẽ loco propter aquã contradictionis,eodemq; menſe,Moyſes & Aaron condẽnati ſunt:ne terram repromiſſionis intrarent. Atq; ita factum
C eſt,vt è tribus paſtoribus,alia præſenti morte ſuccideretur: alij ſententia mortis futuræ. Et contracta eſt, inquit,anima mea ſuper eos:videlicet ſuper tres paſtores quos prępoſueram gregi meo. Quia & illorũ anima variauit in me: nõ em̃ glorificauerunt me ad aquam contradictionis. Si autẽ ad populum referimus,quòd anima populi variauerit in deum:ſic exponendum eſt: Idcirco eis indignatus ſum:quia & ipſi inter me & idola fluctuãtes,varijs contra me pugnauerũt mo-
Exod.32.c dis: Quamobrem indignatus dixi ad Moyſen: Non paſcam vos:dimitte me,& diſperdam eos. Quãdo autem dicit,cùm iraſcitur,dimitte me:prouocat ad rogandum, & oſtendit ſe ab eo poſſe retineri. Quod moritur.inquit,moriat: & quod ſuccidi tur,ſuccidatur:omnium corpora ruant in ſolitudine, & verſi in ſeditionẽ,inſtar beſtiarum mutuis lacerẽtur morſibus:nulluſq; terram repromiſſionis introeat. Quidã duas vocationes Iudæorum & gentium:in primo Iſraël,& nouiſſimo intellexere nomine Chriſtianos. Sed quomodo vocatio Chriſtiana antè proiecta ſit,& Iudæi remãſerint & paſti ſint à deo,non ſatis attenderunt. a ¶Et tuli virgam meã quæ vocabatur decus &c.) Poſt vocationẽ Iſraëlis, & aſſumptionem virgæ ſecundæ, quæ vocabatur, funiculus: tulit dominus virgam primã totius orbis nationes, quæ vocabatur decora:& abſcidit eas à cultu ſuo:quia veneratę ſunt idola,& omnes declinauerunt:ſimul inutiles facti ſunt. Manifeſtiuſq;

HEB.in me. Et dixi:non paſcã vos: quod moritur, moriatur:& quod ſucciditur,ſuccidatur:& reliq; deuorẽt vnuſquiſq; carnem
a proximi ſui. Et tuli virgã meam quæ vocabatur decus,& abſcidi eam vt irritum facerem fœdus meũ quod percuſſi cum omnibus populis. Et in irritum deductum eſt in die illa,& cognouerunt ſic pauperes gregis qui cuſtodiunt mihi,quia verbũ domini eſt.
b Et dixi ad eos: Si bonũ eſt ĩ oculis veſtris:afferte mercedẽ meam:& ſi nõ, quieſcite:& appenderũt mercedem meam,triginta argẽteos. Et

SEP.ſup me. Et dixi,non paſcã eos: quod moritur, moriatur: & quod deficit, deficiat:& reliqui deuorẽt vnuſquiſq; carnes proximi ſui. Et aſſumam virgã meam pulchram, & proijciam eam, vt diſſipem teſtamentum meum, quod diſpoſui ad omnes populos,& diſſipabitur in die illa, & cognoſcent Chananæi oues, quæ cuſtodiuntur mihi,quia verbum domini eſt. Et dicam ad eos: Si bonum eſt in conſpectu veſtro,date ſtatuentes mercedem meam, aut renuite. Et ſtatuerũt mercedem meam triginta argẽteos. Et

exponens quæ eſſet hæc virga,intulit. Vt irritum facerẽ fœ D
dus meum quod percuſſi cum omnib⁹ populis: Statim enim vt Iſraël aſſumptus eſt,gẽtium turba proiecta eſt, & vt nata eſt filia Archiſynagogi,quę poſtea in Euãgelio,cùm duode- Mar.5.c
cim eſſet annorum ægrotare & mortua eſſe narratur: ἐιμοῤῥοῒσα, cœpit ſanguinem fluere,& perpetua infirmitate cruciari. Et in irritum,ait,deductũ eſt fœdus meũ, quod cum omnibus inieram nationib⁹. Et intellexerũt paupes gregis:id eſt, populꝰ Iſraël qui mea mãdata cuſtodit: quia verbũ domini eſt:id eſt,voluntatis eſt domini abijcere gentes negantes, & in Abrahã Iſraël aſſumere confitẽtẽ. Pro eo quod nos interpretati ſumus, & cognouerunt ſic pauperes gregis:Septuagita trãſ- E
tulerunt,καὶ γνώσονται οἱ χαναναῖοι τὰ πρόβατα τὰ φυλασσομένα, id eſt, & cognoſcent Chananæi oues,quæ cuſtodiuntur mihi,quod ita nõnulli ediſſerunt: Cognoſcet populus Iudæorum ad quem dictum eſt: Semen Cha Dan.13.f.
naan,& non Iuda:qui nunc meis ceremonijs cuſtoditur: Siue quia Chanaan interpretantur, parati ad humilitatem,cognoſcent qui olim parati ſunt vt humilientur à domino & relinquãtur. Cur autem pro eo quod nos interpretati ſumus,ſic pauperes:illi dixerunt,Chananæos:cauſa manifeſta eſt:apud Hebræos enim,ſic, כְּנַ dicitur: עֲנִי, pauperes:illi duo verba in vnum copulantes: pro eo quod eſt, ſic pauperes, hoc eſt כְּנַעֲנִי:nomen כְּנַעֲנִי, id eſt, Chananææ,gentis interpretati ſunt. b ¶Et dixi ad eos: Si bonũ eſt in oculis veſtris &c.) Cognoſcentibus Iſraëlitici gregis pauperibus, qui mea mandata cuſtodiunt: verbum eſſe domini quod locutus ſum, & vera quæ dixi:id eſt,ad pauperes gregis:ſi vobis placet, homines enim eſtis & ſemel libero arbitrio vos creaui:quibus & in eremo locutus ſum:Si audieritis me,quę bona ſunt terræ comedetis:Pro hac aſſumptiõe,qua abieci vniuerſum hominum genus,& vos mihi in peculiarẽ elegi gregem,& creator omnium volui paruum habere funiculum:Reddite mihi F
mercedẽ meam:id eſt,mea præcepta ſeruate. Sin autem non vultis mercedẽ reddere:nec placet in oculis veſtris meo cẽſeri nomine:apertè renuite & facite quod vultis. Quid tunc quidẽ reſponderunt Moyſi:Omnia quęcunq; dicit dominus, Exo.24.b
faciemus. In fine autem temporum pro eo quòd eos elegi de medio nationum,& liberaui de Aegypti fornace ferrea: appenderunt mercedem meã triginta argenteos,pro meo ſanguine dantes Iudæ proditori. Et dixit, inquit propheta,dominus ad me:ſiue ipſe ſaluator,cuius priora ſunt verba:patrem ad ſe locutum eſſe conteſtans:Proijce illud ad ſtatuarium:pro quo in Hebræo legitur יוֹצֵר:id eſt, τὸν πλάστην: quem nos fictorẽ & figulum poſſumus dicere. Et eſt ſenſus: Proijce precium meum ad figulum, qui creator & fictor eſt omnũ:Nec dixit,depone:ſed,proijce:vt fictoris plaſtæq; iudicio merces domini penderetur:& εἰρωνικῶς precium ſuum, id eſt,diuinæ maieſtatis,in triginta cernens argenteis,& tam vili mercede ſe proditum: Decorum, inquit, precium quo appreciatus ſum ab eis:hoc autem preſſius eſt legendũ cum irriſione & ſubſannatione dicentis: Tanto me populus meus & pauperes quondam gregis, & à me electi in filios, emendum atq; vendendum precio iudicarunt. Et tuli,ait dominus per prophetam,ſicut mihi à deo fuerat imperatum,triginta argenteos,& non eos depoſui,ſed proieci in domum domini

G ad fictorem: In domo domini feci eos à proditore reddi sa-
Mat.27.a cerdotibus & Phariſæis, ipſo confitente qui vendidit: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi, quoniam precium ſanguinis erat, noluerunt illud reponere in corbonam: id eſt, in gazophylacio: ſed emerunt ex eo agrum figuli, in ſepulturã peregrinorũ: Nos enim omnes qui peregrini & aduenæ legis fuim⁹, redẽpti precioſiſſimo ei⁹ ſanguine: in domo figuli creatoriſq; omniũ ſe pelimur & requieſcimus. Pro πλάσκ atque fictore, ſtatuariũ olim interpretatus ſum, verbi ambiguitate cõpulſus: quod ſtatuarium fictoremq; vno ſermone ſignificat. Iudæi iſtũ locum malitioſẽ interpretantes: triginta argenteos, triginta legis mandata commemorãt, quę facere iubeãtur in lege:
H & rurſum trigitaſex alia quæ prohibeãtur in lege, & dici eis, vt argẽtum mandatorũ domini plaſtæ ſuo atq; fictori reddant deo: qđ quia facere noluerint, eſſe, pfectos. Breuiter indicare volui quid ſentiant: alioquin explanatiõem eorum laciniioſiſſimam tædet reuoluere: vt ad reliqua tranſeamus.

a ¶Et præcidi virgam meam ſecundam. &c.) Et in hoc loco longam cuiuſdam explanationẽ, imò tricas inextricabiles legiſſe me noui: duarum virgarum in vnam ſocietatẽ ex Ezechielis volumine proferentis, & omnia quæ de concordia Iudæ & Ephraim ſpiritualiter ſentienda ſunt huic capitulo coaptantis. Nos autem cœptum ſequamur ordinem. Poſtquam à Iudæis crucifixus eſt dominus, & triginta appreciatus argenteis, & precium ſanguinis eius in ſepulturam profecit gen-
I tium: quæ peregrinæ erant à lege & mãdatis dei: ſtatim dominus ſententiam ſuam vltrà non differens: Præcidi, ait, virgam meam ſecundam: quæ propriè mea erat: quæ ſic mihi
Hier.13.a. hærebat, vt in Hieremia perizoma & cinctorium atq; lumbare, ſiue vt conſueto verbo vtar, coxale ſit appellata: Quæ ſecunda virga quondam appellata funiculus & pars mea, à me ideo proiecta eſt, vt diſſoluerem fœdus & germanitatem atq; concordiam, quæ inter Iudam fuerat & Iſraël, & fratres à ſe inuicem ſepararem: Vt in Apoſtolorum & eorum qui egerunt pœnitentiam numero, rurſum Iuda appellaretur & confitens deum ſuum: Iſraël autem & Ephraim & Ioſeph vo
Ioan.19.c. carentur, qui in cordis duritia permanentes dixerunt: Non habemus regem, niſi Cæſarem. Vnde non intulit: vt irritum facerem pactum, ſiue teſtamentum quod habui cum Iuda & Iſraël: vſq; hodie enim pœnitentibus porrigit manum: ſed vt de vno populo credentes alios, & alios non credentes in-
Matt.10.d ter ſe diuideret, dicens: Nolite arbitrari, quia veni mittere pacem in terram: non veni mittere pacem, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſum patrem ſuum, & filiã aduerſum matrem ſuam, & nurum aduerſum ſocrũ ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. b ¶Et dixit dominus ad me: adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti &c.) Quando dicit: adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti: illud ſignificat quòd ſuprà aſſumpſerit ſibi virgas duas: vnam decorem, & alteram funiculum. Et quia illas ſuo vitio peccatoq; proiecit, & K
ſoluta germanitate inter Iudam & Iſraël: nos inſerti ſumus in radicem bonæ oliuæ: & cæcitas ex parte facta eſt domui Rom. 11.c
Iſraël: donec intraret plenitudo gentium: Nunc prophetæ dicitur: vt grauiſſimum paſtoris ſtulti ſiue imperiti, aſſumat vaticinium. Paſtor ſtultus, & imperitus, haud dubium quin antichriſtus ſit: qui in cõſummatione mundi dicitur eſſe venturus: Et qualis venturus ſit, indicatur. Vaſa autem paſtoris, inſignia illius & habitum debemus accipere, peram, baculũ, fiſtulã & fibilũ. Et quomodo Eſaias, vt captiuitatem populi demõſtraret, nudus ingreditur: & Hieremias vadit Eſa. 50.a. Hier.18.a
ad domum figuli: vt ex diſſipatione vaſis quod currebat in rota, & manu fingebatur artificis, & interitum Iſraël, & L
dei potentiam oſtenderet: Et Ezechiel vt ſubuerſionem Hieruſalem & fugam Sedechiæ, & onera captiuorum, non ſolum voce, ſed & habitu demonſtraret: perfodit parietẽ, & in ſuis humeris excipitur: Sic Ezec.12.b
Zacharias habitũ ſtulti & imperiti paſtoris aſſumit, vt eum nunciet qui venturus eſt. Iſte paſtor ideo conſurget in Zach.11.b
Iſraël: quia verus paſtor dixerat: Iam non paſcam vos: Qui alio nomine & in Daniel propheta, & in Euangelio, & in Dan. 9.g.
epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes: abominatio deſolatio- Mar.13.b.
nis, ſeſſurus in templo domini prophetatur, & ſe facturus 2.Theſ.2.
vt deum: qui & per Eſaiam magnus ſenſus dicitur. Et ad b.
hoc venit, non vt ſanet, ſed vt perdat gregem Iſraël. Paſtor Eſa.32.b
enim bonus ægrotantia pecora viſitat: diſperſa inquirit, re- M
licta affert, laſſa ſuſtentat. Econtrario, paſtor malus, omnia aduerſa agit: & carnes pinguium deuorat: vngulas arietum & ouium diſſoluit atque peruertit, ne recto ingrediantur pede. Hunc paſtorem ſuſcepere Iudæi: quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euacuabit illuminatione aduentus ſui: vt qui non crediderunt veritati ne ſalui fierent, credant mendacio, & iudicentur, quia conſenſerunt iniquitati. Deſcripto autem paſtore peſſimo, ſtulto & imperito: ad ipſum paſtorem prophetalis ſermo conuertitur: O paſtor & idolum. Tam ſceleratus eſt paſtor: vt non idolorum cultor, ſed ipſe idolum nominetur, dum ſe appellat deum, & vult ab omnibus adorari. Qui dereliquit gregem à beſtijs deuorandum: quem dominus tanto tempore cuſtodierat. Gladius ſuper brachium eius, & robur, & ſuper oculum dextrum eius: quo ſe acutè dei iactabat cernere ſacramenta, & plus videre quàm omnes retrò prophetæ viderant: intantum vt dei filium ſe vocaret. Gladius autem ille eſt, de quo & ſuprà diximus: & nunc dicemus ex parte, de quo & Eſaias loquitur: inebriatus eſt gladius meus in cœ- Eſa.34.a
lo. Propterea autem gladius domini ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum illius erit: vt robur eius & omnis iactantia fortitudinis eius ariditate ficcetur: & ſcientia, quam ſibi falſo nomine promittebat, æternis tenebris obſcuretur.

SEP. teos. Et dixit dominus ad me: depone eos in conflatorium, & recogita ſi probatum eſt, ſicut probatus ſum pro eis. Et tuli triginta argenteos, & miſi eos in domũ domini in cõflatoriũ. Et abieci virgam meam ſecundam, quæ appellabatur funicul⁹: vt diſſiparẽ teſtamentum quod erat inter Iudam & Iſraël. Et dixit dominus ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoralia paſtoris imperiti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem ſuper terrã, qui derelictum non viſitet, & diſperſum non requirat, & fractum non ſanet, & integrũ non dirigat, & carnes electorum deuoret, & talos eorũ peruertat. O qui paſcitis vana, & q dereliquiſtis oues: gladius ſup brachium eius, & ſuper oculum eius dextrũ: brachiũ eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius cęcitate obſcurabitur.

Aſſumptio

HEB. teos. Et dixit dominus ad me, proijce illos ad ſtatuarium: decorum preciũ quod appreciatus ſum ab eis: & tuli triginta argẽteos, & proieci illos in domum domini ad ſtatua-
a rium. Et præcidi virgam meam ſecundam: quæ appellabaꝛ funiculus, vt diſſoluerem germanitatẽ inter Iudam & Iſraël. Et di-
b xit dominꝰ ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti: Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & cõtritum non ſanabit: & id quod ſtat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſoluet. O paſtor, & idolum derelinquens gregem: gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum dextrum eius: brachium eius ariditate ſiccabitur, & oculus dexter eius tenebreſcens obſcurabitur.

Onus

A Cap. XII.

a ONus verbi domini ſuper Iſraël &c.)Triplex interpretatio eſt ab eo loco,in quo legim⁹: Ecce ego po nam Hieruſalē ſupliminare crapulæ omnibus populis in circuitu, vſq; ad eum locum vbi ſcriptum eſt, Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum:& ſuper virum cohærentem mihi,dicit dominus exercituum:Percute paſtorem,& diſpergentur oues. Alij enim Iudæorū putant iam hæc ex parte completa à Zoroba bel, vſq; ad C. Põpeiū: qui primus Romanorū Iudæam cepit & tẽplū: quam hiſtoriam ſcribit Ioſeph⁹.Alij verò quãdo Hieruſalem fuerit inſtaurata,in fine mũdi eſſe complenda: quod ſibi cũ ἀλεμμύω ſuo quem ſuprà ſtultũ paB ſtorem legimus: miſerabilis gẽs Iudæa promittit. Alij autem, hoc eſt, nos qui Chriſti cenſemur nomine, in eccleſia vſq; ad finem mundi quotidie expleri & explenda memoramus. Et ne per ſingula extẽdamus modũ voluminis,proponẽtes:Hæc dicunt illi:ſic alij ſuſpicãtur:nos ita ſentimus. Tres poſuimus ſententias,vt ex interpretationis varietate quid cui coaptãdum ſit prudens lector intelligat. Dominus igitur qui cœlum extendit vt pellem,& terram alta mole ſolidauit,& ſpiritum hominis finxit in eo,idem animarum creator eſt omnium,vt ex duabus ſubſtantijs animæ & corporis, vnum animal cõpingeret.Spiritus enim pro anima frequenter accipitur: vt ibi:
Luc. 23.f. Pater,in manus tuas commendo ſpiritum meum.Et:Auferes
Pſal.103.d ſpiritum eorum,& deficient: & in puluerem ſuum reuertentur.Iſte igitur creator vniuerſitatis & dominus,ſe Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu poC ſiturum eſſe teſtatur:vt qui limẽ eius attigerit,inebrietur & corruat: ſiue ipſum ſuperliminare in eum corruat à quo cõtingitur.Sed & Iudas obſeſſa Hieruſalem, eſt captus à gentibus:& in illarũ tranſiens ſocietatem,cogetur obſidere metropolim ſuam.Non ſolum autem dominus Hieruſalem ponet cunctis populis quaſi ſuperliminare crapulæ, ſed ponet illam quaſi lapidẽ oneris cunctis populis:quẽ qui leuare voluerit,conciſione lacerabitur. Congregabũtur enim aduerſum Hieruſalem omnia regna terrarum.Mos eſt in vrbibus
Mos palæ- ſtinæ, & Græciæ. Palæſtinæ:& vſq; hodie per omnem Iudæam vetus conſuetudo ſeruatur:vt in viculis, oppidis,& caſtellis rotundi ponantur lapides grauiſſimi põderis:ad quos iuuenes exercere ſe ſoleãt,& eos pro varietate virjũ ſubleuare:alij vſq; ad genua,alij ad vmbilicũ,alij ad humeros & caput:nõnulli ſuper verticẽ rectis iunctisq; manibus,magnitudinẽ virium demõſtrantes,pondus extollant. In arce Athenienſium iuxta ſimulachrum Mineruæ: vidi ſphæram æneam grauiſſimi ponderis:quam ego pro imbecillitate corpuſculi mouere vix potui:Cùm quererem,quidnam ſibi vellet:reſpõſum eſt ab vrbis eius cultoribus,athletarum in illa maſſa fortitudinẽ cõprobari:nec prius ad agonem quenq; deſcendere, q̃ ex leuatione ponderis ſciatur quis cui debeat comparari.Senſus ergo iſte eſt: Ponam Hieruſalem cunctis gentibus, quaſi graTomus ſextus.

HEB. CAP. XII.

a ONus verbi domini ſuper Iſraël:Dixit dominus extẽdens cœlũ,& fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo: Ecce ego ponam Hieruſalẽ ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & Iuda erit in obſidione contra Hieruſalem.Et erit in die illa, ponã Hieruſalem lapidẽ oneris cunctis populis:omnes qui leuauerunt eam, conciſione lacerabuntur, & colligentur aduerſus eam omnes
b gentes terræ. In die illã, dicit dominus, percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam: & ſuper domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equũ populorum percutiam in
c cæcitate. Et dicẽt duces Iuda in corde ſuo:confortentur

uiſſimum lapidem ſubleuandum.Leuabunt quidem eam, & D pro virium varietate vaſtabunt:ſed neceſſe eſt vt dum leuatur,in ipſo nixu & eleuatione põderis,grauiſſimus lapis ſciſſuram aliquam vel raſuram in leuantium corporibus derelinquat. Sup eccleſia ſic interpretari poteſt: q̃ cuncti perſecutores qui cõtra domum domini dimicarunt, inebrientur eo calice quo vniuerſis gentibus propinat Hieremias: vt bibant, & inebriẽtur,& cadant,& vomant,& inſaniant. Scio perſecutionis tempore multos è noſtris contra eccleſiam pugnare cõpulſos: ſed quicũq; hoc pondus voluerit ſubleuare, leuabit quidẽ: & pro ira domini qua corripit peccatores, ſuis manibus ſuſtẽtabit. Verùm ipſe non erit impunitus,dei contra ſe gladio dimicãte.Pro lapi- E de oneris, quem nos vt potuimus, interpretati ſum⁹:Lxx.verterũt λίθον καταπατόμενον, id eſt,lapidem conculcatum à cunctis gentibus. Omnis qui conculcauerit eum, ſiue eã: id eſt Hieruſalem: illudẽs illudet. Q ui manifeſt⁹ eſt ſenſus, quòd vtroq; modo Hieruſalẽ, & ab inimicis gentibus : & à perſecutoribus conculcanda ſit,& illudendum ei pro voluntate illudentiũ.Sed melior & verior eſt ſenſus ſuperior.Breuiter ſingula exponimus, vt tandẽ veniamus ad calcem:ne ſi prolixius ſcripſerimus,& rerũ obſcuritate,& ſermonis longitudine,lectoris animus confundatur. b ¶In die illa,dicit dñs,percutiam omnẽ equum &c.)In illo tẽpore: hoc eſt ſignificat dies:quando obſeſſa fuerit Hieruſalem, ita vt Iudas quoq; eam obſidere cogatur, & carnaliter & ſpiritualiter percutiet dñs omnes aduerſariorũ equos in ſtuporẽ: ita vt omnes ſtupeant qui eos viderint eſſe percuſſos:& aſcẽſores eorũ,malorum premẽte magnitudine,vertentur in amẽ- F tiam:& ſuper domũ Iuda,qui contra metropolim ſuã facere aliquid cogebantur,aperiet dominus oculos ſuos, vt eorum miſereatur,& eos dignos ſuo faciat aſpectu,oculorũq; ſuorũ illuſtret lumine:omnes autẽ equos populorũ æterna percutiet cæcitate.Q ui ſpiritualiter equi intelligẽdi ſint,ſuprà diximus:Fallax equus in ſalutem.Et:Hi in curribus,& hi in Pſal.32.b. equis:& cętera his ſimilia.Aſcẽſores quoq; eorũ:vel dæmo- Pſal.19.b. nes vel falſos magiſtros diximus:qui omnes in ſtuporẽ vertentur & amentiã,vt nihil ſapere cõuincãtur, ſed palpabiles eos opprimãt tenebræ:quales fuerũt quando Aegyptiorum Exod. 11. primitiua percuſſa ſunt.Super domum autẽ Iuda, id eſt,populum qui cõfitetur deum,& fractus perſecutionis anguſtijs ac timore perterritus,videtur eſſe in numero perſequẽtium, aperiet dñs oculos ſuos,vt pleroſq; reſpiciat dicentes ad ſe: Reſpice in me,& miſerere mei,& mereãtur audire: Erit tibi dominus lumẽ æternũ.Hęc eſt grauiſſimi lapidis laceratio: quam in aduerſarios ſuos, qui Hieruſalem leuare & vexare conati ſunt,dominus comminatur. c ¶Et dicent duces Iuda in corde ſuo &c.) Cùm aperuerit dominus oculos ſuos ſuper Iudam, & percuſſerit omnes equos gentium cæcitate: duces Iuda, de quo ſuprà dictum eſt: Sed & Iudas erit in obſidione contra Hieruſalem : vota facient in cordibus

SEP. CAP. XII.

ASſũptio verbi domini ſup Iſraël, dicit dñs extendens cœlũ & fundãs terram, & fingens ſpiritum hominis in eo: Ecce ego ponã Hieruſalem vt ſuperliminaria quæ mouẽtur omnib⁹ populis in circuitu, & in Iudæa. Et erit obſidio circa Hieruſalem: & erit in die illo:ponam Hieruſalem lapidẽ qui cõculcatur à cunctis gẽtib⁹: omnis qui conculcauerit eã illudens, illudet: & cõgregabo ſup eam omnes gentes terrę. In die illa, dicit dñs omnipotẽs, percutiam omnẽ equũ in ſtupore, & aſcẽſorem eius in amentia: ſuper domum autem Iuda aperiam oculos meos, & omnes equos populorum percutiam in cæcitate.Et dicent tribuni, id eſt, οἱ χιλίαρχοι Iuda in cordibus ſuis: inueniemus

G suis,quia loqui liberè non audebunt,vt vincat Hierusalē,& victus Iudas cum hostibus, vincat cum ciuibus suis. Pro eo quod nos diximus:confortentur mihi:& Lxx.transtulerunt εὑρήσομεν ἑαυτοῖς, id est, inueniemus nobis : in Hebraico scriptum est אמצה לי quod Aquila transtulit καρτέρησόμοι,id est,cōforta mihi:vt sit sensus: Optabunt chiliarchi,& tribuni,ac duces Iuda:ac vota facient in absconditio mentis arcano:vt deus cōfortet habitatores Hierusalem in domino deo suo, & vincāt aduersarios suos. Iuxta Tropologiā: duces ac tribuni,apostoli sunt, & omnes apostolici viri atq; doctores,qui Christi exercitui prę fuerunt:qui nollent sibi alios inuenire nisi eos qui habitēt in Hierusalem, visione pacis, & qui habitēt in domino omnipotēte deo suo. De his ducib⁹ Paulus apostolus fuit:qui inuenit Titum , & Timotheum , Lucam atq; Syluanū : Petrus quoq; qui Marcum scriptorē erudiuit euangelij,& cæteri apostoli qui omnē mūdum sua doctrina & eruditione compleuerunt,vt haberēt discipulos habitatores Hierusalem.

HEB. fortentur mihi habitatores Hierusalē in domino exercituum deo eorum. a In diē illa ponā duces Iuda sicut caminū ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno: & deuorabunt ad dextram , & ad sinistram, omnes populos in circuitu:& habitabitur Hierusalem rursus in loco suo in Hierusalē. Et saluabit dominus tabernacula Iuda, sicut in principio : vt non magnificē glorietur dom⁹ Dauid , & gloria habitantium Hierusalem contra Iudam. b In diē illa proteget dominus habitatores Hierusalem : & erit qui offenderit ex eis in die illa,quasi Dauid : & domus Dauid, quasi dei:sicut angelus domini in conspectu eorum. c Et erit in diē illa: quæram conterere omnes gētes quę veniūt cōtra Hierusalem. Et effundam super domū Dauid,

SEP.niem⁹ nobis,qui habitant Hierusalē,in domino omnipotente deo eorū. In die illa, ponā tribunos Iuda,sicut torrē ignis in lignis, & sicut fœnū ignis* in stipula, & deuorabūt à dextris & sinistris omnes populos dñi per circuitū, & habitabit Hierusalē adhuc in semetipsa, & salua faciet domin⁹ tabernacula Iuda,sicut à pricipio: vt non magnificetur gloria domus Dauid & elatio habitatorum Hierusalem super Iudā. Et erit in die illa proteget dominus habitatores Hierusalē:& qui infirmus in eis fuerit in die illa,erit quasi dom⁹ Dauid: & dom⁹ Dauid, quasi dom⁹ dei: & angelus domini in conspectu eorum. Et erit in die illa,quęram auferre omnes gentes quę veniūt cōtra Hierusalem, & effundam super domū Dauid, * In græco sic: ὡς λαμπάδα πυρός.

H I K L M

sunt:deuorans flamma consumet: & deletis aduersarijs atq; sublatis,rursum Hierusalem,id est,ecclesia pristinam gloriā recipiet,& erit in suo statu,& Iudę tabernacula saluabūtur, toto orbe dispersa Christianorum conciliabula: de quibus quasi tentorijs & tabernaculis ire cupimus ad domum quæ non est manufacta,& ad cœlestem Hierusalem. Propterea autem tabernacula plebis & omniū qui cēsentur noīe Christiano,& reputantur in vulgus, antiquā pacem recipient obsessis ecclesiarum principibus, & in fugam versis: vt nequaq̄ putent magistri atq; doctores sua doctrina & sapientia:sed domini auxilio pacem ecclesijs reddita. b ¶In die illa,proteget dominus habitatores Hierusalē &c.)Iuda obtinēte victoriā,& domino restituēte tabernacula ei⁹ sicut fuerant à principio, vt nequaq̄ domus regia contra populum glorietur: In illa die & in illo tempore, dominus,cuius auxilio Iudas à dextris & à sinistris aduersarios deuorabit, proteget etiā obsessos Hierusalem,& in tantā fœlicitatem ac beatitudinem omnia mutabuntur:vt qui vilissim⁹ putabatur,sit quasi domus regia,& qui de domo regia erat,sit quasi de domo dei: id est,quasi nuncius domini & angelicæ dignitatis, in conspectu eorum qui eo tēpore fuerint resaluati. Iuxta Anagogen:Proteget dominus habitatores ecclesiæ,pace ecclesiarum post persecutionē grauissimā reddita, quando & sui nominis interpretatione decorabitur: Hierusalem enim visio pacis exprimitur. Et tā beati erunt qui pro ecclesia militarunt,& in persecutione dominum sunt cōfessi:vt qui minimus fuerit,& quasi homo in aliquo peccato dictoq; offenderit,ponatur in ordine magistrorū: Et magistri qui suum seruauerint gradum,sint quasi domus dei,& quasi angelus domini: quia hoc omni studio laboramus, positi in terra,& vario labore sudantes,vt transformemur in angelicam gloriā. c ¶Et erit in die illa:quæram cōtereré omnes gentes &c.)In die illo quando proteget dominus habitatores Hierusalem, quæret dominus conterere omnes gētes, quæ veniunt contra Hierusalem. Cōteret autem non in perditionem,sed in emendationem:vt aduersum Hierusalē militare desistant, & esse incipiant de Hierusalem. Si enim de nihilo creauit omnia,non idcirco fecit vt perderet quæ creauit:sed vt illius misericordia quæ creata sunt, saluarentur. Vnde & in Sapientia,quę Salomonis inscribitur,(si cui tamē placet librū recipere)scriptum reperimus:Creauit vt essent omnia,& salutares generationes mūdi:& non erit eis venenum mortiferū. Sicut enim venit dominus vt quæreret quod perierat,& saluauit humanū genus:sic & gentes in eo perdidit,quòd gētes erant aduersariæ. Deniq; sequitur:Effundam super domū Dauid & super habitatores Hierusalē: spiritū gratiæ & misericordiæ. De hac gratia scribit & Paul⁹: Charitas dei diffusa est in cordibus vestris,per spiritumsanctum qui datus est nobis. Et in supradicto volumine continetur: Quæ in cœlo sunt:quis inuestigabit?nisi quòd tu dedisti sapientiam,& spiritumsanctum tuum misisti de excelsis: & sic correctę

Tropolo. Anagoge.

Num.20.c ὑπερβολὰς εἶναι κακίας

Eccl's. 7.c Prou. 4.d Sap.1.d. Rom.5.b. Sap.9.d.

A correctæ ſunt ſemitæ eorum qui verſantur in terra, & quæ tibi placent, eruditi ſunt homines. Et in Eſaia loquitur deus:
Eſa.42.a. Dedi ſpiritum meum ſuper te. Et rurſum de eodem ſcriptu
Ibi. 44.a ra commemorat: Dedi ſpiritum meum ſuper eum. Verbum autem effuſionis, ſenſum largitatis oſtendit: ſicut manifeſtũ eſt in eo quod diximus:
Rom.5.a. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus veſtris. Et in alio locò ex perſona
Ioel.2.g. dei: effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Qui ſit autẽ ſpiritus gratiæ: idem Apoſtolus loquitur ad He-
Heb.10.e. bræos: Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia eum qui filium dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutũ duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Vnde & ſpirituſſancti diverſæ gratiæ eſſe dicũtur.
B Et ſalutatio Apoſtoli,
2.Tim.1.a Gratia (inquit) vobis & pax multiplicetur: vt poſtquã nobis peccata donauerit, tũc pax per miſericordiã cõſequatur. Hæc Iudęi ex parte iam facta: & plenius in conſummatione mũdi futura cõmemorãt:

HEB. Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem, ſpiritum gratiæ & precũ. Et
a aſpicient ad me quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper vnigenitum: & dolebunt ſuper eũ, vt doleri ſolet in mor-
b te primogeniti. In diẽ illa magnus erit planctus in Hieruſalem, ſicut plãctus Adadrimon in cãpo Mageddon: & plãget terra, familiæ & familię ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & mulieres (ſiue vxores) eorum ſeorſum: (Verbũ enim Hebraicum נָשִׁי, id eſt, γυναῖκες vtrumque ſignificat.) Familiæ domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: familiæ domꝰ Leui ſeorſum, & mulieres eorũ ſeorſũ: familię Semei ſeorſũ, & mulieres eorũ

SEP. Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ & miſericordiæ. Et aſpicient ad me, pro eo quòd inſultauerũt: & plangent ſuper eũ planctum, quaſi ſuper chariſſimum: & dolebunt dolore, quaſi ſuper primogenito. In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem, ſicut planctus maligranati quod in campo ſucciditur: & plãget terra per tribus ac tribus: tribus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Iudæ ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus Symeon ſeorſum, & mulieres eorum

Nos autem poſt aduentum Chriſti quotidiè impleri intelligimus & probamus. a ¶Et aſpicient ad me quem confixerunt &c.) Hebraicæ literæ ר & ר, hoc eſt, d & r ſimiles ſunt, & paruo tantum apice diſtinguuntur. Ex quo euenit vt idem verbum diuerſè legentes, aliter atq; aliter transferant.
1.Reg.2.b Intelligentiæ gratia vnum demus exemplum: Et veſtitus, inquit, erat Samuel אֵפוֹד בָּד, id eſt, indumento lineo: בָּד enim linum appellatur. Vnde & בָּדִים lina dicuntur: Pro quo Hebraico, Græco, Latinoq; ſermone malè quidam legũt, ephod bar: Siquidem בַּר aut filius appellatur, aut frumenti manipulus, aut electus, aut ὅλος, id eſt, criſpus. Quod ibi errore interpretationis accidit, etiam hìc factum deprehendimus. Si enim legatur דָּקְרוּ, ἐξεκέντησαν, id eſt, compunxerunt ſi-
C ue confixerunt accipitur. Sin autem contrario ordine, literis commutatis רָקְדוּ ὠρχήσαντο, id eſt, ſaltauerũt intelligitur, & ob ſimilitudinem literarum error eſt natus. Ioãnes autem Euangeliſta, qui de pectore domini hauſit ſapientiam: Hebræus ex Hebræis, quem Saluator amabat plurimũ, non magnopere curauit quid Græcæ literæ continerẽt, ſed verbum interpretatus è verbo eſt, vt in Hebræo legerat: & tempore dominicæ paſſionis dixit eſſe completũ. Quod ſi quis non recipit: det teſtimonium, de quo ſanctarum ſcripturarũ loco Ioannes iſta protulerit, & cùm non repererit, cogetur ingratis ſuſcipere veritatem. Plangẽt autem Iudæi quaſi ſuper vnigenito & primogenito: idipſum ſignificante in domino ſaluatore, & vnigenito & primogenito. Vnigenitus dicitur,
Coloſſ.1.c propter naturæ proprietatem: primogenitus, iuxta Apoſtolum, ex mortuis reſurgentium. Pro vnigenito ἀγαπητὸν, id eſt, chariſſimum, Lxx. tranſtulerunt, de quo in Euangelio le-
Matth.3.a gimus: Hic eſt filius meus chariſſimus, in quo mihi complacui. Tunc dolebunt à ſe crucifixum, cùm viderint in claritate regnantem. Verbum κατωρχήσαντο, apud Græcos nõ ab illuſione, ſed à ſaltatu compoſitum eſt: quòd ſcilicet contra dominum quaſi ludendo ſaltauerint: quando dicebant illu-
Mar.15.e. dentes atq; ridentes: Vah, qui deſtruis templum: & in tribus diebus ædificas illud. Saluum fac temetipſum, deſcẽdens de cruce. Hæc & alia illudentes, & quodam amentiæ tripudio ſaltantes loquebantur. b ¶In die illa, magnus erit planctus in Hieruſalem &c.) הַדַּדְרִמּוֹן: pro quo Lxx. tranſtulerunt ῥοῶνος, vrbs eſt iuxta Hiezraẽlem, quæ hoc olim vocabulo nũcupata eſt & hodie vocatur Maximianopolis in cãpo Mageddõ: in quo Ioſias rex iuſtꝰ à Pharaone cognomẽto Nechao vulneratus eſt: ſup quo lamentationes ſcripſit Hieremias, quæ leguntur in eccleſia, & ſcripſiſſe eũ Paralipomenõ teſtatur liber. Sicut igitur eo tempore poſt reges peccatores ſpes omnis populi erat in Ioſia: & occiſo illo, magnꝰ planctus in vrbe commotus eſt: ſicut legimꝰ in Hebraico: Spiritꝰ oris noſtri Chriſtus dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus: In vmbra tua viuemus in gẽtibus (licèt alij iuxta intelligentiam ſpiritualẽ hoc referant ad dominum Ieſum) ita crucifixo ſaluatore renouabitur planctus in Hieruſalem, ſicut quondam fuit ĩ vrbe Adadrimon, in campo Mageddon. Quodq; ſequitur: Plangent familiæ & familiæ, ſiue tribus & tribus ſeorſum: familiæ domus Dauid ſeorſum, & vxores ſiue mulieres eorum ſeorſum: hoc ſignificat, quòd tẽpore tribulationis & luctus non debeamus ſeruire coniugijs & operi nuptiarum. Vnde & in Ioël captiuitate propinqua dicitur ad Iudæos:
Ioël.2.d. Egrediatur ſponſus de cubiculo ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo. Et impendente diluuio, imperatur Noë: Ingredere in ar-
Gen.7.a. cam tu, & filij tui: & vxor tua, & vxores filiorum tuorum. Et poſtea finito diluuio, dicit ad eum: Egredere tu, & vxor tua:
Ibid.8.c. & filij tui, & vxores eorum: vt qui in arca impendente diſcrimine fuerant ſeparati, redditi mundo, generationi & liberis deſeruirent. Hoc autẽ non ſolum in tẽpore fit anguſtiæ, ſed & in tempore orationis: quando volumus dominum deprecari: dicente Apoſtolo ad Corinthios: Nolite fraudare inui-
1.Cor.7.a cem, niſi fortè ex conſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi. Igitur & nunc tribus domus Dauid, & tribus domus Nathan, & tribus domus Leui, & tribus domus Semei, à ſuis vxoribꝰ ſeparantur: vt plangant vnigenitũ & primogenitum dominũ Ieſum: de quo dixerãt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios
Mat.27.c noſtros. In Dauid, regia tribus accipitur, hoc eſt, Iuda. In Nathan, pphetalis ordo deſcribitur: Leui, refertur ad ſacerdotes, ex quo ortũ eſt ſacerdotiũ: In Semei doctores accipiunt: Semei tri-
ex hac enim tribu magiſtrorũ agmina pullularunt. Reliquas bus.
tribus tacuit, quæ nõ habẽt aliquod priuilegiũ dignitatis. In eo autem quòd ait: Omnes tribus reliquæ, tribus & tribꝰ ſeorſum, & vxores eorum ſeorſum: vniuerſas abſq; nomine cõprehendit. Dicamus & iuxta Lxx. ῥοῶν appellatur, non vna arbor malorum granatorum, id eſt, mali punici: ſed locus his arboribus cõſitus: de quo iuxta intelligentiã ſpiritualẽ: ſponſus dicit in Canticocãticorum: Deſcẽdi, vt viderẽ in genimi-
Cant.6.d. ne torrẽtis ſi floruiſſet vinea, ſi floruiſſẽt mala punica. Deſcẽdit enim Saluator ad torrentem huius ſeculi, & turbidas aquas, de quibus & in typo eius Helias bibiſſe deſcribitur: vt
3.Re.17.d poſt flores vineæ & mali punici fructũ vtrunq; ſuſciperet, & inebriãs eccleſiã ſuã audiret ab ea: Potabis me de vino vnguẽ
Sap.2.b. tarij, de vino malorũ granatorũ meorum. Huiuſcemodi po-

G tio non ſolum æſtus ſtomachi fugat, ſed & corruptum ventrem ſanare dicitur,& reliquis pdeſſe viſceribus. Nihil hoc pomo pulchrius: in rubore, eccleſiæ ſignificat verecundiam: in granorum ordine, gradus & membra totius corporis per ſingula officia diſtributa. Cùm in huiuſcemodi vinea & malis fructum ſaluator nō

Ioan.15.a. inuenerit, dicet: Omnē palmitem non ferētem fructum, tollet pater: & omnem qui fert fructū, purgabit eum, vt fructū plus afferat. Et in alio loco Ioānes Baptiſta cō

Matt. 3.c. & Luc.3 b clamat: Iam ſecuris ad radices arborum poſita eſt: Oīs arbor quę nō facit fructum bonū, excidetur, & in ignem mittetur. In ſucciſione vitiū vel malorū, quando in die iudicij omnia deponentur nomina dignitatum: & impletum fuerit illud qđ ſcriptū

H eſt: Ecce homo & ope-

Matt. 3.c. & Lu. 3.d ra eius: & paleę à tritico ſeparatę: erit plāct⁹ magnus non in alio loco, ſed in Hieruſalem:

1.Pet.4.d Et enim plaga atq; iudicium à ſanctis incipiet: & reges & ſacerdotes & prophetæ & doctores tundent manib⁹ pectora: cū mala pulcherrima viderint eſſe ſucciſa: & eum quem confixerant in patris ac ſua maieſtate regnare.

Cap. XIII.

a IN die illa, erit fons patens domui Dauid &c.) De hoc fōte qui egreditur de domo Dauid, & in Eze-

Eze.47 b chiele propheta ſcribitur: quòd erumpat fons in domo domini, & creſcat in fluuium, qui appellatur aqua remiſſionis

I & indulgentiæ, & pergat ad ſolitudinem & ad mare, quod nūc vocatur mortuum, piſcesq; omnes viuificet: & ex vtraq; ripa fluminis varij generis conſurgant arbores, per ſingulos menſes ſemper nouis fructibus abūdantes. Et vt ſciamus domum, hoc eſt, templum dei, ipſam eſſe domum Dauid: quæ in Ezechiel, domus dei: in Zacharia, domus Dauid appellatur: hic fons de domo dei egrediēs, refertur ad eccleſiam & ad ſcientiam ſcripturarum: vt omnes renaſcamur in Chriſto, & in aqua baptiſmatis noſtra nobis peccata donētur. Nihil immundius menſtruata, quæ quicquid attigerit, immundum facit: & huius tamen ſordes Chriſti abluentur baptiſmate. Pro ablutione peccatorum & menſtruatæ: Lxx. tranſtulerunt, tranſmutationē & aſperſionem: quòd de lege trāſeamus ad Euāgelium: de litera ad ſpiritum, de vmbra ad veritatem: pro breuibus & præſentib⁹ futura & æterna ſuccedant. Aſperſio autem ſanguinem domini ſignificat: de quo

1.Pe.1.a. & Petrus Apoſtolus loquitur: Gratia vobis & pax multiplicetur, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Ieſu Chriſti. Et rurſum: Scientes q̄ non corruptibilibus argento & auro redempti eſtis: ſed ſanguine precioſo, vt agni immaculati & puriſſimi: quo qui aſperſus fuerit & redemptus, dicere po-

Pſal.50.b terit cum propheta: Aſperges me domine hyſopo & mundabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor. b ¶Et erit in die illa, dicit dominus exercituum &c.) In die illa quam crebrò commemorat, omnia idola auferentur de terra: Siue illa idola de quibus Pſalmiſta dicit: Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: vt nulla ſit alia religio, niſi tantum nominis Chriſtiani: & de quibus in propheta ſcriptum eſt: Vlulate ſculptilia in Hieruſalem & in Samaria. Sicut enim feci Samariæ & ſculptilib⁹ illius: ſic faciam Hieruſalem & idolis eius. Siue hęc idola: de quibus Apoſtol⁹ loquitur: Spiritus autē manifeſtè dicit: quia in nouiſſimis tēporibus recedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus ſeductoribꝰ, & doctrinis dæmoniorum in hypocriſi falſiloquorum: cauteriatam habentium conſcientiā ſuam. Sicut enim idola fiunt manu artificis: ita hæreticorum peruerſa doctrina, quodcunq; ſimulauerit, vertit in ido-

L lum: & facit pro Chriſto adorari Antichriſtum. Pro pſeudoprophetis, in Hebraico abſolutè legūtur prophetæ, id eſt, נְבִיאִים: qui & ipſi pſeudoprophetas ſignificant: ſed tamē & ab Ethnicis, ſacerdotes idolorum vocātur prophetæ. c ¶Et erit cū prophetauerit quiſpiā vltrà &c.) Nominibus idolorum de terra ſublatis, & pſeudoprophetis, atq; immundo ſpiritu qui loquebatur in eis: ſi quis vltrà tentare voluerit, & quippiā ex perſona domini pphetare: ſtatim pater eius & mater obliuiſcentur parentum, vt dei retineant ſeruitutem: & proferent contra filium mortis ſententiam: & tam piæ erunt omniū in deum mentes, vt non expectetur publicum iudicium: ſed pereāt qui tales ſunt ſententia propinquorum. Pro eo quod nos diximus: configēt eū, idem eſt verbum in Hebræo, quod ſuprà דָּקַר: Qua ergo ratione Lxx. interpretes ibi καπωρχήσαντο: id eſt, inſultauerunt, ſiue illuſerunt: & vt verbum de verbo exprimam, cōtra eum ſaltauerunt: & hic συμποδισθῶσιν transferre voluerunt, id eſt, compedient: cùm & Aquila, & Symmachus, & Theodotio, & ibi & hic ſimiliter verterint, confixerunt. Rectè autem qui falſa pphetauerit, homo appellatus eſt, dicente Apoſtolo: Cùm enim ſint inter vos æmulationes & contētiones, 1.Cor.3. a nōne carnales eſtis, & ſecundū hominē ambulatis? Et in pſalmis: Vos autē ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de prīcipibus cadetis. Et indigni ſpiritu dei merentur audire: Non Pſal. 81.a. Gen.6.a. pmanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis: quia carnes ſunt.

d ¶Et erit in die illa: confundentur prophetę &c.) Qui pphetare tentauerit & parentum iudicio fuerit cōdemnatus: & vaticinij illius falſitatem rerum contrarius exitus approbauerit, confundet ex viſione ſua: nec vltrà operietur cilicio vt mentiatur. Hic enim erat habitus prophetarum, vt quando populum ad pœnitentiam prouocabant, induerentur cilicio. Vnde & Eſaiæ præcipitur, vt auferat ſaccum de lūbis ſuis, & nudus incedat: nequaq̄ enim tempus eſſe pœnitentię, ſed imminentis captiuitatis. Ergo & iſte pſeudopropheta nequaq̄

K Pſal.113.b

Hier.30.a

2.Tim.4. a.

*In Græco ſic: Ἐρρέθη, οὐκ εἰμὶ προφήτης ἐγώ, ὅτι ἄνθρωπος ἐργαζόμενος τῷ γῷ ἐγώ εἰμι, ὅτι ἄνθρωπος &c.

M

A nequaq̃ habitum accipiet prophetalem,ne ſub alieno veſtitu & operimento ſimplices quoſq; decipiat: ſed magis terram findet vomere:& agriculturæ deditus hominẽ ſe probabit,
Gen.3.c. deiq; ſubiacere ſententiæ,qui locutus eſt ad Adam:Maledicta terra in opere tuo:in laboribꝰ comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ: ſpinas & tribulos germinabit tibi: & comedes herbas terræ: & in ſudore vultus tui veſcẽris pane. Cumq; ſe oſtenderit ad hoc natum, vt in ſudore faciẽi ſuæ comedat panem ſuũ: interrogabit eum alter, & dicet: Quid ſibi volunt iſtæ plagæ: & hæc vulnera quæ in medio manuum tuarũ ſunt? Et eſt ſenſus:Quare adhæres patibulo? Cur manus tuæ transfixæ ſunt clauis? Quid cõmiſiſti,vt huic pœnę & cruciatuĩ ſubiaceres? Et ille reſpon-
B debit,& dicet:Hæc vulnera & has accepi plagas,parentum meorum iudicio cõdemnatus: & eorum qui me nõ oderant,ſed amabãt.Et intantum fugato mendacio veritas obtinebit:vt etiam ipſe qui ſuo punꝰ eſt vitio, rectè perpeſſum ſe eſſe fateatur. Hebræi hoc quod ſcriptum eſt:Nec operient pallio ſaccino vt mentiantur,ſic ediſſerũt: &

HEB. Quid ſunt plagæ iſtę in medio manuũ tuarum? Et dicet:His plagatus ſum in domo eorũ qui diligebãt me. Frãmea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meũ, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit dominus exercituũ. Percute paſtorem,& diſpergentur oues: & cõuertam manũ meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit dominꝰ: partes duæ in ea diſpergẽtur, & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiã partem per ignem, & vram eos ſicut vritur argentum: & probabo eos ſicut ꝓbatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: dicã, populus meus es: & ipſe dicet, dominus deus meus.

Caput XIIII.

b Ecce dies veniunt dominĩ: & diuidenť ſpolia tua in medio tui. Et cõgregabo oẽs gẽtes ad Hieru-

non replebuntur ſpiritu dæmoniaco,quos ἐγκεκωντακε,id eſt, piloſos,in Eſaia legimus:ne per hanc occaſionẽ ementiti habitus,dei in ſe eloquia mẽtiantur,ſiue dominũ negent: כחשו enim & mẽtiantur & negent,interpretari poteſt. a ¶Framea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meũ &c.)Pro framea quã Lxx. ῥομφαίαν tranſtulerũt:in Hebraico חרב :apud Aquilam & Symmachũ,μάχαιραν,id eſt gladiũ ſiue mucronem reperimus.Et pro eo quod nos vertimus, ſuper virũ cohærentem mihi.i.προσκεκολλημένον μοι,Aquila interpretatus eſt:ſu-
C per virũ contribulẽ meũ:id eſt,συμφυλόν μου:Symmachus, ſuper virũ populi mei,quod Hebraicè dicitur עמיתי, Lxx. ſuper virũ ciuẽ eius:id eſt,ἐπὶ ἄνδρα πλησίον αὐτου: Theodotio,ſuper virũ proximũ eius: י in fine ſermonis pro ו legentes,quæ literæ ſola inter ſe diſtant magnitudine:& ſi ו legatur,meũ ſignificat:ſi י, eius.Miror autẽ quoſdã hanc prophetiam quã Euangeliſta Matthæus retulit ad dominũ ſaluatorem poſtq̃ in paſſione eius fugêre diſcipuli,& tunc eam dicit eſſe completam,allegoricis interpretationibꝰ velle tenuare:& dum plus cupiũt videri noſſe q̃ cæteri, veritatis re-
Matt.26.a gulam non tenere.Refert enim Euãgeliſta Matthæus: Tunc dicit illis Ieſus:omnes vos ſcandalũ patiemini in me in iſta nocte.Scriptum eſt enim:Percutiam paſtorem, & diſpergen-
Ibid.f. tur oues gregis.Et iterum:Hoc autẽ totũ factũ eſt, vt implerentur ſcripturæ prophetarũ.Tunc diſcipuli omnes, relicto eo,fugerunt.Nec putandũ eſt de altero loco aſſumptum teſtimonium: quia in Euangelio deus à ſe dicit paſtorem eſſe percuſſum,& in præſenti loco,gladio atq; mucroni legimus imperatũ:Percute paſtorẽ,& diſpgent oues.Hic gladius & hæc rõphæa eſt & framea, de qua & in viceſimoprimo pſalmo dñs loquitur ad patrẽ:Erue à framea animam meam,& de manu canis vnicã meã. De hac rõphæa & in Amos pro-

pheta ſcriptũ eſt:In gladio moriẽtur omnes peccatores terræ.Quod iuxta literã penitus ſtare non poteſt: multi enim Amos.9.c
D peccatores naufragio pereunt:alij veneno:hi aquis ſuffocantur:illos conſumit incendium.Hoc autẽ gladio & hac romphęa oñes intereunt peccatores,& tetri coloris Aethiopes: de quibꝰ Sophonías ſacro ore teſtatur, dicẽs:

SEP. Quid ſunt plagæ iſtę in medio manuũ tuarum? Et dicet: Quibus ꝓcuſſus ſum in domo diligẽtis me. Framea conſurge ſuper paſtorem meum, & ſuper virũ ciuem eius, dicit dominus omnipotẽs. Percute paſtorem, & diſpergentur oues: & inducã manum meã ſuper paſtores. Et erit in die illa,dicit dominus,duę partes peribunt & deficient, & tertia pars relinquetur in ea: & tranſducam tertiam partem per ignem: & vrã eos ſicut vritur argentum: & probabo eos ſicut probatur aurum. Ipſe inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum: & dicam,populus meus iſte eſt: & ipſe dicet, dominus deus meus es tu.

Caput XIIII.

Ecce dies domini veniunt: & diuidentur ſpolia tua in te:& cõgregabo omnes gentes ſuper Hieru-

Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Poſtq̃ paſtor bo Soph.2.c.
Ioan.10.b. nus qui animã ſuã poſuit pro ouibus ſuis,qui locutus ad patrem eſt: Quẽ tu percuſſiſti,ipſi Pſal.68.f.
perſecuti ſunt:& ſuper dolorẽ vulnerum meorum adijciebant:Patris volũtate percuſſus eſt: & vir cohærẽs deo,qui
Luc.23.g. ait:Ego in patre,& pater in me:pepẽdit in patibulo,& dixit:Pater,in manus tuas commendo ſpiritum meum:ſtatim diſperſę ſunt oues,omnis in Chriſto multitudo credentium.Conuertitq; dominus manum E
ſuã: vt in Lxx.legimus, ad paſtores:quos multi malè Iudæorum principes interpretantur: Vt autem in Hebræo ſcriptum eſt, ad paruulos: quibus dñs dixerat in
Ibi.12.d. Euangelio : Ne timeas grex puule:Et in Eſaía:
Eſa.8.d. Ecce ego & pueri, ſiue paruuli quos mihi dedit deus.Et duæ partes factæ ſunt in omni terra Iudæorũ atq; gẽtilium: qui pariter perierunt & defecerũt:In paſſione enim eius,vox pſalmiſtæ completa eſt,dicentis:Saluum me fac domine, quoniã defe-
Pſal.11.a cit ſanctus.Et:Omnes declinauerũt,ſimul inutiles facti ſunt:
Ibid. 13.a. nõ eſt qui faciat bonũ,non eſt vſq; ad vnũ.Pereuntibuſq; gentilibus & Iudæis,tertia in orbe pars:hoc eſt,tertius Chriſtianorum populus,repẽtè ſuccreuit.Et pulchrè ait:Tertia pars relinquetur in ea:hoc eſt,in terra:quia de Iudæis atq; gentilibus hi qui dominum confeſſi ſunt, ſoli vitæ & habitationi
F terræ reſeruati ſunt. Ipſa quoq; tertia pars ne delicata eſſet, & ſecura cõfeſſione:quaſi argentũ & aurũ per ignẽ ducitur
Luc.12.f & probatur:quẽ & dominus in credentibus ardere cupit:&
Rom.12.c Paulus feruere deſiderat.Vnde & Apoſtoli in ſpiritu & ig-
Pſal.65.b ne domini baptizati,loquuntur in pſalmo:Quoniã probaſti nos deus: igne nos examinaſti,ſicut examinatur argentũ. Et poſt paululũ:Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Et in alio loco dicitur ad credentem: Si
Eſa.43.a. tranſieris per ignem,flamma non cõburet te:quia tecũ ſum. Idcirco autem non cõſumit incendium,& flamma non deuorat:quia vox dñi intercidẽtis flammã ignis.Cùm ſic probati fuerint paruuli,ſuper quos dñs conuertit manũ ſuam:& per vocationẽ eorum omnis nationum turba crediderit: tũc credentium populus vocabit Chriſtũ nomine ſuo:& illo dicente:Tu es populus meus:Populus reſpõdebit: Dominus deus meus es tu. Iudæi hæc ad Chriſtũ referũt: & in vltimo tempore futura contendunt:ſed hoc inter nos & illos eſt, quòd nos expleta iam dicimus,illi explenda commemorant.

Cap. XIIII.

b Ecce dies veniunt dñi, & diuidentur ſpolia &c.) Dies quos venturos dominus comminatur, vt diuidant ſpolia Hieruſalẽ in medio eius,& cætera quæ prophetaQq iiij lis ſer-

G lis sermo comprehendit:hi sunt de quibus & in Esaia legi-
Esa. 22.a. &.34.b. mus:Dies domini insanabilis veniet,furoris & irę,ponere to-
tum orbem in solitudinẽ,& peccatores auferre de eo. Quã-
ta autem necessitas erit,vt spolia eius diuidãtur in medio il-
lius?Solet hoc frequenter accidere, vt quæ subito impetu in
ciuitate direpta sunt,fo-
ris in agro aut in soli-
tudine diuidãtur,ne for-
tè hostes superueniant.
Hìc autem tantum ma-
lorum pondus incum-
bet:vt quę direpta fũt,
in ciuitatis medio diui-
dãtur pro securitate vi
ctoriæ.Et nõ solum ca-
pietur Hierusalem cũ-
ctis gentibus aduersum
eam in prælio concita-
tis:sed & vastabunt do-
mus habitantiũ Hieru-
salem: & mulieres vio-
labuntur in dolorẽ do-
minorum & maritorũ:
H qui nec populationem
domorum,nec vxorum
stuprũ ab hostib⁹ pro-
hibere poterunt: iuxta
illud qđ alibi legimus:
Q ui cõgregati sunt in
medio tui,gladio cadẽt
& filios vestros in con-

HEB. Hierusalẽ in p̃liũ: & capietur ciuitas,& vastabũtur domus: & mulieres violabũtur;& egredietur media pars ciuitatis in captiuitatẽ:& reliquũ populi nõ auferetur ex vrbe.
a Et egr̃edietur dn̄s,& p̃liabitur cõtra gẽtes illas, sicut p̃liat⁹ est in die certaminis. Et stabũt pedes ei⁹ in die illa sup̃ mõtẽ oliuarũ,qui est cõtra Hierusalẽ ad Orientem:& scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad Orientem & ad Occidentem,prærupto
b grandi valde. Et sep̃arabitur medium montis ad Aquilonem: & medium eius ad Meridiem. Et fugietis ad vallem montium meorũ:

SEP.per Hierusalẽ ad bel landũ;& capietur ciuitas, & diripiẽtur domus,& mulieres polluentur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatẽ: reliq au tẽ populi mei nõ peribunt de ciuitate. Et egredietur dn̄s,& præliabitur contra gẽtes illas, sicut in die cõmissionis, & in die prælij: & stabũt pedes eius in die illa sup̃ mõtẽ oliuarũ,q̃ est cõtra Hierusalẽ ad Oriẽta lẽ plagã. Et scindet mons oliuarũ, media p̃s eius ad Oriẽtẽ,& media p̃s illi⁹ ad mare,voragine magna nimis. Et iclinabit media p̃s mõtis ad Aquilonẽ,& media pars ei⁹ ad Austrũ. Et obturabitur vallis mõtiũ meorum:

sa terræ: & consumentur montes super eum, vallesq̃ scindentur. In Esaia quoq; Dominus virtutum egredietur,& conteret bellum,& suscitabit zelum,& clamabit sup̃ hostes suos cũ fortitudine. Egreditur ergo deus de loco suo, quando quietem & mã suetudinem & clementiam suam pro emendatione peccantium rumpere cogitur:qui cũ per naturam dulcis sit, vitio nostro πϖαικραί-νεται, id est,amarus efficitur:non sibi,sed patientibus,quibus amara tormenta sunt. Iste qui alibi loquitur per pro- L
phetam:Ego sum deus, Malac.3.b
& nõ commutor.Et ad
ipsum dicitur: Tu autẽ Psal.101.d
idem es & p̃manes. Et
in epistola Iacobi:Apud quẽ nõ est cõmutatio. Nũc egredi- Iacob. 1.c.
& præliat sicut in die certaminis, quando Pharaonẽ in mari
submersit rubro,& p̃ Israëlitico populo dimicauit. Et sta- Exod. 14.
bunt pedes eius his quorũ misertus fuerit & nequaq̃ mouebũtur:vt rursum de eo dici possit:Et dn̄s tuba canet:& ambulabit in cõminatione iræ suæ. Nec ambulabit declinante iam sole, & vicinis tenebris post meridiẽ: qđ sup̃ Adam eũ fecisse legimus.Cũq; steterit,nõ stabit in valle & in locis humilibus,sed in mõte qui non infructuosas arbores habeat,& syluam sterilẽ:sed vbi oliueta nascũtur,quibus alitur lumen æternũ:& soluunt infirmitates,& requies lassis tribuitur.Et ipse mõs oliuarũ in quo stãt pedes domini, cõtra Hierusalẽ est & ad Oriẽtẽ,vnde oritur sol iustitię:illisq; oliuis cõsitus
est:de quib⁹ dicit:Filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu Psal.127
mẽsæ tuæ.Cuius media pars scindet ad Orientẽ:in qua sunt
arbores plãtatæ de gẽtib⁹:de quib⁹ vna loquitur:Ego autem Ibi.51.d.
sicut oliua fructifera in domo dei.Et altera media pars scin
detur ad Occidẽtẽ & mare,prærupto grandi valde,q̃ circũ- M
cisionis est populus:ad quẽ deus loquit̃ p̃ ꝓphetã: Q uid di- Hier.11.c.
lecta mea in domo mea fecit,abominationẽ?Nũquid vota &
carnes sanctæ auferẽt à te malitias:aut in his effugies? Hæc
dilecta in domo dei fecit abominationẽ: vt dei filiũ crucifigeret & audiret:Oliuã vmbrosã,& nemorosã pulchritudinẽ vocauit dn̄s nomẽ tuũ: & inutiles facti sũt rami tui,q̃ fracti
sũt de bona radice,vt nos ĩ locũ eorũ insereremur.Et aĩad-
uerte mysteria scripturarũ:quo media p̃s quę vergit ad Oc-
cidentẽ,& salsis atq; amaris fluctib⁹ tundit,nõ simpliciter in
mari esse dicat,sed in prærupta maris voragine & magna ni- Mich.1.b.
mis:de qua & Micheas loquit:Detrahã in vallẽ lapides eius:
haud dubiũ quin Hierusalẽ,& fũdamẽta eius reuelabo.Hęc
vt in locis difficillimis & valde obscuris,p̃ tenuitate virium
nostrarũ dixim⁹. Cęterũ Iudæi occidẽtẽ sequẽtes literã,co-
nãtur ostẽdere,stãtẽ dn̄m sup̃ mõtẽ Oliueti: & ipsum mõtẽ
in duas p̃tes esse diuisum:vt cõtra Orientẽ vnius partis ha-
beat scissura principiũ:& altera pars finẽ tẽdat ad Occidẽtẽ:
& in medio valde præcipiti,alia pars ad Aqlonẽ, ad Austrũ
alia diuidat. b ¶Et sep̃abit mediũ mõtis ad Aqlonẽ &c.)
Pro eo qđ nos dixim⁹:fugietis:Lxx.& reliq interpretes ἐμ-
φραχθήσε⁊αι.i.obturabit,siue replebit,trãstulerũt.Et pro eo
qđ nos posuim⁹,qn̄ cõiũget vallis mõtiũ vsq; ad p̃ximũ: p̃

proximo,

nis accipimus:sic & hoc quod scriptum est:Egredietur do- K
minus,& præliabitur: iuxta illud accipiendum quod in Ha-
bacuc legimus:Egressus es in salutem populi tui:in salutem Habac.3.c
cum Christo tuo.Et in Michea: Q uia ecce dominus egre- Mich.1.a.
dietur de loco suo, & descendet & calcabit super excel-

Amos.7.d Hoc ipsum & Amos propheta ad Amasiam impiũ sacerdotem cõminans loquitur:Vxor tua in ciuitate fornicabitur:& filij tui & filiæ in gladio cadẽt, & humus tua funiculo metietur.Et hæc populo Iudæorũ vniuersa contingent: Q uia
Psal.2.a. fremuerunt gentes,& populi meditati sunt inania. Astiterũt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum,aduersum dominum & aduersum Christum eius.Q ui irrisit & subsanna uit eos,& in furore suo conturbauit illos,in tantum vt Apostolus quoq; cernens eos annos qui ad pœnitẽtiam dati fuerant iam̃ esse completos: & nihilominus illos in negatione
1.Thes.2.d persistere qui occiderũt dominum, & prophetas & Aposto los pśecuti sunt,dixerit:Peruenit super eos ira in finẽ. Hæc omnia plenissimè Iosephus, qui Iudaicã scripsit historiam:
I & multo maiora q̃ legimus in prophetis,eos sustinuisse cõ-
Cornelius Tacitus. memorat.Cornelius quoq; Tacitus qui post Augustum vsq; ad mortem Domitiani vitas Cæsarum triginta voluminibus exarauit. Q uomodo autẽ media pars capta sit ciuitatis: & reliquus populus in vrbe permanserit:& illo tẽpore & alijs approbatur,Septentrionalem vrbis & inferiorem partẽ esse captam:montem autem templi & Sion,in quo arx erat,integra remansisse. Iudæi hæc sub Gog dicunt esse complenda: alij temporibus Macedonum & Aegyptiorũ, diuersarum̃q;
† veritatẽ. gentium ex parte transacta.Nos temporis varietatem †domini sententiæ relinquentes:quæ scripta sunt,explicemus.

a ¶Et egredietur dominus & præliabitur cõtra gẽtes &c.) Egredi deum,& pugnare cõtra gentes,& stare pedes eius super montem Oliueti:& cætera quæ in scripturis sanctis ἀν-θϱωπο-πάθως dicta,& carnaliter cõtinentur,dignè deo debemus accipere: Alioquin,cùm loquatur Apostolus: Q ui est
Col.1.b imago dei inuisibilis.Et rursum:Regi autem seculorum in-
1.Tim.1.d corruptibili inuisibili deo.Et in Euãgelio scriptum sit: Deũ
Ioan.1.b. nemo vidit vnq̃: vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse
Ibi.6.e narrauit. Et iterum. Non quia deũ vidit quisq̃ præter eum qui est de patre:sicut iram eius & pœnitentiam, & animam, & manus,& pedes,& ventrem,& oculos, & cætera corporis membra,pro varietate causarum & sensuum interpretatio-

A pximo, Lxx. ἐσαήλ trāſtulerūt: Aquila ipſū verbū Hebraicū poſuit ישע per e breuē literā ἐζέλ: Theodotio p extenſam ἐζήλ: ſolus Symmachus proximū interpretatus eſt, quē & nos ſecuti ſumus. Dicamus παραφρασικῶς, vt poſſint patere quæ ſcripta ſunt: Cùm mons Olueti grandi voragine præruptus fuerit: ita vt vna pars voraginis ad Orientē, altera ad Occidentem reſpiciat: repentè & in ipſa voragine excelſa ex vtraq; parte prærupto, aliavorago rūpetur ad Aquilonē, alia ad Auſtrū: & præruptū quadrāgulū fiet: vt quadrifariam in quatuor plagas Orientis & Occidētis, Aquilonis &. Auſtri vorago tēdat. Et fugietis, ſiquit, advallem quæ eſt inter tēplū & Sion. Hi enim tēpli & Sion duo montes, dei montes appel-

B lantur: quia vallis illa mōtis Olueti, quę præruptis hinc atq; inde montib⁹ cingitur, vſq; ad tēpli mōtem qui ſāct⁹ eſt, ſuam voraginē trahet. Terræmotus aūt in dieb⁹ 2. Paralip. 26. d. Oſiæ regis Iuda: illius tēporis traditur: qñ Oſias, qui altero nomine Azarias dicitur, illicitū ſibi ſacerdotiū vēdicare conatus, lepra percuſſus in fronte eſt. De quo terræmotu & in Amos principio legimus: Verba Amos qui fuit in paſtoralibus de Thecue, quæ vidit ſuper Iſraēl in diebus Oſiæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſraēl, ante duos annos terræmotus. Deniq; poſtq̄ hic mortuus eſt rex ſceleſtus, ad cuius impietatem omnis terra cōmota eſt: vidit Eſaias viſionem magnam, quā ſuo volumini intexuit. Tranſeamus ad intelligētiam ſpiritualem: Poſtq̄ mons oliuarū ad Orientem & Occidētem vocatione Gentiū & abiectione Iudæorum fuerit ſeparatus: rurſum alia ſciſſura fiet Aquilonis & Auſtri. Aquilo iūgetur Occidenti, Auſter Oriētali plagę: ad ſiniſtram ſtabit circūciſio, ad dextram populus Chri-

Canti. 4. d ſtianus. De his duobus ventis eccleſia loquitur: Surge Aquilo, & veni Auſter: vt Aquilone vento frigidiſſimo recedēte, qui interpretatur diabolus, Auſter calidus ventus adueniat: quem ſponſa perquirens ait: Vbi paſcis, vbi cubas, in Meri-

Habac. 3. a C die? De quo & Habacuc myſticè loquitur: Deus de Theman veniet: pro quo in Hebraico ſcriptum eſt: Deus ab Auſtro, id eſt à luce pleniſſima. De qua alibi Pſalmiſta conclamat: Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Cùm autem tanta fuerit duorum populorum in toto orbe diuiſio: vt alij ad Orientem & Auſtrum, id eſt ad dextram: alij ad Aquilonem, & Occidentem, ad ſiniſtram videlicet ſeparentur: tunc quicūque ſanctus eſt, fugiet ad vallem montium dei: de quibus ſuprà diximus, templi & Sion: duo videlicet teſtamenta: quoniā vorago illa quæ prius fuerat vtriuſq; montis, tendetur vſque ad Aſaēl: hoc eſt vſque ad domū dei: quæ vicina eſt paradiſo, & cœleſti Hieruſalē, & monti ſancto, in quo templum ſitum eſt. Et ſicut eo tempore quo ſub Oſia rege leproſo vehemētiſſimus terræmotus mortalium corda perterruit: & territos huc illucq; diſperſit: Ita duorum populorum ſeparatio, & rurſum credentium in vna fide ſocietas, inter duos montes placabili ſede requieſcet: quoniā & vetus & nouum inſtrumentū ſibi vtrumq; iungetur. Quòd autem dicitur, vſq; ad Aſaēl: id eſt, vſq; ad proximū: hoc ſignificat, iuncta quidē ſibi eſſe duo inſtrumenta, legis & euangelij: ſed ita iuncta vt magis vicina ſint q̄ vnita: Multa em̄ veteris legis amiſimus, & nouæ gratiæ ſuſcepimus. Cùm autem hoc fuerit ratione perfectum: tunc veniet, inquit, dominus deus meus, omneſq; ſancti cùm eo. Sin autem voluerimus pro eo quod nos diximus, fugietis: ſequi illud quod alij interpretes

HEB. meorū, qm̄ cōiūget vallis montiū vſq; ad proximū: & fugietis ſicut fugiſtis à facie terræ motus in diebus Oſiæ regis Iuda: & veniet dominus deus meus, omneſque ſancti cū eo. a Et erit in die illa non erit lux, ſed frigus & gelu. Et erit dies vna, quæ nota eſt domino, non dies neq; nox: & in tempore veſperi erit lux. b Et erit in die illa exibunt aquæ viuæ de Hieruſalē: mediū earū ad mare oriētale, & mediū earū ad mare nouiſſimū: in æſtate &

SEP. meorum: & adiungetur vallis montium vſque ad Aſaēl: & replebitur ſicut repleta eſt à facie terræmotus in diebus Oſiæ regis Iuda: & aderit dominus deus meus, & omnes ſancti cum eo. In die illa nō erit lux, ſed frigus & gelu erit vna die: & dies illa nota erit dño: & nō dies neq; nox: & ad veſperā erit lux. In die illa egredient aqua viua de Hieruſalē: media eius pars ad mare primū, & media pars ad mare nouiſſimum: in æſtate &

transtulerunt, obturabitur, ſiue replebitur vallis montium D eorum: hoc dicemus, quòd aduentus domini ſaluatoris duobus inter ſe populis ſeparatis, obturet & repleat eam voraginem quæ duos populos diuidebat: vt plana via ad ſe mutuo gradiantur. a ¶ Et erit in die illa non erit lux ſed frigus &c.) Manifeſtè de ſecūdo ſaluatoris prædicatur aduētu: de quo & Ioannes in Apocalypſi ſua loquitur: Ecce Apoc. 1. b. veniet cum nubibus, & videbit eum oīs oculus & qui eum compunxerūt. Et dñs in Euāgelio pronunciat venturū fi- Mat. 24. c lium hominis in nubibus cœli cum fortitudine, & gloria multa. Veniet autem cū fortitudine & gloria multa. Veniet cū nubibus: id eſt, angelis: qui ſunt miniſtri ſpirit⁹, ad & diuerſa mittuntur officia: & cum pphetis atq; apo- E ſtolis: de quibus ſcriptum eſt: Veritas tua vſq; ad nubes. Cumq; dies aduentus Pſal. 35. b. eius fuerit impletus: non erit lux, ſed frigus & gelu: refrigerata omnium charitate: & præ multitudine malorum quæ ſuperuentura ſunt, frigeſcentibus cunctis, & calorem priſtinæ fidei perdentibus. Poſtquam autem omnes peccatores frigus ſuum gelúque contraxerit: vna dies erit atq; perpetua: nequaq̄ ſibi luce & tenebris, die & nocte ſuccedentibus: ſed ipſe dominus erit lux omnium. De quo Eſaias plenius: Non erit, inquit, tibi ſol in lucem diei: neque ortus lu- Eſa. 60. d. næ illuminabit te per noctem, ſed erit tibi dominus lux æterna, & deus tuus gloria tua. Qui & in alio loco clamat ad Hieruſalem: Illuminare illuminare Hieruſalem: venit enim lux tua ſuper te: & gloria dei tui ſup te orta eſt. Ecce enim tenebræ & caligo operient terram ſuper gentes, ſuper te autem apparebit dominus, & gloria dei tui ſuper te orta eſt. Et ibunt reges in lumine tuo, & gentes in ſplendore tuo. Si caligo & tenebræ operient terram ſuper gentes: quomodo rurſum gentes ambulabunt in ſplendore domini? Sed illæ gentes erunt in tenebris quas frigus gelúque cō traxerit, & illæ ambulabunt in lumine domini, quæ ſecutæ fuerint reges, apoſtolos & prophetas: de quibus ſcriptum F eſt: Cor regis in manu domini. Denique in tempore veſperi, Prou. 21. a. hoc eſt tenebrarum & triſtitiæ omniū peccatorum, ſanctis lux erit, & vna & æterna dies: quæ ſi nota erit domino (neque enim ignorare poterit quam creauit) conſiderandū eſt quomodo dicat in euāgelio, quòd diem illam nec Mat. 24. d angeli, nec filius nouerit niſi ſolus pater. b ¶ Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Hieruſalem &c.) In illo tēpore: hoc em̄ ſignificat dies quę ſoli nota eſt dño: in qua nō ſibi ſuccedent lux & tenebræ, ſed erit lumē perpetuū: iuxta illud quod in Apocalypſi legimus: Et ciuitas non habebit ne- Apo. 21. g. ceſſariam lucem ſolis: quoniā dominus deus omnipotēs lūmē eius erit, egrediētur aquę viuentes de Hieruſalē: de quibus ſuprà, ponentes Ezechielis teſtimonium, diſputauímus: quarum media pars ibit ad mare Orientale: quod Græcorū libri λίμνην ἀσφαλτῖτιν vocant, & vulgo mare appellatur mortuum, ex eo quòd nihil in aquis eius poſſit viuere: Et media pars ad mare nouiſſimū, quod ducit ad Aegyptum, & facit littora Palæſtinæ. In æſtate, inquit, & in hyeme ita erit: vt aquæ iſtæ quæ exibunt de Hieruſalem, nec gelu conſtringātur hyemis, nec æſtatis nimio feruore ſiccentur: quāq̄ pro hyeme vernum tēpus Septuaginta tranſtulerūt, quod ad diſtinctionem æſtatis non conuenit. Cùmq; vitales aquæ vtrūq; mare fuerint ingreſſæ, & amaras aquas dulci flumine mitigarint: tunc erit dominus rex ſuper omnē terram.

Aqua quæ

G Aqua quæ egreditur de Hieruſalē, hoc eſt de eccleſia:doctrinam indicat ſaluatoris. De Sion enim egreditur lex, & verbum domini de Hieruſalem:iuxta illud quod alibi ſcriEſa.2.a. Eſaię.11.b. ptum eſt: Repleta ſunt omnia ſcientia domini : ſicut aqua multa operiens mare. Harū aquarū media pars ibit ad mare orientale, populum circumciſionis, qui in apoſtolis & p apoſtolos eſt electus:& medium earū ad mare nouiſſimū: vt de Oriente & Occidente veniant qui accūbent cū Abrahā, Iſaac & Iacob. Vel certè oriētale mare,& mare nouiſſimū intelligamus vetus inſtrumentū & nouum,quod niſi flumine ſaluatoris,& ſpirituali eius intelligentia fuerit dulcoratum, amariſſimū eſt,occidēte litera & ſpiritu viuificante. Quod& ſequitur: In æſtate & in hyeme erunt : ſubauditur aquæ viuæ quæ egrediūtur H de Hieruſalem : vt & in pace & in perſecutionibus iſtæ viuentes aquæ manare nō ceſſent. Siue quia Lxx. tranſtulerunt: In æſtate,& in Vere ita erit:hoc dicamus,quòd illo tē Canti.2.c. pore nō ſit hyems,ſed ver,æſtas& perpetua:quādo vox turturis audiet in terra noſtra,& ficus afferent groſſos ſuos,& vineę florebūt,& hyems ptrāſibit,& pluuia recedet,& abibit ſibi. In illo tpe ideo ver neceſſariū erit:quia flores apparebūt in terra noſtra:vt celebremus paſcha, & pētecoſten: in quibus de terrenis tranſeamus ad cœleſtia: & omnes fructus noſtros offeramus deo. In phaſe enim hyemis finis,veris exordium eſt:in pentecoſte æſtatis principium : quando labores manuum noſtrarum, & fructuū offerimus deo. De Pſal.73.c. hac æſtate & Vere ꝓpetuo iuſtus loquitur ad dñm: Tu fabricatus es aurorā & ſolem:æſtatē,& ver tu plaſmaſti. Tūc Ibi.96.a. erit dominus rex ſuper omnē terram:quando dicemus:Do- Ibi.95.c. minus regnauit,exultet terra. Et iterum:Dicite in gentibus, quia dominus regnauit. Etenim correxit orbem terræ, qui nō cōmouebitur. Aquam autem viuam rectè à nobis doctrinam ſaluatoris expoſitam,ſciet ille qui biberit,& qui ſaluaIoan.4.b. torem audierit prędicantē: Si quis biberit ex aqua quā ego dabo ei:fiet in eo fons aquę viuentis,& ſalientis in vitā æterIbidē.7.f. nam. Et rurſum: Qui credit in me (ſicut dixit ſcriptura:) de ventre eius egredientur flumina aquæ viuentis. Sicut eñ qui biberit de doctrina eius,habebit in ſe fontem viuētem: I ſic qui crediderit in eo, iuxta id quod ſcripturarū vocibus continetur,flumina aquæ viuentis egredientur de ventre illius. Aquas viuētes multi ad baptiſmū referunt: quæ in Vere & in æſtate,hoc eſt in paſcha & pentecoſte fitiētibus largiEſaiæ.1.d. endæ ſunt:quando implebitur quod ſcriptum eſt: Lauamini, mundi eſtote. a ¶ In die illa erit dñs vnus: & erit nomē eius vnū &c.) Extructionem vrbis Hieruſalē,& aquarum egreſſum de medio eius,quæ ad vtrūq; defluant mare: Iudæi & Chriſtiani Iudaizantes vltimo ſibi tēpore repromittunt: qñ rurſum exercēda circūciſio ſit: & immolandæ victimæ:& oīa legis precepta ſeruāda: vt nō Iudæi Chriſtiani,ſed Chriſtiani Iudęi fiant. In die,inquiūt,illa qñ Chriſtus in Hieruſalē aurea atq; gēmata ſederit regnaturus : nō erūt idola nec diuinitatis cultura diuerſa:ſed erit dñs vnus: & reuertetur oīs terra vſq; ad ſolitudinem : id eſt,in antiquum ſtatum : ponitq; locorum vocabula à quo loco vſq; ad quem locū ædificanda ſit Hieruſalē : de colle Remmon, hoc enim Gabaa ſonat,vbi arbor maligranati eſt, vſque ad auſtralem plagam Hieruſalem. Quodq; ſequitur : Rhama autem in loco ſuo permanebit: meli⁹ interpretat⁹ eſt Aquila & cæteri,qui poſuerūt exaltabitur: Rhama quippe exalMatt.2.c. tatio dicitur : Iuxta illud prophetale & euangelicū: Vox in rhama audita eſt:hoc eſt,in excelſis ſonuit. Exaltabit itaq;

HEB. æſtate & in hyeme erūt. Et erit dominus rex ſuper omnem terram: a In die illa erit dominus vnus: & erit nomen eius vnum: & reuertetur omnis terra vſque ad deſertum de colle Remmon ad auſtrum Hieruſalē: & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo: à porta Beniamin vſq; ad locum portæ prioris: vſq; ad portā angulorū:

Hieruſalem,& ædificabitur in loco priſtino,à porta Beniamin:vſq; ad portā quę dicitur angulorū, & à turre Hananneel:nō vt Græci,& Latini malè legūt Anamaël vſq; ad torcularia regis:quod Hebraicè ſcriptū eſt הַמֶּלֶךְ. Et habitabunt,inquit,in ea,hóc eſt,in Hieruſalē:& anathema amplius nō erit : nullus videlicet metus hoſtilis impetus, nulla formido : ſed ſedebit vel habitabit Hieruſalem ęterna pace requieſcēs. Hęc Iudæi iuxta literā ſomniāt, & noſtri χιλιασάι, qui rurſum audire deſiderant: Creſcite & multiplicamini & replete terrā:& pro huius vitæ continētia breuiq; ieiunio: bulbos ſibi,& vuluas, & aues phaſidis, & attagenem, nequaq; Ionicū,ſed Iudaicum repromittūt:

SEP. æſtate & in Vere erit ſic : & erit dominus in regem ſuper omnem terrā. In die illa erit dominus vnus : & nomen eius vnum: circuiēs omnem terram, & deſertum à Gabaa vſque Remmon ad auſtrum Hieruſalem: Rhama verò in loco permanebit : à porta Beniamin vſque ad portā primam, vſq; ad portam angulorū:

K

Gene.1.d.

de quibus verè poteſt dñs dicere: Non permanebit ſpiritus Ibidē.6.a.
meus in hominibus iſtis:quia carnes ſunt: Caro eñ pugnat Gal.5.c.
contra ſpiritū,& ſpiritus cōtra carnem. Nec opponant nobis Ioannis Apocalypſim : quæ & ipſa ſpūaliter differenda L
eſt. Nos autē cœleſtē Hieruſalem interpretemur eccleſiam: quæ in carne ambulans,nō viuit ſecūdum carnē : cuius municipatus in cœlo eſt. Poſtq; eñ dñs Ieſus rex fuerit ſuper omnē terram : de quo ad patrē ſpirit⁹ ſanct⁹ loquitur per prophetam: Deus iudiciū tuū regi da, & iuſtitiam tuā filio Pſal.71.a.
regis:tunc vnus domin⁹ erit:de quo ſcriptū eſt:Scitote quo- Deut.4.f.
niam dñs ipſe eſt deus:Et vnū nomē ei⁹ oīni praua religiōe calcata:iuxta illud qđ propheta decantat : Dñe dñs noſter Pſal.8.a.
q̄ admirabile eſt nomē tuum in vniuerſa terra. Et rurſum: Ibi.137.a.
Magnificaſti ſup oēs nomē ſanctū tuū. Et alibi: Sicut nomē Pſal.47.
tuū de⁹:ita & laus tua in vniuerſa terra:de quo & Habacuc b.
loquitur:Laudis ei⁹ plena eſt terra. De cui⁹ gloria noīs ipſe Habac.3.a
de⁹ loquit: Abſq; me nō ſcies deū,& præter nomē meū:quod Eſa.44.a
magnificatū eſt ſup oēs. Tūc reuertet oīs terra in qua habitauere Iudæi vſq; ad deſertū:id eſt vſq; ad populū gētiū qui prius deſert⁹ erat,& legis noticiā nō habebat: à Gabaa vſq; ad Rēmō, hoc eſt à colle vſq; ad excelſū : quia de terra & deſerto ad colles,& de collib⁹ ad mōtana cōſurgimus : Vnde & ſponſus in cātícocāticorum tranſilit colles, Canti.2.a.
qui minores ſunt,& ſalit ſup mōtes excelſos:de quib⁹ ſcriptum eſt:Montes excelſi ceruis. Sin autē Remmon malogranatum accipere volumus,vtrumq; enim apud Hebræos interpretatur : hoc dicamus, quòd fines eccleſiæ de collibus M
incipiant : vt omnis ordo eccleſiaſticus conſtruatur: de quo ſuprà diximus quando interpretati ſumus planctum vnigeniti, & planctum ſicut Adadrimon. Nec hoc eſt eccleſia fine contenta : ſed perueniet vſque ad auſtrum in luce pleniſſima: Super quo dudum expoſuimus. Et nunc idcirco reticemus: ne eadem ſæpius inculcantes lectori ſimus faſtidio. Et exaltabitur eccleſia quæ cœpit à collibus,& peruenit ad meridiē:& habitabit in loco ſuo: de quo ſcriptum eſt : In loco paſcuæ ibi me collocauit . A porta Beniamin, Pſal.22.a.
qui interpretatur, filius dexteræ, & non filius dierum : vt malè quidam ſuſpicātur: aliud eſt enim ſi in ⟦ literam:aliud ſi in ◻ finiatur: Et perueniet vſq; ad locum portæ Orientalis & prioris, vſq; ad portam angulorum. A virtute incipimus,hoc quippe dextera ſignificat:& peruenimus vſque ad portam priorem, vt per eam ingrediamur ad cæteras:ſtatimq; nobis occurrit porta angulorum,vbi angularis lapis Pſal.117.c
eſt:quem reprobauerunt ædificantes: & factus eſt in caput anguli: Qui angularis lapis parietē vtrūq; cōnectit,& duos Ephe.2.d
populos in vnū redegit: de quo & deus loquit per Eſaiam: Ecce ponam in Sion lapidem angularem, electum & pre- Eſa.28.d.
cioſum in fundamentis eius : & qui crediderit in eum,non confundet. Hic lapis angularis & cęteros lapides angulares ſuperædificari

A ſuperædificari ſibi voluit: vt apſ Paulus poſſet liberè dicere: Aedificati ſuper fundamentũ apoſtolorũ & prophetarũ, ipſo angulari lapide Chriſto Ieſu. Hos lapides nõ imitãtur hæretici, qui omnia gloriæ & lucri cauſa faciunt: & orant in angulis platearũ, rectã ſemitã relinquentes. Omnis eñ angulus rectam lineam fran
Ephe.2.d.
gît: & idcirco meretrix in prouerbijs, vtcũq; eã accipere voluerimus: cuius nõ quieſcunt pedes domi: ſed aut foris vagatur, aut in oñibus inſidiatur angulis platearũ: cùm viderit iuuenem inſipientẽ (nõ inuitat enim quem ſenſerit eſſe prudentẽ & maturum ſenectute: de quo
Sapi.4.b.
ſcriptum eſt: Cani hominis ſapiẽtia eius) ſtatim apprehẽdit, & oſculatur atq; blanditur: & ducit ad lupanar, & inuitat ad coitum. Relinquamus igitur ſimulatos angulos, & ad firmos atq; robuſtos Chriſti angulos trãſeamus: ad quos cũ peruenerimus, ſtatim nobis occurrit turris Hanãneel:

HEB. gulorũ: & à turre Hananneel vſq; ad torcularia regis: & habitabunt in ea: & anathema nõ erit amplius: ſed ſedebit Hieruſalem ſecura. Et hæc erit plaga qua percutiet dñs omnes gẽtes quæ pugnauerunt aduerſum Hieruſalem: Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtantis ſuper pedes ſuos: & oculi eius contabeſcent in foraminibus ſuis: & lingua eorũ contabeſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus dñi magnus in eis: & apprehendet vir manũ proximi ſui, & conſeretur manus eius ſup manũ proximi ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſũ Hieruſalem:

a

b

B

חננאל

quod interpretatur gratiſſimus dei. Quid enim turre Salomonis gratius eſt: de qua ad ſponſam dicitur: Sicut turris
Canti.4.b
Dauid ceruix tua, quę ædificata eſt in Talphioth: mille ſcuta pendent ſup illam: omnia iacula potentiũ. Hanc turrem
תלפיות
Luc.14.f.
dominus in euangelio ædificari vult, expenſis prius & ſumptibus ſupputatis: & de qua dicitur ad Hieruſalẽ: Fiat pax
Pſal.121.b
in virtute tua, & abundantia in turribus tuis: de qua & ſanctus ad dñm loquitur: Deduxiſti me, quoniã factus es ſpes
Pſal.60.a.
mea: turris fortitudinis à facie inimici. De turre Hananneel peruenimus ad regis torcularia: pro quibus & tres pſalmi
Eſa.63.a.
titulum habent. Et dominus dicit in Eſaia: Torcular calcaui ſolus: vt exuberet in illis noſtra vindemia, & exprimamus botros: & rubentia in Chriſti ſanguine muſta calcemus: vt
Canti.2.a.
bibamus vinũ quod lætificat cor hominis. Et ſponſa deſiderat ſponſi ſodalibus loquens: Inducite me in cellam vini, ponite ſuper me charitatẽ: Si nos iſtiuſmodi inebriarint torcularia, habitabimus in Hieruſalẽ, in qua anathema vltrà non

C
erit: maledictio videlicet & abominatio. Vnde dicit & Apoſtolus: Si quis non amat dominũ, ſit anathema. Et in alio loco: Nemo in ſpiritu dei loquẽs, dicit anathema Ieſu. Et pro
1.Co.16.d
1.Co.12.a
Rom.9.a.
fratrũ ſalute anathema eſſe cupit: imitari volens dñm ſuũ, qui & ipſe cũ nõ eſſet maledictio, pro nobis factus eſt maledictio. Ablato autẽ omni anathemate, habitabit Hieruſalẽ
Pſal.117.a
ſecura atq; confidens: & illud in ſe exprimẽs: Qui confidit in dño, beatus eſt. Et: Melius eſt cõfidere in dño, q̃ confidere in homine: de qua ſecuritate & confidentia Hieremias
Hier.17.a
propheta cõmemorat: Benedictus erit homo qui confidit in dño. a ¶Et erit hæc plaga qua percutiet dñs oñes gẽtes quæ pugnauerũt aduerſum Hieruſalem: Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtãtis ſuper pedes &c.) Quæ paſſuræ ſint gentes quæ contra vrbẽ domini dimicabunt, præſens ſcriptura teſtatur: Stabunt, inquit, ſuper pedes ſuos, & caro eorũ tabeſcet & defluet, & oculi eorũ cõputreſcẽt, & de ſuis foraminibus excident: lingua magniloqua quę dei populũ blaſphemabat, ſoluetur in ſaniem, & intra vallum dentiũ cõputreſcet. Hæc paſſos nõ eſſe Romanos, qui Hieruſalẽ ſubuerterunt, cunctis perſpicuũ eſt: niſi fortè Iudæi illas nationes aſſerunt perpeſſuras, quę contra aureã & gẽmatã dimicaturę ſunt Hieruſalem. Nos autẽ dicemus, oñes perſecutores, qui afflixerunt eccleſiam domini, vt taceamus de futuris cruciatibus, etiam in præſenti ſeculo recepiſſe quæ fuerint. Legamus eccleſiaſticas hiſtorias: quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid ſæuiſſimus omniũ Maximinus, & nuper Iulianus paſſi ſint: & tũc rebus probabimus etiã iuxta literam, prophetiæ veritatem eſſe cõ

D
Tyrãni hoſtes eccl̃ię.

SEP. gulorum: & vſq; ad turrem Anamaël: vſq; ad torcularia regis habitabũt in ea: & anathema vltrà nõ erit: & habitabit Hieruſalẽ cõfidens. Et hæc erit ruina qua percutiet dominus oẽs populos qui militauerunt cõtra Hieruſalẽ: Tabeſcẽt carnes eorũ ſtantium ſuper pedes ſuos: & oculi illorum defluent de foraminibus eorũ: & lingua eorum tabeſcet in ore eorũ. Et erit in die illa ſtupor domini magnus ſuper eos: & apprehendet vnuſquiſq; manũ proximi ſui, & adhærebit manus eius in manu ꝓximi ſui: & Iudas præparabitur in Hieruſalem:

pletam: quòd computruerint carnes eorũ, & oculi contabuerint: & lingua in pedorem & ſaniẽ diſſoluta ſit. Porrò ſi ex hoc dicto hæreticis crudelitas dei videtur oſtẽdi: audiant hæc vniuerſa fieri, vt deficientib⁹ malis ſuccreſcant bona. Qui enĩ in domino & cum domino ſteterit, defluent eius carnalia, vt oriantur ſpiritualia: & oculi qui malè videbant, cadent de foraminib⁹ ſuis: vt alij reponãtur, qui poſſint dominũ ſuſpicere cũ ꝓpheta, dicẽte: E
Pſal.122.a
Ad te leuaui oc̃los meos, qui habitas in cœlis. Et lingua blaſphemans ideo computreſcet: vt altera lingua naſcatur, quę glorificet deum, & poſſit dicere: Lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam, tota die laudem tuam. Vnde & Symeon ſuſcipiens in vlnis infantem, & futura prænuncians, ait: Ecce hic poſitus eſt in
Ibi.70.d.
Lucę.2.e.
ruinam, & reſurrectionem multorum: vt mala cadant, & optima ſuſcitentur. Vnde & dominus: In iudicium, inquit, ego veni in hunc mundum: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant. Non videbat gentilium populus: & poſt fidem Chriſti cœpit veritatis lumen aſpicere: quæ loquitur per prophetam: Spiritus domini ſuper me, propter
Ioan.9.g.
Eſa.61.a.
quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me: prædicare captiuis remiſſionem: & cæcis vt videant: & illuminentur ſapientia, de qua ſcriptum eſt: Sapientia hominis illuminat faciem eius: Et in pſalmis legimus: Dominus illuminat cæcos: ſiue, ſapiẽtes facit: Hoc enim magis ſignificat
Eccl̃s.8.a.
Pſal.145.b.
σοφοῖ. Videbant Iudæi: & quia lumen recipere noluerunt, æterna cæcitate cooperti ſunt. b ¶In die illa erit tumultus domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi &c.) Cùm hæc fuerint expleta miracula: vt caro hoſtium defluat, tabeſcant oculi, & lingua in ore blaſphemãtiũ cõputreſcat: tunc erit magnus tumultus ſiue ſtupor in eis: hoc enim ſignificat ἔκϛασιϛ, quã Lxx. tranſtulerũt: Et apprehendet vnuſquiſq; manũ proximi ſui, & conſeretur manus cũ alterius manu, præ formidine, & malorum pondere quæ ſuperuenient: Iudas quoq; pugnabit contra metropolim: de quo & ſuprà diximus: & à domino conceſſa victoria, congregabunbtur diuitiæ omnium gentium quę militauerunt cõtra Hieruſalem: aurum & argentum & veſtium multitudo, quæ in reb⁹ precioſiſſima ſunt. Hęc ſibi infœlix Iudęa promittit, aurum accipere ſperans: quæ triginta argenteis dñm appreciauit. Nos autẽ cœptum ſequentes ordinẽ: omnia iſta referamus ad eccleſiæ beatitudinẽ: quòd cũcti qui in ea fuerint admirẽtur ſubiectionẽ hoſtium: & ſuam fœlicitatẽ: & vnuſquiſq; apprehẽdat manum proximi ſui: vt cõſerant dextras, & mutua fide ac neceſſitudine copulentur. Quòd autem in Hebraico legimus: Et Iudas pugnabit aduerſum Hieruſalem: pro quo Lxx. tranſtulerũt: Et Iudas præparabit in Hieruſalẽ: Vtroq; modo accipiamus, quòd Iudas qui quondam domini confeſſus eſt nomẽ, & in perſecutionibus coactus, Chriſti populum perſecutus eſt, & ipſe vertatur ad lætitiam. Vel certè Iudas, omnis confitens & fidelis, nõ aduerſum

E

F

Guersum Hierusalem pugnēt, sed præparet se in Hierusalē: vt contra aduersarios dimicet. Et cōgregabit ipse Iudas diuitias omniū gētium in circuitu: aurum, & argentum, & vestes multas nimis. Aurum & argentum in sensu & sermone intelligi sępe diximus: vnde & vestes ęquè debemus accipere: quibus Christi decoratur ecclesia: de qua scriptū est: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. Quibus vestibus indutā se credentium turba lætatur & dicit: Exultabo in domino, qa induit me vestimentis salutis & tunica lætitiæ: Dixerat enim ei dns: Vestiui te & byssinis. In ἑιχάπτοις vestes tenues accipiamus, quæ tam pulchræ sunt atq; subtiles, vt capillorum similes esse videantur. Has vestes ecclesia cōgregat: vt habeat quibus induat populum suum: cui à vero concionatore præceptum est: In omni tempore sint vestimēta tua candida. a ¶Et sic erit ruina equi &c.) Et hæc Iudæi sub ἠλεμμένῳ suo carnaliter explenda contendunt. Grandis reuera domini fortitudo: vt coruant in castris hostium equi, & muli, cameli & asini: & omnia iumenta eorū, sicut & homines corruent. Magnus triumphus, glorioſa victoria: bruta animalia deo pugnāte superari. Dicamus ergo iuxta cœptam tropologiam: quòd idcirco omnia mala corruant, quæ prius contra ecclesiam dimicauerunt, vt bona repentè consurgant. Denique qui prius equus fuerat hinniens ad vxorem proximi sui, & impatiens ad libidinem ferebatur: & iacebat in turpitudine voluptatum: cùm sequi cœperit castitatem, dicetur ad eū: Surge eam⁹ hinc. Et, Surge veni proxima mea. Et in Apostolo: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Cūq; surrexerint qui antè ceciderant equi, & mollia terga dño prebuerīt ad sedendū: dicent ad deū: Ascēde sup equos tuos: & equitatio tua salus. Iuxta hūc sensum mulos accipiam⁹, qui steriles sunt & non procreāt filios, sed voluptate lasciuiūt: de quibus psalmista cōmemorat: Nolite fierī sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad libidinem, equi appellantur: sic mulos iustè vocabimus, I qui virgines sunt carne & nō spiritu: qui eunuchizātur non propter regna cœlorū, sed ꝓpter hominū voluptatē. Cū igitur isti muli, & isti eunuchi versi fuerint in progeniē, & spirituales filios procrearint: audient ꝑ Esaiā: Et ne dicat eunuchus, qm̄ sum lignū aridum. Hæc enim dicit dns eunuchis: qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerit fœdus meū: dabo eis in domo mea & in muro meo locum nominatū: & nomen melius à filijs & filiabus: nomen sempiternū dabo eis quod nō deficiet. Tales mulos & mulas habebāt reges Israēl: & maximè Dauid, qui refertur ad Christum. Si intelleximus qui sint equi & muli ruentes & consurgentes: transeamus ad camelos, animal ruminans, vngulamq; non findens: Et dicamus camelos esse omnes peccatores terræ, qui graui peccatorum sarcina deprimuntur: & videntur sibi sanctas scripturas legere: sed vngulam non findunt: ruminantes eloquia diuina, & ea quæ scripta sunt negligētes. Rectius autē camelus dici potest populus Iudęorum, qui & ipse legē dei meditatur & eam ruminat & voluit in pectore, sed non diuidit vngulam: vt credat in patrē, & in filiū: & in eo immūdus est, quòd nequaq; separat literā à spiritu: vmbram à veritate, & portat legis onera, & audit per ꝓphetā: Væ gens peccatrix, populus plenus delictis. De istiusmodi camelo q ruminat, vngulāq; nō findit: & in proHEB. rusalem: & congregabūtur diuitiæ omnium gētium in circuitu: aurū, & argētum, & vestes multæ satis. Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omniū iumētorū quę fuerint in castris illis, sicut ruina hęc. Et omnes qui reliq fuerit de vniuersis gentibus, quæ venerint contra Hierusalem, ascendent ab anno in annū, vt adorent regem dominum exercituū: & celebrēt festiuitatem tabernaculorum. Et erit

SEP. rusalem: & cōgregabit robur omniū populorū per circuitū: aurū, & argentū, & vestes multas nimis. Et hæc erit ruina equorū & mulorū, camelorū & asinorū, & omniū iumētorū, quæ fuerint in castris illis, iuxta ruinā hāc. Et erit qcūq; derelicti fuerint de cūctis gētibus, quę venerint cōtra Hierusalē, ascēdent per annos singulos, vt adorent regē dominū oipotentē: & celebrent festiuitatē tabernaculorū. Et erit

uerbijs quasi ad filiū dicitur: Qui relinquit custodire disciplinā patris, meditabit eloquia mala. Post camelū transeamus ad asinum, qui quondā ferebatur infrenis, & immundus erat, & multos habebat dños: & p prępcipitia labebat, vt cor ruens repentè cōsurgeret, & portaret dñm saluatorē, & ingrederet in sanctā Hierusalē: & eū paruulorū turba credētiū susciperet triūphātē. Hūc asinum ad vitē & vineam saluator dicit alligasse: De qua in psalmis scriptū est: Vineā trāstulisti ex Aegypto, & eiecisti gētes, & plātasti eā. Ad quā ipse vinitor loquit: Ego plātaui te vineā frugiferā totā verā. Oia quoq; iumēta & animātia, quę vno nomine ꝓpheta cōprehēdit, ꝓ singulorū naturis interpretanda sunt: & hoc magis dei filio cōuenit, q̄ ea quæ stulta populus Iudæorū vaticinatione præsumit. b ¶Et oēs qui reliqui fuerint de vniuersis gētibus, quę venerint cōtra Hierusalē &c.) Oēs, inquit, qui relicti fuerint de cūctis gētibus quæ venerint cōtra Hierusalē, ascēdent ꝑ singulos annos, vt adorent regē dñm exercituū: & celebrent festiuitatē tabernaculorū. Hęc quoq; Iudæi cassa spe in mille annorū regno futura ꝓmittūt: cuius solēnitatis istud exordiū est: Egressus populus Israēl de Aegypto ꝑ vastam & terribilē ac latā solitudinē, in qua non erat domus, villa, opidū, specus: faciebat sibi tabernacula atq; tētoria: quę nūc à similitudine paruulę auis papiliones vocātur, in quibus cū coniugibus morarētur ac liberis, & cibum caperent: & ꝑ diem solis ardores, ꝑ noctem humorē & frigus & roris iniuriā deuitarent: iussumq; est vt in mense septimo quintadecima die mensis fieret tabernaculorū solennitas. Et cū te, inquit, interrogauerit filius tuus cras, dicēs: Quid sibi volunt hęc tabernacula? respōdebis ei: multo tēpore peregrinati sumus in Aegypto: de qua eduxit nos dns in solitudinē: & idcirco tabernacula susciтamus, vt beneficiorū dei omni tēpore recordemur, cùm cœperimus habitare in vrbibus. Prępcepit quoq; vt facerent tabernacula de ligno pulcherrimo quod Iudæi cedrū vocant, & de palmarū ramis ac frōdibus ligni densissimi, & salicis, & populi. Historiæ iecimus fundamenta: vt ex his ad spiritualia trāseamus: Quamdiu in profectu sumus & in cursu atq; certamine: habitamus in tabernaculis: hoc omni mēte nitentes: vt de tabernaculis ad firmam & stabilem sedem transeamus: id est, domum dei. Vnde & sanctus Dauid dicit in Psalmo: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. &, Aduena ego sum, & peregrinus sicut omnes patres mei. Hoc loquitur qui in Aegypto est, & adhuc in seculo constitutus. Quī autem egreditur de Aegypto: quæ Hebraicè dicitur מִצְרַיִם, & interpretatur tribulatio, & ingreditur vitiorum solitudinem: carpit iter suum, & dicit in psalmo: Pertransibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei. Admirabile est enim nolle habitare cum Aegyptijs: sed submerso Pharaone terram cupere repromissionis intrare. Vnde & alibi loquitur: Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum? concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Et post paululum: Beati omnes qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. Vox enim exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Et in Prouerbijs scriptum reperimus: Domus iustorum permanent, & tabernacula eorum qui rectè agunt stabunt. De domibus, quòd permaneant: de tabernaculis, quòd statura sint, pollicetur. Dicit & in alio loco sanctus vir: Vnum petiui à domino hoc requiram:

Mat. 21. & Ioan. 12.
Gen. 49. b
Psal. 79. b
Hiere. 2. d
Tabernacula.
Deut. 6. d.
Leui. 23. g
Psal. 119. a
Psal. 38. c.
Psal. 41. a.
Exodi. 14.
Psal. 83. a.
Ibi. 117. b.
Prou. 12. a
Psal. 26. b

Trichaptis.
Tropol.
Hiere. 5. c
Ioā. 14. d.
Canti. 2. d
Ephe. 5. d.
Habac. 3. b
Psal. 31. c.
Esa. 56. b.
Esaiæ. 1. a.
Ecclʼs. 9. b

A requirãm:vt inhabitẽ in domo domini, omnibus diebus vitæ meæ:& videam delectationẽ domini, & viſitem tẽplum eius.Q ui in iſtiuſmodi habitat tabernaculis:& de tabernaculis ad atria,& de atrijs ad domũ ,& de domo ad tẽplum domini ire feſtinat:debet celebrare ſolennia tabernaculorũ

in ligno ſapiẽtiæ pulcherrimo:de quo in p
Prou.3.c. uerbijs dicitur: Lignũ vitæ eſt oĩnibus q̃ appropinquant ei:& qui reclinantur ſuper eũ, quaſi ſuper domũ firmitatis:Et ĩ ramis palmarum , in quibus ſignũ victoriæ,& virtutis præmiũ continẽt, & in frondibus denſiſſimæ arboris: quam myrtum Iudæi intelligunt propter mortificationem carnis ac libidinum.Vnde & domino ſaluatori à magis
B myrrha offertur in munere : Et in ramis, inquit , ſalicis & populi:quam quidam vnam arborem vocãt: ipſumq̃ ligni nomen q̃d Græcè dicit̃ ἄγνος indicat caſtitatẽ. Aiũt medici,& hi qui de arborum & herbarũ ſcripſere naturis:quòd ſi quis florẽ ſalicis,ſiue populi mixtũ aqua biberit:omnis in eo frigeſcat calor,& libidinis vena ſiccet̃,vltraq̃ filios generare nõ poſſit. Q ui taliũ arborũ ramis protectus fuerit : exerceat feſtiuitatem tabernaculorũ:ſextũ mẽſem tranſiens , qui referẽ ad mundũ:& in ſeptimo agens ſabbatũ ſpirituale,in quintadecima die menſis eiuſdẽ,quãdo noctis luna pleniſſima eſt: & omnes eius tenebræ claro lumine reſoluunt̃ . Hæc breuiter diximus:olim animo contẽplantes librorũ magnitudinẽ: vt reliqua tranſeamus.

Salicis natura.

a ¶Et erit qui non aſcẽderint de familijs terræ &c.)Pro eo quod Lxx.tranſtulerunt, καὶ ἔσται ἐκείνοις προσεθήσονται,id eſt, & iſti illis apponent̃:in Hebraico ſcriptum eſt: וְלֹא עֲלֵיהֶם יִהְיֶה הַגָּשֶׁם, quod Aquila,& Symmachus,& Theodotio ſimiliter interpretati ſunt: & non erit ſup eos imber.Eccleſia dñi Ieſu appellat̃ cœleſtis Hieruſalẽ:de qua Apoſtolus ſcribit:Q uæ autẽ ſurſum
Gala.4.d. C eſt Hieruſalem,libera eſt:quę eſt mater omniũ noſtrum.Et: Acceſſiſtis ad Sion montẽ,& ciuitatẽ dei viuẽtis,Hieruſalẽ cœleſtem.Et hæc Hieruſalẽ non eſt in locis humilibus ſita,
Matt.5.b. ſed in monte excelſo:de qua ſaluator loquit̃:Non poteſt ciuitas abſcondi ſup montẽ poſita. Vnde qui adoraturus eſt dñm exercituũ in Hieruſalẽ: debet ad mõtana cõſcendere. Q ui aũt de familijs ac tribubus terræ eſt : & idcirco dñm non poteſt adorare:nõ erit ſup eum imber temporaneus & ſerotinus:nec terra illius pluuijs cœli rigabit̃.Siue vt verterũt Lxx.Ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς εἰς ἱερουσαλὴμ τοῦ προσκυνῆσαι τῷ βασιλεῖ κυρίῳ παντοκράτορι: id eſt,qui nõ aſcenderint de familijs terrę ad Hieruſalẽ:vt adorent regẽ dñm omnipotentẽ:cum illis reputabuntur,qui pugnauerunt aduerſum Hieruſalẽ: & quorum tabeſcet caro & oculi defluent:& lingua putreſcet.

b ¶Q uòd ſi & familia Aegypti nõ aſcenderit &c.) Q ui Aegypti⁹ eſt,& gentiũ cæterarũ:q̃ diu Aegyptius & ethnicus permanet,non aſcendet in Hieruſalẽ: & quia aſcendere non poteſt,nec gradũ ad excelſa ſubrigere:ideo nõ erit ſup eũ imber dominicæ benedictionis.Et hoc peccatũ erit maximũ Aegyptio,Aſſyrio,Chaldęo,Syro,Moabitę,& Ammonitæ:ſi noluerint egredi de terris ſuis,& aſcẽdere Hieruſalẽ:vt p tabernacula tranſeãt in Hieruſalẽ,& inueniãt æternam domũ:aliarũq̃ gentiũ hoſtes eſſe deſiſtant:& efficiãtur D Iſraëlitæ in quibus dolus nõ eſt. Hæc oĩa quæ nos celeri ſermone perſtringimus:Iudæi & Iudaizãtes noſtri:imò nõ noſtri,quia Iudaizantes,ſperant futura corporaliter : vtiq; & circunciſionẽ ſibi,& coniugia in mille annorũ imperio promittẽtes: ne impleat̃ in illis maledictio quę ſcripta eſt: Maledicta ſteriliſ quę nõ facit ſemẽ in Iſraël. Et beat⁹ qui habet ſemẽ in Sion & domeſticos in Hieruſalẽ. Q uod ſi verũ eſt , oẽs virgines quas mille annorũ regnũ, inuenerit: maledictioni & ſterilitati perpetuæ ſubiacebunt: aut certè nupturæ ſunt, vt maledictionẽ effugiãt. c ¶In die illa erit q̃d ſup frenũ equi eſt , ſanctum dño &c.) Verbũ Hebraicũ מְצֻלּוֹת:Aqla & Theodotio εὐθὸν interpretati ſunt:id eſt,profũdũ: E Symmach⁹ περίπατον σύσκιον, id eſt, inceſſũ vmbroſum . Soli Lxx. τὸν χάλινον,id eſt frenum tranſtulerũt:quos & nos in hoc loco ſecuti ſumus:ne nouum aliquid in quæſtione vulgata videremur afferre.Q uod cũ ab Hæbręo quererẽ quid ſignificaret, ait mihi,nõ debere nos legere מְצֻלּוֹת:ſed מְצִלּוֹת: quod ſignificat phaleras equorũ & ornatũ bellicũ: & excepto hoc loco in nullo penitus ſanctarũ ſcripturarũ volumine hoc verbum reperiri. Frenũ autẽ lingua Hebraica רֶסֶן appellari & nõ מְצֻלּוֹת, quod Lxx.tranſtulerũt.Et eſſe ſenſum: Tẽpore ſolennitatis ꝑpetuę,& regni Hieruſalẽ,pacatis oĩbus & trãquillis,nequaq̃ opus eſſe equitatu,q̃d genus bellantiũ fortiſſimũ eſt:ſed oẽm ornatũ,& decorẽ phalerarũ ad cultũ dñi conferẽdũ.Hoc illi dixerint:Nos equorũ ,p fundũ,& περίπατον σύσκιον vmbroſum, ſiue tenebroſum referamus ad ſciẽtiã myſticã:quã & Dauid quaſi equus optimus ſe habere iactabat,dicẽs: Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi:Et Apoſtolus: O profundũ diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei:quàm inſcrutabilia ſunt iudicia eius:& inueſtigabiles viæ eius : De hoc profundo propheta clamauit ad F dominum , & exaudiuit eum. In his profundis & tenebris poſuit deus latibulum ſuum : has tenebras , & ſacramenta diuina ingreſſus eſt Moyſes in Sina montis caligine : vt videret deum : de quibus, & Dauid in pſalmo alio loquebatur: Iudicia domini abyſſus multa.Hæc arcana & iſta myſteria ſancta ſunt domino : quæ nouerat euangeliſta Ioannes,qui auſus eſt dicere , quod angeli forſitan neſciebant: In principio erat verbum , & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et idcirco amatur à domino: quia optimum habebat profundum : & recubuerat ſuper pectus Ieſu:vnde & hauſerat ſapientiã.Sin autem voluerimus,vt Lxx. tranſtulerũt,frenum accipere ſermonẽ dei : intelligamus in freno,qui equos inſaniẽtes libidine: & mulos ſteriles atq; laſciuos refrenat à vitijs,& coërcet,& nõ patit̃ ire p præceps: de q̃bus dicit̃:Nolite fieri ſicut equus & mulus:quib⁹ nõ eſt intellectus:In freno & camo maxillas eorũ conſtringe, q nõ approximãt ad te.De hoc freno & Iacobus loquit̃:In equorum ora mittimus frenos: & oẽ corpus eorũ circũagimus: vt ſcilicet recto gradiantur itinere , & mollia ad ſedendum domino poſſint terga præbere. Tale frenum & talis ſermo auri & argenti varietate compoſitus, feros equos ſaluatori præparat ad ſedendum : & ſanctos facit,ac propriè illius cultui conſe-

Prou.3.c.

Pſal.50.b.
Rom.11.d

Pſal.17.b.
Exo.19.b.

Pſal.35.b.

Ioan.1.a.

Ioan.21.f.

Pſal.31.c.

Iaco.3.a.

G cultui cõsecratos. Audiui à quodã rẽ, sensu quidẽ pio dictam, sed ridiculam: Clauos dñicę crucis è quibus Cõstantinus augustus frenos equo suo fecerit, sanctũ dñi appellari. Hoc vtrũ accipiendũ sit, lectoris prudentię derelinquo. Nos trãseam⁹ ad lebetes, qui futuri sunt in domo dñi, quasi phialæ altaris. Erit enim ois lebes in Hierusalẽ, & in Iuda sanctificatus dño oĩpotẽti. Amẽt eneos lebetes q amauerũt ollas Aegyptias, & carnes, & pepones, & allia & cæpe, & cucumeres. Nos Iudaicos lebetes in qb⁹ coquebant carnes victimarũ, vertamus in phialas aromatũ corã altari dñi: de quibus sponsa dicit ad sponsum: Fratruelis meus descendit in hortũ meũ ad phialas aromatũ, pascere in hortis, & colligere lilia. Hortus & paradisus in quem sponsus descendit ad sponsam, sanctarũ lectio scripturarũ est: de quib⁹ lilia, & violas & rosas & varia decerpit aromata: vt impleat phialas animarũ credẽtiũ, & dño ex eis liba diffũdat. Istiusmodi lebetes cùm versi fuerint in phialas dñi, & dicere potuerint: Christi bonus odor sumus, & pro virulentia carnium, varios cœperint flores gestare virtutũ: tunc erũt in Hierusalẽ, & in Iuda sanctificati domino omnipotenti: de quibus frequẽtius dixim⁹: quòd Hierusalẽ visionẽ pacis, & Iudas exprimat cõfitẽtẽ. a ¶Et veniẽt omnes immolãtes, & sumẽt ex eis, & coquẽt in eis, & non erit mercator vltrà &c.) Pro כְּנַעֲנִי Aquila interpretat⁹ est mercatorem, quẽ & nos in hoc loco secuti sum⁹. Cũ lebetes fuerint versi in phialas, venient omnes in circuitu nationes: siue qui relicti fuerint de vniuersis gẽtib⁹ immolãtes, & sument lebetes, & coquẽt in eis carnes victimarum: vt non crudas carnes agni comedant, sed omni carnium humore decocto, remaneat qđ igne paratũ fuerit ad vescẽdum. Quæ sint phialæ corã altari dñi: in quas lebetes Israelitici cõuertãt: & suprà dixim⁹, & nũc ex parte dicemus. Laudat spõsa in cãticocãticorũ sponsum suũ: Maxillæ eius sicut phialæ aromatum. In maxillis sermo accipitur, qui prolatus à domino, varia vnguenta depromit: & tanta erit boni odoris fragrãtia, vt faciat sibi dominus flagellum de scripturarũ textum testimonijs, & ejiciat de templo vendentes & ementes, & dicat ad eos: Scriptum est, domus patris mei, domus orationis vocabitur cunctis gentibus: vos autẽ fecistis eam domum negociationis. Quidã illud quod in Daniele scriptum est, licẽt in Hebraico nõ legatur: Semen Chanaan, & nõ Iuda: Et quod ab Osee propheta de Ephraim dicitur: Particeps idolorũ Ephraĩm: posuit sibi scandala, prouocauit Chananæos: fornicantes fornicati sunt: huic coaptant loco: & omnem fornicatorẽ, Chananæum & alienigenam appellari volunt: quem de domo dei asserunt auferendum.

HEB. Hierusalẽ & in Iuda sãctificat⁹ dño exercituũ. Et veniẽt oẽs imolãtes: & sument ex eis: & coquẽt in eis: & nõ erit mercator vltrà in domo domini exercituum in die illo.

SEP. Hierusalẽ & in Iuda sanctus domino omnipotẽti. Et venient oẽs qui immolant, & sument ex eis: & coquẽt in illis, & nõ erit Chananæus vltrà in domo dñi virtutũ in die illo.

Assumptio

Canti. 6. a

2. Cor. 2. d

H Hierusalẽ Iudas.

Mat. 21. b.

Dañ. 13. f.

Osę. 4. d

K

L

Commentariorum in Zachariam prophetam finis.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN MALACHIAM PROPHETAM,
ad Minerium, & Alexandrum monachos, Proœmium.

VLtimũ duodecim prophetarũ Malachi interpretari volumus: cuius nomẽ Lxx. trãstulerũt τὸ ἄγγέλου αὐτοῦ, id est angelus eius, dicẽtes: Assumptio verbi dñi sup Israẽl in manu angeli eius: p quo in Hebraico legit, מַלְאָכִי: qđ rectius & expressius dicit, angelus, id est, nũcius meus. Nec putãdum est iuxta quorũdã opinionẽ, angelũ venisse de cœlo, & assumpsisse corp⁹ humanũ: vt Israẽli quę à dño sunt mãdata loqueret. Si cñ interpretãda sunt noia, & ex nominib⁹ nõ spũalis intelligẽtia, sed historię ordo texẽdus est: ergo & Osee qui saluator dicitur: & Iohel qui interpretatur, dñs deus, siue inciהוֹשֵׁעַ יוֹאֵל pies, & cæteri prophetæ nõ erunt homines: sed vel angeli, vel dominus atq; saluator, quia hoc eorum nomina resonant. Deniq; exceptis Lxx. alij interpretes nomen Malachi, ita vt in Hebræo legitur, transtulerunt. Malachi autem Hebræi Esdram existimant sacerdotem: quia omnia quæ in libro illius cõtinen-1 Malach. 2 b. tur, etiam hic propheta cõmemorat dicens: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex M ore eius, quia angelus domini exercituum est. Tempus quoq; titulusq; conueniunt: quod & in psalmis diximus, qui titulos non habent, eorum esse credendos quorũ priores psalmi nominibus prænotati sunt. Igitur & Malachi, id est, Esdras, post Aggeum & Zachariam, qui sub Dario prophetauerunt, fuisse credendus est. Et propterea titulum nõ habere: quia liber eius pro titulo sit: in quo discimus, quòd in regno Artaxerxis regis Persarum, Esdras filius Saraiæ, & cæterorũ, vsq; ad eum locum vbi dicitur: Filius Phinees, filius Eleazar, filius Aaron sacerdotis, ab initio ascenderit de Babylone, & dederit ei rex secundum manum domini dei sui omnem petitionem eius: ascenderintq; cum illo de filijs Israël, & de filijs sacerdotum, & de filijs Leuitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinneis in Hierusalem, anno septimo Artaxerxis regis: & venerint in Hierusalem mense quinto: ipse est annus septimus regis, quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo mensis quinti venit in Hierusalem. Hæc mi Mineri & Alexander, non tam sanguine quàm religione concordes, ne susceptum opus dimitterem prophetarum, & extraordinario vobis labore sudarem, breuiter in proœmio sum locutus: vt proponens verba Malachi, primùm iuxta Hebraicam veritatem, deinde iuxta Septuaginta interpretes, orationum vestrarum fultus auxilio, ediſſeram quæ sequuntur. Scripsit in hunc librum Origenes tria volumina: sed historiam omnino non tetigit, & more suo totus allegoriæ interpretatione versatus est: nullam Esdræ faciẽs mentionẽ: sed angelum putans fuisse qui scripsit: secundum illud quod de Ioanne Matt. 11. b legimus: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Quod nos omnino non recipimus: ne animarũ de cœlo ruinas susc ipere compellamur. Alios cõmentarios in hunc prophetam legisse me nescio: excepto Appollinaris breui libello: cuius nõ tam interpretatio q̃ interpretationis puncta dicenda sunt.

Commentarij

COMMENTARII HIERONYMI IN Malachiam prophetam.

HEB. CAP. I.

a ONus verbi dñi ad Iſraël, in manu Malachi.) Quid ſignificet onus, id eſt, pondus quod Hebraicè מַשָּׂא & ab Aquila ὄραμα dicitur: vel quid λῆμμα id eſt, aſſumptio: quod & Lxx. & cæteri interpretes tranſtulerũt: in alijs ꝓphetis diximus. Nã & Nahũ ſcribit: Onus Niniue: liber viſionis Nahum Elkeſæi. Et Habacuc: Onus quod vidit Habacuc propheta. Et Zacharias: Onus verbi dñi in terra Hadrach, & Damaſci requiei ei⁹.

B Et rurſum in conſequẽtibus: Onus verbi dñi ſuper Iſraël. Illa itaq; ſimus explanatione cõtenti: Et nunc hoc tantũ dicamus, quòd pondus verbi dñi ad Iſraël: ſiue vt Septuaginta dicunt ἐπὶ τὸ Ἰσραήλ, id eſt, ſuper Iſraël: graue quidem ſit, quia põdus appellatur: ſed cõſolationis aliquid habeat: quòd nõ contra Iſraël, ſed ad Iſraël ſumitur. Aliud eſt enim quãdo, verbi gratia, ad illum vel illũ ſcribim⁹: aliud qñ cõtra illum & illũ: quia in altero pars amicitiæ: in altero inimiciarũ aperta cõfeſſio eſt. Sciendumq; quòd abducto in captiuitatẽ Iſraël, id eſt decem tribubus: indifferenter priſtino nomine, & duæ tribus Iudas & Beniamin appellentur Iſraël. Quod autẽ dicitur: In manu angeli eius, ſiue Malachi: manum pro operi-

C bus accipite. Vnde & in manu Aggei, & in manu Hieremię, & in manu Moyſi, factus eſt ſermo dei. In quorum eñ manibus eſt iniquitas, & quorum dextera repleta eſt muneribus, & quorum manus plenæ ſunt ſanguine: in his nõ fit ſermo dei: ſed qui lauant inter innocẽtes manus ſuas. Quibus

Mat. 27.c aquis & Pilatus manus lauare conatus eſt, ne Iudæorũ blaPſal. 22.a. ſphemijs conſentiret: de quibus pſalmiſta lætatur, dicens: Super aquas refectionis educauit me. De hac aqua per prophetam dñs pollicet: Aſpergam vos aqua mundiſſima. Qui autẽ peccator eſt, inebriat calice Babylonio, & dicit de eo,

Prou. 26. Spinæ naſcuntur in manu ebrioſi. b ¶Ponite ſuper corb. da veſtra.) Id eſt, θέσθε δὴ ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν: hoc in Hebraico nõ habetur, ſed puto de Aggeo additũ, in quo

Aggei. 2.c legimus: Et nunc ponite ſuper corda veſtra à die hac & ſuprà. Poſt titulum igitur prophetæ ſiue prooemiũ: dupliciter accipiendũ eſt: Ponite ſup corda veſtra: id eſt, animaduertite & cõſiderate, id quod ſuprà dictum eſt: Aſſumptio verbi domini ſuper Iſraël in manu angeli eius: Siue diligenter animaduertite: quæ dicenda ſunt poſtea: vt ea non corporis auribus, ſed animi & cordis intelligentia cognoſcatis, & faciatis vobis theſauros, in quibus recipiatis diuitias ſermonum dei, & ſapientia agat fiducialiter cũ dilatati fueritis, & repleto corde ſermonibus dei pepuleritis cogitationes peſſimas: que egrediuntur de corde, homicidia, adulteria, fornicatiões, furta, & reliqua, & impleatis quod à ſaluatore dictũ eſt: Qui habet aures audiẽdi, audiat. c ¶Dilexi vos, dicit dñs: & dixiſtis, in quo dilexiſti nos? Nónne frater Eſau Iacob, dicit dominus: & dilexi Iacob &c.) Iſraël, hoc eſt, Iudas, ad quẽ ſolebat fieri verbũ dei, & viſio domini, onus eius & pondus ſuppliciorum grauiſſimũ portare cõpellitur, vt grauiora peccata deponat: & ſentiat ꝓ tormenta, quæ non ſenſit per beneficia. Et ne pœna in ſuos videatur inuſta, ſubijcit dominus:

Heb. 12.b Dilexi vos. Quem eñ diligit dominus, corripit: Caſtigat autẽ omnem filium quem recipit: Et dicendo, dilexi: præſens negat, dũ præteritum confitetur. Illique reſpondent temeritate qua peccant, obliti bñficiorũ ei⁹: in quo dilexiſti nos? Ad E quæ dominus: vt cætera, inquit, taceam, & ꝙ nuper de Babylonia captiuitate veniſtis, incunabula veſtra tractabo: antequam naſceremini: imò priuſquam Re-

Gen. 25.c becca Eſau & Iacob vtero ſuo funderet: In Iacob vos dilexi, ĩ Eſau Idumæos odio habui: Quem locum apoſtolus Paulus myſtica diſputatione euentilans,

Rom. 9.c. ſcribit ad Romanos: duo pariter teſtimonia de Geneſi Malachique coniungens: Sed & Rebecca de vno concubitu habens Iſaac patris noſtri. Nam cùm nondum nati eſſent: aut aliquid egiſſent boni vel mali: vt ſecundum electionem propoſitum dei maneat: non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei: quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hoc enim quod E dicitur: Sicut ſcriptũ eſt, & ad Geneſeos librum, & ad prophetam Malachi refertur. Non ſolum, ait, dilexi Iacob antequam naſceretur: & odio habui Eſau priusquam ex matris vtero funderetur: ſed in poſteros eorum, amorem meum & odium conſeruaui: odium in Eſau, cuius montes, qui appellantur Seir, redegi in ſolitudinẽ, & vrbes feci eſſe deſertas, & à ſerpentibus ac beſtijs obtineri. Si autem dixerit Edom, hoc eſt Eſau: deſtructi quidem ſumus ad iram dei: ſed rurſum ædificabimus ciuitates: Hæc domino prædicente cognoſcite: quòd illis ædificãtibus ego deſtruã, & ira mea, ęterna eorũ vaſtitas approbabit. Odium igitur in Eſau rebus oſtendi: amorem autẽ in vos: hoc eſt in Iacob, ſequentibus approbabo. Illis deſtructis atque redactis ad ſolitudinem: videbunt oculi veſtri, & dicetis: Magnificetur dominus ſuper terminum Iſraël: & ex comparatione malorum quę frater veſter patitur, dei in vos beneficia ſentietis. Iudæi falſò ſibi blandiuntur. Edom Romanos, & Iſraël in conſummatione mundi ſe prophetari: quòd deſtructo Romano imperio, hoc eſt, Idumæo: regnum orbis veniat ad Iudæos. Hæc prout potuimus, hiſtoriæ fundamenta iacientes, locuti ſumus: Nunc veniamus ad intelligentiam ſpiritualem. Iſraël vir vel ſenſus cernens deum: ſiue vt ego melius puto εὐθύγλωσσος θεῷ, id eſt, rectiſſimus dei: diligitur à domino, &

SEP. CAP. I.

a ASſumptio verbi domini ſup Iſraël, in

b manu angeli eius. Ponite ſuper corda veſtra. Dilexi vos, dicit dominus: & dixiſtis, in quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob: dicit dominus: & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui: & poſui terminos eius in deſolationẽ, & hęreditatẽ eius in domata deſerti. Quia dicet, Idumæa deſtructa eſt: reuertamur & reædificemus deſerta. Hæc dicit dñs omnipotens: ipſi ædificabunt, & ego deſtruã: & vocabũtur eis termini iniquitatis, & populus ſup quẽ prępara-

tus eſt dñs vſq; in æternũ. Et oculi veſtri videbũt, & vos dicetis: magnificat⁹ eſt dñs ſup terminos Iſraël. Filius

G domino,& vult dilectionis eius in se scire rationem. Dominusq; respondit,Esau & Iacob de vna stirpe generatos: hoc est,vitia atque virtutes ex vno cordis fonte procedere:dum ex arbitrij libertate in vtramq; partem vt volumus declinamus: sed priora nascuntur vitia per infantiam, pueritiam, iuuentutem:quæ postea ætas firmior corripit atque supplantat.

Gene.25.d Maior frater hispidus est & sanguinarius:venationibus,syluis & bestijs delectatur. Minor leuis & simplex, & innocenter habitans domum. Deus fines Idumææ: hoc est, terrenæ & sanguinariæ ponit in solitudinem,& nihil de terra crescere sinit & esse perpetuum. Quòd si impudens malitia ea quæ sunt dei sermone

a HEB. Filiús honorat patrem, & seruus dominum suũ:si ergo pater ego sum, vbi honor meus est? & si dñs ego sum,vbi est timor meus?dicit dominus exercituum. Ad vos ô sacerdotes qui despicitis nomen meũ,& dixistis: In quo despeximus nomẽ tuũ? Offertis super altare meũ panẽ pollutum, & dicitis: In quo polluimꝰ te? i eo quòd dicitis,

destructa, rursum ædificare nitatur: dominus se eorum quæ instaurantur à vitijs, aduersarium professetur. Et postquam fuerint hostilium terminorum cuncta subuersa: tunc H oculos possumus videre Israëlis,& sanctos quosque dicere: Magnificetur dominus in terminis eorum qui mente conspiciunt deum. Porrò delectio & odium dei, vel ex præscientia nascitur futurorum,vel ex operibus: alioquin noSapiẽ.11.d uimus quòd omnia deus diligat,nec quicquam eorum oderit quæ creauit: sed propriè eos suæ vindicet charitati,qui vitiorum hostes sunt & rebelles: Et econtrariò illos odit, qui à deo destructa cupiunt rursum extruere. Odisse autem deus ἀνθρωποπάθως dicitur:vt flere,vt dolere, vt irasci:vt quando audimus odium eius in malos,ea quæ deum intelligimus odisse,fugiamus. a ¶Filius honorat patrem:& seruus dominum suum:si ergo pater ego sum, vbi honor meus est?&c.) Licèt priusquam nasceremini in Iacob,quasi filios amare vos cœperim:tamẽ eligite quó me vocabulo nominetis:aut pater sum vester,aut dominus. Si pater,debitum patri honorem reddite, & dignã parente offerte pietatem. Si dominus:cur me contemnitis?cur dominum nõ timetis?Loquitur autem ad eos qui sub Zorobabel & Iesu filio Iosedech:& Esdra sacerdote, & Neemia, de captiuitate Babylonia sunt reuersi extructoq; altari,necdum templum ædificauerant: nec muros extruxerant ciuitatis:& nihilominus in peccatis pristinis permanebant:deum nec amore, nec timore venerantes. Quòd autem gloriam diximus,vel honoI rem,& apud Græcos δόξα, & apud Hebræos כָּבוֹד, vnum verbum est:sed nos pro Latinæ linguæ proprietate,honorẽ posuimus. Nam & in euangelio vbi loquitur dominus &
Ioan.17.a. saluator: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te: apud Græcos δόξασον legitur,id est,glorifica: Quem locum plerique Latinorum honorifica, interpretati sunt. Simúlque consideremus:quòd filius ac seruus in scripturis sanctis voluntate fiat, non necessitate naturæ. Qui enim spiritum adoptionis acceperit,in filiũ dei vertiRom̃.8.c. tur: Qui autem spiritum seruitutis in timorem,dei seruus efficitur. Vult itaque primũ deus,vt filij eius simus,& bonũ voluntate faciamus:si hoc consequi volumus vt saltem seruos nos habeat, & à malis per suppliciorum formidinẽ recedamus. Legimus in malam partem filios:Eramus filij iræ:
Ephe.2.a. Mat.23.b. Et filij gehẽnæ,quos pharisæi mari terrisq; circuitis,dignos
Ioan.17.b genuere tormentis. Et Iudas proditor, filius perditionis appellatur. Et in octogesimooctauo psalmo de domino scri-
Oseę.2.a. bitur: Filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. In Osee quoque filij fornicationis vocantur,qui sunt de matre meretrice generati:de qua scriptũ est: Fornicata est mater vestra.
Ioan.8.c. Et in euangelio Iudæi filij diaboli sugillantur: Vos de patre diabolo nati estis, & desideria patris vestri vultis facere. In bonam partem filios legimus: vt filios dei: Quotquot eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Ioan.1.b.
Et filios sapientiæ, Euangelio proclamante: Iustificata est Matt.11.c.
sapientia à filijs: suis. Et filios Abraham: Amen amen di- Ibidẽ.3.c.
co vobis:potest deus de lapidibus istis suscitare filios Abra K
ham. Et filios apostoli: Filioli mei quos iterum parturio, Gal. 4.c.
donec Christus formetur in vobis: & multa istiusmodi. Filius ergo honorat,siue clarificat, patrẽ:iuxta illud quod

SEP. Filius glorificat patrẽ, & seruus dñm suũ timebit. Et si pater ego sũ: vbi est gloria mea? Et si dñs ego sũ: vbi est timor meus? dicit dñs oĩpotẽs.

b Vos sacerdotes qui despicitis nomen meum: & dixistis: In quo despeximus nomen tuũ? Offerentes ad altare meum panes pollutos,& dixistis: In quo polluimus ipsos: In eo quòd dicitis,

scriptum est:Sic luceat Matt.5.b.
lux vestra coram hominibus:vt videant vestra opera, & glorificẽt patrem vestrum qui est in cœlis. Seruus quoque honorat dominum suum, non eadem charitate qua filius:sed ἀφ' ὁμοίου subauditur, honorat filius patrẽ: seruus dominum suum, & tamen deus omnipotens sciens differentiam filij & serui, à filio gloriam, à seruo timorem expetit. Principium enim Eccli.1.b.
sapientiæ timor domini:vt de timore seruorum, ad filiorũ gloriam transeamus. b ¶ Vos sacerdotes qui &c. & L
dixistis in quo polluimus te?in eo quòd dicitis, mẽsa domini despecta est.)Quod autem sequitur:Et quæ superposita sunt,despexistis: obelo prænotauimus, quia in Hebraico nõ habetur, & de sequentibus additum est. Ad vos igitur ô sacerdotes qui despicitis nomẽ meum,iste sermo dirigitur: qui reuersi de Babylone,metu præteritæ seruitutis, debueratis ad dominum plena mente conuerti: & non solum hoc non facitis,sed imitantes Cain,superbis contra deũ vocibus respondentes,sciscitamini ab eo quem occulta non fallunt, & dicitis:In quo despeximus nomen tuum? vt dissimulationis impudentia,vulnus conscientiæ protegatis. Vultis ergo scire in quo despexeritis nomen meũ? Offertis super altare meũ panẽ pollutũ:Panes videlicet propositionis: quos iuxta traditiones Hebraicas, ipsi ferere,ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebatis, & nunc sumitis quoscunque de medio: & voce temeraria respondetis, & dicitis,in quo polluimus eos: siue te? Dum enim sacramenta violantur :ipse cuius sunt sacramenta,violatur. Hoc autem quod sequitur: In eo quòd dicitis, mensa domini despecta est: possumus ita interpretari: Quòd reuersi de Babylone: nec dum templo ædificato manentes in casulis,& in ruinis vrbis antiquæ: altare tantum extruxerant: non eiusdem gloriæ cuius pristinum fuerat, & putabant deesse religio- M
nis sanctimoniam: quia deerat ædificationis ambitio. Tenues lineas duximus, quibus imprimenda est explanatio spiritualis. Corripit sermo diuinus episcopos, atque presbyteros & diaconos negligentes: siue quoniam genus sacerdotale & regale sumus,omnes qui baptizati in Christo, Christi censentur nomine, cur despiciant nomen dei: Et interrogantibus,in quo despexerint nomen eius:causas monstrat offensæ: Offertis,inquit,super altare meũ panem pollutum. Polluimus panem:id est,corpus Christi: quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus,& dicimus,mensa domini despecta est: non quòd hoc aliquis audeat dicere, & quod impiè cogitat scelerata voce proferre: sed opera peccatorũ despiciũt mensam dei. Possumus & aliter dicere:Doctor ecclesiæ qui spiritualem conficit panem, & eum populis diuidit: si vel propter humanam gloriam, vel lucra seculi quæ gloriam consequuntur, loquatur in populis, & diuitibus blandiatur, & honoret peccatores, & iuxta Iacobum suscipiat eos, qui cum Iacobi.2.a
annulis aureis ad se veniunt,& pauperes sanctos repellat: nomen dei despicit, & panem polluit doctrinarum, & in ipsum deum iacit contumelias:mensam scripturarum eius, mensis idolorum secularisq; doctrinæ putans esse cõmunẽ.

Si offeratis

A a ¶Si offeratis cæcum ad immolandũ &c.) De diuersitate victimarũ,& quæ vel offerri debeant,vel non offerri, in Leuitico plenius discim⁹. Reuersi itaq; de Babylone sacerdotes & Leuitę: ianitores atq; cãtores,& Nathinnei seruiq; Salomonis: quorum Esdras scribit κατάλογον: illicitas deo victimas offerebãt: cæcas videlicet & claudas, ac varia debilitate cõfectas:hoc est eñ quod dicit languidũ: vno cũcta sermone cõprehendens. Si istiusmodi,inquit, duci tuo offerres munera, nónne respueret:nónne sibi factã putaret iniuriam? & hoc audetis offerre deo,quod dare hominibus non audetis. Longũ est nunc omniũ victimarũ aperire mysteria: de his tantũ loquar quę pręsenti capitulo cõtinentur.Cæca est animę victima,quę nõ illustratur Christi lumine:nec habet oculum de euãgelio contuentẽ.Claudа est rogantis oratio: quæ duplici mẽte accedit ad precandũ,& audit cum populo Iudæorũ: Vsq;quo claudicatis vtroq; pede?Et lãguida, & omni infirmitate cooperta: quæ non habet Christũ dei virtutẽ, deiq; sapientiam. Istiusmodi prẽces quæ sine lumine veritatis sunt,& nõ habẽt sapiẽtię firma vestigia,& debilitatibus varijs contabescunt:si offerãtur ecclesiarum principi,aut cuilibet erudito, sapientiq; doctori, nónne repudiabuntur, & in contumeliam eius recident qui talia est ausus offerre? b ¶Et nunc deprecamini vultũ dei,vt misereatur vestri &c.) Multum in hoc loco Lxx. interpretes ab Hebraica veritate discordant:& necesse est, vbi diuersa est interpretatio, vt diuersus & sensus sit. Quia obtulistis claudas & cæcas & debiles victimas, vos enim hęc quæ dixi vniuersa feciſtis: agite pœnitentiã, si quo modo misereatur vestri deus: nullus enim in vobis est vsq; ad extremũ ministerium:non dico pontifex,non sacerdos,non Leuita,nõ cantor,sed nec ianitor quidem,& is qui ignẽ supponit altari ad cremandum holocausta, qui non à me mercedem accipiat laboris sui.Hoc autẽ dicens: decimas significat omniũ frugum,quæ offeruntur à populis.Ex quo ostẽditur acceptiorem esse domino seruitutem, quæ mercedẽ in præsentiarũ non postulat. Vnde & Apostolus gratis prædicat euangelium:Et nocte & die manibus suis laborat, ne cui oneri sit: & hanc gloriã suam gratuitæ prędicationis,in gentibus,nequaq̃ euacuandã esse testatur. Porrò Lxx.alium multo suggerunt sensum:ô sacerdotes qui hostias debiles immolatis, conuertimini ad pœnitentiã:& vultum dñi deprecamini,& orate pro operibus manuum vestrarum.Quòd autẽ infert: Si suscipiam ex vobis facies vestras:Nescio an cõueniat exhortationi pœnitentiæ.Nemo enim dicit:ora me,& nõ parcam tibi.Sequitur:In vobis claudẽtur ostia: patris videlicet & filij,& spirituſsancti. Vnde saluator loquitur: Ego sum ostium.Siue aliter: Non vobis aperiẽtur ostia scripturarũ: nec perspicere poteritis sanctasanctorũ: nec domini sacramenta cognoscere: nec succendere thymiama ei⁹ ad altare. Quia orationes vestræ ad illũ non peruenient.Et hoc quod dicitur δωρεάμ,& nos interpretati sum⁹ gratuitò:qui hãc sequuntur intelligentiã quam nunc exponimus, vertunt in gratiam:vt videlicet gratiã non habeãt altari domini seruiendi. c ¶ Nõ est mihi volũtas in vobis, dicit dominus exercituũ,&c.) Regula scripturarum est: Vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ scripta sunt.Ergo propriè nũc ad sacerdotes Iudæorum sermo fit domini: Qui offerunt cæcum & claudum,& languidum ad immolãdum: vt sciant carnalib⁹ victimis spirituales victimas succesſuras. Et nequaq̃ taurorum hircorumq; sanguinẽ:sed thymiama,hoc est sanctorum orationes domino offerendas,& nõ in vna orbis prouincia Iudæa: nec in vna Iudææ vrbe Hierusalẽ: sed in omni loco offerri oblationem:nequaq̃ immundã,vt à populo Israël:sed mundam,vt in cerimonijs Christianorum: Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen domini in gentibus dicente saluatore: Pater manifestaui nomen tuum hominibus. Cumq;,inquit, nomen meum magnũ in gentibus sit futurũ,vos ô principes Iudęorum polluistis illud atq; polluitis.Sic enim futurorum texit vaticinium,vt præsens tempus non deserat. Propterea autẽ ô sacerdotes & principes Iudæorum,in omni loco mihi offertur oblatio munda, & magnum est nomen meum in gentibus:quia dicitis mensa dñi cõtaminata est,& quod superponitur contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Reuersus de Babylone populus, altare tantum fortuitis,& impolitis lapidibus iuxta Esdræ librum extruxerat: absque templo,absq; vrbis ędificijs,absq; extructione murorum,& putabat minorẽ esse cultum religionis,quia templi ornatus deerat.Ad quos dominus loquitur:Pollutum putatis altare, & holocausta ac victimas quæ suprà imponunt: ignẽ quoq; qui victimas deuorat esse pollutum:nec intelligitis oĩpotẽtem deũ,non aurum,gẽmasq;,& hostiarũ multitudinẽ quærere:sed offerentium voluntates. Qui autẽ arbitrantur non altare,sed mensam debere intelligi,in qua panes ponebant: quomodo hoc interpretari possint quod sequitur:cum igne qui illud deuorat,omnino non video: neq; enim ignis deuorat panes propositionis: quos semper nouos pro veteribus cõmutabant,& ablati cedebãt in vsus sacerdotũ. Aut certè ita intelligendum: Polluistis nomen meum in eo quod dicitis: quid prodest si offeramus optima? qualiacunq; fuerint

HEB.dicitis,mẽsa domini despecta est. a Si ofʃeratis cæcũ ad immolandũ:nónne malum est? Et si offeratis claudum & lãguidum: nónne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei: aut si suscepерit faciem tuã,dicit dñs exercituum. b Et nũc deprecamini vultum dei vt misereatur vestri:de manu eñ vestra factum est hoc: si quomodo suscipiat facies vestras, dicit dñs exercituum. Quis est i vobis q claudat ostia, & incendat altare meũ gratuitó? Nõn est mihi voluntas in vobis,dicit dñs exercituum,& munus nõ suscipiã de manu vestra: ab ortu enim solis,vsq; ad occasum,magnũ est nomẽ meũ in gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnũ est nomen meũ in gentibus, dicit dñs exercituum. Et vos pollui stis illud, in eo quòd dicitis:mensa domini cõtaminata est: & quod superponitur,contẽptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis, Ecce de labore: & exufflastis

SEP, dicitis,mẽsa dñi despecta est.— & quę suppoſita sũt despexistis·· Quia si offeratis cæcũ in sacrificiũ: nónne malũ est? Et si offeratis claudũ & languidum:nónne malũ est? offer illud duci tuo,si suscepерit te:si acceperit faciẽ tuã,dicit dñs omnipotẽs. Et nũc deprecamini faciẽ dei vestri,& rogate eũ:in manib⁹ vestris facta sunt hęc:si suscipiã ex vobis facies vestras,dicit dñs omnipotẽs: quia & in vobis claudẽtur ostia, & non succendeť altare meũ gratis. Nõ est volũtas mea in vobis, dicit dñs omnipotẽs, & sacrificium nõ suscipiã de manibus vestris:quia ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meũ gloriosum est in gentibus,& in omni loco incẽsum offertur nomini meo, & sacrificiũ mũdum: quia magnum est nomẽ meum in gentibus,dicit dominus omnipotens. Vos autẽ cõtaminastis illud, in eo qd dicitis,mẽsa dñi polluta est: & q superponunť despecti sunt cibi eius: & dixistis, hęc de afflictione sunt: & exufflastis

G quæ offerunt, igne sunt deuorãda. Fructus autẽ altaris ignis est: cibusq; ignis, hostiæ vel holocausta. Nec sufficit prioris sermonis impietas: sed etiã hoc dixistis: Ecce de labore, & exuflastis illud, dicit dñs exercituũ. Cuius orationis hic sensus est: Dixistis de captiuitate reuersi sumus: hostibus prædæ fuim⁹: multũ in lõgo itinere laborauim⁹: pauperes sumus: quicquid habere potuim⁹, vię labore consumptũ est: qualiacunq; habemus offerimus, & hæc dicẽdo exuflastis vestra sacrificia: id est, exuflatiõe mea digna feciſtis: Siue vt in Hebræo legi potest: Et exuflastis me hæc dicẽdo, non sacrificio, sed mihi cui sacrificabatis feciſtis iniuriam. Quamobrem nequaq̃ suscipiã illud de manu vestra, dicit dominus omnipotẽs. Quidam putant hoc quod ad Iudæos specialiter dicitur: eo quòd victimæ eorũ immũdę sint atq; pollutæ, & sacrificiũ transferat ad gẽtes: intelligi debere super ecclesiæ sacerdotibus, qui negligenter offerũt victimas dño: Quod si recipim⁹: ergo ab ecclesia rursum ad aliã religionẽ victimæ trãsferendæ sunt. Et quomodo legi euangeliũ: sic rursum euangelio ea quæ non sunt futura succedent. Mensam quoq; domini cõtaminatam ad sanctas scripturas referunt: si aliter quàm scriptæ sunt intelligantur.

HEB. exuflastis illud, dicit dominus exercituũ. Et intuliſtis de rapinis claudum & languidũ, & intuliſtis mun⁹: nũquid suscipiã illud de manu vestra, dicit dominus? Caput II.

a MAledict⁹ dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciẽs immolat debile domino. Quia rex magnus ego sum, dicit dominus exercituum: & nomen meum horribile in gẽtibus. Et nunc ad vos mãdatum hoc, ô sacerdotes: Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere sup cor, vt detis gloriam nomini meo, ait dñs exercituum: mittã in vos egestatem, & maledicã benedictionibus vestris, & maledicam illis, qm̃ non posuiſtis sup cor.

b Ecce ego proijciam vobis brachium

H

Caput II.

a MAledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, &c.) Hoc quod scriptũ est, καὶ διασκεδάσω τὰς εὐλογίας ὑμῶν, id est, & dissipabo benedictionẽ vestrã: à Lxx. additũ est, & in Hebraico nõ habetur. Quicquid potest in excusationẽ peccati sui humanus animus inuenire, & falsa se satisfactione defendere, hoc præuidens sermo diuinus corripit atq; condemnat. Et est sensus:

I quia offertis cæcũ, & claudũ, & languidũ: & hoc ipsum non de vestro, sed de rapinis, & spolijs fletibusq; miserorũ: & insuper dicitis, de labore & paupertate offerimus quod habemus: Propterea ego dico generaliter: vt vos arguat propria cõscientia. Certè obtenditis paupertatẽ, & captiuitatis iniuriam, & tenuitatẽ rei familiaris. audite quod infero: Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculũ, & votũ faciẽs immolat debile dño. Si non habes masculũ: nihil tibi nocet maledictio. Hæc autẽ dicẽdo, ostendit eos habere quę optima sunt, & offerre quæ mala sunt. Ad vos igit̃ ô sacerdotes hoc mandatũ est: feciſtis quod impiũ est in contẽptum mei:

Ezec. 33.c Sed quia malo pœnitentiã peccatoris, q̃ mortẽ: etiã nunc dico: Si me audire nolueritis, nec intelligere, vt detis nomini meo gloriã: quod est horribile in gentibus, verã in vos mittam penuriã: vt nequaq̃ mentientes, sed omniũ rerum coacti egestate, dicatis vos nõ habere optima quę offeratis. Et maledicam (inquit) benedictionibus vestris: hoc est, his quę nũc meis benedictionibus possidetis: siue quicquid à vobis benedicetur, à me maledictũ erit. Et maledicã illis: subauditur benedictionibus vestris: quoniã noluiſtis intelligere quę dicuntur: hoc est enim quod dicit: nõ posuiſtis sup cor. Possumus maledictũ & dolosum accipere populum Iudæorũ: qui cũm haberet in grege suo masculum dominũ saluatorẽ, & immaculatum agnũ, qui tollit peccata mundi, & omniũ prophetarũ vaticinatione cõmonit⁹, vt immolaret atq; susciperet arietem, qui hærebat ex cornibus in virgulto Sabec: hoc facere noluit, sed immolat debile dño, crucifigens saluatorem, & eligens Barrabbã latrocinij, & seditionis autorẽ: qui iuxta mysticos intelle

SEP. exuflastis ea, dicit dñs omnipotẽs: Et inferebatis rapinas, & clauda, & debilia, & offerebatis sacrificiũ: si suscipiã ea de manibus vestris, dicit dominus omnipotẽs? Caput II.

ET maledict⁹ qui erat potens, & habebat in grege suo masculũ, & votũ eius sup eo, & ĩmolat debile dño: qa rex magnus ego sũ, dicit dñs oipotẽs: & nomẽ meũ illustre in gẽtib⁹. Et nũc mãdatũ hoc ad vos ô sacerdotes: si nõ audieritis, & si nõ posueritis cor vestrũ, vt detis gloriã nomini meo, dicit dñs omnipotẽs: mittã sup vos maledictionẽ, & maledicã bñdictioni vestrę: & maledicã ei, & dissipabo bñdictionẽ vestrã, & nõ erit vobis: qa vos nõ ponitis ĩ cor vr̃m.

Ecce ego separabo vobis humerum,

ctus referr̃ ad diabolum: Illisq; cõtemnentibus, & præferẽtibus diabolũ saluatori: nomen Christi horribile est in gẽtibus: quę passionẽ dñi susceperũt, & eum formidoloso honore venerãtur. De nobis quoq; dici potest: Si creati à deo sapientes, habentesq; naturam sacris cõgruam disciplinis, nostrũ negligamus ingenium, & nos dedam⁹ vitijs atq; luxuriæ, & habentes masculum immolem⁹ debile domino. Debilis autẽ est, & maculata nostra oratio: quando ira, inuidia, inimicitijs, & alia animi pturbatiõe corrũpitur: si offerentes munus ad altare, & recordati q aliquid frater noster habeat aduersum nos, non antè pergimus, & satis ei facimus. Vnde

K

Gen. 22.c.

Ioan. 18.g.

L

Matt. 5.d.

& apostolus præcipit: Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes sanctas manus sine ira & disceptatione. Pastorq; cogitationũ nostrarũ atq; virtutum, sensus est: de quo in cẽtesimo secundo psalmo dicitur: Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: Qui si gregẽ suum bene rexerit, impletur in eo illa benedictio: Benedicta armẽta boum tuorũ, & greges ouium tuarũ. Sin autem habẽs naturaliter masculum: id est, forte, rigidũ, ac robustum: immolet leue vel nimia mollitia fœmineũ, atq; lasciuũ, vel diuersis animæ perturbationibus debile atq; corruptum: sentiet in se cõpletum esse quod scriptum est: Potentes potenter tormenta patient̃: & cui plus dederint, plus exigent ab eo. Vnde propriè sacerdotibus dicitur: quòd si audire noluerint, & corde retinere: vt dent gloriam nomini domini per bonã conuersationẽ: sed ecõtrariò nomen illius propter eos maledicatur in gentibus, mittat in eos egestatẽ bonorũ omnium: & benedictiones eorum vertat in maledictionem. Qui sanitate abutũtur in libidinẽ, & diuitias vertunt in luxuriã: bonamq; famam sordida conuersatione deturpant: hi benedictiones dei mutant in maledictionem. Vel certè quia ad sacerdotes propriè mandatũ est: vertunt benedictiones eorũ in maledictionem: quando nõ benedicunt sanctis ex vero cordis affectu: sicut Isaac Iacob: & Iacob patriarchis: & Moyses duodecim tribubus: sed per dulces sermones & benedictiones decipiunt corda innocentiũ: & qui iniquè agunt benedicuntur ab eis: adulanturq; peccatoribus dũmodo diuites sint atq; eorum vitijs blandiuntur: de quibus dicitur: Populus meus qui beatos vos dicunt, seducunt vos, & semitas pedum vestrorum supplantant.

1.Tim.2.b

Deut. 28.

Sap. 6.a.

Luc. 8.c.

M

Rom. 2.d.

Gen. 17.d. & 49.& Deu. 23.a.

Esa. 3.b.

b ¶ Ecce ego proijciã vobis brachiũ &c.) Quia ad sacerdotes loquit̃: proijciã, inquit, in facies vestras, ea quę sancta putatis in lege, & vobis à deo pro virtutũ munere ex hostijs condonata. Brachiũ: pro quo Lxx. ὦμον, id est, humerũ interpretati sunt, id est, armũ animalis dextrum. Et dispergam, inquit, ἐνυσχον, id est ventriculum: siue iuxta Hebræos stercus,

A ſtercus,id eſt פרש μεγωνμϊκῶς,pro eo quod continet, id quod continetur appellans: & armum eñ,& pectuſculũ,& Leui. 7.& linguam,& ventriculum,& ea quæ in Leuitico deſcribuntur 9.d. & accipiebant ex hoſtijs ſacerdotes. Quæ omnia pro peccatis Num.18.c eorum ſe abijcere,& in facies ſacerdotũ mittere cõteſtatur: & Deute. vt ſcilicet tales ſint q 18.a. offerunt,qualia & illa quæ offerunt. Et aſſumet vos,inquit,ſecum, id eſt,ſtercus ſolennitatũ veſtrarũ:vt fœtẽtes facies putida ſtercoris cõmixtione turpentur: & ex eo quòd vos abijcio, intelligatis ipſum eſſe me, qui quõdã elegi patrẽ veſtrum Leui, & p Leui Aaron,& vobis ſacerdotij gloriã cõdonaui: vt eſſet pactũ meũ ſiue teſtamentũ cum Leui: & æterno mihi ſacerdotio miniſtraret. Notandũ quòd ברית

B verbũ Hebraicũ,Aquila συνθήκην,id eſt. pactũ interpretat: Lxx. ſemp διαθήκην,id eſt, teſtamentũ, & in pleriſq; ſcripturarũ locis, teſtamentũ non voluntatem defunctorum ſonare,ſed pactũ viuentium. Voluit autem deus,& omnes quidẽ homines,ſed præcipuè ſacerdotes maculã non habere, & ſiue humerũ ſiue brachiũ ornare bonis operib⁹. In pectuſculo ſignificatur bona cõſcientia:in lingua, ſancta Rom.10.c confeſſio:vt quod corde credimus ad iuſtitiã,ore confiteamur in ſalutẽ. In ventriculo quoq; nihil haberẽ mortiferũ: ſed quod noſtram vitã ſuſtentet ac vegetet,niſi enim cibi in ventriculo cõcoquantur,& eorũ ſucco corpus irrigetur: attenuatum viribus caret,& fertur in mortẽ. Nos autẽ omnia in cõtrarium vertimus:vt proijciat nobis dominus brachiũ, ſiue ſeparet opera noſtra à ſanctorũ operib⁹:& quibus præ- Mat. 6.c. ceptum eſt vngere caput noſtrũ, & lauare faciẽ à peccato- 2.Cor.3.d rum ſordibus ieiunantes,& reuelata facie gloriã domini cõ Pſal. 43.c templari:nunc dicimus:Confuſio vultus mei operuit me, & Gene.4.a. iuxta Cain cõcidit facies noſtra:nec poſſumus illud imple- Hie.13.c. re quod præceptũ eſt:Leuate oculos veſtros & videte: ſed

C ſtercore vitiorũ habemus litas facies atq; pollutas, & dici- Pſal. 37.b mus:Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meę, à facie inſipientiæ meæ. Vnde omnia illa in ſtercus verſa ſunt:dicẽte ſcriptura. Et aſſumet vos ſecum: ſtercus videlicet quo litæ ſunt facies noſtræ: qui debueramus pleni ac mundi venire Exo. 12.b. in ſolennitatibus dei, & vel carnes agni comedere calciati: vel expletis ſeptẽ hebdomadibus fructus operũ noſtrorum offerre deo:vel in tabernaculis huius ſeculi viuere tranſeũ- Pſal.38.c. tes & dicere: Aduena ſum ego & peregrin⁹,ſicut omnes patres mei. Et quia pro eo quod nos vertimus:aſſumet vos ſecũ: ſtercus,interpretati ſunt Lxx. & aſſumã vos ſimul:ſubijcitur intelligentia, quòd poſtq̃ turpitudine & ignominia cooperti fuerint ſacerdotes,& intellexerint peccatũ ſuum, & egerint pœnitentiam:tunc aſſumantur à domino,& huic ſenſui cõuenire quod ſequitur:Et cognoſcetis quia ego miſerim ad vos mandatũ hoc. Sed ſuperior mihi vera videtur interpretatio,ue inter verba comminationis verba poſuerit blandientis, maximè cùm & ea quę ſequuntur dei indignationem ſonent. a ¶Pactum meum fuit cum eo vitæ &c.) Deſcribit ex perſona dei,perfecti officiũ ſacerdotis:qualis eſſe debeat:& qualem eum eſſe voluerit, qui eſſe præcepit. Suprà eñ dixerat:Vt eſſet pactũ meum cum Leui,dicit dominus exercituũ: & per Leui patriarcham peruenit ad poſteros,Aaron & Eleazarum, Phinees & cæteros,qui de eius

HEB. brachium,& diſpergam ſuper vultum veſtrũ ſterc⁹ ſolennitatũ veſtrarum: & aſſumet vos ſecũ. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatũ iſtud,vt eſſet pactum meũ cum Leui, dicit a dñs exercituũ. Pactũ meũ fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorẽ, & timuit me,& à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius,& iniquitas nõ eſt inuẽta in labijs eius: in pace,& in æquitate ambulauit mecũ,& multos auertit ab iniquitate. Labia eñ ſacerdotis cuſtodient ſcientiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt. Vos

SEP. humerũ,& diſpergã vẽtriculũ ſup faciẽ veſtrã, ventriculũ ſolennitatũ veſtrarũ: & ſuſcipiã vos ſimul: & cognoſcetis qa ego miſi ad vos mandatũ hoc, vt eſſet teſtamẽtũ meũ ad Leuitas, dicit dñs omnipotẽs. Teſtamentũ meũ fuit cũ eo vitæ & pacis: & dedi ei timorẽ vt timeret me,& à facie nominis mei formidaret. Lex veritatis fuit in ore eius,& iniqtas non eſt inuẽta in labijs ei⁹. In pace dirigens ambulauit mecũ, & multos cõuertit ab iniqtate. Q m labia ſacerdotis cuſtodiẽt ſcientiã,& lex requiret ex ore eius: quia angelus dñi omnipotẽtis eſt. Vos

D ſtirpe generati ſunt:Nunc in fine ait: Irritũ feciſtis pactum Leui,dicit dominus exercituũ. Ex quo perſpicuũ eſt:omne quod dicitur per Leui,ad ſacerdotes & ſpecialiter ad pontificẽ pertinere. Legim⁹ in Numeris de Phinees, qui Zamri Nume. cum ſcorto Madianitide pugione percuſſit: Phinees filius 25.b. Eleazar, filij Aaron ſacerdotis,reqeſcere fecit furorem meũ à filijs Iſraël:quoniã æmulatus eſt zelum meum cõtra eos: & non perdidi filios Iſraël in zelo meo,ſic dicẽs:Ecce ego dabo ei teſtamentum pacis, & erit ipſi & ſemini eius poſt eũ teſtamentũ ſacerdotij ſempiterni: pro eo q zelatus eſt deo ſuo,& exorauit pro filijs Iſrael. Vitæ autẽ teſtamẽtum,ſiue pactum, non huius arbitremur quę nobis cũ beſtijs & cũctis animantibus communis eſt:ſed illi⁹ quę dicit: Ego ſum vita: Ioan.14. Etenim vita noſtra cũ Col.3.a. Chriſto abſcõdita eſt E in deo: de quo poſſumus dicere,quòd & ipſe pax noſtra ſit,Apoſtolo confirmãte:ipſe eſt enim pax noſtra. Dedit ergo domin⁹ Leui,& per Ephe.2.d. eum poſteris eius,vt timerent eum: Principiũ enim ſapien- Pſal.110.b tiæ timor domini, & à facie eius formidarent ſiue ſubtraherent ſe atq; cõtraherent, mentis formidinẽ horrore corporis indicantes:iuxta illud quod ſcriptũ eſt: Super quem Eſa. 66.a. requieſcam,niſi ſuper humilem & quietũ, & trementẽ verba mea? Lex veritatis fuit in ore eius: hoc eſt, doctrina populorum,quæ in ſacerdote nullo debet mendacio deturpari:ſed tota de veritatis fonte procedere. Et iniquitas nõ eſt inuenta in labijs eius,vt imitetur dominum ſuũ,de quo dicitur:Q ui peccatũ non fecit, nec dolus inuẽtus eſt in ore ei⁹. 1.Pet.2.d. In pace & in æquitate ambulauit mecum: vt & ipſe in ſe pacem habeat,& cæteros pacificet: nulliusq; perſonam accipiat in iudicio,& idcirco ambulet cum deo: ſicut ambulauit Enoch, qui tranſlatus eſt ad dominum, & non inueniebatur. Et multos auertit ab iniquitate. Q ui ſacerdos Gene. 5.c. eſt,& non corripit delinquentes, ſacerdotis officium præterit. Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam:non dixit,proferent:ſed,cuſtodient:vt loquantur in tempore, dentq; conſeruis cibaria in tempore ſuo. Et legem requirent ex ore F eius. In Aggeo hoc idem ſcribitur: interrogate ſacerdotes Aggei.2.b legem domini. Ad ſacerdotis pertinet diſciplinam,interrogatum reſpondere de lege. Q ui ſi ignorantiam in cæteris diligentem,in ſcripturis ſanctis obtenderit negligẽtem:fruſtra iactat dignitatẽ,cuius opera non exhibet. Hoc eſt quod Apoſtolus Paulus ſcribit ad Titum: Vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes reuincere. Et ad Titũ. 1.b. Timotheum:Q uoniam ab infantia ſacras literas noſti, quæ 2.Tim.3.d te poſſint inſtruere ad ſalutem,vt peccantes coram omnibus arguas. Sequitur,Q uia angelus domini exercituum eſt. Exponit nomẽ ſuum Eſdras ſacerdos dei: hoc eſt, Malachi, quod angelus domini interpretatur:angelus autẽ,id eſt, nũcius,ſacerdos dei veriſſimè dicitur: quia dei & hominũ ſequeſter eſt,eiusq; ad populum nunciat voluntatem: & idcirco in ſacerdotis pectore rationale eſt,& in rationali doctrina & veritas ponitur,vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconem dominicæ veritatis. Q uidam hoc quòd ad Leui,& per Leui ad ſacerdotes dicitur,falſò putant intelligendum eſſe de Chriſto, non reſpicientes ea quæ ſequuntur,perſonæ Chriſti eſſe contraria.

G a ¶Vos autẽ receſſiſtis de via &c.)Hęc ad Chriſti nõ pertinere perſonam,nec ad eos qui illius cultui dedicati ſunt: etiã ſi ego taceam,prudẽs lector intelligit.Et eſt ſenſus:ego vos volui facere quæ priori capitulo cõtinentur, & de quibus per Moyſen in Deuteronomio ſum locutus: Date Leui doctrinam eius, & veritatem viro iuſto, & reliqua: Vos autẽ receſſiſtis de via recta: ſiue declinaſtis,dicẽte me:Non declines neq; ad dextrã, neq; ad ſiniſtram: & infirmos feciſtis multos in lege: ſiue,ſcandalizaſtis: vt Aquila & Symmachus verterunt. Declinare ad dextrã,eſt abſtinere à cibis, quos deus creauit ad vtendũ:cõdemnare nuptias,& in illud incurrere, quod in alio locò ſcriptum eſt: Ne ſis iuſtus multum.Ad ſiniſtram diuertere, eſt cùm quis luxurię ſe tradit & libidini, & ſcandalizat multos ĩ lege:cui melius eſt,vt mola aſinaria ligetur circa collũ, & in mare præcipiteẽ: q̃ ſcandalizet vnũ de minimis:Infirmos autẽ faciunt multos,qui cũm credentes in Chriſto fidei robur acceperint, infirmari eos faciunt negligentia cõuerſationis ſuæ:quibus rectiſſimè dicitur:Irritum feciſtis pactum Leui,pactũ vitæ & pacis:& cętera quę pertinere ad officiũ diximꝰ ſacerdotis.Q uã ob cauſam & ego, inquit,dedi vos contẽptibiles & humiles omnibꝰ populis:vt vos cõtemnerent,& pro honore & gloria,quaſi deiectos humilesq; calcarent.Sicut nõ ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.Inter omnia peccata Leui,ſiue eorum qui ex Leui ſunt ſacerdotum dei: illud & vltimũ & maximum ponitur:quare accipiant faciem in lege:vt non cauſas,ſed perſonas conſiderent:iuſtumq; pauperem deſpicientes, iniquos diuites ſuſcipiant & honorent: Ad quos in octogeſimoprimo pſalmo dicitur:Vſq;quo iudicatis iniquitatem,& facies peccatorũ ſumitis? Et Paulus ad Galatas: Deus,inquit,perſonã hominis non accipit.Pleniusq; Apoſtolus Iacobus hoc peccatum arguit atq; condemnat.Q uicquid aũt priori populo dicitur:etiam nobis dictum putemus, vt cautiores recedamus à vitijs,& faciem non ſuſcipiamus in lege: nec qui ſumus cultores dei,veritati mendacium præferamus.

b ¶ Nunquid non pater vnus omnium noſtrum?&c.) Anteq̃ de præſenti capitulo diſputemus: Hebræorum eſt ponenda traditio,imò ſcripturæ veritas explicanda. Legimus in volumine quod Eſdræ titulo prænotatur,ex perſona ipſiꝰ Eſdræ loquentis:Acceſſerunt ad me principes,dicentes:Nõ eſt ſeparatus populus Iſraël:& ſacerdotes,& Leuitæ, à populis terrarum,& de abominationibus eorũ : Chananæi videlicet & Ethæi,& Pherezæi,& Iebuſæi,& Ammonitarũ,& Moabitarum,& Aegyptiorum,& Amorręorũ.Tulerunt eñ de filiabus eorum ſibi & filijs ſuis, & commiſcuerũt ſemen ſanctũ cum populis terrarum.Manus etiã principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſſione hac prima.Cũq; audiſſem ſermonem iſtum,ſcidi pallium meũ & tunicam,& euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens . Et rurſum in conſequentibus:Inuentiq; ſunt de filijs ſacerdotum qui duxerunt vxores alienigenas:de filijs Ieſu,filij Ioſedech,& fratres eius,Maaſia & Eleazer,& Iarib,& Godolia, & dederũt manus ſuas vt eijcerent vxores ſuas,& pro delicto ſuo arietem de ouibus offerrent.In fine quoq; capituli poſt enumerationem eorũ,qui vxores alienigenas acceperant,ſcriptura commemorat : Omnes hi acceperunt vxores alienigenas:& fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.Reuerſi ergo de captiuitate Babylonia : tam principes & ſacerdotes ac Leuitæ,q̃ reliquus populus,abiecerunt vxores ſuas Iſraëlitici generis:quæ paupertate & iniuria lõgioris viæ, & fragilitate ſexus nõ ferentes laborẽ,confectæ erant,& infirmitatem ac deformitatem corporũ contraxerãt: & cum alienigenis vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus,vel potentum ac diuitũ filiabꝰ, matrimonia copulaũt. Corripit itaq; eos Eſdras ppheta, & ad repudiũ nouarum cõiugũ prouocat: vt vxores quas dimiſerãt recipiant:Nónne,inquit, pater vnus Abraham omnium noſtrum eſt? De quo in Eſaia ſcribĩt:Reſpicite in Abraham patrẽ veſtrum,& in Saram quæ genuit vos:quia vnus erat,& vocaui eum. Nónne deus vnꝰ creauit nos,qui ex Abrahã noſtrum elegit genus ? Q uare ergo veteres vxores contemnimus , & fratrum noſtrorũ abijcimus filias,vt relinquamus pactũ patrum noſtrorũ,& non ex lege accipiamus vxores?Transgreſſus eſt Iuda:Hæc enim tribus reuerſa eſt de Babylone cũ ſacerdotibus ac Leuitis. Et abominatio facta eſt in Iſraël,& in Hieruſalẽ. Nequaq̃ in decem tribubus,quę ab Aſſyrijs tenebantur:ſed in his quæ ad Cyri regis imperiũ ſub Zorobabel,& Eſdra,& Neemia de Babylonia ſunt reuerſi: Q uia cõtaminauit Iuda ſanctificationem domini quam dilexit,& habuit filiam dei alieni:miſcendo cum alienigenis ſemen Iſraël:& gentiliũ,id eſt, ethnicorum filias,idolis ſeruientes,ſumendo vxores.Q uia igitur hoc fecerunt:prophetæ ad eos ſermo dirigitur,& à peccato maledictionibus retrahuntur:Diſperdat dominus virũ qui fecerit hoc . Q uàm pulchrè non abſcidit errori veniã: nec dixit,maledicat dominus ei qui fecit hoc: ſed,qui fecerit,in futurũ tendens maledictionem:vt peccatores ad pœnitentiam prouocet . Doctorem,inquit,atq; diſcipulum de tabernaculis Iacob:ſiue ille ſacerdos ſit,ſiue laicus,vna maledictione ferientur,& non erit eis pœnæ diuerſitas,in quibus peccata ſunt paria.Et offerentẽ munus domino exercituum:Subauditur,diſperdat dominus : & eum qui pro huiuſcemodi hominibus voluerit ad altare munus offerre : quorũ ſolum remedium eſt,non facere quæ fecerunt.Q uidam hunc locũ non intelligentes:nec ſcientes hiſtoriæ veritatem:id quod ait:Nónne pater vnus omnium noſtrum? de Abraham ſic intelligunt,vt etiã gentiũ patrẽ Abraham eſſe cõmemorent:ſecundũ illud quod ſcriptũ eſt:Poteſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahę. Vel certè vnũ deum patrẽ affirmant:iuxta illud quod in Deuteronomio legimꝰ: Nónne iſte ipſe eſt pater,qui poſſedit te,& fecit te, & creauit te? Et rurſum:Deũ qui te creauit reliquiſti.Et alibi: Filios genui & exaltaui:ipſi aũt reliquerunt me.Et in pſalmorum volumine:Filij alieni mentiti ſunt mihi:filij alieni inueterati ſunt,& claudicauerunt à ſemitis ſuis : Et ab hoc vno patre,qui peccauerunt recedentes , multos vitiorũ ſuorum patres fecẽre:Omnis enim qui facit peccatum , de diabolo natus eſt.

a HEB. Vos autẽ receſſiſtis de via,& ſcãdalizaſtis plurimos in lege:irritum feciſtis pactum Leui,dicit dñs exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis:ſicut non ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege . Nunquid nõ pater vnus omnium noſtrum? Nunquid non deus vnus creauit nos ? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuũ,violans pactum patrum noſtrorum . Tranſgreſſus eſt Iuda , & abominatio facta eſt in Iſraël,& in Hieruſalem:quia contaminauit Iuda ſanctificationem domini,quam dilexit, & habuit filiã dei alieni . Diſperdet dominus

SEP. Vos autem declinaſtis de via mea,& infirmos feciſtis multos in lege:corrupiſtis teſtamentum Leui,dicit dominus omnipotens: Et ego dedi vos contemptibiles , & diſſolutos in omnes gentes: pro eo ꝙ non cuſtodiſtis vias meas, ſed accipiebatis perſonas in lege. Nónne pater vnus omnium veſtrum? Nónne deus vnus creauit vos ? Quare reliquiſtis vnuſquiſq; fratrẽ ſuum , vt abominabile faceret teſtamẽtum patrum veſtrorũ: derelictus eſt Iudas:& abominatio facta eſt in Iſraël, & in Hieruſalem:quia contaminauit Iudas ſancta dñi, in quibꝰ dilexit,& adinuenit deos alienos.Diſperdat dominus

Deu.33.a.
Deut.5.b.
Declinare ad dextrã, quid.
Eccl̃s. 7.e
Declinare ad ſiniſtrã, quid
Mat. 18.a.
Gala. 2.b.
Iacob. 2.b
1.Eſd.9.a.
1.Eſ.10.c.
Deu.14.a
Deu.32.c.
Eſa.1.a.
Pſal.17.g.
1.Ioã. 3.b.
Matt. 3.b.

A natus est. Idq; quod sequit: Quare despicit vnusquisq; nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum: sic interpretati sunt: vt dicerent, Nos cunctos ab vno patre generatos, vnũ esse debere, & vnũ confessionis habere labium:
Gene.11.a. sed postea per superbiã & ædificationẽ turris cõtra deum, in multas linguas atq; sententias esse diuisos. Ad eleemosynã quoq; referũt, vt dicant: Despicere nos fratres nostros: quando non cõmunicamus eis quæ à deo ad sustentandam vitã accepimus: & ad hoc transeunt, vt asserant fratrẽ nostrũ, secundũ scripturas, dominũ appellari: Qui
Ioan.20.d præcepit Mariæ Magdalenæ: vt nunciet fratribus suis dominũ surrexisse. Et loquitur in
Psal. 21.e. psalmo: Narrabo nomen tuũ fratrib⁹ meis, in medio ecclesiæ cantabo tibi. Deseruerũt
B ergo Iudæi fratrẽ suũ, & cõtaminauerunt pactum patrũ suorũ: qđ deus pepigerat ad Abrahã, Isaac, & Iacob: vt in semine eorũ, qđ interpretatur Christ⁹, benedicerẽtur omnes gẽtes. Hæc variè suspicant: quia certã viã nõ reperiunt. Denique & hoc quod sequitur iuxta Lxx. ἐγκατελείφθη Ἰούδας καὶ βδέλυγμα ἐγένετο ἐν τῷ Ἰσραὴλ καὶ Ἱερουσαλήμ: id est, Derelictus est Iudas, & abominatio facta est in Israël, & in Hierusalẽ: sic ediſſerunt: Desertos esse Iudæos, quia blasphemauerunt dñm saluatorẽ: & sustinuisse quod scriptum
Ibidẽ.5.c. est, Secundũ multitudinẽ impietatum eorũ expelle eos: qm̃ irritauerũt te domine: vt in cunctas prouincias vagi, & profugi spargerentur. Cõtaminauerunt eñ sancta domini: pro
Lucæ.9.f. dei filio diligentes, & adinuenientes sibi deos alienos. Qui enim nõ recipit filiũ, nõ recipit patrẽ qui misit eum: Et idcirco quia hoc fecerũt: tamdiu disperire donec humiliẽtur, vel captiuitatis iniuria, vel ob cõscientiam peccatorũ: & pisciantur de tabernaculis Iacob: vt destructo tẽplo atq; al-
C tari, nequaq̃ apud eos offerant hostiæ. Nec hac explanatio-
יְהוּדָה ne cõtenti: quia Iudas interpretatur domini cõfessio, ad pœnitentẽ intelligentiam transferunt: qui postq̃ dñm cõfessus est, si peccauerit, abominationẽ facit in Israëlem, & in Hie-
1.Cor.11.g rusalem: in sensu videte deũ, & in visione pacis. Polluit ẽm Christi mysteria indignè accipiens corpus eius, & sanguinẽ, pro eo quòd dilexerit vitia, & adinuenerit sibi deos alienos: secundũ numerum peccatorũ, habẽs numerũ deorum: iuxta
Philip.3.d apostolum Paulum: Vorantiũ deus venter est. Et secundum
2.Pet. 2.d Iacobũ: à quo quis vincit, ei subijcitur. Et q hoc fecerit, exterminatur de ecclesia, & de tabernaculis Iacob: qui supplantat vitia atq; peccata donec humilietur in bonũ suum, & offeratur pro eo victima domino omnipotenti.

a ¶Et hoc rursum fecistis &c.) Interpretemur historiã, & singulis versiculis breues sententias coaptantes, quod nobis ab Hebræis sit traditũ differamus: Derelictæ vxores Israëlitæ, & in thoris maritorũ alienarum gentiũ fœminas contemplantes: ad dei solius auxiliũ cõfugiebant: diebus ac noctibus ante altare domini prouolutę lachrymis, gemitu, atq; eiulatibus inuidiã faciebant eius prouidentiæ: quòd non respiceret humana, & miseras non iuuaret. Vnde dicit deus: sacrificium & hostiã de manibus sacerdotũ, qui ista cõmiserunt, se accipere nõ posse: vxorũ fletu & planctibus impeditum: & insuper eos quærere, quã ob causam de manibus D
eorũ non accipiat sacrificiũ: statimq; infert: Quia dñs testificatus est inter te, & vxorẽ pubertatis tuę quã tu despexisti, dicens: Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, Gene.2.d.
& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in vna carne: & idcirco particeps dicitur, & vxor coniunctionis & fœderis, quæ à deo de costa viri facta est. Et residuũ spiritus ei⁹, siue dei: vt quidam putant: siue mariti, vt alij suspicãtur, quòd propter affectum quodãmodo vna anima in duobus esse videatur: cõiunctis spiritu, mẽte sociatis. Cùm ergo vn⁹ vtrũq; fecerit, & virũ & mulierẽ: propterea à deo facta est vtriusq; coniunctio, vt liberi nascerentur. Vnus enim deus, quid quærit nisi semen dei: hoc est filios de Israëlitica stirpe generatos? Cùm ergo habeatis fœcundas cõiuges, & liberis gaudeatis: quid pulchritudinẽ vxorum quęritis, quæ meretricibus apta est nõ vxoribus? Præcipit itaq; per prophetam deus, & dicit: Custodite spiritũ vestrum: ne abducamini libidine: ne alienigenarũ amore vincamini. Et vxorẽ adolescentiæ tuæ noli despicere: vt quæ tibi virginali primùm iuncta est matrimonio, perseueret vsq; ad senectutẽ. Sed poterat fieri, vt principes, sacerdotes, leuitæ, populus
Deu.24.a respondere nt: Præcepit deus per Moysen, vt cùm odio habuerimus vxores, dimittamus eas. Et legendũ est: Dicis mihi, scriptum est: Cùm odio habueris vxorẽ tuam, dimitte: dicit dominus deus Israël. Statimq; respondit: hoc quidem in lege præceptũ est, sed propter duritiã cordis vestri. Quod plenius dominus in euangelio prosequitur: Quicunq; autẽ
Matt. 5.e. excepta causa fornicationis iniquè vxorẽ dimiserit, operiet vestimentum eius iniquitas: id est, corpus quo anima vestitur: dicit dominus exercituũ: vt in quo peccauit, in ipso puniatur. Quapropter hac quæstiuncula dissoluta, inculcat & F
replicat quod suprà dixerat: Custodite spiritũ vestrum, & nolite despicere: vel custodiam spirit⁹ vestri, vel certè vxorem si pauper est, aut deformis. Quod nos specialiter iuxta Esdræ librum super vxoribus expositum⁹ derelictis: hoc alij generaliter contra eos dictũ putant, qui aliena diripiunt, & iniustè diuitias congregantes, audent offerre munera deo, quæ dicit se nequaq̃ posse suscipere, lachrymis eorum qui vastati sunt, & fletu, ac gemitib⁹ prohibitũ, & cõgruere locũ istũ illi testimonio: Honora deũ ex iustis tuis laborib⁹. Sed
Prou.3.b. & istum sensum interserunt: eos qui propter rei familiaris amissionem, & interitũ librorum & naufragium: & cætera quæ ad damnũ pertinent rerum secundariũ, vertunt in fletus, & totos se tradunt planctui, & gemitib⁹: nec animi robore, & spe in deũ, & præmijs futurorum cuncta cõtemnunt: etiã si dirigant ad deum orationẽ, nõ suscipi ab eo: quia indecoris & incõgruis viro planctibus deturpent. Hoc autẽ quod sequitur: Quia dñs testificatus est inter te, & vxorẽ pubertatis tuæ, siue adolescentiæ quã tu despexisti: & hęc est particeps tua: & vxor pacti vel testamenti tui: & nõ alius fecit: & reliquiæ spiritus tui: sic interpretant, vt vxorẽ adolescẽtiæ naturalem dicãt intelligentiã, & legẽ in corde perscriptam: quæ omnibus hominibus insita est. Vnde & gẽtes non

HEB. domin⁹ virum qui fecerit hoc: magistrũ & discipulũ de tabernaculis Iacob, & offerentẽ munus domino exercituum. Et hoc
a rursum fecistis, operiebatis lachrymis altare domini fletu & gemitu, ita vt non respiciam vltrà ad sacrificium: nec accipiã placabile qd de manu vestra. Et dixistis: quam ob causam? Quia dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nónne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? & quid vnus quęrit, nisi semen dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Cùm odio habueris,

SEP. dominus hominem qui facit hęc, donec exturbetur de tabernaculis Iacob: & de his qui offerunt sacrificium domino omnipotenti. Et hæc quæ oderam feciſtis: operiebatis lachrymis altare dñi, plãctu & gemitu: de laboribus adhuc dignũ respicere sacrificium, aut suscipere acceptabile de manib⁹ vestris. Et dixistis, propter quid? Quia dñs testificatus est inter te & vxorẽ adolescẽtiæ tuę, quã tu reliquisti: & hæc particeps tua, & vxor testamẽti tui, & nõ alius fecit, & reliquiæ spiritus tui. Et dixistis: quid aliud prę-
ter semen quęrit de⁹? & custodite in spiritu vestro, & vxorẽ adolescentię tuæ ne derelinquas: sed si odio habens

G habentes legem dei:ea quæ ſunt legis operantur. Et de hac
Prou.19.b coniuge in Prouerbijs prædicari: A deo coniungitur vxor
viro: & iubemur vt de noſtris aquis bibamus & fontibus:
nulluſq; in potando ſit particeps, & vt lætemur cum vxore
adoleſcentiæ noſtræ. Hæc vxor impellit etiã incredulos di-
Iudit. 7.d cere: Deus iudicet,& de⁹ videat:& ipſi cuncta inter me & te dijudicanda permitto, de qua & Eccleſiaſtes loquitur:Et viue vitã cũ muliere quã dilexiſti omnibus dieb⁹ natiui-
† vanitatis tatis † tuæ:q tibi dati ſũt ſub ſole. Hęc vxor reſiduũ ſpiritus noſtri eſt: quia noſtro ſemp ſenſui copulat, quæ ſi recedat à nobis,ſtatim offendim⁹ deũ,& operit nos noſtra impietas. Vnde rurſum ingeritur: Cuſtodite ſpiritum veſtrũ,non car-
H nem:in qua q ſunt,deo
Gala. 6.c. placere nõ poſſunt:nõ
1.Cor.2.d animã: Animalis enim homo non recipit ea quæ ſpiritus ſunt, ſed ſpiritum:quia ſpiritus
Rom.8.g. interpellat pro nobis gemitib⁹ ineffabilib⁹.

HEB.bueris dimitte,dicit dominus deus Iſraël: operiet autẽ iniquitas veſtimẽtum eius, dicit dñs exercituum:cuſtodite ſpiritũ veſtrũ,& nolite deſpicere. La
a borare feciſtis dominũ in ſermonib⁹ veſtris, & dixiſtis:in quo eũ fecim⁹ laborare? In eo quòd dicitis: omnis q facit malũ,bonus eſt in cõſpectu dñi,& tales ei placent:aut certe,vbi eſt deus iudicij? Cap. III.

b Ecce ego mitto angelum meũ,& præparabit viam ante faciem meã,& ſtatim veniet ad tẽplum ſuũ dominator quẽ vos quęritis,& angelus teſtamenti quem vos vultis.
c Eccẽ venit, dicit dominus exercituum,

SEP.bens dimiſeris eã,dicit dñs deus Iſraël:operiet impietas cogitationes tuas,dicit dñs omnipotẽs: & cuſtodite in ſpiritu veſtro, & nolite dereliquere. Qui prouocaſtis dñm in ſermonibus veſtris:& dixiſtis,in quo prouocauim⁹ te? In eo quòd dicitis:omnis qui facit malũ, bonus eſt in conſpectu dñi:& in his ſibi cõplacet:& vbi eſt deus iuſtitiæ? Cap. III.

Ecce ego mittam angelum meum,& prę parabit viam ante faciem meã, & ſubitò veniet ad tẽplum ſuum dominus quem vos quæritis,& angelus iuſtitię quẽ vos vultis. Ecce veniet dicit domin⁹ omnipotens,

deſerto:parate viã dñi:rectas facite ſemitas eius: ab Eſaia K
propheta dicit:ſtatimq; vtrũq; teſtimoniũ de quo dicat exponens:Fuit,inquit,Ioannes in deſerto,baptizãs & prædicãs Mar.1.a.
baptiſmũ pœnitẽtiæ,in remiſſionẽ peccatorũ. Sed & euangeliſtæ vaticiniũ prophetarũ ſup Ioanne interpretati ſunt, cumq; in ſenſu cõſentiant:in verbis diſcrepant:pro eo eñ quod Lxx.trãſtulerunt: Rectas facite ſemitas dei noſtri: Marc⁹ Lucaſq; dixerũt: Rectas facite ſemitas eius: Ioannes autẽ,dirigite,ait,viam dñi. Ex quo perſpicuũ eſt apoſtolos & euangeliſtas,& ipſum dñm ſaluatorẽ non Lxx. interpretũ autoritatem ſequi,qua Hebrææ linguæ habentes ſcientiã nõ indigẽt,ſed ex Hebræo transferre quod legerint: non curantes de ſyllabis punctiſq; L
verborũ:dũmodo ſententiarũ veritas transferatur. Quod quidẽ & in pluribus locis eos feciſſe docuim⁹,& maximè in eo libro qui à nobis inſcript⁹ eſt, de optimo genere interpretandi: multis ſimul teſtimonijs approbatũ eſt. Hoc ergo quod dicit:Ecce ego mitto angelum meũ,& præparabit viam ante faciẽ meã:ex perſona Chriſti dicit:quòd Ioannẽ miſerit in deſerto Iudææ prædicare baptiſmum pœnitentiæ,in remiſſionẽ peccatorũ. Quòd autẽ ſequit: Et ſtatim veniet ad tẽplum ſuũ dominator quẽ vos quæritis,& angelus teſtamenti quẽ vos vultis:ita de ſe quaſi de altero loquit,iuxta cõſuetudinẽ ſcripturarũ. Nulliq; dubium quin dominator iſte ſaluator ſit:q creator eſt omniũ: & angelus teſtamenti,& magni cõſilij angelus appellat. Alij verò hoc quod dicitur:Ecce ego mitto angelũ meũ,& præparabit viam ante faciẽ meam: ex perſona patris dictũ putant:& quod ſequit: Statim veniet ad tẽplum ſuum dominator quẽ vos quæritis,& angelus teſtamẽti quẽ vos vultis, de dño ſaluatore ab eo dictũ intelligunt. Præparat autẽ viã Ioãnes,& rectas facit ſemitas dei noſtri in cordibus credẽtium:in quibus ꝓpter prauitatẽ,& incredulitatẽ prius deus M
ambulare non poterat. Tẽplum autẽ vel eccleſiã interpretantur:vel vnũquemq; credentium in eccleſia: Aedificamini 1.Pet.2.a.
domos ſpirituales,ſacerdotiũ ſanctũ: offerentes ſpirituales victimas,& acceptabiles deo per Chriſtum Ieſum. Eos verò q crediderint:Neſcitis quòd tẽplum dei eſtis,& ſpiritus dei 1.Cor.3.d
habitat in vobis? Iudæi hoc qđ dicit:Ecce ego mitto angelũ meũ,de Helia ꝓpheta dictũ intelligũt: & qđ ſequit, Statim veniet ad tẽplum ſuũ dominator, quem vos quæritis:& angelus teſtamenti,quẽ vos vultis:referũt ad ἀλεμμῶμ, hoc eſt Chriſtũ ſuũ:quẽ dicunt vltimo tẽpore eſſe venturũ. Sed miror quomodo eos rerũ exitus nõ doceat veritatẽ. Quod eñ tẽplum ſuũ inueniet dominator quod vſq; ad fundamẽta deſtructũ eſt? aut ſi ab alio extruendum eſt anteq; Chriſt⁹ aduenìat:qd Chriſt⁹ eorũ amplius facturus eſt,cùm ab alio reſtituta ſint omnia? Dñs noſter in euangelio Heliã ꝓphetam, Ioannẽ Baptiſtã interpretans loquit:Si vultis ſcire,ipſe Mat. 11.b.
eſt Helias qui venturus eſt,de quo & hic idẽ propheta quẽ nunc differimus ſcribit in fine: Ecce ego mitto vobis Heliã Infrà. 4.
prophetã anteq; veniat dies dñi magn⁹ & horribilis. Quomodo autẽ Helias Ioannes ſit: dedit nobis viam intelligentiæ:in virtute & ſpiritu Heliæ eum veniſſe cõmemorans.

Iudit. 7.d

Prou.19.b

Gala. 6.c.
1.Cor.2.d

Rom.8.g.

Luc.16.e.

Matt.11.b

Mar.1.a.

Eſa.40.a.

a ¶Laborare feciſtis dñm in ſermonibus veſtris &c.)Hũc locũ plenius ſeptuageſimus ſecundus pſalmus exequit: cui⁹ principium eſt:Quàm bonus Iſraël deus his qui recto ſunt corde:Mei autẽ penè moti ſunt pedes:penè effuſi ſunt greſſus mei:Quia zelatus ſum ſuper iniquis, pacẽ peccatorum videns:Quia non eſt reſpectus morti eorum,& firmamentũ in plaga eorum:In labore hominum non ſunt,&cum hominibus nõ flagellabuntur. Ac deinde: Et dixi: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum,& laui inter innocentes manus meas. Reuerſus ergo populus de Babylone,& videns cunctas in circuitu nationes: ipſoſq; Babylonios idolis ſeruiẽtes abundare diuitijs,vigere corporibus:omnia quę bona putãtur in ſeculo poſſidere:ſe verò qui habeat notitiam dei, ſqualore, inedia,ſeruitute coopertũ:ſcandalizat & dicit: Non eſt in rebus humanis prouidentia:omnia caſu ferũtur incerto:nec dei iudicio gubernãtur:quin potius mala ei placent,& bona
I diſplicent: aut certè ſi deus cuncta dijudicat, vbi eſt illius æquũ iuſtũq; iudiciũ? Iſtiuſmodi quæſtionẽ mens incredula futurorũ quotidie ſuſcitat deo,& cũ viderit iniquos potentes,ſanctos humiles:illos rebus omnibus affluere: hos ne ea quidem quæ ad victũ neceſſaria ſunt habere,& interdũ ſurdis auribus cæciſq; oculis,& omni parte mẽbrorum vlceribus,& infirmitate depreſſos:qualis in euãgelio Lazarus legitur:q ante fores diuitis purpurati, deſiderabat micis,quæ abijciuntur de menſarũ reliquijs, inopem animã ſuſtentare: diuitẽ verò tantæ feritatis & crudelitatis: vt nõ miſereatur homo hominis:cuius etiã canũ lingua miſereꝛ: nõ intelligẽtes tẽpus iudicij:nec vera bona illa eſſe,quæ perpetua ſunt, dicunt:Mali ei placent,& vbi eſt deus iudicij? Cap. III.

b Ecce ego mitto angelum meũ &c.)Hoc interpretatus eſt dñs in euangelio de Ioanne Baptiſta dicẽs:Iſte eſt de quo ſcriptũ eſt:Ecce ego mittã angelum meũ ante faciẽ tuã,& pręparabit viam tuã corã me:nec eiſdẽ vſus eſt verbis:quæ Lxx.interpretes tranſtulerũt. Marcus quoq; euãgeliſta duo teſtimonia Malachiæ,& Eſaiæ ſub vni⁹ ꝓphetæ ſermone cõtexens:ita exorſus eſt:Initiũ euangelij Ieſu Chriſti,ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta:Ecce mitto angelum meũ ante faciẽ tuã,qui præparabit viã tuã. Hoc licèt verbis alijs in Malachia legim⁹. Quòd aũt ſequit: Vox clamãtis in

c ¶ Ecce venit,dicit dominus exercituũ &c.)Suprà legim⁹ motam

A motam dominoquæstionē ab his qui dicunt:Omnis qui facit malum,bonus est in conspectu domini:& tales ei placēt: aut certe si displicēt,vbi est deus iudicij?hoc est, vbi est iustitiæ veritas? Ad quā dissoluendam dñi sermo respondit: Mittā angelū meū,qui præparabit viam: meam& veniet ad templum suū dominator, quē vos quæritis: qui iudex est veritatis, de quo dicitur in
Psal.71.a. psalmo: Deus iudiciū tuum regi da,& iustitiam tuam filio regis:
Ioan.5.d. Non enim pater iudicat quenq̄, sed iudiciū omne dedit filio.Et il-
Collo. 3.d le est angelus testamēti quem vos quæritis: cui mala non placent: qui personā in iudicio non accipit: qui nulla nec misericordia, nec seueritate mutat: Ca-
Psal.74.b lix enim in manu domini vini meri plenus mixto:& inclinauit ex
B hoc in hoc:id est, misericordia iustitiā tēperat,& iustitia misericordiā. Iste igit statim,& velociter veniet ad templum suum, id est:ecclesiam: Et quis poterit cogitare diem aduētus eius? Si cogitare pro potentia manifestatis eius nemo potest: ferre quis poterit? Et quis stabit ad videndū eum: hoc est quis eum poterit lippientibus & cæcutientibus oculis in sua claritate conspicere:qui est sol iustitiæ,& in cuius pennis est sanitas?Ipse veniet quasi ignis conflans,& quasi herba fullonum: Ignis em in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida.Tunc vocabit cœlum desuper,& terram, vt dijudicet populum suum:flumina ignis trahent ante eum,peccatores quoq; voluentia.Ignis autem dicitur dominus,& ignis cōsumens:vt ligna nostra,fœnū,stipulamq; cōburat.Et nō solū
C ignis,sed & herba fullonum, quæ Hebraicè בורית מְכַבְּסִים appellatur,& Lxx.πόαν πλυνόντων: id est, herbam fullonum vertunt.Ipse his qui peccant grauiter,ignis cōflans est atq; consumens:qui autem leuia peccata committunt, herba fullonum:vt lotis mundiciam restituat, secundum illud
Esa.4.b. quod scriptum est in Esaia: Lauabit dominus sordes filiorum & filiarū Sion,& sanguinem emūdabit de medio eorū, spiritu iudicij,& spiritu combustionis.Qui sordes habent, spiritu iudicij indigent vt lauentur:qui sanguine pleni sunt, spiritu combustionis: vt sanguis qui in eis extrinsecus litus est,auferatur.Et sedebit conflans & emundans sicut argentum,vt secundum Ezechiel: quicquid in auro nostro & argento, id est, sensu & eloquio:ære, stanno,ferro, plumboq; commixtum est:in camino domini percoquatur, vt purum aurum remaneat, & argentum. Vnde & dominus in euan-
Luc.12.f. gelio loquitur:Ignem veni mittere super terram, & quem
1.Pet. 4.d volo vt ardeat?Et purgabit filios Leui:Tempus est enim vt
Ezec.9.c. iudicium incipiat à domo dei. Et alibi scribitur: A sanctis meis incipite.In filijs autem Leui,omnem sacerdotalē intellige dignitatem.Si autē sacerdotes purgandi sunt & colandi,vt purum aurum remaneat & argentum:quid de cæteris est dicendum? Qui cùm emundati fuerint & colati: tunc offerent domino iusta sacrificia,& placebit sacrificium eorum,quod offerunt pro Iuda & Hierusalem:hoc est pro his D
qui dominum cōfitentur, & pacem eius mente conspiciunt sicut dies seculi,& sicut anni antiqui: vt quomodo in principio placuerunt deo:sic post peccatum & pœnitentiā placere incipiant,cùm omni fuerint peccatorum sorde purgati. Et accedam,inquit,

HEB.exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum?ipse em quasi ignis cōflans,& quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans quasi argentū,& purgabit filios Leui,& colabit eos quasi aurū & quasi argentum:& erunt dño offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit domino sacrificium Iuda, & Hierusalem: sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, viduas & pupillos,& opprimunt peregrinum: nec timuerunt me, dicit dominus exercituum:Ego enim dominus:
a & non mutor. Et vos filij Iacob non estis cōsumpti. A diebus em patrū vestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini

SEP.omnipotēs,& qs sustinebit die itroit9 ei9? aut qs ferre poterit vt aspiciat eū?quia ipse ingredit quasi igniscōflatorij,& quasi herba lauantiū,& sedebit conflās & emūdās sicut argētū,& sicut aurū,& emūdabit filios Leui,& fūdet eos sicut aurū & argentum, & erūt dño offerētes hostias in iustitia, & placebit dño sacrificiū Iuda & Hierusalē sicut dieb9 pristinis,& sicut annis priorib9. Et accedā ad vos in iudicio,& ero testis velox sup maleficos & sup adulteros, & sup eos q iurāt i nomine meo mēdaciter. Et q fraudāt mercede mercenarios, & oppri mūt p potētiā viduas,& p cutiūt pupillos, & puertūt iudiciū aduenæ,& q nō timēt me,dicit dñsomps:qm ego dñs deus vester, & nō mutor. Et vos filij Iacob nō recessistis à pctis patrū vrorū: declinastis à legitimis meis,& nō custodistis. Reuertimini

ti. Et accedam,inquit, ad vos in iudicio, & ero testis velox.Q uāta formido iudicij, cū ipse sit testis & iudex. Testis est autem cunctis maleficis & adulteris:hæc enim crimina perpetrātur occultè,& ideo proferuntur in medium, ne diu lateant. Post maleficos ponunt adulteri: post adulteros periuri:post periuros q calūniant mercedē mercenarij, & nolunt reddere pro operis labore quod debent. Viduas quoq; & pupillos,subaudit calumniant,& opprimūt E
peregrinū & alienigenā.Vel certè catechumenū qui necdū in ciuitate Christi ciuis effectus est.Et si ista vniuersa nō fecerint: sufficit eis solum crimen ad pœnam,quòd non timuerunt dominum. Nequaq̄ igit leuia putemus esse peccata,p iurium & mercedē nō reddere laboranti, & calumniari viduam & pupillum, & opprimere alienigenam & peregrinum: quæ maleficio & veneficijs, & adulterio comparantur. Hæc & iuxta historiam,& iuxta Tropologiam intelligimus,vt quod Tropologia.
eo tempore dicebatur ad principes Iudæorū: nunc dicatur ad principes ecclesiarum. Quodq; sequitur:Ego dominus & non mutor:idcirco ponit, quia suprà dixerat: ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: ne putemus eum diuinitatis mutare naturam, cùm pro nobis aut angelus, F
aut ignis, aut בורית nominatur. a ¶ Et vos filij Iacob non estis consumpti:à diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis,& non custodistis.)Suprà dixerat: Ero testis velox maleficis, & adulteris,& periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij,viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit dominus exercituum:Iustumq; iudicem esse se dicens: quòd non ac- Rom.2.b.
cipiat personam in iudicio,intulit:Ego dominus, & nō mutor.Et est sensus: Vos per maleficia,& adulteria,& periuria,& calumnias, & violentiam quotidie mutamini: ego in iudicio nulla personarū varietate commutor.Cumq; seuerū & iustum iudicem esse me fatear ô filij Iacob: tamen non estis tormentorum diuersitate consumpti, iuxta illud quod Hiere.2.
scriptum est in Hieremia:Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non recepistis:nec hoc nuper facitis,nec semel, vt erroris mereamini veniam, sed hæreditariā habetis impietatem, ex diebus patrum vestrorum à legitimis meis recedendo,& non custodiendo quæ præcepi.Filios autem Iacob secūdum ἀναγωγὴν supplantatoris,& germani primi- Anagoge.
tiua rapiētis,qui nō recedant à peccatis patrū suorū,& declinent à legitimis,& non custodiant quę præcepta sunt:intelligamus eos qui in ecclesia cōstituti non recedunt à vitijs, & falsum sibi religionis Christianæ nomen assumunt.

G a ¶Reuertimini ad me,& reuertar ad vos &c.) Et in principio diximus,Malachi prophetã Eſdram ſacerdotẽ debere intelligi:omniaq; quæ in illi⁹ ſcribunt̃ hiſtoria, in hoc quoq; volumine contineri:& nunc dicimus,tẽporibus eius & Neemię(quos ſimul vixiſſe manifeſtũ eſt)famem fuiſſe grauiſſimam:& ob famẽ,ſeditionẽ: & pauperes rerũ neceſſitate cõpulſos,filios ſuos & filias, & omnẽ poſſeſſionẽ, vniuerſamq; ſubſtantiam vẽdidiſſe. Deniq; dicũt:filij noſtri,& filiæ noſtrę multæ ſunt nimis:accipiamus pro precio eorũ frumentũ, & comedam⁹ & viuamus. Et erãt qui dicerẽt:Agros noſtros, & vineas ,& domos noſtras apponam⁹,& accipiamus frumentũ in fame. Et irat⁹ ſum,inquit Eſdras, nimis, cũ H audiſſem clamorẽ eorũ ſecundũ verba hęc: cogitauitq; cor meum mecũ, & increpaui optimates,& magiſtrat⁹, & reliqua . Famis igit̃ tẽpore annona cariſſima:intantũ vt ſuos filios vẽdere cogerẽtur: & hi qui parũ habebant, & qui in horrea multas fruges cõgeſſerant,pro neceſſitate vel pro precij magnitudine Leuitis decimas nolebãt reddere:qui nõ habebant partẽ in hęreditate Iudæę,ſed primitiæ & decimæ erant hęreditas eorũ. Quod ne putet noſtrũ eſſe:Ponamus Eſdrę teſtimoniũ:Et ego cognoui,inquit,qm̃ partes Leuitarũ nõ fuiſſent datę,& fugiſſet vnuſquiſq; in regionẽ ſuã de Leuitis,& de cãtatorib⁹,& de his qui miniſtrabant:& egi cauſam aduerſum magiſtratus. Et dixi. Quare dereliquimus domũ dei? Et congregaui eos,& feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et omnis Iuda apportabat decimas frumẽti,vini,& olei in horrea, & conſtituimus ſup horrea Selemiã ſacerdotẽ,& Sadoch ſcribã : & cætera. Audiuimus Eſdræ hiſtoriã:nunc prophetæ verba repetam⁹ I diligẽtius:intuẽtes an prophetia hiſtoriaq; cõcordẽt. Quãdo dicitur:Reuertimini ad me,& ego reuertar ad vos,dicit dñs omnipotens:quos hortat̃ vt redeãt,perſpicuũ eſt à dño Mat. 7.a. receſſiſſe. Et vide clementiã dñi:par pari repromittit:Vt in qua menſura menſi fuerint,remetiat̃ eis. Et ſicut in Leuitico Leui. 26.d ſcribit̃:Si ambulaueritis ad me peruerſi , & ego ambulabo cõtra vos furore peruerſo. Sic & nunc populũ cohortat̃ ad reditũ,vt ipſe quoq; ad eos redeat . Q ui nõ intelligentes ſe à dño receſſiſſe:impudẽter interrogãt: In quo reuertemur? Et dicunt:Quando eñ receſſimus, vt meritò redire cogamur? Dominusq; reſpõdit:Si affiget homo deũ:quia vos cõfigitis me. Verbũ Hebraicũ חַיְקַבֵּעַ Lxx. interpretati ſunt ἐι πτερκέι, id eſt, ſi ſupplantat: pro quo Aquila, & Symmachus , & Theodotio poſuerunt μὴ ἀποσερέισι , id eſt, ſi fraudat:vt ſit ſenſus:Si fraudat homo deũ,quia vos fraudaſtis me? Et reuera ſecundũ hiſtoriæ ordinẽ:quia decimas & primitias Leuitis populus nõ reddebat: ſeipſum fraudẽ dicit dominus ſuſtinere:cuius miniſtri fame coacti,& penuria tẽplum deſeruerint. Si eñ per alios viſitatur in carcere , & ægrotus ſuſcipit̃, & eſuriens ſitiensq; cibũ accipit atq; potatur:cur nõ in miniſtris ſuis ipſe decimas accipiat: & ſi nõ dentur,parte ſua ipſe priuetur? Hoc quod diximus חַיְקַבֵּעַ: lingua Syrorum & Chaldęorũ interpretatur,ſi affiget:vnde & nos ante annos plurimos ita vertimus : magis ad myſterium dominicæ paſſionis : in qua homines crucifixerunt deum,quàm ad decimas ac primitias,quibus viſitat̃ in carcere,& ægrotus ſuſcipitur:& eſuriens,ſitiensq; cibũ accipit atq; potatur,ſcripta referẽtes. Q uerat prudẽs lector: quomodo noſtra interpretatio cum his cõgruat quæ ſequuntur:In decimis & primitijs : & videat an poſſim⁹ hæc dicere : Vt me affigeretis cruci:vt ſceleratas manus injceretis deo veſtro: multarum antè rerũ meditatione feciſtis : ſubtrahendo decimas & primitias: non dico ſacerdotibus meis & Leuitis,ſed mihi,qui eas per Moyſen Exo. 23.c. iuſſi dare. Hoc de verbo vno à nobis dictum ſit, lectoris arbitrio in telligentiæ iudiciũ relinquentibus: nunc ſe- L quamur ordinẽ prophetiæ:Q uia mihi nõ reddidiſtis decimas & primitias , idcirco in fame & penuria maledicti eſtis , & vos me ſupplãtatis, ſiue fraudatis atq; priuatis gẽs tota. Pro gente quæ in Hebraico ſcribit̃ עַם, annum Lxx. interpretati ſunt ἔτος pro ἐνιαυτός. Et eſt ſenſus:Ecce annus expletus eſt,& nihil in meos theſauros,ſed in veſtra horrea cõportaſtis:Et pro decimis & primitiuis,quę parua erant,ſi à vobis darẽtur, vbertatẽ poſſeſſionum veſtrarum,& omnem frugum abundãtiam perdidiſtis . Vt autem ſciatis me hoc iraſcente perfectum,quia fraudaſtis me parte mea : hortor vos atq; commoneo,vt inferatis decimas in horrea: hoc eſt, in theſauros templi:& habeant ſacerdotes atq; Leuitæ,qui mihi miniſtrant,cibos : & probate me ſi non tantas pluuias effudero,vt cataractæ cœli apertæ eſſe credantur. Et effundam vobis benedictionem vſq; ad abundantiam . Verbum effuſionis,nomen largitatis oſtẽdit. Sed fieri poteſt vt agros irrigãtibus pluuijs ſit quidem fertilitas: verũ aut locuſta, M aut bruchus,aut erugo,aut heruca deſtruant, & labores hominum pereant:propterea iungit & dicit:Et increpabo pro vobis deuorantẽ:locuſtam videlicet,& reliqua quæ diximus, & non corrumpet fructum terræ veſtræ . Vinea quoq; implebit torcularia,& cunctæ per circuitũ nationes mirabunt̃ fertilitatẽ terræ veſtræ:intantũ vt omnes in ea habitare deſiderent , & abundantia rerum omniũ cunctis gentibus ſitis exẽplo. Q uod de decimis primitijſq; dixim⁹:quæ olim dabantur à populo ſacerdotibus ac Leuitis:in eccleſiæ quoq; populis intelligite:quibus præceptũ eſt,non ſolum decimas dare & primitias,ſed & vendere omnia quæ habent,& dare Mar.10.b. pauperibus,& ſequi dominum ſaluatorem. Q uod ſi facere nolumus,ſaltẽ Iudæorum imitemur exordia, vt pauperibus partẽ demus ex toto,& ſacerd otib⁹ ac Leuitis honorẽ debitum deferamus. Vnde dicit & Apoſtolus:Honora viduas, 1. Timo. quæ verè viduę ſunt:& preſbyterũ duplici honore honoran 5.g. dũ,maximè q laborat in verbo & doctrina dei. Q uod q nõ fecerit,deũ fraudare & ſupplãtare cõuincit̃:& maledicit̃ ei in penuria rerũ omniũ:vt q parcè ſeuerit,parcè & metat:& 2.Cor.9.b q in benedictione ſeminauerit,in bñdictionibus fruct⁹ colligat abũdãter. Si qñ fames & penuria,& rerũ omniũ egeſtas opprimũt mundũ:ſciam⁹ hoc ex dei ira deſcẽdere:q in pauperibus

peribus,si non accipiant eleemosynam,fraudari se loquitur, & sua portione priuari. Possumus decimas & primitias & sic interpretari:Si quis doctus & eruditus legem dei potest cæteros erudire : non debet suæ assignare prudentiæ,ingenioq; quod possidet:sed gratias agat primùm deo:qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius ac magistris, à quibus doctꝰ est.Si enim non egerit gratias, sed sibi scientiam vendicauerit : in penuria maledicetur. Quòd si intelligẽs largitorem deum , & his agẽs gratias per quos â deo eruditus est,humiliauerit se,& in horreum dei intulerit cibos:hoc est,scripturæ sanctæ alimenta in ecclesia populis ministrauerit: statim aperiẽtur supèr eũ cataractæ cœli,& effundet pluuia spiritualis : & mandabit deus nubibus suis,vt pluant sup eum imbrem:& abundantia rerũ omniũ pfruetur : & increpabit etiam pro eo deuorãtem, cõtrarias scilicet fortitudines : & labor ipsius afferet fructum: & consequetur illud quod scriptũ est: Beatus qui in aures loquitur audiẽtium. Leuabit quoq; oculos suos, & videbit regiones,quoniam iam albæ sunt ad metendũ:& colliget fructus in vitã æternam:Nec erit sterilis vinea in agro eius, ille qui dicit in euangelio:Ego sum vitis . Et qui loquitur per prophetam : Ego te plantaui vineã frugiferam,omnem veram: & tantam (per humilitatis cõfessionem,& gratiarũ actionẽ in deum,ac magistros ecclesiæ eius) beatitudinem cõsequetur, vt omnes beatum illum dicant gentes , & in terra eius atq; doctrina habitare desiderent , qui illum in ecclesia audierint disputantem.

a HEB. Inualuerũt super me verba vestra, dicit dominus:& dixistis, quid locuti sumus cõtra te? Dixistis,vanꝰ est qui seruit deo: & quod emolumentũ,quia custodiuimꝰ præcepta eiꝰ, & quia ambulauimus tristes coram domino exercituum ? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem:& tentauerũt deũ, & salui facti sunt.

b Tunc locuti sunt timentes deum , vnusquisq; cum pc proximo suo. Et attẽdit dominus, & audiuit : & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus dominum,& cogitãtibus nomen eius . Et erunt mihi, ait dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium:& parcam eis,sicut parcit vir filio suo seruienti sibi . Et conuertimini, & videbitis

SEP . Ingrauastis sup me verba vestra,dicit dominꝰ. Et dixistis , in quo locuti sumꝰ cõtra te? Et dixistis, vanus est qui seruit deo: & quid amplius , quia custodiuimus mandata eius , & quia ambulauimus supplices ante faciem dñi omnipotẽtis ? Et nunc nos beatos dicimus alienos:& ędificantur omnes qui faciũt iniquitatem:& restiterunt deo,& salui facti sunt. Hęc locuti sunt,qui timent dominum, vnusquisq; ad pximum suum. Et attendit dominus,& audiuit:& scripsit librum monumẽti in cõspectu suo his qui timẽt dñm,& qui reuerentur nomen eius. Et erũt mihi,dicit dominus omnipotens, in die qua ego facio, in acquisitionem: & eligam eos sicut eligit homo filiũ suũ qui seruit ei: & conuertar, & videbitis

ædificati sunt , & post scelera atq; blasphemias prosperis omnibus perfruunt. Tentauerunt deũ:siue,restiterunt deo:& salui facti sunt:Salutẽ , fœlicitatẽ præsentis seculi putãt:& idcirco decipiunt erroribus. Hæc & de hæreticis Marcione & Valentino, & cæteris,qui vetus non recipiunt testamentũ, & cõtra creatorẽ mũdi loquunt,intelligere possumus: quòd proficiant in impietate sua, & multos sceleris sócios habeant: ad quos scandalizati,qui in ecclesia perseuerant , & ignorantes causas iudicij dei,prophetę verba contexunt.

b ¶ Tunc locuti sunt timentes deum &c.) Iuxta Hebræos ita intelligendũ est: Illis de dei iudicio blasphemãtibus, qui timẽt deum adiuicẽ sunt locuti: quòd retributio bonorũ vel malorum,non sit in præsenti & breui seculo: sed in futuro & ęterno:& quòd homo nõ possit dei scire iudicia,& de illius æquitate ac iustitia disputare:& cætera quæ debet iustus cũ iusto loqui.Nec dixit,quæ sint locuti: sed ex eo quod intulit: Tunc locuti sunt timentes deum,vnusquisq; cum proximo suo:intelligere debemus ea locutos timentes deũ, quæ omnium scripturarũ vocibus continentur.Iuxta Lxx.verò ἑρωνικῶς legendum,& pressa voce,vt dicamus:Hęc sunt locuti,qui timẽt dñm,vnusquisq; ad proximũ suum:hoc est , qui frustra iactitant & dicunt: quod emolumentũ,quia custodiuimus præcepta eius,& ambulauimus tristes corã dño? si enim timerent dñm,ista non dicerent.

c ¶Et attendit dominus,& audiuit,& scriptus est &c.)Hæc iustis loquentibus & timentibus deũ , singulis cum proximo suo:qui verba blasphemiæ,nec audire voluere nec dicere: attẽdit dominus & audiuit,& scriptus est liber monumenti corã eo, timentibus & cogitantibus nomen eius:vt cùm dies iudicij venerit, reddat & blasphemantibus pœnas,& timẽtibus præmia. Liber autẽ scriptus est,de quo in Daniele legimus:Throni positi sunt , & libri aperti sunt. Et erunt dño exercituum in peculium timentes dominum, in die qua iudicij tẽpus aduenerit . Pro peculio in Hebræo legit סְגֻלָּה:quod Aquila περιούσιον & cæteri περιπόιησιν interpretati sunt.Timentes igitur dominum,qui locuti sunt cum proximo suo , & ad verba blasphemiæ respondẽrunt: erunt in die iudicij in peculium,& parcet eis : Quia omnis homo sub peccato.Siue eliget eos,sicut eligere solet homo filium suum seruientem sibi . In quo duplex affectus est: & pietatis,in filium:& seruitutis,in famulũ . Et tunc qui nunc blasphematis & dicitis:quod emolumentũ, quia custodiuimus præcepta eius,& ambulauimus tristes coram domino? & illorum electionẽ & beatitudinẽ, & vestram miseriã cognoscetis:& versi in pœnitentiã,videbitis qd sit inter iustũ, & impiũ:& inter seruientẽ deo,& non seruientem ei.

Ecce enim

Ioan. 4.c.
Ibidem.
Ioan.15.a.
Hiere.2.d
Zach.5.c.
Danie.7.c

G Caput IIII.

a ECce enim dies veniet, succensa quasi caminus: &c.) Quia laborare me fecerũt impij in sermonibus suis, & dixerunt: Omnis qui facit malum, bonus est in cõspectu domini: & tales ei placẽt: & vanus est qui seruit deo: & quod emolumẽtũ, qa custodiuimus præcepta eius, & ambulauimus tristes corã domino exercituum? Et aduersum eorum verba temeraria, locuti sunt timentes deum: & vnusquisq; cũ suo proximo cõtulerũt ea quę ad timorem dei pertinent: Attẽdit dominus & audiuit: & scriptus est liber monumenti his qui timent dominũ, & cogitãt nomen eius: & cùm dies venerit, habere se eos in peculiũ pollicet, & H parcere eis sicut parcit homo filio suo seruiẽti sibi: pleniusq; inculcat & dicit: Ecce dies veniet: id est, dies iudicij: quæ sanctis lux erit, & pecatorib⁹ tenebrę: & ipsa dies erit succesa quasi camin⁹, siue cliban⁹: vt omnes impij vertantur in stipulam, & camini crement ardoribus. Cũq; eos inflãmauerit atq; cõbusserit: non relinquet in eis vllam radicem & germen malitiæ. Hoc de impijs qd in die iudicij sint passuri. E contrariò dicitur quid timentibus nomen dei eueniet. Et orietur vobis timentibus nomen meũ, sol iustitiæ: quia vera omnia iudicabit: & nec bona nec I mala, nec virtutes, nec vitia latere patietur: Et sanitas erit in pennis eius: vt sanatos per pœnitentiam portet in humeris
Deu. 32.b suis, iuxta id quod in Deuteronomio scriptũ est: Expandẽs alas suas suscepit eos, & in humẽris suis portauit illos. Tũc egrediẽtur qui nunc seculo quasi carcere sunt inclusi, & salient quasi vituli de armento, siue quasi vituli de vinculis li-
Philip.1.c. berati. Vnde & Apostolus dicit: Cupio dissolui, & esse cũ Christo, vt egrediatur & saliat sicut vitulus de vinculis liberatus, & sicut victima domini. Nec hoc lætitiæ fine contẽtus est, sed calcabit impios cùm fuerint cinis. Vnde & ad
Rom.16.c iustos fit imprecatio: Deus autẽ conteret satanam sub pedibus vestris velociter. Abraham locutus est ad dominum,
Gene.18.d cõparatione diuinæ maiestatis cinerem esse se sentiens: Ego sum terra & cinis: & propterea videbit solẽ iustitiæ, & requiescet inter medios eius cleros: atq; ipso portante ad cœ-
Esa.14.d. lestia subleuabitur. Q ui verò per superbiam dixit: Ponam super sydera sedem meam: ero similis altissimo: deducetur in terram: & erit quasi cinis sub sanctorũ pedibus, cùm dies domini aduenerit iudicantis. b ¶Memẽtote legis Moysi serui mei &c.) Iusta meritorũ in futuro erit retributio, quãdo superborum radicem, & germen deuorans flamma consumet & comburet, & timentibus dominum orietur sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Igitur memẽtote legis Moysi

HEB. & videbitis quid sit inter iustum, & impium: & inter seruientem deo, & nõ seruientẽ ei. Cap. IIII.

a ECcẽ eñ dies veniet, succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatẽ, stipula: & inflãmabit eos dies veniens, dicit dñs exercituũ: quę non relinquet eis radicẽ & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit dominus exercituum.

b Mementõte legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb: ad omnem Israël præcepta & iudicia.

c HEB. Eccẽ ego mittã vobis Heliam prophetã, anteq̃ veniat dies dñi magn⁹ & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam & percutiam terram anathemate.

SEP. & videbitis quid sit inter iustum, & iniquum: & inter seruientẽ deo, & eũ q̃ nõ seruit ei. Cap. IIII.

QVia ecce dies venit ardẽs sicut clibanus: & cõburet eos, & erũt omnes alienigenę, & vniuersi q̃ faciũt iniquitatẽ, stipula: succendet eos dies veniens, dicit dñs omnipotens, & nõ relinquet in eis radix neq; ramus. Et orieť vobis q̃ timetis nomen meũ sol iustitiæ, & sanitas in pẽnis ei⁹: & egrediemini, & salietis sicut vituli de vinculis relaxati: & cõculcabitis iniquos, & erũt cinis subter pedes vestros, in die qua ego facio, dicit dñs omnipotens.

SEP. Ecce ego mittam vobis Heliã Thesbiten, anteq̃ veniat dies dñi magna & illustris: qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum: ne forte veniens percutiam terram penitus.

I Israël præcepta & iudicia. Dicente autẽ Apostolo: Scimus Rom.7.c.
quia lex spiritualis est. Et beato Dauid: Reuela oculos meos Psal.118.c.
& considerabo mirabilia de lege tua: Et quia spiritualiter
omnes cœleste manna comedebant: & vniuersus populus 1.Corin.
Israël de eadem spiri- 10.a.
tuali, & sequente eos
bibebant petra: petra
aũt erat Christus: qui
credũt in Christo, spi-
ritualiter debent legis
præcepta seruare, quæ
dedit in Horeb, quod חֹרֵב
interpretatur siccitas:
per quã omniũ vitiorũ
humor excoquitur: &
ad radios solis iustitię,
libidinis rheuma sic-
catur. Locutus est aũt
domin⁹ ad vniuersum
Israël: qui sensu cernit
deum, & de quibus in
euangelio dicit: Beati Mat.5.a.
mundo corde: qm̃ ipsi
deum videbunt.

c ¶ Ecce ego mittam L
vobis Heliã prophetã
&c.) Post Moysen cu-
ius mandata spiritua-
liter docuim⁹ esse ser-
uanda, Heliã dicit esse
mittendũ: In Moyse le
gem, in Helia prophe-
tiam significãs: dicẽte
Abrahã ad quendã di- Luc.16.g.
uitem purpuratũ: Ha-
bent Moysen & pro-
phetas, illos audiãt. Et
dñs atq; saluator trãs-
figuratus in monte: lo Mar. 9.a.
quentes secũ habebat
Moysen & Heliã in cã
didis vestibus: qui & dicebant ei quæ passurus esset in Hie-
rusalem. Lex eñ & omnis prophetarũ chorus Christi prę-
dicat passionem. Igit anteq̃ veniet dies iudicij, & percutiat
dñs terrã anathemate, siue omnino vel subitò, vt Lxx. trans-
tulerunt: hoc eñ significat ἀφάνισμὸν, mittet dñs in Helia: qui אֵלִיָּה
interpretat⁹ de⁹ meus, & est de oppido Thesbi, quod cõuer- תִּשְׁבִּי
sionẽ & pœnitentiã sonat: omnẽ prophetarũ chorũ, qui cõ- M
uertat cor patrũ ad filios, Abraham videlicet & Isaac & Ia-
cob, & omniũ patriarcharũ: vt credant posteri eorũ in dñm
saluatorẽ, in quẽ & illi crediderunt: Abrahã eñ vidit diem Ioan.8.g.
dñi, & lætatus est: Siue cor patris ad filiũ: id est, cor dei ad
omnẽ qui spiritũ adoptionis acceperit. Et cor filiorũ ad pa
tres eorũ, vt Iudæi & Christiani, qui nũc inter se discrepãt,
pari in Christũ religione consentiant. Vnde dicit ad apostо
los, qui seminariũ in toto orbe euangelij prodiderunt: Pro
patribus tuis nati sunt tibi filij. Si eñ Helias non cor patrũ Psal.
ad filios antè cõuerterit, & cor filiorũ ad patres eorũ, cùm 44.d.
venerit dies magnus & horribilis: magnus sanctis, horribilis
peccatoribus: percutiet verus & iustus iudex: non cœlũ nec
eos qui versant in cœlo: sed terrã anathemate, qui faciunt
opera terrena. Iudęi & Iudaizãtes hęretici ante ἀλεκτρυόνος
suũ, Heliã putant esse venturũ, & restituturũ omnia. Vnde
& Christo in euangelio proponit quæstio: Q uid quòd pha Mar. 9.b.
risęi dicũt quòd Helias venturus est? Q uibus ille respõdit:
Helias quidẽ veniet: & si creditis, iam venit: in Helia Ioan-
nem intelligens.

Diui Hieronymi presbyteri commentariorum in duodecim
propheras minores finis.

Septimo tomo

SEPTIMO TOMO HAEC

INSVNT, IN PARABOLAS SALOMONIS commẽtarij. In Ecclesiasten, diui Hieronymi Stridonensis commentarij. Homiliæ in Canticacanticorum quatuor, Origenis nomine. Denicꝫ in Iob cõmentarij.

PARISIIS APVD CLAVDIVM
CHEVALLONIVM

ANNO M. D. XXXIII.

BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS CANDIDO LECTORI S. D.

On clam me eſt candide lector, Commentarios in prouerbia Salomonis, quibus primum in hoc tomo locum dedimus, Hieronymi non eſſe: nam id vel hinc deprehenditur, quòd tota dicendi figura, ab Hieronymiana dictione, modis omnib⁹ diſſidet. Quin Gregorius ſemel atque iterum in hoc opere citatur. Vetuſtiſſimi quidam codices in mẽbrana ſcripti, Bedę vindicabant. Certè cuius cuius ſint, Hieronymi non eſſe, ipſi clamant. Sed enim ob id potiſſimum non omittendos cẽſuimus, ne lector queri poſſit, in hac noſtra æditione pauciora ſibi data, quàm in Veneta habebantur. Porrò commentarios in Eccleſiaſten ſecundo poſuimus loco, qui ex ipſiſſima Hieronymi prodierunt officina, id quod vel mediocris peritiæ lector, ex dicendi charactere, niſi planè Acarnanius bos ſit, olfacere facilè poteſt. Sũt enim terſi, eruditi, excuſſi, non barbarie ſtribliginoſi, aut ineptè loquaces, & ocioſi. Explicant myſteria, ſed acutiſſimè doctiſſimeq;, Iungũt allegorias, ſed conuenientiſſimas. Neque id mirum, quãdoquidem ſic fuit linguarum auxilijs inſtructus Hieronymus, vt Latinos omnes ſuperaret, Græcis nõ inferior. Quoties igitur aliquid ſcripturus erat, Hebræorum exemplaria & Græcorum potiſſimum commentarios inſpexit: ſed quod intelligeret, hoc linguarum peritiæ debebat. Vtinam & noſtræ ætatis theologi, diſcerent linguam Græcã, qua ſe carere deplorat Auguſtinus: & Hebraicam, qua non eſt alia vel ſanctior, vel ad intelligenda prophetarũ ſenſa magis neceſſaria. Cæterum de Homilijs quatuor in Cantica canticorum, quas è volumine epiſtolarum in hũc tomũ retulimus, ſint Origenis necne, nolo in præſentia diſputare: certè multa ſunt, quæ eas Latini hominis eſſe, non Græci, comprobent. Illud auſim affirmare, etiam ſi Græci hominis ſint, Hieronymum non vertiſſe. Poſtremò de commẽtarijs in Iob, quos antiquiſſimus codex è bibliotheca ſancti Galli huc allatus, Hieronymo tribuebat, idem mihi dicere licet, quod Eraſmus noſter de pandectis Iuſtiniani quodã loco ſcribit, videlicet centones eſſe & inæquales Gloſſariorum rhapſodias. Quòd ſi quiſpiam iudicio noſtro non accedit, ſuo fruatur. Nos lectorem admonendum duximus. Docti itaque boni conſulant. Bene vale cãdide lector. Baſileæ. Nonis Martijs. Anno M. D. XVI.

COMMENTARII BEDAE IN PARABOLAS SALOMONIS, FALSÒ HIERONYMO ATTRIBUTI.

Parabolæ. PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Israël.) παραβολαὶ Græcè, Latinè dicũt similitudines. Q. d huic libro vocabulum Salomon ob id imposuit: vt scirem⁹ alti⁹, & non iuxta literam tantum, nos intelligere debere quæ dicit. In quo dominum significat per parabolas turbis fuisse locuturum. Salomon autẽ nomine proprio, & pacifico regni sui statu, regnũ Christi & ecclesiæ perrenne denunciat: de quo scriptũ est: Multiplicabitur ei⁹ imperium: & pacis non erit finis: super soliũ Dauid sedebit, & super regnum ei⁹. Sicut & templi constructione ac dedicatione, ædificationem sanctæ ecclesiæ: quæ tempore resurrectionis in æternum dedicabitur, insinuat. Nã & ipse saluator filius esse Dauid, & rex spiritualis Israël, etiam turbarum testimonio, quæ ciuitatẽ Hierosolymam venienti cum palmarum ramis & laudibus occurrere declaratur. Notandũ autem quòd in vulgata editione pro Parabolis, quæ Hebraicè מִשְׁלוֹת vocant: παροιμίαι, id est, prouerbia dicunt. Sed nec ipsum nomen abhorret à vero. Quæ enim parabolæ rectè nuncupantur, quia occulta sunt: possunt non incongruè etiam prouerbia vocari: quia talia sunt quæ meritò sæpissimè ore colloquentiũ versari ac memoria debeant retineri. Nam & prouerbia plerũque tam obscurè dicuntur, vt meritò eadem possint etiã parabolarum nomine notari: domino attestante, qui ait: Hæc in prouerbijs locutus sum vobis: Venit hora cùm iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de patre annũciabo vobis. Quid autem vtilitatis parabolæ Salomonis cõferant, sacramento tituli monstratur cùm subditur: b ¶ Ad sciẽdã sapientiam & disciplinam.) Sapientiam autem & disciplinã scire est, quomodo rectè credere, qualiter secũdum id viuere oportet quemque quod veraciter constat didicisse: quò intentionem cordis dirigere, quid operando gerere conueniat nosse. Quòd autẽ adiungit: c ¶ Ad intelligẽda verba prudentiæ &c.) Monet eos quos imbuit: vt non solum sapientiã quã semel ipsi perceperint amplecti: & disciplinę virtutum quam cognouerint, sciant inseruire: sed etiam verbis prudentium, quibus ad perfectiora proficiant, libenter auscultare: & hæc solerter intelligere curẽt. d ¶ Iustitiã, & iudicium, & æquitatem.) In iustitia, actio recta: in iudicio, discretio boni & mali: in æquitate verò rectitudo mẽtis intelligitur. Iustitia est in his quæ secundum regulam veritatis bene operamur. Iudicium in illis quæ recta discretione cum proximis agimus. Aequitas in eo, cùm syncera intẽtione, deo soli in his quæ rectè gerimus vel iudicamus, placere contendimus. e ¶ Vt detur paruulis astutia &c.) Paruuli dicuntur sensu simplices: adolescentes verò in fide & opere proficientes. Paruulos dicit eos qui nuper sapientiæ aurem accommodare cœperant. Adolescentem, qui aliquãtum iam in eius auditione profecit. Et ideo fortasse paruulos plurali numero, adolescentem appellat singulari: quia doctrina sapientię, quos diuersis animi motibus, diuersis viuendi moribus dedítos suscepit, in vnam virtutis perfectionem erudiẽdo prouehit: de quibus iure dicatur: Multitudinis credentiũ erat cor vnum, & anima vna. Vt detur, inquit, paruulis astutia, subtilitas cautelæ. Hæc etenim rudibus & incipientibus est necessaria: per quam sophismatum dinoscere & cauere versutiam possint: ne falsorum fraudibus argumentorũ ab-

Iustitia. Iudicium. Aequitas. Paruuli. Adolescentes. Actor. 4. f

a PArabolæ Salomonis filij Dauid regis Israël. Ad sciẽdã b sapientiam, & disciplinam. Ad intẽlligenda c verba prudẽtiæ, & suscipiendam d eruditionem doctrinæ, Iustitiam, & iu- e dicium, & æquitatem. Vt dẽtur paruulis astutia: adolescenti, scientia & intellectus. f g Audiẽs sapiẽs sapiẽtior erit. Et intel- h ligens gubernacula possidebit. Animadduertet parabolam & interpretationem, verba sapientium, & ænigmata eorum. i Timor domini, principium scientiæ. Sapiẽtiam

ducantur à simplicitate veræ sapientię, quæ ducit ad vitam. D Adolescenti scientia & intellectus: quia qui prudẽter declinat falsa, consequẽter scita veritatis percipiet. Hactẽn⁹ prętitulatio, hinc iam ipse textus parabolarũ incipit. f ¶ Audiens sapiens sapientior erit.) Quia sapientiæ amator extitit Salomon: qui optione sibi data, sapientiam petijt & accepit: pulchrè initiũ Parabolarũ suarum à sapientia sumit. Quòd autem ait, sapientem cùm audierit verbum, sapientiorẽ effici: ostẽdit neminẽ in hac vita ita sapiẽtem fieri posse, cuius sapientia nequeat augeri. Semperq; moris esse sapientum: vt dictis maiorũ, aliquando etiam minorũ, auscultent: & quicquid in eis vtilitatis audierint, ad se replicẽt, suoq; in corde recondant. Denique audiuit sapiens minor maiorem, regina Saba Salomonem, & sapiẽtior redijt. Audiuit Moyses socerum, multo inferiorem sublimior: & sapientior redditus est. Audierunt discipuli Christum: & spiritum sapientiæ percipere E meruerũt. Audiuit Nicodem⁹: audiuit Gamaliel: audiuit discipulus eius tunc Saulus, nunc apostolus Paulus, sapientes vtique verbum euangelij: & sapientiores sunt facti. Qui etiã & 9. &. Paulus cùm ad tertiũ cœlum raptus, audisset ea quę nõ licet hominib⁹ verba loqui, nihilomin⁹ ad terrã reuersus aiebat: Quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cùm autem venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. g ¶ Et intelligens gubernacula possidebit.) Nemo se de sua iactet scientia: quia qui sapientium verba crebrò audire & intelligere negligit, vitam suam rite gubernare non nouit. Quãto magis alieno regimini præfici nequit, qui sęipsum ad patrum disciplinam subijcere contempsit? Quod ergo ait: Audiens sapiens sapientior erit: ad cognitionẽ rerum quæ per sapientiam noscũtur respicit. Quòd verò addit: Et intelligens gubernacula possidebit: ad rectitudinem vitæ, quæ per eandem sapientiam discitur vel docetur, pertinet. Et pulchrè principium Parabolarũ principio cõgruit tituli: quod ita se habet: Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israël, ad sciendam sapientiam & disciplinã. h ¶ Animaduertet parabolam & interpre. &c.) Animaduertere, est animum illuc vertere: hoc est, sensus in id quod legitur, intẽdere. Parabola est cõparatio ex dissimilibus reb⁹: aliud enim in superficie sonat: & aliud intellectu innuit. Aenigma est quæstio obscura, quę difficilè itelligitur nisi aperiatur, vt illud in libro Iudicum: De comedente exiuit cibus: & de forte egressa est dulcedo. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientium, & ęnigmata eorũ. Hoc discipulis se humiliter audientibus, ipsa quæ eos in carne apparens erudiebat sapientia donauit: vt & suas parabolas, quæ turbæ nequibant intelligere, & prophetarum ac legis ænigmata, id est obscura dicta spiritualiter animaduertere, ac suis auditoribus dilucidare valerent: sed & sequentibus ecclesiæ magistris, eadem intelligentiæ spiritualis arcana piè quærentibus, ac pulsantibus referat. i ¶ Timor domini principium scientiæ.) Duo sunt timores domini, prior seruilis, qui principium scientiæ vel sapientiæ vocatur. Secũdus amicalis, qui perfectiorem sapientiam comitatur. Timor seruilis, principium sapientiæ est, quia quisquis post errorem delictorum sapere incipit, primò timore diuino corripitur, ne ad tormenta ducatur: sed hũc timorẽ perfecta dilectio foras mittit. Succedit autem timor domini sanctus permanens in seculum seculi: quem non excludit, sed auget charitas. Ipse est quo timet filius bonus, ne vel in modico oculos amantissimi patris offendat. Nam inchoatiuo timore seruilis adhuc animus metuit, ne ab irato domino pœnis subigatur. Vterque autem timor in futura vita cessabit. Charitas verò nunquã

Parabola. Aenigma. Iudic. 14. c Timores duo. 1. Ioã. 4. d Psal. 18. b. 1. Cor. 13. c

excidet,sed in plenitudine sapiētiæ perpetua manebit:quod est cognoscere verum & vnum deum, & quem misit Iesum Christū. a ¶Sapientiā atq; disciplinam stulti despiciūt.) Dixerat de sapiente:quòd audito sermone,sapiētior fieret: & intelligens rectè suos gubernare disceret actus. Dicit ecō trariò de stultis,quia sapientiam recti dogmatis & disciplinā puræ conuersationis non modo nō assequantur, sed & nosse cōtemnant. Denique prædicante in carne ipsa sapientia, sapientes quiq; gaudētes accurrebant: At phariſæi & principes sacerdotum, salutaria eius dicta simul & facta spernebant. Et notandum quòd sapiētem singulari numero, stultos describit plurali: quia & plures sunt sapientibus stulti, & sapientium cœtus omnis vniformē tenet callem pietatis. Porrò errantium dissimile dogma,dissimilis est & ordo viuendi.

b ¶Audi fili mi disciplinam patris tui,&c.) Hactenus prouerH bialiter de vtraque parte disputauit: hinc iam sedulus incipit admonere quēque fidelem, vt disciplinam legis diuinæ, blāditijs præponat reproborum:quia nimirum huius custodiam corona,illorum facinora mors sequatur æterna. Vnde & rectè filium vocat,quem paterna sollicitudine curat instituere. Potest & ex dei patris persona dictum accipi:in nomine autem matris,ecclesia,quæ tunc synagoga vocabatur,intelligi. Et notandum quòd ita nos disciplinā patris audire præcipit:vt legē quoq; matris nulla ratione dimittam⁹:quia nō sufficit,vt quis se deum diligere,& eius præceptis obtemperare dicat,si vnitatem ecclesiæ,fraterna charitate non sequatur,nec vetat aliquid matrem ipsam dei gratiam qua saluamur accipere. Nam & apud Hebræos,spiritus qui gratiam præstat,genere fœminino רוּחַ nūcupatur. Aliter:Pater omnium electorum est deus,qui per prophetam loquitur,di-
Hiere.3.f. cens:Patrē vocabis me,& post me ingredi non cessabis. Ma-
Psal. 112.a ter nostra est ecclesia,de qua propheta ait: Qui habitare facit sterilem in domo,matrem filiorum lætantem. Filiū appellat,quē imbuit paternitatis affectu. In disciplina paterna,noui testamenti doctrina ad audiendum proponitur. In lege materna,veteris testamenti commendat arcana.

I c ¶Vt addat gratia capiti tuo,&c.)Mos apud veteres fuit, vt legitimè certantes,coronam in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis ergo si disciplina conditoris nostri,si gratia matris sit ad custodiam,maior inde spiritualium virtutū claritas augetur. Additur enim gratia capiti,cùm charitas quæ principale mentis ornat,ardentius inflammatur. Additur & collo torques,cùm fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis,qui per collū procedit,confirmat: ac ne contēni ab auditoribus debeat, indeficienti virtutum connexione docetur. Vel gratia in capite vniuscuiusq; electi additur,cùm donum spiritus sancti eius menti diuinitus illabitur. Torques verò in collo eius tribuitur,dum decus intelligentiæ ei cœlitus conceditur. Sed & his qui Mosaicæ legis decreta domino veniente seruabant,addita est gratia noui testamēti cū spe regni cœlestis. Cuius spēdor eximius ad exemplum coronæ vel torquis,nullo vnquam fine claudet. Nobis quoq; cùm pro bonis actibus,quos diuina gratia prærogauit,lux æterna tribuitur:gratia profectò capiti & col-
Ioan.1.b. lo torques additur:iuxta illud euāgelij:Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia. Gratiam scilicet beatæ retributionis,pro gratia rectę operationis.

d ¶Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.) Duobus modis lactant peccatores quos decipiunt: quia aut ad faciendum scelera,blandimentis alliciunt, aut facta iam fauoribus,quasi laudabiliter acta,sustollunt. In vtroque autem sapientia suos auditores,ne talibus acquiescant horta- K
tur. e ¶Si dixerint,veni nobiscum,insidiemur sanguini.) Potest hic locus generaliter de latronibus,qui innocentibus insidias,& mortes,vel dāna inferunt:potest & de illis speciaLiter intelligi,qui ipsum vitæ authorem,neci tradiderunt.

a Sapiēntiam atq; disciplinam stulti despi
b ciunt. Audi fili mi disciplinā patris tui,
c & ne dimittas legem matris tuæ. Vt ad-
datur gratia capiti tuo, & torques collo
d tuo. Fili mi si tē lactauerint peccatores,
e ne acqescas eis. Si dixērint, veni nobiscū,
f insidiemur sanguini: Abscondamus tēn-
g diculas contra insontē frustra. Deglutiamus eum,sicut infernus viuentem,& integrum, quasi descendentem in lacum.
h Omnem preciosam substantiam reperiemus:implebimus domus nostras spolijs.
i Sortem mitte nobiscū: marsupium vnū
k sit omnium nostrum. Fili mi nē ambules cum eis:prohibe pedem tuum à semi-
l tis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt,& festinant vt effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pen-

f ¶Abscondamus tendiculas cō tra insontem frustra.) Hæc fecerunt cùm dicebāt:Licet dare tri Matt.22.b
butum Cæsari, an non?& innumera huiusmodi. Verè etenim erat insons, qui peccatum non Esa.53.d.
fecit, nec inuentus est dolus in 1.Pet.2.d.
ore eius. Verè frustra illi tendebant insidias:à quo in nullo læsi, imò cuius plurima erant beneficia experti. g ¶Deglutiamus eum,sicut infernus viuentē,&c.) Ita dominum impij desiderabāt extinguere: vt omnis memoria virtutum & doctrinæ illius tolleretur:sed & hoc ipsum quòd nunquam talis inter eos vixerit, obliuioni tradetur. h ¶Omnem preciosam substantiā &c.) De hominibus dicebant, quos L
Christo adhærere cernebant. Putabant enim quia si eum occiderent,omnes qui crediderant, ab eius possent amore & consectatu secernere,talibusq; animarum spolijs,suarum conuenticula replere domorum. Cui simile est illud dominicæ parabolæ:quia veniēte ad se regis filio dixerint: Hic est hæres, venite occidamus eum, & no- Matt.21.d
stra erit hæreditas. Potest & à generaliter preciosa substantia,Christi ecclesia intelligi,quæ ei⁹ precioso sanguine empta est:quam impij de potestate eius subtrahere,& sibi subdere conati sunt. Sed quia dominus dissipat consilia gentiū, Psal.32.b.
& reprobat cogitationes populorum, hoc implere minimè potuerunt. i ¶Sortem mitte nobiscum,&c.) Marsupiū Marsupiū.
est sacculus nummorum. Patet autem de latronibus: quia vt plures scelerum socios conquirant,communionē eis prædæ quam rapuerint,spondēt. Sed & persecutores nostri redemptoris quoscūque potuere sibi adiungebant:at quos illum sequi videbant,hos de synagoga propulsantes,sua communione priuabant. k Fili mi,ne ambules cum eis,&c.) Prohibet credentes Christo de Iudæis,communicare persequentibus Christum Iudæis:denique omnes qui credebant, erant pariter. Et Petrus ijsdem loquitur:Saluamini à gene- Acto. 2.f.
ratione ista praua. l ¶Pedes enim illorum ad malū cur- M
runt,&c.)Non solum ad malum quod temporaliter operētur,sed etiam ad malum quod perpetuò passuri sunt, impij properant,quoties ad patrandum homicidium,vel aliud qd sceleris agendum festinant. Nam quantum videntes ad facinus implendum ducuntur,tantum non videntes ad tolerandum pro facinore pœnam propinquant. Hæc de insidiatoribus nostri saluatoris valent specialiter intelligi. Sequens autem versiculus de fidelibus eius,atq; prauorum malitiam sustinentibus, generaliter inseritur. m ¶Frustra autem iacitur &c.)Frustra etenim laqueus persecutionis aut mortis tenditur electis,qui pennas habent spei & charitatis cæterarumq; virtutum,quibus cælestia dum viuunt,desiderāt: vt ad hæc post mortem mereantur pertingere. Habent & oculos mētis,per quos & mala quæ ab impijs sustinēt,ocius transitura:& bona quæ sustinendo meruerunt,æternè mansura præuideant. Quibus simul oculis, & reproborum superbiam citò consummandam,& tormenta sequentia semper mansura prospiciunt. Potest & ita accipi,quòd rete dicat pernicioſam malorum doctrinam,quam ab eo loco contexuit, vbi ait: Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas. Frustráq; tale iacitur rete ante eos qui mundis oculis cordis superna contemplantur:qui dicere norint cum prophe
ta:Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiū. Psal.123.a
Facilè enim laqueos qui in terra tenduntur cauet, qui pennis vir-

A nis virtutum ſubuectus,cõuerſationẽ habet in cœlis. Vtrũque ergo rete fruſtra bonis parãt reprobi: quia & ſi ſuadẽt iniqua,ſuperantur iuſtorum ſapientia:& ſi inſidijs inferunt aduerſa,contẽnuntur patientia. Siue oculi pennatorum ſunt animæ beatorum,virtutum pennis ſuffultæ. Quæ acuto viſu cœleſtia contemplantes,ad ſuperna euolant,ante quorum intuitum,fruſtra ab impijs deceptionis rete prętẽditur:quia diuinitus adiuti,cunctos eorum laqueos facilè tranſcendẽtes,ad ſuperna tranſeũt. a ¶Ipſi quoque contra ſanguinem &c.)Contra ſanguinẽm,vt tẽporali morte plectantur:id eſt,puniant.cõtra animas autẽ dicit, vt æterna quoq; animarum perditione dãnẽtur. Quod cùm ad omnes qui ſanguini inſidiãtur,& fraude ſibi viuendum exiſtimant, pertineat, ſpecialiter tamen Iudæis congruit,qui inſonti domino tẽdiculas abſconderunt,eiuſq; apoſtolos virtutum pẽnis fultos, do
B lis circũuenire ſatagebant. Contra ſuum nãque ſanguinẽ ſuaſq; animas agebant,qui timentes ne terreſtre regnum perderẽt, cœli terræq; regem occiderũt. Cœli ciues perſequebantur in terra,ideoq; & quod in terris habebãt,& quod in cœlis acquirere poterant regnum, perdiderunt. Generaliter autem dicendum,quia quicũq; oculos fidei habet apertos,accepitq; à domino pennas vt columbæ, quibus æternam volet ad requiẽ,fruſtra tali nectant laqueos mali,ſeq; ipſos potius hoc præſumendo perimant.

b ¶Sic ſemitæ omnis auari &c.)Semitas auari dicit ſubtiles eius cogitationes,quibus ſedulus inquirit qualiter pecunias augeat. Talesq; ſemitę rapiunt ad interitũ animas poſſidentium,id eſt,eorum qui poſſeſſionibus pecuniarũ vltra rationem incumbunt. Nõ ſolum ergo,inquit,hi qui ob φιλαργυρίαμ rapinis innocentiũ & cædibus inuigilant,ſemetipſos hoc agentes perdunt,verùm eodem ordine,tametſi minore reatu,omnes auari meditationes,quæ aurum deo præferunt,hunc ad interitum trahunt. Aliter ſic:Semitæ omnis auari animas poſſidentiũ rapiũt. Tali fine,vt præfatus ſum, auarus quiſq; perimit vel nudat eos qui poſſeſſionibus abũdant,vt ipſe potius hoc agẽdo pereat. Pauperes nãque quos
C nihil poſſidere cernit,cur occidat?quoniam quos ſpoliet,nõ inuenit. Hucuſq; perſecutiones quas Iudæi Chriſto intulere deſcribuntur:hinc referuntur ea quæ ipſe poſt paſſionem eiſdẽ ſuis perſecutoribus per apoſtolos loquitur. c ¶Sapiẽtia foris prædicat,&c.)Sapiẽtia quippe dei Chriſtus eſt, qui in mundo conuerſatus,paucis ſuæ myſteria diuinitatis patefecit. Ipſiſq; prȩcepit,ne ante paſſionem & reſurrectionem ſuam,quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus,prædicarẽt,ne gloriam eius quam in monte conſpexerant,cuiquam dicerent. Magiſq; tunc ſuæ potentiam maieſtatis operibus quàm verbis oſtẽdebat,impleta prophetia quæ dixit:Neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. At poſt reſurrectionem eius, ſapiẽtia foris prædicabat,quia miſſo deſuper ſpiritũ,per apoſtolos apertè ſeipſam mundo declarabat. In plateis dabat vocem ſuam,quia in latitudine plebium manifeſtè,quæ antea paucos docuerat replicabat,impleto verbo quod eiſdem
Matt. 10.c ſuis prædicabãt ait:Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine,& quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta. Aliter:
1.Cor.1.d. Chriſtus dei virtus,dei & ſapientia,quæ in potentia diuinitatis,apud patrẽ olim latebat,nunc in fine ſeculi per aſſumptionem carnis,velut foris in plateis egrediens, in hoc mundo viſibiliter apparuit,atq; euangelicam prædicationem de futuri regni ſui beatitudine, clara inſonuit voce. d ¶In capite turbarum clamitat.)Quia etiam principibus, qui ei prȩualuiſſe vt crucifigeretur,videbantur:reatum homicidij quod perpetrarant,palàm reducebat ad memoriam,eòſque

a los pennatorum. Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur: & moliuntur
b fraudes contra animas ſuas. Sic ſemitæ
omnis auari animas poſſidẽtium rapiũt.
c Sapiẽtia foris prædicat,in plateis dat vo
d cem ſuam. In capite turbarum clamitat.
e In fõribus portarum vrbis profert verba
f ſua dicẽs: Vſquequo paruuli diligitis in-
g fantiam. Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia,
cupient:& imprudentes odibũt ſcientiã?
h cõuertimini ad correptionem meam. En
i proferam vobis ſpiritum meum,& oſten
k dã vobis verba mea. Quia vocaui,& re-
l nuiſtis. Extẽdi manũ meam, & nõ fuit
m qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſiliũ
n meũ. Et increpationes meas neglexiſtis.
o Ego quoquè in interitu veſtro ridebo, & ſubſan-

Tomus ſeptimus.

ad pœnitentiæ remedium vocabat. c ¶In foribus portarum vrbis &c.)Vrbs,eccleſia eſt ex vtroque populo,Iudæorum videlicet & gentium adunata,cuius portarũ fores,ſunt doctores,qui verbum prædicando,credentes in eam introducunt. Et in foribus portarum eius verba ſapientia proferebat,cùm in Apoſtolis ſuis loquebatur,è quibus vnus aiebat: An experimẽtum quæritis eius qui in me loquit̃ Chriſtus? Poſſent fores portarum vrbis, etiã ſynagogæ maiores intelligi, in quibus ſapiẽtia diſputabat, cùm legis peritos phariſęos & ſacerdotes,per apoſtolos loquens,ſuã reuocabat ad gratiã: ita vt ſicut Lucas ait:Multa turba ſacerdotum obediret fidei. Quid autem eadem ſapientia clamitaret,adiũgit: f ¶Vſquequo paruuli diligitis infantiam?) Paruuli dicũtur ſenſu tardiores:qui infantiam,hoc eſt, ignorantiam complectẽdo diligunt. Vſq; quo paruuli ſenſu veteris inſtrumẽti ceremonias nouo clareſcente diligitis? Vſquequo Moyſi, Chriſti euangelio legem prȩfertis? quouſque decreta quæ rudibus adhuc populis per ſeruum data ſunt,præponitis eis quæ filius ipſe veniens, perfectis ſenſu contulit? Iam vidiſtis Chriſtum in carne, iam miracula facientem & docentem:non tantum ſpreuiſtis, ſed & occidiſtis. Saltem modo reſuſcitatum à mortuis, & præſidentem cœlo diligite,& dimittet vobis ſcelus quod commiſiſtis.

g ¶Et ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia,cupient,&c.)Præponẽdum eſt à ſuperiore vſquequo,id eſt,vſquequo cupient, vſquequo odibunt. Cupiebant autem noxia, & odibant ſcientiam,qui literæ legalis ſuperficiem ſequebãtur,& ſacramẽta Euangelij,quæ ipſa litera ſignificabantur,accipere detrectabant. Stulti ſunt qui apud ſemetipſos ſapientes putãtur. Ea quæ ſibi ſunt noxia,cupiunt:in hoc quòd præſentia diligunt,& futura non appetunt. Imprudentes verò dicuntur, qui veram dei ſcientiam,dum ſuum diligunt errorem, exoſam habent. h ¶Conuertimini ad correptionem meã.) Corripuit per Apoſtolorum ora Iudæos,quia credere noluiſſent,vt tunc eos poſtquam ſurrexit & aſcendit, monuit conuerti. i ¶En proferam vobis ſpiritum meũ &c.) Si adhuc,inquit,cõuerti negligitis,proferam vobis vindictam quam meruiſtis,& verba quæ de veſtra perditione prædixi, oſtendam vera eſſe. Spiritum quippe ſuum, potentiam vltionis nominat,de qua Moyſes ait: Miſiſti ſpiritum tuum, Exod.15.b & operuit eos mare. Et in libro beati Iob dictũ eſt: Iniquos Iob.5.b flante deo periſſe,& ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos.

k ¶Quia vocaui,& renuiſtis.)Dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Matt.11.d

l ¶Extendi manum meam,& non fuit qui aſpiceret.) Primò benefaciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo, poſtmodũ in cruce patiẽdo. m ¶Deſpexiſtis omne cõſilium meum.)dicentis:Pœnitentiam agite, appropinquabitenim regnum cœlorum. Matt.3.a. n ¶Et increpationes meas neglexiſtis.) Dicentis: Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ,quia tuliſtis clauem ſcientiæ. Ipſi non introiſtis,& eos qui introibant,prohibuiſtis: & generaliter qui non credit, iam iudicatus eſt. Ibid.23.b. o ¶Ego quoque in interitu veſtro ridebo,&c.)Tale eſt in pſalmo de eiſdem:Qui habitat in cœlis irridebit eos,& dominus ſubſannabit eos. Non quia buccis dominus irrideat,aut naſo ſubſannet,ſed ea vis deſignata eſt tali verbo quam dedit Apoſtolis, vt præuiderent nihil prorſus impios contra eum ſuprà quam ipſe permitteret inſidijs eſſe acturos: quin potius illorum cœpta omnia euacuãda,eius verò gloriam poſt paſſionem per orbem terrarum eſſe dilatandam prænoſcerent. Pſal.2.a. Ideoq; ſuperbiam eorum,etiam cùm maximè valere conſpicerẽt,pro nihilo cõ-

G temnerent. a ¶Cùm vobis quod timebatis, aduenerit.) Conferentes aduicem: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Et venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. b ¶Cùm irruerit super vos repentina calamitas, &c.) Obsidionem Hierosolymorum subitã, & expugnationẽ totiꝰ prouinciæ quæ à Romanis facta est, dicit: Quam & ipse dominus in euangelio, videns ciuitatem, flẽsq; super eam, prædixit. c ¶Quãdo venerit super vos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me, &c.) Non leguntur Iudæi in illa obsidione dominum inuocasse, sed tantum armis esse confisi, quãuis desolationem patriæ ruinámque templi, amarissima mente conspexerint. Si qui tamen tũc eum inuocabant, quia hi culpam pro qua sunt puniti, intelligere, vt verè pœniterent, nolebãt, exauditi nõ sunt. Vnde rectè dicuntur tribulationẽ cum angustia fuisse perpessi. Tribulationem quæ erat in eis, qua foris deprimebantur:

H angustia in eo quòd intus à deo nihil consolationis inuenerant. At cõtra sancti cùm exterius opprimuntur aduersis, spe certa salutis in corde delectantur, scientes se ab illo exaudiri clamantes, cuius se verbo iubẽtis audire meminerunt. Hinc etenim prophetà ait: Cùm inuocarem te, exaudisti me deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Potest autem tota hæc correptio sapientiæ, de vniuersis generaliter reprobis accipi, qui in die iudicij clamant ad iudicem districtum, aperiri sibi ianuam regni postulantes, nec merentur exaudiri. Nam & hoc quod sequitur: d ¶Mane consurgent, &c.) Ipsum tempus extremi examinis, quo alij in vitam æternam, alij in opprobriũ resurgent sempiternum, apertè designat. e ¶Eo quòd exosam habuerint disciplinam. &c.) Merito salute priuantur, qui principium sapientiæ timorem domini & disciplinam, non modo non habent, sed & odijs insequuntur. At salutis filius, iniquos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi. f ¶Comedent igitur fructus viæ suæ.) Viam eorum dicit, de qua supra dixerat: Pedes enim illorum ad malũ currũt.

I Quia, inquit, vias meas ingredi noluerunt vt viuerent, recipient mercedem viarum suarum, vt in æternum pereant. At contrà de his qui timent dominum, qui ambulant in vijs eiꝰ, dicitur: Labores fructuum tuorum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. g ¶Suisq; consilijs saturabuntur.) Quia meo consilio quo illos saluare decreueram, acquiescere renuebant, saturabuntur suis quibꝰ aiebãt: Abscondamus tendiculas contra insontẽ frustra. Quibꝰ pro saluatore, latronem sibi eligebant: vt videlicet vastentur à latronibus, & inter latrones damnentur. Quod etiã de omnibus verbi dei contemptoribus, sicut & cętera, potest accipi. h ¶Auersio paruulorũ interficiet eos.) Paruulos non ætate, sed sensu dicit: quibus suprà dictum est: Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Qui non paruuli, sed perfecti sensibus esse potuissent, si non à consilio sapientiæ auditum auerterent, quó autem auerterent, eo se æternę morti destinabant. i ¶Et prosperitas stultorum perdet illos.) Cùm nullis retardantibus aduersis perfecerint actu, quod meditantes aiunt: Omnẽ precioſam substantiam reperiemus. Item auersio paruulorũ interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos: quia sę pe auersus à timore conditoris animus, iam de ira eiusdem iusti conditoris patitur, vt in his quæ peccat, nihil sustinere videatur aduersi, sed vt beatus Iob dicit: Ducũt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Item auersio paruulorum, tribulatio vitæ præsentis. Prosperitas stultorum, lętitia est reproborum. Per hæc enim gemina vitia, cuncti reprobi pereunt: cùm eos aut prosperitas huius seculi eleuat, aut aduersitas deijcit. k ¶Qui autem me audierit, &c.) Potest & in hac vita, & in futura intelligi: quia qui domino perfectè deseruit, nullis terretur aduersis: imò gaudet in aduersis: & in ipsa morte quasi de ingressu vitæ lætatur, quietumq; semper à superuacuis cogitationibꝰ ac tumultibus tentationum pectus iuuante spiritus sancti gratia gerit, quod requies septimi diei in lege mysticè signabat. Sed cùm transierit è seculo, non solũ absque timore malorum, sed & in magno gaudio speratę resurrectionis quiescet: vt Lazarus in sinu Abrahæ. l ¶Et abundantia perfruetur, &c.) Nunc abundantia bonorum operum, ablato timore eorum qui occidunt corpus, tunc abundantia gaudiorum in prędio. Quãta enim ibi abũdantia bonorum omniũ, vbi gloriam eius à quo sunt omnia bona licet intueri, ablato prorsus timore omnium, quæ aliquid aduersi vlterius afferant.

a subsannabo, cùm vobis quod timebatis
b aduenerit. Cùm irruerit super vos repentina calamitas, & interitus quasi tẽpestas
c ingruerit. Quãndo venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me,
d & non exaudiam. Manè consurgẽt, & nõ
e inuenient me. Eõ quòd exosam habuerint disciplinam, & timorẽ domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, &
detraxerint vniuersæ correptioni meæ.
f Comẽdent igitur fructus viæ suæ, suisq;
g cõsilijs saturabuntur. Auersio paruulo-
h rũm interficiet eos. Et prosperitas stulto
k rum perdet illos. Qui autem me audie-
l rit, absque terrore requiescet. Et abundãtia perfruetur, timore malorum sublato.

Caput. II.

m FIlli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te.
n Vt audiat sapientiam auris tua. In-
o clina cor tuum ad cognoscendam prudẽ
p tiam. Si enim sapientiam inuocaueris, &
q inclinaueris cor tuum prudẽtiæ. Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros

Caput. II.

m FIlli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconder. &c.) Abscondit mandata dei penes se, qui hæc audiens, sollicitè in corde recõdit, iuxta illũ qui ait: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Est enim summopere curandum, ne nobis hæc, iuxta parabolam Euangelij, dæmonia quasi semen secus viã factatum, volucres tollant. n ¶Vt audiat sapientiam auris tua.) Ille enim sapientiam aure non audire probatur, qui verba dei auditu tantum corporis percipiens, non vult memoria retinere vt hæc operetur. Si ergo mandata dei fixo amore discendi & custodiendi susceperis, primo humilitatis viam tene: hoc est enim quod subsequenter adijcitur.

o ¶Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.) Inclinare quippe, est cor ad cognoscendum prudentiam humiliare, & emundare cor, vt dignum fiat ad percipienda mysteria veritatis. Vnde eadem sapientia patri loquens, ait: Abscondisti hęc à sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis, id est, abscondisti à superbis, & reuelasti humilibus.

p ¶Si enim sapientiam inuocaueris, &c.) Nullum inuocare, id est, in nos orando vocare, nisi deum debemus. Cùm ergo sapientiam inuocandam esse docet, ostendit se proculdubio non quãlibet sapientiam, id est, notitiam rerum cœlestium siue terrestrium, sed ipsam deitatis cognitionem nobis ad sequendum proponere. In huius nãque perceptione sapientiæ, summę est perceptio beatitudinis: ipsa attestãte quæ patri pro nobis supplicans, ait: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscãt te solum & verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Notandum est autem quòd & sapientiam inuocare, & nosmetipsos ad noscendam prudẽtiam, cor inclinare suadet. Quia nimirum necesse est, vt diuinum in cunctis flagitemus auxilium: & ipso domino adiuuante bona quæ valemus agamus. Neque enim sine ipso quicquam facere possumus, nec rursum sine nostro conamine quantulumcũque habere valemus, quapropter nos ab ipso saluandos esse credamus. q ¶Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam.) Si tanta cura sapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam, vel certè si tam sollicitè quæsieris sapientiam: ipsa sapientia (quasi infinitas per hanc & ineffabiles diuitias sis acquisiturus) percipies prędia quę subsequenter exponũtur. Qui verò thesauros effodit, eijcit rudera

Luc. 19.f. Pſal. 4.a. Pſal. 118. Pſal. 127. a Iob. 21.b. Suprà eo. Luc. 16.e Pſal. 118.b Matt. 13.a Matt. 11.d Ioan. 17.a

A dera terræ,& facit in altum foueam,ſedulus inſiſtit labori, donec ad theſauros quos quærit attingat. Et qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, quicquid ſibi terrenum ineſſe deprehenderit expurget,carnales illecebras abſcindat, foſſam in ſe humilitatis faciat,nec quieſcat ab agendo prius q̃ ſe venam veritatis inueniſſe cognouerit. a ¶Tunc intelliges timorem domini,& ſcientiã domini inuenies.) Si ſollicito corde quæſieris,peruenies ad experiẽtiam amabilis domini:qui nõ initium,ſed perfectio eſt ſapientiæ cœleſtis,in hac dũtaxat vita. Ideoq; nõ eum perfecta dilectio foras mittit,ſed facit permanere in ſeculum ſeculi: ſed & ſcientiã ipſius diuinitatis,quæ perpetuò beatum facit, inuenies.

b ¶Quia dominus dat ſapientiam.) Reſpicit hic verſiculus ad hoc quod ſuprà dixerat:ſi enĩ ſapientiam inuocaueris &c. vſquedum ait:Et ſcientiam dei inuenies.Ideo nãque ſapientia, id

B eſt, dominus inuocandus eſt ad accipiendam ſapientiam,quia ſapientia nõ à nobiſipſis haberi poteſt,ſed à domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab Apoſto-

1.Co.4.b. lo q̃ ait:Quid enim habes quod non accepiſti? Et apoſtolus Iaco-

Iacob. 1.a. bus: Si quis autẽ veſtrũ, inquit, indiget ſapientia,poſtulet à deo.

c ¶Et ex ore eius ſciẽtia & prudentia.) Poteſt in hoc verſiculo ipſa ineffabilis & coæterna deo patri ſapientiæ natiuitas in-

Eccli.24. telligi,de qua alibi dicit:Ego ex ore altiſſimi prodij primogenita.Poteſt os domini & in ſanctis eius accipi,vnde dici ſo-

Eſa. 59.d. let in in prophetis:quia os domini locutum eſt. Et ex ore eius ſcientiã noſcitur & prudẽtia.Quia niſi ipſe os humanum ſanctificet,niſi hoc ſuum ipſe dignanter efficiat,perfectam loqui ſapientiam nullatenus valet. d ¶Cuſtodiet rectorum ſalutem,& proteget gradientes ſimpliciter.) Cognatæ ſibi ſunt virtutes, rectitudo & ſimplicitas, neque ab inuicem queunt ſeparari. Vnde & ſapiẽtia vnam earum ſine altera non quærit,ſed in quibuſcũque ambæ conueniunt,

Iob.1.a. hos cuſtodit & protegit. Deniq; de beato Iob dicitur: Quia

C erat vir ille ſimplex & rectus:ſimplex videlicet per innocentiam manſuetudinis,rectus per cautelam diſcretionis. Simplex,quia nullum lædere,imò cunctis prodeſſe deſiderabat: rectus,quia ſe à nullo corrumpi permittebat. e ¶Seruãs ſemitas iuſtitiæ,& vias ſanctorum cuſtodiens.)Vias ſanctorum generalia domini mandata,ſemitas iuſtitiæ,arctiora vitæ cœleſtis inſtituta, quæ perfectis ſolum acceſſibilia ſunt, dicit. Vtraſque autem ſapientia ſeruat,vt in quocunque virtutum gradu rectos iuuet ac ſimplices. f ¶Tunc intelliges iuſtitiam & iudicium,&c.)Viam malam, opera iniqua: hominem peruerſa loquentem,doctorem dicit iniquæ ope-

Suprà.1.b rationis. Viam malam,inquam,vocant,qui dicunt,veni nobiſcum,inſidiemur ſanguini,peruerſa loquentem eum, qui huius author eſt ſuaſionis. g Qui relinquunt iter rectũ, & ambulant per vias tenebroſas.)Pulchrè itineri recto vias tenebroſas oppoſuit,quia nimirum iter rectæ actionis in luce peragitur,atque ad lucis ſupernæ gaudia ducit. At ſicut

Ioan.3.c. deus ait:Omnis qui malè agit,odit lucem,& non venit ad lucem, vt non arguãtur eius opera:& talis finem exterioribus ſortietur in tenebris. h ¶Qui lætantur cùm malefecerint,&c.)Ideo malefacientes exultãt,quia per vias tenebroſas ambulant,& neſciunt quò eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aſpicerent,greſſum vtique cohiberent, noxiámque lætitiam ſalubri fletu caſtigarẽt. i ¶Vt eruaris à mulie-

a ros effoderis eam: Tũc intelliges timorem domini, & ſcientiam domini inue-
b nies.Quia dominus dat ſapientiam, Et
c ex ore eius ſcientia & prudentia. Cuſto-
d diet rectorum ſalutem, & proteget gra-
e dientes ſimpliciter. Seruans ſemitas iuſtitiæ,& vias ſanctorum cuſtodiens. Tũc
f intelliges iuſtitiam & iudicium & æquitatem,& omnem ſemitam bonam. Si intra
uerit ſapientia cor tuum: & ſcientia animæ tuæ placuerit: Conſilium cuſtodiet
te,& prudentia ſeruabit te:vt eruaris de via mala, ab homine qui peruerſa loqui-
g tur.Qui relinquunt iter rectum, & am-
h bulant per vias tenebroſas, Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſſimis.Quorũ viæ peruerſæ ſunt,
i & infames greſſus eorum. Vt eruaris à muliere aliena,& ab extranea quæ mol-
k lit ſermones ſuos. Et reliquit ducem pubertatis ſuæ,& pacti dei ſui oblita eſt. In-
l clinata eſt enim ad mortem domus eius,
m & ad inferos ſemitæ eius. Omnes qui ingrediuntur ad eam,non reuertentur, nec appre-

re alienã,& ab extranea &c.)Pendet hic verſus à ſuperioribus,vbi dictum fuerat,prudentia ſeruabit te. Et eſt ſenſus: prudentia ſeruabit te,vt eruaris à muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem ſuum,quem ſapientiam docere ſatagit,admonuit ne latronibus iungeretur: ne ſi videret furẽ, ſimul curreret cùm eo,ſed

a rectè ac ſimpliciter incederet: Nunc commonet ne cum adulteris portionẽ ſuam ponat. De quibus & hoc quod ſuprà dicitur:vt eruaris de via mala,ab homine qui peruerſa loquitur,poteſt ſpecialiter intelligi. Quæ enim peruerſior locutio, q̃ ad ſtupra ſuaderi? quod capitulum incipit à loco vbi ait: Fili mi,ſi ſuſceperis ſermones meos,& mãdata mea abſconderis penes te. Poteſt autem per mulierem extraneam,hæreticorum prauitas intelligi à Chriſti & eccleſiæ mẽbris aliena, quæ mollitia diſſertitudinis & linguæ blandimentis,corda decipere innocentium

E ſolet.Pſamiſta: Mollierunt ſermones ſuos ſuper oleum, & ipſi Pſal.45.d
ſunt iacula. k ¶Et reliquit ducẽ pubertatis ſuæ,& pacti dei ſui oblita eſt.)Patet de adultera, quia primum virum relinquit, & pacti dei obliuiſcitur,eius nimirũ quod cum viro ſuo,domino teſte,tempore nuptiarum pepigit,quòd fidem ſibi caſtitatis alterutrum ſeruarent. Patet & de mẽte hæretica, quia reliquit doctorem à quo fidem eccleſiæ didicerat,& oblita eſt pacti dei ſui, hoc eſt fidei ipſi⁹ dominicæ,quæ in ſymbolo continetur,quam ſe die baptiſmatis ſeruaturam eſſe promiſerat. l ¶Inclinata eſt enim ad mortem domus eius,&c.Omnis conuerſatio adulterę ad interitum ducit:& quãuis blanda videtur ac manſueta, non minorem ſentiet in fine vindictam,quàm qui latrocinando apertę impietati famulantur. Poteſt domus adulteræ, ipſa eius caro in qua turpitudini ac luxuriæ ſubſternitur accipi, quæ nouiſſimi tempore iudicij non ad vitam, ſed perpetuã reſurget ad mortem. Sed hæreticorum domus, quia ſuper arenam conſtruitur,& cùm ſtare videtur,vergit ad caſum,

F ſuiſq; crementis quaſi quibuſdam ſemitis in impiorum conſortia,id eſt, ad ſpirituum tendit tormenta malignorum.

m ¶Omnes qui ingrediuntur ad eã,non reuertentur &c.) Ad eam,ad mortem dicit,nõ ad mulierem. Poteſt enim qui adulteræ mixtus eſt,domino iuuante reuerti, ac vitam pœnitendo mereri.Poteſt qui hæreſi pollutus eſt reſipiſcendo redire ad ſalutem: at qui ſemel æterna morte raptus eſt, nunquam rediet ad vitam, quod contra Origenianos propriè dictum eſt,qui hæreticis,meretricibus, cunctiſq; flagitioſorum turbis,& inſuper ipſi diabolo atque angelis eius poſt innumera licèt expleti vniuerſalis iudicij tempora,remiſſionem ſcelerum vitam ac regnum promittunt in cœlis, malè intelligentes illud Eſaiæ:Et claudẽtur impij in carce- Eſa.24.d
re,& poſt dies multos viſitabuntur,quaſi poſt multa tempora terminati iudicij ſaluandos dixerit impios,cùm ille ecõtra nullam eis ſalutem tribuat,ſed eos qui hoc tẽpore mortui,pro enormitate flagitiorum claudi merentur in carcere pœnarum,tempore reſurrectionis ad modicum viſitandos ſignificet,tantum vt receptis corporibus in iudicio grauius damnentur,& continuò poſt iudicium atrocioribus perpetuò recludantur in pœnis.Quanuis & ita rectè poſſit accipi:Omnes qui ingrediuntur ad eam,id eſt, ad meretricem, ſiue ad domum eius,non reuertentur,quia quantum attinet ad naturam iniqua ſua voluntate deprauatam,recurſum per

G semetipsam nō habet:sed per dei gratiam,qua adiuuatur & instauratur,vt semitas vitæ apprehendat. Designatum est enim hoc dicto pondus iniquitatis,vt cùm reuertitur quis,
Ephes.2.b sibi non tribuat,sed gratiæ dei,non ex operibus,ne fortè glorietur. a ¶Vt ambules in via bona,&c.)Viam bonā,vnitatē dicit rectæ fidei,de qua dominus ait:Ego sum via. Et alibi:
Ioan.14.a Ibidē.6.e. Nemo potest venire ad patrem, nisi per me. Calles autem iustorum,multifaria sanctorum exēpla nominat. Pendet hic versus,
Suprà eo. ex eo quod suprà dictum est:Prudentia seruabit te,sicut & illud: Vt eruaris à muliere aliena.

a apprehendent semitas vitæ. Vt ambules in via bona,& calles iustorum custodias.
b Qui enim recti sunt, habitabunt in terra,& simplices permanebunt in ea. Impij verò de terra perdentur,& qui iniquè agunt,auferentur ex ea.

Caput III.

d FIli mi, nē obliuiscaris legis meæ,& præcepta mea custodiat cor tuum.
e Longitudinem enim dierū & annos
f vitæ,& pacem apponent tibi. Misericor-
g dia & veritas non te deserant. Circūnda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cor
h dis tui. Et inuenies grātiam & disciplinā
i bonam coram deo & hominibus. Habe fiducia in domino ex toto corde tuo: & ne
k innitaris prudētię tuę. In oibus vijs tuis cogita illū,& ipe diriget gressus tuos. Nē
l sis sapiēs apud temetipsum. Time dominū,& recede à malo. Sanitas quippe erit
m in vmbilico tuo: & irrigatio ossiū tuorū.
n Hōnora dominū de tua substantia,& de primitijs frugum omnium tuarū da pauperibus.

b ¶Qui enim recti sunt, habitabunt in terra,&c.) Et hic rectis iungit simplices, sicut & suprà cùm diceret: Custodiet rectorū salutem, & proteget gradientes simpliciter. Quia nimirum simplicitas sine rectitudine,dissoluta est & stulta: rectitudo autem sine simplicitate,austera nimirū existit & dura. Verùm vtraque virtus coniuncta, perfectum red
H dit hominē. Sed hoc inter vtrūque versum distat: quia in illo quòd iustos in præsenti domin⁹ certantes adiuuet,in isto quod victores in futuro coronet,indicatur. Terræ verò nomine,ecclesia designatur,quæ spiritualem deo fructum germinare cōsueuit. In qua iusti habitant & permanent, qui à cōsortio eius nec morte separantur:sed terminata hac vita,ad illam eius partem quæ cum Christo in cœlis regnat perueniunt. c ¶Impij verò de terra perdentur,&c.) Possunt hæc non de cūctis generaliter reprobis dicta accipi,sed de illis specialiter qui ad terram domini,id est,ecclesiā pertinere videbantur,& tamen exigentibus meritis auferuntur ab ea,quidam quidē aperto ipsius ecclesię iudicio:vt Simon, Arius,& Porphyrius:quidam verò in secreto inuisibilis iudicis,vt innumeri eorum qui etiam hominibus boni videntur. Impios enim apertos apostatas dicit:at iniquè agētes,omnes qui perceptis fidei sacramentis ab eius castitate aliquo modo prauè viuendo degenerāt. Vtrique autem in futura retributione de viuentium terra perdentur:quia non habita-
Psal.5.a. bit iuxta dominū malignus,neque permanebunt iniusti ante
I oculos eius. Et rectè quia de malorum bonorumq; vijs multa prædixit,de vtriusque fine in conclusione subiunxit:quomodo & in præcedente parabola, qua latronum consortia
Suprà.1.d vetabat,fecerat, dicens de fine malorum,Et prosperitas stultorum perdet illos. De fine bonorum: Qui autem me audierit,absque terrore quiescet. Possunt versus de quibus nouissimè disputauimus, de antiquo dei populo etiam intelligi, quia cùm rectè viueret,i terra sua feliciter maneret: at cùm peccaret,exterminaretur ab hac terra.

Caput.III.

d FIli mi,ne obliuiscaris legis meæ,& præcepta mea custodiat cor tuū.)Hinc docet misericordiæ operib⁹ insistē dum,neque nostris fidendū viribus: sed à deo auxilium esse flagitandum. Et congruo satis ordine postquam coercuit à crudelitate,postquam à luxuria castigauit,ornat actibus bonis quem instruit. e ¶Longitudinē enim dierum &annos vitæ,&c.)Ne imposita præceptorum custodia turbaret audientem,præmisit præmia certa, & sic enumerauit præcepta. Longitudine dierum, lucem sempiternam: annis vitæ,transcensum mortalitatis huius:augmēto pacis,ipsum æternæ beatitudinis statum designat. De qua dicit Esaias:
Esaię.9.b. Multiplicabitur eius imperium,& pacis non erit finis. Sed & priori dei populo in præsenti datum est, vt cùm legi dei obediret,longo tempore in pacis quiete viueret. f ¶Misericordia & veritas non te deserant.) Nunquā ab ore tuo veritas quæ dicenda, nunquam ab opere misericordia quæ proximo sit impendenda,recedat. Sic enim fit, vt & te dei semper misericordia prosequat & veritas:misericordia videlicet, qua deleat peccata tua. Veritas verò,qua cōpleat promissa sua. g ¶Circūda eas gutturi tuo &c.)In gutture,organū vocis:in tabulis cordis, latitudinem insinuat cogitationis. Sit ergo virtus misericordiæ & veritatis radici infixa mentis: promatur & voce loquētis: vt & occulto inspectori arcana placeant intentionis,& proximos iuuent officia locutionis. Bene autē virtutes circundari docet gutturi, cùm vox loquentis potius intus in gutture fieri soleat, quia videlicet prædicatiōis vox de internis emanat,sed extrà circundat. Nam quo alios ad bene viuendū suscitat,eo ad bene agendum & opera prædicantis ligat:ne extra sermonem actio transeat, ne L voci vita contradicat. h ¶Et inuenies gratiam & disciplinam bonā coram deo & hominibus.) Coram deo inuenit gratiā & disciplinam bonam,qui vsu virtutū iugi, promeretur à domino vt per dies seipso perfectior efficiatur & melior. Sed & coram hominibus gratiam inuenit & disciplinam bonā,cuius opera sunt talia,in qbus iure laudatur pater,quę; exemplū viuendi proximis exhibeant. i ¶Habe fiduciā in domino &c.)Nō metuas ob imbecillitatem propriā diuina nō posse seruare mandata. Nec te rursum autumes hæc tuis implere viribus posse,vel tua naturali scientia nosse,si non per illius legēm instruaris,sed potius & in dicendo & in agendo, eius quęre auxilium,& ipse cùm tibi sit propitius vt implere valeas donabit. k ¶Ne sis sapiēs apud temetipsum.) Videt fortè alicui hoc idem esse mādatum quod præmissum erat, & ne innitaris prudentiæ tuæ,sed multum distat. Innititur enim suæ prudentiæ,qui ea quæ sibi agenda,vel dicenda videntur,patrum decretis pręponit. Sapiens verò est apud semetipsum & is,qui in illis quę ex patrum magisterio potuit rectè cognoscere, sese præ cæteris quasi doctior extollit. M Quæ sit aūt vera hominis sapientia,subsequenter ostendit.
l ¶Time dominum,& recede à malo.) Quale est in Iob: Ecce timor domini ipsa est sapientia,& recedere à malo in- Iob.2.d.
telligentia. Perfecti enim quiq; ita se debent ab omnibus cōtinere malis,vt diuinæ præsentiā maiestatis cum metu semper recogitent. Et notandum quòd suprà fiduciam habere in domino,nunc autem deum timere admonet. Ibi enim fragilium animos ne desperent,promisso dei auxilio roborat. Hic fortiores ne de se præsumant,diuini timoris memoria coērcet. m ¶Sanitas qppe erit &c.)In ossibus,solida virtutū opera:in vmbilico,q interiori corporis parte medius est,infirma adhuc & imperfecta bonorū actio designat. Si ergo deū timueris,& nō tuis viribus, sed superna protectione cōfisus à malis abstinere studueris,sanitas eritvmbilico tuo, & irrigatio ossiū tuorū:qa & infirmitas operis per hæc ad statū pfectionis cōualesceret,& fortia quæq; tua acta vndeamplius roborent accipiēt. n ¶Honora dominū &c.) Multi multa pauperibus,sed de aliena substātia ac frugib⁹, quas vi vel fraude rapuerāt,tribuūt. Multi largiūt de suo,sed largiēdo dominū nō honorāt;qa fauoris hūani & nō amore superni inspectoris faciūt. Qui ergo proficuū sibi eleemosynę fructū fore desiderat,& de suis propriis,& i cōditoris honorem,tri-

A rem,tribuat:vt ſcilicet homines, qui eius plaſma ſunt, quiq; ad eius imaginem ſunt facti, recreentur. Non ſolum autem de ſubſtãtia pecuniæ quam pauperi porrigimus:ſed de cunctæ bonæ operationis quam agimus, de vniuerſæ cœleſtis gloriæ quam percepimus,ſubſtantia vel frugibus dominum honorare iubemur: hoc eſt, eius

a peribus. Et implebũntur horrea tua ſaturitate: & vino torcularia redundabũt.
b Diſciplinã domini fili mi ne abijcias:
c nec deficias cùm ab eo corriperis. Quẽ enim diligit dominus,corripit:& quaſi pa
d ter in filio cõplacet ſibi. Beatus homo qui inuenit ſapientiã: & qui affluit prudẽtia.
e Meliõr eſt acquiſitio eiꝰ negociatione ar-
f genti & auri. Primi & puriſſimi fructus
g eius. Precioſior eſt cũctis opibus:& omnia quæ deſiderãtur, huic non valent cõ-
h parari. Longitudo dierũ in dextera eius: & in ſiniſtra illius diuitiæ & gloria. Viæ
i eius viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius
k pacificę. Lignũm vitæ eſt his qui apprehenderint eã:& qui tenuerit eam,beatus.
l Dominus ſapiẽtiã fundauit terrã:& ſtabi
m liuit cœlos prudẽtia. Sapientia illius eruperũt abyſſi:Et nubes rore cõcreſcũt. Fi-
n li mi ne effluãt hæc ab oculis tuis. Cu-
o ſtodi legẽ atque conſilium meum. Et erit
p vitã animæ tuæ: Et grãtia faucibus tuis.

Tunc

Matt.6.b. mor illiꝰ verbi:Quia ſine me nihil poteſtis facere. a ¶Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia &c.)Ait in e-
Ioan.15.a. uangelio dominus: Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo. Si ergo theſauros in cœlo poſſunt habere iuſti, quia veras ſibi diuitias inueniunt: poſſunt vtique & horrea & torcularia:quia nõ eſurient,neque ſitient amplius. Et implebuntur horrea tua
Pſal.16.d. ſaturitate: quia ſatiabor,inquit, dum manifeſtabitur gloria tua. Redundabunt torcularia vino, quia interna ſuauitas æternorũ, corda cũctorum fidelium in laude ſui conditoris accendit. Hinc
Lucę.22.e etenim dicit:Vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Sed & in præſenti nonnunquam doctori, qui panem verbi,qui poculũ gratię ſpiritualis indigenti miniſtrat,maiora miniſtrandi dona dominus pro mercede condonat. Qui terrena ſubſidia largitur inopibus,ditior dandǫ cœleſti remuneratione redditur. b ¶Diſciplinam domini fili mi ne abijcias:nec deficias &c.)Sunt qui in proſperis domino ſeruiunt,& in aduerſis recedunt. Vnde ſapientia quem in proſperis bene viuere docuit, etiam in correptione ne deficiat hortatur:ne accedente infirmitate, vel paupertate, vel perſecutione,humanam pietatem,quam ſeruare in trãquillitate videbatur,amittat. c ¶Quem enim diligit dominus, corripit:&c.)Tãto ergo minus de flagello quo caſtigamur murmurare debemus,quanto certius in eo paternæ di-
Apoc.3.d. lectionis pignus tenemꝰ. Vnde & ipſe dicit: Ego quos amo, arguo & caſtigo. Notandum autem quòd pro hoc verbo LXX. interpretes dixere, Flagellat autem omnem filium
Heb.12.b. quem recipit: quod mirandum cur Apoſtolus ad Hebræos Hebraicè ſcribens, magis ſequi voluerit. d ¶Beatus homo qui inuenit ſapientiam &c.)Quia poſitos ſub diſciplina & correctione conſolabatur, addit quod cœperat: inſinuans quia beatitudo eſt vera hominis, non aduerſis carere in præſenti,ſed æternæ ſapientiæ perceptione lætari: quod eſt in hac vita domini voluntatem cognoſcere, & in futuro eius viſione perfrui. Et bene cùm diceret: Beatus homo qui inuenit ſapientiam, mox addidit: Et qui affluit prudentia. Sunt enim qui inueniũt ſapientiam,doctrinam veritatis aure percipiendo: ſed affluere prudentia negligunt, nolendo cordis ſui ſinum ad percipiendam eius amplitudinem laxare. e ¶Melior eſt acquiſitio eius negociatione argenti & auri.) Non metuat de correptione inopiæ quiſquis opes acquiſiuit ſapientiæ, quia theſauris terreſtribus incomparabiliter munus cœleſte præcellit. f ¶Primi & puriſſimi fructus eius.) Si iuxta Eccleſiaſticum,radix ſapientiæ eſt timere deum: fructus ſapientiæ qui ſunt,niſi videre deum? Et hi ſunt primi ac puriſſimi,ſiue quia deus qui videtur ab initio eſt,& nihil inquinatum in eius viſione incurrit:ſiue quia primò ad hanc contemplandam homo creatus eſt. Vnde &
Lucæ.15.c adoleſcentior filius vbi ad patrem pœnitens redijt, primam ſtolam recepiſſe memoratur: ſiue quia primum & rude aurum ſolet eſſe puriſſimum. Et in prima ſtola noſtra verè eſt beatitudo credenda:quæ nobis in reſurrectione perfectius à domino promittit eſſe reddenda. g ¶Precioſior eſt cunctis opibus,&c.)Nõ modo terrenis,verũm & cœleſtibus diuitijs, imò & ipſis angelorum conſpectibus huius ſapientiæ claritas anteferꝰ. Vnde & propheta:Quid enim mihi reſtat in
Pſal.72.d cœlo,& à te qd volui ſuper terram?& cętera vſq; ad finem pſalmi. h ¶Longitudo dierum in dextera eius &c.) Viſione ſuæ diuinitatis electos in perpetua luce condonat:& eoſdem in præſenti vita incarnationis ſuæ ſacramẽtis & chariſmatibus illuſtrat ac roborat. Dat eis qui ob ſe comparãdam ſua omnia vẽdunt, cen
Matt.19.d tuplum in hoc tempore:& in ſeculo venturo vitam æternã. Sequitur in hoc loco iuxta antiquã tranſlationẽ, quod noſtri codices non habent. Ab ore eius proficiſcitur iuſtitia: legem autẽ & miſericordiam in lingua portat. E Quod ideo adnotandum credidi, quia hi verſiculi in opuſculis patrum ſępe poſiti inueniuntur. i ¶Viæ eius viæ pulchræ,&c.) Actiões eius & doctrinæ quæ in euangelijs continentur pulchræ ſunt:quia diuinæ, ac puri hominis modum longè tranſgreſſæ,& omnia iuſſa eius ad pacem ducũt æternam. Omnia quæ in carne geſſit,ad reconciliandos deo mortales,ad pacificandum eum angelis genus humanum,ad demonſtranda ſuis ſeruandæ adinuicem pacis & dilectionis exempla pertinent. k ¶Lignum vitæ eſt his qui apprehẽderint eam,&c.)Sicut in medio paradiſi lignum vitæ Moy-
Gene.3.a. ſes eſſe teſtatur,ita per ſapientiam dei, videlicet Chriſtũ viuificatur eccleſia:cuius & nunc ſacramentis carnis ac ſanguinis pignus vitæ accipit,& in futuro præſenti beatificatur aſpectu. l ¶Dominus ſapientia fundauit terrã,&c.) Deus pater per filium omnia condidit. Typicè autẽ fundauit terram ſapientia:cùm per ipſum ſanctam eccleſiam in fidei ſoliditate locauit. Stabiliuit cœlos prudentia, cùm per eundem ſublimia prædicatorũ corda illuſtrauit. m ¶Sapiẽtia illius eruperunt &c.) Quando in diebus Noë ruptí ſunt
Gene.7.b. omnes fontes abyſſi magnæ, vel cùm quotidiano progreſſu fontes & flumina de abyſſo,per terræ venas emanant, ebulliunt,procedunt. Aliter ſapientia erumpunt abyſſi,cùm largiente Chriſti gratia,profunda ſacramentorũ cœleſtiũ fidelibus innoteſcunt. n ¶ Et nubes rore concreſcunt.) Patet iuxta literã. Sed allegoricè nubes ſunt eccleſię magiſtri,ſublimes per contẽplationẽ & vitã,rigantes cor auditorũ quaſi ſubiectam ſibi terrã per doctrinam. Quæ rore concreſcunt: quia ſubtiliſſima diſcretione virtutes ſuas quibus proficiãt, quibus alta petant,quæq; minoribus in exemplũ monſtrent, examinant. o ¶Fili mi ne effluant hæc &c.) Ne diſciplina tẽporali fatigatus,ſapientiæ quæ tanta eſt gratiã perdas, pręcaue. p ¶Cuſtodi legẽ atq; &c.)Lex ſapientię eſt quę
Matt.19.c dicit:Si vis ad vitã ingredi,non occides,non mechaberis,non furtum facies,nõ falſum teſtimoniũ dices &c. Conſilium ſapientiæ eſt cùm protinus addidit: Si vis perfectus eſſe,vade vende omnia quæ habes &c. q ¶Et erit vita animæ tuæ.) Anima tua habet vitam cum deo,ſi eius decreta cuſtodieris: quamlibet caro diſciplina correptiõis, aut etiã mortis,prematur. r ¶Et gratia faucibus tuis.) Quàm dulcia, in-
Pſal.118.n. quit, faucibus meis eloquia tua. Habet ergo ſenſus animi fauces ſuas, quibus verba quæ audit dijudicet,quibus res & geſta ſingulorum quæ cernit diſcernendo examinet: & hæc amplectendo recipiat,illa reprobando contemnat. Quibus nimirum faucibus cùm legem atq; conſilium domini cuſtodimus,

G dimus,gratia multiplicatur:quia quanto solertius quisque diuinis obtemperat iussis,tanto dulcius eius amorem concipit.Quam nostris faucibus inesse gratiam desiderabat psalmista cùm ait:Gustate & videte quoniam suauis est dominꝰ. Psal.33.b

a ¶Tunc ambulabis fiducialiter &c.) Fiducialiter in via nostra incedimus, cùm dei gratia confisi,profectum in bona nostra cõuersatione suscipimus. Si ergo eiꝰ imperijs humiliter subdimur: & gustum superni amoris suauius faucibus mentis attingemus,& operationis bonæ augmentum semper obtinebimus. Sed & in tẽtationibus ne deficiamus, ipso iuuante defendimur. Hoc est enim quod sequitur:

b ¶Et pes tuus non impinget.) Quoniam diligentibus deũ,omnia cooperantur in bonum, Rom.8.c

c ¶ Si dormieris non timebis, &c.)Patet iuxta literam:quia securꝰ,& dormit,& vigilat, & quiescit,& ambulat, qui se innocẽter ante deum & iustè viuere meminit. Sed & iustus cùm in morte dormierit, non solum potentias malignorum spirituum nõ metuit,sed in pace quiescit,ac securus diem resurrectiõis expectat, quia deum vbique protectorem habet & custodem. Quale est in psalmo: Nam & si ambulauero in medio vmbrę mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Psal.22.a

d ¶Noli prohibere benefacere &c.)Quia suprà diligenter legem domini & consilium obseruare monuit,& æternã requiem obseruantibus promisit: nunc multipliciter quæ sint obseruanda replicat.Primoq; ad id quod intermiserat rediens, misericordiam proximo exhibẽdam, & iustè cum illo docet esse viuendum. Deinde & ab inimico cauendum esse prẽmonet.Noli ergo,inquit, prohibere benefacere eum qui potest:quòd si vales, & ipse benefac:ne audias à domino cum pharisæis: Ipsi non introistis,& eos qui introibant prohibuistis. Luc.11.g

e ¶Ne dicas amico tuo:vade &c.) Non solum de eo qui eleemosynam pecuniæ petit hoc mandatum datur,vt beneuoli ad largiendũ,& prompti existamus:sed & per omnia Christi mandata qui ait: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis:statim facere, & non in crastinum differre iubemur. Ioan.15.b

f ¶ Ne moliaris amico tuo malũ &c. Ne contendas &c.) Non vetat cõtendere aduersus eum qui mala facit vt corrigatur: quia hoc nimirum frustra non fit, quod certa necessitas cogit vt fiat:imò etiam qui ait: Si peccauerit in te frater tuus,increpa illum:vult vt errantẽ quãtum vales ad viam veritatis reuocare contendas. Matt.18.b

g ¶Ne æmuleris hominem iniustum, &c. illusor.) Omnis illusor, inquit,quia illusor est,qui vel verba dei quæ nouit implere contemnit,vel eadem peruersè intelligendo ac docẽdo corrumpit. Est illusor & ille qui promissa eius quasi parua despicit, & iram districtionis eius quasi tolerabilem spernit. Necnon & ille qui proximorum simplicitati,vel paupertati improbus insultat. Ideoq; omnem huiusmodi illusorẽ, meritò diuina abominatur iustitia. Bene autem subditur:

h ¶Et cum simplicibus sermocinatio eius.)Quia sæpe superbi dum simplicibus illudunt, prudentiores se illis quos irrident iudicant. Sed horum prudentia iuxta quod Iacobus ait: terrena est, animalis, diabolica. Sermocinatio autem domini cum simplicibus est,quia illos cœlestis sapientiæ secretis illustrat, quos terreni fastus ac duplicitatis nihil habere considerat. Hinc etenim dicit; abscondisti hæc à sapientibus,& prudentibus,& reuelasti ea paruulis. Iacob.3.d Matt.11.d

i ¶Egestas à domino in domo impij.) Iuxta exẽplum purpurati diuitis,qui & in hac vita spiritualibꝰ egebat bonis,& in futura ad tantam peruenit inopiam,vt de digito Lazari,quondã pauperis vnã aquæ guttam requireret. Lucæ.16.e

k ¶ Habitacula autem iustorũ benedicentur.) Iuxta hoc quod apostolꝰ fidelibus de domino loquẽs: Qui benedixit nos,inquit, omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, qui & in remuneratione ab ipso sunt aduenturi: Venite benedicti patris mei,percipite regnũ.Sed & iuxta literam sæpe cõtingit eos,qui aliena diripiunt,ad vltimum inopia cõsumi.At illos qui sua largiuntur: etiam bonis abundare terrenis. Ephes.1.a Matt.25.c L

l ¶Ipse deludet illusores, &c.) Hos versiculos apostoli Iacobus & Petrus,iuxta antiquam translationẽ posuere dicentes: Quia deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiã. Iacob.4.b

m ¶Gloriam sapientes possidebunt, &c.) Et dominus ait: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Lucæ.14. & 18.c.

Caput IIII.

n ADuditẽ filij disciplinã patris,& attendite vt sciatis prudentiã. Donũ bonum tribuam vobis: legem meã ne derelinquatis. Nam & ego filiꝰ fui patris mei,tenellus & vnigenitus coram matre mea:& docebat me,atq; dicebat:Suscipiat verba mea cor tuum. Custodi præcepta mea,& viues. Posside sapiẽtiã,posside prudẽtiã.Ne obliuiscaris, neq; declines à verbis oris mei. Ne dimittas eã,& custodiet te:dilige eã,& cõseruabit te. Principiũ sapientiæ,posside sapientiã,& in omni possessione tua acquire prudẽtiã. Arripe illã, & exaltabit te,& glorificaberis ab ea,cùm fueris eam amplexatus. Dabit capiti tuo augmẽta gratiarũ:& corona inclyta pteget te.

n ¶Audite filij disciplinã patris, & attendite vt sciatis prudentiam.) Hic exhortaturus ad philosophiã:qualiter ipsa sapientia sit à patre edoctus, explicat.

o ¶ Nam & ego filius fui patris mei: tenellus & vnigenitus coram &c.) Nihil magis ad spem percipiendæ sapientiæ mẽtes erigit, quàm cùm eos quos in sapientia iam clarere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuisse meminimus. M

p ¶ Et docebat me atque dicebat,&c.) Huiusmodi monita Salomoni à Dauid patre data, qui verba dierum relegit, inuenit. Quare autem se Salomon vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse scriptura testatur,nisi quia ille mox natus sine nomine,quasi nunquam esset,vita decessit?

q ¶Et in omni possessione tua &c.)In omnibus quæ possides bonis, sapienter te agere memento. Vel in omni possessione tua acquire prudẽtiam, omnia quæ possides terrena, contemne: dummodo sapientiam percipias:quod ipse fecit Salomon,dum data sibi optione, amorem sapientiæ cunctis præposuit rebus. In euangelio, qui preciosam margaritam quæsiuit, hanc inuentam omnibus quæ habuit venditis, emit. Matt.13.f.

r ¶ Dabit capiti tuo augmenta gratiarum : & corona &c.) Patet de Salomone, quia dum pro sapientia cuncta despiceret, ea percepta maiore gloriæ sublimitate refulsit. Sed & nostro capiti, id est, principali mentis, si sapientiam amplectimur, amplior gratia spiritus augetur, & corona supernæ vitæ in futuro donabitur. De qua Paulus:In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,quã reddet mihi dominus in illa die. Expositis sanè his quę à patre verba perceperat,redit ad docẽdum audi- 2.Tim.4. b.

A dum auditorem ſuum ſapientiam quam cœpit. a ¶ Audi fili mi &c. vt multiplicent tibi anni vitę.) Id eſt, vt vitę ęternæ dona percipias. b ¶ Ducam te per ſemitas æquitatis &c.) Semitæ, id eſt, actiones æquitatis, dū inchoantur, arctæ videntur & anguſtæ: dum verò profectum capiūt, iam ex cō ſuetudine ſpecioſæ videtur & latæ, pſal miſta teſtante, qui cū incipiens domino dixiſſet: Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras, poſtmodum ſam proficiens canebat: Viā mandatorum tuorum cucurri, dum dilatares cor meū. Et ſi ergo ſemitę æquitatis cùm ingredi cœperis, arctæ tibi videntur, tamen eas cùm ingreſſus fueris, non artabuntur greſſus mentis tuæ: ſed iuxta quod dominus ait: Iugum ſuaue, & onus leue reperies. Etenim reprobi in hac vita, latū intrant iter, at in die nouiſſimo ligatis manibus & pedibus mittētur in tenebras. Pedes verò electorum dirigentur in viam pacis. c ¶ Et currens non habebis offendiculum.) Quò alacrius ad implēda dei mandata cucurreris: eo minus aduerſa quæ te impediant timebis. Nam quicūque in praua actiōe deſudant, offendiculum in medio curſu reperiunt, quia extēplo dum nō præuident rapiuntur ad pœnam.

Pſal. 16. b. Pſal. 118. d. Matt. 11. d. Matt. 22. b.

d ¶ Comedunt panem &c.) In actione ſcelerum, iniqui quaſi epulis delectantur appoſitis. Vel certe vinum damnatorū bibunt, & eſuriētibus ſpicas tollere gaudent, vt eſſe moris impiorū ſcriptura ſacra teſtat. e ¶ Iuſtorum autem ſemita quaſi lux ſplēdens procedit &c.) Iuſtorum opera in luce ſcientiæ peragūtur, & æternam ducūt ad vitam: quæ eſt perfecta dies. f ¶ Via impiorum tenebroſa: neſciunt vbi corruant.) Dicit de his Ioannes apoſtolus, qui diligit fratrē ſuū, in lumine manet, & ſcādalum in eo non eſt: qui autem odit fratrē ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerūt oculos eius. Cui contrà ſuperius dicitur ſapienti: quia currens non habebis offendiculū, id eſt, ſcandalum. g ¶ Fili mi auſculta ſermones &c.) Sunt qui rectè viuere vidētur hominibus: ſed quia recta intētione nō faciūt, à deo qui cor reſpicit prauum, vita eorū reprobatur, quæ credebatur bona. Omni ergo diligentia cordis munditiā ſerua: quia ad eius examē modus eſtimabit vitæ. h ¶ Remoue à te os prauū, &c.) Duobus modis ſentiendum, vt & os tuum ne prauū loquatur aliquid & tua labia ne detractionibus aſſuefcāt cuſtodias, & alios quoq; quos huic vitio ſubditos noſti, ne te corrumpant fugias. i ¶ Oculi tui recta videant &c.) Iter iuſtitiæ quo ingredi debeas, diligenter diſce, & in cunctis quæ agere diſponis, ſollicitus ad quē ſint finem ventura præuide. Hoc eſt enim palpebras recta videntium oculorum, tuos præcedere greſſus: bonū opus quod acturus es ſedula cogitatione præuenire: & quia ſecundum deum ſit meditando præuidere. Item palpebræ greſſus præcedunt, cùm operationem noſtrā conſilia recta præueniunt. Qui enim negligit conſiderando præuidere quod facit, greſſus tendit, oculos claudit, pergendo iter conficit: ſed præuidendo ſibimetipſi non antecedit, atq; ideirco citiꝰ corruit, quia quò pedem operis ponere debeat, per palpebrā conſilij nō præuidet. k ¶ Dirige ſemitas pedibus tuis.) Ne videlicet erres in actibus aut fide.

B C D

a get te. Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea,
b vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viā ſa-
b pientiæ monſtrabo tibi, & ducam tē per
c ſemitas æquitatis: quas cùm ingreſſus fue-
c ris, nō artabuntur greſſus tui, & currēns
non habebis offendiculum. Tene diſciplinam, ne dimittas eam. Cuſtodi illā: quia
illa eſt vita tua. Ne delecteris in ſemitis
impiorum, nec tibi placeat malorum via.
Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina, & deſere eam. Nō enim dormiunt niſi
cùm malefecerint, & non rapitur ſomnus
d ab eis, niſi ſupplātauerint. Comēdunt pa-
nem impietatis, & vinum iniquitatis bi-
e bunt. Iuſtorum autēm ſemita quaſi lux
ſplendens: procedit & creſcit vſq; ad per-
f fectam diem. Via impiorum tenebroſa:
g neſciunt vbi corruāt. Fili mi, auſcultā ſermones meos, & ad eloquia mea iclina aurem tuam. Ne recedant ab oculis tuis: cuſtodi ea in medio cordis tui. Vita enim
ſunt inuenientibus ea, & vniuerſæ carni
ſanitas. Omni cuſtodia ſerua cor tuum:
quia ex ipſo vita procedit. Remoue à te
h os prauum, & detrahentia labia ſint pro-
i cul à te. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos. Dirige
k ſemitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ
l ſtabilientur. Ne declines ad dexteram, ne-
m que ad ſiniſtram. Auerte pedem tuum à
n malo. Viās enim quæ à dextris ſunt no-
o uit dominus: peruerſę verò ſunt, quæ à ſi-
p niſtris ſunt. Ipſe enim rectos faciet greſſus tuos: itinera autem tua in pace produ-
cet.

Caput V.

q Fili mi attende ſapientiā meam, & pru-
r dentiæ meæ inclina aurem tuā, vt cuſtodias cogitatiōes, & diſciplinā labia
ſ tua cōſeruent. Ne intenderis fallaciæ mu-
lieris. Fauus enī diſtillās labia meretricis:
t & nitidiꝰ oleo guttur eiꝰ. Nouiſſima autē
u illiꝰ amara quaſi abſinthiū, & lingua acuta

1 ¶ Et omnes viæ tuæ &c.) Ne leuitate mentis à bono moueari propoſito. Hinc & apoſtolus: Stabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere domini ſemper. m ¶ Ne declines ad dexteram neque ad ſiniſtram.) Dextera via, bona, ſiniſtra accipitur reproba. Non ergo dexteram viam ambulare, ſed ad dexteram declinare prohibemur. Declinat enim ad ſiniſtram, qui iniuſtus eſt. Declinat ad dexteram, qui ſibi vult arrogare quòd iuſtus eſt. Declinat ad dexteram, qui de ſuis viribus præſumit. Declinat ad ſiniſtram, qui præſua fragilitate deſperat ſe poſſe ſaluari. Declinat ad ſiniſtrā, qui ſtultitiæ famulatur. Declinat ad dexteram, qui vult plus ſapere quàm oportet ſapere: quod & de cæteris virtutibus ac vitijs, eodem modo itelligitur. n ¶ Auerte pedem tuum à malo.) Hoc eſt, ne vel huc vel illuc à recto deuies: quia virtutes diſcretionem quærunt, & nimietas omnis in vitio eſt. o ¶ Viās enim quę à dextris &c.) Id eſt elegit, & placent illi, ideo diſplicentibus & reprobis dicturus eſt: Non noui vos, quod eſt dicere, non vos elegi, nō mihi placetis. p ¶ Peruerſæ verò ſunt quæ ſunt à &c.) Si auerteris à malo pedem tuū, ſi bona quæ docui domino iuuāte facere ſtudueris, aderit ipſe propitius conatibus tuis, vt & nunc rectè ingredi, & tunc ad pacem valeas peruenire ſempiternam.

1. Cor. 15. g.

E F

Caput. V.

q ¶ Fili mi attēde ſapientiā &c.) Hactenus generaliter caſtigauerat auditorē. Hic ſub ſpecie meretricis, ab hæreticorū nequitia prohibet. r ¶ Vt cuſtodias cogitationes: & diſci. &c.) Cogitationes quibus rectè credas, labia quibus ipſam fidem per ſimplicia verba, & conſueta atque eccleſiaſtica profitea־ris. Sed & iuxta literam qui adhæret meretrici, etiam labia vel oſculando, vel turpia fando commaculat. ſ ¶ Ne intenderis fallaciæ mulieris. Fauus enim &c.) Rectè ſapientia huius mundi, atque concupiſcentia eius, fallax mulier dicitur, quæ per nitorem gloriæ temporalis, & peccati dulcedinem, animas reproborum dum demulcet, à deo meretricari facit, & de vana ſpe præſentis ſeculi deceptos fallit. Aliter: Cùm in ore hæreticorum dulcedo eloquentiæ, non ad ſufficientiam ſolummodo, verumetiam ad ſuperfluitatem reſonat, ob id falſitas, quia aptè proferri cernitur, veritas à ſtultis exiſtimatur. t ¶ Et nitidius oleo guttur eius.) Oleo ſpirituſſancti, fides catholica conſecratur: quo nitidius ſuum guttur oſtentant, qui ſuos ſenſus, patrum fidei anteponunt. Patet de meretrice, quia & ſermonis ſuauitatē, & formoſitatem corporis, ad capiēdos miſeros quērit.

u ¶ Nouiſſima autem illius amara &c.) Potio abſinthij

intus

G intus amarescit in visceribus, gladio foris membra feriũtur. Vt igitur ostendat iniquos in nouissima vltione & interius impleri, & extrinsecus pœnis circundari perpetuis, & amaritudine illos absinthij torquendos, & gladio asseuerat esse truncãdos. Quare autem idem gladius biceps sit dictus, dominus aperit cùm ait: Sed eũ time-
Matt.5.d & 10.c.& mete, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam.
Lucæ.12.a a ¶ Pedes eius descendũt in mortem &c.) Vagi sunt sensus hæreticæ deceptionis: quia alij Christum deum, alij hominẽ esse negant: alij carnem accepisse, alij animam contradicunt: alij eum de virgine natum, alij spiritum sanctum, alij patrem deum esse, alij pœnitentibus veniam dandã esse confiteri prohibẽt. Et in tam innumerã hęc pestis se findit itinera, vt penitus quot sint inuestigari nequeant. At catholica veritas vaga & inuestigabilis non est: quia vna eademque cunctis est agnita, totum per orbem fidelibus. b ¶ Nunc ergo fili
H audi me, & ne recedas &c.) Et
1.Cor.6.d Apostolus ait: Fugite fornicationem: quia nimirum primum huius vitij remedium est lõgè ab eis fieri: quorũ præsentia vel alliciat, vel cooperetur ad vitium. Sed & ab hęreticorũ auditu prorsus segregari, infirmis auditoribꝰ prodest. c ¶ Ne des alienis honorem tuum &c.) Ne honorem quo ad imaginem dei creatus es, immundorum spirituum voluntatibus subdas: neque accepta viuendi spacia ad libitum aduersarij immitis expendas. Cuicunque enim sceleri quisque subijcitur, in hoc profectò dominatui malignorum spirituum mancipatur. d ¶ Ne fortè impleantur extranei viribus &c.) Ne dęmoniorum facta adiuues: si vel ingenium animi, vel corporis tui vires, ad patranda facinora tradas: domumq; alienam, id est, numerum perditorum, te adiecto multiplices. Et pulchrè dicit: labores tui sint in domo aliena: quia sunt qui iuxta prophetam, vt iniquè agant, laborant: & hæretici quantum laborem contrà ecclesiã subierint, vtinam lateret. e ¶ Et gemas in nouissimis quando consumpseris carnes &c.) Præponẽdum à superiori, ne fortè: & est sensus: Ideo te castum custodi, ne fortè in pœnis
I gemere cogaris, quando non solum carnales illecebræ tranieunt: sed & ipso corpore relicto, anima quæ per corpꝰ gessit cuncta reddere compellitur. Verùm & in hac vita sæpius contigit, vt qui in adolescentia luxuriosè viuendo habita disperserant, tempore senectutis inopia deficiant, & refrigescente calore carnis, ac flore iuuentutis marcescente, rebus suis quas lasciuè vendiderant, alios vti conspiciant: gementesque sera pœnitentia dicãt quæ sequuntur: f ¶ Cur detestatus sum disciplinam &c.) Disciplinam dicit ecclesiasticæ fidei, increpationes autem quibus hæretici cur ab ecclesia recesserint obiurgantur. Patet de fornicarijs. g ¶ Penè
Ecclesia. fui in omni malo in med. &c.) Ecclesia & synagoga Græca
Synagoga. nomina sunt & vnam eademq; rem Latinè significant, id est, conuentum plurimorum adinuicem. Si autem subtilius distinguantur, ecclesia conuocatio, & synagoga cõgregatio interpretatur. Et vetus quidem dei populus vtroque nomine vocabatur: Nunc autẽ grãtia distinctionis, ille synagoga, noster ecclesia dicitur, merito scilicet fidei & scientię maioris: quia & irrationalis creatura potest congregari. Denique di-
Gene.1.a. xit deus: Congregentur aquæ in congregationem vnam. Rationalis autem solum & sensibus potest conuocari. Verùm aliquando hæc nomina & malorum conuentus significant:

a cuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendũt in mortem, & ad inferos gressus
b eius penetrant. Per semitam vitæ nõ ambulant: vagi sunt gressus eius, & inuestiga
biles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longè fac ab ea
c viam tuã, & ne appropinques foribus do-
mus eius. Ne des alienis honorẽ tuum, &
d annos tuos crudeli. Ne fortè impleãntur
extranei viribus tuis, & labores tui sint
e in domo aliena. Et gemas in nouissimis
quando consumpseris carnes & corpꝰ tu-
f um, & dicas: Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus nõ acquieuit cor
meum. Nec audiui vocem docẽtium me,
& magistris non inclinaui aurem meam.
g Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ
h & synagogę. Bibe aquã de cisterna tua,
i & fluẽta putei tui. Deriuentur fontes tui
foras: & in plateis aquas tuas diuide.
k Hãbeto eas solus: nec sint alieni parti-
l cipes tui. Sit vena tua benedicta, & læ-
m tare cum muliere adolescentiæ tuæ. Cerua charissima & gratissimus hinnulus.
n Vbera eiꝰ inebrient te õmni tempore: in
o amore illius delectare iugiter. Quarẽ seduceris vnde est illud: Exarsit ignis in synagoga eorũ. Et: Odiui ec- Psal.105.c
clesiam malignantium. Quòd ergo serò pœnitens ait: con- Ibidẽ.25.b
temptor sapientiæ penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ K
& synagogæ: videtur miserò magnitudinem suæ damnationis perpendenti, quia nihil penè fuerit sceleris, quo non ipse sit irretitus, qui tanta meruit tormenta subire, & hoc ad cumulum accesserit miseriæ, quòd non extremus ipse pęccantiũ, sed medius magis & quasi autor extiterit: vel certè ĩ medijs sanctorum conuenticulis corpore positus, alienam ab eis vitam ducere non timuerit. Et de hæreticis specialiter sentiendum: qui nec veterum patrum, nec nouorum dictis & exemplis potuerint ab errore reuocari. h ¶ Bibe aquam de cisterna tua &c.) Desiderio vtere propriæ mulieris, & eius ministerijs fouere deuotis.
i ¶ Deriuentur fontes tui foras, &c.) Filium tuum ac filiam nuptui trade: & hoc manifestè facito pluribus cõscijs. k ¶ Habeto eas solus &c.) Solus in tua L
potestate retine qualibus matrimonijs liberos tuos socies: nec sint fornicarij vel meretrices, tuę sobolis participes. l ¶ Sit vena tua benedicta &c.) Tanta te temperantia cum muliere quam adolescens accepisti, etiam cum senuerit serua: vt meritò fidelis castimoniæ benedictionem consequaris in prole. m ¶ Cerua charissima & gratissimus &c.) Illa sit tibi semper charissima cõiunx quę sicut cerua serpẽtes, ita persequatur scorta & suis effugat ab ædibus: sit natus ex ea filius & ipse castitatis amator gratissimus. n ¶ Vbera eius inebrient te omni tempore &c.) Non vxorio operi semper insistere docet: sed monet, ne vel prima viuente aliã ducas, vel meretrici vnquam socieris. Aliter: Quod ait, Bibe aquam de cisterna tua: & fluenta putei tui: Docet ab hæ- Alia expo
reticis cauendum, & custodiæ scripturarũ ac lectioni attendendum, scientiam, inquit, quam prædicas alijs ipse serua, & tui irrigationem sermonis infundere. Diriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Cùm ipse seruaueris: tunc & alijs prædica, & in magna auditorum amplitudine, M
diuina eloquia iuxta vniuscuiusque qualitatem dispẽsa. Habeto eas solus. Aquas & in plateis diuidimus, & tamen soli possidemus: quando exterius latè prædicationem fundimus, & tamen per eam laudes humanas consequi minimè ambimus. Nec sint alieni participes tui. Immundi spiritus participes fiunt doctori: si eius mentem vel fastu elationis dum prædicat, vel hæresi, vel quolibet vitio corrumpunt. Solus autem aquas possidet, cùm membris ecclesiæ fideliter connexus, ab extraneorum se consortio liberum seruat. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescẽtię tuę. Sit doctrina tua & quęcunq; nascũtur ex ea in benedictione ecclesiæ, & lætare cum ea cui ab adolescentia, id est, à primo credendi tempore coniunctus es. Cerua charissima & gratissimus hinnulus: vbera eius inebrient te omni tẽpore: in amore illius delectare iugiter. Cerua charissima siue gratissima, vt quidam codices habent, sancta est ecclesia, quæ serpentinam solet odio habere & conterere doctrinam. Gratissimus hinnulus, populus est eius virtutum varietate delectabilis, & eadem castæ fidei semper æmulatione succensus. Cuius vberibus inebriamur, cùm vtriusque testamenti paginis contra hæreticorum fraudes instruimur: cuius pace & amore iugiter delectari, magna est exercendarum occasio virtutũ. o ¶ Quare seduceris fili mi ab aliena &c.)

Et de me-

duceris fili mi ab aliena:& foueris sinu al
a terius. Respicit dominus vias hominis,&
b omnes gressus illius considerat. Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funibus pecca-
c torum suorum constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam: & multitudine stultitiæ suæ decipietur.

Caput. VI.

d FIli mi si spõponderis pro amico tuo: defixisti apud extraneum manũ tuã.
e Illaqueatus es verbis oris tui:& capt⁹
f proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi,& temetipsum libera: quia incidisti in manũ proximi tui: discurre, festina, fu-
g scita amicũ tuum. Nẽ dederis somnũ ocu
h lis tuis, nec dormitẽt palpebræ tuę. Eruere quasi dãmula de manu, & quasi auis de
i laqueo. Vade ad formicam ô piger & con
k sidera vias eius:& disce sapientiam. Quę cùm non habeat ducẽ, nec præceptorem, nec principem, parat æstate cibum sibi,& congregat in messe quod comedat. Vsq;
l quò piger dormis? quando cõsurges à som no tuo? paululum dormies, paululum dormitabis, paululum cõseres manus vt dor-
m mias. Et vẽniet tibi quasi viator egestas,
n & pauperies quasi vir armat⁹. Si verò im
o piger fueris, venit vt fons messis tua. Et
p egestas longè fugiet à te. Homo apostata, vir inutilis: graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pra uo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Huic extemplò veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit subitò medicinam.

Sex

A Et de meretrice & de hæresi sentiendũ. a ¶Respicit dominus vias hominis &c.) Nõ putent se adulteri tenebris noctis ac parietũ obtegi: non hæretici sua molimina posse cælari: quia tenebræ non obscurabuntur à domino, & nox sicut dies illuminabitur. b ¶Iniquitates suæ capiũt impium &c.) Distat inter peccatorẽ & impium: quòd peccator appel latur omnis qui vel in paruis, vel in magnis scelerib⁹ decidit. Impius autem, qui vel nunquam fidem recepit, vel enormitate scelerum ab ea quã accepit anathema factus est: vt hæretici, vel catholici publicis flagitijs inuoluti. Qui funibus peccatorũ suorum constringuntur, cùm incessabili augmento suæ prauitatis intereũt. Qui enim funem facit, torquendo semper & inuoluendo fides fidibus auget. Talis est tortitudo operum malorum: tales libri hæreticorum, in quibus praua prauis nectentes, nõ aliud
B scribendo quàm quo se arctius obligent agunt. c ¶Ipse morietur &c.) Quia multa de adulteris vel de hæreticis disputauerat, more suo in clausula narrãdi qualis sit talium finis, ostẽdit: id est, quia ad mortẽ tẽdãt æternam, qui disciplinam detestati sunt vitæ. Multitudinem autem stultitiæ suæ dicit, cùm hæretici se sapientiores sanctis patribus autumant: vel cùm opera tenebrarum facientes iniqui, aut dominum hæc non videre, aut se facilè eius iram putant posse tolerare.

Peccator.

Impius.

Caput VI.

d FIli mi si spoponderis pro amico tuo: defixisti &c.) In promptu est literæ sensus: quia suadet ei qui spopõdit pro amico, vt ipsum amicum sollicitus admoneat, quatenus reddita pecunia quam debet creditori, & se & ipsum liberet. Allegoricè
Allegor. C autem in hac ϖεριοχῇ doctorẽ: porrò in seqneuti vacantem quemlibet, vt se gerere debeat instruit. Dicitur enim præceptori: si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneũ manum tuã: quod est apertè dicere: si animam fratris in periculo tuæ conuersationis acceperis, iam ligasti mentẽ apud curam sollicitudinis quæ antè deerat. e ¶Illaqueatus es verbis oris tui, &c.) Quia dum commissis tibi cogeris bona prædicando dicere: teipsum prius necesse est quæ dixeris custodire. f ¶Fac ergo quod dico fili mi, &c.) Non tantum tu ipse bene viuendo vigilare memento, sed & illum cui prę es à peccati torpore prædicando disiunge. g ¶Ne dederis somnũ oculis tuis &c.) Somnum oculis dat, qui subditorum curam omnino negligit. Dormitat autem, qui reprehensibilia eorum gesta cognoscit, sed hæc propter mentis tẽdiũ digna inuectione non corripit. h ¶Eruere quasi dammula de manu, &c.) Quãtum auis de laqueo, vel dammula de manu captantis, quærit euadere: tantum nitere, vt auditore tuo salubriter instituto, ipse à sponsione vitæ eius liber reddaris. Vel certè quia dammula mundum natura est animal, velox cursu, visu; acerrimum. Vnde & Græcè ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, id est, à videndo, dorcas nuncupatur. Auis autem volando alta petere consueuit. Cùm in docendis occuparis subditis, mundus à peccatis omnibus, & strennuus in operibus bonis, perspicax in deprehendendis malorum insidijs, & virtutum pennis fultus esse satage: quatenus expleto prę-

Dorcas.

dicandi negocio, & ad superna transuolare, & cœlestis vitæ D pascua merearis intrare. i ¶Vade ad formicam ô piger &c.) Hinc vacantem hortatur quenq;, vt si ad alios erudiendos non sufficit, saltem suimet curam agere non negligat. Et si sapientiam docendi nequit ab homine discere: vel operandi sapiẽtiam discat à formica. Formica dicitur strennuus quisque & prouidus operarius, qui i præsenti vita velut in æstate, fructus iustitiæ quos in æternum recipiat sibi recondit.

k ¶Quæ cùm non habeat ducem &c.) Si tantillum animal, principe carens, & rationis expers, natura duce sibi prouidet in posterum: multo magis tu ad imaginem dei conditus, ad videndam eius gloriam vocatus, doctorum magisterio adiutus, ipsum conditorem habens ducem, debes in præsenti bonorum operum fructus congregare, quibus in æternũ viuas in futuro. Hæc Aestas.
etenim vita in eo messi compa- E
ratur & æstati: quòd nunc inter ardores tentationum tempus est colligendi futurorũ merita præmiorũ. At dies iudicij hyemis si- Hyemis.
milatur rigoribus, quia tunc nimirũ nulla relinquitur facultas pro vita laborandi, sed tantũ cogitur quisq; de horreo priscę actiõis, quod recõdidit, proferre. Vnde & domin⁹ præcipit dicẽs: Orate autem vt nõ fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. Hye- Mat. 24.b
me enim facultas, sabbato licentia, iuxta legem, deest fructus vitæ colligendi, ac penuriam fugiendi perpetuam. l ¶Vsq; quo piger dormis &c.) Vsq; quo, inquit, dormis in vitijs: quãdo potes resurgere ad bene operandũ, q noxio torpore depressus semper dicis, paululũ adhuc iacebo, & sic postea pœnitendo resurgã. Fit nanque vt te semper differẽ-
te opus bonum, repentè iudex qui mala tua facta puniat ad- F
sit. Hoc est enim quod sequitur: m ¶Et veniet tibi quasi viator egestas, &c.) Egestas nanq; & pauperies pœna est vltima, in qua damnati nil diuitiarũ merentur, quæ quasi viator veniet, quia improuisa & subitanea: quasi vir armatus, quia deuinci perpetuò non potest. Patet iuxta literam, quia pigritia nutrix est egestatis & penuriæ. n ¶Si verò impiger &c.) Fructus terreni quos metimus, non fonti compa rantur sed cisternæ, quia ad tempus pascunt colligentem, & in tempore deficiunt. At qui impiger fuerit pro cœlestibus laborare diuitijs: huius messis & fons aduenjet, quia mercedem laborum indeficientem percipiet. o ¶Et egestas lon
gè fugiet à te.) Quia satiabor, inquit, Psalmista dum manife Psal. 16.d
stabitur gloria tua. p ¶Homo apostata &c.) Dixerat de hæresibus & alijs vitiorum generibus, instituerat præceptorem, excitauerat pigrum, at nunc redarguit & schismaticũ. Vbi notandum, quia quem seminantem iurgia dicere voluit, prius apostatam nominauit: quia nisi more superbientis angeli à conspectu conditoris prius intus auersione mentis caderet, foras postmodum vsq; ad semináda iurgia non veniret. Qui rectè dicitur quòd annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Interior nanque est custodia quæ ordinata seruat exterius membra. Quia ergo statum mentis perdidit, foras in inconstantiam motionis fluit: atque exteriori mobilitate indicat, quòd nulla radice interius subsistat.

Sex

a Sex sunt quæ odit dominus,& septimum
b detestatur anima eius. Oculos sublimes,
linguam mendacem,manus effundentes
innoxium sanguinem, cor machinans
cogitationes pessimas, pedes veloces ad
currendum in malum,proferentem men
dacia, testem fallacem,& eũ qui seminat
c inter fratres discordias. Cõserua fili mi
præcepta patris tui,& ne dimittas legem
d matris tuæ. Liga ea ĩ corde tuo iugiter,
e & circunda gutturi tuo. Cùm ambulaue
ris gradientur tecum,cùm dormieris cu
stodiant te,& euigilans loquere cum eis.
Quia mandatum lucerna est, & lex lux,
& via vitę increpatio disciplinę,vt custo
diant te à muliere mala,& à blãda lingua
extraneæ. Non concupiscat pulchritudi-
f nẽ eius cor tuũ. Nẽ capiaris nutibus illi9.
g Prẽcium enim scorti vix vni9 panis est.
Mulier autẽ viri preciosam animam ca-
h pit. Nunqd absc̃odere potest homo ignẽ
in sinu suo,vt vestimẽta illius nõ ardeãt:
aut ambulare super prunas vt non plan-
tæ cõburant eius? Sic qui ingredit ad mu
lierem proximi sui,nõ erit mũd9 cùm te-
i tigerit eam. Non grandis est culpa cùm
quis furatus fuerit:furatur enim vt esu-
rientem impleat animam: deprehensus
quoque reddet septuplum, & omnẽ sub-
stantiã domus suæ tradet,& liberabit se.
Qui autẽ adulter est,propter cordis ino-
piam,perdet animam suam. Turpitudi-
nem & ignominiam cõgregat sibi,& op-
k probrium illius non delebitur. Quia scelus & furor viri non parcet in die vindi-
ctæ:nec acquiescet cuiusquam precibus:
nec suscipiet pro redemptione dona plu-
rima. Caput. VII.

1 Fili mi custodi sermones meos,& prę-
cepta mea reconde tibi. Fili honora
dominum & valebis:præter eum ve-
rò ne timueris alienum. Serua mandata
m mea,& viues. Et lẽgẽ meam quasi pupil-
n lam oculi tui. Liga eã in digitis tuis:scri-
o be illam in tabulis cordis tui Dic sapiẽ
tiæ,soror mea es:& prudẽtiam voca ami-
cam tuã,vt custodiat te à muliere extra-
nea,& ab aliena quæ verba sua dulcia fa
p cit. Dẽ fenestra enim domus meæ per cã
q cellos prospexi,& video paruulos. Cõsi-
dero vecordem iuuenẽ qui trãsit per pla-
r teas iuxta angulum. Et prope viã dom9
illius

a ¶Sex sunt quæ odit dominus, &c.) Eundem quem suprà plenius quàm sit deo odibilis discordiã seminãdo insinuat. Quòd autem animam habere deum dicit:humano more fa
Esaiæ.1.d. cit,vt eum plena intentione,& nõ leuiter tales odisse significet. Tale est in Esaia:Calendas vestras & solẽnitates vestras odiuit anima mea. b ¶Oculos sublimes, linguã mendacẽ, &c.) Enumerat sex capitalia crimina: quę tamen comparatione discordiam seminantis quasi minora deponit:quia nimirum mai9 est facinus illud quo vnitas & fraternitas,quæ per spiritus sancti gratiam est connexa, dissipatur. Potest enim quilibet oculos iactanter extollere,lingua mẽtiri, homicidio pollui, mala proximo machinari,alijs scelerib9 mẽbra subdere,falsum contra quẽpiam testimoniũ proferre:quod non idem esse putandũ est quod suprà linguam mẽdacem nominat. Potest enim mẽdacium, sed non contra proximum dici. Nã
H & beatus Augustinus octo esse
Mendacij genera. genera mendacij in libro quẽ de mendacio composuit docet. Potest,inquam,perditus quisq; huiusmodi mala,vel sibimetipsi vel alijs inferre, pace seruata ecclesiæ. At Donatus & Arius eorũq; sequaces,grauius est quod fecere:qui cõcordiam fraternæ vnitatis,discordias seminando,sciderunt. c ¶Conserua fili mi præcepta patris,&c.) Nunc sub adulteræ mulieris specie prohibet ab auditione hæreseos.

d ¶Liga ea in corde tuo iugiter &c.)Et in cogitatione præcepta dei fixa retine, & loquelam tuã horum vndiq; dulcedine,ne fortè lingua labaris,communito.

e ¶Cùm ambulaueris,gradiantur,&c.) Tãta sit tibi meditatio diuinæ legis,vt cùm vigilãs ali-
I quid operaris:hanc sedula mente recolas: cùm dormire velis, in huius memoria quiescas:cùm euigilaueris,hanc primò ad mentẽ reuoces. Sic etenim fiet vt nec vigilans offendas, nec à timore nocturno lædaris. Aliter: Cùm ambulaueris in profectu iustitiæ:gradiantur tecum mandata dei vt te instruant. Cùm dormieris in morte:custodiant animam tuam ne rapiat hostis. Cùm euigilaueris in resurrectione:loquere cum eis expectando præmia quę tibi, si ea seruaueris,promissa erant. f ¶Ne capiaris nutibus illi9.)Patet de adultera. Sed & hęretici si bene viuere,& aptè se agere videntur:vide ne seducaris eorum doctrinis. g ¶Precium enim scorti vix vnius &c.)Recordare quia breuis voluptas est fornicationis,& perpetua pœna fornicatoris. Sicut enim vnus panis diurnã solum effugat esuriẽ, & nihilominus postmodum esurit,qui comesto pane satur abscesserat:sic qui intrat ad scortum,ad horam quidem euaporat libidinem, sed post paululum ardentior redit. h ¶Nunqd potest absc̃odere homo ignem in sinu suo &c.) Soli ei conceditur hæreticorum libros legere,qui adeo solidatus est in fide catholica, vt verborum dulcedine, vel astutia nequeat ab ea segregari. i ¶Non grandis est culpa cùm quis furatus fuerit &c.)Furtum non ex sua æstimatione, sed ex comparatione peccati maioris,id est, adulterij, non grandis esse culpæ perhibetur: sicut Hierusalẽ grauius peccanti dicitur:Iustificata est Sodoma ex te: non quia Ezec. 16.f Sodoma nulla,vel pauca, sed qa Hierusalem plura peccauit.

k ¶ Quia scelus & furor viri, &c.) Et de domino intelligendum:quia qui nũc parcit reprobis,non parcet in die mortis:nec acquiescet precibus serò clamãtium ad se:nec dona quorum nõ est ibi tempus,vel facultas,suscipiet. Zelatur enim si quis sponsam suam, id est, ecclesiam siue animam quãq; fidelem, corrũpere præsumit. Cap. VII.

l ¶ Fili mi custodi sermões meos & præcepta mea &c.) Hæc πϱοχϑ eadem quæ superior sub meretricis persona plenius explicat. m ¶Et legẽ meam quasi pup.&c.)Tam solicitè serua quæ doceo, quasi nil rectè sine his aspicere valeas.

n ¶Liga enĩ in digitis tuis &c.) In digitis,in actibus dicit: in tabulis cordis, in latitudine cogitationis. Deniq; & alia translatio sic dicit: Describe eam in latitudine cordis tui. o ¶Dic sapientiæ,soror mea es &c.)Sapientiam ecclesiasticæ doctrinę, sororia tibi dilectione cõiunge, vt hæc te à pollutiõe seruet hæretica: quæ à castitate Ecclesiæ probatur extranea. p ¶De fenestra enim domus meæ &c.) Aptè autem Salomõ de fenestra domus suę se per cancellos prospexisse dicit,vt paruulorum gesta dijudicaret. Qui enim de fenestra per cancellos prospicit, ipse quidem ea quæ foris aguntur plenè cõsiderare sufficit, nec tamen ipsũm qui foris infrà degunt aspiciunt. Nanque hoc est quod Apostolus ait: Spiritualis 1.Cor.2.d enim iudicat omnia: ipse autem à nemine iudicat. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi,& video paruulos. Patet iuxta literam:quia sapientiũ aspectus magistrorũ,& infirmorum actus sedulò speculatur, & fortiũ. Aeterna dei sapientia de cœlo prospexit, & videt omnes filios hominum. q ¶Cõsidero vecordem iuuenem &c.) Iuuenem vocat adulterũ,non propter virtutem, sed propter instabilitatem. Qui transit in platea:quia deseruit angustam viam quę ducit ad vitã. Iuxta angulum,quia deflectit à rectitudine. r ¶Et prope viã domus illius graditur.)Quia à via veritatis declinauit,meritò viæ dom9 meretricis vel hæretici appropiat,quę rectè iuxta quod exposuimus,& in platea,& iuxta augulum posita est.

In obscuro

A a ¶In obscuro aduesperascente die,&c.) Quia iam talis per cæcitatem cordis ad tenebras festinat peccati & damnationis. b ¶Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio &c.) Patent hæc cũcta iuxta literam de meretricijs operibus. Verùm doctrina hæreticorum quemcunque incautũ reperit & vecordem, hunc decipere tentat: ipsa etenim ornatu apparet meretricio, quia immũda præfulget eloquentia. Præparata est ad capiendas animas: qa quoscũq; sibi sociare potest, spirituali morte perimit. c ¶Garrula & vaga, quietis impatiens.) Quietẽ ecclesiæ turbare desiderans. d ¶Nec valens in domo cõsistere pedibus suis.) Nulla est hæresis quæ primis sit contenta discipulis: hi sunt enim domus eius, sed semper nouos quos decipiat quærit. e ¶Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidiãs.) Foris, cùm paganos rapit: in plateis, cùm voluptuoB sos: iuxta angulos, cùm alios hæreticos. f ¶Apprehensũmque deosculatur iuuenem.) Verborũ fallentium blandimentis tentat instabilẽ. g ¶Et procaci vultu blanditur dicens &c.) Iuxta literam patet intellect⁹ quia meretrix conuiuium se permagnificũ præparasse fatetur: at hæretici in cunctis quæ agunt, victimam se salutis deo immolare, vel autumant, vel autumare gestiunt. Nam & dominus ad discipulos:
Ioan. 16.a Sed venit, inquit, hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequiũ præstare deo. h ¶In texui funibus lectũ meum, &c.) Solẽt lecti qui ex funib⁹, vel iuxta aliam translationẽ, institis intexuntur, molliores fieri quàm qui ex ligno, vel corio, vel qualibet alia materia substruũtur. In
C lecto ergo funib⁹ intexto, meretrix mollitiem quiescendi designat. In tapetibus verò pictis ex Aegypto, etiam oculorum tẽtat illecebras: quibus nefando aspectu irretitis, facilius ad seducẽda mẽtis arcana penetret. Quia verò nomine funium aliquando solẽt diuina præcepta figurari: quę à nostris nos voluptatibus coẽrcendo religãt: promittunt se hæretici contextu verborum cœlestium salubre suis auditoribus quasi stratum parare: in quo à vitiorum tumultibus libero corde quiescant, sed veraciter illis funibus peccatorum construunt locum perditionis, vbi perpetuò pedes manusq; alligati damnãtur. De quo domi-
Apoca.2.f nus in Apocalypsi: Et dedi, inquit, illi tempus vt pœnitentiã ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea in tribulationem maximam. In tapetibus verò pictis ex Aegypto, ornatus eloquentiæ, & dialecticæ artis versutia, quę ab ethnicis originẽ sumpsit, intelligitur: per quã mens hæretica sensum doctrinæ pestilentis quasi meretrix thorũ facinoris se texuisse gloriatur. i ¶Aspersi cubile meum mir.&c.) Promittunt se tales odorem cœlestiũ habere virtutũ: quibus sua suorumq; corda velut funibus cubilia venusta consecrent, sanctificent,
2 Cor.2.d perficiant, ac dicere posse cum Apostolo: Quia Christi bonus odor sumus deo. k ¶Veni inebriemur vberibus &c.) D Doctrinæ sanctæ poculis se inuicẽ satiandos iactãt hęretici, & virtutum gratia cõiungẽdos: donec eorũ gesta lux sequat ęterna. l ¶Nõ est enim vir in domo &c.) Nõ est, inquiũt, Christ⁹ corporaliter in ecclesia: surgẽs enim à mortuis ascẽdit in cœlũ, nobisq; ministerium gubernandæ ecclesię, suam videlicet domũ, reliquit. m ¶Saculũ pecu.&c.) Gloriam resurrectionis & immortalitatis de⁹ secũ detulit, quo illius patrię ciues lætificaret ac ditaret. n ¶In die plenæ lunæ reuersurus &c.) In tempore enim quo electorum suorũ ecclesia numerũ cõpleuerit, reuertetur ad iudicium.

a illius graditur. In obscũro aduesperascẽte die, in noctis tenebris & caligine. Et ecb cẽ mulier occurrit illi ornatu meretricio:
c præparata ad capiendas animas. Gârrula
d & vaga, quietis impatiens. Nẽc valens in
e domo consistere pedibus suis. Nũnc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insf dians. Apprẽhensumq; deosculatur iuuenem. Et procaci vultu blanditur dicens:
g victimas pro salute deuoui: hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sũ in occursum
h tuũ desiderans te videre, & reperi. Intexũi funibus lectum meum, strraui tapetib⁹ pi
i ctis ex Aegypto. Aspersi cubile meũ mir
k rha, aloë, cinnamomo. Vẽni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus,
l donec illucescat dies. Non est enim vir in
m domo sua: abijt via longissima. Sacculum
n pecuniæ tulit secũ. In diẽ plenæ lunæ reuersurus est in domum suam: irretiuit eũ multis sermonibus, & blãditijs labiorum
o protraxit illum. Statim eã sequitur quasi bos ductus ad victimã, & quasi agnus lasciuiens & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur ei⁹: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animę illi⁹ agitur. Nunc ergo fili audi me & attẽde verba oris mei, ne abstrahatur in vijs illius mens tua: neque decipiaris semitis eius.
Multos enim vulneratos deiecit. Et fortp tissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Vię in
q feri domus ei⁹, penetrãtes interiora mortis.

Cap. VIII.

r NVnquid non sapientia clamitat: & prudentia dat vocem suã? In summis excelsisq; verticibus super viã
f in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis: In ipsis foribus loquitur dicens: O
t viri ad vos clamito, & vox mea ad filios
u hominum. Intelligitẽ paruuli astutiã, &
x insipiẽtes animaduertite. Audite quoniã
y de rebus magnis locutura sum. Et aperiẽtur labia mea vt recta prædicent. Veritatem

o ¶Statim eã &c.) Id est, quasi stultus nescięs ipse ductus ad interitũ. p ¶Et fortissimi quiq; interf.&c.) Vt ipse Salomon sa- 3.Reg.11.a
pientissimus virorũ, vt Sampson ludi.14.
fortissimus, vt Dauid mãsuetis- & 16.
sim⁹ à muliebri decipula, vt Ori 2.Reg.11.a
genes ab hæretica, quẽ post apo- E
stolos ecclesiæ magistrum fuisse quãdiu rectè sapuit qui negauerit errat. q ¶Vię inferi dom⁹ &c.) Sed de ecclesia domin⁹ ait:
Quia portæ inferi non preualeMatt.16.c bunt aduersus eã. Interiora autẽ mortis, acerrima gehẽnę tormẽta, quasi arctiora & obscuriora dicit, quibus hæreticos & fornicarios constat esse mergẽdos, sicut de sanctis pro domino in hac vita patientibus aduersa dicitur: Quia misit eos custos i interiorẽ carcerem: atrociorẽ videlicet, & fœdiorem, & obscuriorem.

Cap. VIII.

r NVnquid nõ sa. &c.) Nũ- Ioan.18.d quid nõ dominus palàm locutus est mundo, & in occulto locutus est nihil? Quid ergo eius neglecto euangelio, ad hæresim potius vel lasciuiã quæ in angulo susurrãt audiendã, mi seri confluunt? s ¶In summis F excels.&c.) In monte discipulos simul & turbas docuit, sed & per vias sæpe his qui conueniebant prędicabat, & eos q cura indigebãt sanabat. In ipsa etiã porta ciuitatis Naim mortuũ resuscitãs: Luc.7.b exemplo miraculi verba quę edocuerat cõmendabat. Vt quid sequimini eos qui in abditis cõtra eum suas exerũt linguas? t ¶In ipsis foribus &c.) Ad viros clamat: id est, ad strennuos verbi auditores in vtroq; sexu. Nam qui fœminea, id est, fluxa mente sunt: sapiẽtię verba percipere nequeunt. u ¶Intelligite paruuli &c.) Manifestum est de domino, quia & cùm esset ipse in mundo, omni ætati, sexui, cõditioni locutus est verbum, imò etiã clamabat stans in tẽplo: Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Et nũc per Ioan.7.b doctores ecclesiæ: ipsi enim sunt fores ciuitatis eius: viris simul ac fœminis, sapientibus & insipientibus, grãdæuis prædicat & paruulis. At contrà doctrina fallax clam & priuatim, quos seducere valeat quęrit. x ¶Audite &c.) Magnis nempe: quia regnum cœlorum & promisit, & dedit: fidemq; sanctæ trinitatis docuit: atque alia innumera quæ prophetæ ei loquẽda relinquebant. y ¶Et aperientur labia &c.) Labia eius sunt duo testamenta concordia adinuicem veritatis

attestatione

G atteſtatione coniuncta,quæ ipſa in carne apparente,per ſancti ſpiritus donum ſunt ad prædicãdum ſalutem,vniuerſum aperta per orbem. a ¶Accipite diſciplinam meam &c.) Matt.6.c Nõ poteſtis deo ſeruire & mammonæ. b ¶Ego ſapientia Matt.18.c habito in conſilio,&c.) Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo: ibi ſum ego in medio eorum. c ¶Arrogantiam & ſuperbiã &c.) Arrogantiam & ſuperbiã in eis qui ſe cæteris meliores eſtimãt. Viã prauam in eis qui apertè mala faciunt. Os bilingue in illis qui in bonis quæ loquuntur,ſtabile quippiam non habẽt, ſed iuxta auditorum libitum ſua verba cõmutant. d ¶Meum eſt cõſilium & æquitas &c.) Non ſe extollat humana præſumptio:plenitudinem virtutum ſola dei ſapientia poſſidet: ab hac humana infirmitas quicquid virtutis habet accipit. e ¶Per me reges regnant &c.) Reges dicit apoſtolos, ſiue alios ſanctos: qui & ſeipſos primùm,& deinde eccleſiã ſibi ſubditam bene regere ſciũt. Legum cõditores, autores vtriuſq; teſtamenti, & ſequẽtes eccleſiæ ſcriptores. Principes & potẽtes, cæteros fideliũ præceptores ac rectores appellat: qui vtiq; omnes non niſi per ſapientiam vt eſſent Ioan.15.a aliquid habent. Ait enim: Quia ſine me nihil poteſtis facere.

f ¶Ego diligentes me diligo. Ibidẽ.18.e &c.)Tale eſt & in euãgelio:Qui autem diligit me,diligetur à patre meo,& ego diligam eũ:& manifeſtabo ei meipſum. Mane qppe vigilãt ad ſapientiã, qui ſemper innouato mentis ſtudio ad Chriſti viſionem pertingere ſatagũt. g ¶Mecum ſunt diuitiæ & gloria,opes &c.)Opes ſuperbas,opes excelſas dicit, vt cœleſtia dona ſignificet. Græcè enĩ ſuperbę ὑπερφάνεια, id eſt,ſuperapparens dicitur. Et ideo re-
I ctè ſapientia opes hyperiphanos ſecũ eſſe dicit:quia quicquid donorum cœlitus fidelibus datur, cunctis mundi opibus excellentius eſſe probatur, quod etiã addendo iuſtitiam manifeſtius inculcat,nam terrenas opes, & gloriam ſæpius habent iniuſti. Nos 2.Pet.3.c autem in reſurrectione,ſicut Petrus ait:nouos cœlos & nouã terram, & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat.

h ¶Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum &c.) Vox Chriſti,qui vera eſt dei patris ſapientia,quæ ante omnem mundi creaturam ineffabiliter ex patre genita,quia ipſe cunctã cœli terræq; materiã potentialiter creauit atque mirabiliter diſpoſuit. Viæ domini ſũt opera eius:quorum cõſideratione ad fidem vel agnitionem peruenit genus humanũ. Inuiſibilia enim ipſius à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Viæ eius ſunt ipſæ illuminationes per quas ſe & angelicis ſpiritibus & mentibus K oſtendit humanis:in quarum initio viarum ſapientiam poſſedit:quia in primordio creaturæ naſcentis, filium qui cum eo cuncta diſponeret habuit. Sed ne putaret aliquis harum initio viarum vel aliquãdo ante tempora filium eſſe cœpiſſe,vigilanter adiũxit: i ¶Antequam quicquã faceret à principio &c.)Cui ſimile eſt in euange lio,In principio erat verbum, & Ioan.1. verbum erat apud deum, & deus erat verbum: Omnia per ipſum facta ſunt. Pereant ergo qui negant dei virtutem & dei ſapientiam, videlicet Chriſtum ab initio, imò & ante omne quod dici vel cogitari poteſt initiũ ab ipſo patre fuiſſe progenitũ. Alia trãſlatio hunc locũ ita concipit,Dominus creauit me,principiũ viarum ſuarum in opera ſua,Quod de incarnatione dominica dictũ patres intelligunt dicentes, quia certi gratia myſterij dixerit: Dominus creauit me, & non pater creauit me. Et caro,inquiũt, do- L minum agnoſcit,gloria,patrẽ ſignat:creatura, dominum cõfitetur:charitas,patrem nouit. Principium vel in principio viarum ſuarum, & ipſe ait: Ego ſum via, Ioan.14.a quia ſurgens à mortuis iter fecit eccleſiæ ſuæ ad regnũ dei, ad vitam æternam. In opera ſua,quia ad redimenda opa patris ex virgine creatus eſt,ſuſcipiens carnẽ vt opa patris à corruptibili ſeruitio liberaret: caro enim Chriſti propter opera:diuinitas ante opera. k ¶Et delectabar per ſingulos dies &c.)Ludentem dicit gaudentem. Erat ergo ludens coram patre per ſingulos dies, quia vt propheta ait, A prĩcipio Mich.5. ex diebus æternitatis gaudebat vnum eſſe cum patre. Erat omni tempore ludens in orbe terrarũ, quia & cum tẽpora orbis ac creaturæ eſſe cœpiſſent, ipſe quod erat in patre filius manebat. Hæc M ideo, ne quis eum cum creaturis & temporibus cœpiſſe perhiberet. Et delitiæ eius ſunt eſſe cum filijs hominũ, quia deſiderat in noſtro amore quieſcere, nóſque bonorum gratia meritorum ad ſe vidẽdũ perducere. l ¶Beatus homo qui audit me,&c.)Fores ſuas & poſtes oſtij ſui, ſcripturas ſanctas & eorum doctores nuncupat,ſine quibus ad vitã quam pollicetur nõ valemus ingredi.

Cap. IX.

m ¶Apientia ædificauit ſibi domũ.)Quia de æternitate diuinitatis Chriſti ſufficienter dixerat, addidit & de aſſumpta humanitate dicere. Sapientia ędificauit ſibi domum, quia hominem filius dei quem in vnitatem ſuæ perſonæ ſuſciperet, ipſe creauit. n ¶Excidit columnas ſeptem &c.)Eccleſias per orbem ſeptiformi gratia ſpiritus erexit, quę domum dei,id eſt,myſterium incarnationis eius,ne

tẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea deteſtabuntur impium. Iuſti ſunt omnes ſermones mei: nõ eſt in eis prauum quid, neque peruerſum. Recti ſunt intelligenti bus,& æqui inuenientibus ſcientiã. Accipitè diſciplinam meam,& non pecuniam: a doctrinã magis q̃ aurum eligite. Melior eſt enim ſapientia cunctis opibus preciosiſſimis,& omne deſiderabile ei nõ poteſt b comparari. Egõ ſapientia habito in conſilio:& eruditis interſum cogitationib9. Timor domini odit malum. Arrõgãtiam & ſuperbiam & viam prauam,& os bilingue d deteſtor. Meum eſt conſilium & æquitas: mea eſt prudentia:mea eſt fortitudo. Per e mẽ reges regnant, & cõditores legum iuſta decernunt. Per me principes imperãt: & potentes decernunt iuſtitiam. Ego diligẽtes me diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenięt me. Mecũm ſunt diuitiæ & gloria: opes ſuperbæ & iuſtitia. Melior eſt fructꝰ meꝰ auro & lapide precioſo:& genimina mea argento electo. In vijs iuſtitiæ ambulo,in medio ſemitarum iudicij,vt ditem diligentes me: theſauros h eorũ repleã. Dõminus poſſedit me in ini- i tio viarũ ſuarum:antequam quicquam faceret à principio. Ab ęterno ordinata ſũ, & ex antiquis antequã terra fieret. Nondum erant abyſſi,& ego iam cõcepta erã: necdum fontes aquarum eruperant: necdũ montes graui mole cõſtiterant. Ante colles ego parturiebar: adhuc terrã nõ fecerat & flumina & cardines orbis terræ. Quando prępărabat cœlos aderã:quãdo certa lege & gyro vallabat abyſſos. Quãdo æthera firmabat ſurſum,& librabat fõtes aquarum. Quando circundabat mari terminum ſuum:& legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos. Quando appendebat fundamenta terræ,cum eo erã cuncta componẽs. Et delectabar per ſingulos k dies,ludens coram eo omni tẽpore:ludens in orbe terrarum:& deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Nũc ergo filij audite me: Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinã & eſtote ſapiẽtes,& nolite abij- l cere eã. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit,inueniet vitam & hauriet ſalutẽ à domino. Qui autẽ in me peccauerit, lædet animã ſuã:omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

Sapiẽtiã m ędificauit ſibi domũ. Excidit n columnas

A eius:ne perfidorũ improbitate memoria tolleretur,credendo,colẽdo & prędicãdo quaſi ſuſtẽtãdo cõtinerẽt. Vel certe ſapiẽtiæ domus,eccleſia Chriſti eſt, ex lapidib⁹ viuis:hoc eſt,ſanctis in tabernaculũ ſibi cõſtructa. Colũnæ autem doctores ſanctæ eccleſiæ,ſeptiformi ſpiritu pleni:quales fuere

Gala.2.b. Iacobus,Cephas,& Ioannes:quas nimirũ colũnas ſapiẽtia excidit: quia ab amore præſentis ſeculi diſiunctas,ad portãdam eiuſdem eccleſiæ fabricam mentes prædicãtium erexit. a ¶Immolauit victimas ſuas.) Suis paſſionibus eccleſiã cõſecrauit:vel vitã prædicãtium mactari in perſecutione permiſit:quibus videlicet victimis cõtrarię ſuntvictimę meretricis : ad quas ſtultos inuitat,

Suprà.7.c vt ſuprà lectũ eſt,dicens : Victimas pro ſalute deuoui,hodie reddidi vota mea. b ¶Miſcuit vinum & propoſuit &c.) Diuinitatis ſuæ arcana capere non valentibus,aſſumptæ humanitatis ſacramenta patefecit,& ſcripturæ

B ſacræ pabulum nobis aperiendo præparauit. c ¶Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem &c.) Prædicatores infirmos ac deſpicabiles elegit, qui fideles populos ad ſupna patriæ cœleſtis ædificia colligerẽt. d ¶Si quis eſt paruulus,veniat ad me &c.)Paruulos dicit humiles : inſipientes verò eos qui de mundanæ ſapiẽtiæ faſtu nil habẽt. Tales autẽ vocat,vt eos ſua doctrina ſapientes reddat & altos. e ¶Venite comedite panẽ meũ &c.) In pane, diuina eloquia:in vino mixto,cõiuncta in vnã Chriſti perſonam deitatis & humanitatis ei⁹ natura exprimitur,vt ſupràdictũ eſt. Vel certè in pane,corporis ipſi⁹: ī vino mixto, ſanguinis ſacroſancti myſteriũ quo in altari,menſa videlicet ei⁹, ſatiamur,oſtendit.

f ¶Relinquite infantiam &c.) Poſt ablatas epulas, addit & vitæ monita, vt quos præceptis ſuæ incarnationis myſte

C rijs refecit:doctrinæ pariter inſtruat verbis. g ¶Qui erudit deriſorem &c.) Quaſi interrogares,cur ſapiẽtia paruulos præ cæteris, & inſipiẽtes ad ſuas inuitaret epulas. Ideo, inquit,feci:quia fruſtra laborat qui verbũ ſapiẽtiæ inculcare nititur ei qui audire cõtẽnit:ſapiẽtiorẽ ſe doctore & maiorem exiſtere credẽs. h ¶Noli arguere deriſorem &c.) Deriſor eſt Iudæ⁹,ſiue hæreticus, ſeu omnis hypocrita:qui ob hoc quod iuſtum ſe eſſe æſtimat,verba correptionis nequicquam recipit. Non eſt timendũ ne tibi deriſor,cùm arguitur,cõtumelias inferat:ſed hoc potius prouidẽdũ,ne tractus ad odiũ peior fiat . Ideóq; tibi aliquoties ab ei⁹ correptione,non tuæ timiditatis, ſed dilectionis ei⁹ gratia ceſſandum. i ¶Argue ſapiẽtem &c.)Sapiẽtem in profectu poſitum,id eſt,amatorẽ ſapiẽtiæ dicit,quẽ ſuprà pro humilitate paruulum nũcupauit:nam pfectus ſapiẽs,non habet opus argui. k ¶Mulier ſtulta & clamoſa &c.)Mulier hęc hęreſis eſt,contraria nimirum ſapientiæ,quæ ſua ſuperi⁹ ſacramẽta cecinit:ſtulta ſcilicet per fatuũ intellectũ : & clamoſa per garrulitatẽ:plenáq; illecebris vitiorũ : & nihil omnino

Gala.6.a. ſciens , ſicut ait Apoſtolus , Qui ſe exiſtimat ſcire aliquid, cùm nihil ſcit, ipſe ſeducit ſe . Sedit autẽ & ipſa in foribus domus ſuæ, id eſt,in doctoribus falſitatis, qui in penetralia perfidiæ miſeros fallẽdo introducũt . Super ſellã autẽ,quia cathedrã ſibi prædicationis vſurpat . Hæc eſt cathedra peſtilentiæ, in qua beatus vir ſedere detrectat. l ¶In excelſo vrbis loco.) Dicit de ſapiẽtia, quia in ſummis excelſiſq; verticib⁹ dat vocem ſuã,ſed illa in ſublimitate virtutũ, hæc in ſupercilio elationis attollitur. m ¶Vt vocaret tranſeũtes per viã &c.) Vocat hæreſis ad perfidiã ſæpe catholicos, quos iter rectũ agere, & viã ſectari huius ttãſire citi⁹ velle, atq; ad æternã patriã feſtinare cõſpicit.

Pſal.1.a. D

n ¶Quis eſt paruulus &c.)Sapiẽtia paruulos atq; inſipiẽtes ad ſuũ cõuiuium penè eiſdẽ verbis videt inuitare . Sed diſtat, quòd illa ſimpliciter ad ſe venire, hæc autem quosvocat ad ſe declinare ſuadet: quia illa nimirũ ad rectũ actionis iter quos errãtes cernit, accerſit:hæc rectè gradientes,ab itinere ſuo deuiare,& ad ſe diuertere docet. o ¶Aquæ furtiuæ dulciores ſunt &c.)Aquæ furtiuæ,& panis abſcõditus, doctrina hæreticorũ, quæ ſtultis ac perditis ſuauior videt. Sapiẽtia palàm mẽſam propoſuit,& miſcuit vinum ſuum. At ſtulta mulier,nil E meracũ habẽs,ad aquas furtiuas, & abſcõditum panẽ quoſcũq; valet,aggregat:quia catholica eccleſia palàm mũdo diuinorum eloquiorũ cõuiuia pãdit,diuinitatis & humanitatis Chriſti myſteria celebrãda præcipit. Vel certè in vino mixto, hiſtoricã ſimul & allegoricã auditorib⁹ ſuis ſcientiã propinat,vt pro ſuo quẽq; captu vitæ poculis reficiat. At hereticorum doctrina,publicæ fidei & profeſſioni,ſua ſecretim decreta præponit, & cùm nil ſpirituale habeat,ſuauiorẽ ſe catholicis paſtorib⁹ ſciẽtiam iactat docere,vt ſcilicet libẽti⁹ audiãtur,& agantur quę palàm in eccleſia dici credíq; prohibẽtur,& dulci⁹ hauriatur inſipiẽtia quæ putatur ſcientia,cui⁹ prohibita fuerat audien-

tia. Poteſt in aquis furtiuis,baptiſma hæreticorum:in pane abſcõdito,eorũdem ſacrificiũ deſignari. At iuxta literã,Mulier adultera,in aquis furtiuis;& pane abſcõdito, prohibita F & illicita cõnubia dulciora aſſeuerat. p ¶Et ignorauit quòd gigãtes ibi ſint &c.) Neſcit adultera, neſcit hæreticus, quia immundi ſpiritus ſuas domos habitant,& qui in profundis inferni pœnas luunt ęternas,ipſi actibus luxurioſorum,ipſi hæreticorũ dogmatibus,quaſi conuiuijs delectãtur opimis. At cùm rite in eccleſia,Chriſti ſacramẽta celebrãtur,Chriſti verbum auditur & conſeruatur,qui eſt ſapientia dei,cõſtat quòd angelicę virtutes ibi ſint,& in excelſis cœlorũ,cõuiuæ fidelium. Panem enim cœli dedit eis,panem angelorũ Pſal.77.c manducauit homo.

Commentariorum libri primi finis.

COMMENTARIORVM BEdæ presbyteri in Parabolas Salomonis Liber ſecundus.

Caput X.

q PArabolæ Salomonis,filij Dauid,regis Hieruſalem.) Nouum ponit titulum,quia nouum genus locutionis incipit, vt non ſicut prius de ſingulis bonorum malorúmve partib⁹ diutius diſputet, ſed alternis verſibus,actus vtrorumque deſcribat. r ¶Filius ſapiens lætificat patrem &c.)Qui acceptã fidei myſte-

Gria bene seruat, lætificat deum patrem: qui verò hæc actione mala, vel hæresi commaculat, matrem contristat ecclesiam a ¶Non proderunt thesauri impietatis: iustitia verò
Danie.6.c liberabit à morte.) Et à transitoria morte sæpius: vt Danie
&.3.c. lem & tres pueros: à perpetua semper iustitia liberat. At verò thesauri per impietatem congregati, & si aliquando à morte corporali videntur eripere, plus tamẽ mali pro impietate qua acquisiti sunt, quàm cõmodi in eo quòd pro vita sunt dati, conferunt. b ¶Non affliget dominꝰ fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.) Et si quando iustum impij fame affligunt, vel etiam necant, non lædet animam eius, quam dominus in vita futura suæ gloria visionis cõsolatur: qui & easdem impiorũ insidias, in ipsos, iustè iudicando, retorquet. c ¶Egestatẽ operata est manus remissa: manus autẽ fortium diuitias parat.) Qui negligenter viuit in hoc seculo, egebit
H bonis in futuro. At qui fortiter domino militat, diuitijs æternæ beatitudinis remunerabitur.
d ¶Qui congregat in messe, filius sapiens est &c.) Qui cõgregat Christo animas fidelium, fi-
Mat.9.d. lius sapiẽs est: & quidem messis hæc multa est, operarij autẽ pauci. Qui verò hoc tempore acceptabili à sua salute curanda torpescit, confundetur in die retributionis. e ¶Benedictio domini sup caput iusti &c.) Iustis dicetur in iudicio: Venite benedi-
Ibidem. 25.c. cti, percipite regnum. Os autem impiorum, quod comessationi & ebrietati, & colloquijs malis seruiebat, iniquitate quam gessit, cõdemnabitur. Deniq; os illiꝰ operuit iniquitas: qui in tormẽtis
Lucę.16.f positus, linguã sibi in qua ob plura scelera plus punitus est, refrigerari quæsiuit. f ¶Memoria iusti cum laudibus: & nomen im
I piorum putrescet.) Et in hac vita boni bonos, siue viuentes, siue defunctos, laudibus efferũt. Impiorum autem, & actus detestantur, & nomen: & in vita futura, iusti in dei laudibus viuunt: reproborũ autem honor, nomenq;
Esa.66.g. & laudes, putribus gehennæ suppliciis mutãtur: vbi vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur.
g ¶Qui ambulat simpliciter &c.) Qui simpliciter seviuere nouit, facilè cũcta spernit aduersa: quia se per hęc ad gau
Psal.26.a. dia venturum esse confidit, dicens cum propheta: Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropiãt super me nocentes, vt edant carnes meas. Qui tribulãt me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderunt. At qui prauis incedit
Mat.10.c. vijs, nolens licèt, patescit: ac digna factis recipit. Nihil enim occultum quod non reueletur. h ¶Qui annuit oculo, dabit dolorem.) Qui in nutibus oculorum irridet aliquem, non euadet sine dolore tormenti, aut pœnitudinis: de qua-
Psal.34.c libus dicit Psalmista: Qui oderũt me gratis: & annuunt oculis. Vel certè qui annuit oculo, dabit dolorem: quia filiꝰ stul
Suprà eodem. tus, mœstitia est matri suæ. i ¶Stultus labijs verberabitur.) Vel suis videlicet quibus damnari meruit: quia mors
Infrà.18.d & vita in manibus linguæ. Vel eorum à quibus (quia corrigi non potuit) sententiam damnationis accepit. Quomodo K
Psal.119.a. Psalmista, cùm ait: Domine libera animam meã à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Vtrũq; à domino querit: vt & ipse labia iniqua, ac linguam dolosam non habeat: & aliorũ iniquitate ac dolis minimè possit decipi. k ¶Vena vitę, os iusti.) Et dominus de doctoribus:
Ioan.14.f Qui credit, inqt, in me, sicut scriptura dicit, flumina de ventre eiꝰ fluẽt aquæ viuæ. l ¶Os autem impiorũ operit iniquitatẽ &c.) Impij sunt, qui vel sua vel proximorũ errata, ne ad sanitatẽ perueniant, defendendo contegunt: quod execrans propheta, dominum orat, vt nõ declinet cor suũ
Psal.140. a. in verbũ malum, ad excusandas excusatiões in peccatis. m ¶In labijs sapientis, inuenietur sapiẽtia: & virga in dorso eiꝰ &c.) Virga in dorso, est vindicta in posterioribus, id est in sequenti vita: quã bene plaga illa famosa qua
1.Reg.5.b Philistæi in natibus feriebantur, exprimit. Qui ergo nõ vult virgam in dorso portare, portet in labijs sapientiam, loquat laudes L
Christi, & præcepta prædicet. Verùm quia semper dominum laudare, nõ autem semper docere, nec omnia quæ nouit omnes docere sapiẽti cõuenit, rectè subditur: n ¶Sapiẽtes abscondũt
Eccl's.3.b. sciẽtiam.) Sciẽtes videlicet quia tempus tacendi, & tempus loquẽdi. Vnde propheta: Dũ consisteret, inqt, peccator aduersum me,
Psal.38.a. obmutui: & humiliatꝰ sum, & silui à bonis. Et Apostolus: Nihil
1.Cor.2.a me iudicaui scire inter vos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. o ¶Os autem stulti &c.) Quia vel inordinatè bona, vel apertè loquitur mala. p ¶Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius &c.) Diuites confidunt in diuitijs, quasi in vrbe munita. Pauperes ideo pauent ne deficiant, quia se norunt egenos. Spiritualiter, qui in deũ diues est per bo- M
na opera, confidit in illo quasi in vrbe inexpugnabili, quia à nullo possit hoste superari. At qui vir tutum inopia coãgustantur: ideo cœlestibus egent diuitijs, quia noxio pauore timẽt duros pro domino tolerare labores. q ¶Abscõdunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiẽs est.) Si ergo verax & sapiens esse desideras, odium neque in absconditio cordis contege, nec per oris contumeliam profer: sed tuum & cor dilectione, & os veritate repleatur. r ¶Argẽtum electum lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.) Sanctorum prædicatio, igne spiritus succincta, velut argentum examinata. Argentum quippe vel aurum, si reprobum est, igne cõsumitur: si verò probatum, igne declaratur: sic nimirum est sensus vniuscuiusq; operãtis. Nam qualis sit in eo quod laudatur, ostenditur: hoc est, sapientia huius mundi, seu hæreticorum dogma apud eos qui in verbo dei eruditi esse noscũtur, pro nihilo existimat. s ¶Quasi per risum stultꝰ &c.) Prudentia à prouidendo nomen accepit. Stultus igitur est qui gaudet in scelere. Sapientis autem est, & eius qui viri nomine dignus sit, præuidere quia risus dolore miscebitur: & Infrà.14.
gaudia peccãdi, pœna sequetur vltionis. t ¶Quod timet b.
impius,

pius,veniet ſuper eum:deſiderium ſuum
a iuſtis dabitur. Quaſi tempeſtas tranſiēs
non erit impius: iuſtus autem quaſi fun-
b damentum ſempiternum. Sicut acetum,
dētibus:& fumus, oculis:ſic piger his qui
c miſerunt eum in via. Timor domini ap-
ponet dies:& anni impiorum breuiabun
d tur. Expectatio iuſtorum,lætitia:ſpes au
e tem impiorum peribit. Fortitudo ſimpli
cis,via domini: & pauor his qui operan-
tur malum. Iuſtus in æternum non com-
mouebitur:impij autem non habitabunt
ſuper terram. Os iuſti parturiet ſapien-
tiam:lingua prauorum peribit. Labia iu
ſti conſiderant placita: & os impiorum
peruerſa. Caput.XI.

f STatera dolosa, abominatio eſt apud
deum: & pondus æquum, voluntas
g eius. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit &
h contumelia. Vbi autem humilitas,ibi &
ſapientia. Simplicitas iuſtorum diriget
eos: & ſupplantatio peruerſorum vaſta-
bit illos. Non proderunt diuitiæ in die vl
tionis: iuſtitia autem liberabit à morte.
Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius:& in
impietate ſua corruet impius. Iuſtitia re-
ctorum liberabit eos:& in inſidijs ſuis ca
i pientur iniqui. Mortuo homine impio,
k nulla erit vltrà ſpes. Et expectatio ſollici
l torum peribit. Iuſtus de anguſtia libera-
tus eſt: & tradetur impius pro eo. Simu-
m lator ore decipit amicum ſuum: iuſti au-
tem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſto-
rum exaltabitur ciuitas: & in perditione
impiorum erit laudatio. Benedictione iu
ſtorum exaltabitur ciuitas:& ore impio-
n rum ſubuertetur. Qui deſpicit amicum
ſuum, indigens corde eſt: vir autem pru-
o dens tacebit. Qui ambulat fraudulēter,
reuelat

A Impius,veniet ſuper eum: deſiderium ſuum iuſtis dabitur.) De illo impio dicit: qui ſciens peccat. Timet ergo impius Phili.1.c. videre diſtrictum iudicem. Deſiderant iuſti diſſolui,& eſſe cum Chriſto. Ille ne terrenis gaudijs priuetur,& ſempiterna vltione plectatur: iſti ne incolatus eorum prolongetur: ſed præmia pro quibus certauere,percipiāt:vtriſq; autem quod corde tenent,adueniet.

a ¶Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius &c.)De perſecu toribus eccleſiæ dicit, qui domū fidei ſubuertere quærunt:ſed illa in vero fundamēto, hoc eſt,in Chriſto collocata,ipſi extemplo diſpereunt. b ¶Sicut acetum dentibus &c.)Sicut acetum dentibus,& fumus contrarij eſt oculis: ita ſacerdos in eccleſia prauus per acredinem peccati, fidelium ſenſus obtundere facit:atq; erroris ignorantia,oculos cordis eorum,ab intuitu fidei,ſeu intellectu rectitudinis,dum caligāt,velut fumus excęcat. Sicut hæreti-
B corum perfidia, bonis doctoribꝰ moleſtiā generat & lachrymas: ſic malè viuēs catholicus, eis qui ſe fidem ſuam ex operibus oſtendere iuſſerunt, per inertiam grauis eſt. Oculi quippè & dentes, prædicatores ſunt ſanctæ eccleſię:qui ei & recta itinera præuidere: & alimenta ſpiritualia ſuggerere ſolent. Porrò acetū quod à vino degenerat:& fumꝰ qui ab igne aſcendens euaneſcit,eos qui ab eccleſiaſtica ſuauitate & charitate, per ſuperbiam vel ſocordiam recedentes:hanc etiam veris impugnant, figuratè denun-
1.Ioā.2.c. ciant: de quibus dicit Ioānes:Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. c ¶Timor domini apponet dies &c.) Qui deo fideliter ſeruiunt,æterna luce donabū tur:at qui impietate mancipantur, cum hac vita perdunt bona quæ amant. d ¶Expectatio
C iuſtorum lætitia &c.)Patet quia iuſti lætantur in expectatione vitæ ſequētis, quāuis contriſtētur
Pſal.31.b. afflictione preſſuræ præſentis. Vnde eſt illud: Tu es mihi refugium in preſſura quæ circundedit me, exultatio mea. At verò impij qui ſe putant in futuro requieturos,aut certè nullos poſt mortem futuros,falluntur. Neq; huic repugnat ſententiæ quod ſuprà dictū eſt:Quod timet impius, veniet ſuper eum. Sunt enim qui ſcientes futurorum bonorum malorūq; iudicium:nihilominus negligentia, vel deſperatione, vel etiam de induſtria peccant:talibus ergo interitus quem timent,eueniet. Sunt qui mala faciunt,& aut nūquam punię da æſtimant,aut vt bene geſta,ideoq; bona mercede remuneranda iudicant:de quibus rectè dicitur:Quia ſpes impiorū peribit. Nam & de his qui ſcientes delinquunt,ſubſequēter adiungit: e ¶Fortitudo ſimplicis,via domini &c.) Si, inquit, abdita ſcripturarum comprehendere non vales:non tamen de ſalute deſperes,ſed gradere viam domini,age bona quæ noſti,& inter fortes cōnumeraberis. Sed meritò paueāt illi,qui recta quæ nouerunt, facere contēnunt:quia certa reſtant quæ ſequantur mala. Caput.XI.

f STatera doloſa &c.) Statera doloſa,non tantum in mē ſuratione pecuniæ, ſed in iudiciaria diſcretione tenetur. Qui enim aliter cauſam pauperis, aliter potētis,

aliter ſodalis,aliter audit ignoti:ſtatera vtiq; librat iniqua. D Sed & is qui ſua bene geſta meliora q̄ proximorum,ſuaque errata iudicat leuiora,trutina ponderat doloſa. Necnon & ille qui onera importabilia imponit in humeros hominum: Lucę.11.f. ipſe autem vno digito ſuo non vult ea tangere. Ille etiā qui in publico bona, & mala agit in occulto,pro iniquitate libra doloſæ abominatur à domino. At qui ſynceriter agit in omnibus, qui cauſam & cauſam æqua lance diſcernit:is nimirum iuſti iudicis volūtati,& actioni cōgruit.

g ¶Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & cōtumelia.) Quia ſuperbi vel contumelioſè ſe gerunt per contemptum, ſiue per ignorantiam diſciplinæ,vel proximis cōtumelias ingerunt: vel certè quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur.

h ¶Vbi autem humilitas, ibi & ſapiētia.) Abſcōdiſti,inquit,hæc Lu.10.d. à ſapiētibus & prudētibus,& reuelaſti ea paruulis,id eſt humilibus. i ¶Mortuo homine impio, nulla erit &c.) Heu miſerè E hanc ſentētiam pertranſijt Origenes:qui poſt vniuerſale extremumq; iudicium,vitam credidit omnibus impijs & peccatoribus dandam. Notādum autem quòd & ſi impijs poſt mortem ſpes veniæ non eſt:ſunt tamen qui de leuioribus peccatis,cum quibꝰ obligati defuncti ſunt, poſt mortem poſſunt abſolui:vel pœnis videlicet caſtigati, vel ſuorum precibꝰ & eleemoſynis,miſſarumq; celebrationibus:ſed hæc quibuſcūq; fiunt,& ante iudiciū,& de leuioribus fiunt erratis. Qui verò ſe longo poſt iudicium tēpore libe randos putant, falluntur:& fortaſſe ad eos pertinet quod ſequitur: k ¶Et expectatio ſollicitorū peribit.)Item alia eſt ſollicitudo,qua boni ſemper ad implenda dei præcepta ſunt præcincti: alia qua reprobi cùm ſciēter peccāt,ſolliciti metuunt: quādo F æternam rapiantur ad pœnam. Ideoq; rectè expectatio eorū,qui deo ſollicita mēte ſeruiunt, coronabitur:eorū verò qui deū contēnētes, & ante iudicium propria cōſcientia ſe accuſante condēnātur. Expectatio ſollicitorū peribit. Hūc verſum lōgè aliter habet antiqua trāſlatio quæ ait:Defuncti hominis iuſti,non periet ſpes:gloria autem impiorum peribit.

l ¶Iuſtus de anguſtia liberatus eſt &c.) Martyr quiſq; de anguſtia paſſionis liberatus eſt poſt mortē:& tradet in pœnam pro eiꝰ cauſa pſecutor qui illū anguſtiauit. Iacobꝰ martyrio coronatus eſt, Petrus de carcere ſaluatus:& Herodes Act.12.a. qui eos perſecutus eſt,à vermibꝰ viſibiliter conſumptus,raptus eſt,vbi inuiſibiliter vermis eiꝰ non morietur:& ignis non extinguet. m ¶Simulator ore decipit amicū ſuū &c.) Hæreticꝰ ſimulās doctrinā catholicā, decipit auditorē ſuū: q aūt iuſtè veritatē ſequūtur euāgelij,liberabūtur ſciētia catholica,ne decipula rapiātur hęretica. n ¶Qui deſpicit amicū ſuū &c.) Non eſt deſpiciēdus vel deridēdus à nobis, qui nos ſimpliciter amare probat,etiā ſi ineptè quid per imperitiā faciat:qui eni hoc facit,indigēs eſt ſapiētiæ. At verò prudēs quiſq; de taliū cōmiſſis publicè tacet:ſed hæc occultè caſtigat. Quod idem in ſequentibus verſiculis arctius inculcat,dum dicitur: o ¶Qui ambulat fraudulēter &c.)

Lu.17.c. Et in euãgelio dominus dicit: Si peccaueritin te frater tuus, G vade & corripe eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorum vel trium testium, stet omne verbum, & cetera. Vnde & hic rectè subinfertur: a ¶Vbi non est gubernator, populus corruet &c.) Ne enim te putares amici commissa, si corrigere non potes, vltra cęlare debere: rectè dicit populum sine gubernatore corruere: saluari autem vbi multa sint consilia: vt ostendat quod solus emendare non vales, pluribꝰ esse reuelandum: vt vna anima, omnium corrigatur industria.

b ¶Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo.) In promptu est literæ sensus. Sed est à sorte sanctorum extraneus: qui peccata sua pœnitendo corrigere dissimulat: & quicunq; talibus, vel cõmunionis gratiam concedit, vel vitam promittit æternam: quia H pro extraneo fidẽ facit, seipsum profectò ante districti iudicis oculos, vltione dignũ reddit. Vel ille pro extraneo fidem facit, qui indignus ad sacerdotiũ anhelãs, in spõsionis suę fide animas proximorum susc̃ipit. c ¶Qui autem cauet laqueos, securus erit.) Securus erit in futuro, qui nunc bene formidolosus, & sua sedulus errata per pœnitentiam curat: & ab impœnitentium se societate seruat immunem.

d ¶Mulier gratiosa ĩueniet gloriam.) Mulier gratiosa, sancta ecclesia intelligitur: quæ in præsenti vita, gratia dei, hoc est, charismatum donis repleta est, & in futuro gloriam æternam adeptura est. e ¶Et robusti habebũt diuitias.) Robusti sunt omnes perfecti, qui in hac vita præsenti per donum spiritus sancti virtutum diuitias possident: & in futuro æterna beatitudine perfruentur. f ¶Manus in manu, non erit innocẽs malus.) Qui manum iungit in manu, nil vtiq; operatur: sed manus in manu, non erit innocẽs malus: quia & si ab iniI qua actione manus ad horam subtrahit, cordis tamen innocẽtiam, malus habere non valet. Vnde & prę̃mittitur: Abominabile domino cor prauum. g ¶Semen autem iustorum saluabitur.) Hoc est quod suprà dicitur: Seminãti autem iustitiam, merces fidelis. Vel certè, semen iustorum saluabitur: quia qui præcedentium iustorum exempla sectantur, horum quoque vestigia ad videnda salutis æternæ gaudia sequũtur. De quibus Esaias: Omnes qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit dominus. Esa. 61.d.

h ¶Circulus aureus in naribus suis, mulier &c.) Circulum aureum si in naribus suis infixeris, nihilominus ille terram vertere naso, & volutabro luti properat immergi: ita mulier fatua, si pulchritudinem vultus vel habitus acceperit, suam tamen faciem ad infima declinare: suam speciositatem ad euertendos vbique castitatis flosculos circũferre: & se cœno voluptatis inquinare diligit. Aliter: Qui ornamentum diuinorum eloquiorum meditando consequitur, sed hoc malè viuendo insequitur, circulum aureũ habet in naribus: sed more suis terram subigere non desistit: quia quod odore iustitiæ percepit, immunda actione sordidauit. Ideóque talis anima, mulier pulchra & fatua esse censetur: quia carnalibus dedita illecebris, pulchra est per scientiam: sed per actionem, fatua. Aliter: Qui doctrinam hæreticam nitore vidit eloquij resplendere, nec tamen sapientiæ apto intellectui cõ

reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat
a amissi commissum. Vbi nõn est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi
b multa consilia. Affligẽtur malo, qui fi-
c dem facit pro extraneo. Qũi autem ca-
d uet laqueos, securus erit. Mulier gratiosa
e inueniet gloriam. Et rõbusti habebũt diuitias. Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autem crudelis est, propinquos abijcit. Impius facit opus instabile: seminanti autẽ iustitiam, merces fidelis. Clementia prę̃parat vitam: & sectatio malorum, mortem. Abominabile domino cor prauum: & voluntas eius in his qui simpliciter ambulant. Manus in manu, non
f erit innocens malus: Semẽn autem iusto-
g rum saluabitur. Circulus aureus in nari-
h bus suis, mulier pulchra & fatua. Desidẽ-
i rium iustorum, omne bonum est: præstolatio impiorum, furor. Alij diuidũt pro-
k pria, & ditiores fiunt. Alij rapiunt non
l sua, & semper i egestate sunt. Animã quę
m benedicit, impinguabitur: & qui inebriat,
n ipse quoque inebriabitur. Qũi abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedi
o ctio autem super caput vendentium. Bẽne cõsurgit diluculò, qui quęrit bona: qui autem inuestigator malorũ est, ab eis op-
p primetur. Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem quasi virẽs foliũ germinabunt.

gruere, circulus aureus in naribus suis, id est, pulchra & cir K cunflexa locutio in sensibus mentis stultæ: cui ex eloquio aurum splẽdet, sed tamen ex terrenę intentionis pondere more suis ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens: Mulier pulchra & fatua, id est, doctrina hæretica. Pulchra per verbum, fatua per intellectum. i ¶Desiderium iustorum, omne bonum est: præstolatio impiorũ, furor.) Desiderium iustorum, regnum cœlorum: expectatio verò impiorũ, furor iudicij venturi. Semper iusti, iustitiam vbique regnare desiderant: at impij etiam cũm quiescere ab impietatis executione videntur, proposito tamen diræ mentis ad inferendam cuilibet vim furoris intendũt. Et hoc est quod suprà dicitur: Manus in manu non erit innocens malus. Item: Præstolatio impiorum, furor: Quia plerũq; ira per silentium clausa intra mentem vehemẽtius æstuat.

k ¶Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt.) Quia centuplũ ac- L cipiunt in hoc tempore, & in seculo vẽturo, vitam æternam. Electi qui proprias substãtias præsenti in vita, ob amorẽ regni cœlorum indigentibus per eleemosynas diuidunt, ditiores fiunt in cœlestibꝰ & spiritualibus donis, q̃ olim fuerãt in terrenis & carnalibꝰ possessionibus. l ¶Alij rapiũt non sua: & semper in egestate sunt.) Sẽper, inquit, in egestate: non solum in tormẽtis, vbi nec stillam aquæ, vnde ad modicum refrigerentur, accipiũt: sed & in præsenti, vbi quanuis innumera rapiat, semp auarus eget.

m ¶Anima quæ benedicit, impinguabitur &c.) Qui exterius benedicit prædicando, interius augmenti pinguedinem recipit: & dum sacro eloquio mentem auditorum deebriare non desinit, potu multiplicis muneris deebriatus excrescit. n ¶Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis &c.) Qui sanctæ prædicationis apud se verba retinet, talis maledicitur in populis: quia non solum culpa silentij, sed pro multorum quos corrigere potuit, pœna damnatur. Ipse M est seruus piger & malus, qui pro retentione talenti quod accepit, in exteriores tenebras missus est. Vendũt autem frumentum, qui verbum vitæ audientibus conferunt: à quibus precium fidei & confessionis recipiant, dicẽte domino: Ne- Lu.19.c. gociamini dum venio: quorũ capiti benedictio superuenit, dum singulis de tali negocio redeuntibus dominus dicit: Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, suprà multa te constituam: intra in gaudiũ domini tui. o ¶Bene consurgit diluculò qui quærit bona &c.) Bona quærere quæ facere debeas, quibus ad cœlestia bona peruenias: hoc est, bene diluculò consurgere: id est crescente luce scientiæ ad bonum opus accingi. Vel certè bene, id est, ad vitam consurget in tempore resurrectionis, qui nunc bona quærit in tempore operationis. Qui autem mala quę dicat, siue agat, modo solers inquirit: tũc eorum pondere ne ad altiora regni perueniat, retardatur. p ¶Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem quasi virẽs &c.) Qui præsentibus bonis inhians futura non cogitat, vtrisque in nouissimo carebit: qui autem spe futurorum præmiorum bona faciunt in præsenti, iustè quod sperant, accipiunt. Virens quippè in arbore folium, fructus quos nondum ostendere habet, signat affuturos: & iusti quasi virens foliũ germinãt: quia spe salui facti, in fidei ac virtutum gratia proficere non cessant.

Qui contur-

A a ¶Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos:& qui ſtultus eſt,ſeruiet ſapiẽti.)Stultus eſt peccator quilibet:qui dum vitam ſapientis, hoc eſt, iuſti inuidet, atque inuidendo perſequitur,ad probationem eius velut ignis auro deſeruit. Qui mentem ſuam tumultibus malignorum ſpirituum fluctib⁹ quibus obruatur, aperit. Et qui ſtultus eſt, ſapientem perſequit. Per hoc ei etiam dominando ſeruit:quia patientiam eius premẽdo probatiorem reddit:vt ſe videlicet dãnato, ille brauium pro quo certabat,accipiat. b ¶Fructus iuſti, lignum vitæ.) Merces iuſti, viſio eſt Chriſti:Ipſe nanq; eſt ſapientia, de qua dictũ eſt:Lignum vitæ eſt amplectẽtibus eã. Apoc.2.b. Et i Apocalypſi:Qui vicerit,inquit,dabo ei edere de ligno vitę, quod eſt in paradiſo dei mei. Et hunc fructum modo iuſti expectant,quandiu ſicut prędictũ eſt, B quaſi virens folium germinant.

c ¶Et q ſuſcipit animas,ſapiẽs eſt.) Qui animarum curam pro domino ſuſcipit: vt eas ſcilicet vel errãtes doceat,vel mœſtas cõſoletur, vel egẽtes temporalibus bonis ſuſtentet:vel renitentes ad remedia ſalutis pertrahat:vel paſtore deſtitutas gubernet:quo vnã ſecũ plures ad dominum perducat: qui, inquã,ita animas ſuſcipit,ſapiẽs eſt. Quia nimirum ſuæ animæ per hæc vnde ſublimius cum domino regnet,procurat. d ¶Si iuſtus in terra recipit:quãto magis impius & peccator?&c.) Si ſancti martyres tãta paſſi ſunt iuſti,quanta putas eos manere tormenta,qui illos affligebant iniuſti?Si Iob & Tobias,cæteríque dei electi tanta in hac vita receperunt aduerſa:quid contriſtaris,ſi te qui tam longè à iuſtorum veſtigijs iaces,tentãs ad modicum afflictio tangit? Et quidem te & ſi impium dicere aut credere non debes:peccatorẽ tamen te eſſe,id eſt,aliqua habere peccata parua ſiue magna,aperta ſiue occulta,inficiari non debes: imò confiteri debes, ne te ipſe ſeducas: & veritas in te C eſſe non poſſit. Si ergo iuſti in terra cœperunt,Abel martyrij,& Iob exempla patientiæ,quãto magis impij Antiochus, atque Herodes, & peccatores in euangelio paralytici: qui nõ niſi dimiſſis primò peccatis, curari à domino potuerũt? Notandum quòd hanc ſententiam Petrus in epiſtola, iuxta 1.Pe.4.d. antiquam tranſlationem poſuit,dicens: Et ſi iuſtus vix ſaluabitur,impius & peccator vbi parebunt? Caput.XII.

e QVi bonus eſt, hauriet à domino gratiam: qui autem confidit cogitationib⁹ ſuis,impiè agit &c.)Horũ verſiculorum cõnexio,talis eſt:Qui bonus eſt,non confidit cogitationibus ſuis,ſed domini gratiam quærit:ac per illam accipit,vt piè viuere poſſit. Qui autem cogitationib⁹ ſuis confidit,bonus eſſe nequit. Nam quia gratiam ſuperni adiutoris petere non curat,meritò in impia actione perdurat. f ¶Mulier diligens,corona eſt viro ſuo: & putredo in oſſibus eius &c.) Patet literæ ſenſus: Quia mulier bona & caſta,honorem viro ſuo præbet in omnibus eius virtutibus:ipſa domum bene regens, quaſi gratiam addit coronæ. At verò adultera:& ſi foris ſpecioſa paret,intus tamen fœtore luxuriæ ſuæ membra inquinat. Verùm ſpiritualiter, eccleſia coronam Chriſto non aliam quàm ſeipſam offert: Pſal.76.b Omnes enim qui in circuitu eius ſunt,offerũt munera:& fi- Eccli 50.b lius Sirach de magno ſacerdote:ipſe ſtans iuxta aram,& circa illum corona fratrum. At oſſa,id eſt,virtutes quas hæreticorum factio cernit habere,putredo praui dogmatis corrumpit. g ¶Cogitationes iuſtorum, iudicia: & conſilia impiorum fraudulenta.) Iuſti ſua facta,ſi domino placeant, ſedula meditatione dijudicãt: ne fortè ipſis minus ſolicitis, ſupernus arbiter contra eos inuiſibiliter aduerſa diſponat: iuxta illud Apoſtoli: Si noſmetipſos dijudicaremus, non vtique dijudicaremur. At reprobi diuini timoris obliti, de fraude quã faciunt,ſua conſilia cogunt. 1.Cor.11.g

h ¶Verte impios & non erunt: domus autem iuſtorum permanebit.) Verſi de hac vita impij, non erunt quod fuerãt:quia poſt mortem non qualia credebant, inueniunt: ſed ſpe ſua fruſtrati, pro præmijs tormenta recipiũt. Domus autem iuſtorum, id eſt, eccleſia: quæ partim peregrinatur in terris,partim regnat i cœlo,nunquam deficit:ſed quæcũq; mẽbra eius hinc illó peruenerint: ibidem gaudia quæ ſperabãt,in- E ueniunt. Aliter: Verte impios & Alia exnon erunt: Quòd multa impie- poſitio. tas in dijs gẽtilium, multa in ſectis hæreticorum, multa in præſtigijs magorum, multa in perſecutionib⁹ extitit paganorum:ſed his domino donante ſubuerſis, ablata eſt pariter & memoria impietatis eorum:etiam ipſi apices ſtulti, ipſa dogmata igne rapta: vt in Epheſo actũ tempore apoſtolorum legimus. Domus au- Act.19. tem iuſtorum permanebit: quia ſancta eccleſia nunquam vel abſcondi potuit vel auferri:nihil ex eius corrũpere ſcripturis:in nullo eius fidem violare tanta temporum longitudo præualuit. Poteſt & ita intelligi:,Verte impios & non erunt,conuerte eos ab impietate, & non erũt iam impij, ſed iuſti:pro quo alia tranſlatio dicit:Quocunq; ſe conuertit ſceleſtus, exterminabitur, cui contrà de ſanctis dicitur, Quoniam diligentibus deum, omnia cooperantur Roma. 3.c in bonum. i ¶Doctrina ſua noſcitur vir.) Viros vocare ſcriptura ſolet eos,qui virtutibus ſunt prædití diuinis. Vnde Apoſtolus,Vigilate,ſtate in fide,viriliter agite. Doctri- 1.Co.16.c. na ergo ſua quiſq; vir eſſe noſcit,quia ſi recta docet, & hæc F operibus implet, ſanctus eſſe colligitur. k ¶Qui autem vanus & excors eſt,patebit contemptui.) Quia ſcilicet ipſe virilis animi fortitudinem habere contẽpſit. l ¶Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi,quàm glorioſus & indigens pane.)Melior eſt idiota & ſimplex frater,qui bona quæ nouit operans,vitam meretur in cœlis,quàm qui clarus eruditione ſcripturarum,vel etiam doctoris functus officio, indiget pane dilectionis. De cuius dilectionis ea parte quæ ad proximum pertinet, ſubſequenter adiungit: m ¶Nouit iuſtus animas iumentorum ſuorum.) Id eſt,miſeretur & compatitur hebetudini ac fragilitati proximorum ſibi cõmiſſorum. n ¶Viſcera autem impiorum crudelia.) Qui non ſolum non compatiũtur ſubditis, ſed etiam iuxta hoc quod dominus ait,percutiunt pueros & ancillas,dicentes,Moram Lu.12.f. facit dominus meus venire. o ¶Qui operatur terram ſuam, ſaturabitur panibus: qui autem ſectatur ocium,ſtultiſſimus eſt &c.)Ille terram ſuam ſtrẽnuè operatur, qui arcana cordis ſui per quotidiana exercitia, per legis meditationem,per vigilantiam mentis, quaſi qui exercet agricultu ram, inſtanter erudit, atque ſpiritualibus cibis velut panibus,ne fame ignorantiæ periclitetur,interioris hominis ſui ſenſum reficere non deſiſtit. Qui exercet animam ſuam ſpiritualibus ſtudijs, & nunc virtutibus, & tunc dapibus ſatu-

a minabunt. Qui cõturbat domum ſuam, poſſidebit vẽtos:& qui ſtultus eſt, ſeruiet
b ſapienti. Fructus iuſti, lignum vitæ: Et
c d qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt. Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam:qui autem odit increpationes, inſipiens eſt. Caput.XII.

e QVi bonus eſt, hauriet à domino gratiam:qui autem confidit cogitationibus ſuis,impiè agit. Non robora
f bitur homo ex impietate:& radix iuſtorum non commouebitur. Mulier diligẽs, corona eſt viro ſuo:& putredo in oſſibus eius,quæ confuſione res dignas gerit. Co
g gitationes iuſtorum,iudicia:& cõſilia impiorum, fraudulenta. Verba impiorum inſidiantur ſanguini:os iuſtorum,liberah bit eos. Verte impios & non erunt: do-
i mus autem iuſtorum permanebit. Doctrina ſua noſcitur vir: Qui autem va-
k nus & excors eſt,patebit contẽptui. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi,quàm glo
l m rioſus & indigens pane. Nouit iuſtus ani
n mas iumẽtorum ſuorum: Viſcera autem
o impiorum crudelia. Qui operatur terrã ſuam,ſaturabitur panibus:qui autem ſectatur ocium, ſtultiſſimus eſt. Qui ſuauis eſt,viuit in moderationib⁹: & in ſuis monitionibus

G rabitur præmiorum. Qui autem pro salute animæ suæ nũc laborare detrectat, tunc inter stultos reprobabitur: tametsi nunc vel diuina, vel mundana sapientia gloriosus videtur.

a ¶ Desiderium impij, monumẽtum est pessimorum.) Desiderat impius præcedentes malos imitari: & de illorum vita atque actibus loqui. Vel certè desiderium eius eò tendit, quãuis ipso nesciente, vt cùm prioribus iniustis, æternæ mortis carcere claudatur. Verùm quia tales exitum quem minimè præuidẽt, incurrunt: dicit econtra de bonis:

b ¶ Radix autem iustorũ proficiet.) Quia nimirũ fides, & charitas electorũ, qua radicati sunt in Christo, nequaquam eos fallit: sed ad perfectiora semper crescens, plus quàm sperare nouit, in futuro capiet.

c ¶ De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis.) Fructus oris, est sermo bonus. Nam qui mala loquitur, nõ fructum ore generat, sed damnum. Omnis igitur qui bo-
H na loquitur, bonis donabitur æternis: si tamen his quæ loquitur actu non repugnat. Hoc etenim vigilanter adiungit, cùm dicit:

d ¶ Et iuxta opera manuũ suarum retribuetur ei.) Neq; enim aliter fructuosus fit suus sermo doctori, nisi ipse prior faciat bona quæ docet.

e ¶ Fatuus indicat statim iram suã &c.) Qui se in præsenti desiderat vlcisci, fatuus est: qui autem pro domino iniuriam contemnit, sapiens. Hunc versiculum alia translatio sic habet: Stultus eadẽ hora pronunciat iram suam: occultat autem ignominiam suam astutus. Non autem ignominiosam iracundiæ passionem ita à sapientibus occultãdam ésse decernit: vt eius velocitatẽ culpãs, non prohibeat tarditatem: quam vtique si per necessitatem humanæ infirmitatis irruerit, ideo censuit occ-
I cultãdam: vt dum ad præsens sapienter obtegitur, à sapientibus amoueatur, & in perpetuum deleatur. Hæc enim est natura iræ, vt dilata langueſcat & pereat: prolata verò magis magisq; ferueat.

f ¶ Est qui promittit &c.) Promittunt se nonnulli obedire veritati: sed vbi tentatio terrens, siue blandiens impedimentum præstiterit, deserũt quidem cœpta: sed tamen conscientia promissi, quasi gladio punguntur.

g ¶ Lingua autem sapientium est sanitas.) Quia & bona quæ promittunt, ipsi perficiendo ad vitam perueniunt: & alijs quæ sequantur, prædicãdo demonstrant.

h ¶ Labium veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est &c.) Labium veritatis, est prædicatio apostolorum atque prophetarum: quorum locutio dum à tramite veritatis non deuiat, in æternum firma persistit: quia dissolui minimè potest. Testis repentinus, doctor est hæreticorum: qui ab eorum dictis aberrans: dum ea quæ rectè non sentit, repentè pronunciare cupit: mendacium potius quàm veritatis locutionem cogitatione sua componit. Fides ecclesiastica semper manebit: qui autem repentè nouà dogmata infert, mendacij est minister.

i ¶ Homo versutus cęlat scientiam.) Versutus hoc loco in bono intelligitur: id est, sapiens & prudens, qui non-

a monitionibus relinquit contumeliã. Dẽsiderium impij, monumentum est pessi-
b morum: Radix autẽm iustorum proficiet. Propter peccata labiorũ ruina proximat malo: effugiet autem iustus de an-
c gustia. Dẽ fructu oris sui, vnusquisq; re-
d plebitur bonis. Et iuxtã opera manuum suarum retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit
e consilia. Fatuus indicat statim iram suã: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est. Qui quod nouit loquitur, iudex iu-
f stitiæ est: qui autem mentitur, testis est
g fraudulentus. Est qui prõmittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: Linguã au-
h tem sapiẽtium est sanitas. Labiũm veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebũtur malo. Abominatio est
i domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Homo versutus cę-
k lat scientiam: Et cor insipientium prouo-
l cat stultitiam. Manus fortium dominabitur: quę autem remissa est, tributis ser-
m uiet. Mœror in corde viri humiliabit il-
n lum: & sermone bono lætificabitur. Qui negligit damnum propter amicũ, iustus
o est: Iter autem impiorum decipiet eos.
p Non inueniet fraudulentus lucrũ: & substantia hominis erit auri precium. In se-
q mitã iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem. Caput XIII.

r Filius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cùm arguitur. De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autẽ impiorum iniqua. Qui custodit os suum, custodit animam suam: qui autem inconsideratus est ad lo-

quendum, K

nunquam de industria, suam cęlat scientiam: duplici nimirum ratione, vel nõ valens infirmis auditoribus loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: vel nolens dare sanctum Mat. 7. a.
canibus: neque ante porcos magaritas proijcere.

k ¶ Et cor insipientiũ prouocat stultitiam.) Quando vel ipsi plus Ro. 12. a.
appetẽtes sapere, quàm oportet sapere, eò vsque meditando prosiliũt: vt pro sapientia, stultitiam teneãt. Vel certè alios quæ necdum capere queunt, docere nítẽtes, ad maiorem eos stultitiam prouocant: & quasi saucijs oculis lumen ingerẽtes, solis modicum lucis, quod cernere videbãtur, auferunt.

l ¶ Manus fortium dominabitur &c.) Perfecti quippè non solum vitiorum bella superant, sed & electis fratribus maiori virtutũ gratia principãtur. Qui autẽ dissoluti animo peccatis implicari non metuunt, pessimo exactori diabolo tributa vitiorum quotidie soluunt: & si non dominium eius viuentes pœnitendo euaserint, post L
mortem traditi eidem in carcerem, ab eo pœnarum mittuntur ęternarum: iuxta quod dominus Mat. 5. d.
in euangelica parabola testatur. Neq; enim de talium correctione desperandum est, cùm protinus adiungatur:

m ¶ Mœror in corde viri humiliabit illum: & sermone bono lætificabitur.) Quia nimirũ necesse est vt prius peccatorem mœror pœnitentiæ salubriter humiliet: & ita postmodum per iudicium sacerdotis, sermo datę reconciliationis lętificet.

n ¶ Qui negligit dãnum propter amicũ, iustus est.) Si hoc de generali pecuniæ largitione, & puro homine amico, rectè dicitur: quanto magis iustitię corona dignus est, qui propter
eum qui dixit: Dico vobis amicis Lu. 12. a.
meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus: vel vendens quæ
possidet, pauperibus tribuit: vel M
rapinam bonorum suorum cum gaudio susçipit: vel certè ipsam in passione carnem mortificandam, siue occidendam tradit?

o ¶ Iter autem impiorum &c.) Cùm vel sua retinere, vel aliena rapere gaudent. Vnde rectè subiungitur:

p ¶ Non inueniet fraudulentus lucrũ &c.) Fraude nanq; acquisita pecunia, plus in anima damni, quàm lucri addit in arca: & qui propriam pro domino substantiã nouit dispẽsare, remunerãte ipso, pro terrenis cœlestia dona recipiet. Aliter: Non inueniet fraudulẽtus lucrũ: & substãtia hominis erit auri precium: qui fraudulenta mente simulat se esse bonũ: nequiter viuens in occulto, non inueniet bona vitæ sequẽtis. Qui autem substãtiam virtutum spiritualiũ veraciter acquirit, mercabitur ex ea claritatem regni perennis: qđ verbis sequẽtib⁹ apertius dicit.

q ¶ In semita iustitię vita &c.) In semita enim iustitiæ, substãtiã acquirit virtutũ: quib⁹ æternę vitæ claritas auro preciosior emitur. Iter autẽ prauum quo fraudulẽtus incedit, perdito lucro temporali quod appetit: ad mortem quã præuidere no-

r luit, tendit sempiternam. Caput. XIII.

Filius sapiens, doctrina patris &c.) Tantum inter sapiẽtem distat & stultum: vt hic aliquando profectu eruditionis

A tionis ad eum qui se docuerat,docendum peruenit:ille nec cũm arguitur, nouerit audire. a ¶Vult & non vult piger &c.) Rectè pigri vocabulo denotatur, qui vult regnare cum domino,& non pati pro eo:delectant præmia,cùm pol licentur:deterrẽt certamina, cùm iubentur:de quo Iacobus

Iaco.1.b. ait: Vir duplex animo, inconstãs est in omnibus vijs suis. Et filius

Eccli.2.c. Sirach:Vę peccatori terram ingredienti duabus vijs:qui autem iussa operantur domini:ideo faciunt quia anima illorum perfecta supernorum dulcedine reficitur:iuxta eũ qui dominum ob-

Psal.26.b. secrat,dicens:Sicut adipe pingue dinis repleatur anima mea. Vel certè anima operantium impinguabitur: quia qui pijs pro domino laboribus insudant, cœlesti & immarcessibili post labores corona donabuntur. b ¶Est quasi dies cùm nihil habeat: & est &c.)Dies sibi videbatur ille

Lu.16.d. qui induebatur purpura & byssо:& epulabatur quotidie splen-

B didè. Sed quia deum non habuit, cõperit in fine nihil fuisse quod habuit. Vnde dictum est de tali-

Psal.75.a bus: Dormierunt somnum suũ: & nihil inuenerũt omnes viri di uitiarum in manibus suis. Pau-

Lucę.16.e per econtra videbatur Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius,vlceribus plenus: sed in multis erat diuitijs:quia virtutem habuit humilitatis: quia conditorem omnium diuitiarum, videlicet deũ, corde gestabat.Quid autem veræ diuitię valeãt:quid vera paupertas agat,subdẽdo manifestat. c ¶Redẽptio animę viri,diuitię suæ:qui autẽ &c.) Qui ergo animam suam vult redimi à futura ira, congreget diuitias operũ bonorum:Qui enim eget huiusmodi diuitijs, increpationem districti iudicis sustinere non valet:de qua Psalmista postulat, dicens:

Psal.6.a. Domine ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me. Alioquin pauperes non ibi increC pãtur à domino,sed benedictionẽ æternæ hæreditatis percipiunt. d ¶Lux iustorum lætificat:lucerna autem impiorum extinguetur.) Lux iustorum quæ perpetuò lætificat, spes est futurorum. Lucerna impiorum quæ repentè extinguitur,felicitas est seculi labentis. e ¶Inter superbos semper iurgia sunt:qui autem agunt &c.)Iurgãtur inter se semper hæretici:iurgãtur & cæteri reprobi:quia videlicet non norunt vnitatem fidei & veritatis. Fideles autem qui consilio diuinorum eloquiorum frui non cessant, reguntur moderatione sapientiæ,quæ eos iurgari non finit. f ¶Substã

1.Tim.6.b tia festinata minuetur: quæ autem paulatim &c.)Qui volunt diuites fieri,incidunt in tentationem:neque ipsas diuitias,quas vel acquirunt,vel cupiũt,perpetuò possident. Qui autem pro accipienda substantia præmiorum cœlestium,iustis insistit laboribus,multiplicia supernæ beatitudinis munera percipiet:de quo aptè subditur: g ¶Spes quæ differtur,affligit animam:lignum vitæ &c.)Quia nimirum quãdiu differtur spes æternorum,affligitur anima fidelium:vel pro dilatione videlicet bonorum, quæ amat:vel pro illatione malorum,quæ tolerat. At vbi venerit quod desiderat,facilè obliuiscitur quod sustinuerat: quia in æternum viuere incipit cum suo redemptore:quem tota intentione quære-

a quendum,sentiet mala. Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur. Verbum mendax iustus detestabitur:impius autem confundit & confundetur. Iustitia custodit innocẽtis viã: impietas autem peccatorem supplantat.

b Est quasi dies cùm nihil habeat: & est quasi pauper,cùm in multis diuitijs sit.

c Redemptio animæ viri diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non su-

d stinet. Lux iustorum lętificat:lucerna au-

e tem impiorum extinguetur. Inter superbos semper iurgia sunt:qui autem agunt cuncta consilio,reguntur sapientia. Sub-

f stantia festinata minuetur:quæ autẽ paulatim colligitur, manu multiplicabitur.

g Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitę,desiderium veniens. Qui de-

h trahit alicui rei, ipse se in futurum obligat. Qui autem timet præceptum,in pa-

i ce versabitur. Animę doloseę errãt in peccatis,iusti autem misericordes sunt & miserantur. Lex sapientis,fons vitæ:vt declinet à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam:in itinere contemptorum vo-

k rago. Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est, aperiet stultitiam.

l Nuncius impij cadet in malum:Legatus

m autem fidelis,sanitas. Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam:qui autem acquiescit arguenti,glorificabitur. Desi-

n derium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

o Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit:amicus stultorum efficietur similis. Peccatores persequitur malum: & iustis

p retribuentur bona. Bonus relinquet hæredes,filios & nepotes:& custoditur iusto substantia

bat:ipse est enim lignũ vitæ amplectentibus se. h ¶Qui D detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat.) Qui bonæ rei detrahit, se in futurum obligat:quia quod non debuit faciendo, pœnam sibi qua constringatur præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipse se in futurũ obligat: Non vt pro tali detractione pœnas luat, sed vt post detractionem sese cauti⁹ agat: quia nimirum quæ in alijs iustè reprehendit, in se impunè non admittit:clamante Apostolo:Qui prædicas non furãdum, Roma.2.e furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris,per præuaricationem legis deum inhonoras.

i ¶Qui autẽ timet præceptum, in pace versabitur.)Melius est ergo de sua quęq; fragilitate metuere,ne fortè diuina præuaricetur imperia, quàm aliorum errata stulto ore lacerare, dicẽte rursus Apostolo: Et si præoccupat⁹ Gala.6.a. fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis,instruite huiusmodi in spiritu mansuetu- E dinis,considerans teipsum, ne & tu tenteris. k ¶Astutus omnia agit cũ consilio:qui aũt &c.) Vbi omnia cum cõsilio docet agenda, diuinum potius quod sacris eloquijs inditum est, quàm humanum intellige cõsilium. Fatuus est enim qui extra hoc consilium viuit, quãuis naturaliter astutus esse videatur & prudens. De quo rectè subdit: l ¶Nũcius impij cadet in malũ.)Arium dicit & Sabellium cæterosq; angelos,id est,nuncios Satanæ: qui quoniam consilium neglexere diuinarum scripturarum, decident in malum gehennalium tormẽtorum. m ¶Legatus autẽ fidelis,sanitas.)Id est,catholicus quisq; prædicator,sanitatem sibi suisq; auditoribus acquirit ętern-am. n ¶Desiderium si compleatur &c.) Omne desiderium, siue bonũ,siue malum sit: vbi ad effectum peruenerit,delectat animam. Sed stulti qui carna- F libus solum desiderijs gaudent,detestãtur eos qui pro amore cœlestium infima oblectamẽta contemnunt. o ¶Qui cum sapientibus graditur,sapiens erit &c.)Cum sapiẽtibus ire, est sapientium actus imitari. Quamlibet ergo simplex quisq; sit & rusticus, qui arcana sapientiæ comprehendere nequeat: si tamen sapientium exempla viuẽdo sectatur,iure inter sapientes annumerabitur. Qui verò stultos non propter naturam,quia homines sunt:sed propter stultitiã,quia mimi sunt,vel histriones,vel aliqui tales:non vt instruendo corrigat,amat:sed vt fauendo deteriores efficiat,alijs nimirum & si per ingenium,vel doctrinam,sapiens videtur,stultorum nota peccat,vel turpitudine dignus,simul & damnatione tenebitur. p ¶Bonus relinquet hæredes &c.) Sæpe videm⁹bonos sine filijs obire:imò maiora à domino pręmia polliceri his qui filiorum procreationi virginitatis castimoniam præposuerint, sed & substãtiam iustorum à peccatorib⁹ tolli. Nam & Apostolus glorificat eos qui rapinam Heb.10.g. bonorum suorum cum gaudio susceperunt. Vnde spiritualiter intelligendum, quia bonus & iustus dominus est, qui post passionem suam ascendens in cœlum,reliquit hæredes suæ doctrinæ, apostolos & successores eorũ:ad cuius fidem

G conuersa est multitudo gentiũ,quæ erat substantia diaboli. Intrauit nãq; in domũ eiusdem malè fortis aduersarij:& eũ maiori virtute conterens,diripuit arma eius,in quib⁹confi-
Lucę.11.c. debat:& spolia eius distribuit:vt ipse in euangelio testatur. Vel certè iusto substantia peccatoris custodita est, quando
Mat.21.d. ablatum est à Iudæis regnũ dei, & datũ est genti facienti fructus eius. a ¶Multi cibi in noualibus patrũ &c.)Absq; iudicio recto facit,qui diuitijs congregandis sedulus insistit:& has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ pauperib⁹ dispensat, sed alijs post se dispensandas reseruat: iuxta quod in superiore versu iuxta literã dicitur:Et custoditur iusto substantia peccatoris:maximè cùm sibi victus abundet ex iure paternæ hæreditatis: neque vlla pecunias colligendi necessitas incumbat. Hoc est enĩ quod ait:multi cibi in noualibus patrum. Iuxta verò sensum spiritualem, multi sunt cibi
H alimonię cœlestis in dictis & exẽplis venerabilium patrũ. Et absque ratione facit, qui his legendis,meditandis,& exponẽdis instans non suæ saluti per hoc, sed aliorum potius seruit: dum ipse ab his quæ legit, vel actibus reprobis,vel etiã in impietate sensus hæretici discrepat. Talis nãque in noualibus, id est,operibus siue sermonibus patrum,optima institutione excultis:non sibi,sed alijs subsidium acquirit:illis videlicet qui tractatus eius legentes,arcana per eos spiritualis sensus, quibus interius reficiantur, inueniunt. Vtrique autem sensui conuenit aptè quod sequitur:

a substantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrũ:& alijs congregantur absb que iudicio. Qui parcit virgæ,odit filiũ suum: qui autem diligit illum, instanter c erudit. Iustus cõmedit,& replet animam suam:venter autem impiorum insaturabilis.

Caput. XIIII.

d Sapiẽs mulier ędificabit domũ suã: e insipiens extructam quoque destruet manibus. Ambulãs recto itinere,& timens deum: despicitur ab eo qui infaf mi gradit via. In ore stulti,virga superbiæ:labia sapientum custodiunt eos. Vbi g nõ sunt boues,præsepe vacuum est:vbi autem plurimæ segetes,ibi manifesta fortitudo bouis. Testis fidelis non mentietur: profert mendacium dolosus testis.
h Quærit derisor sapientiam,& non inue i niet: doctrina prudentium facilis. Vade contra virũ stultum:& nescies labia prudentiæ. Sapientia callidi est intelligere viam suam:& imprudentia stultorum errans. Stultus illudit peccatum:& inter iu k stos morabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ:in gaudio eiⁿ l non miscebitur extraneus. Domus impiorum delebitur:tabernacula iustorum germinabunt. Est via quæ videtur homini iusta:nouissima autem eius deducunt ad mortem. Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. Vijs suis replebitur

b ¶Qui parcit virgæ, odit filiũ suum:qui autem diligit illum,instanter erudit.)Nam & pater bonus,filium:& discipulum,magister catholicus:ne ad iniquitatẽ deflectat,sollicitus erudit. Præcedẽtem autem versiculum,antiqui interpretes ita transtulerunt: Viri iusti diuitijs annis multis fruẽtur: iniqui autem perient breuiter. c ¶Iustus comedit
I & replet animam suam:venter autem impiorum insaturabilis. Iustus percipit cibos sapientiæ: qui in noualibus patrum, hoc est,in operibus ac verbis præcedẽtium iustorum probantur exorti:& hos ad profectum animæ suæ bene viuendo traijcit. Venter autem impiorum,id est,capacitas sen
2.Tim.3.b sus hæreticorum insaturabilis:quia sicut Apostolus ait:Sẽper discentes, nunquam ad veritatis scientiam perueniunt. Quare autem saturari scientia non merentur, nisi quia nequaquam refecti cibis paternæ institutionis, alijs hoc congregant absque iudicio?

Caput.XIIII.

d Sapiens mulier ædificabit domum suam: insipiens extructã &c.) Et vnaquæq; anima fidelis,& ecclesia per orbem catholica, mansionem sibi in patria cœlesti bonis actibus ędificat. At verò reprobi,ea quæ bene sunt à bonis ordinata,malè viuendo aliquando etiã apertè repugnando dissipant. Quare autem stulti sapientium actus lacerẽt, sequentibus verbis ostenditur, cùm dicitur: e ¶Ambulans recto itinere, & timẽs deum,despicitur ab eo qui &c.) Abominatio est enim peccatoribus bonorum religio: stultumq;videtur incredulis,cùm fideles propter dei timorem, non tantum abijciunt timorem,sed & tormenta rident eorum qui occidunt corpus. De quibus adhuc aptè subiungitur: f ¶In ore stulti,virga superbiæ:labia sapientium custodiunt eos.)Quia stulti per vaniloquium, humiles quos despiciunt,affligunt: sed ijdem humiles spiritu per doctri- K
nam se sapientia, ne decipiantur, muniunt. g ¶Vbi non sunt boues,præsepe vacuum est:vbi autem plurimę segetes, ibi &c.)Hærent hæc superioribus. Boues nanque doctores catholicos:præsepe,cœtum auditorum:segetes dicit fructus operum bonorum. Incassum ergo tumet superbus:& indocta eloquentia verberat aures ac corda subiectorum:quia vbi nõ sunt docti prędicatores,frustra ad audiẽdum confluit turba plebium. Vbi autem plurimę operationes apparent virtutum,ibi apertissimè claret:quia non hæreticus in vanum garrit,sed pro verbi fruge laborauit ille, q & ipsum verbum casto ore ruminare,& viam veritatis recto discretionis pede noscet incedere. Nec mirandum cur in præsepi,auditores significari dixerimus: cùm bos alatur de præsepi: doctor autem verbo audientes soleat nutrire: sed intuẽdum quia & de labore bouis præsepe impletur:& ipse bos suo L
fructu de præsepi reficit. Quia nimirũ prædicator fidelis,& audientes verbo reficit:& eadẽ refectione apud deum ipse proficit,quod in opere figuratur Heliæ, qui Sareptanã viduã pascit, 3.Re.17.b
à qua & ipse pascit. h ¶Quærit derisor sapientiam, & nõ inueniet &c.) Caiaphas qui domino dixit:Adiuro te per deum viuum:vt dicas nobis, si tu es Chri Mat.26.f.
stus:quia malè quęrebat,inuenire quod rogabat,non meruit. At discipuli qui sese humiliter auditui veritatis subdiderant, accepta spiritus gratia:non solũmodo Christum dei filium cognoscere,sed & abdita scripturarum intelligere meruerũt. Sed
& tunc doctrina prudentium facilis erat,quando Cornelius Act.10.c.
cum domo sua,& cæteri tales verbum humiliter audientes, mox credebant:& accepto spiritu sancto,linguis loquebantur omnibus. Nunc quoque doctrinam fidei catholicæ prudens quisque dum catechizatur, facilè percipit:quam hæretici:quia peruersè quærunt,nunquam prorsus inueniunt. M
i ¶Vade contra virum stultum &c.) Ideo derisor sapientiam quam quærit,non inuenit:quia & si apertè contra illi⁹ stultitiam disputando incedas, nescit intelligere quæ dicis: vt Arius, qui verbum consubstantialitatis in patre & filio, nusquã in scriptura inueniri posse contendebat, cùm ei manifestè scriptum obiceretur: Ego & pater vnum sumus. Et Ioan.10.f.
deus est verbum:& cætera talia. Ideo doctrina prudentium facilis est: quia labia prudentiæ sapientia: id est,quia labia quæcunque prudentiæ moderamine reguntur, de sapientia solum loqui & audire dulce habent: eiusq; meditationi operam dare satagunt. k ¶Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ:in gaudio eius non miscebitur extraneus.) Amaritudinem habẽt animæ & electi,quãdiu à gaudijs differuntur æternis:& reprobi cùm desiderijs affligũtur peruersis. Sed electi quia in luce ambulãt,amaritudinem suam quando sit gaudio mutanda pręuident. Porro reprobi propria sponte cæcati: quid in præsenti patiantur,non vident: quid in futuro sint passuri, non prævident, ideóque à futuris bonorum gaudijs remanebunt extranei, quia amaritudinis eorum præsentis, non nouerunt esse participes. Vnde & aptè subditur: l ¶Domus impiorum delebitur: tabernacula iustorum germinabunt.) Domus quippè in mansione, tabernaculis vti solet in itinere. Domus igitur impiorum

A impiorum delebitur: quia habitatione vitæ præsentis, in qua semper manere desiderabant, perdent in morte reprobi: & hoc quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis subibunt. Tabernacula autem iustorum germinabũt: quia præsens eorum conuersatio, in qua incolæ sunt apud deum & peregrini, crescentibus sine cessatione meritis, ad fructũ vsq; suauissimũ patriæ cœlestis pertingit. a ¶Innocẽs credit omni verbo &c.) Hanc innocentiam vetuit: & hanc habere docuit astutiam Ioannes cùm ait:
1.Ioã.4.a. Charissimi, nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si ex deo sunt. b ¶Sapiẽs timet, &c.) Sicut stulti est de sua alacritate confidere, torrẽtem rapidũ, vel voraginem latiorẽ saltu velle transire: sapientis autẽ ad planum, vel põtem, diuertere: ita q̃ peccatum quantum valet, declinat, timens ne inuoluatur malis, sapiens est: Stultus autem ille qui contemptim peccat, blandiens sibi quia aut posteriori tempore
B pœnitentiam agat commissorũ: aut si repentè moriatur, fortiter pœnas inferi sufferat. c ¶Impatiẽs operabit stultitiam &c.) Reprehensibilis quidẽ est homo impatiens: sed multò peior & odiosior deo est versutus: tametsi apud homines melior æstimet. Ille enim palàm omnibus suam ostendit stultitiã: iste autem cùm sit corde peruersus, sæpe simplicitatem simulat & iustitiam: atq; humano iudicio sanctum se dici delectat, cùm sit diuino examine inter reprobos æstimatus.
d ¶Iacebunt mali ante bonos: &c.) In nouissimo iudicio coronatis iustis, damnabuntur reprobi, qui eos in præsenti premebãt. Quòd enim ait, antè: id est, ante bonos, & ante portas iustorum: non ad vicinitatẽ loci, sed ad visionem pertinet bonorum, quia
C malorũ tormenta semper aspiciũt, vt maiores ereptori suo gratias sine fine referant. Vnde Esa-
Esa.66.g. ias de illis: Egredientur & videbunt, inquit, cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: Vermis eorũ non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsq; ad satietatem visionis omni carni. Quod autem ait, egredientur: non pedum processum, sed oculorum significat intuitum: quem intus in regno positi, ad videnda prauorum supplicia, foras cùm voluntate mittunt. e ¶Corona sapientium, diuitiæ eorũ &c.) Sapientes non terreni aliquid emolumenti pro diuitijs habent: sed coronam solummodo quam pro virtutibus in futuro percipient. At stultorum fatuitas maxima hęc est: quia improuidi æternorum, de præsentibus tantum commodis gaudent. Imprudentia enim quasi improuidentia dicitur.
f ¶Liberat animas testis fidelis &c.) Liberat animas Chri-
Apoc.3.c. stus, qui est testis fidelis: vt in Apocalypsi legimus: & sicut
1.Tim.6.b Apostolus ait: Testimonium reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem. Et profert mendacia diabolus. Qui rectè appellatur versipellis: quia mala quæ facienda gerit, bona esse pronunciat: & gaudia promittit æterna eis quos ad inferni tormenta præparat. Item liberat animas catholicus doctor, qui testimonia scripturarum fideliter, id est rectè prædicat: & profert mendacia hæreticus. Vel sicut alia æditio manifestè transtulit: Incendit autem mẽdacio dolosus: subauditur, animas eorum quos suo errore decepit. g ¶In timore domini fiducia fortitudinis: & filijs eius erit spes.) Timor domini fiduciã fortitudinis præstat: quia nimirũ mẽs nostra tanto valentius terrores rerum temporaliũ despicit: quãto se authori earũ veracius per formidinem subdit. Filij autem timoris domini dicuntur: qui diuino timore regũtur, sicut filij virtutis, & filij resurrectionis, qui virtutibus studeant, vel qui ad gaudia resurrectionis pertinẽt, quibus erit spes: iuxta illud psalmistæ: Qui timent dominum, speP.Psal.113.c. rent in domino. de qua spe consequenter adiungit: h ¶Timor domini, fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.) Hæc est ergo spes eorum qui timent dominum: vt declinantes à ruina mortis, peruenire mereantur ad eum qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. Ioã.14.a.
Dictum est autem suprà: Lex sa- Suprà.13.c
E pientis, fons vitæ: vt declinet à ruina mortis. Et nunc dicit: Timor domini, fons vitæ: vt declinet à ruina mortis. Ex quo patet: quia nulla prior est lex sapientis, qua mortem vitare, & vitam acquirere debeat æternã: quàm habere timorem domini. Vnde & alibi dictum est: Initiũ sapientiæ, tiPsal.11.b. mor domini. i ¶In multitudine populi, dignitas regis: & i paucitate plebis &c.) Vbi multitudo seruientium deo: ibi specialiter Christi gloria: vbi soli catechumeni, vel recẽs nati infantes, sub regno adhuc tenentur diaboli: & ipsi tempore congruo festinantes in Christo renasci: ignominia ibi manifesta principis mundi. Vel certè in conuenticulis hæreticorũ, quæ semper sunt pauciora ecclesijs catholicorum: ignominia patet eorũ qui hęc ab F ecclesiastica vnitate segregarũt. k ¶Vita carniũ &c.) Per carnẽ, infirma quædã ac tenera: per ossa, fortia acta signant. Bene ergo dicit: Vita carniũ, sanitas cordis. Quòd si mentis innocẽtia custoditur: & si qua foris infirma sunt, quandoq; roborãtur. Et rectè subditur: Putredo ossium, inuidia: quia per liuoris vitiũ ante dei oculos pereũt & quæ humanis oculis fortia videntur. Ossa quippe per inuidiam putrescere, est quædam etiam robusta deperire.
l ¶Acceptus est regi minister intelligens.) Ille videlicet cui dicitur: Quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te Matt.25.b
constituam: intra in gaudium domini tui. m ¶Iracundiam eius inutilis sustinebit.) Ille vtique de quo idem ait: Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores. Ibidem.c.

replebitur stultus: & super eum erit vir
a bonus. Innocens credit omni verbo: astu-
b tus considerat gressus suos. Sapiẽs timet, & declinat à malo: Stultus transilit & cõ-
c fidit. Impatiens operabitur stultitiam, & vir versutus odiosus est. Possidebũt paruuli iustitiam: & expectabunt astuti scié-
d tiam. Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum. Etiã proximo suo pauper odiosus erit: amici verò diuiti, multi. Qui despicit proximũ suum, peccat: qui autem miseretur pauperi, beatus erit. Qui credit in domino, misericordiã diligit: errant qui operantur malum. Misericordia & veritas præparant bona. In omni opere bono erit abundantia: vbi autẽ verba sunt plurima, ibi frequenter ege
e stas. Cõrona sapientium diuitiæ eorum:
f fatuitas stultorum, imprudentia. Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia
g versipellis. In timore domini fiducia fortitudinis: & filijs eius erit spes. Timor domini, fons vitæ: vt declinet à ruina mor-
i tis. In multitudine populi, dignitas regis: & in paucitate plebis, ignominia principis. Qui patiẽs est, multa gubernatur sapientia: qui autem impatiens, exaltat stul
k titiam suam. Vita carniũm, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat autem eum qui miseretur pauperis. In malitia sua expelletur impius, sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis requiescit sapiẽtia: & indoctos quosque erudiet. Iustitia eleuat gentem:
l miseros facit populos peccatũ. Acceptus
m est regi minister intelligens. Iracũndiam eius inutilis sustinebit.

Caput XV.

n Responsio mollis frangit irã: sermo
o durus suscitat furorem. Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum

Caput XV.

n Responsio mollis frangit iram &c.) Qui verba increpantis humiliter recipit, iam propinquat veniæ reatus quem gessit. At qui superbus arguenti resultat, maiorẽ contra se irã districti iudicis prouocat. o ¶Lingua sapientium ornat scientiam: os fatuorum &c.) Lingua catholicorum patrum, ornat scientiam diuinorũ eloquiorũ:

latius

G latius exponendo quæ ſcriptura canonica, aut obſcura poſuit, aut hiſtorica tantum ratione ſcripta reliquit: & os hæreticorum ebullit ſtultitiam, dicta ſacræ ſcripturæ peruerſè intelligendo: ſuoſq; ſenſus eius autoritati præponendo. Poteſt & de paganorũ philoſophis intelligi quod ait: Os fatuorum ebullit ſtultitiam: quales fuere Porphyrius & Iulianus: q contra eccleſiæ doctores ſtultitiæ ſuæ fluẽta fundebãt. a ¶Lí gua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.) Lingua catholici doctoris ad fructũ vitæ ducit ſempiternum: quæ autem immoderata eſt, modũ eccleſiaſticæ normę ignorat: & ſuum ſpiritum, & eorum qui ſe audiunt, malè loquendo conteret. b ¶Domus iuſti plurima fortitudo &c.) Domus Chriſti, id eſt, eccleſia plurimam habet fortitudinem: ita vt pluuia, ventis, fluminibusq; tentationum frequentiũ, nequaquam poſſit dirui: & in operib⁹ diaboli conturbatio feruet aſſidua: quæ eandem Chriſti domũ, vel p falſos fratres, vel per apertos aduerſarios deijcere tentat.

H c ¶Labia ſapientium &c.) Labia catholicorum diſſeminabunt prædicando ſcientiam rectæ fidei: cor hæreticorum diſſimile erit: quia perfidiam pro ſcientia concipit vt doceat. Poteſt & ita intelligi: quia cor ſtultorum etiã ſibimetipſi diſſimile erit: dũ mutabilitate diuerſarũ cogitationũ varium ſe exhibet: & nunq̃ idem quod fuerat manet: cui cõtra de Anna cùm domino intenta men
1.Reg.1.c. te ſupplicaret dicitur: Vultusq; eius non ſunt amplius in diuerſa mutati. d ¶Victimæ impiorum abominabiles domino &c.) Orationes, opera, & ſacrificia hæreticorũ abominatur dominus: & vota eorum accepta habet, qui fidem catholicam iuſtis operib⁹ affirmant. e ¶Doctrina mala deſerentium viam vitæ &c.)

I Mala eſt ergo doctrina eorum qui viam deſerunt veritatis: de
Matt.5.b. quibus dominus ait: Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic hoſes, minimus vocabitur in regno cœlorum. Sed talibus adhuc ſi correpti pœnituerint, patet reditus ad veniam. Sinautẽ nec correptionibus eccleſiaſticis annuerint, iam certus eis reſtat interitus. f ¶Omnes dies pauperis mali &c.) Omne tempus populi dei quandiu in præſenti pauper eſt, afflictionibus abundat & ærumnis: quia
Eph.5.d. necdum ad diuitias ſupernæ bonitatis & perpetuę manſionis peruenit. Vnde monet Apoſtolus dicẽs: Redimentes tẽpus: quoniam dies mali ſunt. At verò reprobi qui metu carentes diuino, ſecuri mũdo vtuntur: quaſi iugibus ſtulti refi ciuntur epulis, Vndè rectè ſubiungit:
Pſal.36.c. g ¶Melius eſt parum &c.) Quale eſt in pſalmo: Melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Melius ergo eſt vt ſeruato timore dei, egeas opibus, vel etiã victu quotidiano, quàm vt deſiderio plura acquirendi dei timorem deſeras.

h ¶Melius eſt vocari ad holera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.) Omnis qui operum bonorum exemplа proximis quæ imitentur oſtendit: quaſi ad epulas quibus reficiantur, conuiuas vocat. Melius eſt autem vocari ad holera cum charitate, q̃ ad vitulum ſaginatũ cum odio: quia nimirum multò eſt vtilius ſimplicis vitæ innocentiam cum charitate ſeruare, quàm maioribus virtutum miraculis foris fulgere: & interiora mentis ab odiorum ſorde non expurgare. Vnde quibuſdam in fine dicentibus: Domine, domine, nónMatt.7.c. ne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus: & in tuo nomine virtutes multas fecimus? dicet ipſe dominus: Quia nunquam noui vos: diſcedite à me operarij iniquitatis. i ¶Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum.) Pigros dicit eos quos piget operari iuſtitiam: qui cùm viam domini appetunt, eos velut ſpinæ obſiſtentium ſepium, ſic formidinũ ſuarum oppoſitæ ſuſpiciones pũgunt. Quod quia electos præpedire non ſolet, adiunxit: L

k ¶Via iuſtorum abſque offendiculo. Iuſti quippe in cõuerſatione ſua, quodlibet eis aduerſitatis obuiauerit, nõ impingunt, quia temporalis aduerſitatis obſtacula, æternæ ſpei, & internæ contemplationis ſaltu tranſiliunt. l ¶Lętatur homo in ſententia oris ſui: & ſermo opportunus eſt optimus.) Humanũ quidem eſt de ſua ſententia quaſi prudenter prolata quemque lætari: ſed verus ſapiens, nõ ſolum res quas loquitur: verum etiam opportunitatem loci vel temporis, vel perſonæ cui loquatur, diligenter inquirit. m ¶Semita vitę ſuper eruditum &c.) Eruditum dicit: non ſolum ſcientia, ſed & operatione perfectum: Huic etenim iure ſemita vitæ deſuper apta eſt: huic cœli ianua patet. Infernus autem nouiſſimus de quo liberatur, vltima eſt pœna dãnationis. Nam primus in- M
fernus, eſt cæcitas animæ peccantis, & veræ lucis ſcientia carentis: de quo dicitur in pſalmis: Et Pſal.54.c
deſcendant in infernum viuentes: id eſt, ſciẽtes labentur in peccatum. n ¶Domum ſuperborum demolietur dominus: & firmos faciet terminos viduæ.) Conuenticula hæreticorum cæterorumq; eccleſiæ perſecutorum demolitur dominus: & firmos facit in orbem vniuerſum terminos eiuſdem eccleſiæ: ſponſæ videlicet ſuæ pro cuius vita mori dignatus eſt.

o ¶Abominatio domini, cogitationes malæ &c.) Abominatur dominus cogitationes hæreticorũ, imò omnes pietati cõtrarias: & purus ſermo rectæ fidei firmabitur ab eo, quãdo in iudicio non ſolum factis, ſed & verbis omnibus digna præmia reddet. Abominatus eſt cogitationes malas eorum qui dicebant: Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Et Luc.7.g
purum ſermonem eius qui dixit: Tu es Chriſtus filius dei & Matth.
viui: pulcherrimum eſſe firmauit, cùm reſpondit: Beatus es 16.c.
Simon Bariona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi: ſed pater meus qui in cœlis eſt.

A a ¶Lux oculorum lætificat animam &c.)Iure mentem delectat humanam,cùm se lucem cœlestium arcanorũ,domino reuelante percepisse cognoscit:quod alia æditio manifestius dicit:Videns bona oculis oblectat cor: bona vtique domini in terra viuentium. Quæ qui mentis oculo contemplatur, meritò in corde oblectatur:tãetsi extrinsecus tristis incedere,inimico affligente videtur. Fama quoque illa felicissima: qua nostros non solum actus & sermones,sed & cogitatus angelis deferẽtibus in cœlo patere cognouimus,pinguedinem dilectionis & fidei,nostris virtutibus ne deficienda arescant,exhibet. Quãto enim certius tenemus occulta nostri cordis,simul & aperta operis diuinis patere conspectibus: tãto magis fortitudinem nostræ bonæ actionis,oleo charitatis ei⁹ ne lasseſcat, impinguare satagimus. b ¶Auris quę audit increpationes vitæ &c.) Discipulus qui increpationibus docentium obedienter annuit, plerunq; B proficiendo ad cathedram vsque doctoris ascendit. Deniq; Paulus qui increpationi sui conditoris sese humiliter substrauit, ad sedem postmodum apostolicæ dignitatis sublimiter peruenit.

Caput XVI

c HOminis est animum præparare &c.) Certum est quia neq; animum præparare,neque gubernare linguam, neque aliquid facere boni absq; Ioan.13.a. diuina gratia valemus: Quia sine me,inquit,nihil potestis facere. Quomodo ergo hominis est animum præparare,& dei gubernare linguã? Nisi quia hæc propriè tempus persecutionis significat. De quo dominus ait: Cùm Matt.10.e autem tradẽt vos, nolite cogitare quomodo,aut quid loquamini:dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. d ¶Omnes C viæ hominum patent oculis eius &c.) Ita vias,id est,actiones omnium, & bonorum videlicet & malorum dominus videt: vt etiam spiritus singulorum quid in occulto cogitẽt, certa lance discernat. Vnde rectè subiungitur: e ¶Reuela domino opera tua &c.) Domino quippe opera nostra reuelamus: quando eum quem nihil latere nouimus,in cunctis quæ agimus, in memoriam reducimus: atq; illius in omnibus flagitamus auxilium:& cùm hoc deuoti agimus,fit vt non opera eadem tantummodo,sed etiam internæ nostræ cogitationes,illo dirigente procedant.

f ¶Vniuersa propter semetipsũ operatus est domin⁹ &c.) Nulla fuit domino causa creaturam visibilem vel inuisibilem faciendi,nisi voluntas sua: vt suam videlicet bonitatem rationabili creaturæ,quam perpetuò beatam faceret, ostenderet:eum quoque qui bonum conditionis propria sponte deseruit:id est,diabolum cum suis sequacibus, iusta seueritate damnauit. g ¶Abominatio est domini omnis &c.) Qui cunq; sibi tribuit bonum quod facit,etiam si nihil mali videtur manibus operari,iã cordis innocentiã perdidit:in quo se largitori donorũ prætulit. Et ideo talẽ conditor suus abominatur vt reum,quẽ sibi beneficijs contẽplatur ingratum.

h ¶Cùm placuerint domino viæ hominis &c.) Tanta est sanctitas diuinæ religionis,vt eam plerunq;, etiam qui foris D sunt,veneration habeant: & quos perfectè deo seruire perspexerint,cũ his pacem habere, q̃uis religioni discrepantes, incipiant. Denique quia placuerunt domino viæ Danielis & trium puerorum: inimicos quoque eorum qui eos in ignem vel bestijs miserunt, conuertit ad pacem. Quia placuerunt domino viæ sanctorum prędicatorum,multos eorum persecutores non ad pacem tantummodo, sed ad eãdem etiam fidei & religionis vnitatem conuertit.

i ¶Melius est parum cum iustitia, q̃ multi fructus cũ iniquitate &c.) Et beati inquit dominus, Luc.6.e. pauperes:quia vestrum est regnũ cœlorũ,Et iterũ: Væ vobis diuitibus:quia habetis cõsolationem vestrã. Potest & sic accipi: Quia meli⁹ sit in simplici cõuersatiõe deo deuotè seruire,q̃ multis abũdantẽ virtutib⁹:verbi gratia,eleemosynis,orationibus,ieiunijs,doctrina, castitate, proximorum facta despicere:& de sua quasi singulari sublimitate gloriari. E

k ¶Diuinatio in labijs regis:in iudicio non errabit os eius.)Illũ significat regẽ, de quo dictũ est: Deus iudiciũ tuũ regi da. Quis Psal.71.a. est enim regũ temporaliũ,q̃ nũq̃ erret in iudicio? In cui⁹ labijs est diuinatio:quia nõ suorũ solũmodo sermones & facta dirigit, sed & gentiliũ vates qui vulgò diuini appellant:quid sciscitantibus respõdeat,illo intus indicãte disponitur:testãte Michea prophe- ta:q ad deceptionẽ Achab regis 3.Re. 21.e impijssimi testat missum à superni iudicis solio spiritũ,qui prophetarũ eius ora impleret:atque ad suadendum ea quibus rex nefandus periret,armaret. Neque enim i hoc iudicio errauit os regis æterni: sed quod rex impius audire peccatis præcedentibus meruit,ipse hoc prophetas erra- F ticos eloqui pmisit. Sed & Eze- Ezech.13. chiel peccãti ac perituro Ammonitarũ populo dicit:cùm tibi viderẽtur vana& diuinarẽtur mẽdacia. Nõ est dæmonũ diuinatio, sed dei iudiciũ:q perfectæ malitię elidit finẽ. Hũc versiculũ alia trãslatio sic habet aperti⁹ de domino: Nihil falsum exiet de ore eius:quia nimirũ ipse nec vllo mentiente falli, nec potest aliquando mentiri. l ¶Põdus & statera iudicia domini sunt: & opera eius, omnes lapides seculi &c.) Lapides seculi,iustos & fide fortes appellat: quales esse desiderabat apostolus Petrus eos, quibus admonens dicit: Et 1.Pet.2.a. vos tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. Nullus igitur ab initio seculi sua virtute electus, & cœlesti ædificio aptus est: sed eius potius opere, qui omnia in pondere & mensura & numero constituens, vnicuique sicut voluit mensuram fidei & gratiarum distribuit.

m ¶Voluntas regum, labia iusta.) Reges dicit sanctos, qui vitijs principaliter imperare, & virtutibus animæ quasi obsequentium comitum cuneis stipari consueuerunt: de quibus dominus:Multi,inquit, prophetæ & reges cupi- Luc.10.d. erunt videre quæ vos videtis: & non viderunt. Alioquin reges terreni multum sæpe labia iusta detestantur, vt Herodes Ioannis: propter quod eum & capite puniuit. Mar.6.c

Qui

eo. Conturbat domum suam qui sectatur auaritiam:qui autem odit munera,viuet. Per misericordiam & fidẽ purgantur peccata:per timorẽ autem domini declinat omnis à malo. Mens iusti meditatur obedientiam: os impiorum redundat malis. Lõgè est dominus ab impijs:& orationes a iustorum exaudiet. Lux oculorum lætificat animam:fama bona impinguat ossa. b Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientium commorabitur. Qui abijcit disciplinam,despicit animam suã: qui autẽ acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini, disciplina sapiẽtię:& gloriã præcedit humilitas.

Caput XVI.

c HOminis est animum præparare: & d domini gubernare linguã. Omnes viæ hominum patent oculis eius: e spirituũ ponderator est dominus. Rẽuela domino opera tua:& dirigentur cogitaf tiones tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus: impiũ quog que ad diem malum. Abõminatio est domini omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit,non erit innocens. Initiũ vitæ bonæ,facere iustitiam:accepta autẽ apud deũ magis quàm immolare hostias. Misericordia & veritate redimitur iniquitas:& in timore domini declinatur à malo. Cùm placuerint domino vię hominis: h inimicos quoq; eius cõuertet ad pacẽ. Melius est parũ cum iustitia,quàm multi fructus cum iniquitate. Cor hominis disponet viam suam: sed domini est dirigere i k gressus eius. Diuinãtio in labijs regis: in l iudicio non errabit os eius. Põdus & statera iudicia domini sunt: & opera eius omnes lapides seculi. Abominabiles regi qui agunt impiè:quoniam iustitia firmam tur solium. Võluntas regum labia iusta:

a Qui recta loquitur, dirigetur. Indignatio
b regis, nuncij mortis. Et vir sapiens placa
c d bit eum. In hilaritate vultus regis, vita,
e Et clementia eius quasi imber serotinus.
Posside sapientiam, quia auro melior est:
& acquire prudetiam, quia preciosior est
argento. Semita iustorum declinat mala:
custos animæ suæ seruat vitam suam.
f Contritionem præcedit superbia: & ante
ruinam exaltatur spiritus. Melius est hu-
miliari cum mitibus, quàm diuidere spo
g lia cum superbis. Eruditus in verbo repe
riet bona: & qui in domino sperat, beatus
h est. Qui sapiens corde est, appellabitur
prudens: & qui dulcis est eloquio, maiora
i percipiet. Fons vitæ eruditio possidetis:
doctrina stultorum fatuitas. Cor sapien-
tis erudiet os eius: & labijs eius addet gra
k tiam. Fauus mellis verba composita: dul-
cedo animę sanitas ossium. Est via quæ
videtur homini recta: & nouissima eius
l ducunt ad mortem. Anima laborantis la
borat sibi: quia compulit eum os suum.
m Vir impius fodit malum: & in labijs eius
ignis ardescit. Homo peruersus suscitat
lites: & verbosus separat principes. Vir ini
n quus lactat amicum suum: & ducit eum
o per viam non bonam. Qui attonitis ocu
lis cogitat praua: mordens labia sua per-
ficiet malu. Corona dignitatis senectus:
p quæ in vijs iustitię reperietur. Melior est
patiens viro forti: & qui dominatur ani-
q mo suo, expugnatore vrbium. Sortes mit
tuntur in sinu: sed à domino tęperantur.

Caput

G a ¶Qui recta loquitur, dirigetur.) Vt videlicet rectis operum gressibus ad vitam pertingat æternam. At contrà: Vir linguosus non dirigetur super terram. Nec repugnat huic sententiæ, quod de Antiocho dicitur: Et dolus in manu eius dirigetur. Non enim hominem illum dirigendum scriptura dixit, quem peruersum ac pessimum futurum esse præuidit: sed dolus, inquit, in manu eius dirigetur: quia scilicet fraudes & scelera quæ disposuit, ad effectū quę proposuit, nullo retardāte perduxit: quibus tamen peractis in æternum vt meruerat perijt.

b ¶Indignatio regis, nūcij mortis.) Nuncij mortis, sunt angeli satanæ, id est, hæretici, & vani philosophi: imò omnes qui verba nūciāt proximis, vndè à morte rapiantur æterna: qui quò amplius autori mortis seruiunt, eò grauius vitæ largitorē offendūt: nec tamen talibus iter pœnitentiæ præcluditur. Nam subditur:

c ¶Et vir sapiens placabit eū.) Potest enim resipiscendo dominum placare, quem contigit
H stultè loquēdo offēdisse. d ¶In hilaritate vult⁹, regis vita.) Qui cunq; hilarem Christi vultū videre merentur, his in æternū cū illo viuere dabitur. Alioquin in
Luc.3.a. die iudicij, sicut scriptum est: videbit omnis caro salutare dei. Sed hunc reprobi tunc iratum, iusti videbunt placidū.

e ¶Et clementia eius quasi imber serotinus &c.) Serotinus imber in Iudæa iam maturis messibus vsque hodie venire cōsueuit: vbi dominus & matutinam pluuiam pro-
Deut.11.b mittit, dicēs per prophetam: Dabo vobis pluuiam matutinam & serotinam terrę. Pluuia ergo matutina est, siue temporanea, vt alibi nominatur: quando prima credendi in Christum semina suscipimus. Pluuia verò serotina, quando maturis virtutum frugibus ablati de hac vita, in dominico horreo recondimur. Et rectè clementia regis, imbri serotino comparatur: quia quod fructum vitæ bene agentes percipimus: non hoc nostri
I libertas arbitrij, sed superni facit irrigatio doni.

f ¶Cōtritionem præcedit superbia &c.) Contritionem enim futuræ condemnationis præcedit superbia vitæ præsentis: & vnde hic omnis reprobus eleuatur: inde illic iustè deijcitur.

g ¶Eruditus in verbo reperiet bona: & qui in domino sperat, beatus est.) Non solum qui ad prædicandum dei verbum eruditus est, bona apud illum reperiet: sed & ille qui in domino spem ponere didicit: etiam si ad prædicandum alijs idoneus non est, eiusdem beatitudinis particeps existit.

h ¶Qui sapiens corde est: appellabitur prudens &c.) Qui sapientiam catholicæ fidei quam didicit, illibatam suo in corde custodit, meritò prudentis nomen accipit. At qui eādem sapientiam etiam doctè prædicare, & contra hæreticos defendere nouit, maiora laboris amplioris prę mia percipiet.

i ¶Fons vitę eruditio possidentis &c.) Cùm diceret, possidentis, non addidit, quid possidentis. Quid autem putamus eum voluisse intelligi nisi fortè ipsam eruditionē: vt sit plena sententia: fons vitæ eruditio possidentis ipsam eruditionem suam: quod est apertè dicere: quia ille prędicator verè suis auditoribus vitæ vias aperit, qui exercet ipse quæ prædicat: qui amorem verbi quo alios erudit, fixum in corde possidet: nec tantummodo memoria retentum quasi collectum gremio semen iactat in terram. Idcirco nanque
K doctrina stultorum fatuitas est: quia & si qua bona dicere vsu eruditionis didicerunt, eadem tamen quæ dicunt bona ipsi fatuo corde contemnunt.

k ¶Fauus mellis verba cō posita: dulcedo animæ sanitas ossium. Est via quæ videtur homini recta; & nouissima eius ducūt ad mortē.) Multi per eloquentiam possunt amantibus & fauentibus suauiter pronunciare bona quæ ipsi non amant: ea autem solum verba ad sanitatem ossium tuorum: hoc est, ad virtutum tuarum spiritualia incrementa proficiunt: quæ ex interna animæ tuę dulcedine procedunt.

l ¶Anima laborantis laborat sibi: quia compulit eum os suum.) Constat iuxta literam, quia expulsus de paradiso homo, quotidianum laborem ne deficiat exercet. Compulit enim os suū, quando cum serpente loquutus est: quando vetitum tetigit: vt exilium longum cum
Gene.3.d. sudore sufferat: & in sudore vultus sui pane vescatur. Sed & doL torem os suum vt laboret compellit: quia necesse habet agere bona quæ dicit.

m ¶Vir impius fodit malum: & in labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites: & verbosus separat principes.) Et prophe-
Hiere.9.b ta ait: Vt iniquè agerent laborauerunt. Potest & de hæretico specialiter intelligi: qui pulcherrimos ac florentissimos diuinorum eloquiorum campos, noxio linguæ suæ vomere rumpit: vt de internis eorum finibus sensus impios, qui ibi non insunt, eruat. In cuius labijs ignis ardescit: quo se suósque auditores in perpetuum perdat. Vnde
Iaco.3.b. & Iacobus: Lingua, inquit, construitur in membris nostris, quę maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehēna.

n ¶Vir iniquus lactat amicū suum: & ducit eum per viam non bonam.) Potest & de hæretico & de omni fautore malorum accipi: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: & qui iniqùa gerit benedicitur.
Psal.9.d. M

o ¶Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficiet malum &c.) Grauius est perficere malum, quàm facere. Nō solum autem ille perficit malum, qui per membra sui corporis peruersum quid operatur & noxium: verùm etiam ille qui fixa intentione malum patrare disponit. Solent enim superbi indignantes labia mordere: solent attonitos habere oculos: & præsentia non videre dum aliquandiu taciti sedula mente pertractant. Vnde datur conijci quòd attonitis oculis praua cogitare dicat eum, qui sic mala quæ facit, inquirit: vt quæ se in futurum retributio malorum operum sequatur, non videat.

p ¶Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.) Minor est victoria vrbes expugnare, quia extrà sunt quæ vincuntur: maius autem est quod per patientiam vincitur: quia ipse à se animus superatur: & semetipsum sibimetipsi subijcit, quoniam eum patientia in humilitate tolerantiæ sternit.

q ¶Sortes mittuntur in sinum: sed à domino &c.) Sicut sortes palàm in sinū mittūtur, at clausæ in sinu continentur: diuini autē est iudicij cuius sors elata palmam teneat: sic hominum facta in prę senti quidē vita latent:

A latent:sed cuius sint meriti patescet in futuro,prolato videlicet tunc ac manifestato iudicio singulorum, quasi de sinu examinis diuini.

Caput XVII.

2 MElior est buccella sicca cum gaudio &c.) Melius est parua bona cum charitate facere sine scientia prædicandi: hoc est enim siccã esse buccellã: q̃ magnis effulgere virtutibus cũ admixtione discordiæ. b ¶Seruus sapiẽs dominabitur filijs stultis &c.) Seruit qlibet peccator delictis suis subditus olim,qui post conuersionẽ vitæ suæ sapiens effectus, atq; flagrãtissimo amore dilectione dei feruens,filijs stultis:hoc est,quibusdam fidelibus à charitate dei, per acceptã fidem tepescentibus actu vel prędicatiõe sua,eis prælatus dominatur: atque inter fratres perfectos scilicet sanctos, supernæ patriæ hęreditatem diuidet. c ¶Sicut igne probatur argentum &c.) Argentum quippe vel aurum si reprobũ est, igne cõsumitur:si verò probatũ, igne
B declaratur: sic nimirum est sensus vniuscuiusq; operantis: nam qualis sit, in eo quòd laudatur vel vituperatur, ostenditur.
d ¶Corona senum,filij filiorũ: & gloria &c.) Senes dicit patriarchas & prophetas, qui à filijs filiorum ,hoc est, à successoribus apostolorum , digna laude celebrantur:& gloria est prædicatorum noui testamẽti, quòd filij veterũ patrũ esse meruerunt.
e ¶Gẽma gratissima &c.) Qui prẽmia futura fideliter expectat, quasi gemmæ splẽdidissimæ possessione lætatur. Nã & in euan-
Matt.13.f. gelio negociator sapiẽs pro acquisitione preciosæ margaritæ: id est, desiderio cœlesti , omnia quæ habuit vendidit:talisq; exactor siue aduersa seu prospera contingerint,à sua intentione nõ
C flectitur : prudenter intelligens,
Rom.8.e. Quoniam diligentibus deũ omnia cooperantur in bonum.
f ¶Semper iurgia quærit malus &c.) Angelus crudelis,immundus est spiritus : qui à domino contra peccantes mittitur: vt eos vel in præsenti affligat, vt
Psal.77.c Aegyptios,quibus immisit iram indignationis suæ: indignationẽ & iram & tribulationem,immissionem per angelos malos : vel etiam post mortem ad interitũ rapiat æternum . At contra im-
Ibidẽ.33.b mittit angelum dominus in circuitu timentiũ eũ & eripiet eos.
g ¶Expedit magis vrsæ &c.) Facilius erat doctoribus sanctis, furori gentilitatis occurrere,raptis à se populis aliquibus,atq; à bestiali eius sæuitia ad fidei pietatem prædicando conuersis,quàm hæretico cuilibet confidenti in sui perfidia dogmatis: quia nimirum illud contra exteros , hoc contra sua viscera certamen agebant . Potest vrsæ nomine ipsius hostis antiqui malitia intelligi : cuius fœtus rapimus,cùm eos qui erant filij diaboli, catechizando & baptizando filiorum dei societati adiungimus:& hoc plerũq; multò leuiore labore perficit,q̃ sit hæreticũ ad fidẽ rectã reuocare:vel catholicum praua agẽtem, ad bonę operationis statum reducere.

Caput XVII.

a MEliỏr est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis
b cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis:& inter fratres hæ
c reditatem diuidet . Sicut igne probatur argentum, & aurum camino:ita corda probat dominus . Malus obedit linguæ iniquæ:& fallax obtemperat labijs mẽdacibus . Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius:& qui in ruina lætatur alte-
d rius,non erit impunitus. Cõrona senum filij filiorum:& gloria filiorũ patres eorum. Non decent stultum verba composita:nec principem labium mendax. Gẽma
e gratissima expectatio præstolantis: quocunque se verterit, prudenter intelliget. Qui cælat delictũ, quærit amicitias: qui altero sermone repetit,separat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudẽtem, quàm centum plagæ apud stultum.
f Sẽper iurgia quærit malus:angelus au-
g tẽ crudelis mittetur cõtra eum . Expẽdit magis vrsę occurrere raptis fœtib9,quàm fatuo confidẽti sibi in stultitia sua. Qui reddit mala pro bonis:non recedet malũ
h de domo eius. Qui dimittit aquã, caput est iurgiorum:& antequam patiatur contumeliam,iudicium deserit. Et qui iustificat impium,& qui condemnat iustũ, abo-
i minabilis est vterque apud deum. Quid prodest habere diuitias stulto, cùm sapiẽtiam emere non possit? Qui altam facit domum suam,quærit ruinam: & qui cui-
k tat discere , incidit in mala . Omni tẽpore diligit qui amicus est:& frater in an-
l gustijs comprobatur. Homo stultus plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias, diligit rixas:& qui exaltat os suum, quærit ruinam. Qui peruersi cordis est, non inuenit bonum:& qui vertit linguam, incidet in malum . Natus est stultus in ignominia sua: sed nec pater in filio fatuo lætam-
m bitur. Animus gaudens ætatẽ floridã facit:spiritus tristis exiccat ossa . Munera de sinu impius accipit:vt peruertat semi-
n tas iudicij. In faciẽ prudentis lucet sapiẽtia:oculi stultorum in finibus terræ. Ira patris filius stultus: & dolor matris quæ
o genuit eũ. Nõ est bonum damnum inferre iusto: nec percutere principem qui recta iudicat . Qui moderatur sermones suos , doctus & prudens est : & precioſi spiritus

D h ¶Qui dimittit aquam,caput &c.) Aquam dimittere, est linguam in fluxũ eloquij relaxare:quo contra in bonam partem dicitur:Aqua profunda verba ex ore viri . Qui ergo dimittit aquã,caput est iurgiorũ: quia qui linguam non refrenat, cõcordiã dissipat. Vnde è diuerso scriptũ est:Qui imponit stulto silentiũ, Infrà.26.
iras mitigat i ¶Quid prodest habere diuitias stulto &c.) Quid prodest populo Iudæorũ infideli habere diuitias scripturarũ,cùm in his Christũ intelligere non possit? Quid hæretico eisdẽ abundare diuitijs,cùm vnitatẽ fidei in eis discere nequeat ? Quid malo catholico expedit diuitias habere verę fidei, cũ sapiẽ-
E tiam pię actionis habere neglexerit? k ¶Omni tempore diligit &c.)Qui dominũverè amat, omni tẽpore eius custodit amorem:neque in angustia passionis deserit,quẽ in pacis trãquillitate cõfessus est. l ¶Homo stultus plaudet manibus,cùm spopõderit pro amico suo &c.) Stult9 est,qui cùm animã fratris suscipit regendã,de suis gloriat actib9:& nõ potius ei humili cõpassione quicqd potest auxilij salutaris impendit. m ¶Animus gaudẽs &c.) Qui interna spirit9 sancti cõsolatione lætat,etiã bonæ actionis flore decorat: & fructus præmiorũ præstolat cœlestium. Qui verò tristitia seculi, quæ mortẽ operat,angitur,pinguedinẽ diuinæ charitatis in roborevirtutũ quas exercere videt,
F habere nullaten9 valet: sed quasi exiccatis ossib9 marcescit: qa in bonis actib9 quæ facit gratiã dilectiõis amisit. n ¶In facie prudẽtis &c.) In facie quidẽ domini saluatoris lucet sapiẽtia diuinitatis:quã in carne apparẽs, virtutũ & doctrinæ testimonijs demõstrabat. Verũ oculi Iudæorũ nõ credentiũ, terrenis poti9 desiderijs perficiẽdis q̃ salutaribus eius monitis intẽdebãt.Sed & generaliter sæpe prudẽtes grauitatẽ sui sensus in ipso etiã frõtispicio pręmõstrant: nec tamẽ stulti ad hãc admirandã sectandamq; oculos mẽtis attollunt: sed ecõtrà qualiter ad finem voluptatum carnalium pertingant, tota intẽtione perquirũt. o ¶Nõ est bonum damnum inferre iusto &c.) Et de ipso principe ac iudice seculorum,qui pro nostra salute percuti voluit, accipi potest: & de omnibus generaliter ecclesiæ rectoribus: qui vel facultatibus nudati ab impijs : vel ipsa æterna sunt morte consumpti.

Caput

Caput XVIII.

IMpius cùm in profundum venerit &c.) Qui longis peccatorum tenebris inuolutus semel de luce desperat, iam ex desperatione passim sibi peccandi frena relaxat: sed talis opprobrium futuræ damnationis nulla ratione euadit: quem ab vsu suæ iniquitatis nulla diuini timoris memoria cohibuit. b ¶Aqua profunda, verba ex ore viri &c.) Verba sapiẽtium aquæ comparantur: quia & lauant mentes audientium, & irrigant, ne vel peccatorum sordes deformes remaneant: vel doctrinæ cœlestis inopia tabescant, & quasi nociua ariditate deficiant. Et quia eadem doctorum verba fidelium, quædam mystica latent & occulta, quæ solertiore comprehendantur industria: quædã verò aperta & cunctis audientibus facilia ad intelligẽdum profluunt: rectè hæc & aquam profundam, & torrentẽ dicit esse redundantem. Potest autem & ita distingui: vt quia veteris testamẽti scriptura typicè prolata est, dicatur de ea: Aqua profunda, verba ex ore viri. Quia dominus & apostoli palàm vtriusq; testamẽti sacramenta mundo reserabãt, adiungatur de illis, Et torrẽs redũdãs fons sapiẽtiæ. c ¶Verba bilinguis quasi simplicia &c.) Bilingues sunt cuncti hæretici, qui praua persuasione locutionis suæ, mentes simplicium velut pestifero veneno ita corrũpunt, vt ad sanitatem difficilè venire possint. d ¶Qui mollis &c.) Quia qui cœpta bona districtè nõ exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. e ¶Substantia diuitis vrbs &c.) Non terrena substantia semper defendere potest: imò plerique propter diuitias sunt capti vel occisi. Vnde & Ecclesiastes ait: Diuitiæ cõseruatæ in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Melius ergo intelligitur substantiam laudare virtutum, quibus quicunque abũdat, quasi muro inexpugnabili cunctas hostium arcet insidias. f ¶Antequam conteratur, exaltatur cor hominis &c.) Id est ante contritionẽ futuræ ruinæ vel dãnationis, præcedit elatio cordis atq; praua actio. g ¶Qui prius respondet q̃ audiat &c.) Qui prius doctor esse desiderat quàm discat, stultitiæ noxam nõ declinat. Qui iudicare proximorũ facta prius q̃ plenè causam vtriusq; partis cognoscat, inordinatè festinat: se cõfusione dignũ demonstrat. h ¶Spiritus viri sustẽtat imbecillitatẽ suam.) Et ipse vir ait: Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. Potest & de quolibet viro sancto accipi qui carnis imbecillitatẽ, ne in tentationibus cedat, mentis fortitudine sustẽtat. i ¶Spiritum verò ad irascendum facilẽ &c.) Quia qui ad irascendum facilis est, nec seipsum potest sustinere: ita vt iratus sæpè dicat ea quæ postmodum placidus quia dixerit pœniteat: & plerunq; an dixerit ignoret. Cuius tamen vesania nõnunq̃ per sapientiũ modestiã facillimè suffertur, atq; ex tẽpore sopitur. k ¶Donũ hoïs &c) Donũ charitatis, siue aliarum virtutum, quas à domino fideles accipiũt, dilatat viã actionis eorum: quia quò magis gratia spiritus intus replẽtur: eò latius foris bonorum operũ gressus multiplicant: atque inter magnos ecclesiæ rectores, in futuro culmen sortiuntur honoris. Aliter: Donum spirituale saluatoris quod mũdo attulit, dilatauit viam eius: quod ad plurimas orbis nationes per fidei & dilectionis suæ præsentiam veniret: nec solũ populos, sed ipsos etiã rerũ dominos, concupiscentijs renũciare, ac sibi libenter obtemperare faceret. l ¶Iustus prior est accusator sui &c.) Omnis q verè iustus est, vbi peccãtium errata conspicit, primò ad seipsum oculũ considerationis inflectit: dumq; suam fragilitatẽ solicitus accusauerit, sic demũ ad corripiẽdos alios linguã benignus exerit. Sed ille qui suis fidelibus dicere dignatus est: Vos autẽ dixi amicos: quia quæcunq; audiui à patre meo: nota feci vobis: venit in cor eius per præsentiã diuinæ cõtẽplationis: & quẽ mundũ à sorde iniquitatis agnoscit, eius humilitatẽ digna mercede remunerat. m ¶Contradictiones cõprimit sors &c.) Sors est occulta & incõprehensibilis prædesti natio ex diuina regula procedẽs. Quæ inter potentes, hoc est, electos, dũ singulis propriaassignat, dijudicat. n ¶Frater q adiuuatur &c.) Cũ populꝰ vterq;, Iudæorũ scilicet & gẽtiũ, fraterna sibi i Christo charitate cõsentit: vnã iã catholicæ ecclesiæ ciuitatẽ cõstruit: & sicut vectes vrbiũ portas muniũt, ita dogmata vtriusq; testamenti, ecclesias p orbẽ, quæ vnã catholicã faciũt, ab infideliũ incursione defendũt. o ¶Cũ obsecrationibꝰ &c.) Humiles spiritu, humiliter dominũ adorãt: vt euãgelicus ille publicanus: superbi sua merita iactãt, vt phariseus. p ¶Vir amicabilis &c.) Credẽs ex gentibus populus magis amatus est à domino, q̃ Iudaicꝰ sine fide perdurãs: i quo secũdũ carnẽ natꝰ est. Põt & de aplis ex Iudea natis intelligi, quia magis eos amarẽt credẽtes ex gẽtibꝰ q̃ ex sua gẽte icreduli. Ca. XIX. q ¶Melior est &c.) Melior est simplex auditor verbi dei: si ea quæ intelligere i scripturis potuit, operãdo perficit: q̃ eruditus q̃q; si in illis quæ acutè intellexit, ad hæresim prædicãdã labia retorquet.

Caput XVIII.

a IMpiꝰ cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum
b ignominia & opprobrium. Aquaꝫ profunda, verba ex ore viri: & torrens redundans, fons sapientiæ. Accipere personam impij in iudicio non est bonum, vt declines à veritate iudicij. Labia stulti immiscent se rixis: & os eius iurgia prouocat. Os stulti contritio eius: & labia ipsius rui
c na animæ eiꝰ. Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa peruenĩt vsque ad interiora ventris. Pigrum deijcit timor: animæ
d autem effœminatorũ esurient. Qui mollis & dissolutus est in opere suo: frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus &
e exaltabitur. Substantia diuitis vrbs robo ris eius: & quasi murus validus circun-
f dãs eum. Antequã conteratur, exaltatur cor hominis: & antequã glorificetur, humiliatur. Qui prius respondet quàm audiat: stultum se esse demonstrat & confu-
h sione dignum. Spiritus viri sustentat im-
i becillitatem suã. Spiritũ verò ad irascendũ facilẽ quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiã: & auris sapien-
k tiũ quærit doctrinã. Donum hominis dilatat viam eius: & ante principes spaciũ
l ei facit. Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius & inuestigabit eum. Con
m trãdictiones cõprimit sors: & inter poten
n tes quoq; dijudicat. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbiũ. De fructu oris viri replebitur venter eius: & genimina labiorũ ipsius saturabunt eũ. Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eam, comedẽt fructus eius. Qui inuenit mulierẽ bonã, inuenit bonũ: & hauriet iocunditatẽ à domino. Qui expellit mulierẽ bonã, expellit bonum: qui autem tenet adulterã, stul
o tus est & insipiẽs. Cum obsecrationibus loquitur pauper: & diues effabitur rigi-
p dè. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater.

Caput XIX.

q MElior est pauper qui ãbulat in simplicitate sua, quàm diues torquens labia

Vbi

A a ¶Vbi non est scientia animæ &c.) Animæ quidem humanæ,scientia vitæ cœlestis est necessaria: quia nimirum sine hac beata in perpetuum esse non potest:attamen qui effrenatis sensibus mentis plus appetit sapere quàm decet, plerunque offensionem hæreticæ stulticiæ temerarius incurrit. Quod in primis humani generis parentibus mysticè signatum est: qui dum appetitu scientiæ maioris,vetitum cõtingere properabant: à statu beatitudinis in qua conditi sunt deuiãtes, in pœnam miseriæ & mortalitatis inciderunt. b ¶Stultitia hominis supplantat gressus eius,&c.) Stultorum moris est,vt cùm peccando viam veritatis deserunt, non se errasse fateantur: sed ad culpam conditoris,sui reatus originem referant:quasi ipse occasionem peccandi tribuerit, qui vel fragilem fecerit hominem, vel ad tentationem eius hostem versutũ admiserit. Vnde & primus nostri generis parens, post preuaricationis excessum increpatus à domino, ad defensionem mox excusando refugit, dicens: Gene.3.c Mulier quam dedisti mihi sociam,dedit mihi de ligno, & comedi. Et ipsa mulier:Serpẽs,inquit, decepit me. Ambo nanq; in creatorem quod peccauerant,retorquebãt. Ille quòd mulierem, per quam periret, à domino sociam accepisset:illa quòd dominus serpentem,qui se deciperet,in paradiso constituisset: quo contrà sapiens dominum precatur: vt nõ Psal.140.a declinet cor suum in verbum malum,ad excusandas excusationes in peccatis. Sed & ille suos supplantans gressus cõtra deum feruet animo, qui diuina imperia per suam inertiam contemnens, insuper ipsum dominum quasi importabilia hominibus onera

a labia sua & insipiens. Vbi nõn est scientia animæ,non est bonum:& qui festinus
b est pedibus, offendit. Stultitia hominis supplantat gressus eius, & contra deum
c feruet animo suo. Diuitiæ addunt amicos plurimos:à paupere autem & hi quos habuit,separantur. Testis falsus non erit impunitus:& qui loquitur mẽdacia, non effugiet. Multi colunt personam potẽtis, & amici sunt dona tribuẽtis. Fratres omnes pauperis oderunt eum:insuper & ami
d ci procul recesserunt ab eo. Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui autem possessor est mentis, diligit animam suã:
e & custos prudẽtiæ inueniet bona. Falsus testis non erit impunitus:& qui loquitur
f mendacia peribit. Nõn decent stultũ deliciæ, nec seruum dominari principibus.
g Doctrina viri per patientiam noscitur:
h Et gloria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.
k Dolor patris,filius stultus: Et tecta iugi-
l ter perstillãtia litigiosa mulier. Domus & diuitiæ dantur à parentibus: à domino
m autem propriè vxor prudens. Pigredo
n immittit soporem: Et anima dissoluta
esuriet. Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit
o viam suam, mortificabitur. Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & vi-
p cissitudinem suam reddet ei. Erudi filium tuum & non desperes, ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.

B

C

D

E

F

imposuerit, mente reprehendit insana. c ¶Diuitiæ addunt amicos plurimos:à paupere autem & hi quos habuit, separantur.) Diuitiæ regni cœlestis, quæ per sanctos doctores fidelibus tribuendo prædicantur, multos amicos & eisdem prædicatoribus, & earũ largitori domino asciscũt. A philosophis autem cæterisq; gentium magistris: quia nil certæ beatitudinis in futurum norũt promittere:& hi quos habuere separantur,videlicet conuersi ad fidem spemq; dominicæ promissionis certissimam. d ¶Qui tantum Rom.2.b. verba sectatur, &c.) Et Apostolus ait: Non auditores legis iustificabuntur apud deum, sed factores legis iustificabuntur. e ¶Falsus testis non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, peribit.) Redarguerat eum qui verba tantum scientiæ absque operationis efficacia sectatur: redarguit nunc illum qui ipsa verba diuinæ autoritatis malè interpretando corrumpit. Quod autem multa sæpius iterantur,firmitatis indicium est:vt Ioseph somnium regis interGen.41.d pretans ait:Eo quòd sit sermo dei,& veraciter impleatur. f ¶Non decent stultum deliciæ:nec seruum dominari principibus.) Non decent hæreticum deliciæ scripturarũ: quia his bene vti non nouit:neque illum qui seruus adhuc peccati esse probat,præferri iustis ĩ regimine ecclesiæ. g ¶Doctrina viri per patientiam noscitur.) Doctrina ecclesiastica per patientiam doctorum quàm sit perfecta monstratur: quia dum magis afflictionibus ac morti corpus subdere, quàm à docendi officio cessare, voluerunt: ostendebant vtique quantum esset salutaris,quam tanta instantia defensare curarunt. Aliter: Doctrina viri per patientiam noscitur: quia tanto quisque minus ostenditur doctus,quanto conuincitur minus patiens. Neque enim potest veraciter bona docẽdo impẽdere,si viuẽdo nescit æquanimiter aliena mala tolerare. Rectè autem subditur:

h ¶Et gloria eius est iniqua prætergredi.) Quia nimirum perfecti doctoris est sic aliorũ improbitatem patienter sufferre, vt suam quoque fragilitatem nouerit ab iniqua actione solerter obseruare. Neque enim aut mundicia propriæ conuersationis,sine tolerantia sufficit externæ perturbationis:aut si is qui fortiter aduersa foris sustinet, intus adhuc eneruiter iniquis motib⁹ feruet.

i ¶Sicut fremitus leonis &c.) De Dauid rege dicit,q ĩ iudicio, & hilaris ac blãd⁹ iustis,& terribilis apparebat iniustis. k ¶Dolor patris, filius stultus.) Deus qui in sua natura impassibilis sẽper est & placidus, dolere tamen nostro more dicitur,cùm homines,quos ad se credẽdum laudandumq; creauit, hosti poti⁹ maligno q̃ sibi seruire cõsiderat. Vnde & Moyses loquitur:Pœnituit Gene.6.a. eum q⁹ hominẽ fecisset ĩ terra: & tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo,inquit, hominẽ quẽ creaui,à facie terræ. l ¶Et tecta iugiter perstillãtia &c.) Sicut tecta perstillãtia pluuiã quidem de cœlo suscipiũt:nec tamẽ hanc ad vtilitatem aliquã dispertiunt: sed ad molestiã potius inhabitantium deriuant:Ita nimirum hæreticorum ecclesia, cœlestium dona verborũ non ad salutem animarum,sed ad suæ vsum nequitiæ malè interpretando, & contra catholicos litigando conuertit. Tecta etenim perstillantia, mundas quidem pluuiæ guttas accipiunt, sed sub tectis in domo sordidas reddunt: & hæreticus limpidissima cœlestis oraculi verba, auditu corporis haurit: at vbi hæc cordẽ polluto attigerit,auditorib⁹ suis sorde mixta ministrat. m ¶Pigredo immittit soporẽ.) Piger appellatur, qui rectè sentiẽdo quasi vigilat:q̃is nihil operando torpescat. Sed pigredo immittit soporẽ, quia paulisper etiam rectè sentiẽdi vigilantia amittitur,dũ à bono operandi studio cessatur. Rectè autem dicitur: n ¶Et anima dissoluta esuriet &c.) Nam qui se ad superiora stringẽdo nõ dirigit:neglectũ se inferius per desideria expandit. Et dum studiorum subtilium vigore nõ constringitur:cupiditatis infimæ fame sauciatur: vt quo per disciplinã ligari dissimulat, eo se esuriẽs per voluntatũ desideria spargat. o ¶Fœneratur domino qui miseretur &c.) Fœnus est pecunia ad vsuram Fœnus. cõmodata:q enim miseretur pauperis, fœneratur domino: quia ideo erogat modica temporalia,vt ab eo recipiat ampliora æterna. Huius sententiæ veritatem probat ipse dominus,cùm se eleemosynam facientibus dicturũ esse prædixit: Quandiu fecistis vni de his minimis meis,mihi fecistis. Mat.25.d

p ¶Erudi filium tuum & non desperes, ad interfectionem autem eius ne ponas &c.) Subiectum tibi quemlibet si errare conspicis,diligenter castigare curato:quòd si curari renuit,ita erga illum circunspectè & temperanter age:ne quid omnino in tuis verbis vel actibus, vnde amplius peccet inueniat. Cui sensui opitulatur illud quod sequitur:

Qui

a tuam. Q ui impatiēs est, fustinebit damnum: & cùm rapuerit, aliud apponet. Audi consilium & suscipe disciplinam: vt sis sapiens in nouissimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem domini inæternum permanebit. Homo indigens misericors est. Et melior est pauper quàm vir mendax. Timor domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi. Abscondit piger manū suam sub ascella: nec ad os suū applicat eam. Pestilēte flagellato, stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapiētiam. Qui affligit patrem, & fugit matrē, ignominiosus erit & infelix. Non cesses fili audire doctrinā: nec ignores sermones scientiæ. Testis iniquus deridet iudicium. Et os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus. Luxuriosa res vinū: & tumultuosa ebrietas. Quicunque his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eū, peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se à cōtentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs.

Caput XX.

Propter frigus piger arare noluit: mē dicabit ergo æstate & non dabitur ei. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios derelinquet. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malū intuitu suo. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Pondus & pōdus, mēsura & mensura: vtrunq; abomina-

G a ¶Qui impatiens est, sustinebit damnum &c.) Si enim duritia contradicentis fratris, quem erudire cœpisti, prouocatus ipse in impatientiæ vitium labaris, damnum profectò tuæ virtutis incurris: & cùm illi durius fortè increpādo spē promerendæ salutis agendæq; pœnitentiæ quam habuerat rapueris: rationem pro eo quòd fratrē scandalizasti, districto iudici reddes. Patet literæ sensus: quia qui per impatientiam inopiæ, furto seruit, aut rapinis, dānum suæ animæ facit: & cùm rē proximi tollit, & si non homini pro hoc, certe æterno iudici rationem reddere habet. Vnde alia æditio ita hunc versum transtulit: Malè cogitans homo, multo damno affligetur: & si pernicios⁹ fuerit, animā suam apponet: quia nimirum cùm pecuniā violentus abstulerit, pro hac animā inuitus dabit. b ¶Homo indigens misericors est.) Indigentē dicit humilē, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recolit: talis nāq; vt misericordiam H cōsequatur à domino, nunquam proximo misereri recusat. De quo & subsequēter annectit:

c ¶Et melior est pauper quàm vir mēdax &c.) Melior est nāq; humilis corde, q nihil fidit suis operibus, quàm q se præ excellētia virtutū viri nomine dignum ducens fallitur, nescius dū superbiendo perdit bona quæ gessit.

d ¶Abscondit piger manum suā sub ascella &c.) Nemo ita piger est vt ad os manū vel comedendo reducere laborem putet: sed pigro labor est manū ad os porrigere, qa desidiosus q̄sq; prædicator, ne hęc vult operari quæ dicit. Manū qppe ad os porrigere, est voci opere concordare.

e ¶Testis iniquus deridet iudicium.) Illud videlicet de quo di- Exo.20.b. citur: Nō falsum testimoniū dices: vel certè venturū, de quo su- I prà dicitur: Testis falsus nō erit Sup. eo.a. impunitus: & q loquit mēdacia, peribit. f ¶Et os impiorū deuorat iniquitatem.) Sicut famelicus refici cibis desiderat: ita impi⁹ vt iniquitatis executiōe satiet, ardēter exqrit. g ¶Parata sunt derisoribus iudicia &c.) Etsi reprobi, sicut prædictum est, vel iussionis vel cōminationis diuinæ iudicium derident: parata tamē eos expectāt iudicia dānationis: quæ vt mallei ferrum candens, ita eos in fornace gehennæ sine fine verberent.

Caput XX.

h Propter frigus piger arare noluit &c.) Qui nunc propter desidiā in dei seruitio laborare neglexit: h ¶Vēturo die regni mēdicabit: & nō dabitur ei, quia quęcūq; Gal.6.b. seminauerit homo, hæc & metet. Bene ergo regnū dei æstati cōparatur, quia tūc mœroris nostri nubila trāseunt, & vitæ dies æterni solis claritate fulgescūt. i ¶Multi homines misericordes vocātur &c.) Multi quidē misericordes præsenti in seculo apud homines vidētur: virum autē fidelem, hoc est, qui recta intētione bonū op⁹ faciat, inueniri difficile est. k ¶Iustus qui ambulat in simplicitate sua &c.) Nō hoc secundum literā semper stare potest. Nā & beatus 1.Reg.8.a. Samuel vir iustus ac simplex, dissimiles sui filios reliquit, & 4.Re.18.a Achaz iniustus ac reprobus, beatū post se filiū reliquit Eze chiam: sed filios iusti dicit eos, qui exempla iusti sequuntur. K Vnde nunc omnes electi propter fidem, filij dicuntur Abrahæ: teste Apostolo qui ait: Si autem vos Christi, ergo semen Rom.4. Abrahæ estis: quibus beatitudo non huius seculi, sed futura promittitur. Vnde rectè subiungitur: l ¶Rex qui sedet in solio iudicij &c.) Etsi enim in hac vita electi mala patiātur reproborū, vbi vniuersalis iudicij dies apparuerit, omnia mala dissipantur: & coronatis cum domino iustis, soli pœnas subibūt iniusti. Quod etiam nunc per partes agitur, cùm quis sanctorū victor exierit de seculo, & ille qui eū tribulabat persecutor digna factis perceperit. Potest hic versus & de electis accipi, qui habēt aliquādo latentia in mēte mala: quæ ab alijs videri non possunt hominibus: quæ tamen dominus cernit, quando ea occulto respectu gratiæ destruit. Deniq; conuersus dominus respexit Petrū, Luc.22.g. & recordat⁹ est Petrus verbi do- L mini, &c. m ¶Quis potest dicere &c.) Notandū quòd non ait: Quis potest mundū habere cor, & purus esse à peccato? sed, quis potest dicere, inquit, mundū est cor meū, purus sum à peccato: quia sunt qui largiēte diuina gratia, possunt iuxta humanū modum & cordis & operis munditiem habere: vnde est illud dominicum: Beati mundo corde: Matt.5.a. quoniam ipsi deum videbunt. Et Psal.23.a. in Psalmo: Quis ascendet in mōtem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde. Si enim nemo mūdum habet cor, neque vllus purus est à peccato: consequens est profectò, vt nullus ascēdat in montem domini: nullus hominū stet in loco sancto eius. Quia verò constat multos ascensuros in montem domini, staturosq; in loco sancto eius: restat M vtique vt sint multi mundo corde, & iuxta humanæ possibilitatis modum puri à peccato: nec tamen seipsum quisquam mundū corde & immunem esse à peccato absque temeritate pronunciat. Stulta est nanque propriæ laudis iactantia, temerarium de sua quenque innocentia, vel iustitia gloriari. Et quia sunt qui sua laudare quasi fortia: proximorum verò facta velut vilia solent improbare: rectè subiungitur: n ¶Pondus & pondus &c.) Pondus & pondus: hoc est, maius & minus, mensura & mensura, similiter maior & minor, vtrunque est abominabile apud deum. Præpositi enim in ecclesia prauè viuentes: has duplices mensuras in domibus, hoc est, conscientijs suis habēt: quia bonum quod alijs imperant, ipsi minimè faciūt: & malum quod in subditis damnant, ipsi perpetrare nō desinunt. Pondus & pōdus, mensuram & mensuram, hypocritæ atque hæretici in domibus, hoc est in sensibus suis habent, in eo quòd se mundos in cogitatione, & puros in actione sua esse mentiuntur: cæteros verò velut sordidos atque peccatores respuunt & contemnunt: quasi statera dolosa & mensura duplici, aliter sua, & aliter facta proximorum pensant, ac per hoc in vtroque abominabiles apud deum existunt. Diuersum nāq; pōdus in domo sua, diuersam habet mensuram: vt aliter videlicet

A delicet in ſemetipſo,aliter metiatur in proximo: qui in ſuis ſemper actibus quæ laudari,in aliorum verò quæ vituperari poſſint,rimatur. Et ideo talem iuſtè abominatur domin⁹: quia nimirum quantum ſibimetipſi abſq; meritis placet, tãto ſuperno inſpectori meritò diſplicet. Verùm quia periculoſum eſt cuiq̃ de aliena conſciẽtia iudicare,cuius intentionẽ ſcire nequit: dat conſilium quibus indicijs iudiciũ noſtri cordis erga proximum dirigere debeam⁹. Nam ſequitur: a ¶ Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer &c.)Quẽcunque enim virtutibus ſtudere, modeſtiæ,continentiæ,auditioni ſapientium,& obſeruantię mandatorũ dei,maximeq; humilitati ac ſimplicitati videris:huius mũda eſſe & recta opera intellige. Quem verò his contrarium iter tenere deprehẽdis:hũc velut immundi ac diſtorti cordis hominem, aut corrigere & caſtigare: aut ſi hoc nõ vales, vitare ac declinare,ne ab eo ipſe corrumparis,curato. Nec videri contrariũ B debet,q̃ hic ſtudioſi pueri munda eſſe & recta opera teſtatur: ſuprà verò ait:Quis poteſt dicere, mũdum eſt cor meũ: purus ſum à peccato?In hoc enim verſu ſtudium rectè viuẽdi ſuadet: in illo præſumptionẽ propriæ puritatis diſſuadet. In iſto mundiciã & rectitudinẽ qualis in hac vita eſſe iuſtorum poteſt,docet habendam: in illo ſubtilitatem diuini examinis, qua hominum facta & intẽtiones dijudicat,monet ſemper ante oculos habendam. Vnde & illum locum antiqui interpretes ita tranſtulerũt. Cùm ſederit rex iuſtus in ſolio iudicij,quis gloriabitur caſtum ſe habere cor?aut quis gloriabitur mundum ſe eſſe à peccato? qui & hũc quem exponimus verſiculum,manifeſtius poſuere dicentes:Iuuenis qui cum iuſto eſt, directa erit via illius. Sup.13.d. Qui enim cum ſapientibus graditur,ſapiens erit. Sicut ecõtrà,amicus ſtultorum efficietur ſimilis. b ¶ Aurem audientem &c.)Aurem audientem, dicit auditorem verbi obe- C dientem. Oculum videntem,doctorem eruditũ. Nemo ergo cùm ſe ſcripturarum ſcientia inſtitutum,& ad dicendũ verbum dei viderit idoneum,deſpiciat ſimplicitatẽ fratris: qui & ſi minus doctus ad predicandũ,non tamẽ minus eſt promptus ad diſcendum,vel ad implendum bona quæ didicit:ſed recolat quia qui ſibi maiorem ſcientiæ gratiam dedit: ipſe fratri quæ habet ſpiritualia dona tribuit: nec ſibi propter ſe ſolummodo,ſed etiam propter fratris cõmoda tribuit dona quæ voluit,dans vnicuiq; gratiam ſecundũ mẽſuram donationis ſuæ. c ¶ Noli diligere ſomnum,&c.) Noli diligere Rom.13.c ſomnum peccati & inertiæ,de quo Apoſtol⁹ ait:Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere:ne te ſi nõ bene vigilare noueris, egeſtas in futuro, illa grauiſſima vbi nec ſtillam aquæ vnam ſitiens inuenire queas occupet. Aperi oculos tuos cordis ad vigilias ſanctas,& ſaturitatem tibi gaudiorũ cœleſtium bene viuendo conquire. d ¶ Malum eſt, malũ eſt &c.) Ergo & is qui æterna in cœlis præmia cõparare deſiderat,malum eſt quod in preſenti debet ſuſtinere,vt cùm receſſerit de mũ Ibid.8.d. do,tunc glorietur apertè perſpiciens,Quia non ſunt cõdignæ paſſiones huius tẽporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. e ¶ Eſt aurũ & multitudo gemmarũ &c.) Hæc eſt gloriatio ſapientis emptoris,qui quãdiu emerit,malum eſſe dicit quod ſecum agitur,cùm autem receſſerit, lætabitur ſe ſapienter emiſſe: ſic etenim etiam cœleſtis regni emptor vbi hinc receſſerit exultabit, comperiens labia ſciẽ-

a abominabile eſt apud deũ. Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer,ſi munda & recta ſint o-
b pera eius. Aurem audientem,& oculũ vi-
c dentem,dominus fecit vtrunq;. Nõli diligere ſomnũ,ne te egeſtas opprimat: aperi
d oculos tuos,& ſaturare panibus. Malum eſt, malũ eſt,dicit omnis emptor: & cùm
e receſſerit,tunc gloriabitur. Eſt aurum & multitudo gemmarum: & vas precioſum labia ſcientiæ. Tolle veſtimentum eiꝰ qui fideiuſſor extitit alieni: & pro extraneis
f aufer pignus ab eo. Suauis eſt homini panis mendacij:& poſtea implebitur os eius calculo. Cogitationes conſilijs roborantur: & gubernaculis tractanda ſunt bella.
g Ei qui reuelat myſteria,& ambulat fraudulenter,& dilatat labia ſua,ne cõmiſcearis. Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius in medijs tenebris.
h Hæreditas ad quam feſtinatur in princi-
i pio: in nouiſſimo benedictiõe carebit. Ne dicas,reddam malum: expecta dominum
k & liberabit te. Abominatio eſt apud dominum pondus & pondus: ſtatera doloſa
l non eſt bona. A domino diriguntur greſ-
m ſus viri. Quis autem hominum intelli-
n gere poteſt viam ſuam? Ruina eſt homini deuotare ſanctos: & poſt vota retractare.

tiæ,id eſt,doctrinæ ſpiritualis qua vſus eſt in comparatione D cœleſtium,auro,gemmis & vaſis eſſe aſſimilanda precioſis. f ¶ Suauis eſt homini panis mendacij:&c.) In quocũq; mẽbro quis amplius peccauerit,in eo ampliora in vltione patietur tormenta. Vnde rectè qui in lingua magis delinquit, in ea plus arſurus eſſe perhibetur: dum os eius calculo,qui eſt lapis ignitus,implẽdum eſſe refertur, quod accidiſſe conſtat diuiti illi, qui epulabatur quotidie ſplẽdi- Luc.16.c. dè:cùm in inferno ardens, refrigerari ſibi à Lazaro linguam petebat. Nam quia in verbis ſuperuacuis in epulando defluxerat,in lingua ampli⁹ ardebat. g ¶ Ei qui reuelat myſteria &c.)Si quis voluerit tuis miſceri amicitijs: & hũc videris prioris amici pandentem ſecreta,hunc veluti perfidum caue. h ¶ Hæreditas ad quam feſtinatur &c.)Qui per auaritiæ nequitiã in hac vita multiplicari appetunt: in futuro ab æterno patrimonio exhæredes fiunt. Aliter: Hæreditas ad quam feſtinatur in principio,in nouiſ- E ſimo benedictione carebit. Qui gradum regiminis priuſq̃ ſubeſſe didicerit,id eſt,ante temp⁹ feſtinans, præpoſterus accipit: in nouiſſimo mercede benedictionis, quæ bonis rectoribus debetur,carebit:qui ad myſterium altaris indoctus & temerarius acceſſit,& ipſe i die nouiſſimo gratiam remunerationis quæ bene miniſtrantibus repromittit perdet. Poteſt & ita accipi, quòd q in præſenti ſuas vlciſci vult iniurias,hic corona patiẽtiæ in futuro carebit. Cui ſenſui potiſſimũ videtur conuenire quod ſequitur: i ¶ Ne dicas,reddam malum:expecta dominum,& liberabit te.)Quod etiam verſiculo ſequenti aſtruit:cùm dicit. k ¶ Abominatio eſt apud dominum põdus & pondus,ſtatera doloſa non eſt bona.)Duplex nanq; põdus & ſtateram habet ſuo in corde doloſam:qui dum peccauerit,ipſe veniã petit à domino: & nihilominus peccanti in ſe homini ac pœnitenti, quod peccauit dimittere non vult,eum qui deus eſt flectere ad miſeran- F dum precibus ſatagit,cùm ipſe homo exiſtens,nullis hominum precibus flecti ad miſericordiam poſſit. Qui iure quaſi iniquus ponderator abominatur à domino:quia ſuas iniurias grauiores quàm domini menſurat. Verbi gratia, nolẽs indulgere ei qui ſuam vxorẽ polluit:& poſtulans ſibi indulgeri,cum fortè deſpõſatam Chriſti virginem maculauerit, vel certè animam ſuam deo in baptiſmate cõſecratã, aliqua vitiorũ ſorde fœdauerit. l ¶ A domino diriguntur greſſus viri.)Quicunq; hominum greſſus rectum iter incedũt, non fit hoc libertate humani arbitrij: ſed gubernatiõe illi⁹, cui dicit Eſaias: Omnia enim opera noſtra operatus es no- Eſa.26.c bis. m ¶ Quis autem hominum intelligere poteſt viam ſuã?)In hoc,inquit,manifeſtè claret,quia quicquid boni habet quiſque,à ſeipſo nõ habet,ſed per gratiam dei: quod nec per ſui libertatẽ arbitrij qualis futur⁹ ſit,qualiter, vel q̃diu victurus, intelligere poterit. n ¶ Ruina eſt homini deuotare ſanctos &c.)Cùm peccatum ſit vlli hominum nocere, quanto maius eſt cùm quis ſanctos dei offenderit ſiue læſerit, & quaſi vile mancipium pro libito ſuę volũtatis eos tractare nõ timuerit. Quomodo quadraginta viri in Actib⁹ a- Acto.23.c poſtolorum deuouerunt ſe nõ mãducaturos neq; bibituros, donec occiderẽt Paulũ. Et pagani ſæpe, vt legimus, dijs ſuis Chriſtianorum deuouere ſanguinẽ. Hunc verſiculũ antiqua æditio,iuxta alium ſenſum poſuit,dicẽs: Muſcipula eſt viro

citato aliquid de suis cõsecrare: postea autem quàm votũ fecit pœnitẽtiam agit. Et quia vtrosq; & eos videlicet qui sua vota contẽnunt, & eos qui vt sua vota cõpleant sanctos persequuntur, dãnatio restat æterna: rectè subditur: a ¶Dissipat impios rex sapiẽs &c.) Moris autẽ fuit antiquorum, vt adepta de hoste victoria, fornices sibi erigerent: in quibus virtutũ suarum laudes describerẽt: vt in 3. Reg. 15. c Saulis opere legimus. Dominus ergo rex noster, non solũ impiorum destruet in fine malicia: sed & magnã cum electis suis eiusdẽ triumphi gloriã perpetuò celebrat. Hũc versum antiqua trãslatio sic habet: Vẽtilator impiorũ rex sapiẽs: & immittet illis rotã malorum, id est, pœnã nullo fine consummãdã. Cui videlicet rotæ cõtraria est corona vitæ æternæ: quã repromisit deus diligentibus se. b ¶ Lucerna domini spiraculũ &c.) Diuini afflatus ſl luminatio cùm in mentẽ hominis venerit, eã sibimetipsi illuminans ostendit, quæ ante spiritus H sancti aduentũ cogitationes prauas & portare poterat, & pẽsare nesciebat. c ¶Exultatio iuuenum &c.) Caniciem sapientiã dicit. Tũc etenim ciuitatis cuiusq; bene ordinatæ: tunc res sanctæ ecclesiæ rectè aguntur: cùm & fortiores quiq; virib⁹ necessarijs insistunt operibus, & seniores maiore prudẽtia præditi, de his quę agenda sunt salubriter consulũt. d ¶Liuor vulneris absterget mala, &c.) Cùm enim exterius percutimur, ad peccatorũ nostrorũ memoriam tacti afflictiq; reuocamur: & per hoc quòd foris patimur, magis intus quod fecim⁹ dolemus: sicq; fit vt inter aperta vulnera corporis magis nos abluat plaga secreta vẽtris: quia sanat nequitias praui operis, occultum vulnus doloris. Solet quippe ventris appellatione mens accipi: I quia sicut venter cõsumit escas: ita mens pertractando exco quit curas. Caput XXI.

e SIcut diuisiones aquarũ &c.) SQuare cor regis & non potius hominum in manu dei Psal. 94. a esse perhibet, cùm scriptum sit: Quia in manu eius sunt omnes fines terræ: nisi fortè regem, sanctum quẽq; appellat, qui vitiorum bella in seipso vincere, virtutum militiã nouit stipare. Sicut enim dominus multifidis aquarum diuisionibus terrarum fines latè simul & aẽris implet: tegit quoq; aquis superiora cœlorũ: ita cor regis quocunq; voluerit inclinabit illud: quia sicut diuisiones gratiarum, iuxta suam voluntatẽ, & angelis & hominibus tribuit: ita & corda sanctorum quibuscunq; voluerit digna donationibus reddit. Neq; vllũ habet Pelagianista locum, quo absq; dei gratia quis saluus fieri possit. f ¶Peruersa via viri aliena est, &c.) Iustè coram domino viuere, propriũ est humanæ cõditionis. Vnde alibi Eccl's. 12. d dicit: Deũ time, & mãdata ei⁹ obserua: hoc est, omnis homo. At qui peruersè viuit, alienã profectò à natura humana viam incedit. Peruersa ergo actio, aliena est & cõtra naturã. Qui autẽ mundus est in opere, hic rectè quod per naturã originaliter sumpsit exequitur. g ¶Melius est sedere in angulo domatis, &c.) Adeo verum est, meli⁹ esse sedere in angulo

a ctare. Dissipat impios rex sapiens: & in-
b curuat super eos fornicẽ. Lucerna domini spiraculũ hominis: quę inuestigat omnia secreta ventris. Misericordia & veritas custodiunt regem: & roboratur clemẽ
c tia thronus eius. Exultãtio iuuenum fortitudo eorum: & dignitas senũ canicies.
d Liuor vulneris absterget mala: & plagæ in secretioribus ventris. Caput XXI.
e SIcut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu domini: quocũq; voluerit inclinabit illud. Omnis via viri recta sibi videtur: appendit autẽ corda domin⁹. Facere misericordiam & iudicium, magis placet domino quàm victimæ. Exultatio oculorum, est dilatatio cordis: lucerna impiorum, peccatum. Cogitationes robusti semper in abũdantia: omnis autem piger in egestate est. Qui congregat thesauros lingua mẽdacij, vanus & excors est: & impingetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum detrahent eos: quia noluerunt fa
f cere iudiciũ. Peruersa via viri aliena est: qui autem mundus est, rectum opus eius.
g Mẽli⁹ est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa & in domo communi. Anima impij desiderat malũ: non miserebitur proximo suo. Mulctato pestilẽte, sapientior erit paruulus: & si sectetur
h sapientem, sumet scientiã. Excogitat iustus de domo impij: vt detrahat impios à malo. Qui obturat aurẽ suam ad clamo-
i rem pauperis: & ipse clamabit, & nõ exaudietur. Munus absconditum extinguet
k iras: & donum in sinu indignationẽ maximã. Gaudium iusto est facere iudiciũ:
l & pauor operantibus iniquitatẽ. Vir qui errauerit à via doctrinę, in cœtu gigantiũ cõmorabitur. Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vinum & pinguia, nõ
m ditabitur. Prõ iusto datur impius: & pro recto

domatis, id est, in secreta altitudine vitę cõtinentioris, quàm K cum muliere mala in domo quæ tibi sit cum illa cõmunis: vt etiam si optima tibi mulier ducenda offeratur, melius sit cõtempto cõnubio propter comitatum agni, cælibem ducere vitam. Aliter: Quid per angulum domatis, nisi vita religiosa, ab omni actiõe terrena remota: & à turbationibus vitæ præsentis quieta? Quid per mulierẽ litigiosam, nisi perturbati seculi actio designatur, quæ amatorib⁹ suis incessanter tentationes mouet, iurgia atque scandala semĩnat, ĩmittit lites, cõcitat bella, diuidit vnitatẽ, pacem violat, amicitias dissipat: eosq; dũ varijs cupiditatibus inflammat: nec in semetipsis quiescere sinit, nec ĩ fraterna dilectione cõnexos esse pmittit? h ¶Qui obturat aurẽ suam &c.) Generaliter hęc accipienda sententia, & nõ egeno tãtum, vel corporaliter infirmo. Nam & qui criminib⁹ alienis nõ affectu misericordiæ condolere, sed iudicantis mauult tenere cẽsurã, ostendit se necdũ vitiorum L fecibus eliquatũ, neq; auditu diuinæ miseratiõis existere dignũ.
i ¶ Munus absconditum extinguet iras, &c.) Qui iram districti iudicis quam peccãdo meruit placare desiderat, eleemosynas det pauperibus, & hoc nulla delectatiõe fauoris humani, sed tãtum amore conditoris, qui cordium occulta respicit. Sic enim fit munus absconditum, sic ad mitigandum conditoris iram proficuum, si nullo extraneæ retributionis intuitu porrigatur: sic implebitur quod ipse præcepit: Te autẽ faciente eleemosynã, ne- Matt. 6. a. sciat sinistra tua qd faciat dextera tua. k ¶Gaudium iusto est facere iudicium, &c.) Gaudet iustus cùm bonis desudat operib⁹, quia sperat se propter hęc bonis remunerandum esse perennibus. At verò reprobi dum mala quæ M dominum prohibuisse norũt, faciunt, q̃is suæ luxuriæ perpetra tione carnaliter delectentur, mẽtis tamen pauore interno carere nequeunt, quia se mala perpetua passuros pro his quæ tẽporaliter malefecerint nõ ambigũt.
l ¶Vir qui errauerit à via doctrinę, &c.) Gigãtes dicit immũdos spiritus, de quibus beatus Iob: Ecce gigantes, inquit, Iob. 26. b. gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis, id est, superbi & malefactores spiritus dæmoniorum cum his quos deceperint hominibus pœnis subacti torquentur: horum enim cœtui sociabunt, qui à via veritatis errauerunt, ipso iudice attestante qui se illis dicturum esse prædixit: Discedite à me Matt. 25. d maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. m ¶Pro iusto datur impius, &c.) Iusti & recti idem esse videntur, sed distat inter impios & iniquos, quòd iniqui sunt omnes reprobi: impij verò qui maioribus implicati scelerib⁹, vel nunquã sanctæ mysteria fidei perceperũt, vel post accepta ad apostasiã redierũt. Vnde potest hoc locò impius omnis fidelium persecutor dictus accipi: Porrò iniquorũ vocabulo, generaliter omnes mali signari. Et pro iusto dat impius, cùm pro martyre persecutor qui eũ morti dederit punitur: pro rectis iniqui, qui eorum iustitiam videntes

A dentes imitari nolebant. Damnatur Herodes, non tantũ pro innocentibus quos impiæ necí tradidit, sed & argumentum damnationis accipit: quia fidem magorum sequi ad quærendum dominũ noluit cũm esset Iudęus, & prophetarum dicta
Matt.12.d cognoscęret: hinc enim dominus ait: Regina austri surget in iudicio cum generatiõe ista, & cõdemnabit eam &c. Nõ quia ipsa sua virtute ac potentia condemnabit, sed quia in eius comparatione condẽnabuntur, qui deuotionem eius scientes cũ multo facilius possent, sapientię curã dissimulabãt habere. a ¶ Thesaurꝰ desiderabilis &c.) Claritas bonorũ operum deo semper amabilis, & pinguedo dilectiõis in sanctorum ecclesia refulget. Verùm reprobi non tantũ virtutes se nõ assequi, sed & persequi & quantũ valent in bonis obruere festinãt. Potest sanè hic versus & de quolibet martyrũ accipi, in cuius habitaculo, id est, corpore anima sancta, dei videlicet thesaurꝰ seruetur, abũdat & vnctio gratię spi
B ritualis, at persecutor imprudẽs huiusmodi habitaculũ disrũpere potest: thesaurum verò qui habitaculo tenebatur & oleũ, nequaq̃ tangere potest. Vt dominus do-
Matt.10.c cet: Nõ timete eos qui occidunt corpus, & post hęc nõ habẽt amplius quid faciãt. b ¶ Ciuitatẽ fortiũ ascendit sapiẽs &c.) Ciuitatem fortium, mundũ dicit, qui quõdam malignorum spirituum tyrannidi stultæ subactus seruiebat: habens fiduciã vitę in occulto eorum qui nõ sunt dii, sed opera manuum hominum. Hanc ciuitatẽ intrauit ille natus in carne, qui est dei virtus & dei sapientia: destruxitq; per suos prędicatores cultũ deorũ, in quibus fuere confisi, veritatis ignari: atq; in fide cœlestium docuit habẽdam esse fiduciam quæ nunquã posset destrui. Sed & quotidie ciuitatem fortium ascendit sapiens,
C & destruit robur fiducię eius, cùm aliquis fidelis doctor argumento philosophorum, vel hæreticorum, vel etiam cõtumaces carnalium fratrum cõtradictiones quibus scelera sua dẽfendere & alleuiare nituntur aspernatiõe fidei ecclesiasticæ, castigationis disciplina redarguit atq; euiscerans annullat. c ¶ Testis mẽdax peribit: vir obe. &c.) Qui se deo seruire testatur, nec factis dicta exequitur, peribit: qui autẽ fideliter vt promittit, iussis subditur diuinis: hui⁹ loquela ad victoriam perueniet: quia dum per obedientiam suam desideria vincere satagit per iustitiam iudicis postmodũ victoriæ palmam percipit. d ¶ Vir impius procaciter obfirmat vultum suũ &c.) Iudas quia impius corde erat, quãuis ipso domino se redarguẽte, noluit mala cœpta restringere. Porrò Petrꝰ quia rectus erat corde, id est, rectitudinis amator, respiciẽte se domino mox pœnitẽdo correxit quod negando deliquit.
Luc.22.g e ¶ Nõ est sapientia, &c.) Quæcunq; consiliantur & sapiunt hæretici: nihil est, & vanum, & inutile. f ¶ Equus paratur ad diem belli, &c.) Hominum quidẽ est deuotè tempore persecutionis animũ præparare, corpus offerre discrimini: sed diuini est adiutorij, vt cœpto labori, agonis victoria salusq; succedat. Caput XXII.

g MElius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ.) Nomen bonum dicit, non quòd à turbis vulgi imperiti, sed quod à fidelium quanuis paucorum testimonio laudatur. Neq; enim bonus habere nomẽ bonum refugit, sed D
à bonis solum quærebat laudari qui ait: Si adhuc hominibus Galat.1.b.
placerem, Christi seruus non essem. Nomen ergo bonum, est nomẽ religionis, quod diuitijs mundialibus iure præfertur.
Nam & si mundum quis lucraretur vniuersum, meritò hũc Matt.16.d
contemneret, tantum vt nomen eius scriberetur in cœlo, eiúsque memoria & inter angelos, & inter homines sanctos figeret ęterna. h ¶ Super argentum &c.) Illam significat gratiã, cùm quis pro bono opere laudat à bonis: imò pro collatis ei donis meritorum, glorificatur pater qui in cœlis est. i ¶ Diues & pauper &c.) Neq; diuitẽ propter diuitias honores: neq; pro inopia pauperẽ despicias, sed hoc in vtroq; meritò venerare, quia opus sunt diuinum, & ad imaginẽ dei facti sunt. k ¶ Callidus videt malũ &c.) Multi ex principibꝰ credi- Ioan.12.f.
dere in dominũ, sed propter pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non ęijcerentur: quia E
enim erant callidi, videbant malum persecutionis quod imminebat, & absconderũt fidem pietatis quam parũper conceperãt. Innocentes verò apostoli pertrã sierunt itinere recto professionis quo cœperũt, & afflicti sunt verbere, vinculis, carcere & ipsa etiã morte mulctati: Vtrorũq; autẽ exemplum multi vsq; nunc, & in certamine fidei & in cõmunibus sequuntur actibus. Hũc versum antiqui interpretes manifestius, sed in aliũ sensum, transtulerũt: Nequam puniri valde ipse disci plinam accipit: insipiẽtes autem prætereuntes dãno afflicti sunt.
l ¶ Finis modestiæ timor domini &c.) Modestiam dicit constãtiam operum bonorum: timorẽ verò domini, illũ qui permanet in seculum seculi: quia nimirum
perfectio virtutum est, ad hunc animi statum conscendere quo gratiam conditoris, vel in modico timeamus offende- F
re: nihil prorsus eius memoriæ præponentes quæ alibi charitas vocatur perfecta, foras mittens timorẽ, seruilem vide- 1.Ioã.4.d
licet & incipientem: quo metuit quisque ne fortè peccando pœnis mereatur subigi. Quòd autem subiungit: Diuitiæ & gloria & vita, i futuro significat. Finis ergo modestiæ timor domini, diuitiæ & gloria & vita. Quia nimirum perfectio virtutum est in hac vita vt timeamus dominum timore sancto: hoc est, syncera illum dilectiõe colamus: finis virtutum in futuro, vt diuitijs hęreditatis promissę, regni cœlestis gloriam & vitam sine fine percipiamus à domino. Vnde Petrꝰ: 1.Pet.1.b.
Itaque cùm videritis, exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata, portantes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum. m ¶ Arma & gladij in via peruersi &c.) Dupliciter intelligendum: quia peruersi & armati semper ad nocendum proximis verbo vel opere scelesto, & ipsos parata semper expectat vltio diuini examinis. Qui verò animã suã in æternum saluari procurat, lõgè refugit ab huiusmodi armis & gladijs, quia & mentẽ manumq; suam à proximorum læsione refrenat, & ne animaduersione districti iudicis ipse feriatur, intenta mente præcauet. n ¶ Prouerbium est: adolescens &c.) Constat plerosque in senectute domino donante maturari à vitijs quæ adolescentes habuerant, & ecõtra nonnullos illo se deserente, deserere circa senium virtu-

G tes quibus ab adolescentia videbant illustrari. Sed quia multo sæpius quisque mores quibus ab adolescentia imbut⁹ est, in reliquum vitæ tempus exequi consueuit: prouerbium esse dicit: quia quod adolescens quisque cœperit, in senecta non mutauerit: non tamen ipsum semper ita venire confirmat. Idcirco autem huiusmodi prouerbium ponit, vt auditores suos à prima ætate virtutibus studere persuadeat: ne fortè i senectute non possint deserere studia, quibus in tenera ætate mãcipari despexerant. Horatius. Nam & quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Et Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem orbisq; domitorẽ, & in moribus & in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitijs, quib⁹ paruulus adhuc fuerat infectus.

H rum in futuro iudices existunt, qui virtutum diuitijs caruerunt. Et qui verbum doctrinæ salutaris accipit à doctore, seruus est eiusdem doctoris: id est, debitor implẽdi omnia quæ illi magisterij cœlestis iure præcipit.

Mat.26.d

I

Matt.25.c

Psal.138.c

K

L

Hiere.1.c.

Danie.2.c

1.Cor.14.d

M

Prou.10.a

a rit non recedet ab ea. Diuẽs pauperibus imperat: & qui accipit mutuum, seru⁹ est
b fenerãtis. Q ũi seminat iniquitatem: me-
c tet mala: Et virgã iræ suæ consummabi-
d tur. Q ũi pronus est ad misericordiam, be nedicetur: de panib⁹ enim suis dedit pauperi. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium. Eijcẽ derisorem, & exibit cum eo iurgium: cessabuntq; causæ & cõtumeliæ. Q ũi diligit cordis mundiciam propter gratiam labiorum suorum, habebit
g amicum regem. Oc ũli domini custodiunt scientiam, & supplantantur verba iniqui.
h Dicit piger, leo est foris: in medio plateā-
i rum occidendus sum. Fouea profunda os alienæ: cui irat⁹ est dominus incidet in illam. Stultitia colligata in corde pueri: &
k virga disciplinæ fugabit eam. Q ui calũ-
l niatur pauperem vt augeat diuitias suas:
m dabit ipse ditiori & egebit. Inclinã aurem tuam, & audi verba sapientium: appone
n autem cor ad doctrinã meam. Q ũę pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo, & redundabit in labijs tuis, vt sit in domino fiducia tua, vnde & ostendam
o eam tibi hodie. Eccẽ descripsi eã tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, vt ostenderem

a ¶Diues pauperibus imperat, &c.) Patet iuxta literam. Sed & diuites virtutibus in iudicio occultè inspectoris principantur eis, imò eorum in futuro iudices existunt, qui virtutum diuitijs caruerunt. Et qui verbum doctrinæ salutaris accipit à doctore, seruus est eiusdem doctoris: id est, debitor implẽdi omnia quæ illi magisterij cœlestis iure præcipit.

b ¶Qui seminat iniquitatẽ, metet mala.) Certũ est quòd is qui vel verbo vel exẽplo docuit iniquitatem, recipiet vindictã. Sed quod sequitur: c ¶Et virga iræ suæ consummabitur.) Illam maximè iniquitatem videtur dicere, quæ immiti & impia mente peragit, vt est latrocinia exercere, homines seruitio premere, tormentis laniare, morte perimere, bouem viduæ pro pignore auferre: ipsam de aduersario cùm possit vindicare non velle: Talis virga iræ suæ cõsummabitur, quia sicut dominus ait: Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt: id est, qui iniustè in alios sæuiunt, ipsa sæuitia sibimetipsis interitum cõscisc unt. Verùm quia dixerat de impio: sequitur econtrà de pio. d ¶Qui pronus est ad misericordiã, benedicetur &c.) Huic simile est illud iudicis eiusdem qui misericordes ab impijs discernens ait: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Quia esuriui & dedistis mihi manducare &c. Possunt autem panes qui pauperi dantur, non solũ alimenti carnalis, sed & doctrinæ spiritualis quibus anima recreatur intelligi. e ¶Eijce derisorem &c.) Eijce hæreticum, quem corrigere non potes, de ecclesia: & cùm illi libertatem prædicandi abstuleris, catholicæ paci auxilium præstabis.

f ¶Qui diligit cordis mundiciam &c.) Qui mundo corde recta prædicat, inter illos annumerabitur, de quibus eidem regi & conditori seculorum propheta dicebat: Mihi autem nimis honorati sunt amici tui deus. Nam si quis gratiam labiorum recta prædicando præmonstrat: cordis autem mundiciã custodire dissimulat, nequaquã talis æterni regis amicitia frui posse putandus est. g ¶Oculi domini custodiũt scientiam &c.) Superna conspectio custodit semper in ecclesia scientiam veritatis quam docuit. Verba autem hæreticorum, imò omnis sermo pietati & iustitiæ contrarius, qui à domino rege non seruatur, cum suo authore subuertitur.

h ¶Dicit piger leo est foris, &c.) Dicit sæpe in animo suo is qui ad agenda bona opera piger est, ad confitendam fidem quam corde tenet timidus: non audeo fidem quam noui foras profiteri: ne me persecutor impius, quia fidelem audit, perimat. Timeo ad exercendas virtutum actiones in publicum progredi, ne fortè me vel antiqui hostis aduersitas grauior tentet, vel etiam homo quilibet peruersus cum suorum turba derideat, cum vitijs confundat, iniurijs afficiat: aut sicut multos iustorum qui ab eius vita discordant, tormentis & morte consumat. Leo, inquit, foris: in medio platearum occidendus sum, quod est apertè dicere, & verba & opera virtutum, vbi ostendi foris cœperint: statim persecutio vel homi nũ, vel spirituum comitatur immundorum, nec valeo tentationibus resistere, sed impijs boni propositi vincor inceptis.

i ¶Fouea profũda os alienæ: cui iratus est domin⁹ &c.) Qui verba vel oscula meretricis libenter amplectitur, quasi ianuam iã gehẽnalis pulsat abyssi: citòq; mergetur si pedem cautus non retrahit: si non membra cætera à vicinia cohibet foueę pœnalis: quam nullus omnino nisi filius iræ illabitur. k ¶Stultitia colligata est in corde pueri &c.) Multos nouim⁹ pueros sapiẽtia prędditos. Nam & Hieremias puer prophetiæ mysterium susc epit: & Daniel scribit quòd dedit de⁹ pueris abstinẽtibus scientiam & disciplinam in omni verbo & sapientia. Vnde restat intelligere, quòd pueros hoc loco nõ ætate, sed sẽsu, paruulos significet: quales vetabat Apostolus esse eos quib⁹ ait: Nolite pueri effici sensibus, sed malicia paruuli estote. Huiusmodi enim pueros, id est, animos stulticię, vel lasciuiæ, vel inertiæ, deditos: necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustum vitæ tramitem prudentium vigore perduci. l ¶Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas &c.) Constat quia rapaces, & quæ pauperibus auferuut, & quæ iustè videntur possidere, pariter omnia perdent, cùm in examine districti iudicis pœnas pro his quæ gessere recipient. Sed & is qui pauperem spiritu fratrem calumniatur: virtutibus eius detrahendo, vt per hanc vituperationẽ ipse diuitias quas desiderat augeat: id est, gloriam laudis humanæ maiorem, quasi sanctior accipiat: meritò talis calumniator quicquid bonæ actionis habere videbatur amittit, & à fructu virtutum vacuus in fine manebit.

Hucusque pertingit titulus parabolarum Salomonis qui suprà positus est, ex quo nouum locutionis genus probatur assumpsisse, vt ea quæ diceret non quasi ad alium quem doceret loquendo, sed velut solus secum ratiocinando videatur effari: quarum videlicet parabolarum primus est versiculus: Filius sapiens lætificat patrẽ: filius verò stultus mœstitia est matris suæ: Vltimus iste ad quem vsque explanãdo peruenimus. Hinc ad priorem loquendi modum reuertitur, vt specialiter ad eum quem instruit verbum faciat, quod ita incipit: m ¶Inclina aurem tuam, & audi verba sapientium &c.) Pulchrum initium ponit nouæ locutionis, vt aurem pariter ad audiendum, & cor apponere ad intelligendum quæ sibi sapientes loquantur eum quem erudit iubeat. n ¶Quæ pulchra erit tibi cùm seruaueris eam in ventre tuo, &c.) Aspera sæpe videtur incipientibus & insuauis doctrina sapientiæ, sed cùm eius virtutem intimo corde perceperint & operibus seruare, cùm hanc quoque labijs propinare fratribus didicerint, pulchriorem hanc cæteris dogmatibus esse deprehẽdent. o ¶Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus & scientia, &c.) Tripliciter auditori doctrinam descripsit suam, quia cogitare, loqui, & operibus hanc exercere præcepit, qua descriptione triplici,

totus

A totus iſte libellus,ſi quis bene conſiderat, plenus refulget.
a ¶Non facias violentiam pauperi &c.) Poteſt de quolibet
Pſal.9.g. paupere vel egeno accipi,de quo dictum eſt: Tibi derelictus
eſt pauper,pupillo tu eris adiutor. Verùm quia ſequitur:
b ¶Et configet eos qui confixere animam eius.)Melius de il
2 Cor.8.b lo intelligitur,qui cùm diues eſſet, pauper pro nobis factus eſt,
& non ſolum pauper, vt nos dita ret,ſed & vt nos redimeret, crucifigi dignat' eſt. Prohibet ergo ſapientia ſuos auditores domino in carne prædicanti violentiam mortemq; inferre, quia nimirũ certus reſtat interitus eis qui in autorem vitę manũ mittere non timuerunt. c ¶Noli eſſe amicus homini iracundo,&c.)Et cũ hęc de omni iracundo vel furioſo poſſint generaliter accipi, tamẽ nihil prohibet ſpecialiter accipi de illis qui contra ſaluatorẽ & diſcipulos eius veſana mente furebant. A quorum amicitia & comitatu prohibentur quicunq; in eum credentes, curam ſuæ ſa-
B lutis agebãt:ne ex vicinia prauorum & ipſi perirent,quod ex ludæ Iſcariothis caſu fieri poſſe probatũ eſt. Generaliter autem dicendum:quia ſicut perfecti virí peruerſos proximos nõ debẽt fugere,qui illos ſæpe ad rectitudinem trahũt, & ipſi ad peruerſitatem nunquã trahũtur,ita infirmi quiq; ſocietatem debẽt declinare prauorum, ne mala quæ frequenter aſpiciunt,& corrigere non valent,delectentur imitari. d ¶Noli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, &c.) Noli eſſe cũ his qui ſe cùm eſſent liberi ac ſibi vacantes,defigunt manus in curas ſalutis malorũ,ſpõdẽtes ſe rationem pro eorũ animabus domino reddituros. Si enim ille pro quo ſpopondiſti,nõ habet bona opera quibus te liberum ac ſecurum reddat tuę ſpõ-
C ſionis, quæ tibi vtilitas eſt vt in die iudicij pro ei⁹ anima iudiceris, amittáſque habitum iuſtitiæ quo indutus eſſe videbaris,ac nudus ab ornamẽto virtutum exiſtere cõprobaris, quia quod domino teſte pollicitus es implere nequiuerãs. Hoc autem dictum eſt,nõ quòd curam regendarum animarum cùm tibi regulariter impoſita fuerit ſuſcipere nõ debeas, ſed ne paſſim nullo iubẽte doctoris tibi ac præſulis officium temerarius vſurpes.
e ¶Ne tranſgrediaris terminos &c.)Ne trãſgrediaris terminos fidei quos catholici ab initio ſtatuere doctores.
f ¶Vidiſti virum velocem in opere ſuo,&c.)Quemcunque velocem videris in opere ſuo,vel in opere bono quod erat ei facere ſtrennuum atque ſolicitum:ſcito hunc in die nouiſſimi examinis coram apoſtolis, qui cum Chriſto mũdum iudicantes ſedebunt,eſſe ſtaturũm:quia videlicet eorum iuſſa ſeruauerit,neque in parte ignobilium doctorum quorũ cauere fecit errorem,id eſt, ad ſiniſtram iudicis eſſe ponendũ.

Caput XXIII.

g ¶Vando ſederis vt comedas cum principe &c.)Per Allegoriam cuncta dicuntur: Quãdo ſederis ad legẽ-

oſtenderem tibi firmitatem & eloquia veritatis reſpondere ex his illis qui miſe-
a runt te. Nõn facias violentiam pauperi quia pauper eſt,neque cõteras egenum in porta,quia domin⁹ iudicabit cauſam ei⁹.
b Et cõfiget eos, qui confixere animã ei⁹.
c Nõli eſſe amicus homini iracundo,neque ambules cum viro furioſo,ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ
d ſuæ. Nõli eſſe cum his qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis. Si enim non habet vnde reſtituat, quid cauſæ eſt vt tollat operimentum de
e cubili tuo? Nẽ trãſgrediaris terminos antiquos quos poſuerunt patres tui. Vidiſti
f virũm velocem in opere ſuo, coram regibus ſtabit nec erit ante ignobiles.

Caput XXIII.

g ¶Vãndo ſederis vt comedas cum prĩcipe, diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuã,& ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes ani-
h mam tuam in poteſtate. Ne deſideres de
i cibis eius in quo eſt panis mendacij. Nõli
k laborare vt diteris: Sed prudentię tuę po-
l ne modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, & volabunt in cœ-
m lum. Ne cõmedas cum homine inuido, & ne deſideres cibos eius: Quoniam in ſimilitudinem harioli & coniectoris æſtimat
n quod ignorat. Cõmede & bibe dicet tibi,
o & mens eius non eſt tecũ. Cibõs quos comederas euomes, & perdes pulchros ſermones tuos. In
p auribus inſipientiũ ne loquaris:quia deſpicient doctrinam eloquij
q tui. Ne attingas paruulorum terminos,& agrum pupillorum ne introeas. Propinquus enim eorum fortis eſt, & ipſe iudicabit cõtra te cauſam illorum. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcięntiæ. Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga, non morietur. In virga percuties eum, & animam eius de inferno liberabis. Fili mi ſi ſapiens

dum cum magiſtro,vt vero pane verbi reficiaris: diligenter D
intellige quæ ſcripta ſunt,& diſcretionem ſacræ lectionis in tua locutione conſerua: ſi tamen talis es tantumq; eruditus qui in poteſtate habeas animã tuã: nec quaſi indoctus mente tua circũferaris omni vento doctrinæ. Guttur nãq; pro loquela poſuit:quia vox in gutture eſt:Cultrũ pro diſcretione: quia cibo cùm reficimur,cultro ſecãte præparamus. Et ſedens vt comedat cultrũ in gutture ſuo ſtatuit,quãdo is qui diuina ſedulus meditat eloquia, diſcreta ex ore verba depromit: nec alia ſæpius in lingua quàm cœleſtis oraculi dicta reuoluit. Hoc autem eius eſt facere qui in poteſtate habet animam ſuam:id eſt,immobilem inter errores fallentium ſapientis animę ſtatum ſeruare didicit.
Vnde & rectè ſubiũgit: h ¶Ne deſideres de cibis ei⁹ &c.)Quod Suprà.22.
eſt apertè dicere: Ne deſideres d
ei⁹ auſcultare ſermones, qui dulcedine mendaciũ dogmatum auditores ſuos fallere conſueuit: E
i ¶Noli laborare vt diteris.)Ditiias ſcientię ſignificat,quas vltra mẽſuram capacitatis noſtræ quærere prohibemur. k ¶Sed prudentiæ tuæ pone modum.)Illum videlicet de quo ſuprà dictũ eſt: Nẽ tranſgrediaris terminos ãtiquos quos poſuere patres tui: hoc eſt,terminos datos à patrib⁹ veritatis & fidei. l ¶Ne erigas oculos tuos ad opes &c.)Ne erigas mentem tuam ad perſcrutãda diuinitatis arcana,quæ penetrare non potes:hæc enim cœleſtibus ſolum ciuibus patent.
m ¶Ne comedas cum homine iuido,&c.)De ſcripturis cum hęretico non loquaris: qui inuidet humanæ ſaluti & mallet decipere q̃ corrigi. Quoniam ſicut hariolus & cõiector ſomniorũ æſtimat quod ignorat: ita hæreticus quæ non intelligit in ſcripturis, pro vt libet interpretari præſu- F
mit. n ¶Comede & bibe dicet tibi,&c.)Securus,inqt,diſce quę dico,& age quæ doceo, cùm in his quæ docet,ipſe fidẽ certã non habeat,ſciens finxiſſe quæ docet.
o ¶Cibos quos comederas euomes,&c.)Senſus peruerſos quos ab hæreticis didiceras,neceſſe eſt vt vel per pœnitentiã corrigendus deſeras:vel poſt mortem pro his pœnas luere cogaris, perdasq; ſermones confeſſionis quibus eis prædicantib⁹ humiliter fauendum eſſe putaueras. p ¶In auribus inſipientium ne loquaris,&c.)Huic ſimile eſt illud euangelij: Noli- Matt.7.a.
te ſanctum dare canibus,neq; mittatis margaritas ante porcos. Sicut ergo ſuprà admonuit ne hæreticorũ doctrinis auſcultares:ita nunc cohortatur ne amore vanæ gloriæ ſeductus,immundis hominibus paſſim arcana veritatis ingeras.
q ¶Ne attingas paruulorum terminos, &c.) Propinquum paruulorum & pupillorum,dominum appellat,qui cùm eſſet in carne,pauperũ magis quàm diuitum conſors fieri dignatus eſt. Alioquin idem dominus eſt omnium, diues in Rom.10.c
omnes qui inuocant illum. Poſſunt autem congruenter pupillorum ac paruulorũ nomine illi deſignari,de quibus do-

Matt.18.b minus ait: Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis qui in
G me credũt. Dico enim vobis, quia angeli eorũ in cœlis semper vidẽt faciem patris mei qui in cœlis est. Quorum agros & terminos qui attigerit: hoc est, qui conuersationem eorũ bonam inquietando læserit, iudicium domini non euadit.

a ¶ Non æmuletur cor tuũ peccatores &c.) Si tota die: id est, toto tẽpore quo in seculi huius luce consistis, & peccatorum exempla vitaueris & dominum timere sategeris: habebis spem beatæ retributionis in nouissimo: hoc est, cùm ad vitæ finem peruene-
Apoc.2.c. ris: ipso attestãte qui ait: Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitę. b ¶ Noli esse in conuiuijs potatorum, &c.) Carnes ad vescendum conferre, est in collocutione derogationis, vicissim proximorũ vitia dicere: de quorum pœna mox subditur:
c ¶ Quia vacãtes potibus & dãtes symbola consumentur &c.)
Symbolũ. Symbolum Græcum nomen est,
H & interpretatur collatio. Est autem collatio sermonum, sicut in consilijs solet, est & pecuniarum siue aliarum rerum, vt præsens locus docet. Potibus ergo vacat, qui de opprobrio alienæ vitæ se inebriat. Symbolum verò dare, est sicut vnusquisque solet pro parte sua cibos ad vescẽdum, ita in confabulatione detractionis verba conferre. Sed vacantes potibus & dãtes symbola, sicut scriptum est: consumẽtur: quia omnis detractor eradicabitur. Vestietur autem pãnis dormitatio: quia despectum & inopem à cũctis bonis operibus, mors sua inueniet, quem hic alienæ vitæ exquirendo crimina, detractionis suæ languor præoccupauit.

d ¶ Gaudeat pater tuꝰ &c.) Gaudeat deꝰ pater de tua iustitia: gaudeat & ecclesia mater tua, sed & sacerdos qui te per gratiam bap-
I tismi regenerauit, qui te erudiuit à paruulo, de tuis bonis gratuletur operibus. e ¶ Cui vę? cuius patri væ?) Quærit disputando quibus hominũ sceleribus maxima à domino pœna seruet. Et respondet ipse ratiocinando: quia his absq; omni dubietate, q per ebriositatem deuoluũtur ad luxuriam: Cui, inquit, væ? cuiꝰ patri væ? Væ æternum interitũ no-
Matt.18.a minat. De quo dominus: Væ, inquit, homini illi per quem scandalum venit. Patrẽ autem cui væ immineat: vel hominem dicit à quo exẽpla prauí operis foras quisq; vt peccaret accepit: vel certè diabolum qui intus in corde virus pestifere suggestio-
Ioan.8.f. nis infundit. De quo Iudæis dictũ est: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. f ¶ Cui rixæ: cui foueæ.) Rixæ, quòd concordiam seruare & pacem nescit, quem ebrietas sensus impotẽ reddidit. Foueę: quia passim in volutabro vitiorũ omnium cadere nõ trepidat, qui inter bona malaq; discernere quasi mẽte captus ignorat. Illanq; sæpissimè foueam ebriosus incidit de qua præfatum est: Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. K
g ¶ Cui sine causa vulnera?) Quia multi nimis potati, vulnera per tumorẽ in mẽbris acceperunt, quæ nulla ferri causa pertulerũt. h ¶ Cui suffusio oculorũ? (Quia immoderatus vini hausţus, & caliginem visus corporalis, & cæcitatẽ ingerit sensus interioris.

i ¶ Nónne his qui morantur in vino, &c.) Non vetat bibere vinũ ad necessitatẽ, sed morari vltra tempus & vtilitatem in vino, & euacuandis alterutrũ certare calicibus. Iuxta illud Esaiæ: Vę qui Esaiæ.5.c.
potentes estis ad bibẽdum vinũ, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. k ¶ Oculi tui videbũt extraneas, &c.) Cõsuetum & penò naturale est vitium post ebrietatis venena diffusa in corde, muliebrem sequi concupiscentiam: comitante prauitate ac turpitudine verborum. l ¶ Et eris sicut dormiẽs in medio mari &c.) In medio mari dormit, qui in huius mundi tentationibus positus,
L præuidere motus irruẽtium vitiorum quasi imminentes vndarum cumulos negligit. Et quasi sopitꝰ gubernator clauum amittit, quando mens ad regendã nauem corporis, studium solicitudinis pdit. m ¶ Et dices, verberauerũt me, &c.) Vox percussi & dormiẽtis exprimitur. Mẽs quippe à cura solicitudinis dormiens verberatur & non dolet, quæ sicut imminentia mala non prospicit, sic nec quæ perpetrauerat agnoscit: Trahit & nequaquã sentit: qui per illecebras vitiorũ ducitur: nec tamẽ ad sui cu-
M stodiam suscitatur. Qui quidem euigilare optat, vt vina rursum reperiat: quia quãuis somno stuporis à sui custodia prematur: vigilare tamen ad curas seculi nititur, vt semp voluptatibus debrietur. Et cùm ad illud dormiat in quo solerter vigilare debuisset, illud appetit ad quod laudabiliter dormire potuisset.

si sapiẽs fũerit animus tuꝰ: gaudebit tecũ cor meum, & exultabunt renes mei cùm
a locuta fuerint recta labia tua. Nõn æmuletur cor tuum peccatores: sed in timore domini esto tota die. Quia habebis spem in nouissimo: & prẽstolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige
b in via animum tuum. Noli esse in cõ uiuijs potatorum: neque in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum con
c ferunt. Quia vacantes potibus & dantes symbola cõsumentur: & vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuũ qui genuit te: & ne contemnas cùm senuerit mater tua. Veritatem eme: & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligẽtiã. Exultat gaudio pater iusti, & qui sapientem
d genuit lętabitur in eo. Gaudeat pater tuus & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodiãt. Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. Insidiatur in via quasi latro: & quos
e incautos inuenerit, interficiet. Cui vę: cui-
f g us patri væ: Cui rixæ: cui foueę: Cui sine
h causa vulnera: Cũi suffusio oculorum?
i Nónne his qui morantur in vino, & studẽt calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quãdo flaueſcit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut
k regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas: & cor tuum loquetur
l peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso
m clauo. Et dices, verberauerunt me, sed nõ dolui: traxerunt me, & non sensi. Quãdo euigilabo & rursus vina reperiam?

Caput XXIIII.

n NE æmulẽris viros malos, nec desideres esse cũ eis. Quia rapinas meditatur mens eorum: & fraudes labia eorum loquuntur. Sapientia ædificabitur domus: & prudentia roborabitur.
o In doctrina replebũtur cellaria vniuersa, substãtia precioſa & pulcherrima. Vir sa-
p piens fortis est, & vir doctꝰ, robustꝰ & va-
q lidus: qa cũ dispositiõe init bellũ, & erit sa-
r lꝰ vbi multa cõsilia sunt. Excelsa stulto sapiẽtia: in porta nõ aperiet os suũ. Qui cogitat

Caput XXIIII.

n NE æmuleris viros malos, &c.) Ne desideres eos imitari, quos cernis vitijs illis, de quibus commemoraui, implicari, sed potius sapientię operã dare curato. o ¶ In doctrina replebũtur &c.) Cellaria sunt corda iustorum, quæ nõ nisi per doctrinã sapientiæ, donarijs virtutum replent. p ¶ Vir sapiẽs, fortis est, &c.) Nõ omnis qui fortis, etiã sapiẽs est. Omnis autem sapiens & fortis esse dicẽdus est: quia & si corpore imbecillis est, si adsit sapientia, omnia fortis aduersarij, id est, diaboli certamina vincit. q ¶ Excelsa stulto sapientia, &c.) Non potest stultus ad sapientiã attingere, adeo alta est: quia in infimis iacet vitiorum. Qui & si in præsenti se aliquid sapere putat, in porta tamen ciuitatis, id est, in exitu huius vitæ, inueniet nihil fuisse quod sapuit. r ¶ Qui cogitat mala facere, &c.) Ne putares stultum æstimandum fuisse eum quem hebetem tardumque ingenio videres: palàm ostendit:

quia ille

A quia ille ſtultus ſit vocandus, qui vel in cogitatione peccati ſuggeſtioni conſentit, tametſi acer ingenio videtur exiſtere: non autem ille qui hebes ſenſu apparet: dei tamen imperijs quæ diſcere potuit, obtemperare diſpoſuit. a ¶ Si deſperaueris lapſus &c.) Nihil execrabilius deſperatione: quam qui habuerit, & generales huius vitæ labores, & quod maximè nocet in fidei certamine, conſtantiã fortitudinis perdit. b ¶ Erue eos qui ducuntur ad mortem, &c.) Poteſt myſticè accipi: Erue eos qui ab hæreticis decipiũtur, rectam fidem prædicando: libera bonorum operum exempla monſtrando, eos qui à malè viuentib⁹ catholicis trahũtur ad interitũ. Sed & ſi quos in certamine perſecutionis lapſos vel lapſuros aſpexeris, ſolicita hos exhortatione ad vitam reſtaurare ſatage. Si quos fame perituros, ſi quos algore videris, illis dato victu & veſtitu recrea. c ¶ Comede fili mi mel, quia bonũ eſt, &c.) Patet facillimè quare doctrinam ſa-
B pientiæ, melli comparet & fauo: quia nimirũ ſicut illud cibis: ita hæc doctrinis cæteris dulcedinẽ præſtat. Sed hoc inter vtriuſque ſignificantiam diſtat: quia mel quod in prõptu eſt ad comedendum, moralem literæ ſuperficiẽ inſinuat. Fauus autẽ in quo mel de cera exprimitur, allegoricam locutionem figuratè denunciat: vt ſubducto literę velamine, ſuauitas ſenſus ſpiritualis, aliquãto cum labore vel mora percipiat. d ¶ Ne inſidieris & quæras impietatem &c.) Ne quæras aliquã occaſionem, qua deroges homini iuſto. Ille enim ſi ceciderit, citò admouet pedem ſuum vt careat vitio: quod quidem non iteratur in facto: impij autẽ ſic corruunt, vt vlterius nõ reſurgant: ſicut ſubſequenter addit dicens: e ¶ Septies enĩ cadit iuſtus, &c.)
C Quomodo autem iuſtus appellatur: qui cadere, id eſt, peccare memoratur? niſi quia de leuibus quotidianiſq; loquitur peccatis, ſine quibus nec iuſtorum quiſquam eſſe in hac vita potuit. Quia nimirum per ignorãtiam, per obliuionem, per cogitationem, per ſermonem, per ſubreptionem, per neceſſitatem, per fragilitatem carnis, ſingulis diebus, vel inuiti, vel volentes frequenter reatum incurrimus: & tamen reſurgit iuſtus, videlicet quia iuſtus eſt: nec iuſtitiæ eius præiudicat lapſus humanæ fragilitatis. Vnde bene cũm de iuſti caſu loqueretur, non addit in malum. Quia & ſi malũ eſt quòd cadunt, ne tamen malo in quod ceciderant, hærere poſſint, citius reſurgendo procurant. At contrà de reprobis: Impij autem, inquit, corruent in malum. Quia videlicet impij cùm ciderint vel (quod eſt grauius) corruerint: vt ſcriptura dicit, id eſt, cùm capitalia crimina perpetrauerint: ita ſuo caſui delectando aſſentiunt: vt ab hoc pœnitendo releuari deſpiciant. f ¶ Cùm ciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne exultet cor tuum &c.) Suprà iuſto inſidias tendere vetuit: nunc autem vt perfectum te reddat in omnibus, etiam inimicis cùm peccauerint, aut aliquid aduerſitatis incurrerint, inſultare prohibet. Ne fortè ſi miſerante domino ad pœnitentiam ſalutémque animæ redierint, ac tecum amicitias fideles habere cœperint, tunc erubeſcas: quia illos aliquando deſpexeris, quos diuina gratia ad vitam reſeruauerat. Sed quantum potes, iacentibus condole: eóſque D vt reſurgere debeant, adiuua. Et ſi votum conatumq; tuum ſequitur effect⁹, gaudebis de ſanato quem malè habentẽ dolueras. Sin aliàs, tuæ tamen beneuolentiæ apud dominũ fructu non carebis. Vel certè ita dicendum eſt: Ne gaudeas de caſu inimici: ne fortè domin⁹ ſuperbiam tuam, quę illi abſq; dubio diſplicet, hoc ordine deijciens, humiliet: vt te cadẽte in peccatum, ille reſipiſcens ſanetur.

gitat mala facere, ſtultus vocabitur. Cogitatio ſtulti, peccatum eſt: & abominatio
a hominum detractor. Si deſperãueris lapſus in die anguſtię, imminuetur fortitu-
b do tua. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ, & qui trahũtur ad interitum, liberare ne ceſſes. Si dixeris, vires non ſuppetũt: qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit: & ſeruatorem animæ tuæ nihil fallit: reddetq;
c homini iuxta opera ſua. Cõmede fili mi mel: quia bonum eſt: & fauum dulciſſimũ gutturi tuo: ſic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ: quam cùm inueneris, habebis in nouiſſimis ſpem: & ſpes tua non peribit.
d Nẽ inſidieris, & quæras impietatẽ in domo iuſti: neq; vaſtes requiem eius. Septies
e enim cãdit iuſtus & reſurgit: impij autem corruent in malũ. Cùm ciderit inimi-
f cus tu⁹, ne gaudeas: & in ruina ei⁹ ne exultet cor tuum: ne fortè videat dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuã. Ne contendas cum peſſimis: ne æmuleris impios, quoniã non habent futurorũ ſpẽ mali: & lucerna impiorum extinguetur.
g Timẽ dominum fili mi, & regem. Et cum
h detractoribus nẽ commiſcearis. Quoniã
i repentè cõſurget perditio eorum: & ruinam vtriuſq; quis nouit? Hæc quoque ſa-
k pientibus. Cognoſcere perſonam in iudicio non eſt bonum. Qui dicunt impio, iuſtus es: maledicent eis populi: & deteſtabuntur eos tribus. Qui arguunt, laudabuntur, & ſuper ipſos veniet benedictio.
l Labia deoſculabit, qui recta verba reſpõ-
m det. Præpãra foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ędifices domum

g ¶ Time dominũ fili mi & regem.) Iuxta quod dominus ait: Luc. 20. e
Reddite ergo quæ ſunt cæſaris, cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Neq; aliquid obſtat in domino, vt regem, patrem & filium intelligas deſignari, qui vno eodemq; ſunt diuinitatis honore colendi. Qui Ioan. 5. d.
enim non honorificat filium, nõ honorificat patrem qui miſit illum. h ¶ Et cum detractoribus &c.) Illis videlicet qui dicẽtes ſe deum patrem noſſe, filium dei in carne apparentem noluerunt recipere. i ¶ Quoniam E
repentè conſurget &c.) Vtriuſq; dicit, & detrahentis, & eius qui illi fauẽdo commixtus eſt: derogantium Chriſto principum, & decepti ab eis populi, & lacerantium fidem hæreſiarcharum, & auſcultantium illis auditorum.
k ¶ Hæc quoque ſapientibus.) Subauditur, ignota ſunt: quando reproborum quiſq; quàm repentino interitu rapiatur à ſeculo. Vel hæc quoq; ſapientibus ſunt obſeruanda quę docui: ne detractoribus cõmiſceantur: quia hoc ſpecialiter vitio totum penè genus periclitatur humanum. Vnde eidẽ vitio mederi volens beatus pater Auguſtinus, hos in ſua menſa fecit verſiculos deſcribi:
Quiſquis amat dictis abſentum » carpere vitam: Hãc menſam in- » dignam nouerit eſſe ſibi. Hunc » verſiculum antiqua ędition mani-
feſtius dicit: Hæc dico vobis ſapientiam agnoſcentibus. F
Quod ſequentium ſententiarum non incongruè poteſt eſſe principium. l ¶ Cognoſcere perſonam in iudicio, &c.) Suprà regem timere docuit, & nunc perſonam in iudicio cognoſcere vetat. Vnde colligitur: quia ita principibus debitum obſequij tẽporalis ſubiectos oportet impendere, vt nũquam reuerentiæ vel timoris eorum reſpectu à via veritatis exorbitetur. m ¶ Labia deoſculabitur, q recta verba &c.) Oſculum, pacis & amoris eſt ſignũ. Qui ergo reſpondet recta, labia deoſculabitur: quia quicunque neglecta acceptione perſonarum ſola iuſtitiæ verba ſequitur, iſte & inſipientibus grauis fortè videtur & auſterus: multos tamen cum quibus pacem habet prudentes: multos qui ſua dicta cum amore amplectantur inueniet. Sæpe & illos quos aduerſantes ſuis rectis aſſertionibus toleraverat, conuerſos poſtmodum ad meliora amicos recipiet & ſocios. n ¶ Præpara foris op⁹ tuum, &c.) Quid eſt præparato opere agrum diligenter exercere, niſi euulſis iniquitatis ſentibus, actionem noſtram ad ſtagem retributionis excolere? Et quid eſt poſt agri exercitium ad ædificium domus redire, niſi quòd plerunq; ex bonis operibus diſcimus, quantum vitæ mundiciam & in cogitatione conſtruamus? Ille quippe bonæ mentis domũ ædificat, qui primùm agrum corporis à ſpinis vitiorum purgat: ne ſi deſideriorum ſentes in carnis agro proficiãt, intus tota

G virtutum fabrica,fame boni creſcente deſtruatur. a ¶Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum &c.)Hæc ad exercitium agri noſtri, id eſt,ad cultum bonæ actionis pertinēt: Innocētem videlicet proximum falſo teſtimonio non lædere:peccanti cuilibet fiduciā amplius peccandi adulando non tribuere, & malum pro malo nō reddere.Sic enim fit: vt cùm primò actus exterius bene cōpoſueris,poſtmodū ad interioris quoque hominis excolendam mūdiciā pertingas:& quaſi poſt exercitium agri & mentis, hoc habitaculum pijs cogitationibus ornare, altiusq; cōſtruere incipias. Quod quia reprobi facere diſſimulāt,rectè ſubditur: b ¶Per agrū hominis pigri trāſiui, &c.) Per agrū,vineamq; pigri ac ſtulti tranſire, eſt cuiuſlibet vitā negligentis inſpicere,quam vrticæ vel ſpinæ replent : quia in corde negligētium prurientia terrena deſideria, & punctiones pullulāt vitiorum : iuxta quod ſcriptum
Supra.21. eſt: In deſiderijs eſt omnis ocio-
d H ſus.Et maceria lapidum,in vinea vel agro ſtulti deſtructa iacet:cū cœpta virtutum munimina, vel improbitate hominum malorū deceptus:vel immundorum ſpirituum perſuaſione callida quiſque negligens perdit.

COMMENT. BEDAE presbyteri in parabolas Salomon. liber tertius Caput XXV.

c NAe quoque parabolæ Salomonis &c.)Hinc nouo ordine loqui incipit:vt non ſicut priꝰ quaſi ad audientē verbum faciat, ſed ſecum ipſe quid ratio veritatis habeat diſputādo pertractet: in quibus tamen legens quiſque vel audiens quid appetere, quid
I cauere debeat, apertiſſimè dinoſcat. Quas quidem parabolas vi ri Ezechiæ tranſtuliſſe referuntur : quia fortaſſis ad eius vſque tēpora,diſperſq habebantur à plurib⁹:prout ex ore ſapiētiſſimi regis ſemel dictas exceperant: ſed per induſtriam illius collectæ in vnū:& in huius libelli ſunt corpus inſertæ. Notandum ſanè: quia in his parabolis multo ſunt plura, quàm in cæteris per allegoriam dicta,ex collatione videlicet rerū, quæ figuris aptæ eſſe videntur. d ¶ Gloria dei eſt cælare verbum &c.)Gloria domini eſt in carne apparentis humanitatis ſuæ infirmitatem,magis quàm diuinitatis æternitatē mortalium oculis oſtendere: & ſe potius operum miraculis ac myſticis locutionibus, quàm apertis aſſertionibus verbū, id eſt,dei filium fateri. Vnde multo ſæpius in euangelio filium ſe hominis,quàm filium dei appellare conſueuit. Et gloria fidelium eius diſcipulorum eſt,diligenter eius inueſtigare ſermonem,quo ſe deum etiam vbi patenter non dicit,my
Ioan.10.f. ſticè ſignificat:quale eſt illud:Ego & pater vnum ſumus : & cætera huiuſmodi. Denique eḷans verbi æternitatē,& prę-
Matt.16.b tendens carnis firmitatem, ait : Quem dicunt homines eſſe filium hominis ? Cui rei eximius inueſtigator eius ſermonis,quem antea ſæpius audierat, reſpondit : Tu es Chriſtus filius dei viui . Nec paruam hac inueſtigatione meruit gloriam:nam protinus audiuit:Beatus es Simon Bariona,& cę-

a domum tuam. Nē ſis teſtis fruſtra cōtra proximum tuum:nec lactes quenquam labijs tuis . Ne dicas : quomodo fecit mihi, ſic faciam ei: & reddam vnicuique ſecun-
b dum opus ſuum. Per agrum hominis pigri trāſiui,& per vineam viri ſtulti, & ecce totum repleuerant vrticæ: operuerunt ſuperficiem eius ſpinæ,& maceria lapidū deſtructa erat. Quod cùm vidiſſem , poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam. Vſqquo piger dormies:vſquequo de ſomno coſurges ? Parum inquam dormies:modicum dormitabis. Pauxillū manus conſeres vt qeſcas,& veniet tibi quaſi curſor egeſtas tua : & mendicitas quaſi vir armatus. Caput XXV.

c DAe quoque parabolæ Salomonis,quas trāſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Gloria dei eſt cælare verbum, &
d gloria regū inueſtigare ſermone. Cœlum ſurſum,& terra deorſum,
e & cor regum inſcrutabile. Auſer rubiginem de argento,& egredietur vas puriſſi-
f mum. Auſer impietatem de vultu regis:
g & firmabitur iuſtitia thronus eiꝰ. Ne glorioſus appareas coram rege,& in loco magnorum ne ſteteris. Melius eſt enim vt dicatur tibi:aſcende huc,quàm vt humilie-
h ris coram principe. Quæ viderunt oculi tui , ne proferas in iurgio citò : ne poſtea emendare nō poſſis , cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Cauſam tuam tracta cum amico tuo , & ſecretum extraneo ne reueles:ne fortè inſultet tibi cùm audierit , & exprobrare non ceſſet:Gratia & amicitia liberant : quas tibi ſerua , ne exprobrabi-
i lis fias. Malā aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.

Inauris

e ¶Cœlum ſurſum,& terra deorſum,&c.)Sicut altitudo cœli,& profunditas terræ conijci ab hominibus non poteſt, ita ſcientia prophetarum & apoſtolorum , qui arcana diuinitatis ſpirituſancto reuelante cognouerunt , noſtræ fragilitatis capacitatem tranſcendit. f ¶ Auſer rubiginem de argento,& egredietur. &c.) Auſer literæ ſuperficiem de ſacro eloquio, & inuenies ſenſum puriſſimum ſub vilitate literæ reconditum : & ſub carnalium figuris ceremoniarum,ſpirītualia latuiſſe myſteria.
g ¶ Auſer impietatem de vultu regis &c.) Auſer impietatē perſequendi Chriſtianos de animo Sauli,vel alterius cuiuſlibet ęmu Acto.9.a latorum legis, & cùm Chriſtum prædicare cœperint, firmabitur iuſtitia cathedræ doctrinæ eorum , quam prius ad ruinam ſua impellebat impietas,quandiu iuſtitiæ dei repugnantes, ſuā præponere certabant . Iterum : Auſer impietatem de vultu regis, & firmabitur iuſtitia thronus e- L
ius. Qui enim præſunt populis: ſi volunt firmum eſſe ſolium ſuum , ſemper hilaritate & gratia plenos vultus exhibeant , ne per arrogantiam rigidiores effecti, in muſſitationem incidant plebis. h ¶ Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum &c.)Superius prēſulem monuit,nunc ſubditum : nam ſicut illi dixit,vt hilares vultus oſtendat ſubiectis : ita hunc admonet,ne in conſpectu maiorum arrogans appareat , ſed potius in mediocri loco ſuperius euocari mereatur,cui ſimile eſt illud dominicum : Cùm inuitatus fueris Luc.14.b ad nuptias, nō diſcumbas in primo loco,& cætera. Poſſumus autem in rege & principe , dominū ſignificatum intelligere,in cuius conſpectu nos ſemper humiliari neceſſe eſt, monente Apoſtolo M
Petro qui ait: Humiliamini igi- 1.Pet.5.b.
tur ſub potenti manu dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis.
i ¶ Quæ viderunt oculi tui , ne proferas in iurgio citò, ne poſtea emendare non poſſis, &c.) Et in euangelio dominus ait : Si peccauerit in te frater tuus , vade & corripe eum in- Matt.18.b
ter te & ipſum ſolum , & cætera. k ¶ Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbū &c.)Sacra eloquia rectiſſimè lectis comparantur argenteis:lectis videlicet , quia requiem præſtant animabus audientium. Argenteis autē: quia ſplendida fulgent virtutibus patrū. Vnde ſcriptum eſt:Elo- Pſal.11.b.
quia domini,eloquia caſta:argentum igne examinatū. Quorum ornatui lectorum,mala ſuperaddit aurea, quiſquis eadem diuina eloquia, & ſpiritualibus plena ſenſibus & myſteriis exponendo demonſtrat. Qui nimirum ſenſus aptè mala vocantur,quia de arbore vitæ, id eſt,dei ſapientia ſunt orti. Aptè aurea mala : quia noticiam amoremq; perpetuæ claritatis,mentibus infundunt . Mala ergo aurea in lectis argenteis,qui loquitur verbum in tempore ſuo : quia qui verbum dei opportunè nouit iuxta audientium capacitatem prædicare:modo exempla ac dicta patrum , per quorum cuſtodiam ad requiem perueniatur ęternam,iuxta literam replicat: modo ſuauiores in his ſenſuum ſpiritualium fructus,quibus pia audiētiū deſideria paſcat,remoto literę velamine pādit.

Inauris

a Inauris aurea, & margaritum fulgẽs: qui arguit sapientem, & aurem obedientem.
b Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius re-
c quiescere facit. Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus & pro-
d missa non complens. Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet du-
e ritiam. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas il-
f lud. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. Ia culum & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum fal-
g sum testimonium. Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit pallium in die frigoris.
h Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cor-
i di. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum:
k si sitierit, da ei aquã bibere. Prunas enim congregabis super caput eius, & domi-
l nus reddet tibi. Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detra-
m hentem. Melius est sedere in angulo domatis, q̃ cum muliere litigiosa & in do-
n mo cõmuni. Aqua frigida animæ sitiẽti, & nuntius

Aa ¶Inauris aurea, &c.) Rectè humilis auditor inauri cõparatur aureæ: quia dum libenter increpanti ac docenti aurem accommodat, iam sese ad recipiendum claritatem sapientiæ cœlestis præparat: iam supernæ lucis visioni appropiat. Rectè magister eruditus, margarito fulgenti assimilatur, quia dum emendationem morum, dũ supernorum scientiam desiderãtibus ac piè quærentibus animis ostendit: quasi aureo ornatui maiorem insuper gratioremq; fulgorem gemmæ ardẽtis annectit. b ¶Sicut frigus niuis in die messis &c.) Importunũ videtur omnimodis tempore messis ninge-
Infrà. 26.a re. Nam & infrà legimus: Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria. Sed tamen in feruentissimis Palestinæ regionibus nõ parum delectabile est metentibus, si subitò frigus quomodo in niue solet, adueniat: quod incẽdia solis aliquantum refrigeret, sudorem laborantium tergat, ardentes tẽ-
B peret anhelitus. Cui rectè frigori legatus assimilatur fidelis: quimentem eius qui se misit, prudẽ-
Mysticè. ter agendo repausat. Mysticè autem, legatus fidelis, doctor est catholicus: qui autem mittit eũ, dominus. Porrò dies messis in æstu, tẽpus est prædicationis inter furores persequentium. De quo di-
Matt. 9.d. ctum est: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Frigus niuis in messe, aliquãtula est quies prædicantium à persecutione repugnãtiũ. Rectè ergo dicitur: Sicut frigus niuis in die messis: ita legatus fidelis ei qui misit eum: animam illius requiescere facit: quia sicut optabile est prædicatoribus verbi, cùm ab infidelium rabie fortè aliquid refrigerij accipiunt: nec facultas docendi negatur: ita ipsi qui ad prædicandum eos misit domino gratum esse cõstat: cùm susceptam ab eo legationẽ, etiam inter aduersa obsistẽtium fideliter complent. Deniq;
Luc. 10.d. vt Lucas refert: Reuersis à prædicationis officio discipulis, exultans spũsancto, patri gratias obtulit dicẽs: Cõfiteor tibi domine pater cœli & terræ, &c. c ¶Nubes & vẽtus &c.)
C Huic simile videtur quod superius ait: Ne lactes quenquam labijs tuis. Sed ille versiculus specialiter hoc cõtinet, ne pro mittendo hominem suscipias: & non complendo decipias. Iste verò versiculus & hoc continere potest, & illud quod di-
1. Tim. 3.a cit Apostolus: Habẽtes speciem pietatis, virtutem autẽ eius abnegãtes. d ¶Patientia lenietur princeps: &c.) Quãuis dominum peccando offendisti, potes tamen eius mereri clementiam, si patienter aduersa quæ tibi pro peccatis irrogantur pertuleris, humiliq; satisfactione duritiam domaueris cõtumaciæ prioris. e ¶Mel inuenisti, &c.) Dulcedinem inuenisti cœlestis intellectus: quæ spiritualium patrum officio, quasi prudentissimarum apium tibi labore ministratur: vide ergo ne in eas plus sapere appetas, quàm oportet sapere: ne dum summa intelligere vltra vires quæris: etiã quæ bene intellexeras, amittas. Potest autem in hoc versiculo typicè dictum intelligi, quod in sequenti apertè subijcitur. f ¶Subtrahe pedem tuum de domo prox. &c.) Et si etiam proximi cuiuslibet allocutionem vel visitationem melle dulciorem inuenisti: melius tamen est vt rarius veniendo facias eum semper tuum diligere aduentum: quàm vt vel vna vice tamdiu cum illo maneas, vel totiens ad eum venias, donec te videre fastidiat, & ne redeas quærat. g ¶Dens putridus,
Hie. 17.a. &c.) Et Hieremias ait: Maledictus qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium suum. Qui rectè deuti putridò & pedi lasso comparatur, quia qui illud vnicum hominis bonum, hoc est, adhærere deo, & ponere in deo spem suam nescit, iste nec vitæ percipere cibum, nec ad mansionẽ potest desideratæ salutis pertingere. Et talis amittit palliũ in die frigoris, quia & si in serenitate vitæ præsentis, habitu religionis videtur indut⁹, vbi tamẽ districtio iusti iudicij ingruerit, nudus omnimodis ab ornatu iustitiæ patebit, nec eorum consortio dignus de quibus scriptũ est: Beat⁹ qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinẽ eius.
h ¶Acetum in nitro, &c.) Nitrũ à Nitria prouincia, vbi maximè nasci solet, nomen accepit. Nec multũ à salis amoniaci specie distat: nã sicut salem in littore maris feruor conficit solis, dum rando in petram aquas marinas, quas maior vis vẽtorum, vel ipsius maris feruor in littoris vlteriora proiecerit: ita in Nitria vbi æstate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, adest ardor E sideris tantus, quòd ipsas aquas pluuiales per latitudinem arenarum concoquit in petram, salis quidẽ vel glaciei aspectui simillimam, sed nil gelidi rigoris, nil salsi saporis habẽtem, quæ tamẽ iuxta naturam salis, in caumate durare, & in nubiloso aëre fluere ac liquefieri solet: Hanc indigenæ sumẽtes seruãt, & vbi opus extiterit, pro lomẽto vtunt̃. Vnde Iudææ peccãti dicit propheta: Si laueris te nitro, & multipli- Hiere. 2.c caueris tibi herbam borith: maculata es iniquitate tua, dicit dominus deus. Crepitat autem in aqua quomodo calx viua: & ipsum quidem disperit, sed aquam lauationi habilem reddit: cuius natura cui sit apta figuræ, cernens Salomon ait: Acetũ in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Acetum quippe si mittatur in nitrum, protin⁹ ebullit: & peruersa mẽs, quãdo per increpationẽ corripit, aut p prędicationis dulcedinẽ bona suadent̃, de correptione fit deterior, & inde in murmuratiõis iniqtatẽ succendit̃, vnde debuit ab iniqtate cõpesci. i ¶Si esurierit &c.) Et de corporalib⁹ alimẽtis. & de spiritualibus põt intelligi. F
k ¶Prunas enĩ &c.) Non de incẽdijs pœnarũ dicit: neq; enĩ doceret sapiẽtia, vt bona faciẽdo inimico, perditionis ei⁹ causam ministrares: sed per prunas super caput ei⁹, ardorẽ charitatis in corde eius significat. Fit enim nõnunq̃, vt inimic⁹ crebris victus beneficijs, odiorum rigore emollito, calorem in mentem charitatis excipiat: ac de inimico amicus fieri, & eum quem iniustè oderit, redamare incipiat. l ¶Ventus Aquilo &c.) Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si verò tristi vultu hæc audias, vt dixit quidã vir dei: Discit non libenter dicere, quod didicerit nõ libẽter audiri. m ¶Melius est sedere &c.) Doma, excelsus & secretus est locus: quod enim δόμα Græcè, latinè dicitur Doma. tectũ. Deniq; in Actibus Apostolorũ, vbi Petrus in superiora ad orandũ ascẽdit: pro superioribus, in Græco δόμα scri- Acto. 10. a ptũm est: Melius est ergo in altitudine virtutũ manere quẽpiã liberũ à vinculis vxorijs, & à seculi huius secretũ desiderijs, q̃ cum carnali vsu voluptatis quotidianis nefariæ mulieris cõtumelijs affici. n ¶Aqua frigida &c.) Dicit Psalmista: Sicut ceru⁹ desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat aĩa mea ad te de⁹. Aqua ergo frigida quæ sitiẽti ardorẽ restinguit: & nũcius q̃ de lõge venies, noua quęlibet & inopinata gaudia portat, assimilãt: qa & dulcedo diuinæ visiõis animã diu desiderãtẽ cõsolat̃, atq; ab ęstu prędentiũ tribulationũ li- Psal. 41.a.

beram

G beram reddit. Et angeli quotidie de terra lõginqua, hoc est, à superna patria descendentes in mundum, iustos vel inter tentationes spe cœlestium roborant, vel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuæ retributionis inducunt.

a ¶Fons turbatus pede, & vena corrupta, &c) Fons & vena vitę, est os & lingua iusti qui meditatur sapientiam, & loquitur iudicium. Et si hũc à diabolo superari atque incassum redigi cõtigerit: meritò fons turbat⁹, aduersario conculcante, & vena dicitur esse corrupta. Euenit enim sæpe vt qui maiori scientia pręditi fulgebant, ad vltimum plus volentes sapere, quàm fragilitati humanæ concessum est, in insipientiæ foueam decidant. Vnde consequenter adiungitur:

b ¶Sicut qui mel comedit &c.) Dulcedo enim mellis, si plusq̃ ne esse est, sumitur: vnde delectat os, inde vita necat. Dulcis quoq; est requisitio maiestatis, sed qui plus hanc scrutari appetit, quàm humanitatis agnitio permittit, hunc ipsa ei⁹ gloria premit: quia velut mel sumptum immoderatè, perscrutantis sensum dum nõ capitur rumpit. Non hoc autem solum quisque sapiens attendere debet, ne altiora se quærat, & ne fortiora se scrutatus sit: verumetiam ne ea quæ rectè atque vtiliter scire potuit, immoderatis sermonib⁹ sibimet minus vtilia reddat. Vnde adhuc aptè subnectit: c ¶Sicut vrbs patens, & absque murorũ &c.) Si enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis, & cùm se per verba extra semetipsam iacit, apertam se aduersario ostendit, quam tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa quę vincitur contra semetipsam per multiloquium pugnat.

& nũcius bonus de terra lõginqua. Fons
a turbatus pedẽ, & vena corrupta, iustus ca
b dẽs coram impio. Sicut qui mel cõmedit
multum, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.
c Sicut vrbs pãtens, & absq; murorum am
bitu, ita vir q non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

Caput XXVI.

d Quomodo nix in æstatẽ, & pluuia in
e messe, sic indecens est stulto gloria.
Nam sicut auis ad alta transuolãs, & passer quò libet vadẽs, sic maledictum frustra prolatũ in quẽpiam superueniet.
f Flagellum equõ, & chamus asino, & virga
g in dorso imprudentium. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Respondе stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiẽs esse videatur.
h Claudus pedibus, & iniquitatem bibens,
qui mittit verba per nuncium stultum.
i Quomodo frustra claudus pulchras ha
bet tibias, sic indecens est in ore stultorũ
k parabola. Sicut qui mittit lapidem in aceruũ mercurij: ita qui tribuit insipienti
l honorem. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti, sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mi-
m tigat. Sicut cãnis qui reuertitur ad vomitum suũ: sic imprudens qui iterat stul-
n titiam suam. Vidisti hominem sapientẽ sibi videri, magis illo spem habebit stul-
o tus. Dicit piger, leo est in via: & leæna in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo,

Caput XXVI.

d I Quomodo nix in æstate, &c.) Hic versiculus, ne indoctis honor docẽdi committatur, præmonet. Nix nãq; æstate, & pluuiæ in messe, sunt persecutiones infideliũ in tẽpore prædicationis euangelicæ: quæ dum grauiores fortè insistũt, & calorẽ in multis impediũt dilectionis, & fruges bonæ operationis fœdant. Quibus rectè gloria quæ stulto confertur esse similis asseuerat: quia si indocto cathedra docẽdi tribuitur, æquè similiter per hoc ecclesia vt infidelium persecutione læditur, quod esse verissimũ Arianę tẽpe statis calamitas probauit. e ¶Nam sicut auis &c.) Verba quidem rectè auibus comparantur, quòd sonando per aẽra trãsuolent ab ore videlicet loquẽtis, ad aures vsq; audientis. Sed distant in eo, quia potest fieri, vt auis quò libet volans, eo loco resedeat, vbi nil ei certę necessitatis aut vtilitatis suppetat: Verba autẽ quę loquimur, nõ quò libet, dispersa in vẽtum defluũt atq; euanescũt, sed in authorẽ suũ cũcta reuertũt, & vel bene prolata iuuãt loquẽtẽ, vel malè ędita grauãt. Itaq; si pro omni verbo etiã ocioso rationẽ i die iudicij reddere cogamur: quãto magis aũt maledicta, nõ solum ea quæ malitiosa mẽte in insontẽ iaculãtur, verùm etiã illa quæ negligẽtiũ cõsuetudine passim in quoslibet proferũtur, nõ aliũ
1.Cor.6.b sed ipsum maledicũ opprimũt? Neq; enim maledici regnũ dei possidebũt. Non aũt sine causa dicit maledictum frustra prolatum. Est enim maledictũ iuxta diuinæ districtionis irã in impios emissum: vt est illud beati Petri in Simonẽ Magũ. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ: & ea quæ in apostatas & hæreticos ecclesiastica animaduersione proferũtur anathemata. De quibus dominus eidem ecclesiæ dicit: Quæcũque alligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis. f ¶Flagellũ equo, &c.) Et qd p equũ, nisi superbũ? & qd per asinũ, nisi luxuriosum quemlibet figurat? Et ideo necesse est vt per diuinũ flagellũ, elatio humiliet superborũ: vt per infirmitatẽ carnis, velut per chamũ, cohibeatur voluntas lubricorum: vt qui spõte cõuerti nolũt, coacti flagellis cõuertant à vitijs: sicut ait propheta in chamo & freno maxillas eorum constringe, qui nõ approximant ad te. g ¶Ne respondeas stulto &c.) Nõ hęc inuicẽ sibimet contraria debent videri, non respõdere stulto iuxta stultitiã eius: & respõdere stulto iuxta stultitiã eius: vtrunq; enim pro tẽporũ & personarũ diuersitate cõcordat, dũ & stultus cõtẽnitur: quia nõ percipit sapientiam: & stulta superbia alia decutitur stultitia, iuxta quod Apostolus dicit: Factus sum insipiẽs, vos me coẽgistis. h ¶Claud⁹ pedibus, &c.) Potest fortè euenire, vt sapiẽs quilibet stultũ in legationem mittat, nescies qa stultus est, nec tamen ipse sapientiæ suæ gloriã perdat, in eo quòd de ignoto bonũ quod audierat, credidit. Sed qui hæreticũ sciẽs mittit ad prædicandũ populis, claudus est pedibus, & iniquitatẽ bibẽs: quia & operis boni foris incessũ amisit, & interiora sui sensus hausto stultitiæ deebriat.

Pfal.31.c

L

2.Cor.12.d

i ¶Quomodo frustra claudus &c.) Sicut enim frustra claudus habet tibias, cùm ambulare non valet: ita indecẽs est in ore cuiuslibet q indignè se agit sermo cõpositus, dum per degenerẽ vitã stultus potius quàm sapiens esse approbetur. k ¶Sicut qui mittit lapidem &c.) Qui insipiẽti, id est, hæretico, honorem docendi confert, non minus delinquit, q̃ qui deos ac delubra gẽtiliũ cultu venerat inani. l ¶Quomodo si spina nascatur &c.) Spina in manu nascit temulẽti, cùm in operibus qui carnalib⁹ seruit illecebris, pũctiones oriuntur scelerum. Quibus rectè parabola quã stultus proponit assimilat, quia & si verba prudentiæ stultus dicere nouit: in his tamẽ vitiorũ pũctiones, quib⁹ vel seipsum, vel proximũ lacerat, vitare non nouit. Sępe nãq; doctor imprudens in eo quòd bona dicit aut sancta, occultè suam laudem ab hominibus, aut vituperationẽ quærit aliorum.

M

m ¶Sicut canis qui reuertitur ad vomitũ &c.) Canis cùm vomit, profectò cibum qui pect⁹ deprimebat, ejicit: sed cùm ad vomitũ reuertitur, quo leuatus fuerat, rursus onerat. Et qui admissa plãgũt, profectò nequitiam de qua malè satiati fuerant: & quæ mẽtis intima deprimebat, confitendo projiciunt: quam post confessionem dum appetunt, resumunt.

n ¶Vidisti hominẽ &c.) Hoc exponẽs domin⁹ ait: In iudiciũ ego in hũc mundũ veni, vt q nõ vident, videãt: & qui vidẽt, cæci fiãt. Ioan.9.g.

o ¶Dicit piger, &c.) Multi cùm verbũ exhortationis audiũt, causant de diabolo, dicentes velle quidẽ se viam iustitiæ incipere, sed impediri à satana, ne hãc perficere possint. Sicq; huiusmodi excusationis sermonibus semper in lecto sui corporis, sicut ostium in cardine vertuntur, & modo exire ad operandum, modo ad quiescendum redire pro-

dine suo,ita piger in lectulo suo. Abscon
a dit piger manus sub ascella, & laborat si
ad os suum eas conuerterit. Sapiẽtior si-
b bi piger videtur septem viris loquẽtibus
c sententias. Sicut qui apprehẽdit auribus
canem,sic qui transit impatiens, & com-
miscetur rixæ alterius. Sicut noxius est
qui mittit lanceas & sagittas in mortem:
ita vir qui fraudulenter nocet amico suo,
& cùm fuerit deprehẽsus,dicit,ludens fe-
ci. Cùm defecerint ligna, extinguetur
ignis:& susurrone subtracto, iurgia con-
quiescunt. Sicut carbones ad prunas,& li
gna ad ignem,sic homo iracundus susci-
d tat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad interiora ven-
e tris. Quomodo si argẽto sordido orna-
re velis vas fictile:sic labia tumentia cum
f pessimo corde sociata. Lábijs suis intelli-
gitur inimicus,cùm in corde tractauerit
dolos. Quando submiserit vocem suam,
ne credideris ei,quoniam septẽ nequitiæ
sunt in corde illi⁹. Qui operit odiũ frau-
dulenter,reuelabitur malitia eius in con-
cilio. Qui fodit foueam,incidet in eam:
& qui voluit lapidẽ, reuertetur ad eum.
g Lingua fallax non amat vẽritatem,& os
lubricum operatur ruinas.

Caput XXVII.

h NE glorieris in crastinum, ignorans
quid superuẽtura pariat dies. Lau-
det te alienus,& non os tuum: ex-
i traneus,& non labia tua. Graue est saxũ,
& onerosa arena,sed ira stulti vtroq; gra
k uior. Ira nõ habet misericordiam,nec e-
rumpens furor, & impetum concitati fer
l re quis poterit? Melior est manifesta cor-
m rectio,quàm amor absconditus. Meliorã
sunt vulnera diligentis,quàm fraudulen
n ta odientis oscula. Anima saturãta calca
bit fauum: & anima esuriens etiã amarũ
o pro dulci sumet. Sicũt auis transmigrãs
de nido suo, sic vir qui derelinquit locũ
p suũ. Vnguẽtõ & varijs odoribus delecta-
tur cor,& bonis amici cõsilijs anima dul-
q coratur. Amicum tuum,& amicũ patris
tui ne dimiseris,& domũ fratris tui ne in
grediaris

a re proponentes,in suis iacere prauitatibus nunquã desistũt.
a ¶ Abscõdit piger manus sub ascella,&c.)Per manũ quippe operatio,per os verò locutio designatur. Pigro labor est ad os suum manum suam porrigere,quia desidiosus quisq; prædicator non vult hoc operari quod docet. Manũ quippe ad os porrigere,est voci suę prędicationis opera concordare.
b ¶¶ Sapientior sibi piger videtur,&c.) Septem viros loquentes sententias,illos dicit qui septiformis spiritus gratia pleni, sanctæ scripturæ nobis scientiã ministrauerũt. Quibus se sapiẽtiorem stultus arbitratur: quia sæpe nonnulli adeo mentem ab agendis his quæ dominus præcepit,despicientes auertunt: vt ne hæc quidem omnia, vel posse ab homine,vel debere impleri contendant:& quasi sapiẽtiores his qui diuina eloquia scripserũt,ea hominem facere non posse autumant,quæ illi dictante spiritu
B sancto,hominẽ facere iusserunt, imò etiam quæ multos homines iuuante spiritus eiusdem gratia, perfeciſſe monstrauerunt.
c ¶ Sicut qui apprehendit auribus canem,sic qui transit impatiens,&c.) Dicit Apostolus: Noli
2. Timot. 2.c. verbis contendere:ad nihil enim vtile est,nisi ad subuersionem audientium. Quicunque ergo duplex sensu est,& duobus inter se iurgãtibus,mordaci sermone capta fuerit auricula eius,citò incipit & ipse quasi canis latrare, & contẽtiones generare, sed hoc sapiens omnimodo vitat.
d ¶ Verba susurronis &c.) Susurronem,incentorem litis & bilinguem appellat, qui simulat laudem verborum, & quærit audire vnde iurgia seminet.
e ¶ Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile &c.) Quid per argentum sordidum,
C nisi scientia corrupta,& quid per vas fictile,nisi cor carneum designatur? Quod dum de ipsa falsa scientia se ornare satagit, in sua locutione contra veritatem tumet,atque per elationem magister erroris fit. f ¶ Labijs suis intelligitur inimicus,cùm in corde tractauerit dolos,&c.) Inimicus iste potest hæreticus non incongruè accipi, qui cùm verba prædicationis suæ ficta humilitate submittit,corda innocentiũ & minus intelligentium demulcendo seducit. g ¶ Lingua fallax non amat veritatem,&c.) Lingua fallax,prædicatio est mendax. Os lubricum,sermo fucatus,atque à luce iustitiæ alienus.

Caput XXVII.

h NE glorieris in crastinum,ignorans quid superuentura pariat dies &c.) Ne securus sis aliquando de futuro tempore:quia & si hodie te domino seruire conspicis,qualis esse in futuro possis,& quomodo vitam finire, prorsus præuidere nõ vales. Beatus enim homo qui semper est pauidus. i ¶ Graue est saxum,&c.) Graue quidem satis est,quenq; vel vno aliquo crimine capitali quasi pondere saxi deprimi,vel quasi glareis arenæ, innumeris peccatis le-

uiorib⁹ onerari,sed vtroq; grauior ira est stulti. Quia nimi D
rũ hæc quò certius quàm sint mala,patescunt:eo acrius animum vt castigetur cõpungunt. Ira verò quia nõ corporale, sed spirituale est vitium,quo minus deprehenditur, eo amplius grauat. Vnde nõ absolutè iram,sed iram stulti dicit saxo & arena grauiorem. Nam sapientes quomodo actus suos ac sermones,ita mentis quoque motus solerter examinare & castigare satagũt. k ¶ Ira nõ habet misericordiam,&c.) Non de omni ira dicit: nã de mitissimo ac modesto viro scriptum est: Exod.11.c. Quia exijt à Pharaone iratus nimis:sed de ira stulti,cui⁹ in priori versiculo meminerat,quæ vbi excanduerit,mox viscera pietatis amittit,& furori tantum suo nouit frena laxare. Alioquin de vtili ac necessaria ira dictũ est: Melior est ira risu:quia per tri- Eccl's.7.a
stitiam vultus,corrigitur anim⁹ delinquẽtis. l ¶ Melior est manifc.&c.) Amorẽ abscõditũ,hoc loco amorem dicit illicitum, vt E
est amor adulterinus, qui ob sui turpitudinem meritò sapientib⁹ ne redarguatur,abscõditur. Cui iure manifesta correctio præfertur,quia absq; vlla cõtradictione melius est quempiam desiderio corrigẽdi palàm corripere, q̃ studio simul peccandi clanculò diligere. m ¶ Meliora sunt vulnera diligentis,&c.) Melius est à domino,q nos vt filios pater erudire consueuit,vulnera afflictionum perpeti,quàm diaboli blandimẽtis decipi: qui vt nos cœlesti hęreditate priuet,nostris fauere solet erratibus, quasi leue sit malũ qđ agimus,& vltra modum peccatorum nostrorum sæuiens tribulatio, quam domino dispensante toleramus.
n ¶ Anima saturata calcabit fauum &c.) Anima diuitũ,qui habent cõsolationem suam,& qui- F
bus dicitur à domino: Væ vobis Luc.6.d.
qui saturati estis, quia esurietis: spernit auditam cœlestis regni dulcedinem. Anima autem eorũ qui esuriunt & sitiunt iustitiam, etiam aduersa sęculi pro domino, imò etiam ipsam mortẽ perpeti,dulce habet:sciens se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuæ salutis esse venturam.
o ¶ Sicut auis transmigrans de nido &c.) Sicut auis quę negligit
oua,siue pullos quos fouerat,aliarũ auiũ vel animantiũ raptui dimittit:sic nimirum ille qui custodiã virtutũ in quib⁹ proficiebat,deserit:earũdem virtutum quas habere videbatur,immũdis spiritib⁹,ipse proditor existit. Vnde aliàs dicit:Si spiritus potestatẽ habẽtis ascẽderit super te, locũ tuũ Eccl's.10.a
ne dimiseris. Quod est aptè dicere:Si principis mũdi,id est diaboli tẽtatio tibi fortè institerit,caueto solicit⁹,ne à bona operatiõe cui insudabas,desistas. p ¶ Vnguẽto & va.&c.) Vnguentũ est nitor gloriæ de cõscientia pura, siue charitas diuinit⁹ in corda electorũ diffusa. Varij verò odores,opinio optima ex diuersitate virtutũ fragrãs. q ¶ Amicũ tuũ,&c.) Amicus cuiusq; electi monachi,pater est spiritualis, qui ob hoc q⁹

G hoc quòd ei consilium bene viuendi præbet, amicus eius nō incongruè dicitur. Ob id verò quòd in his præceptis eisdem spiritualis doctor paret, amicus domini, qui pater est omnium electorum, rectè appellatur. Sed sicut perniciosum est eidem monacho à consortio sancti patris discedere: ita deterius illi est in die afflictionis suæ, qua se in conspectu dei mortificare studet, domū fratris sui ingredi, id est, propinquorū suorum secundum viuentiū societatem appetere. a ¶Melior est vicin⁹ iuxta, quàm frater procul, &c.) Melior tibi est vicinus aliquis, qui tibi animum fraterna societate connectit, quàm germanus frater q iura fidei & pietatis communia tecū habere neglexerit. Quòd dominus in parabola vulnerati à latronibus, ei⁹ Luc.10.c. quī descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & Samaritani qui curam egit illius, manifestè probauit. b ¶Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte H consurgens, &c.) Voce grandi proximo benedicit qui eum fauore superfluæ laudis extollit, vel malis videlicet actib⁹ eius cōtra iustitiam fauendo, vel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicenti assimilatur: quia plurimum lędit eum, cui laudando siue in mala actione cōfidentiam tribuit, seu in opere recto simplicitatem puri cordis minuit, vt videlicet bonū quod supernę mercedis intuitu inchoarat, transito riæ laudis amore consumat.

c ¶Ferrum ferro acuitur, &c.) Satis bona est collatio & consilium sapientium, vbicunq; se inuicem consulendo instruunt, ferrum ferro acuitur. d ¶Qui seruat ficū, comedet fructus eius &c.) Ficum seruare, est legem diuinitus cōstitūtam, inoffenso pedis opere custodire: quod qui fecerit, comedet fructus eius, dum I æternā obedientiæ suæ recipiet mercedem. e ¶Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, &c.) Aquæ dicuntur sanctorū dogmata, in quibus doctores vel auditores, velut in speculo vultus suos prospiciunt: dū non solum in actione, sed etiam in cogitatione fœditatem suam recognoscūt. f ¶Infernus & perditio non replebuntur, &c.) Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: similiter & intentiones eorū qui humana sapiūt, insatiabiles sunt in desiderio peccandi. Qui & ideo sine fine pœnas luunt, quia voluntatem habuerant sine fine peccandi, si naturā haberent sine fine viuendi. g ¶Quomodo probatur in conflatorio &c.) Laus quippe iustos cruciat, iniquos exaltat, sed iustos dum cruciat purgat: iniquos dum lætificat, reprobos monstrat. h ¶Diligenter agnosce vultum pecoris tui, &c.) Pastori dicitur ecclesiæ: Diligenter adhibe curam eis quibus te præesse contigerit: agnosce animos actusq; singulorū, & si quid in eis vitij sordidantis inueneris, citius castigare memēto. Non enim tu semper K oues dominicas pascendi potestatem habebis, sed æterna est corona quam percipies, si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris. i ¶Aperta sunt prata, &c.) Aperta sunt modo pascua sacramentorum cœlestiū, quæ diu fuerāt typis præclusa legalibus. Apparuit nouus viror euangelicæ veritatis & gratiæ, collecta sunt in pabulū gregis dominici, scripta patrum veterum, ablata quidem Iudæis superbientibus, falce diuinæ animaduersionis, & humilibus ecclesiæ populis, ad spirituale subsidium data. Iuxta quod dominus ait illis: Auferet, Matt.21.d inquit, à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. k ¶Agni sunt ad vestimentum tuum, & hœdi ad agri preciū.) Agnos innocētes, hœdos pœnitentes nuncupat. Agnorum ergo vellere vestieris, dum bonis obedientium discipulorum morib⁹ pastor ipse profeceris, eorumq; L laudabilia facta cernens, & in ornatu virtutum, & in calore dilectionis ipse glorioſior extiteris. Hœdis agrum comparabis, dum peccatores ad pœnitentiam vocando, sublimiorem tibi in terra viuentium locum acquires.

l ¶Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum &c.) Tanta instantia pecus tibi commissum pasce, ne tibi lac æstate nouū ne frigore desit, sed tibi semper tuisq; sufficiat: id est, tam sedulò doctrinæ insta, vt etiā quosdam pœnitentes ad officium docendi prouehas, quatenus per illos qui pridem pro fœditate vitiorum ad sinistram iudicis videbantur esse ponendi, modo rationabiles & sine dolo, lac verbi paruulis sensu ministretur. Fit autem lac caprarum ad victum ancillis, quando hi qui nondum M amore perfecto, sed adhuc timore seruili domino deseruiūt per exēplū vel verba eorū qui p pœnitentiā salui facti sunt, viuificis verbi epulis reficiunt, atq; vt ad maiora virtutum proficiant incrementa iuuantur. Quidam hoc quod dictū est: Aperta sunt Suprà eo. prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de mōtibus, agni ad vestimētū tuū, & hœdi ad agri precium: ita exposuit: Aperta sunt monumenta Mat. 27.f apparuerunt corpora rediuiua, sequestrati sūt peccatores à sanctis, fœnū ad comburendū de locis excelsis. Sequestrati sunt agni ad dexteram, hœdi ad sini Ibidē.25.c stra: agni ad vestimentum regis, quia ipse dixit: Inhabitabo in eis: Hœdi pro precio sanctorū, quibus nocuerunt, ignibus venundantur.

Caput XXVIII.

m FVgit impius nemine persequente: n Iustus autem quasi leo cōfidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius, & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehemēti in quo paratur fames. Qui derelinquunt legem, laudant impiū: qui custodiunt, succendūtur contra eum.

Caput XXVIII.

m FVgit impi⁹ &c.) Qui nō ē i fide fortis, etiā si null⁹ ipse cutor iſiſtat, nōnūq; spōte fidē deserit: quādo vel latrocinijs, vel piurijs, vel fornicatiōib⁹, vel veneficijs, alijsq; hui⁹ mūdi scelerib⁹, se ifideli similē reddit. n ¶Iust⁹ &c.)

In occursu

A In occursu bestiarum idcirco leo non trepidat: quia præualere se omnibus non ignorat. Vnde viri iusti securitas leoni rectè comparatur: quia cõtra se cùm quoslibet insurgere suspicit, ad mentis suæ confidentiam redit, & scit quia cunctos aduersantes superat, quia illum solũ diligit, quem inuitus nullo modo amittit. a ¶Viri mali nõ cogitant iudicium, qui autem requirunt dominum, &c.) Omnia animaduertunt electi: hoc est, & futurum esse discrimen vniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus pœna retribuatur æterna. b ¶Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simpli. &c.) Qui per doctrinam hæreticam decipit amatores iustitiæ vt à veritate deuiẽt, ipse quidem pro malis suis pœnã quam meretur, incurrit:
B bona aũt si qua gerebat, vel vtilia scribendo, vel cõtinenter viuendo, alijs in adiutorium cedũt, eis nimirum qui hæc legentes siue audientes, exẽpla sibi salutis etiã ab eo quem periisse norunt, assumunt. c ¶In exultatione iustorum, multa gloria est.) Quia videlicet non de præsentibus diuitijs, sed de æternis in futuro bonis exultant, non de rebus mundi quæ videt, sed de creatore mũdi, cuius visionem sperant, lætan
Psal.31.e. tur, dicente psalmographo: Lætamini in domino, & exultate iusti. Vel certè in exultatione iustorũ multa fit gloria: quia quotiens electos in hac vita proeuẽtibus ecclesiæ prosperis exultare contigerit, multa domino gloria ex plurimorum fide, ac pijs operibus datur. d ¶Regnantib⁹ impijs, &c.) Sicut multi gloC riam deo dare incipiunt, cùm iustos in profectu virtutum gaudere conspiciunt, ita quotiẽs reprobi regnũ tenẽt, multos suæ perfidię complices exhibent. Quod & de paganis & hæreticis, & de malis catholicis rectè potest accipi. e ¶Beatus homo &c.) Sequentis ira iudicij, tanto tunc districtior portabitur, quanto nunc inter culpas minimè time-
Eccli.11.c. tur. Vnde alibi scriptum est: In die bonorũ ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum. Sic ergo vtraque sungenda sunt, vt vnum semper ex altero fulciatur.
f ¶Leo rugiẽs, & vrsus esuriẽs, &c. Et de principibus paganis, & de hæreticis potest intelligi, qui populi pauperis, id est, sanctæ ecclesiæ, vel patientiam, vel sapientiam, ferina sæpe sæuitia tentãt.
g ¶Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad latra eum. Viri mali nõ cogitant iudiciũ: qui autẽ requirũt dominum, animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, q̃ diues in prauis itineribus. Qui custodit legẽ, filius sapiens est: qui autẽ pascit comessatores, cõfundit patrẽ suum. Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aurẽ suã ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Qui
b dẽcipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebũt bona ei⁹. Sapiẽs sibi videtur vir diues, pauper aũt
c prudens scrutabitur eum. In exultãtione
d iustorum multa gloria est: Regnãntibus impijs, ruinæ hominum. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiã
e cõsequetur. Beãtus homo qui semper est pauidus: qui verò mẽtis est duræ, corruet
f in malum. Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impi⁹ super populum pauperẽ. Dux indigẽs prudẽtia, multos opprimet per calũniam: qui autem odit auaritiam,
g longi fient dies eius. Hominẽ qui cãlumniatur animæ sanguinem, si vsq; ad lacũ fugerit, nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur vijs, concidet semel. Qui operatur terrã suam, saturabitur panibus, qui autem sectatur ocium, replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocẽs. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit: iste & pro buccella panis deserit veritatem.
h Vir q festinãt ditari & alijs inuidet, ignorat quòd egestas superueniat ei. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eũ, magis quàm ille qui per linguæ blandimẽta decipit. Qui subtrahit aliqd à patre suo & à matre, & dicit hoc nõ esse peccatum, particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: q̃ verò sperat in domino, saluabitur. Qui con
fidit in corde suo, stultus est: qui autẽ gra
ditur sapienter, ipse laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit depre
i cantem, sustinebit penuriam. Cùm surrexerint impij, abscondent homines: cùm illi perierint, multiplicabũtur iusti. Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eũ sanitas nõ sequet. In multiplicatione iustorũ lætabitur vulg⁹, cùm impij sumpserint principatũ, gemet populus. Vir qui amat sapientiã, lætificat patrem suũ: qui autem nutrit scortum, perdet substantiã. Rex iustus eriget terram, vir auarus destruet eam. Caput XXIX.

k HOmo q̃ blãdis fictisq; sermonib⁹ loquit amico suo, rete expãdit gressibus eius. Peccãtẽ virum iniquũ
l inuoluet laqueus, & iust⁹ laudabitur atq; gaudebit. Nouit iust⁹ causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes cum fugerit, nemo sustinet &c.) D
Siue terram agri, siue terrã corpusculi qui exercet, saturabitur: ille frumẽto, iste virtutibus, qui vtraque spernit, replebitur egestate. h ¶Vir qui festinat ditari & alijs inuidet, ignorat quòd egestas superueniat &c.) Profectò enim qui augere opes ambit, & peccatum negligit, more auiũ captus, cùm escam terrenarum rerum auidus inspicit, cùm quẽlibet præsentis mundi bona desiderat: & quæ de futuro damna patiat, ignorat. i ¶Cùm surrexerint impij, absondẽtur homines, &c.) Eos homines iustos appellat, qui videlicet iustum statutumq; à domino humanæ conditionis ordinem seruant. Vnde in libro beati Iob, de pœnitente quolibet peruerso dicitur: Respi Iob.33.d.
ciet homines, & dicet, peccaui. Quod est apertè dicere: Respiciet eos qui naturã humanę creaE tionis rectè custodiunt, & se peccando iumentis assimilatos esse cognoscunt. Patet ergo sensus: quia feruente impiorum persecutione, absondentur sæpe fideles, vel non ausi, vel non permissi ad publicum procedere, dicente domino: Si vos persecuti fue- Matt.10.c
rint in ciuitate ista, fugite ad aliam. Vbi autem perditis autoribus persecutio cessauerit, augustior post pressuras fidelium gloria clarescit. Sed & infidelium plurimi visa infidelitatis damnatione, fidei gratiam suscipiẽt, iuxta id quod scriptum est: Pe- Prou.19.d
stilente flagellato, sapiẽtior erit paruulus.

Caput XXIX.

k HOmo qui blandis fictisq; sermonibus &c.) Qui fictis sermonibus proximũ F
laudat, illi quidẽ parat insidias, quibus periculum incauti operis aut verbi securior factus incidat. Sed videam⁹ vtrũ retia fraudulẽtia cum cuius gressibus expandũtur, an potius illum à quo expanduntur, inuoluant. Sequitur: l ¶Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit, &c.) Non ergo iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat, nocet: ipsos autem reprobos insidiæ quas proximis parant, in perpetuum damnãt, gaudentibus iustis, ac rectum conditoris iudicium laudantibus, vel de sua ereptiõe, vel de perditione prauorum. Denique clausulam prioris versiculi, antiqua æditio manifestè posuit: Retia circundat suis pedibus. Ex ambiguo enim Græco quod est περι-
βάλλα vtrũq; interpretari pot.
Nam

G Nam qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in eam ipſe, vt
Suprà. 16. alibi dictum eſt. a ¶Vir ſapiens ſi cũ ſtulto contẽderit,
d ſiue iraſcatur, &c.) Doctor ſapiens ſi cum infideli & contumace contenderit, ſiue tormenta reproborũ, ſiue gaudia narret bonorũ, fruſtrà erga inſenſatũ laborat. Siue lamẽta pœnitẽtiæ ſuadeat, ſeu bonæ opationis quæ ſint præmia dicat: non auditur à ſtulto. Hinc & apoſto
Matt.11. b li Iudæis dicebãt: Lamentauim⁹ vobis, & non planxiſtis: cecinim⁹ vobis, & non ſaltaſtis. b ¶Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus.) Impatientia impellente agitur, vt totus foras ſpiritus proferatur. Quẽ idcirco citius perturbatio eijcit: quia nulla interi⁹ diſciplina ſapientię circũcludit. c ¶Sapiens autem differt, & reſeruat in poſterum, &c.) Læſus enim in præſens, ſe vlciſci nõ deſiderat, quia etiam tolerans parci optat, ſed tamen vindicari omnia extremo iudicio non ignoH rat. Hunc locum antiqua tranſlatio ſic habet: Totam iram ſuã profert impius, ſapiens autẽ diſpenſat per partes: quia nimirum ſtultus ad vltionem ſui, iræ perturbatione ſuccenditur, ſapiens autem paulatim eam maturitate conſilij ac moderationis extenuat & expellit. d ¶Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſque illuminator &c.) Pauper eſt humilis verbi dei auditor: creditor autem, qui ei verbi eiuſdẽ pecuniam prædicando committit. Qui obuiant ſibi, cùm in vnã eandemq; pietatis gratiam conueniunt. Et vtriuſq; illuminator eſt dominus, quia neque ille ſine diuinæ munere pietatis prædicare, nec iſte potuit credere. Veridica nãque manet veritatis ſenIoan.15.a. tẽtia, quæ dicit: Quia ſine me nihil poteſtis facere. e ¶Rex qui iudicat pauperes ĩ veritate, thronus eius in æternum firmaI bitur.) Et pſalmiſta de Chriſpſal.44.b ſto rege: Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, virga æquitatis, virga regni tui. f ¶Virga atque correctio tribuet ſapientiã, puer autem qui dimittitur &c.) De hac virga Apoſtolus ad Corin1.Cor.4 d thios ait: An vultis in virga veniã ad vos, an in ſpiritu manſuetudinis? Puer nãque quem frequentiſſimè corripiendũ & erudiẽdũ admonet, popul⁹ dei eſt, qui ſi non aſſiduis monitis & increpationibus ſacerdotum fuerit caſtigatus, confuſionem generat eccleſiæ: detrahentibus his qui foris ſunt religioni fidei Chriſtianę. Vnde rectè ſubiungitur: g ¶Cùm prophetia defecerit, diſſipabitur populus &c.) Quia nimirum cùm ceſſauerit ſacerdotalis eruditio, ſoluetur continua diſciplina diuinæ legis: qua populus ad beatitudinis præmia ptingere debuerat. h ¶Seruus verbis nõ poteſt erudiri, quia quod dicis intelligit, &c.) Seruus, quilibet peccator, rectè quidem intelligens, ſed in opere veritatis abſque flagelli diſciplina reſpondere contemnens. De talibus ait veritas:
Luc.12.f Seruus ſciens voluntatem domini ſui & non faciens, dignè plagis vapulabit multis. i ¶Vidiſti hominem velocem

lentes diſſipant ciuitatem, ſapientes verò
a auertunt furorem. Vir ſãpiens ſi cũ ſtulto contenderit, ſiue iraſcatur, ſiue rideat, non inueniet requiem. Viri ſanguinum oderunt ſimplicem, iuſti autẽ quærũt ani
b mam eius. Totum ſpiritum ſuum pro
c fert ſtultus: Sapiẽs autẽ differt & reſeruat in poſterum. Princeps qui libẽter audit verba mendacij, omnes miniſtros ha
d bet impios. Pauper & creditor obuiauerunt ſibi, vtriuſq; illuminator eſt domi
e nus. Rex qui iudicat pauperes in veritate, thronus eius in æternum firmabitur.
f Virga atque correctio tribuet ſapientiã: puer autem qui dimittitur volũtati ſuæ, confundet matrem ſuam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera, & iuſti ruinas eorum videbunt. Erudi filium tuũ, & refrigerabit te, & dabit deli
g tias animæ tuæ. Cùm prophetia defecerit, diſſipabitur populus: qui verò cuſto
h dit legem, beatus eſt. Seruus verbis nõ poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, &
i reſpondere contẽnit. Vidiſti hominẽ velocem ad loquendum, ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correctio. Qui deli
k catè à pueritia nutrit ſeruum ſuũ, poſtea ſentiet illum contumacem. Vir iracũdus
l prouocat rixas, & qui ad indignandũ facilis eſt, erit ad peccata procliuior. Superbum ſequitur humilitas, & humilem ſpim ritu ſuſcipiet gloria. Qui cũ fure partici pat, odit animã ſuã: adiurãtẽ audit, & nõ
n indicat. Qui timet hominẽ, citò corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabit. Multi requirunt faciem principis, & iudicium à domino egreditur ſingulorũ. Abominantur iuſti virũ impiũ, & abominant impij eos qui in recta ſunt via. Verbum cuſtodiẽs filius, extra perditionem erit.

Caput XXX.

o VErba congrẽgantis, filij vomentis.
p Viſio quam locut⁹ eſt vir cum quo eſt deus, & qui deo ſecũ morante cõ
q fortat⁹ ait: Stultiſſimus ſum virorũ: & ſa
r pietia hominũ nõ eſt mecum. Nõn didici ſapientiam, & noui ſanctorũ ſcientiam.

Quis

ad loquendum, &c.) Graue quidem vitium ſtultitiæ, ſed non K
leuius eſt verboſitatis. Nam ſæpe contingit vt idiota aliquis & ipſarum quoque neſci⁹ literarum, citius verba ſalutiferę correctionis accipiat, quàm is qui affluẽtia præditus ſermonis, magis ſua quæ nouit, vel quę ſe noſſe autumat, iactanter proferre, q̃ dicta ſapiẽtiũ audire cõtẽdit. k ¶Qui delicatè &c.) Qui delicatè à pueritia nutrit corp⁹ ſuum, qđ animo debuerat ſubiugare, is vbi ad annos adoleſcẽtiæ puenerit, laſciuioſum hoc & indomabile ſentiet. Hũc verſiculũ alia tranſlatio pulchrè habet: Qui delitiaſ à pueritia, ſeruus erit, nouiſſimè autem contriſtabiſ. Nãq; ſerò malorũ pœnitet, q ſe meminit noluiſſe in tenera adhuc ętate à ſuis voluptatib⁹ ad regulã cõtinere prudẽtiũ. l ¶Vir iracundus prouocat rixas, &c.) Ianua vitiorum omniũ, iracundia eſt: qua clauſa, virtutibus intrinſecus dabiſ quies, aperta verò ad omne facinus armabi L
tur anim⁹. m ¶Qui cum fure participat, odit animam ſuã, &c. Auditorem ſuum ſapientia non ſolum à peccatis abſtinere, ſed & à peccantium ſe contubernio docet cohibere, ne forte à diſtricto iudice mereatur audire, ſi videbas furem ſimul currebas Pſal.49.c
cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Nõ enim fur ſolummodo, ſed etiam ille reus tenetur, qui conſcius furti, quęrenti poſſeſſori pecuniã qui perdidit, non vult indicare cùm valet. Verùm ne quis cauſetur metu ſe perſonæ potentioris, neque à furum conſortio ſeparari, neq; prodere poſſe quod nouit, aptè ſubdit: n ¶Qui timet hominẽ, citò corruet, &c.) Cui cõgruit illud euangelicũ: Nolite time- Matt.10.c
re eos qui occidunt corpus, animam autẽ nõ poſſunt occidere. M

Caput XXX.

o VErba cõgrẽgantis, filij vomentis.) Hucuſq; parabolæ Salomonis, quas trãſtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda. Hinc rurſum verba Salomonis, ab ipſo quod Græcè ἐκκλησιαſὴς dicitur, nũc interpretato in Latinum nomine ſillo, cõgregãs appellatur: eccleſia enim congregatio vocatur. p ¶Viſio quã locut⁹ eſt vir &c.) Viſio, inquit, quã locutus eſt vir: quia quod vidit apud deũ ſecretiora cõtemplando, patefecit hominibus foras loquẽdo. Quiſqs enĩ dei ſpiritu cõfortat, hæc quæ ſequunt humili corde profat.
q ¶Stultiſſimus &c.) Filij enĩ ſeculi hui⁹ prudẽtiores filijs Luc.16.c.
lucis in generatione ſua ſunt. & apoſtol⁹: Si qs, inquit, videt 1.Cor.3.d
ſapiẽs eſſe in hoc ſeculo, ſtult⁹ fiat, vt ſit ſapiẽs. Et ipſe de ſe ſuiſq; ſimilib⁹, in quib⁹ eſt de⁹: Nos aũt prædicam⁹ Chriſtũ 1.Cor.1.d.
crucifixũ, Iudæis qdẽ ſcãdalũ, gẽtib⁹ aũt ſtultitiã. r ¶Nõ didici &c.) Nõ didicit Salomõ ab homine ſapiẽtiã, ſed deo gratis offerẽte percepit, vt ſanctorũ ſciẽtiã noſſet. Sed & apoſtol⁹ qui ait: Nos ſtulti propter Chriſtũ, ipſe iterũ dicit: 1.Cor.4.e
Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapiẽtiã verò Ibidẽ.2.b.
nõ hui⁹ ſeculi, neq; principũ huius ſeculi qui deſtruuntur.

Quis

a Quis ascendit in cœlum, atq; descendit?
b Quis continuit spiritũ in manibus suis?
c Quis colligauit aquas quasi in vestimen
d to? Quis suscitauit omnes terminos ter-
e rę? Quod nomen est eius, & quod nomen
f filij eius si nosti? Omnis sermo dei ignit⁹,
g clypeus sperãtibus est in in se. Ne addas
quicq̃ verbis illi⁹, & arguaris inueniarisq;
h mẽdax. Duo rogaui te, ne deneges mihi
antequã moriar. Vanitatem & verba mẽ-
dacia longè fac à me. Mendicitatem & di
uitias ne dederis mihi: tribue tantum vic-
tui meo necessaria, ne fortè satiatus illi-
ciar ad negandum, & dicam: Quis est do
minus? aut egestate compulsus furer, &
i periurem nomen dei mei. Ne trãdas ser-
uum ad dominum suum, ne fortè maledi
k cat tibi & corruas. Generatio quæ patri
suo maledicit, & matri suæ non benedi-
l cit. Generatio quæ sibi munda videtur, &
m tamen non est lota à sordibus suis. Gẽne
ratio cuius excelsi sunt oculi, & palpebrę
n eius in alta surrectæ. Generatio quæ pro
dẽtibus gladios habet, & cõmandit mola
o ribus suis. Vt cõmedat inopes de terra, &
p pauperes ex hominib⁹. Sanguisugæ duæ
q sunt filiæ dicentes: Affer, affer. Tria sunt
insatiabilia, & quartum quod nunquam
dicit, sufficit: Infernus, & os vuluæ, & ter-
ra quę nõ satiat aqua, ignis verò nõ dicit,
r sufficit. Oculum qui subsannat patrem,
& despi-

A a ¶Quis ascendit in cœlum, atque descendit?) Hęc est sanctorum scientia, quæ à sapientibus seculi stultitia putatur, quia videlicet dei filius in assumpta carne, post mortem & resurrectionem suam ascendit in cœlũ, ac nostræ resurrectionis tempore descensurus est de cœlo ad iudicandos viuos & mortuos. b ¶Quis continuit spiritum in manibus suis?) Omnis spiritus & humanus & angelicus, & animalium & procellarum ne deficiat, dei potentia cõtinetur. c ¶Quis colligauit aquas quasi in vestimento?) De
Psal.32.b ipso etiam psalmista: Congregãs sicut in vtre aquas maris.
d ¶Quis suscitauit omnes terminos terræ?) Terminos terræ à torpore infidelitatis, velut è somno ad credendum in se suscitauit. Et nunc omnia quæ per orbem viuunt & crescũt, homines, animantia, germina, dominus vt sua quęq; vita subsistant, excitat:
Apoc.7.a & in die iudicij cunctum à quatuor ventis cœli genus humanũ
B à morte suscitabit. e ¶Quod nomen est eius: &c.) De dei patris & filij nomine dicit: cui⁹ mysterium, secularis sapientia naturaliter scire non potest, quãuis vnum esse deum qui omnia fecerit, per ea quæ mirabiliter facta videt, intelligere potest. Si nosti, inquit, subauditur, tu qui de tua te iactas sapientia, nostræ fidei mysteria, stultitiam nuncupare præsumis? f ¶Omnis sermo dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.) Hęc & tota Christi ecclesia nouit, & illi maximè sentiunt, qui deo secum morãte, terrenæ sapientiæ fastum contemnũt: quia nimirum omnis sermo diuinæ autoritatis, corda electorum & igne charitatis accendit, & scientia veritatis illustrat, & vitiorum sordes, si quas in eis inuenerit, consumit, & ab hostium insidijs, sperãtes in se, cunctisq; defendit aduersis. Verùm solertius intuendum: quia proprietatem Græci sermonis, quod est πεπυρώμενον,
C Latina translatio vno verbo non explicat. Vnde aliquando
Psal.118. ignitum, aliquando igne examinatum transfertur, vt: Ignitũ eloquium tuum vehementer. Et: Argẽtum igne examinatũ, quod vtrũq; in Græco vno verbo dicitur πεπυρώμενον. Et quod huic Salomonis sentẽtiæ simillimũ sonat: Eloquia domini igne examinata, id est, πεπυρώμενα, protector est omniũ sperãtiũ in se, πεπυρώμενον ergo significat, quod tanq̃
Psal.11.b. cõflatũ igne purgatum sit. Sicut enim quæcũq; metalla igne conflata, sordem in se alienam atq; inutilem non continent, totum quicquid in his residet, verum & perfectum, & omni vitiorum sorde purgatum est, ita eloquium dei æternorum
Matt.5.c. in se bonorum fidem testãs. Hinc illud est domini: Iota vnũ aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Vera enim omnia sunt, & extra omnem ambiguitatẽ, superfluę inanitatis ignita. g ¶Ne addas quicquã verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax.) Non corrumpas eloquia sanctarum scripturarum, quod quidam hæretici ne his conuincerentur, fecisse noscũtur. h ¶Duo rogaui te, ne deneges mihi &c.) Hæc adhuc vir cum quo est deus, sermonis eius igne radiatus, ad ipsum dominum conuersa voce profatur, obsecrans ne vanitatem seculi vnquam vel verba mendacia, veritati cœlestium præponat scripturarũ: nec rursum vel copia vel inopia transeuntium rerum, in obliuionem decidat æternorum. i ¶Ne tradas seruũ ad dominum suum,
2.Pet.2.d ne fortè maledicat tibi &c.) Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, Hunc seruũ ille domino suo tradit, qui quẽlibet delinquentem, & à prauis actionibus se conuertere volentem, sua exhortatione, vel exemplo prauæ actionis ad id quod renunciauerat, redire suadet, quod plerique sacerdotes praui in ecclesia facere cõsueuerunt. k ¶Generatio quę patri suo maledicit, & matri suæ nõ benedicit.) Cùm superi⁹ puritatẽ sibi vitę à domino dari peteret, conuertens subitò intuitũ ad contemplandam prauorũ nequitiam: quantis hæc sit inuoluta miserijs, quàm longe à veritate distet, insinuat. Est, inquiens, generatio nefandorum, quæ & si bona quælibet agit, perdit hęc in eo quòd honorẽ parentibus non defert. l ¶Generatio quæ sibi munda videtur &c.) De hac generatione loquitur psalmista: Quoniam deus dissipat ossa hominum sibi placentium. Psal.52.b.
m ¶Generatio cuius excelsi sũt oculi & palpebræ eius in alta surrectæ.) Huius consortiũ gene- E
ratiõis vitabat psalmista, cùm dicebat: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt Psal.130.a
oculi mei, &c. n ¶Generatio quæ pro dentibus gladios habet &c.) De hac psalmista: Filij hominũ, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machera acuta. Psal.56.a.
o ¶Vt comedat inopes de terra, &c.) Ad hoc linguã armant persecutores ecclesiæ, vt innocentes Christi, & hũiles trucident. Quod si diligenter consi derare volueris, inuenies has generationes, congregationes esse nequissimas Iudæorum & hæreticorum. Iudæorum ergo generatio patri suo maledixit, illi vi-
delicet qui ait: Filius meus primogenitus Israël: quando fi- Exod.4.f
lium eius venientem in carne negauit. Et matri suæ non benedixit, synagogæ videlicet, cuius fidei pristinę quam in patribus ac prophetis de Christo habuerat, detraxit. Nouatianorum generatio munda sibi videtur, dicens se pœnitentia F
opus non habere: & tamen non potest mũda esse à sordibus peccatorum, quæ fontem pœnitentiæ peccantibus veniã negando præcludit. Item generatio Arianorum excelsos habet oculos, & palpebras super deum erectas, inquirens quid fuit antea, & dicens: si natus est, fuit tempus quando non fuit filius: vel quæ est spiritus sancti potestas, æqualis an inæqualis? Itẽ generatio quæ pro dentibus gladios habet: illa est cõgregatio prauorum, quę suam perfidiam etiam alijs intimare satagit, & sicut corpora solẽt gladijs sterni: ita animas audientium veneno praue allocutionis morti perpetuæ subiugare contendit. p ¶Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, Affer, affer.) Sanguisuga, diabolus est qui siti peccãdi, ac peccata suadendi incessanter accenditur. Huic duæ sunt filiæ, quia duæ specialiter humani generis illecebræ. Hũc antiqui hostis imitãtur ardorem, luxuria videlicet & philargyria. Nam & luxuriæ quò liberius frena laxantur, eò noxius delectatur. Et sicut quidam ait poëtarum: Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit. q ¶Tria sunt insatiabilia, &c.) Infernus nunquam redundat: meretrix similiter habet, eius corpus non satiatur delitijs: & auarus nunquã dicit, sufficit. Quidam infernum interpretantur diabolum, quia insatiabilis sit de seductione humana. Os vuluæ, & terra quæ nõ satiatur aqua, vt suprà: & ignem qui non dicit, sufficit, incendium gehennæ, quòd nunq̃ desinat, sed eos qui peccatis finẽ ponere noluerũt, infinito ardore cõburat. r ¶Oculũ &c.)

Peruersi

& despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant
a eum filij aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartum quod penitus ignoro. Via
aquilæ in cœlo, viam colubri super petrã, viam nauis in medio mari, & viam viri
b in adolescẽtia. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit & tergit os suum, & dicit: Nõ sum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere. Per seruũ cùm regnauerit, per stultum cùm saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierẽ cùm in matrimonio fuerit assumpta, & per ancillam cùm fuerit
c hæres dominæ suæ. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapien
d tibus. Formicæ populus infirmus, qui præ
e parat in messe cibũ sibi. Lepusculus plebs inualida, quæ collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet, & egredi-
g tur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.
h Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartũ quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lumbos: & aries, nec est
i rex qui resistat ei. Et qui stultus apparuerit,

G Peruersi dum diuina iudicia reprehendunt, subsannant patrem: & quilibet hæretici dum prædicationem sanctæ ecclesiæ deridendo contẽnunt, partum matris despiciũt: quia de ipsa exeunt, qui contra ipsam loquuntur. Ex nobis exierunt, inquit, sed non erant ex nobis. Quorum intentionem dum prædicatores catholici de scripturarum diuinarũ fluentis procedentes increpando reuincunt: quasi oculum nefandũ corui de torrentibus effodiũt, & filij aquilæ comedunt. Corui etenim vocantur doctores sancti: quia per humilitatis gratiam, peccati in se nigredinem confitentur. Filij autem aquilæ: quia per gratiam eius sunt renati, qui in habitu assumptę humanitatis, ad cœlestia trãsuolãt. Vnde & alibi filij spõsi appellantur. a ¶Tria sunt difficilia mihi, & quartum &c.) Quantum ad historiam ita est, vt scriptum est: sed quia per parabolas loquitur: Via aquilæ in
H cœlo difficilè inuenitur: hoc est, subtilitas inimici, quę circa cœlestium virorum corda volitat, magno cum labore deprehenditur. Similiter & via colubri super petram: id est, astutia hostis venenati, insidiari non desinit eis quos in petra fidei fundatos esse conspicit. Necnõ & via nauis in medio maris: hoc est, via iniquitatis, quæ per amaras seculi huius vndas, immũdorum spirituũ flatibus agitatas, tanta sublimitate discurrit, vt vel vix vel nullatenus eius possit iter deprehẽdi. Nam quòd aquila malignum hostem significet, testatur
Esa.30.b propheta qui ait: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: id est, homines qui nos persecuti sunt, tam sæui fuerunt, vt ipsis dæmonibus crudeliores esse viderentur. Quòd coluber diabolum sępe insinuet, & in primi hominis
Eccli. 21.a transgressione probatũ est, & cùm vir sapiens aiebat: Quasi à facie colubri fuge peccatum. Nauis quoq; quòd leuitatem designet eorũ qui circũferuntur omni vẽto doctrinæ, demõ
Eccl. 43.c strat propheta, qui ait: Et Chaldæos in nauibus suis glorian
I tes: hoc est, immundos spiritus de fragilitate, atque instabilitate mentis humanæ sese extollentes, & de illius ruina quasi victores lætantes. Sicut ergo illa tam callida sunt, vt inueniri nequeant: sic adolescens qui viam veritatis deserit, difficile est cogitatu, quo se per omnes horas, & in quot cogitamẽta vecors vaga mente declinet. b ¶Talis est via mulieris adulteræ &c.) Adulteræ quoq; mens in similitudinem eorũ quæ cõmemorauit superi, instabilis semper & vaga est, quę vbi admissum turpitudinis suæ cælare potuerit, negat se aliquid patrasse facinoris. c ¶Quatuor sũt minima terræ, &c.) Minores videntur in terra sæpe iusti q̃ reprobi, id est, humiliores, & huic mundo abiectiores, sed tamen sapientiores sunt sapientibus mũdi: in eo quòd æterna & cœlestia bona sapiunt, ac pro his appetendis quæ illi non norunt, aduersa quæq; seculi fortiter pati desiderant. d ¶Formicæ populus infirmus, &c.) Et ecclesiæ populus, vt fortitudinẽ mẽtis custodiat, infirmum se temporaliter aduersarijs sæuien-
Matt.5.f tibus ostendit, domino per euangelium dicente: Ego autẽ dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, tu præbe illi & alteram. Qui in hac vita præparat sibi fructus bonorũ operũ, quibus vitã mereat habere perennẽ. e ¶Lepusculus, plebs inualida &c.) Et hic plebem ecclesiæ designat, quę inualida dicitur: vel quia, vt suprà diximus, suas iniurias vlciscì ipsa non quærit, vel quia suis viribus nil fidere, sed in auxilio redemptoris sui salutẽ sperare didicit, & hoc est illam cubile in petra collocare: cuius præsidio aduersos vitet incursus, domino dicente cum psalmista: Esto mihi in lapidem fortissimum, & in domum munitam, vt saluas me: quia petra mea & munitio mea tu es. Pro lepusculo, antiqua translatio chœrogylium posuit. Est autem animal non maius hericio, habens similitudinem muris & vrsi, cuius in Palestinæ regionibus magna est abũdantia, semperq; in cauernis petrarũ & terræ foueis habitare cõsueuit. Notandũq; quòd in psalmo vbi nos canimus: Petra refugium herinacijs, in quibusdam codicib⁹, leporibus: in quibusdam chœrogyli⁹ inuenitur. Sed & in hac Salomonis sententia, quædam exemplaria pro lepusculo, herinaciũ habent. Nam & in libro Hebręorũ nominum inuenimus idem verbum Hebræum שפן Saphan, in Hieremia, & chœrogyliũ, & leporem, & hericiũ à sancto Hieronymo interpretatũ. f ¶Regem locusta non habet, &c.) Locustam quidam gentium plebem interpretantur, quæ quondã sine rege, id est, sine Christo, sine propheta, sine doctore existens, nunc in vnitatem fidei congregata, ad spiritualem pugnam cõtra diabolum præparatur. Potest autem in locusta, anachoritarũ cõcors vnitas accipi, quæ cùm homine præceptore nullo in suis latibulis regat, infatigabili tamen instãtia, in suis quæq; locis Christo militare, & malè pullulantia
K Pro lepusculo, antiqua translatio chœrogylium posuit. Est Chœrogylius.
Psal.70.a
Psal.103.c
L
earnalium voluptatum germina consueuit absumere.
g ¶Stellio manibus nititur, &c.) Stellio qui manib⁹ nititur: quia nimirum alas quibus feratur non habet, & moratur in ædibus regis, illorum significat humilitatem, qui cùm non sint iuxta naturam ingenioſi, solertia tamen industriæ suæ, vel ad diuinarum notitiam scripturarũ, vel ad virtutũ gratiam, quibus ingressum regni cœlestis mereãtur, attingunt. Plerũq; etenim aues quas ad volandum penna subleuat, in ve pribus resident: & stellio qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regni ædificium tenet: quia nimirum sæpe
M ingenioſi quiq; dum per negligentiã torpent, in prauis actibus remanent, & simplices quos ingenij penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus operationis leuat.
h ¶Tria sunt quæ bene gradiuntur, &c.) Ipse hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est: Vicit leo de tribu Iuda. Qui
Apoc.5.b
1. Cor.1.d
fortissimus bestiarum dicitur: quia in illo hoc quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Qui ad nullius pauebit occursum. Dicit enim: Venit princeps huius mũdi, & in me
Ioan.14.d
non habet quicquam. Gallus succinctus lumbos: id est, prædicatores sancti inter huius noctis tenebras, verum mane nũciantes, qui succincti lumbis sunt: quia à membris suis luxuriæ fluxa restinguũt. Et aries, nec est rex q̃ resistat ei. Quẽ alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptum est: Afferte
Psal.28.a.
domino filios arietum. Qui per exempla sua gradiẽtem populum quasi subsequentem ouium gregem trahũt. Quibus spiritualiter rectèq; viuentibus, nullus rex sufficit omnino resistere, quia quilibet persecutor obuiet, intentionem eorũ non valet præpedire. Et quia post hæc etiam antichristus apparebit, hoc quartum subdidit, dicens: i ¶Et qui stultus apparuerit, postquam eleuatus &c.) Ipse quippe in sublime eleuabitur, cùm deum se esse mentietur, sed erectus in sublime, stultus apparebit: quia in ipsa eleuatione sua per aduentum veri iudicis deficiet. Quod si intellexisset, ori impo

suisset

A fuiſſet manum:id eſt,ſi ſupplicium ſuũ cũm ſuperbire exor ſus eſt præuidiſſet,bene aliquando conditus in tantæ iactationẽ ſuperbiæ non fuiſſet eleuatus. De quo nequaquam mo ueat quod ſuperius dictum eſt : quartum quod incedit feliciter. Tria quippè incedere bene dixit,& quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene:neq; in hac vita omne quod bene,feliciter. Nam leo,gallus,& aries,bene incedunt, ſed non feliciter : quia perſecutionum bella patiũtur. Quartum verò feliciter & nõ bene incedit:quia in fallacia ſua antichriſtus gradiẽ, ſed iuxta breue tempus vitæ præſentis,ipſa illi fallacia proſperatur. a ¶Qui autem premit fortiter vbera &c.) Vbera fortiter premimus,cũm verba ſacri eloquij ſubtili intellectu pẽſam⁹. Qua preſſione dum lac quærimus, butyrũ inuenimus:quia dum nutriri vel tenui intellectu quærim⁹, vberta te internę pinguedinis vngimur. Quod nec nimiè nec ſemper agẽ B dum eſt,ne dum lac quæritur ab vberibus,ſanguis ſequatur : quia dũverba ſacri eloquij plus quàm debent diſcutiũtur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit,qui vehemẽter emulget:quia carnale efficitur hoc qđ ex nimia ſpiritus diſcuſſione ſentitur. b ¶Et q prouocat iras, producit diſcordias.)Quid præcedente parabola iuxta literã ſignificarit, aperit:quia qui mode rit, poſtquã eleuatus eſt in ſublime:ſi eni
a intellexiſſet,ori impoſuiſſet manũ. Q̃ui autem premit fortiter vbera ad eliciendum lac,exprimit butyrum. Et qui vehe
b mẽter emulget, elicit ſanguinem. Et q̃ui prouocat iras,producit diſcordias.

Caput XXXI.

c V Erbã Lamuelis regis. Viſio qua eru
d diuit eum mater ſua. Q̃uid dilecte
e mi:quid dilecte vteri mei? Q̃uid di
f lecte votorum meorum? Ne dederis mu
g lieribus ſubſtãtiam tuã: Et diuitiãs tuas
h ad delẽdos reges. Nõli regib⁹ ó Lamuel,
i noli regibus dare vinum. Quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Ne for
k tẽ bibat & obliuiſcatur iudiciorũ:& mu
l tet cauſam filiorum pauperis. Date ſiceram mœrentibus:& vinum his qui amaro ſunt animo. Bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ:& doloris ſui non recorden
m tur amplius. Aperi os tuum muto:& cau
n ſis omnium filiorũ qui pertranſeũt. Apẽ
ri os tuum,decerne quod iuſtum eſt,& iu
o dica inopem & pauperem. Aleph. Mũlierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis

ſto ſermone proximum allocutus, gratũ accipit reſpõſum, quaſi de vberibus in quibus lac quærebat, butyrũ exprimit. At qui inepto verbo irã diſcordiãq; fraterno ex corde prouocat, quaſi vltra modum emulgens vbera,ſanguinem pro lacte reperit. Caput. XXXI.

c VErba Lamuelis regis:viſio qua erudiuit eum &c.)Lamuel interpretatur in quo deus, & ipſe eſt de quo ſuprà eodem nomine in Latinum verſo dicitur : Viſio quam locutus eſt vir cũ quo eſt deus. Mater autem quæ hãc eum viſionem edocuit : non alia melius quàm diuina gratia intelligitur,quæ illum in corde inuiſibiliter erudiuit intellectu ſapientię,quã foris hominibus ipſe miniſtraret. Quã-
C uis & ipſa carnalis mater Salomonis,hęc eum paruulum docuiſſe rectè poſſit intelligi,quæ quidem ipſe quia ſapienter dicta cognouit,operi parabolarum ſuarum inſerere voluit. Et ideo rectè poſtquam dictum eſt in titulo,verba Lamuelis regis:additum eſt cõtinuò,viſio qua erudiuit eum mater ſua:quia cũm in regnũ vnctus ſpiritum ſapientiæ percepit, vidit in eodem ſpiritu quàm prudẽter ſe mater bona docuerit. d ¶Quid dilecte mi:quid dilecte vteri mei?)Subaudias : quid tibi dicam fili qui de vtero meo natus, electus es in regno meo? e ¶Quid dilecte votorum meorũ.)Id eſt qui electus es in hoc quod tota deuotione deſiderabam.

f ¶Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam)Patet literæ ſenſus. Sed & virtutum noſtrarum ſubſtantias corruptionibus vitiorum contaminare prohibemur. g ¶Et diuitias tuas ad delendos reges.) Diuitias ſuas dat ad delẽdos reges, qui terrenis delicijs hominum corda corrũpit, ne cœleſtia bona requirant,in quibus perpetuò poſſint regnare cum domino. Delentur enim reges per diuitias,quando ſummi regis corpori adunati per fidem:nihilomin⁹ per illecebras ſeculi merentur eradicari de terra viuẽtium. h ¶Noli regibus ò Lamuel &c.)Et hęc ſequentia patent iuxta literam. Allegoricè autẽ pręcipit,ne vino in quo eſt luxuria,inebriẽt mentes fidelium,qui ſunt mẽbra regis æterni. i ¶Quia nullum ſecretum eſt &c.)Nihil de ſecretis cœleſtibus cogi-

tatur vbi regnat voluptas carnalis,ſed ea tantũ carnales quę D ſunt viſibilia ſcrutantur. k ¶Ne fortè bibat & obliuiſcatur iudiciorum : &c.)ne terrenis deebriatus illecebris,obliuiſcatur pauperum Chriſti,qui & ipſe pauper factus eſt pro nobis. l ¶Date ſiceram mœrentibus:&c.) Siceram & vinum hoc loco,ſupernam diuinæ ſapientię conſolationẽ dicit:quę illis eſt exhibenda cordibus,quæ in infimis conſolari refugiunt:& quicquid occurrit in preſenti,amaro ſuſcipiũt animo:ſolis quæ nondum vident gaudijs cœleſtibus tota mente inhærentes,iuxta eum qui dixit:Negauit conſolari Pſal. 76.a. anima mea:memor fui dei & delectatus ſum. Item date ſiceram mœrentibus,& vinum bibere his qui amaro ſunt animo &c.) His qui pro pœnitudine actuum priſtinorum mœrore atq; triſtitia deprimuntur, ſpiritualis ſcięntiæ iocunditatem,velut vinum quod lætificat cor hominis affluenter infũdite,eoſq; ſalutaris verbi crapula refouete : ne fortè iugitate E mœroris de tali deſperatiõe demerſi,abundantiore triſtitia abſorbeantur qui eiuſmodi ſunt.

m ¶Aperi os tuũ&c.) Pro cauſa pauperũ qui per ſe eloqui i iudicio nõ valẽt,ipſe loqui memẽto:& eos defenſare curato, q patrię cœleſtis intuitu,hui⁹ vitę viã ocius trãſire ſatagũt. Aliter:Os aperire muto pręcipit,ppſo ſcilicet gẽtiũ fidei verbũ prædicare, qui diuina eloquia prius perſonare neſciebat:& non tãtũ Iudęis,ſed & cunctis per orbẽ nationibus curã ſalutis impendere. n ¶Aperi os tuum &c.) Sicut in verſu ſuperiori pro cauſa & ereptione pauperis, os aperire præcipit : ita in iſto ipſum pauperem vbi errauerit,iuſtè caſtigare ac iudicare admonet. Iuxta quod Moyſes ait : Et pauperis in iudicio Exo. 23. a. non miſereberis. Quod vtrũq; dominum facere propheta inſinuat,dicens:Sed iudicabit in iuſtitia pauperes:& arguet Eſaię. 11. a. in ęquitate manſuetos terrę. Hucuſq; verba Lamuel:hinc ſapientiſſimus regum Salomon,laudes ſanctæ eccleſiæ verſib⁹ paucis,ſed pleniſſima veritate decantat. Conſtat nãq; idem carmen verſibus viginti & duobus, iuxta ordinem videlicet ac Hebræarum numerũ literarũ,ita vt ſinguli verſus à ſin- F gulis literis incipiant:cuius ordine perfectiſſimo alphabeti, typicè innuitur : quàm pleniſſimè hìc vel animæ cuiuſq; fidelis,vel totius ſanctæ eccleſiæ, quæ ex oĩb⁹ electis animab⁹ vna perficitur catholica,virtutes ac præmia deſcribantur.

אלף Aleph, doctrina,id eſt,ſacra ſcriptura. o ¶Mulierem fortem quis inueniet?&c.)Mulier fortis,eccleſia catholica vocatur. Mulier videlicet : quia ſpirituales deo filios ex aqua & ſpiritu ſancto gignere conſueuit. Fortis:quia cuncta ſeculi aduerſa ſimul & proſpera pro conditoris ſui fide contemnit:quam ipſe in carne apparens, infirmam quidem inuenit:ſed inuentione ſua,hoc eſt,pia viſitatione, fortem reddidit. Vnde poſt eius redemptionem ad cœlos rediens, ſupernis ciuibus gaudẽs aiebat:Cõgratulamini mihi, quia in- Lucę. 15. b. ueni ouem meam quæ perierat. Videns ergo Salomon genus humanum innumeris implicatum erroribus:quod q; ad eius ſaluationem nullus patriarcha, nullus propheta,nullus omnino electorum, præter ſolum mediatorem dei & hominum ſufficeret,ait : Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finib⁹ preciũ eius : Ac ſi apertè futurã domini gloriã admirãdo proteſtetur: Quis tantæ virtutis? quis talis eſt meriti:qui de tot incredulis ac ſceleſtis mundi nationibus, vnam ſibi electorum eccleſiam congreget : quam ſua gratia fortem atq; inſuperabilem aduerſantibus cunctis ef-

G ficiat? Non hic certè noſtri ſimilis, non noſtro eſt tempore venturus, ſed in fine ſeculorum eſt de cœlo deus homo deſcenſurus: qui nos ſua paſſione ac morte redimat. Hoc eſt enim quod ait: Procul & de vltimis finibus precium eius. Procul videlicet ſtatu temporis: quod à diebus Salomonis vſq; ad partũ virginis intererat.

De vltimis autem finibus: Quia
Pſal.18.b. à ſummo cœlo egreſſio eius: qui nõ aliud pro noſtra redemptione precium, quàm ſeipſum obtu
Gala.2.d. lit. Vnde Apoſtolus: Qui dilexit inquit, nos, & tradidit ſemetipſũ pro nobis, oblationem & hoſtiã deo in odorem ſuauitatis. Quãtis & ita rectè poſſit itelligi, precium ſanctæ eccleſiæ procul poſitum fuiſſe: quia incarnatio verbi dei, cõuerſatio inter homines,

a vltimis finibus precium eiꝰ. Beth. Cõfidit in ea cor viri ſui: & ſpolijs non indi
b gebit. Gimel. Reddet ei bonum, & non malũ, omnibus diebꝰ vitæ ſuæ. Daleth.
c Quæſiuit lanã & linum, & operata eſt
d cõſilio manuum ſuarum. He. Facta eſt quaſi nauis inſtitoris, de longe portãs pa
e nem ſuũ. Vau. Et dẽ nocte ſurrexit, deditq; prędã domeſticis ſuis: & cibaria ancillis ſuis.

paſſio ac reſurrectio longè à noſtrę eſſet naturæ conditione diſcreta: quoniam videlicet ille & quando voluit, & de qua voluit matre natus eſt, & ſine peccato vixit in mũdo: & quãdo voluit, & qua voluit morte, diſceſſit à mundo: tempuſq; reſurrectionis & aſcenſionis ſuæ in poteſtate habuit, & cætera huiuſmodi: in quibus tam procul eſt à nobis, quàm cœ
H lum diſtat à terra. Quia verò eccleſiam quam redemit dominus, non ſolum verbũ ſalutis ſuſcipere, ſed & conſtanter pro illo certare, & hoc ipſum per mũdum prędicare donauit, meritò ſubiungitur: בֵּית. Beth, domus: hoc eſt eccleſia.

a ¶Confidit in ea cor viri ſui &c.) Virum ſanctæ eccleſiæ, dominum ac redemptorem eius, qui etiã precium eius fieri dignatus eſt, dicit: Vnde Apoſtolus credentibus ait: Deſpõ-
2.Co.11.a. di enim vos vni viro virginẽ caſtã exhibere Chriſto. Quod ergo dicitur: Cõfidit in ea cor viri ſui: ab humana nimirum conſuetudine tractum eſt. Sicut enim is qui fortem fidelẽq; & caſtam habet coniugem, confidit in ea certiſſimè: quia nil contra ſuam volũtatem agere, nulla adulterina ſaltem cogitatione poſſit contaminari: cũcta pro ſuo amore etiam aduerſa libenter tolerat, & quoſcũq; valet ad ſuam amicitiam cõuertere deſiderat: ſic nimirum, ſic dominus & redemptor noſter in eccleſia confidit. Nouit enim ſpiritum gratiæ quẽ dedit: nouit virtutem charitatis, quam eius prædcordijs infudit. Ideoq; non dubitat eam non ſolum à ſuę fidei integritate nequaquam poſſe corrumpi, ſed etiam perſeueranter inſiſtere, vt plures ad eiuſdem fidei congreget vnitatem. Hoc eſt enim quod ſequitur: Et ſpolijs non indigebit. Spoliat enĩ diabolum eccleſia, cùm per prædicatores ſuos eos quos ipſe deceperat ad veritatis iter reuocat. Et bene dicitur: Et ſpolijs non indigebit: quia nunquam ceſſabit eccleſia liberatas
I à diabolica fraude animas Chriſti fidei reſtituere, donec cõpleto mundi curſu: ſuorum quoq; præfinita cõpleatur ſumma mẽbrorum. Verùm quia quicquid boni ſancta eccleſia, vel anima quæq; fidelis agit, hoc deſuper accipit, rectè ſubditur: גִּימֶל. Gimel, plenitudo: id eſt legis. b ¶Reddet ei bonũ &c.) Reddet quippe anima Chriſto bonũ, cùm pceptis ab eo vitæ muneribus rectè viuendo reſpondet, cùm ea quę ipſa ſcire vel facere ab illo adiuta potuit, etiam alijs inti
mare ſatagit. Bene aũt cùm dixiſſet, reddet ei bonũ: protinꝰ addidit, & nõ malũ: quia ſunt profectò qui acceptis à domino bonis mala repẽdũt: vel fidei myſteria quæ pceperũt hæretica fece fœdãdo: vel fidem quã profeſſione ſeruãt, prauis operibꝰ blaſphemãdo: vel mores bonos quibus cũ fide recta
Titũ.1.d. deſeruiunt, per colloquia mala corrũpendo. Sed nec illi bona quæ acceperunt, domino reddunt: qui non in his quæ bene inchoant vſq; ad finem vitæ præſentis perſiſtere curant. Vnde meritò cùm dixiſſet, reddet ei bonum & non malum, vt perſeuerantiam boni neceſſariam demõſtraret, adiunxit:
omnibus diebus vitæ ſuæ. Cui ſimile eſt illud euangelicum:
Lucę.1.g. Seruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia coram ipſo, omnibus diebus noſtris. Quibus ſanè operibus, quibꝰ iuſtitiæ vel ſanctitatis fructibus potiſſimum ſit inſiſtendum, ei qui bonum quod accepit à domino gratis, rependere ſatagit: ſubſequenter inſinuatur cùm dicitur: דָּלֶת Daleth, tabularum: hoc eſt veteri teſtamento. c ¶Quæſiuit lanam & linum &c.) Huius principium verſiculi, fortis mulier, hoc eſt ſancta eccleſia, etiã iuxta literã accipere & obſeruare cõſueuit, iuxta illud propheticum: Cùm videris nudum, operi eum: & car-
Eſa.58.b. nem tuam ne deſpexeris. Operatur autem non ſuperuacuo & cæco labore, ſed eo vtiq; conſilio, vt ab ipſo ſuo vero domino videlicet Chriſto in iudicio mereatur audire: Nudus fui, & ope-
Mat.25.c. ruiſtis me, & quãdiu feciſtis vni de his minimis meis, mihi feciſtis. Operatur autẽ conſilio manuum ſuarum: hoc eſt, earũ perſonarum per quas eleemoſynam pauperibꝰ tribuit: in quorũ opere deuoto, illo ſaluberrimo vtitur conſilio, vt cùm diſpergit & dat pauperibꝰ, non ipſa ab hominibus laudetur ad tempus, ſed vt iuſtitia eius maneat in ſeculum ſeculi, & cornu eius exaltetur in gloria. Poſſunt autẽ Myſticè.
myſticè in lana, qui ouinus eſt habitus, omnia pietatis & ſimplicitatis opera, quæ proximis impendimus accipi. Poteſt in lino, quod ex terra virens oritur, ſed longo ac multiplici exercitio amittit humorem natiuum, atq; ad gratiam noui candoris peruenit, caſtigatio noſtræ carnis intimari: cuius
dum ingenitas vitiorum ſordes per continentiam excoqui- L
mus: dignam profectò eam qua Chriſtum induamus, efficimus: iuxta illud Apoſtoli: Quotquot ergo in Chriſto bapti Gala.3.d.
zati eſtis, Chriſtum induiſtis. Quærit ergo mulier fortis lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, cùm eccleſia ſancta ſollicitè perquirit, quibus ſe pietatis fructibꝰ exerceat: quomodo à carnalibus emundet illecebris. Et hoc vtrũq; conſilio prudentiſſimo: hoc eſt, ſupernę ſolummodo retributionis facit intuitu: Cuiꝰ retributionis ſequẽs quoq; verſiculus apertius meminit, dum ſubditur: d ¶Facta eſt
quaſi nauis inſtitoris &c.) Inſtitorem negociatorẽ dicit: qui Inſtitor.
pro eo ſic vocatur ab antiquis, quòd acquirẽdis multiplicãdiſq; mercibus ſedulus inſiſtat. Facta eſt ergo fortis mulier quaſi nauis inſtitoris: quia ſicut nauis inſtitoris onuſta mercimonijs, quæ in ſua patria magis abundant: porro per mare petit peregrina, vt illic venditis quæ attulerat, cariora ad domũ reportet. Sic nimirũ ſancta eccleſia, ſic anima quæq; perfecta, virtutum diuitijs gaudet onuſtari: quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum eſt nanq; cõmercium, cùm bona quæ valemus operãtes, primò hanc à domino mercedem recipimus, vt ad maiora ſemper agenda proficiamus: de hinc vitam percipiamus ſempiternam. Facta eſt
ergo anima ſancta quaſi nauis inſtitoris, quę tranſit deſide- M
rio fluctus ſeculi præſentis: ſolaq; ſe in cœlis accipere ſperat æterna gaudia, & pro his abundãtius adipiſcendis quicquid valet inſtanter agere, quicquid aduerſum occurrit, fortiter ſuperare contendit. De qua rectè dicitur: Quia de longe portat panem ſuum: quia in cũctis quæ temporaliter bona agit, æternam ſolummodo retributionem expectat: ſolã viui panis ſaturitatem deſiderat: eius nimirum qui ſuis auditoribus piè potẽterq; promittit: Venite ad me omnes qui Matt.11.d.
laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. At cõtrà in proximo panem ſuum recipit, & non hũc de longe trans maria portat, qui in eo quòd iuſtè viuere videtur, humani tantum fauoris præmia expetit: neq; vllo vitæ permanentis intuitu, ea quę in imis labuntur ſuperare & calcare ſatagit. De qualibus ipſe terribiliter tonat: Amẽ dico vobis, receperũt mer Matt.6.b.
cedem ſuam. e ¶Et de nocte ſurrexit &c.) Sicut totus labentis ſeculi curſus perẽnis diei ac noctis alteratione variatur: & dies quidẽ ad operãdum, nox ad quieſcẽdum naturaliter cõdita eſt: ſic totum præſentis eccleſiæ tẽpus, gemino quodã quietis & operis ſtatu diſcernit. Quaſi enim nocte quieſcit, cùm aliqui fidelium eiꝰ, intermiſſa ad tempus ſollicitudine externa, ſibimet vacare, ſeq; ipſos ſpiritualiter inciũt curare: vel lectionibus videlicet ſacris: vel orationibus ac lachrymis ſeſe, vel alijs huiuſmodi ſtudijs ſecretiꝰ exercẽdo. Surgit autẽ de nocte, cùm in eiſdem ſuis fidelibꝰ ad agẽ-

dam etiam

A dam etiã proximorum curã ſe ſolicitè accingit. Quod fraternæ adminiſtrationis opus, duobus modis exercere cõſue uit:quia & eos qui foris errabant,ad fidei gratiam cõuocat: & illos qui fidei ſacramẽtis iam ſunt imbuti, vt bonis operibus ampli⁹ inſiſtãt,excitare non deſinit. Vnde bene dicit: Deditq; prędam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Dat nãq; prędam domeſticis ſuis,cùm eos quos ab antiquo hoſte docendo eripere potuit:ſocietati illorum qui in fide præceſſere conciliat. Dat & ancillis cibaria, cùm humiles quoſque & debito timore ſua iuſſa ſeruantes, ne pio labore laſſeſcãt, ſupernæ mercedis commemoratione reficit. a ¶Cõſiderauit agrũ &c.)Agrum dicit poſſeſſionem ſupernæ hereditatis:de qua benedicens filium patriarcha loquitur:Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Odor quippè ſanctorũ eſt ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus:quia tota mẽtis intẽtione contuentur,quæ ſit plenitudo benedictionis in patria regni cœleſtis. Cõſiderauit ergo eccleſia agrum,& emit eum:quia B ſtudioſè didicit quæ ſunt gaudia vitæ perennis: & pro eorũ perceptione,quicquid potuit,laborare contendit. Quæ etiã de fructu manuum ſuarum plantauit vineã:quia de fructiferis fideliũ ſuorũ factis ſiue verbis,ſcripturam ſanctam condidit,per quã mẽtes audiẽtium in fide & dilectione deebriaret ſui redemptoris. Nec ab re eſſe credimus,ſi vineę nomine,ipſam eccleſiã quæ per mulierẽ fortem eſt deſignata,ſentiamus eſſe figuratam:& eos eſſe propagines vineæ,qui ſunt filij mulieris. Mulier autẽ vineã plantauit,cùm eccleſia primitiua latius per orbem miſſis prædicatoribus fidei ſemina diſperſit. Conſiderauit nãq; agrum,cùm orbem vniuerſum vitiorum ſpinetis horrẽtem,cultore ſpirituali opus habere perſpexit. Emit verò eũ,cùm miſſis vbiq; doctoribus,talentum verbi audiẽtib⁹ cõtulit:vt eos credẽtes feliciſſimo Chriſti mãcipatui ſubderet. Plãtauit autẽ in eodem agro vineã, cùm in nouis credentiũ populis,eccleſiam plena euangelicæ veritatis inſtitutione firmauit. Quã quidem vineam de fructu manuum ſuarũ plantauit:quia nõ ſolũ verbo inſtruebãt apoſtoli apoſtolorũq; ſucceſſores populos quos erudiebãt: verùm & in teſtimonium bonæ operationis, miraculorum quoq; ſigna verbis doctrinæ iungebãt. Sed &vſq; hodiè,imò vſq; ad finem ſeculi,mulier fortis cõſiderat agrũ & emit eũ, & de fructu manuum ſuarũ plantauit vineã:quia ſancta eccleſia ſemper ſolicitè perquirit quos ad fidẽ cõuertere poſC ſit: & quoſcunque dociles inuenerit,hos data verbi pecunia in ſeruitiũ Chriſti emit:atq; in eis vineam Chriſti plantare, vel potius eos vineã Chriſti facere ſatagit. Et quia qui alterum docere deſiderat:primò ipſe & à malis abſtinere & bonis ſe debet actibus exercere,rectè ſubiũgitur: b ¶Accinxit fortitudine &c.) Accinxit ergo eccleſia lumbos ſuos fortitudine,cùm ſupernorum deſiderijs intenta,carnalib⁹ illecebris ſuccũbere deſpexit. Roborauit brachium ſuum,cùm ſe ad agenda virtutum opera præparauit. Et bene primò lũbos fortitudine accingere,ac poſtmodum roborare brachiũ dicitur: quia nimirũ actio boni operis acceptabilis eſſe domino minimè valet, ſi non fluxa luxuriæ quis prius à carne Eſaiæ.1.e. ſimul & mẽte reſtringat. Vnde propheta:Quieſcite,inquit, Lucę.12.d agere peruerſè:diſcite benefacere. Et dominus ipſe:Sint lũbi veſtri præcincti,& lucernæ ardentes. Lũbi videlicet præcincti,ne luxuriæ ſubdamini. Lucernæ verò ardentes,vt bonis fulgeatis operibus. c ¶Guſtauit & vidit &c.)Quòd ait,negociatio ei⁹:agri vtiq; ſignificauit illius, de quo ſuprà ait:Conſiderauit agrum & emit eum. Guſtauit igitur eccleſia ſancta,guſtauit quæq; anima perfecta,id eſt,intimo mentis deſiderio cognouit: quia bona eſt negociatio vitæ immarceſſibilis,quã relictis illecebris temporalibus, æternam mercemur in cœlis. Guſtauit autẽ,id eſt,apertè didicit:quia bonum eſt per inſtantiam prædicãdi quoſcũq; valet ad viã veritatis adducere, atq; ideo nullis tribulationum tenebris, D nec ipſa morte,poteſt lucerna deuotionis eius extingui. Eorum nãq; lucerna nocte extinguitur, q̃uis in die videatur ardere:qui ſicut dominus ait:Ad tempus credunt,& in tẽpore Lucę.8.b. tentationis recedunt. Sed & illorũ nocte media extinguitur lucerna,qui veniente iudice,oleũ charitatis ſ vaſis præcordiorum ſuorum non habuiſſe probãtur, dum perdito falſarũ rumore virtutũ,vera tenebroſorũ luunt tormẽta factorum. Quòd ſi noctem hoc loco pro quiete volum⁹ accipere:iuxta hoc quod ſuprà dicitur:Et de nocte ſurrexit,id eſt,ad operãdum ſe poſt quietem præparauit: aptè dicitur, ꝙ lucerna ſanctæ eccleſiæ non extinguatur in nocte: quia & cùm à negocio quieſcit actionis,vacat liberi⁹ luci ſupernæ contẽplationis. Cũq; à publicis ceſſat operibus, curat ſe ardentius vel auditui ſanctæ lectionis vel laudibus mancipare diuinis:iuxta exemplum videlicet mulieris induſtrię:quæ non ſolum interdiu neceſſarijs ſolet inſtare laborib⁹,ſed & nocte ſæpius accenſo lumine lucernę,parilem rei familiaris agere curam. d ¶Manum ſuam miſit ad fortia &c.) Fortia dicit pfecta in Chriſti charitate opera:quiE bus ſe gaudens eccleſia,certa ſuperne retributionis expectatione ſubdit. Verbi gratia:Audiſtis quia dictum eſt:Diliges Mat.5.g. proximum tuum,& odio habebis inimicum tuum. Ego autem dixi vobis:Diligite inimicos veſtros:benefacite his qui oderunt vos &c. Et de virginitate ſeruanda:Qui poteſt ca- Ibidẽ.19.b pere,capiat. Et de contemnendis diuitijs,inquit:Si perfectus Ibidẽ.19.c vis eſſe,vade vẽde quæ habes,& da pauperibus &c. Nam populus ſynagogæ, cui dictũ eſt:Si volueritis & audieritis me, Eſaiæ.1.e. bona terræ comedetis:tãto infirmior erit in opere iuſtitiæ, quanto minus ſpe perpetuæ remunerationis erectus. At eccleſia quæ audit à domino:Pœnitẽtiam agite, appropinqua Mat.3.a. bit enim regnum cœlorũ: meritò pro hui⁹ rei perceptione, dura quæq; longanimiter ſuffert. Vnde rurſum de eius fortitudine dicit:Regnum cœlorum vim patitur,& violẽti ra- Mat.11.b. piunt illud. Et digiti,inquit,eius apprehenderunt fuſum. Solent fœminæ nentes fuſum in dextera, colum tenere in ſiniſtra:in colo enim lana inuoluta eſt, quæ filo ducẽda & nenda,tranſeat in fuſum. Sæpe autem in ſcripturis,dextera vitã perpetuã, leua præſentia dei dona ſignificat,opulentiam videlicet rerũ,pacem temporum,ſoſpitatem corporum, ſcientiam quoque ſcripturarum,& cœleſtium perceptionem ſacramentorum: hæc & huiuſmodi bona,cùm domino largiẽ F te perceperimus,quaſi lanã colo inuolutã in leua geſtamus. At cùm ea pro amore cœleſtiũ ſalubriter exercere incipimus,iam lanam agni immaculati de colo in fuſum, de læua in dexteram traijcimus: quia de donis noſtri redemptoris, de exẽplis operum eius,ſtolam nobis gloriæ cœleſtis,ac veſtem charitatis nuptialem facimus. Digiti nanq; quibus apprehendere fuſum dicitur, ipſam intentionem diſcretionis qua quiſq; operatur inſinuãt,ea nimirum ratione,quia nulla coporis noſtri membra pluribus ſunt diſtincta articulis, ac flexibus apta quàm digiti. Quicũq; ergo veraciter dicere cum Apoſtolo poteſt, Noſtra autem conuerſatio in cœlis Phili.3.d. eſt,vnde etiam ſaluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum:huius profectò digiti dextri apprehenderunt fuſum,quia diſcretione ſedula pro æternis bonis laborare didicit. Et bene dicitur apprehenderunt,vt viuacius cõmendetur, quanto ſtudio, quanta feſtinatione in huius vitæ incerto,pro certis apud dominum præmijs agere debeam⁹. Quid autem mulier fortis, id eſt, eccleſia ſancta vel anima quæq; perfecta per fuſum intellectualem ſit operata, ſubſequenter aperitur. e ¶Manum ſuam aperuit inopi,& palmas ſuas extendit ad pauperem.)Quod & de pauperib⁹ elee moſynarum quæ generaliter fiũt in pauperes,accipi poteſt, ſed melius de verbo dei, quod indumentum ſalutis animab⁹ confert,intelligitur,de quo beatus Iob gloriatur,dicens,Iu- Iob.29.c.

a cillis ſuis. Zain. Conſiderãuit agrum & emit eum:de fructu manuum ſuarũ plantauit vineam. Heth. Accinxit fortitub dinẽ lumbos ſuos:& roborauit brachium c ſuum. Teth. Guſtãuit & vidit quia bona eſt negociatio eius: non extinguetur d in nocte lucerna eius. Iod. Mãnum ſuã miſit ad fortia: & digiti eius apprehene derunt fuſum. Caph. Mãnum ſuã aperuit inopi:& palmas ſuas extẽdit ad pauperem.

ſtitia

Gſtitia indutus ſum: & veſtiui me ſicut veſtimento & diademate iudicio meo. Aperuit autē eccleſia manum inopi: cùm myſteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperem, cùm longè latéque prædicatores ad imbuendas æternæ ſalutis indigenas nationes diſperſit. a ¶ Non timebit domui ſuę à frigoribus niuis.) Frigora niuis, corda ſunt reproborum, perfidiæ ſuæ torpore rigentia: de quib⁹ ait dominus: Et quoniam abundabit iniquitas, refrigeſcet charitas multorum. Quę illa vtiq; niue peſſimè deprimuntur: quę ob primæ ſuperbiæ meritum de cœlo corruens in profunda tenebrarum, nihilominus ſe velut angelū lucis adhuc ſtultis oſtentare præſumit: habitūq; meritorum ſuorum candore niueo ſimilem, fraudum ſuarum neſcijs præfert. Quod quidē domini & angelorum eius eſt proprium, in habitu niueo claritatem ſuæ deſignare virtutis. Non timebit autem eccleſia domui ſuæ à frigoribus memoratæ niuis: quia domino pol licente credit, quòd portæ inferi non pręualebunt aduerſus eam. b ¶ Omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.) Et ſapientia videlicet, ad repellendas hæreticas falſorum fratrum doctrinas: & patientia, ad tolerādas apertorum hoſtium pugnas. Vel certè veſtiti ſunt duplicibus: quia promiſſionem habēt vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Nunc in peregrinatione temporali, diuino auxilio ne deficiant adiuti: tunc in patriæ perpetis habitatione diuinæ gratiæ viſione, vt felices ſemper viuant alleuati. Item domeſtici eius induti veſte ſunt duplici: vna operis, altera mentis: fidei habentes factorūq; velamina: ſacramentis videlicet ſui redemptoris imbuti, & informati exēplis. Sic enim fit illud Apoſtoli: Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Poſſunt autem frigora niuis etiā tormenta æterna intelligi: quæ igne & frigore mixta eſſe legimus, cùm dicitur: Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Fletum quippe oculis, ignis & fumus: ſtridorem verò dentibus ſolet frigus gignere. Vnde & beatus Iob de pœnis reproborum loquens æternis: Ad calorem, inquit, nimium, tranſibunt ab aquis niuium. Sed ab his eccleſia domui ſuæ non timebit: quia quicūq; pereūt, ad domum illius non pertinebunt: nec veſte ipſius ſpirituali erāt induti, tametſi myſterijs eius ad tēpus videbantur inſtituti. Deniq; legimus in euangelijs: eiectum de domo conuiuij illius hominem, qui veſtibus operū non mundis, hanc intrare præſumpſerat: & in tenebras exteriores, vbi eſſet flet⁹ & ſtridor dētium eſſe proiectum: meritò vtique in frigora pœnæ religatum: quia indumentum pietatis habere neglexerat.

c ¶ Stragulatam veſtem fecit ſibi.) Stragulata veſtis, quę variāte textura ſolet firmiſſima confici, fortia eccleſiæ opera, & diuerſa virtutū eius ornamenta, ſignificat: de quibus propheta in ſummi regis, viri videlicet illius, laude cecinit: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circūamicta varietate. d ¶ Byſſus quoq; & purpura indumētum eius.) Byſſus, in conuerſatione: purpura, in effuſione precioſi ſanguinis. Byſſus nāq; candidi coloris eſt: purpureus autem color, & de ſanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur: & ipſe ſanguinis habet ſpeciem. Vnde pulchrè dictum eſt à patribus, quia ſancta eccleſia electorū floribus vernās, in pace habet lilia, in bello roſas. Item quia byſſus de terra virēs oritur, ſed per exercitationes longas ac multifarias amiſſo humore ac virore natiuo, ad decorem candidæ veſtis perducitur. Purpura autem regalis eſt habitus. Byſſo indiuitur eccleſia, cùm caſtigāt corpora ſua electi, & ſeruituti ſubijciunt: purpura autem, cùm eandem continentiam, non ob fauorem vulgi, ſed ad acquirēdam beatitudinem regni perennis exercēt. Sed hic virtutum habitus in præſenti quidem neſcientibus videtur cōtēptibilis: ſed in futuro qualis fuerit, manifeſtè patebit. Vnde pulchrè in Apocalypſi ſua Ioan nes ſanctorum ſe voces audiſſe refert dicentium: Gaudeam⁹ & exultemus, quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe, & datū eſt ei vt cooperiat ſe byſſino ſplendēti & cādido. Byſſinū enim iuſtificationes ſunt ſanctorū. e ¶ Nobilis in portis vir &c.) Vir ſanctæ eccleſiæ: vir cuiuſq; fidelis animæ, dominus eſt: qui videbatur ignobilis, cùm ante tribunal prælidis ſtaret iudicādus: cùm probra, flagella, ſputa, & ipſam crucis mortē ſuſciperet: ſed nobilis apparebit, cùm venerit iudicatur⁹ orbē in æquitate, & omnes angeli cum eo. Tunc ſedebit, inquit, in ſede maieſtatis ſuæ, & congregabūtur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos abinuicem &c.) Nobilis, inquit, in portis vir eius: quia veteres in portis ſedere ad iudicandum ſolebant: vt venientes ad ciuitatem aliūde, paratum cōtinuò reſponſum iudicantis acciperent: & nec ruſticos vel paſtores inſolita vrbis ædificia ſtupefacerent: nec rurſum pacem vrbis intrinſecus, frequens litigantium controuerſia fœdaret. Nobilis ergo erit dominus in portis ſuæ ciuitatis: quia qui etiam nūc contemnendus putatur à multis, vbi ſeculi finis affuerit, vbi ingreſſum patriæ cœleſtis aperuerit electis, iam cunctis parebit ſublimis. Sedebit autem cum ſenatoribus terræ. Amen dico vobis, quòd vos q ſecuti eſtis mē, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraēl.

f ¶ Sindonem fecit &c.) In linteo ſindonis, ſubtilis intextio ſignatur ſanctę prædicationis, in qua molliter quieſcit: quia mens in illa fidelium ſpe ſuperna refouetur. Vnde & Petro animalia in linteo demonſtrantur: quia peccatorum animæ miſericorditer aggregatæ, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo ſindonem eccleſia fecit & vendidit: quia fidē quam credendo texuerat, loquendo dedit: & ab infidelibus vitam rectæ conuerſationis accepit. Quæ & Chananæo cingulum tradidit: quia per vigorem demonſtratæ iuſtitiæ, fluxa opera gentilitatis aſtrinxit: vt hoc quod recipitur, viuendo teneatur: Sint lumbi veſtri præcincti. Bene enim nomine Chanaan, qui & gentilem populum procreauit: & interpretatur commutatus, conuerſa ad fidem gētilitas deſignatur: quæ feliciſſima cōmutatione, à vitijs ad virtutes, à diabolo tranſmigrauit ad Chriſtum. Vnde & in eius laude, pſalmus quadrageſimuſquartus ſcribitur: cuius titulus eſt: In finem pro his qui commutabūtur filijs Chore, canticum pro dilecto. Filij autem Chore, filij caluariæ interpretatur: qui ſunt filij dominicæ crucis, dicētes: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Quomodo autem commutentur, ſequentia pſalmi eiuſdē docent: vbi dilectus ipſe, id eſt dominus, eccleſiæ dicit: Audi filia & vide, & inclina aurem tuā, & obliuiſcere populum tuū, & domum patris tui. Cōmutari nanq; illam deſiderat, quam vt filiam habere valeat, domum patris prioris, id eſt, hoſtis antiqui, iubet obliuiſci. g ¶ Fortitudo & decor indumentum eius &c.) Fortitudo, ad tolerādam peruerſorum improbitatem: decor, ad exercendam virtutum gratiam. Decor, quia operatur iuſtitiam: fortitudo, quia perſecutionem patitur propter iuſtitiam. Et ideo ridebit in die nouiſſimo: id eſt, gaudebit in retributiōe regni cœleſtis: quę dolebat in certamine vitæ præſentis. Mos etenim ſcripturæ eſt, pro gaudio riſum ponere, ſicut & dominus ait: beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Et beatus Iob: Os autē veracium, replebitur riſu. Similem ſanè huic ſententiam propheta de domino ac ſaluatore hui⁹ fortiſſimæ mulieris poſuit, dicēs: Dominus regnauit, decorem induit: induit dominus fortitudinem. Cùm enim prędicaret euangelium regni, alijs placebat, alijs diſplicebat: alij bene loquebantur, alij detrahebant, lacerabant, mordebant, conuiciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, decorem induit: ad eos quib⁹ diſplicebat, fortitudinem. Imitare ergo & tu dominum tuum, vt poſſis eſſe veſtis ipſius: eſto cum decore ad eos quibus placent bona opera tua: eſto fortis aduerſus detractores.

a perem. Lamed. Nōn timebit domui ſuę
b à frigorib⁹ niuis. Omnes enim domeſtici
c eius veſtiti ſunt duplicibus. Mem. Stra
d gulatam veſtem fecit ſibi. Byſſus quoq;
e & purpura indumētum eius. Nun. Nō-
bilis in portis vir eius: quādo ſederit cum
f ſenatoribus terræ. Samech. Sindonem
fecit & vendidit: & cingulū tradidit Cha
g nanæo. Ain. Fortitudō & decor indumentum eius: & ridebit in die nouiſſimo. Phe.

Mat.24.a
Mat.16.c.
Gala.3.d.
Lucę.13.f.
Iob.24.c.
Mat.22.b
Pſal.44.c
Apoc.19.a
Mat.25.c.
Ibidē.19.d
Act.10.b.
Lucę.12.e.
Gala.6.d.
Lucę.6.d.
Iob.8.d.
Pſal.92.

A tractores. a ¶Os ſuum aperuit ſapiẽtiæ.) Ad hoc tãtum loquens os aperuit, vt ſapiẽtiam doceret: iuxta illud Apoſto
Ephe.4.g li: Oĩs ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus, ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Vel certẽ os cordis aperuit ad diſcendã ab ipſa ſapiẽtia interius veritatẽ, quã alios foris doceret.

Vtriq; autem ſenſui, quia vtrũq; fecit eccleſia, concinit aptè quod ſequitur: b ¶Et lex clemẽtiæ in lingua eius.) Illa videlicet, vt non ſtatim more legis Moſaicæ peccãtes puniret, ſed miſericorditer ad pœnitentiæ remedia vocaret. Cuius exẽplum clementiæ ab ipſo deo & ſaluatore noſtro manifeſtè pcepit, cùm oblata ei
Ioan.8.a. peccatrice muliere: Si quis, inqt, ſine peccato eſt, primus mittat in illã lapidem. Et ſic eã à crimine quod patrarat, ſub cõditione amplius non peccãdi miſeratus abſoluit. c ¶Conſiderauit ſemitas &c.) Semitas dom⁹ ſuæ conſiderat, quia cunctas ſuæ conſcientiæ cogitationes ſubtiliter inueſtigat. Panem ocioſa non comedit: quia hoc quod
B de ſacro eloquio intelligendo perceperat, ante æterni iudicis oculos exhibendo operibus oſtendit. Item domus fortis mulieris, habitatio eſt patriæ cœleſtis. Semitæ domus illius, præcepta iuſtitiæ, quibus ad æternæ vitæ manſionem peruenitur. Quas profectò ſemitas anima bene cõſiderat: cùm & diligẽter quibus actibus ad ſuperna peruenire debeat, inſpicit: & quæ agẽda didicit, ſedula exercere non deſinit. Panem quoq; ocioſa non comedit, cùm ſacrificium dominici corporis percipiẽs, ſtudet imitari actu quod in myſterio celebrat,
1.Cor.11.f multũ ſolicita ne indignè panem domini comedendo, & calicem bibendo, iudiciũ ſibi manducet & bibat: ſed vt patiẽdo pro Chriſto ac lachrymas fundẽdo, bonis quoq; actibus inſiſtendo, paſſionum exẽpla ipſius quãtum valet ſequatur. Poteſt & ſimpliciter accipi, quòd panẽ ocioſa non comedat mu
2.The.2.c lier fortis: iuxta illud Apoſtoli: Qui non operatur, non mã-
Act.20.g. ducet: & ipſe de ſe: Quoniã ad ea quæ mihi opus erãt & his qui mecũ ſunt, miniſtrauerũt manus iſtę. Vnde meritò luxu
1.Tim.5.b riantes viduas arguens adiũgit: Simul autẽ & ocioſæ diſcunt circuire domus: non ſolũ ocioſæ, ſed & verboſæ, & curioſæ. d ¶Surrexerũt filij eius &c.) Quod futurum pro certo noluerat, more prophetico quaſi iam factũ refert. Surgent enim filij eccleſiæ, videlicet omnes electi in nouiſſimo, carnis immortalitate donati: & tũc matrẽ ſuã quæ eos ex aqua & ſpiritu ſancto deo genuit, beatiſſimã prædicãt, quæ nunc ab in-
C fidelibus quaſi miſera contẽnitur. Et reuera ſicut Apoſtol⁹
1.Co.15.c. ait: Si in hac vita tantũ ſperãtes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Quia verò pro vita alia in præſenti militamus, meritò cùm apparuerit quod erim⁹, matrem noſtrã quæ ex omnibus iuſtis collecta, vna Chriſti colũba, ſponſa & amica vocatur, beatiſſimam prædicabim⁹.
Mat.25.e. Surget vir ei⁹, & laudabit eam, dicẽs in iudicio: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnũ à conſtitutione mũdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi mãducare &c. Qui
1.Co.15.c. quidem ipſe primitiæ dormientiũ reſurrexit à mortuis: ſed in die iudicij manifeſtius omnibus quos ſua laude dignos iudicauerit, quãta ſit eiuſdem ſuæ reſurrectionis gloria, demõſtrabit. Poteſt hoc quod dicitur: ſurrexerũt filij eius, & beatiſſimam prædicauerũt: etiã in hoc tẽpore cõueniẽter accipi, cùm quilibet fidelium tranſcenſis ſeculi ærũnis, ad cœleſtia regna perducitur. Sedere nãq; ad humiliationem aliquando, ſurgere ad gloriã pertinet. Vnde & de Niniuitis dicit in euã
Mat.12.d. gelio: Olim in cinere ſedentes pœniterent: id eſt, in humili-
Hiere.15. d. tate. Et propheta: A facie manus tuę ſolus ſedebã: quia cõmi
Pſal.126.a natione repleſti me. Sed & Pſalmiſta: Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtq̃ ſederitis, qui manducatis panẽ doloris. Quod eſt apertè dicere: Quid in præſenti quæritis gaudere, quod electis in futura reſeruatur? Non enĩ poteſtis in hac vita: id eſt, ante lucem ſupernę retributionis, gloriam

a Phe. Os ſuũm aperuit ſapientiæ: & b lẽx c clementiæ in lingua eius. Zadik. Cõſiderauit ſemitas dom⁹ ſuæ: & panẽ ocio-d ſa non comedit. Coph. Surrexẽrunt filij eius, & beatiſſimam prædicauerũt: vir e eius & laudauit eam. Res. Multæ filiæ congregauerũt diuitias, tu ſupergreſſa es f vniuerſas. Sin. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens dominum, g ipſa laudabitur. Thau. Datẽ ei de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera eius.

veræ felicitatis habere: quin potius poſtq̃ hìc humiliati fueritis ad tempus, illic vos in perpetuum veraciter exaltandos ſperate: vos quib⁹ amarum eſt omne quod ſeculi amatorib⁹ iocũdum videtur & dulce. Surgũt ergo filij eccleſiæ, & beatiſſimam eam prędicãt, cùm cœleſtib⁹ bonis ſublimati, quãta ſit illius patriæ beatitas, cuius participes eſſe meruerunt, aſpiciunt: & hanc debita laudatione in diuina viſione cõcelebrãt. Laudat eam vir eius, cùm bona quæ ipſe donauit, remunerat. Quib⁹ autem verbis eam laudet, conſequẽter oſtenditur, cùm dicitur. c ¶Multæ filię cõgregauerũt diuitias &c.) Multas filias, eccleſias dicit hæreticorũ, & malorũ turbas catholicorũ. quæ filiæ dicuntur, vel Chriſti, vel eccleſiæ: quia & ipſæ ſunt dominicis renatæ ſacramẽtis, & adoptionem filiorũ quã nõ cuſtodiere, perceperũt. Vnde & Ioãnes ait: De nobis exierũt, ſed non erant ex
1.Ioã.2.c. nobis. Quæ cõgregauerũt diuitias, videlicet bonorũ operũ, orationes, ieiunia, eleemoſynas, afflictionem & caſtimoniam carnis, cõtinentiã linguæ, meditationem ſcripturarũ, & cętera huiuſmodi: quæ veræ ſunt diuitiæ ſpiritus, vbi pura mentis ſynceritate gerũtur. Vbi autẽ ſine fide, quæ per dilectionem operatur, fiũt: nihil agentibus proſunt. Sed & illæ filiæ
Mat.7.c. fruſtra congregarunt diuitias: de quibus dominus ait: Multi dicent mihi in illa die: Domine, domine: nónne in nomine tuo prophetauimus: & in tuo nomine dæmonia eiecimus: & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nũquã noui vos. Sed omnes iſtiuſmodi filias, eccleſia catholica ſupergreditur, quæ fide caſta & opere perfecto redẽptoris ſui veſtigia ſectatur. f ¶Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo &c.) Fallax eſt gratia laudis quã ab homine accepit: vana pulchritudo charitatis vel operationis bonæ, quã hominibus oſtentat anima quę timore caret diuino. At illa conſcientia vera eſt laude digna, quę timorem dei in omnibus ſeruat. Ipſa eſt principium cunctarũ, cuſtoſq; virtutum, ſcriptura dicente: Timor domini principium ſapien
Eccli.1.b. tiæ. Et iterum: Qui timet deũ, nihil negligit. Hinc eſt enim
Ibidẽ.7.c. quod idem beatus Iob: & in proſperitate virtutibus incõpa-
Iob.31.e. rabiliter floruit: & in aduerſitatib⁹ inſuperabilis hoſtis permanſit: quia veraciter dicere potuit: Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus, timui deũ: & pondus eius ferre non potui. Fallax ergo eſt ſimulatorũ gratia: vanus decor, opera ſtultorum. Eccleſia autem quæ in timore incolatus ſui tempore conuerſatur: quoniam ardentes virtutum lampadas venienti ad iudicium ſuo ſponſo offert: iure ab eo laudata, ianuam cum eo regni cœleſtis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali verſu docet: g ¶Date ei de fructu manuum ſuarũ &c.) Hæc ſunt enĩ verba viri illi⁹, de quo dictũ eſt: Vir eius & laudabit eam: id eſt, domini & ſaluatoris noſtri, qui angelis in fine præcepturus eſt, vt eccleſiam poſt huius vitæ certamen, triturationem, afflictionem terreſtrium, ad cœleſtis regis regni gaudia introducant, ac vitæ immortalitatis ſibi ſociam aggregent: iuxta illud euangelicum: Tri
Marci.3.c ticum autem congregate in horreum meum. Date, inquit, ei de fructu manuum ſuarum: quia fructum ſpiritus ferre curauit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem,
Gala.5.d. modeſtiam, continẽtiam, fidem, patiẽtiam: pro hoc illi debitam rependite mercedem. Et laudent eam in portis: hoc eſt, in iudicio: ſiue in ingreſſu patriæ cœleſtis: non hominum fauores ſuperuacui, ſed opera ipſa quæ fecit: examinante, probante, ac remunerante illo, cui⁹ hæc donãte gratia perfecit. A quo vt laudari mereamur in futuro, concedat ipſe propitius, nos eum dignis in præſenti vita collaudare ſeruitijs.

Commentariorum in Prouerbia Salomonis
FINIS.

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI in Ecclesiasten ad Paulam & Eustochium, Procœmium.

MEmini me ante hoc fermè quinquennium, cùm adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerem: vt eam ad contemptum mundi huiꝰ prouocarem: & omne quod in mũdo cerneret, putaret esse pro nihilo: rogatũ ab ea vt in morem cõmẽtarioli obscura quæq; dissererem: vt absq; me posset intelligere quæ legebat. Itaq; quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est: & nõ meruimus, ó Paula & Eustochium talem vitæ nostræ habere consortem: tãtoq; vulnere tũc perculsus obmutui: Nũc in Bethlehem positus angustiori videlicet ciuitate: & illiꝰ memoriæ, & vobis reddo quod debeo: hoc breuiter admonens, quòd nullius autoritatem secutus sum: sed & de Hebræo trãsferẽs, magis **me Septuaginta** interpretũ cõsuetudini coaptaui: in his dũtaxat quæ non multũ ab Hebraicis discrepabãt. Interdum Aquilæ quoq; & Symmachi & Theodotionis recordatus sum: vt nec nouitate nimia lectoris studiũ deterrerem: nec rursum cõtra conscientiam meam, fonte veritatis omisso, opinionum riuulos consectarer.

COMMENTARII HIERONYMI in librum Ecclesiasten.

Salomon trinomiꝰ.

a H

VErba Ecclesiastæ filij Dauid regis Hierusalem.) Tribus nominibus vocatũ fuisse Salomonem, scripturę manifestissimè docẽt: Pacificũ, id ẽ, שְׁלֹמֹה Salomonem: & יְדִידְיָה idida: hoc est, dilectum domini: & qđ nũc dicitur קֹהֶלֶת coeleth, id est, Ecclesiasten,

Ecclesiastes.

ἐκκλησιαστὴς autẽ Græco sermone appellatur, qui cœtũ, id est ecclesiã cõgregat: quẽ nos nũcupare possumus conciona-

a b

VErbaª Ecclesiastę filij Dauid regis Hierusalem, Vanitasᵇ vanitatũ, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatũ, oĩa vanitas.

Quid

torem, eo q̃ loquatur ad populũ: & sermo eius non specialiter ad vnũ, sed ad vniuersos generaliter dirigat. Porrò pacificus & dilectus domini, ab eo q̃ in regno eius pax fuerit: & eũ dominus dilexerit, appellatus est. Nam & psalmi quadragesimusquartus & septuagesimusprimus, dilecti & pacifici titulo prænotantur. Qui tametsi ad prophetiã Christi & ecclesiæ pertinẽtes, felicitatem & vires Salomonis excedũt: tamen secundũ historiam sup Salomone cõscripti sunt. Is itaq; iuxta numerum vocabulorum, tria volumina ædidit,

Salomonis libri.

Prouerbia, Ecclesiasten, & Cãticacãticorum. In Prouerbijs paruulum docẽs, & quasi de officijs per sententias erudiens.

I

Vnde & ad filiũ eius sermo crebrò repetit. In Ecclesiaste verò maturæ virũ ætatis instituẽs, ne quicq̃ in mũdi rebꝰ putet esse perpetuum: sed caduca & breuia vniuersa quę cernimus. Ad extremũ iam consummatum virũ & calcato seculo præparatum, in Cãticocãticorum spõsi iungit amplexibus. Nisi enim prius reliquerimus vitia, & põpis seculi renuncitates, expeditos nos ad aduẽtum Christi parauerimꝰ: nõ possu-

Canti.1.a.

mus dicere: Osculetur me osculo oris sui. Haud procul ab hoc ordine doctrinarum & philosophi sectatores suos eruditunt: vt primùm ethicã doceãt: deinde physicã interpretentur: & quẽ in his profecisse pspexerint, ad theologiam vsq; pducant. Necnon & hoc diligẽtius attendendum q̃ per hos tres libros autoris, diuersus est titulus. In prouerbijs enĩ notatur: Prouerbia Salomonis filij Dauid regis Israël. In Ecclesiaste verò: Verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Hierusalem: supfluum quippe est hic Israël, qđ malè in Græcis & Latinis codicibꝰ inuenit. In cãtico autẽ canticorum, nec filiꝰ Dauid, nec rex Israël siue Hierusalẽ præscribit, sed tãtum Canticũ cãticorum Salomonis. Sicut enĩ Prouerbia quasi rudis instituentio ad duodecim tribus & ad totum ptinẽt Israël: & quo cõtẽptus mundi non nisi metropolitis cõuenit: hoc est habitatoribus Hierusalem: ita Cãticũcãticorum ad eos propriè facit mentionem, qui tãtum supna desiderãt. Ad incipientes & proficientes, & paterna dignitas, & regni proprij meritò indicatur autoritas. Ad pfectos verò, vbi non timore erudit discipulus, sed amore filiꝰ, proprium nomen sufficit: & equalis magister est, & nescit esse se regem. Hæc interim iuxta literam: Cæterum scđm intelligentiam spiritualem: pacificus & dilectus dei patris, & ecclesiastes noster est Christus: qui

L

medio pariete destructo & inimicitias in carne euacuans, fecit vtraq; vnum, dicẽs:

Ioan.14.d

VErba Ecclesiastę filij Dauid regis Hierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: Vanitas vanitatum, & oĩa vanitas.

Quid

Pacem meam do vobis, & pacem meam relinquo vobis. De quo pater ad discipulos: Hic est, inquit, filiꝰ meꝰ dilectus, in quo mihi bene cõplacui: hunc audite: qui est caput omnis ecclesiæ: nequaq̃ ad synagogam Iudæorum, sed ad gẽtium multitudinem loquẽs rex Hierusalem, viuis lapidibus extructæ: non illius de qua ipse

Mat.3.d.

ait: Hierusalem, Hierusalem, que occidis prophetas. Et ecce

Ibi,23.a.

relinquetur vobis domus vestra deserta: sed illius per quam

Mat.5.e.

iurari vetat: quia sit ciuitas magni regis. Hic est filiꝰ Dauid, ad quẽ ęci ĩ euãgelio clamabãt: Miserere nostri fili Dauid: & omnis turba cõsona voce resonabat: Osanna filio Dauid.

Ibi:21.a.

Deniq; non ad eum fit verbum dei sicut ad Hieremiam & ad cæteros prophetas: sed quia dies est, & rex, & potẽs, ipse est siquidem verbũ & sapientia cęteraq; virtutes: verba loquit ad ecclesiæ viros: verba insinuat apostolis: de quibꝰ cantatur in Psalmo: In omnem terrã exiuit sonus eorũ: & in fines orbis terrę verba eorũ. Malè igitur quidã opinãtur nos ex hoc

Psal.18.a.

M

libro ad voluptatem & luxuriam prouocari: cùm ecõtrariò omnia quæ in mundo cernimus, esse vana doceãtur: nec debere ea nos studiosè appetere, quæ dum tenentur, intereant.

b ¶ Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes &c.) Si cũcta quæ fecit deus sunt valde bona, qũo omnia vanitas: & non solum vanitas, verũetiã vanitas vanitatum? Vt sicut in Cãticocãticorum inter omnia carmina, excellẽs carmen ostenditur: ita in vanitate vanitatum, vanitatis magnitudo mõstretur. Tale quid & in Psalmo scriptum est: Veruntamen vniuersa vani-

Gene.1.d.

Psal.38.b.

tas, omnis homo viuens. Si viuẽs homo vanitas est ergo mortuus vanitas vanitatum. Legimus in Exodo: glorificatũ vultum Mosi intãtum, vt filij Israël in eum aspicere nõ possent.

Exo.34.d

Quã gloriã Paulus apls, ad cõparationem euãgelicę glorię, dicit esse non gloriã. Nam nec glorificatum est, inquit, quod glorificatum fuit in hac parte propter excellẽtem gloriam. Possumus igitur & nos in hunc modum cœlum, terrã, maria & omnia quę in hoc circulo cõtinentur, bona quidem per se dicere: sed ad deum cõparata esse pro nihilo. Et qũo si ignículum lucernæ videns cõtentus essem eius lumine, & postea orto sole non cernerem quod lucebat, stellarum quoq; lumina iubare viderem solis abscõdi: ita aspiciens elemẽta & rerum multiplicem varietatem: admiror quidem operum magnitudinem, recogitãs autẽ omnia pertrãsire: & mundũ suo

2.Cor.3.c

fine

A fine ſeneſcere: ſolúq; deum illud ſemper eſſe quod fuerit: cõpellor dicere nõ ſemel, ſed bis: Vanitas vanitatũ, & oĩa vanitas. In Hebræo pro vanitate vanitatum הֲבֵל הֲבָלִים ſcriptum eſt: quod exceptis. Lxx. interpretibus omnes ſimiliter tranſtulerũt ἀτμὸς ἀτμῶν: quod nos poſſumus vaporẽ fumi & aurã tenuem quę citò reſoluĩt appellare. Caducũ itaq; non nihíl ex hoc verbo vanitatis, oſtenditur. Quæ enim
2. Cor. 4. d. videtur, vt ait Apſtus, tẽporalia ſunt: quæ autẽ nõ videtur ęterna. Siue quia vanitati creatura ſubiecta eſt, & ingemiſcit, & parturit, & prę-
1. Cor. 13. c ſtolatur reuelationẽ filiorũ dei: & nũc ex parte cognoſcimus, & ex pte prophetamus. Tãdiu enim oĩa vana ſunt, donec veniat quod pfectum eſt. a ¶Quid ſupereſt homini &c.)

B Poſt generalem ſententiã ꝙ vana ſint omnia, ab hominib⁹ incipit: ꝙ fruſtra in mũdi iſti⁹ labore deſudent, cõgregãtes diuitias, erudiẽtes liberos, ambientes honorem: ædificia cõſtruẽtes: & ĩ medio opere ſubita morte ſubtracti audiunt: Inſipiens, hac nocte auferetur anima tua à te: quæ autẽ paraſti, cui⁹ erũt? maximè cũm ex omni labore nihil ſecum ferãt, ſed nudi in terrã redeãt de qua ſumpti ſunt.
Lu. 12. c.
b ¶Generatio vadit &c.) Alijs morientibus, naſcuntur alij: & quos videras, non vides: incipis videre quos non videras. Quid hac vanius vanitate, q̃ terrã manere quæ hominũ cauſa facta eſt: & ipſum hominem terrę dominum in puluerem repẽtè diſſolui? Aliter: Prima recedit generatio Iudæorum, & ſuccedit generatio de gẽtib⁹ cõgregata: terra autẽ tandiu
Lucę. 21. f. ſtat, q̃diu ſynagoga recedente eccleſia omnis introcat. Cùm enim prędicatũ fuerit euãgelium in toto orbe, tũc erit finis. Imminẽte verò conſummatione, cœlum & terra tranſibũt. Et ſignãter non ait: Terra in ſeculis ſtat, ſed in ſeculo. Porrò laudam⁹ dominũ, non in vno ſeculo, ſed in ſeculis ſeculorũ.
c ¶Oritur ſol &c.) Sol ipſe qui in lucẽ mortalib⁹ datus eſt, interítum mundi ortu ſuo quotidie indicat & occaſu. Qui
C poſtq̃ ardentem rotã Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias ad locũ vnde exierat regredíĩ: expletoq; noctis circulo, rurſum de thalamo ſuo feſtinus erũpit. Pro eo autẽ qđ vulgatã æditionẽ ſequẽtes poſuimus, ad locũ ſuũ ducit: in Hebræo habet שׁוֹאֵף, quod Aquila interpretat̃ προσ-ἑπνευσε: ſd eſt, aſpirat. Symmachus verò & Theodotio, recurrit: quia videlicet ſol reuertatur ad locũ ſuũ: & ibi vnde prius egreſſus fuerat, aſpiret. Hoc autem totũ idcirco dicit, vt doceat mutationib⁹ tẽporum, & ortu occaſúq; ſyderum humanam ætatem labi & interire dũ neſciat. Aliter: Sol iuſtitię, in cui⁹ alis eſt ſanitas, timentibus deum oritur: & pſeudoprophetis ôccidit meridie. Cùm autem ortus fuerit, in locum ſuũ nos trahet. Quó? videlicet ad patrem. Ad hoc enim venit, vt nos
Ioã. 12. c. de terris ad cœlum leuet, & dicat: Cùm exaltatus fuerit filius hominis, omnia trahet ad ſe. Nec mirum eſt filium ad ſe tra
Ibidẽ. 6. c. here credentes, cùm & pater ipſe ad ſe filium trahat. Nemo enim, ait, venit ad me niſi pater qui miſit me, adducat eum. Iſte ergo ſol quem alijs ôccidere, alijs naſci diximus: & Iacob
Gen. 28. b. quondam patriarchæ de terra ſancta egredienti ôccidit: rurſumq; cùm de Syria terrã repromiſſionis intraret, ortus eſt
Ibi. 19. c. ei. Lot quoq; quãdo egreſſus eſt de Sodomis, & venit ad ciuitatẽ ad quã vt feſtinaret, ei fuerat imperatũ: aſcẽdit in mõtem, & ſol exiuit ſuper Segor. d ¶Vadit ad auſtrum &c.) Hinc poſſumus æſtimare hyemis tẽpore ſolem ad meridianam plagam currere: & per æſtatem ſeptẽtrioni eſſe vicinũ: & non per æquinoctiũ autumni habere principium: ſed primùm ſpirãte fauonio, quãdo tempore veris in fœtum cũcta rumpuntur. Quòd autem ait: Gyrãs gyrãdo vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur: ſiue ipſum ſolem ſpiritum nominauit, quòd animet & ſpiret, & videat, & annuos orbis curſus expleat: vt ait Poẽta: Interea magnũ ſol circũuoluĩt annum. Et alibi: Atq; in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Síue quod & lunæ lucentem globum & aſtra Tiania Spirit⁹ intus alit: totãq; infuſa per artus Mens agitat molem: & magno ſe corpore miſcet. non de annuo ſolis curſu, ſed de quotidianis ſemitis eius loquiĩ. Obliqua enim & fracta linea per auſtrum pergit ad boream, & ita ad Orientem reuertitur. Vergl. 3. Aenei. Ibidem. 6. D E

Aliter: Sol quando per Auſtrũ currit, vicinior terrę eſt: quãdo per Aquilonem, ſublimi⁹ attollitur. Forſitan ergo his qui hyemis & tribulationũ frigore coartãtur: Ab Aquilone enim exardeſcent mala ſup terrã: vicinior ſol iſte iuſtitiæ eſt: his verò qui in Boreæ parte habitãt, & calore priuãtur, æſtiuo curſu incedit procul: & per ſuos circulos vnde profectus eſt, reuertitur. Cùm enim traxerit omnia ad ſe, & vniuerſos ſuis radijs illuminauerit, fit reſtitutio principalis, & eſt deus omnia in omnibus. Symmachus hunc locũ ita interpretatus eſt: Vadit ad Meridiem & circũit ad Boreã: perambulãs vadit ventus, & per quæ circũierat reuertitur ventus. e ¶Omnes torrẽtes vadunt &c.) Putãt quidã aquas dulces quæ in mare fluunt, vel ardente deſuper ſole cõſumi, vel ſalſugini maris eſſe pabula. Eccleſiaſtes autem noſter, & ipſarum aquarum conditor, eas dicit per occultas venas ad capita fontium regredi, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebullire principia. Melius autem Hebræi ſub torrentium & maris nomine per metaphoram de hominib⁹ ſignificari arbitrãtur: quòd in terram de qua ſumpti ſunt redeãt: & torren
G tes vocentur, non flumina: eo ꝙ citò intereãt, nec tamen impleatur terra multitudine mortuorum. Porrò ſi ad altiora cõſcẽdimus, rectę & turbidę aquæ in mare vnde ſubſtiterãt reuertentur. Et ni fallor abſq; additamento nuſq̃ torrens in bonã partem legiĩ. Nam torrente voluptatis tuæ potabis illos: cũ additamento dicit voluptatis. Et econtrario ſaluator ad torrentem traditur cedron. Et Helias perſecutionis tempore ad torrentem Charith latitat: qui & ipſe ſiccatur & nõ impletur: mare autem inſatiabile, quomodo & in Prouerbijs filiæ ſanguiſugę. f ¶Omnes ſermones graues &c.) Non ſolum de Phyſicis, ſed de Ethicis quoque ſcire difficile eſt. Nec ſermo valet explicare cauſas naturaſq; rerum: nec oculus vt rei poſſit dignitas intuerí: nec auris inſtituente doctore ad ſummam ſcientiam peruenire. Si enim nunc per ſpeculum videmus in ænigmate: & ex parte cognoſcim⁹, & ex parte prophetamus: conſequenter nec ſermo poteſt explicare quod neſcit: nec oculus in quo cæcus ſit aſpicere: nec auris de quo dubitat impleri. Simul & hoc notãdum quòd omnia verba ſint grauia, & magno labore diſcantur: contra eos qui putant ocioſis ſibi, & vota facientibus venire notitiam ſcripturarum. g ¶Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit &c.) Videt mihi de his quæ ſuprà enumerauit: generatione & generatione: mole terrarum: ortu ſolis & occaſu: curſu fluminum, magnitudine Oceani, omnibuſq; quæ aut cogitatione, aut viſu

Prou. 30. b. Pſal. 35. b. Ioã. 18. a. 3. Re. 17. a 1. Co. 13. d.

a Quid ſupereſt homini in omni labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio vadit, & generatio venit, & terra in ſeculũ ſtat. Oritur ſol, & ôccidit ſol, & ad locũ ſuum ducit: & oritur ipſe ibi. d Vadit ad auſtrũ, & gyrat ad aquilonem: gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur e ſpiritus. Omnes torrentes vadũt in mare, & mare nõ impletur. Ad locũ de quo torrentes exeunt, illic ipſi reuertuntur vt introeant. f Omnes ſermones graues non poterit vir loqui. Non ſatiabitur oculus videndo: & nõ implebitur auris auditu. g Quid eſt quod fuit? ipſum

Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo, quo laborat ſub ſole? Generatio prętĕrit, & generatio aduenit, terra aũt in ætĕrnũ ſtat. Oritur ſol, & ôccidit, & ad locũ ſuũ reuertitur, ibique renaſcẽs gyrat per meridiẽ, & flectit̃ ad aquilonẽ. Luſtrãs vniuerſa in circũitu pgit ſpũs, & ĩ circulos ſuos reuertitur. Oĩa flumina intrãt in mare, & mare nõ redũdat. Ad locũ vnde exeũt flumina, reuertũtur, vt iterũ fluãt. Cũctæ res difficiles, nõ poteſt eas homo explicare ſermone. Nõ ſaturat̃ oculus viſu, nec auris auditu ĩpleť. Quid eſt, quod factũ eſt? ipſum

G aut visu vel auribus discimus, nunc communiter loqui, quòd nihil nouum sit in natura rerum, quod non antè iam fuerit. Ab initio enim mũdi & homines nati & mortui sunt: & terra super aquas constitit librata, & sol ortus occubuit. Et ne plura percurram, & auibus volare, & natare piscibus, & terrestrib⁹ ingredi, & serpentibus labi, deo artifice cõcessum est. Huic quid simile sentẽtiæ & cc Comicus ait: Nihil est cc dictũ, quod nõ sit dictũ cc prius. Vnde præceptor meus Donatus, cùm istum versiculum exponeret: Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt. Quòd si in sermonibus nihil nouum dici potest: quãto magis in administratione mũdi: quæ ab initio sic perfecta est, vt requiesceret deus ab operib⁹ suis in die septima. Le-
H gi in quodam libro: si omne quod sub sole factum est, fuit in præteritis seculis ãteq̃ sol fieret: & homo iã sole cõdito fact⁹ est: fuit ergo homo ãteq̃ sub sole fieret. Sed hac excluditur ratione: quòd & iumenta & culices, & minuta quæq;, & magna animalia antè dicuntur fuisse q̃ cœlum. Nisi fortè illud respõdeat, ex consequentibus ostendi: non de cæteris animalib⁹, sed de homine Ecclesiastæ esse sermonem. Ait enim: Non est omne recens sub sole, quod loquatur & dicat, Ecce hoc nouum est animalia autem non loqui, sed tantum hominem: quòd si loquãtur animalia, nouum esse sub sole: & soluí sententiam, nihil nouum esse sub sole. a ¶Est ne verbũ de quo dicatur &c.) Apertius hoc Symmachus transtulit: Putásne est qui possit dicere: Vide hoc nouum est, & iam factũ est in seculo quod fuit ante nos. Cum superioribus autem congruit, quòd nihil nouum in mundo fiat: nec sit aliquis qui possit existere & dicere, ecce hoc nouum est: siquidẽ omne quod se putauerit nouum ostendere, iam in prioribus seculis fuit. Nec putemus signa atq; prodigia, & multa quæ arbitrio dei noua in mũdo
I fiunt, in prioribus seculis esse iam facta: & locũ inuenire Epicurum, qui asserit per innumerabiles periodos eadem, & eisdem in locis, & per eosdem fieri. Alioquin & Iudas crebrò prodidit, & Christus passus est sæpe pro nobis, & cætera quę facta sunt & futura, in easdem similiter periodos reuoluentur. Sed est dicendum quòd ex præscientia & prædestinatione dei iam ea facta sunt quæ futura sunt. Qui enì electi sunt in Christo ante constitutionem mundi, in prioribus seculis iam fuerunt. b ¶Non est memoria primis &c.) Quomodo præterita apud nos abscõdit obliuio: sic ea quæ vel nunc fiunt, vel quæ futura sunt, hi qui nasci habẽt scire non poterunt: & cuncta silentio præteribunt, & quasi non fuerint abscondentur: & complebitur illa sentẽtia: Vanitas vanitatum omnia vanitas. Nam & seraphin propterea faciem suã & pedes velãt: quia prima & extrema cooperta sunt. Iuxta autem Lxx. interpretes, qui dixerunt, οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις καὶ γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις, οὐκ ἔστι αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων ἐν τῷ ἐσχάτῳ. id est: Non est memoria primis & quidem nouissimis qui futuri sunt: nõ erit eis memoria cũ his qui futuri sunt in nouissimo: ille de euã-
Mat.20.b gelio sensus est: quòd qui in isto seculo primi sunt, fint omnium nouissimi. Et quia deus vt benignus & clemens, minimorum quoq; & omnium recordatur: his qui propter vitiũ suum nouissimi esse meruerunt non tantam dabit gloriam,

ipsum quod erit. Et quid est quod factũ est? ipsum qđ fiet. Et nõ est omne recẽs sub sole. Est ne verbũ
a de quo dicat, vide hoc nouum est: iam fuit in seculis
b quæ fuerũt ante nos. Nõn est memoria primis & quidem nouissimis quæ futura sunt: non erit eis memoria apud eos q futuri sunt
c in nouissimo. Egõ Ecclesiastes fui rex super Israël
d in Hierusalẽ. Et dedi cor meũ ad inquirẽdum & cõsiderandum in sapiẽtia de omnibus quę fiunt sub sole. Hãc occupationẽ malã dedit de⁹ filijs hominum, vt occuparẽtur i ea. Vidi
e vniuẽrsa opera quæ facta sunt sub sole: & ecce oĩa vanitas & præsumptio spũs.

Peruersum

ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum: nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est. Iam enim præcessit in seculis, quę fuerũt ante nos. Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israël in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus.

Peruersi

K runt. Dicitur itaq; in cõsequẽtibus, Non est memoria sapiẽtis cum stulto in æternum. c ¶Ego Ecclesiastes fui rex super Israël &c.) Hucusq; præfatio generaliter de omnibus disputãtis: nũc ad semetipsum redit: & quis fuerit: qũo experimẽto vniuersa cognouerit, docet. Aiunt Hebræi hũc librum Salomonis esse, pœnitentiam agẽtis: quòd in sapientia diuitijsq; confisus, per mulieres offenderit deum. d ¶Et dedi cor meum ad inquirendum &c.) Verbũ עִנְיָן, Aquila. Lxx. & Theodotio περιεσπασμὸν, similiter transtulerunt: quod in distentionem Latinus interpres expressit: eo quòd in varias solicitudines mens hominis distenta laniẽtur. Symmachus verò ἀσχολίαν: id est occupationem transtu L
lit. Quia igitur sæpius in hoc volumine nominatur: siue occupationem, siue distẽtionem, siue quid aliud dixerimus: ad superiorẽ sensum cuncta referãtur. Dedit ergo Ecclesiastes primò omnium mẽtem suam ad sapientiam requirendam: & vltra licitum se extendens, voluit causas rationesq; cognoscere: quare paruuli corriperentur à dæmone: cur naufragia & iustos & impios pariter absorberent: vtrum hæc & his similia casu euenirent, an iudicio dei. Et si casu, vbi prouidentia dei? si iudicio, vbi iustitia dei? Hæc, inquit, nosse desiderans, intellexi superfluã curã & solicitudinem per diuersa cruciãtem à deo hominibus datam, vt scire cupiãt quod scire non licitum est. Pulchrè autẽ causa præmissa à deo data distentio est. Quomodo enim in epistola ad Romanos scribitur: Propter quod tradidit eos de⁹ Rom.1.c.
in passiones ignominiæ. Et iterũ: Propter quod tradidit eos deus in reprobũ sensum, vt faciant quæ non oportet. Ac deinde: Propterea tradidit eos de⁹ in desideria cordis sui in im M
mundiciã. Et ad Thessalonicenses: Propterea mittet eis deus 2.The.2.c
operationem erroris. Et primò causæ ostendũtur, quare vel passionibus ignominiæ, vel sensui reprobo, vel cordis sui desiderijs cõcedantur: aut quid fecerint vt operationem erroris accipiant: ita & in præsentiarum Idcirco deus distentionem malã dedit hominib⁹, vt distẽdãtur in ea: quia prius spõte sua & propria volũtate hæc vel illa fecerunt. e ¶Vidi vniuersa opa &c.) Necessitate cõpellimur, vt crebri⁹ quàm volumus de verbis Hebraicis disseramus. Nec enim possumus scire sensum, nisi eũ per verba discam⁹. רָעוּת Aquila, & Theodotio νόμῳ, Symmachus βόσκημα transtulerunt. Septuaginta autẽ interpretes non Hebræum sermonem expressere, sed Syrum, dicẽtes προαίρεσιμ. Siue ergo νόμι, siue βόσκησις, à pastione vocabulum est. προαίρεσις autẽ meli⁹ volũtatem q̃ præsumptionem sonat. Dicitur autẽ quòd agat vnusquisq; quod velit, & sibi rectum esse videatur, atq; in diuersa libero homines ferãtur arbitrio: & vana sint vniuersa sub sole: dum inuicem nobis in bonorum & malorum finib⁹ displicemus. Dicebat mihi Hebræus, quo scripturas sanctas instituente perlegi, quod suprà scriptum רָעוּת verbum, magis in hoc loco afflictionem & malitiam, quàm pastionem & voluntatem significaret: non à malo quod est contrarium bono, sed ab eo quod in euangelio scribitur: Sufficit Mat.6.d
diei malitia sua: quam Græci significantius κάκωσιμ vocant: & esse sensum: Consideraui vniuersa quæ in mundo fiunt:

& nihil

& nihil aliud deprehẽdi quàm vanitatem & malitias: id est,
A miserias spiritus, quibus anima diuersis cogitationibus afflictat: a ¶Peruersum non poterit adornari: &c.) Qui peruersus est, nisi antè corrigatur, nõ poterit adornari. Recta ornatum recipiunt, & curua correctionẽ. Peruersus non dicitur, nisi qui depranatus à recto est. Hoc contra hæreticos, qui quasdã naturas introducunt, quæ non recipiunt sanitatem. Et qa

a Peruersum nõ poterit adornari: & imminutio non
b poterit numerari. Locut⁹ sum ego in corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus sum, & adieci sapientiam super omnes qui fuerunt ante me in Hierusalem: & cor meũ vidit multam sapientiã & sciẽtiam.
c Et dedi cor meum vt noscerem sapientiam & sciẽtiã, errores & stultitiã: cognoui qa & hoc est pastio
d ventis, siue præsumptio spiritus. Quia in multitudine sapientiæ, multitudo furoris: & qui apponit scientiam, apponit dolorem.

imminutio hoc est quod deest, non potest numerari: propterea tantum primogenita Israël numerata sunt. Fœminæ verò, & serui, & paruuli, & vulg⁹ ex Aegypto, nequaquam plenitudo, sed imminutio exercitus absq; numero prætermissi sunt. Potest & hic esse sensus: Tãta malitia in mundi huius capacitate versatur, vt ad
B integrum boni statum mundus redire vix valeat: nec possit facilè recipere ordinẽ & perfectionem suam, in quibus primùm conditus est. Aliter: Omnibus p pœnitentiam in integrũ restitutis, solus diabolus in suo permanebit errore. Cũcta enim quę sub sole facta sunt, illius arbitrio & spiritu malignitatis euersa sunt, dũ ad eius instinctum peccatis peccata cumulantur. deniq; tantus est numerus seductorum, & eorũ qui de grege domini ab eo rapti sunt, vt supputatione non queat cõprehendi. b ¶Locutus sum ego in corde meo, &c.) Sapientior fuit Salomon, non Abraham & Moy-
C se & cæteris sanctis, sed his qui fuerunt ante se in Hierusalẽ.
3.Reg.3.b Legimus & in Regnorum libris, multæ sapientiæ fuisse Salomonem: & hoc à deo donum præ cæteris postulasse. Mundi ergo cordis oculus, multam sapientiam & scientiam cõtuetur: quia non ait: Multam sapientiam & sciẽtiam sum locutus: sed multam sapientiam & scientiam vidit cor meum. Non enim possumus eloqui omnia quæ sentimus. c ¶Et dedi cor meum &c.) Contrarijs contraria intelliguntur. Et sapiẽtia prima est, stultitia caruisse. Stultitia autẽ carere nõ potest, nisi qui intellexerit eam. Vnde & plura in rebus noxia sunt creata: vt dum vitamus ea, ad sapiẽtiam erudiamur. Aequalis ergo studij fuit scire Salomoni sapientiam & scientiam, & è regione errores & stultitiam: vt in alijs appetẽdis, & alijs declinandis, vera eius sapiẽtia probaretur: sed in hoc quoque vt in cæteris, dicit pauisse se ventos, & non valuisse perfectam comprehendere veritatem. De præsumptione spiritus, siue pastione venti, quia sæpius in hoc libro dicitur, suprà differuisse sufficiat. d ¶Quia in multitudine sapientiæ &c.) Quanto magis quis sapientiam fuerit consecutus, tanto plus indignatur subiacere vitijs, & procul esse à virtu-
Sap.6.a. tibus quas requirit. Quia autem potentes potenter tormenLuc.7.f. ta patiẽtur: cuíq; plus creditur, plus exigitur ab eo: propterea apponit dolorem qui apponit scientiam, & contristatur mœrore secũdum deum: doleq; super delictis suis. Vnde &

Apostolus ait: Et quis est q lætificat me, nisi q cõtristatur ex me? Nisi fortè & hoc intelligendum, q̃ sapiens vir doleat tã in abdito q̃ in profundo latere sapientiã: nec ita se præbere mẽtib⁹ vt lumẽ visui, sed p tormẽta quędã & intolerãdũ laborẽ, iugi meditatione & studio prouenire. Cap. II.

Peruersi difficilè corrigun tur, & stultorum infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerũt ante me in Hierusalẽ: & mens mea cõtemplata est multa sapienter, & didici: dediq; cor meum vt scirẽ prudẽtiã atq; doctrinã, erroresq; & stultitiã. Et agnoui quòd in his quoq; esset labor, & afflictio spirit⁹: eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.

e Dixi ego in corde &c.) Postq̃ in multitudie sapiẽtię & adiectiõe sciẽtiæ, laborem & dolorẽ esse deprehendi: & nihil aliud nisi cassum & sine fine certamen: transtuli me ad lætitiam vt luxu fruerer: congregarem opes, diuitijs abundarem, & perituras voluptates caperẽ antequam morerer. Sed & in hoc vanitatẽ meam ipse perspexi, dum præterita voluptas præsentem non iuuat, & exhausta non satiat. Nõ solum autem corporalis lætitia, sed etiã E
spiritualis est tentatio possidẽti, vt indigeam corripiente stimulo & angelo Satanæ qui me 2.Co.12.b
colaphizet, ne hinc eleuer. Vnde & Salomon: Diuitias, inquit, & pau Pro.30.b.
pertatẽ ne dederis mihi. Statimq; subdidit: Ne fortè satiatus mendax fiam: & dicã, quis me conspicit? Siqdẽ & diabolus p bonorũ abũdãtiã cõcidit. Vnde & ĩ Apostolo scriptũ est: Ne in supbiã elatus, in 1.Tim.3.b
iudiciũ icidat diaboli: id est, in tale iudiciũ, in quo etiam diabolus incidit. Sed & hoc possumus dicere propterea nunc lætitiam spiritualem, sicut & cætera, vanitatem pronunciari: quòd per speculum eam videamus & in ænigmate. F
Cùm autem facie ad 1.Co.13.d.
faciem fuerit reuelata: tunc eam nequaquam vanitatem, sed veritatẽ vocari. f ¶Risui dixi amentiã, &c.) Vbi nos amẽtiã legimus, in Hebræo habet מְהוֹלֵל quod Aquila πλάνησιν, id est, errorẽ: Symmachus θόρυβον, hoc est, tumultũ interpretati sunt. Lxx. verò & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoq; cõcordãt & trãstulerũt περιφοράν, quã nos, verbũ de verbo exprimẽtes, circũlationẽ possumus dicere. Quomõ igit̃ hi q circunferũtur omni vẽto doctrinę Ephe.4.c.
instabiles sunt, & in diuersa fluctuant: sic q illo risu cachinnãt: quẽ dominus in euãgelio fletu dicit mutandũ, errore se- Luc.6.d.
culi raptant & turbine: nõ ĩtelligẽtes ruinã peccatorũ suorũ, neq; prẽteritam vitia plãgẽtes, sed putãtes breuia bona esse ppetua, & ĩ his exultãtes quę magis dignas sũt plãctu. Potest hoc & de hæreticis accipi: q falsis dogmatib⁹ acqescẽtes, lęta sibi & prospera repromittũt. g ¶Cõsideraui ĩ corde meo &c.) Volui vitã meã tradere delicijs, & carnẽ meã ab omnib⁹ curis liberare: & quasi vino sic voluptate sopire: sed cogitatio mea & ratio naturalis, quã etiã peccatorib⁹ de⁹ author inseruit, retraxerũt me & deduxerũt ad sapientiã requirẽdã, stultitiamq; calcandã: vt videre qd nã illud esset boni qđ homines ĩ vitę suæ possint agere curriculo. Elegãter aũt voluptatẽ ebrietati cõparauit. Siqdẽ ebrietas euertit animi vigorẽ: quã q potuerit sapiẽtia cõmutare, &(vt in qbusdã codicibus habetur)

habetur)obtinere:is poterit ad ſcientiam rei iſtius peruenire,quid in hac vita appetẽdũ ſit, quidve vitandũ. a ¶Magnificaui opera mea &c.) Vſq; ad eum locum in quo ait: Sapiẽtis oculi in capite eius,& ſtultus in tenebris ambulat. Anteq̃ de ſingulis diſſeram, videtur mihi vtile breui cuncta ſermone comprehendere: & quaſi in vnũ corpus ſenſum redigere:vt poſſint facilius intelligi illa quæ dicuntur. Omnia quę putantur in ſeculo bona, quaſi rex & potens habui. Aedificaui mihi in excelſum palacia:vitibus mõtes colleſq; conſeui. Et ne qd deeſſet ad luxum,hortos mihi pomariaq; plãtaui: diuerſas arbores inſtituens: quas collectæ in vnum piſcinæ aquæ deſuper irrigarẽt, vt lõgius viror humore perpeti nutriretur. Seruorum quoque,ſiue emptorum,ſiue vernaculorum,mihi fuit innumerabilis multitudo:& quadrupedũ greges multi, boũ ſcilicet & ouium quantum nullus ante me rex habuit in Hieruſalem. Sed & theſauri argenti & auri innumerabiles condebantur:quos mihi diuerſorum regum munera & gentium tributa contulerant. Vnde & accidit, vt ex nimijs opibus ad maiores delicias prouocarer:& muſicarum artiũ chori,mihi tybia,lyra,voce concinerent: & vterque ſexus in conuiuijs miniſtraret:ſed quanto iſta creſcebant,tanto ſapientia deerat. Nam in quamcunque voluptatem me cupido traxiſſet, infrenis ferebar & præceps: putabamq; hunc eſſe fructum laborum meorum, ſi ipſe in libidine luxuriaq; conſumerer. Tãdem in me reuerſus,& quaſi de graui ſomno euigilãs,aſpexi ad manus meas:& opera mea plena vanitate, plena ſordibus,plena ſpiritu erroris intuitus ſum. Nihil enim quod in mũdo putabatur bonũ, bonum potui reperire. Reputans igitur quæ eſſent ſapientiæ bona, & quæ ſtultitiæ mala, conſequenter in laudem illius hominis erupi,qui poſt vitia ſe refrenans,virtutum poſſit eſſe ſectator. Magna quippe diſtantia eſt inter ſapientiam & ſtultitiam: & quantum dies diſtat à nocte,tãtum virtutes à vitijs ſeparantur. Videtur mihi itaque qui ſapientiam ſequitur, oculos in cœlum ſemper erigere,& in ſublime eos habere ſurrectos: eaq; quæ ſupra ſuum ſunt verticem contemplari. Qui verò ſtultitiæ & vitijs deditus ſit,verſari in tenebris & in rerum ignorantia volutari. Magnificaui opera mea &c.) Magnificat opera ſua,qui iuxta imaginem conditoris in ſuperna ſuſtollitur. Et ædificat domos,vt veniãt pater & filius & ſpiritus ſanctus,& habitent in eis. Et plantat vineas,ad quas Ieſus ligat aſinam ſuam. b ¶Feci mihi hortos & pomaria: plantaui in illis lignum omne fructiferum.) In domo diuitis non ſolum aurea vaſa ſunt & argentea, ſed & lignea & fictilia. Fiunt igitur & horti propter imbecilliores quoſque & infirmos. Nam qui infirmus eſt,holeribus veſcitur. Plantantur arbores,non omnes fructiferæ, vt in Latinis codicibus habemus,ſed omnis fructus:hoc eſt diuerſarum frugum atq; pomorum:quia diuerſæ ſunt gratiæ in eccleſia: & alius eſt oculus,alius manus,alius pes:& quæ verecũdiora noſtra ſunt,his maiorem honorem circundamus. Inter quas frugiferas arbores æſtimo tenere primatum lignum vitę,quod eſt ſapientia. Niſi enim in medio illa plantetur, ligna cætera ſiccabuntur. c ¶Feci mihi piſcinas aquarum &c.) Ligna ſaltuum,ligna ſyluarum, quæ non ſunt frugifera, quæ poma non afferunt :aluntur non imbre cœleſti, non ſupernis aquis, ſed his quæ in piſcinas de riuulis colliguntur. Nam & Aegyptus humilis & iacens,quaſi hortus holerum, terrenis & de Aethiopia venientibus aquis irrigatur. Terra verò repromiſſionis quæ montuoſa eſt & erecta, temporaneam & ſerotinam pluuiam expectat de cœlo.

a Mãgnificaui opera mea: ædificaui mihi domos:plãtaui mihi vineas. b Fẽci mihi hortos & pomaria:plantaui in illis lignum omne c fructiferum. Fẽci mihi piſcinas aquarum, ad irrigandum ex eis ſaltum germinantẽ ligna. d Mercatus ſum mihi ſeruos & ancillas,& vernaculi fuerũt mihi:& quidẽ poſſeſſio armẽti & ouiũ multa fuit mihi: e Sũper omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalẽ. Cõgregaui f mihi argẽtũ,& aurũ,& ſubſtantias regum & prouinciarũ. Feci mihi cãtores & cantatrices: & delicias filiorũ hominũ, miniſtros vini & miniſtras.

Magnificaui opera mea. Aedificaui mihi domos,& plãtaui vineas:feci hortos & pomeria,& cõſeui ea cũcti generis arboribꝰ:& extruxi mihi piſcinas aquarũ,vt irrigarẽ ſyluã lignorum germinãtium. Poſſedi ſeruos & ancillas, multamq; familiam habui:armenta quoque & magnos ouium greges vltra omnes qui fuerũt ante me in Hieruſalem. Coaceruaui mihi argentum & aurũ, & ſubſtantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cãtatrices, & delicias filiorum hominum,ſcyphos & vrceolos in miniſterio ad vina fundenda: & ſuper-

d ¶Mercatus ſum mihi ſeruos &c.): Si volumus eccleſiaſtẽ, vt ſuprà diximus,etiam nũc ad Chriſti referre perſonã: poſſumus ſeruos eius dicere, qui habent ſpiritũ timoris in ſeruitute: & ſpũalia magis deſiderãt,quàm teneãt. Ancillas verò eas animas appellare, quæ adhuc corpori terræq; ſũt deditę. Vernaculos quoq; illos q̃ ſunt quidem de eccleſia:& ſeruos & ancillas de quibꝰ diximꝰ antecedũt:necdũ tamen libertate donati ſunt, nec nobilitate à domino. Sunt autẽ & alij in familia eccleſiaſtæ, ad inſtar boum & ouiũ, propter opera & ſimplicitatẽ: qui abſq; ratione & ſcientia ſcripturarũ laborãt quidẽ in eccleſia,ſed necdum ad id peruenere, vt homines eſſe mereantur, & redeant ad imaginẽ conditoris. Diligentius nota, quòd in ſeruis & ancillis & vernaculis multitudo non additur: In bobus verò & ouibus dicitur,poſſeſſio armenti & ouium multa fuit mihi. Plura quippe in eccleſia armenta quàm homines ſunt:plures oues quàm ſeruí,ancillæ atq; vernaculi. Illud verò quod in fine dicitur: e ¶Super omnes qui fuerunt ante me in Hieruſalem.) Non ad grãdem gloriam pertinet Salomonis,vno patre ſuo rege ſe ditiorẽ fuiſſe: quia ſub Saule necdũ regnabat ĩ Hieruſalẽ:& à Hiebuſęis q̃ ipſi vrbi inſederãt,tenebat. Altius itaq; tractandũ,quæ ſit Hieruſalẽ:& qũo Eccleſiaſtes ante oẽs q̃ ſe præceſſerunt reges in Hieruſalẽ ditior fuerit. f ¶Cõgregaui mihi argentũ &c.) Argẽtum & aurum ſemper ſcriptura diuina ſuper ſermone ponit & ſenſu. Vnde & in ſexageſimoſeptimo pſalmo: colũba quæ interpretatur in ſpiritu,propter manifeſtiora & viſui expoſita,alas deargentatas habet: occultiorem verò intrinſecus ſenſum,in auri pallore operit. Regum autem ſubſtantias,& prouinciarum ſiue regionum,in credentium congregauit eccleſiam:illorũ regũ de quibus Pſalmiſta canit: Aſtiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum. Illarum quoque regionum,in quas oculos eleuare ſaluator præcepit:quia iam candeant ad metendum. Poſſunt regum ſubſtantiæ,& philoſophorũ dici dogmata & ſcientię ſeculares: quas eccleſiaſticus vir diligenter intelligens , apprehendit ſapientes in aſtutia eorum: & perdit ſapientiam ſapientium , & prudentiam prudentium reprobat. Cantores quoque & cantatrices , illi vel illæ ſunt, qui pſallunt ſpiritu , pſallunt & mente . Cantor quaſi vir & robuſtus & ſpiritualis de altioribus canit . Cantatrix verò adhuc quaſi circa materiam volutatur , quam Græci ὕλαμ vocãt: nec poteſt vocẽ ſuã in ſublime tollere. Vbicũq; ergo in ſcripturis fœmina legitur & ſexꝰ fragilior,ad materię intelligẽtiã tranſferamꝰ. Vnde & Pharao nõ vult maſculos viuifi cari,ſed tantũ fœminas quæ materię ſunt vicinę. Et ecõtrariò nullus ſanctorum niſi perrarò fœminas genuiſſe narratur. Solusq; Salphaath,qui in peccatis mortuus eſt, oẽs filias genuit. Iacob inter duodecim patriarchas, vnius filiæ pater eſt:& ob ipſam periclitatur. Deliciæ quoq; filiorum hominum ſu-

2.Ti.2.c.

Ro.14.a.

Pſal.44.c

Exo.1.c.

Num.25.a

Gene.30.c

A num ſuper ſapientia intelligendæ, quę ad inſtar paradiſi habet poma varia & multiplices voluptates. Et de ipſa præci-
Pſal.36.a. pit: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.
Ibid.35.b. Et in alio loco: Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Nam & de vini fuſoribus, & vini fuſitricibus: ad diſtinctionē quippe nūc maſculini generis, fœminino genere volui declinare, quod latius ſermo non recipit, aliud multò quàm in prō ptu eſt, Aquila interpretatur: Non enim homines víros videlicet & feminas, ſed vaſculorum ſpecies nominauit, κυλίκιαμ καὶ κύλικα vocans, quod Hebraicè dicitur שְׁרוֹת & שָׁרָה, Denique Symmachus, licèt verbū nō potuerit exprimere de verbo, ab hac opinione non longè eſt: dicens mēſurarū ſpecies & appoſitiones. Siue igitur
B vrceos, ſiue ſcyphos, ſiue crateres qui in miniſterijs ordinantur, auro gēmiſq; diſtinctos, Salomonē habuiſſe credendum eſt: & quod ex vno ζῷ κύλικι, id eſt, cratere: alijs κυλικίοις minoribus ſcilicet vaſculis hauriret: & per miniſtrorū manus potantium vinum turba ſuſciperet. Quia igitur Eccleſiaſten interpretamur in Chriſto, & ſapientia in cratere mixto, in Prouerbijs prætereuntes ad ſe conuocat: Corpus domini craterem magnum debemus accipere: in quo non meraca diuinitas, vt in cœleſtibus fuit: ſed propter nos humanitate media temperata eſt, & per apoſtolos in minora κυλίκια, ſcyphos paruulos & cra
C teres, in toto orbe credentibus effuſa ſapiētia eſt. a ¶Et magnificatus ſum, & adieci ſapientiam &c.) Magnificatum Eccleſiaſten, minimè videtur domino conuenire: niſi fortè
Luc.2.g. ei illud aptemus: Proficiebat ſapientia & ætate & gratia.
Philip.2.b Et: Propter quod illum deus exaltauit, & donauit illi nomen. Quòd autem ait: b ¶Qui fuerunt ante me in Hieruſalem.) De his dicit qui ante aduentum ſuum, congregationem ſanctorum & eccleſiam gubernauerunt. Si ſpiritualiter intelligimus ſcripturas, ditior eſt Chriſtus omnibus: ſi tantùm carnaliter, melius intelligitur ſynagoga quàm ec-
Exo.34.g cleſia, Tulit ergo velamen quod fuerat poſitum ſuper vul-
2.Cor.3.a tum Moyſi: & pleno lumine faciem eius videre nos fecit. Porrò aſtitiſſe ſapientiam ſibi: ille ſenſus eſt, quòd etiam in carne poſito ſibi permanſerit ſapientia. Qui profectum habet in ſapientia, non ei ſtat ſapientia. Qui autem non recipit profectum, nec per momenta ſuccreſcit, ſed ſemper in plenitudine eſt: iſte dicere poteſt: Aſtat mihi ſapientia. c ¶Et omne quod poſtulauerunt oculi mei &c.) Oculi animæ, & mentis intuitus, contemplationem deſiderant ſpiritualem: quam peccator ignorans, prohibet à vera iocunditate cor ſuum. Huic ſe ergo eccleſiaſtes totum dedit, & leues tribulationes in ſeculo, æterna gloria compenſauit. Hęc enim portio noſtra eſt, præmiumq; ppetuū, ſi hic pro virtutib⁹ laborem⁹. d ¶Et reſpexi ego ad oīa &c.)

a Et mâgnificatus ſū & adieci ſapientiā ſuper oēs
b qui fuerūt ante me in Hieruſalē, & quidem ſapiētia
c mea aſtitit mihi. Et omne quod poſtulauerunt oculi mei, nō tuli ab eis: nec prohibui cor meū ab omni lætitia: quia cor meum lætatū eſt in omni labore. Et hæc fuit portio mea ex o-
d mni labore meo. Et rēſpexi ego ad oīa opera mea quæ fecerūt manus meæ, & in labore quo laboraueram faciēs: Et eccē omnia
e vanitas, & f voluntas ſpiritus. Et nō eſt abundan-
g tia ſub ſole. Et rēſpexi ego vt viderem ſapientiam, errores & ſtultitiam: quia qūis eſt hominum qui poſſit ire poſt regem ante fac-
h torē ſuum? Et vidi ēgo quia eſt abundantia ſapientiæ ſuper ſtultitiam: ſicut abundātia lucis ſuper
i tenebras. Sapientis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat. Et cognoui ego quia euentus vnus eueniet omnib⁹ eis.
k Et dixi egō in corde meo: ſicut

Qui cū diligētia & cautiōe agit vniuerſa, hīc poteſt dicere: D
e ¶Et ecce omnia vanitas & voluntas ſpiritus.) Quomodo in cæteris vilia cuncta reputat quæ ſub ſole ſunt, & pro voluntatum varietate diuerſa. f ¶Et non eſt abundantia ſub ſole.) Chriſtus in ſole poſuit tabernaculum ſuum. Pſal.18.a.

& ſupergreſſus ſum opibus omnes qui ante me fuerunt in Hieruſalem. Sapientia quoque perſeueravit mecum: & omnia quæ deſideraverunt oculi mei non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ præparaveram. Et hanc ratus ſum partem meam: ſi vterer labore meo. Cúmque me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudauerā, vidi in omnib⁹ vanitatem & afflictionē animi, & nihil permanere ſub ſole. Tranſiui ad contemplandam ſapientiam: errores & ſtultitiam. Quid eſt, inquam, homo vt ſequi poſſit regem factorem ſuum? Et vidi quia tantum præcederet ſapientia ſtultitiā, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vn⁹ vtriuſq; eſſet interit⁹, & dixi i corde meo: Si vnus

Itaque qui necdum ad ſolis claritatem, ordinem, conſtantiámque peruenit: in hoc Chriſtus nec habitare poterit nec abundare.
g ¶Et reſpexi ego vt viderem ſapientiam, errores & ſtultitiā: &c.) Quia in ſuperioribus vſque ad eum locum in quo ſcriptura ait: Sapiētis oculi in capite eius: vno cuncta ſermone comprehenderam, volens ſenſum breuiter indicare, & ob id rurſum ſecundum A- Anagog.
nagogē aliqua perſtrinxeram: nunc iuxta illud
quod cœperam expo- E
nere debeo. Multum enim à Septuaginta interpretatione in hoc loco diuerſus eſt ſenſus. Dicit autē ſe poſt delicias voluptatesq; dānatas, reuertiſſe ad ſapientiam perquirendā: in qua plus erroris ſtultitiæq; repererit, quàm veræ certæq; prudentiæ. Non enim puto poſſe hominem tam liquidò & purè ſcire ſapientiam creatoris & regis ſui, quàm ſcit ille qui conditor eſt. Itaque & illa quæ nouimus, opinari nos potiꝰ
quàm tenere, & æſtimare magis quàm ſcire quod verum eſt. h ¶Et vidi ego quia eſt abundantia ſapientiæ ſuper ſtultitiam: ſicut abundantia lucis ſuper tenebras.) Licèt inquit, ipſam hominum ſapientiam mixtam errore peruiderim: nec tam purè in noſtros animos illabi poſſe, quàm eſt in rege & conditore noſtro: tamen magnam etiam in eo quod eſt, differentiam inter illam & ſtultitiam eſſe cognoui: quantum poteſt diſtare dies à nocte, lumen à tenebris. F
i ¶Sapientis oculi in capite eius, & ſtultus in tenebris ambulat &c.) Qui in perfectum virum peruenerit, & meruerit vt caput ipſius Chriſtus ſit, oculos ſuos ſemper habebit ad Chriſtum, & eos in ſublime eleuans, nunquam de inferioribus cogitabit. Cùm hæc ſe ita habeant, & inter ſapientem & ſtultum tanta diſtantia ſit, quòd alter diei, alter tenebris comparetur: Ille oculos ad cœlum leuet, iſte in terram deprimat, repentè mihi cogitatio iſta ſubrepſit, quare ſapiens & ſtultus communi finiantur interitu, cur eadem plaga, idem euentus, eadem mors, pares vtrunque anguſtiæ premant. k ¶Et dixi ego in corde meo: ſicut euētus ſtulti, ita & mihi eueniet. Et vt qd ſapiēs &c.) Dixi, ſapiens & ſtultus, iuſtus & impius, æquali ſorte morientur, & omnia in hoc ſeculo mala, euentu ſimili ſuſtinebūt: quid ergo mihi prodeſt quòd ſecutus ſum ſapientiā, & plus cæteris laboraui? Rurſus cogitans & diligenter mecū mēte pertractās ſententiā meā vanā eſſe deprehēdi. Nō enim ſimiliter ſapiens & inſipiens habebūt in futuro memoriā: quādo conſummatio veniet vniuerſitatis, & nequaquam pari exitu

tene-

G tenebuntur:quia hic ad refrigeria, ille perget ad pœnam. Apertius in hoc loco sensum Hebraicum Lxx. interpretes transtulerunt:licèt verborum ordinem non sint secuti: καὶ ἵνα τι ἐσοφισάμην ἐγὼ περισσὸν ἐλάλησα ἐν καρδίᾳ μου, διότι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ, ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης, ὅτι οὐκ ἔστιν μνήμη τοῦ σοφοῦ μετὰ τοῦ ἄφρονος εἰς αἰῶνα &c. id est: Et vt quid sapiēs factus sum ego? tunc abundanter locutus sum in corde meo: quoniam insipiens ex abundantia loquitur: quoniam hoc quoq; vanitas: quia non est memoria sapientis cū stulto in æternū &c. Quòd videlicet priorem opinationem suam stultā esse conuincens, insipiēter se locutum esse testat⁹ sit & errasse: quia antè sic sēserit. a ¶Et odiui vitam, quia malū &c.) Si mundus in ma
1.Ioā.5.d. ligno positus est, & in
H tabernaculo isto Apostolus igemiscit dicēs:
Rom.7.d Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? rectè odio habet omne quod sub sole factum est. Ad comparationem quippe paradisi, & illius vitæ beatitudinē, in qua spiritualibus pomis & virtutum delicijs fruebamur: nūc quasi in ergastulo & carcere sum⁹ & valle lachrymarum: in sudore vultus nostri comedentes panem. b ¶Et odiui ego omnem laborem meum &c.) Videtur quidē de diuitijs & o-
I pibus retractare, quòd secundum euangelium repētina morte subtra-
Luc.21.f. cti, quali moriamur hæ rede nesciamus: vtrum stultus an sapiens sit, q nostro est labore fruiturus. Quod Salomo-
3.Reg.12. ni quoque accidit: non enim similem sui habuit filium Roboam. Ex quo intelligimus, ne filium quidem patris hæreditate dignum esse, si stultus sit. Sed mihi altius contemplanti, de labore videtur dicere spirituali: quòd diebus ac noctibus vir sapiens in scripturis laboret & componat libros: vt memoriam sui posteris derelinquat, & nihilominus in manus stultorum veniant, qui frequenter secundum peruersitatem cordis sui, semina inde hæreseos capiant, & alienos labores calumnientur. Si enim de corporalibus diuitijs nunc Ecclesiastæ sermo est, quid necesse fuit de labore & opibus dicere: Et dominabitur in omni labore meo in quo laborauí, & in quo sapiens factus sum sub sole? Quæ enim sapientia est, terrenas diuitias congregare? c ¶Et conuersus sum ego &c.) Vt suprà de incerto loquitur hærede: quia vtrū stultus an sapiens laboris alterius dominus futurus sit, ignorer. Nūc eadem quidē repetit: sed in illo diuersus est sensus, quòd etiā si filio, si propinquo, si noto alicui substātiā laboresq; dimittat: nihilominus tamē in eundē circulū res recurrat, vt alter labore alterius perfruat: & sudor mortui, delitiæ sint viuentis. Se vnusquisq; cōsideret, & videbit quāto libros labore cō

sicut euentus stulti, ita & mihi eueniet: & vt quid sapiens factus sum ego? Et locutus sum in corde meo: quoniam hoc quoque vanitas. Non enim erit memoria sapientis cum stulto in æternum: eo quòd ecce diebus qui superuenīet vniuersa obliuio operiet: & quomodo morietur sapiens cum stulto? Et ōdiui vitam, quia malum super me opus quod factum
a est sub sole: quia omnia vanitas & pastio vēti. Et o-
b diui ego omnem laborem meum quem ego laboraui sub sole: quia dimitto illū homini q futurus est post me. Et quis scit vtrū sapiens sit, an stultus? & dominabitur in omni labore meo, quo laboraui, & in quo sapiēs factus sum sub sole: sed & hoc vanitas. Et
c cōuersus sum ego vt renunciarem cordi meo in omni labore meo quo laboraui sub sole: qa est homo cui labor eius est in sapientia, & scientia, & virtute: & homini qui non laborauit, illi dabit partem suam. Et quidē hoc vanitas & nequitia magna. Quid enim fit homini in omni labore suo, & in voluntate cordis sui, qua ipse laborat sub sole? Quia oēs dies eius dolorū & iracūdiæ curarūq;: & quidē nocte non dormit cor eius: sed & hoc
a vanitas. Nōn est bonum homi

Si vnus & stulti & meus occasus erit, q̄d mihi prodest quòd maiorem sapiētiæ dedi operā? Locutusq; cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operiēt. Morit doctus similiter vt idoct⁹, & idcirco tęduit me vitæ meę, videtem mala vniuersa esse sub sole, & cūcta vanitatē & afflictionē spiritus. Rursus detestatus sum omnē industriam meam qua sub sole studiosissimè laborauí, habiturus heredē post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit: & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. Et est quicquam tam meum vanum? Vnde cessauit renunciauitq; cor vltrà laborare sub sole. Nam cùm alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini ocioso quæsita dimittit. Et hoc quoque vanitas, & magnum malum. Quid eñ proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus qui sub sole cruciatus est? Cūcti dies eius doloribus & erumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Et hoc nónne vanitas est? Nonne melius est

ponat: quomō sępe stí- »
lū vertat, iterū quę dí- »
gna legi sint scriptur⁹: »
& homini q nō laborauit, det ptē suā. Quid enim vt antè iā dixi, ad opes terrę ptinēt sapiētia, & sciētia, & virtus: in qb⁹ se laborasse testatus est: cū sapiētię sciētię, atq; virtutis sit calcare terrena. d ¶Nō est bonū homini, &c.) Postq̄ vniuersa tractaui, & nihil iniusti⁹ esse ꝑspexi, q̄ alterius labore alterum perfrui: tūc mihi visum est hoc in rebus esse iustissimū & quasi dei donū, vt suo quis labore frueretur, L
bibens & comedens, & pro tēpore parcēs opi-
b⁹ cōgregatis. Siquidē munus dei est, talem viro iusto dari mentē, vt ea quæ curis, vigilijsq; quæsiuit, ipse cōsumat. Sicut ecōtrariò, iræ dei est, vt peccator diebus ac noctibus opes cōgreget: & nequaq̄ eis vtēs, his relinquat, qui in cō spectu dei iusti sunt. Sed & hoc, inquit, diligenter inspiciens & vídens omnia morte finiri, vanissimum iudicaui. Hęc interim secundum literam, ne videamur penit⁹ simplicem præterire sensum: & dum spirituales diuitias sequimur, historiæ M
contemnere paupertatem. Quid enim boni est, aut quale dei munus, vel suis opibus inhiare, & quasi scientem præsentē carpere† vo- † quasi fu-
luptatem: vel alienum giētē prę-
laborē in proprias deli cerpere.
cias vertere: & hoc putare donum esse dei, si alienis miserijs & laboribus perfruamur? Bonum est itaq; veros cibos & verā sumere potionem: quos de agni carne & sanguine in diuinis voluminibus inuenimus. Quis enim vel comedere: vel cùm opus est parcere potest absque deo? qui præcepit sanctum canibus non esse mittendum: & docet quomodo Matt.7.a.
in tempore cōseruis sint danda cibaria: & iuxta aliū sensum: Mat.24.d
Inuentū mel tantū comedere, quātū sufficit? Pulchrè autem Prou.25.b
homini bono deus dat sapientiā, & scientiā, & lætitiam: Nisi enim bon⁹ fuerit: & mores suos proprio arbitrio antè correxerit, sapientiā, & scientiā, & lætitiā nō meretur: secundū illud quod alibi dicitur: Seminate vobis in iustitia: vindemiate in fructu vitæ: illuminate vobis lumen scientiæ. Seminanda qppe iustitia: & vitę fructus est demetendus, & postea scientiæ lumen poterit apparere. Vt ergo bono coràm se dedit Osee.10.d

deus

A deus ſapientiam,& cætera: ſic peccatorem ſuo arbitrio dere linquens,fecit cõgregare diuitias, & hinc & inde peruerſorum dogmatum conſuere ceruicalia. Quæ cùm vir ſanctus & placens deo viderit:intelligit quia vana ſunt, & ſpiritus præſumptiõe cõpoſita. Nec mirandum ꝙ dixerit: Peccatori dedit ſolicitudinẽ,& cę tera. Ad illũ enĩ ſenſũ de quo ſæpe tractaui, hoc referẽdũ eſt: Propterea datã ei eſſe ſolicitudinẽ ſiue diſtẽtionẽ, ꝙa peccator fuerit: & nõ eſſe cauſã diſtentionis in deo, ſed in illo qui ſpõte ſua antè peccauerit. Cap. III.

a OMnib⁹ tẽpus eſt: &c.) Incertũ & fluctuantẽ ſtatũ cõditionis humanæ in ſuperioribus docuit: Nũc vult oſtẽdere omnia ſibi in mũdo eſſe cõtraria, & nihil ſtare ꝑpetuũ,eorum duntaxat

B quæ ſub cœlo ſunt, & intra tẽpus: quia cæteræ ſubſtantiæ ſpũales, nec ſub cœlo, nec tempore cõtinent. b ¶Tẽpus pariẽdi,&c.) Nulli dubiũ quòd ort⁹ & interitus hominũ,deo notus ſit & agnitus: & idipſum eſſe pârere,quod plãtare:& mori,qđ plãtum eſt euellere. Sed quia in Eſaia legimus:

Eſa.26.c. A timore tuo domine cõcepimus, & parturiuim⁹,& peperim⁹:Hoc dicendũ,ꝙ pfecto viro part⁹ iſte qui de timore natus eſt,cũ deũ amare cœperit,morieꝰ. Perfecta quippe dilectio foras mittit timorẽ. Hebræi omne hoc quod de cõtrarietate tẽporũ ſcriptũ eſt,vſq; ad illũ locũ in quo ait:Tẽpus belli, & tẽpus pacis,ſuper Iſraël intelligũt. Et quia nõ neceſſe eſt per ſingulos

C verſus ponere qd interpretẽtur & ſentiãt:perſtringã breuiter,latiorẽ diſſertionẽ lectoris ingenio derelinquens. Tẽpus fuit generãdi & plantãdi Iſraël:tẽpus moriẽdi, & ducẽdi in captiuitatẽ. Tẽpus occidẽdi eos in Aegypto:& tẽpus de Aegypto liberãdi. Tempus deſtruendi tẽpli ſub Nabuchodonoſor,& tempus ędificãdi ſub Dario. Tempus flendi & plãgendi euerſionẽ vrbis,& tempus ridendi atq; ſaltãdi ſub Zorobabel,Eſdra,& Neemia. Tẽpus diſpergendi Iſraël: & tẽpus in vnũ congregãdi. Tempus quaſi cingulũ & baltheũ circũdari deo populũ iudæorũ,& tempus ducendi eos in Babyloniã captiuitatem,& ibi cõputreſcere trans Euphraten. Lege προλεγομενα Hieremiæ. Tẽpus quærendi illos & ſeruãdi,& tẽpus perdendi illos & proijciendi. Tempus ſcindendi Iſraël, & tempus iterũ conſuendi. Tempus tacendi prophetas nunc in captiuitate Romana:& tempus loquendi eos, tunc quãdo etiã in hoſtili terra dei cõſolatione & alloquio nõ carebant. Tempus dilectionis,qua eos ſub patribus antè dilexit:& tempus odij,quãdo in Chriſtum intulerũt manus. Tempus prælij,modò nõ agentibus eis pœnitentiam: & tempus pacis in futuro,quando intrante plenitudine gentium omnis Iſraël ſaluus erit. c ¶Tempus occidendi, &c.) Ei occidendi tẽ

Deut.32.f pus eſt & ſanandi,qui ait:Ego occidam, & ego viuificabo. Sanat ad pœnitentiam prouocãs. Occidit,iuxta illum ſenſum:

Pſal.100.b In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.

d ¶Tempus deſtruendi,& tempus ædificandi.) Non poſſumus ædificare bona,niſi prius deſtruxerimus mala. Idcirco ſic & Hieremię verbum à deo datum eſt:vt antè eradicaret, & ſuffoderet & perderet,& poſtea ædificaret atque plantaret. e ¶Tempus flendi,&c.) Nunc flendi tempus eſt,& in futuro ridendi. Beati enim flẽtes,quoniã ipſi ridebunt. f ¶Tẽp⁹ plangẽdi,&c.) Idcirco corripiuntur in euangelio, quibus dominus ait: Lamentauimus vobis,& nõ planxiſtis:cantauimus vobis,& nõ ſaltaſtis. Plangendũ eſt in præſentiarũ: vt poſtea ſaltare valeam⁹, illa ſaltatiõe qua ſaltauit Dauid ante arcã teſtamenti, & Saulis filiæ diſplicẽs,magis placuit deo: quia qui in præſenti ſeculo ſua plangit pecca ta,ridebit potius in futuro. g ¶Tẽp⁹ ſpargendi lapides,&c.) Miror quomodo vir diſertiſſimus rem ridiculã in hoc loco dixerit: De deſtructione, inquiens, & ædificatione domorum Salomoni ſermo eſt, quòd homines nũc deſtruant, nunc ædificent: alij congregent lapides ad ædificia conſtruenda:alij quę extructa ſunt,deſtruant: ſecũdum illud Horatianum: Diruit, ædificat, epiſtolarũ mutat quadrata rotundis. Aeſtuat & vitæ diſconuenit ordine toto. Hoc vtrum rectè, an perperam dixerit,lectoris arbitrio derelinquo. Nos prioris explanationis ſequamur ordinẽ: Tempus ſpargendorum & congregandorum lapidum eſſe dicentes, iuxta illud quod in euangelio ſcriptũ eſt:Potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Quòd tempus fuerit gentilis populi diſpergendi:& tempus rurſum in eccleſiam congregandi: legi in quodam libro. iuxta Lxx. tamen interpretes:qui dixerũt, tempus mittendi lapides,& tempus colligendi: ſeueritatem legis antiquæ, euangelij gratia temperatam. Lex quippe rigida,imbenigna,non parcens,peccantem interficit. Euangelij gratia miſeretur,& ad pœnitentiam prouocat. Et hoc eſſe tempus mittendorum lapidum, ſiue congregandorum, ꝙ lapides mittãtur in lege, colligant in euãgelio. Hoc vtrũ verè dictũ ſit an falſò,ſuo ꝑputet authori. h ¶Tẽp⁹ amplexãdi,&c.) Iuxta ſimplicẽ intelligentiã manifeſtus eſt ſenſus,Apoſtolo in in eadem verba congruente:Nolite fraudare inuicẽ,niſi fortè ex conſenſu ad tẽpus,vt vacetis orationi: liberis dandam operam, & rurſum continentiæ. Vel quòd tempus fuerit amplexandi, quando vigebat illa ſententia: Creſcite & multiplicamini, & replete terram. Et tempus procul à complexu fieri, quando ſucceſſit tempus quod in anguſto eſt: Supereſt vt & qui habent vxores, ſic ſint quaſi non habeant. Si autem voluerimus ad altiora conſcendere, videbimus ſapientiam amplexari amatores ſuos. Honora quippe, ait, eam: & amplexabitur te:intrãq; vlnas ſuas & gremium ſtrictiori tenebit complexu. Porrò quia non poteſt humanus animus ſemper in ſublime tendi, & de diuinis & altioribus cogitare nec iugiter eſſe in contempla-

D Hiere.1.e. Luc.6.d. Luc.7.e. 2.Reg.6.c E Horati⁹.1. epiſtolarũ F Matth.3.b 1.Cor.7.a Gen.1.d. 1.Cor.7.e Prou.4.b

Caput III.

a OMnibus tẽpus eſt: & b tempus omni rei ſub cœlo. Tẽpus pariẽdi,& tempus moriẽdi. Tẽpus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum c eſt. Tẽpus occidendi, & tempus ſanandi. Tempus d deſtruendi, & tempus e ædificandi. Tẽpus flendi, & tempus ridendi. Tẽpus f plangendi, & tempus g ſaltandi. Tẽpus ſpargendi lapides, & tempus colligendi lapides. h Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexu.

Caput III.

OMnia tẽpus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Tẽpus naſcendi:& tempus moriendi. Tẽpus plantãdi: & tempus euellendi quod plãtatum eſt. Tempus occidendi, & temp⁹ ſanandi. Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi. Tempus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexãdi, & tempus longè fieri ab amplexibus.

templatione rerum cœlestium, sed interdum necessitatibus corporis indulgere: propterea tempus est amplexandi sapientiam, & eam strictius continendi: & tempus relaxandi mentem ab intuitu complexuq; sapientiæ, vt curæ corporis & his qb⁹ vita nostra absq; peccato idiget, seruiam⁹. a ¶Tẽpus acquirendi, &c.) Sub diuersis sermonibus, idem nunc qui suprà sẽsus est, ĩ eo quòd ait: Tempus destruendi, & tempus ædificandi. Ac deĩde: b ¶Tẽp⁹ scindẽdi, &c.) Quomodo enĩ synagoga destruitur, vt ædificet eccl'ia: & à lege fiũt scissiones, vt euangelia consuantur: quod euangelistæ singuli perpetrarunt, de lege & prophetis aduentus dominici testimonia consuẽtes: ita & tempus fuit quærendi & custodiendi Israël: tẽp⁹ perdẽdi & proĵciendi illum. Vel certe tempus quærendi populum ex gentibus, & tempus perdendi populum Iudæorum. Tẽpus custodiendi credẽtes ex nationib⁹, & tempus abijciendi incredulos ex Israël. c ¶Tẽpus tacendi, & tempus loquendi.) Pythagoricos reor: quorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, hinc originem sui traxisse decreti. Discamus itaque & nos prius non loqui, vt postea ad loquẽdum ora reseremus. Sileamus certo tempore, ad præceptoris eloquia pendeamus. Nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus, vt post multum silẽtium, de discipulis efficiamur magistri. Nunc verò pro seculorum quotidie in peius labentium vitio, docemus in ecclesijs quod nescimus. Et si compositione verborum, vel instinctu diaboli qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus, contra conscientiam nostram scire nos arbitramur, de quo alijs potuimus persuadere. Omnes artes absque doctore non discimus: sola hæc tam vilis & facilis est, vt nõ indigeat præceptore. d ¶Tempus amandi, &c.) Tempus amandi post deum, liberos, vxorem, propinquos: & tempus odiendi eos in martyrio: cùm pro Christi confessione rigidos pietas oppugnat inimica. Vel certè tempus amandi legem, & ea quæ à lege fuerant imperata, circuncisionem, hostias, sabbatum, neomenias: & tempus odiendi ea, euangelij gratia succedente. Necnon & hoc dici potest: Quoniam nunc per speculum videmus & in ænigmate, tempus esse præsentia diligendi, & in futurum tempus aduenìet, quando cernentes facie ad faciem, & in melius proficientes, incipimus odisse & despicere quod amauimus. e ¶Tempus belli, & tempus pacis.) Quàm diu in præsenti seculo sumus, tempus est belli: cùm autem migrauerimus de hoc seculo, pacis tempus aduenìet. In pace enim est locus dei, & ciuitas nostra Hierusalem, de pace sortita vocabulum est. Nemo ergo se nunc putet esse securum in tempore belli: vbi certandum est, & apostolica arma tractanda, vt victores quondam requiescamus in pace. f ¶Quæ abundantia est facienti in quibus ipse laborat. Vidi occupationem quam dedit deus &c.) Non me fugit quid à plerisque in hoc loco dictum sit: quòd propterea deus in præsenti seculo etiam peruersorum dogmatum magistris concesserit occupationem, ne mens hominis ociosa torpesceret: & hoc esse bonum quod fecit deus in tempore suo, & nihilominus nequire eos naturam & rerum scietiam comprehendere. Mihi verò ab Hebræo qui me in scripturis erudiuit, ita expositum est: Cum omnia suo labantur tempore, & sit tempus destruendi & ædificandi, flendi atque ridendi, tacẽdi atque loquendi: & cætera quæ dicta de tempore sunt: quid frustra conamur & tendimus, & breuis vitæ labores putamus esse perpetuos? Nec contenti sumus secundum euangelium, malicia diei: nihilq; in crastinum cogitemus. Quid enim possum⁹ habere in hoc seculo amplius laborando: in quo id tantum à deo hominibus datum est, vt alius alia sectãdo haberet, in quibus erudiri & exercere se posset. De⁹ enim omne quod fecit, bonum est, sed bonum in tempore suo. Bonum est vigilare atque dormire: nec tamen semper vigilare aut dormire bonum est: quia vicissim iuxta dispositionem dei bonum est vnumquodque cùm opus est. Dedit quoque deus mundum ad inhabitandum hominibus, vt fruantur varietatibus temporum, & non quẽrãt de causis rerum naturalium quomodo creata sint omnia: quare hoc vel illud ab initio mundi vsque ad cõ summationem fecerit crescere, manere, mutari. g ¶Cognoui quia non est bonum, nisi lætari &c.) Propterea colonus & hospes mundi homo datus est, vt breui vitę suę fruat tempore, & spe prolixioris ætatis abscissa, cuncta quæ possidet quasi ad alia profecturus aspiciat: & quod potest bene faciat in vita sua: nec frustra ob congregandas opes, cogitationibus torqueat. Neq; se putet plus de suo labore lucrari posse, q̃ cibum & potũ, & si quid de opibus suis in bonis operibus expenderit: hoc solum donũ dei est. Ex quibus nõ, vt quidam æstimant, ad luxuriã, & delicias, & ad desperationem, secundũ illud Esaiæ: Mãducemus & bibamus: cras enim moriemur: instar animalium prouocamur, sed secundum Apostolum: Habẽtes victũ & vestitũ, his contenti simus: & quicquid supra habere possumus, in pauperib⁹ nutriẽdis & egentium largitione consumamus. Porrò quia caro domini, verus est cibus: & sanguis eius, verus est potus, iuxta ἀναγωγὴν, hoc solum habemus in præsenti seculo bonum: si vescamur carne eius, cruoréq; potemur: non solum in mysterio, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus & potus, qui ex verbo dei sumitur, scientia scripturarum est. Nec putet aliquis illud quod à Balaam prophetatur: Non erit labor in Iacob, neque dolor in Israël, huic contrarium esse quòd muneris dei esse dicitur: Si quis comedat & bibat, & ostendat bonum in omni labore suo. Multæ quippe tribulationes iustorum. Et de his Apostolus queritur, in labore & dolore sudasse se dicens. Sed cùm de his nos in futuro dominus liberauerit, non erit labor in Iacob, neque dolor in Israel. Et quomodo illud legimus: Beati flentes: quoniam ipsi ridebunt, & risus noster Iob prophetantis verba sectabitur: veracium os replebitur gaudio: sic nunc labore nostro fruimur in bonis operibus: per quem coangustamur & premimur, vt postea à labore cessemus.

a plexu. Tẽpus acquirẽdi, & tempus perdendi. Tempus custodiẽdi, & tempus b proijciendi. Tẽpus scindẽdi, & tempus consuendi. c Tẽpus tacendi, & tempus d loquendi. Tẽpus amandi, & tempus odiẽdi. e Tẽpus belli, & tempus f pacis. Quæ abundantia est facienti in quibus ipse laborat. Vidi occupationẽ quam dedit deus filijs hominum, vt occupentur in ea. Vniuersa fecit bona in tempore suo: & quidem seculum dedit in corda eorum, vt non inueniat homo opus quod fecit deus ab initio vsque in finẽ. Co g gnõui quia nõ est bonum, nisi lętari & facere bonũ ĩ vita sua. Et qdẽ omnis homo q comedit, & bibit, & ostẽdit bonum in omni labore suo, ex dono dei est.

plexibus. Tẽpus acquirendi, & tempus perdendi. Tẽpus custodiẽdi, & tempus abijciendi. Tẽpus scindendi, & tẽpus consuendi. Tẽpus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit deus filijs hominum, vt distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tẽpore suo: & mũdum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui quòd non esset melius nisi lætari, & facere benè in vita sua. Oĩs enim homo qui comedit & bibit: & videt bonum de labore suo: hoc donum dei est.

Didici

Cognoui

Matt.6.d.

Esa.22.d.

1.Tim.6.b

Nũe. 23.d

2.Cor.11.f

Luc.6.d.

Iob.8.d.

1.Co.13.d

Psal.75.a.

A a ¶Cognoui quia omnia quæ fecit deus &c.) Nihil est in mundo quod nouum sit. Solis cursus,& lunæ vices,& terræ, arborumq; siccitas,vel viror,cum ipso mundo nata sunt atq; cõcreta. Et idcirco deus certa ratione cũcta moderatus est, & iussit humanis vsibus elementa seruire:vt homines hæc videntes, intelligant esse prouidentiã, & timeãt à facie dei,dum ex rerũ æqualitate,cursu, ordine,atq; constantia,intelligũt creatorẽ. Inuisibilia enim dei per ea quę facta sunt, intellecta,cõspiciuntur: sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Quòd si volue rimus priori sensu finito, quasi à capite legere:Et de⁹ fecit vt timeant à facie eius,hic sensus est:De⁹ hæc omnia fecit vt timeant homines ab eo, quod semel deus disposuit,nec in aliud declinare. Pulchrè autem temperauit, dicens: Vt timeant à facie eius. Vult⁹ quippe domini super facientes mala. b ¶Quid est quod fuit?&c.) Vel præterita, vel præsentia, vel futura: ipsa & fuerunt,& sunt,& erũt vniuersa quæ cernim⁹. Sol qui nunc oritur, & antequam essemus nos in mũdo,fuit, & postq̃ mortui fuerimus,oritur rus est. Solem autẽ nominauimus, vt ex hoc intelligamus & cætera esse eadem quę fuerũt. Quæ si videtur per cõditionem mortis perire,non pereunt:quia rursum rediuiua succrescunt:& nihil in perpetuum interit: sed renascitur & quasi cum quodã fœnore reuiuiscit:Hoc est enim quod ait: Et deus quæret eum qui persecutionem patitur:quod Græcè melius dicitur καὶ ὁ θεὸς ζητήσει τὸν διωκόμενον,id est, quod perijt,quod expulsum est, quod esse cessauit. Si autem istud de cunctis quæ in mundo sunt,dicitur: de homine nulla dubitatio est,quin mortuus renascatur. Si cui autẽ placet quasi proprio legere principio:Et deus quęret eum qui persecutionẽ patitur:vtatur hoc testimonio in persecutione gẽtilium,ad consolandum eum qui in martyrio perseuerat. Et quia omnes iuxta Apostolũ,qui piè viuere volunt in Christo,persecutionẽ patiunt, habẽt cõsolationẽ: quia deus quę-
rit persecutionem patientem:sicut requirit sanguinẽ interfecti:& venit quærere quod perierat:& erroneam ouem suis humeris ad gregem reportauit. c ¶Et adhuc vidi sub sole locũ iudicij,&c.) Manifestus sensus est, sed nubilo interpretationis obuoluitur. Sub sole,inquit,isto veritatem & iudicium exquisiui,& vidi etiam inter iudicum ipsa subsellia, non veritatem valere, sed munera. Siue aliter: Arbitratus sum aliquid iustitiæ in præsenti seculo geri: vel pium nunc pro suo merito recipere,vel impium pro suo scelere puniri: & econtrariò reperi quàm putabam. Vidi enim & iustum multa mala hìc perpeti:& impiũ regnare pro scelere. Postea verò cum corde meo colloquens & reputans, intellexi non per partes deum & per singulos nũc iudicare, sed in futurũ tempus reseruare iudicium:vt omnes pariter iudicentur, & secundum voluntatem & opera sua ibi recipiant. Hoc est enim quod ait: & tempus omni voluntati, & super omne factum ibi,id est,in iudicio quando dominus cœperit iudicare: tunc futura est veritas:nũc iniustitia dominatur in mundo. Tale quid & in sapientia quæ filij Syrach inscribitur, legimus: Ne dixeris, quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim tempore suo requirẽtur. d ¶Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: quia separat illos deus, vt ostendat, quia ipsi iumenta sunt: siue quia euentus filiorum hominũ, & euentus pecoris, euentus vn⁹ eis. Sicut mors huius, ita & mors illius, & spiritus vnus omnibus, & amplius homini à pecore nihil est: ea omnia vanitas. Omnia vadũt ad locũ vnũ: omnia &c.) Non mirãdum est in præsenti vita inter iustum & impium nullam esse distantiam, nec aliquid virtutes valere, sed incerto euentu omnia volutari: cùm etiam inter pecudes & homines secundum corporis qualitatẽ nihil differre videatur:& sit eadem nascendi conditio:sors vna moriendi: similiter procedamus ad lucem, æquè dissoluamur in puluerem. Si autem videtur hæc esse distantia, quòd spíritus hominis ascendat in cœlũ,& spiritus pecoris descendat in terram:quo istud certo autore cognouimus?Quis potest nosse vtrũ verũ an falsum sit quod speratur?Hoc autem dicit,nõ quòd animam putet perire cum corpore, vel vnum bestijs & homini præparari locum:sed quòd ante aduentum Christi omnia ad inferos pariter ducerentur. Vnde & Iacob ad inferos descensurum se dicit. Et Iob pios & impios in inferno queritur retentari. Et euangelium: Chaos magnum interpositum apud inferos, & Abraham cum Lazaro, & diuitem in supplicijs esse testatur. Et reuera antequam flammeam illam rotam & igneam romphæam ad paradisi fores,Christus cum latrone reseraret: clausa erant cœlestia, & spiritum pecoris hominisq; æqualis vilitas coartabat. Et licèt aliud videretur dissolui, aliud reseruari: tamen non multũ intererat perire cum corpore, vel inferni tenebris detineri. Recurramus ad singula, & comatico genere dicendi, iuxta ordinem suum breuiter disseramus. Dixi ego in corde meo de eloquio filiorum hominum,vt eligeret eos deus. Hoc solum, inquit, inter homines & iumenta deus esse voluit: quia nos loquimur, illa sunt muta: nos voluntatem sermone proferimus, illa torpent silentio. Et cùm tantum sermone differamus à bestijs: tamen ostenditur nobis quòd iuxta corporis fragilitatem pecora sumus. Sicut iumentum moritur: ita moritur & homo: & vnus omnibus flatus est, & aër iste quo alimur. Hoc enim ait:Et spiritus vnus omnibus: & amplius homini à pecore nihil est. Quod ne putaremus dici etiã de anima,intulit:Omnia facta sunt de terra,& reuertentur in terrã. De terra autẽ nihil aliud nisi corpus factũ est. Et signanter de

Didici quòd omnia opera quæ fecit deus perseuerent in perpetuũ. Non possumus eis quicquam addere nec auferre: quæ fecit deus vt timeatur. Quod factum est, ipsum permanet. Quæ futura sunt, iam fuerunt, & deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem,& in loco iustitiæ iniquitatem, & dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit dominus, & tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filijs hominũ, vt probaret eos deus, & ostenderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt: & in terram pariter reuertuntur. Quis

D

Eccli.39.c

E

F

Gen.37.g. & 44.g. Iob.7.b. &.17.d. Luc.16.g. Gen.3.d.

2.Tim.3.c

Deut.32.f

Luc.19.b.

Ibidẽ.15.a

2.Cor.5.b

G ter de corpore dicitur: Terra es, & in terram reuerteris.
Gen.3.d. Quod autem videtur esse blasphemũ: Quis cognoscit, spiritus filiorum hominum, si ascendat ipse sursum: & spiritus iumenti, si descendat ipse deorsum in terram? non inter pecudes & hominem secũdum animæ dignitatem nihil interesse cõtendit: sed adijciendo, quis, difficultatem rei voluit demonstrare. Pronomẽ enim, quis, in scripturis sanctis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipit: Vt ibi, Esa.53.c. Generationẽ eius qs enarrabit? Et ĩ psalmo quartodecimo: Domine qs habitabit in tabernaculo tuo, & in monte sancto tuo, & cætera quæ sequũtur: Et in Hieremia, licèt in Hebræo aliter sit: Hier.17.b Et homo est, & quis cognoscet eũ? Inter homines igit & bestias hæc sola est differẽtia, quòd spiritus hominis ascẽdit in cœlũ, & spiritꝰ iumẽti descẽdit in terrã, & cum carne dissoluitur: si tamen huius rei vir aliquis ecclesiasticus, & disciplinis cœlestibꝰ eruditus: & quasi dubiæ rei certus assertor sit. Hæc interĩ iuxta literã. Quãtum autem ad spiritualem intelligentiã pertinet, Psal.35.b. quoniã homines & iumẽta saluos faciet dominus. Et in alio loco: Ibidẽ72.d Vt iumẽtũ sum (inqt) apud te: & ego semper tecum. Et in omnibus prophetis, homines & pecora in Hierusalem saluanda dicuntur, & impleri terrã repromissionis pecoribꝰ & armẽtis: Quis scit vtrũ sanctus, qui hominis appellatione dignus est, ascendat in cœlum: & vtrum peccator, qui iumentum vocatur, descendat in terram? Fieri enim potest vtrunq; pro incerto vitę huius & lubrico statu, vt & iustus concidat, & peccator resurgat: & nonnunquam euenit, vt rationabilior & eruditus in scripturis, id est, homo, non circunspectè & vt scientiæ suæ dignum est, viuat, & deducatur ad inferos: & simplicior quisque atq; rusticior, qui iumentum hominis comparatione dicatur, melius viuat, & martyrio coronetur, ac paradisi sit colonus. a ¶Et vidi quia non est bonum &c. vt videat id quod futurũ est post ipsum?) Pro eo quod nos posuimus: Vt videat id quod futurũ est post ipsum: apertius interpretatus est Symmachus dicẽs: Vt videat antea quæ futura sunt post hęc. Nihil est ergo bonum in vita ista, nisi quòd lętatur homo in opere suo faciens eleemosynam: & futuros sibi thesauros in regno cœlorum præparans. Hanc solam habemus portionem, quam nec fur, nec latro valet nec tyrãnus auferre, & quæ nos post mortẽ sequatur. Nec enim possumus cũ hæc vita fuerit dissoluta, rursum nostris laboribus perfrui, aut scire quæ futura sint in mundo postea. Aliter superiori errore turbatus, quòd putarem nihil interesse inter homines & bestias, in hanc sententiam praua opinione deductus sum: vt nihil aliud dicerem boni, nisi præsentẽ carpere voluptatem. Neq; enim cùm semel nos dissoluisset interitus, posse his perfrui, à qbus recederemus ingrati. Alij de hoc quod ait: Quis enim adducet eũ vt videat ea quæ sunt futura post se: ad illam intelligentiam retulerũt, vt dicerent: melius esse

Quis scit, spiritus filiorũ hominis si ascẽdat ipse sursum, & spiritus pecoris si descẽdat ipse deorsum in terrã. Et vidi quia non est bonũ nisi quòd lætet homo in opere suo: quia hæc est pars eius. Quis enim ad ducet eũ vt videat id qđ futurum est post ipsum?

Caput. IIII.

b Et cõuerti ego, & vidi vniuersas calumnias quę fiũt sub sole, & ecce lachrymæ eorũ q calũnias sustinẽt, & nõ est qui cõsolet eos: & in manibus calũniãtiũ eos fortitudo, & nõ est eis cõsolator. Et c laudaui ego mortuos q iã mortui sunt, sup viuentes qcũq; ipsi viuũt vsq; nũc. Et melior sup hos duos q nõdũ natus est, q nõdũ vidit opus malũ quod factũ d est sub sole. Et vidi egõ vniuersum laborẽ, & simul omnem virtutẽ operis: qa æmulatio viri à sodali eius, & quidem hoc vanitas & præsum-

raonis. Quomodo enim vna atque eadem solis operatio liquefacit ceram, & siccat lutum: sed pro substantia sua & liquescit cera, & siccatur lutum: sic vna dei in Aegypto signorum operatio molliebat corda credentium, & incredulos indurabat: Quia iuxta duritiam suam & impœnitens Roma.2.a
cor, thesaurizabant sibi iram in die iræ ex his mirabilibus, quæ cùm viderent fieri, non credebant. d ¶In die bonitatis esto in bono: & in die malo vide. Et quidem istud cõgruum huic fecit deus ad loquendum, &c.) Scio me audisse in Ecclesia ab eo qui putabatur habere scientiam scriptu- F
rarum, ita hos versiculos edissertos. Dum in hoc præsenti seculo es, & boni aliquid operis potes facere, labora, vt postea ipse securus in die malo, id est, in die iudicij torqueri alios videas. Sicut enim præsens seculum fecit deus, in quo nobis fructum bonorum operum possumus præparare, ita & futurum in quo nulla boni operis datur facultas: visus est quidẽ suadere cùm diceret audiẽtibus. Sed mihi videtur alius esse sensus, quem & Symmachus transtulit dicens: In die bono esto in bono: diem verò malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit deus, vt non inueniret homo quod cõtra eum quereretur. Et bona, inquit, & mala prout tibi euenerint, sustine. Nec putes vel bonorum tantum aut malorum in mundo esse naturam, cùm ex diuersis mundus iste contrarijs substiterit, calidis & frigidis, siccis & humectis, duris & mollibus, tenebrosis & lucidis, malis & bonis. Hoc autem fecit deus, vt habeat sapientia locum in eligendo bonum, & vitando malum, & liberum homini relinquatur arbitrium: ne se dicat insensibilem, & stolidum à deo esse generatum, sed eum ideo fecisse diuersa: vt homo queri de sua conditione non posset. Simúlque hoc testimonium consequenter superioribus copulabitur, in quibus ait: Quis poterit adornare quod peruerterit deus?

G a ¶Omnia vidi in diebus vanitatis meæ &c.) Huic quid
Matt.10.d simile in Euãgelio ait ſaluator: Qui inuenit animam ſuam, perdet eam: & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam. Machabęi pro lege dei atque iuſtitia viſi ſunt in ſua perire iuſtitia, & martyres qui ſanguinem fudere pro Chriſto. Econtrario q ex illo tẽpore ſuillam carnem comederũt, & poſt aduentum domini ſacrificauerunt idolis ſuis, hi viſi ſunt in hoc ſeculo viuere, & propter ſuam malitiã perſeuerare longæui.
Sed dei in occulto patientia eſt, & tribulare nũc ſanctos, vt recipiant mala in vita ſua, & peccatores non viſitare pro ſcelere, & quaſi ad victimam reſeruare, vt & illis poſſit æterna bona reſtituere, & his mala inferre perpetua. Hebræi iuſtos
H peuntes in iuſtitia ſua, filios Aaron ſuſpicantur, quòd dum putant ſe iuſtè agere, alienum ignem obtulerint. Et impium longæuum in malitia ſua, Manaſſen dicunt, qui poſt captiuitatem reſtitutus in regno, longo deinceps vixerit tempore.
b ¶Noli eſſe iuſtus multum, &c.) Si quem rigidum & trucem ad omnia fratrum peccata conſpexeris, vt nec in ſermone peccanti, nec propter naturalem interdum pigritiam morãti, det veniam: hunc ſcito plus iuſtum eſſe, quàm iuſtum eſt.
Luc.6.f. Cũm enim ſaluator præcipiat, dicens: Nolite iudicare, vt nõ
Iob. 25.b. iudicemini: & nullus ſit abſq; peccato: nec ſi vnius quidẽ diei fuerit vita eius: inhumana iuſtitia eſt fragilitati conditionis hominum nõ ignoſcens. Noli ergo eſſe iuſtus multum, quia
Prou.20.b pondus grande, & pondus paruum abominatio coram domino. Vnde & apud philoſophos, virtutes in meditullio poſitę
I ſunt: & omne quod nimium eſt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum, reputatur in vitio. Quòd autem ait: Noli quęrere amplius: ne turberis, ſiue ne obſtupeſcas: mentem noſtram ſcit perfectam comprehendere non poſſe ſapientiam, & menſurã fragilitatis noſtræ, iubet nos ſcire debere. Denique & Paulus ei qui plus q̃ homo ſcire cuperet, requirebat, dicens ei: Quid
Rom.9.d. adhuc queritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? Reſpondit: O homo tu quis es qui reſpondeas deo &c. Si enim cauſas quæſtionis, ille qui interrogans introducitur, audiſſet ab Apoſtolo: ſtupore forſitan torpuiſſet, & gratiam ſenſiſſet inutilem. Quia eſt & donũ, quod non proſit ei cui datum eſt, iuxta eundem Apoſtolum. Hebræi hoc mandatum, id eſt: Noli eſſe iuſtus multum: ſuper Saule interpretantur,
1.Re.15.c. qui Agag miſertus eſt, quem dominus iuſſerat occidi. Sed &
Matt.18.c ille de Euangelio ſeruus cui ignouerat dominus, & ipſe conſeruo noluit ignoſcere: huic poteſt verſiculo coaptari, quòd fuerit iuſtus multum. c ¶Ne impiè agas multum, & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.) Cũm
Ezec. 33.e dominus loquatur: Nolo mortem peccatoris, ſed tantum vt reuertatur & viuat: & ſemel peccaſſe ſufficiat, debemus nos erigere poſt ruinam. Si enim iuxta eos qui de phyſicis diſputant: nouit hirũdo pullos de ſucco oculare chelidoniæ, & dictamum capreæ appetunt vulneratæ: cur nos ignoremus medicinã pœnitẽtiæ propoſitã eſſe peccãtib⁹? Quòd poſt eum quicquam. Omniã vidi in diebus vanitatis meæ. Eſt iuſtus periẽs in iuſtitia ſua, & eſt impi⁹ longæuus in malitia ſua.
b Noli eſſe iuſtus multum: & ne quæras amplius, ne
c obſtupeſcas. Nẽ ipiè agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempo
d re non tuo. Bonum eſt retinere iuſtum. Et quidem ab hoc ne dimittas manũ tuam: quoniam qui timet deum, egredietur ad om-
e nia. Sapientia confortabit ſapiẽtem, ſuper decem poteſtatem habentes qui ſunt in ciuitate: quia non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non
f peccet. Et quidẽm in omnes ſermones quos loquẽtur impij, ne dederis cor tuũ, vt nõ audias ſeruum tuum maledicẽtẽ tibi. Etenim frequẽter ſcit cor tuũ, q̃a & tu maledixiſti alijs.

Omnia autẽ ait: Ne moriaris in tẽpore nõ tuo. Scim⁹ Chore & Da- Num.16.e
than, & Abiron propter ſeditionẽ aduerſum Moyſen & Aa- K
ron, repentino terræ hiatu deuoratos: & ad emendationem malorũ, ante diẽ iudicij etiã in hac vita plurimos iudicatos. Quòd dicit ergo, tale eſt: Noli peccatis addere peccata, ne prouoces deũ etiã hic tibi inferre iudicium.
d ¶Bonũ eſt retinere iuſtũ, &c.) Bonũ eſt iuſtis benefacere: ſed & peccatorib⁹ benefacere, nõ iniuſtũ eſt. Bonũ eſt domeſticos fidei ſuſtẽtare: ſed & omni petenti tribuere, præceptũ eſt. Timẽs quippe deũ, & imitator conditoris ſui, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, abſq; reſpectu perſonarũ omnibus benefacere feſtinat. Aliter: Quia vita hæc miſerabilis diuerſis quotidie variatur euẽtibus: tã ad aduerſa, q̃ ad proſpera, L
iuſti animus præpareť, & poſcat domini miſericordiã: vt quodcunq; euenerit, librata mente ſuſtentet. Qui enim timet deũ, nec proſperis eleuatur, nec opprimitur aduerſis. e ¶Sapiẽtia cõfortabit &c.) Propterea ſapiẽtia cõfortat iuſtũ, & omniũ principũ ciuitatis ſuper eũ excedit auxiliũ: q̃a

contra eũ iuſtas querimonias. Hæc quoque vidi in die vanitatis meæ. Iuſtus peribit i iuſtitia ſua, & impius multo viuit tempore in malitia ſua. Noli eſſe iuſtus multum: neque plus ſapias q̃ neceſſe eſt, ne obſtupeſcas. Ne impiè agas multum: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum eſt te ſuſtentare iuſtum, ſed ab illo ne ſubtrahas manum tuam: quia qui timet deum, nihil negligit. Sapientia confortauit ſapiẽtem, ſuper decem principes ciuitatis. Nõ eſt enim homo iuſtus in terra, qui faciat bonũ, & nõ peccet. Sed & cunctis ſermonibus qui dicuntur nec accommodes cor tuum: ne fortè audias ſeruum maledicentem tibi. Scit enim conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti alijs.

Cuncta

q̃is aliq̃s iuſtus ſit: tamẽ dũ in hac carne eſt cõſtitutus, ſubiectus eſt vitijs atque peccatis, & maiore præſidio indiget.
Aliter: Decẽ qui poteſtatẽ habẽt, & in vrbe cõſiſtunt, angeli ſunt: qui ad perfectũ numerũ peruenere denarium, auxilian tur humano generi. Sed ſi q̃s cõſideret omnia auxilia, mai⁹ eſt auxiliũ ſapiẽtiæ: id eſt, domini noſtri Ieſu Chriſti. Poſtq̃ enim dixerunt angeli: Curauimus Babylonem, & non eſt ſa- Hier.51.a.
nata: relinquamus eã, & abeat vnuſq̃ſq; in terrã ſuã: tũc magiſter medicorũ ipſe deſcẽdit, & reſperſos nos ſanguine, & peccatorũ madẽtes cruore, q̃ omnẽ ſubſtantiã noſtrã expen Luc. 8.f.
deramus in medicos, tactu fimbriæ ſuæ ſanauit. Sanauit aũt M
in ciuitate, hoc eſt, in mundo iſto: & confortabit ſapientem, ſiue (vt Lxx. trãſtulerũt) adiuuabit. Omni enim q̃ habet, dabit ei & adijcietur. Quia aũt indiguit homo poſit⁹ in pctis, & infixus in limo profundi peccati, maiore auxilio: idcirco venit ipſa ſapientia. Aliter: Suprà dixerat, & domeſticis & alienis bene eſſe faciẽdũ. Poterat ergo aliq̃s reſpõdere: Si omnibus benefacere voluero, nõ habeo vnde faciã. Nec poteſt iuſtus tãtas habere diuitias, quę ſolẽt magis peccatorib⁹ abũ dare: Propterea nũc ait: Quos nõ potes opib⁹, cõſilio adiua: ſolatio foue. Plus enim potes i anguſtia cõſtituto præſtare ſapiẽtia, q̃ quilibet maximæ poteſtatis. Et hoc ipſum cũ prudẽtia facito. Grãdis q̃ppe libra iuſtitię eſt: & cui, & q̃tũ, & q̃diu, & quali vel i re, vel in cõſilio tribuere. f ¶Et q̃dẽ &c.) Fac quę præcepta ſũt tibi, & ſapiẽtiæ auxilio cõfortat⁹, vel ad bona, vel ad mala præpara cor tuũ, & nõ cures qd de te loquant inimici, qualis foris opinio ſit. Q̃o enim prudẽtis viri eſt, murmurãtẽ famulũ non audire, nec curioſẽ aurẽ apponere, qd de ſe loquat abſente: ſi enim hoc fecerit, ſemp in tribulatione erit, & ad muſſitationẽ ſerui iracũdia cõmouebit: ſic & ſapiẽtis hoĩs eſt ſapiẽtiã præuiã ſeq̃, & vanos nõ cõſiderare rumores. Sed & alio exẽplo docet penit⁹ non curãdũ iuſto homini qd homines loquant, dicens: Quomodo

nouit

A nouit conſcientia tua quòd tu de multis locutus es, & ſæpe alijs detraxiſti: ſic & alijs debes ignoſcere detrahentibus. Et ſimul docet non facilè iudicandum, & habentẽ trabẽ in oculo, de feſtuca alterius non loquendũ. a ¶ Omnia hæc tentaui in ſapientia, &c.) Dicit ſe, vt Regnorum quoq; teſtãtur libri, vltra omnes homines quæſiſſe ſapientiam, & tentaſſe ad finẽ illi⁹ puenire. Sed quãto plus quæſierit, tãto minus reperiſſe, & in mediam dimerſum caliginem, tenebris ignorãtiæ circundatũ. Aliter: Vir q eruditus fuerit in ſcripturis: quãto plus ſcire cœperit, tãto ei ĩ his quotidie oritur maior obſcuritas. Aliter: Contemplatio ſapiẽtię in hac vita in ſpeculo videtur, & in imagine: cũ cognouero faB cie ad faciem eius noticiam reuelandam: tunc liquidò recognoſcam, longè me nunc ab eius noticia diſſidere.

b ¶ Circuiui ego cor meum, vt ſcirem &c.) Pro eo quòd Lxx. poſuerũt: ἐκύκλωσα ἐγὼ καὶ ἡ καρδία μου τοῦ γνῶναι, id eſt: Circuiui ego & cor meum vt cognoſcerem: Symmach⁹ interpretatus eſt dicens: Pertrãſiui vniuerſa ſenſu meo, ſcire, & diſcere, & inueſtigare. Quia igit̃ ſuprà Eccleſiaſtes dixerat, omnia ſe in ſapientia pertentaſſe: & quãto plus eam inquiſierit, tanto illam longius refugiſſe: Nunc ait etiã illud in ſua ſe quęſiſſe ſapientia, quòd in reb⁹ humanis malum, C vniuerſa antecedat mala: & quæ res impietatis, ſtultitiæ, erroris, vecordiæ teneat principatum. Et dicit ſe omnium ma
Roma.5. lorum caput mulierẽ reperiſſe: Quia & per illã mors in orbem terrarũ introijt, & precioſas animas virorũ capit. Omnes quippe adulterantes, quaſi cliban⁹ corda eorum, quæ facit adoleſcẽtiũ euolare corda. Et cùm in mentẽ miſeri amatoris inciderit, trahit eũ in præceps: nec antè pedes ſuos reſpicere patitur: ſed quaſi laqueus & ſagena cor adoleſcentis innectit. Vincula ſunt man⁹ eius. Pro quo Aquila iterpretatus eſt: Vinctæ ſunt manus eius: quod Hebraica lingua dicitur: אֲסוּרִים יָדֶיהָ. Suadere enim poteſt, vim facere non poteſt: nec ad ſe nolentes compellere. Iuſtus qui fuerit & bon⁹ coram deo, eruetur ab ea: peccator verò capt⁹ deducetur ad mortem. Non putemus temerè hanc Salomonẽ de omni genere mulierum protuliſſe ſententiam: quòd expertus eſt, loquitur. Ideo quippe offendit deum: quia captus eſt à mulieribus. Et hæc ſecundum literam. Cæterùm iuxta intelligentiam ſpiritualem: aut omne generaliter peccatum, mulierẽ nominamus & iniquitatẽ, quæ ſub ſpecie mulieris ſedet in
Zach.5.c. Zacharia ſuper plumbi talentum: aut diabolum τροπικῶς mulierem accipimus, propter effœminatas vires: aut certè idololatriã, & vt propius accedamus, hæreticorum eccleſiã, quæ inſipientem ſenſu ad ſe vocat, vt panes furtiuos, & aquã furtiuam, hoc eſt, falſum ſacramẽtum, & pollutũ baptiſmũ D indoctus accipiat. c ¶ Ecce hoc inueni dixit Eccleſiaſtes, vnam &c.) Hoc, inquit, reperi, vniuerſa diligenter euentilãs, & paulatim peccando, & ad vnum delictũ aliud apponẽdo, grandẽ nobis ſummã efficimus peccatorum. Heſebon quippe, quod oẽs voce cõſona λογισμοὺς, trãſtulerunt ſecũdum Hebræi ſermonis ambiguitatẽ, & numerũ poſſum⁹, & ſummã, & rationem, & cogitationẽ dicere. Sed & hoc ait: requiſiuit anima mea, an recta mulier inueniat. Et cũ vix paucos de viris bonos iuenerim: ita vt de mille vnũ potuerim inuenire: mulierẽ bonã omnino iuenire nõ potui. Omnes enim me ad luxuriã, & nõ ad virtutẽ deduxerunt. Et quia apE poſitũ eſt cor hominũ Gene.8.d. diligenter ad malitiam ab adoleſcentia, & penè omnes offenderũt deũ: in hac ruina generis humani, facilior ad caſũ eſt mulier. De qua poẽ Vergil.4. ta gentilis ait: Varium Aeneid. & mutabile ſemper fœmina. Et Apoſtol⁹: Sẽper, ait, diſcẽtes, & nũquã ad ſcientiã veritatis peruenientes. Et ne 2 Tim.3.b videretur cõmunẽ hominum damnare naturam, & deum autorem mali facere, dum taliũ cõditor eſt qui malum vitare non poſſunt: argutè precauit & ait: bonos nos à deo creatos: ſed quia libero ſum⁹ arbitrio derelicti, vitio noſtro ad peiora labimur: dũ maiora quærimus, & vltra vires noſtras F varia cogitamus. Aliter: Quotidie mecũ vniuſcuiuſq; rei rationẽ ponens, nullum inuenire cogitatũ potui, qui nõ cogitatione peruerſa extrinſecus turbaretur. In mille autem viris inueni hominem, qui iuxta imaginẽ conditoris eſt conditus: & in mille nõ quibuſlibet, ſed viris: quorum numerum mulier nõ potuit implere. Et in mille qui non appropinquauerunt ad mulierem: & propterea puriſſimi permãſerũt. Hæc omnia Tropologicè accipienda. In multis quippe ſtudioſis Tropo- & quotidiana meditatiõe ſudantibus, vix inueniẽ cogitatus log. purus, & viri dignus vocabulo. Poſſumus & cogitat⁹ pro viris accipere, mulieres pro operibus: & dicere, quòd difficilè cogitatio alicuius pura inueniri queat. Opera verò quia per corpus adminiſtrent, aliquo ſemp errore cõmixta ſint. Pro eo autem quòd ſupra ſermonẽ Hebræum interpretantes diximus: Vnam ad vnã, vt inueniatur numerus, ſiue ſumma, ſiue ratio, aut cogitatio: aptius interpretatus eſt Symmachus, vnã ad vnã inuenire rationẽ. Quod enim nos ſolemus abſolutè & neutraliter appellare, id eſt, hoc quæſiui, illud volui iuenire: Hebræi fœminino genere pronũciãt, ſicut ĩ pſalmo: Vnam petij à domino, hanc requirã: pro eo quod eſt, vnum. Pſal.26.b.

Caput VIII.

d QVis ita vt ſapiens, & quis nouit ſolutionem verbi? Sapientia hoĩs illuminabit &c.) Suprà docuerat difficilè bonum

Cuncta tentaui in ſapientia. Dixi ſapiens efficiar, & ipſa lõgi⁹ receſſit à me, multo magis quàm erat. Et alta profunditas, quis inueniet eã? Luſtraui vniuerſa animo meo: vt ſcirẽ & conſiderarem, & quęrerem ſapientiam & rationem, & vt cognoſcerẽ impietatem ſtulti & errorem imprudentium. Et inueni amariorem morte mulierẽ, quæ laqueus venatorũ eſt, & ſagena cor eius. Vincula ſunt manus illi⁹. Qui placet deo, effugiet illam: qui autẽ peccator eſt, capietur ab illa. Ecce hoc, inueni dixit Eccleſiaſtes: vnũ & alterũ: vt inuenirẽ rationem quã adhuc quærit anima mea, & nõ inueni. Virum de mille vnũ reperi: mulierem ex omnib⁹ non inueni. Solummodo hoc iueni: quòd fecerit de⁹ hominem rectũ, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quęſtionibus. Quis talis vt ſapiens eſt? Et quis cognouit ſolutionem verbi?

Caput VIII.

SApientia hominis lucet in vultu eius: & potentiſſimus faciem illius commutabit.

Ego os

G cilè bonum hominem inueníri, & venientem contrà eliserat quæstionem: à deo bonos homines conditos, sed sponte sua ad peccatum delapsos: nunc quid boni homini dederit deus, quasi gloriabundus, enumerat: sapientiam scilicet, atque rationē prouidentiæ, occulta dei nosse mysteria, & arcana eius sensu cordis intrare.

Obliquè autē de se loquitur, quòd nemo ita fuerit sapiēs vt ipse, & nullus sic fecerit problematū solutiones, & sapientia eius à cuncto laudata sit populo, quæ non solum intrinsecus latuerit, sed & ī superficie corporis & specu lo vultus eluxerit: vtráque omnes homines prudentiam mentis in facie sua pinxerit. Lxx. pro eo quod nos posui mus: Quis ita vt sapiens: transtulerunt: τίς ὥδε σοφὸς: id est, qs
H nouit sapientes. Et pro eo quod nos diximus: Et fortis faciem suam cōmutabit: posuerunt, Ⓒ ἀναιδὴς προσώπου αὐτοῦ μισηθήσεται: id est, & impudens vultu suo odietur. Et reuera cùm multi sint qui sapientiam repromittāt: difficilè inuenitur qui discernere queat virū sapientem ab his qui videntur esse sapientes. Et cùm sint plurimi qui scripturarum occulta dicantur posse soluere: rarus est qui veram inueniat solutionē. Quòd autem sequitur: Sapientia hominis illuminabit vultum eius, & improbus facie sua odietur: ita possumus explanare, vt Pauli verbo dicamus: Nos autem omnes reuelata fa
2.Cor.3.d Psal.4.b. cie gloriam dei contemplātes. Et psalmistæ canentis: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Sapientiam autem hìc hominis non aliam esse dicit, absque sapientia dei. Quæ cùm sapientia dei sit, iuxta possibilitatem capacitatis hominis eius esse incipit qui se habere meruerit. Omnis hæreticus & falsum dogma defendens, impudenti vultu est, & odietur. Denique Marcion & Valentinus melioris se dicunt
I naturæ esse quàm conditor est. Et hoc posset aliqua ex parte ferri si spem se huius rei habere contenderent, & non iam possidere naturam. a ¶ Ego os regis custodio, &c.) Vi-
Titū.3.d. detur mihi quidem præcipere iuxta Apostolum, regibus & potestatibus obsequendum: maximè Lxx. interpretibus imperatiuo modo dicētibus: σόμα βασιλέως φύλαξον, id est, os regis custodi. Sed ego puto de illo rege nunc dici, de quo
Psal.20.a. Dauid ait: Domine in virtute tua lætabitur rex. Et in alio loco: vt patris & filij regnum vnum significet, scriptura com-
Ibid.71.a. memorat: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuā fi-
Ioan.5.d. lio regis. Non enim iudicat pater quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui rex filius deus, patris regis est filius. Huius itaque filij custodienda præcepta sunt, huius volūtati parendum. Et hoc est quod in Tobiæ libro scribitur: My
Tobiæ.12. b sterium regis abscondere bonum est. Et præcipuè monet ne tractemus quare deus vnumquodque præceperit: sed quodcunq; viderit esse mandatum, hoc pia mens hominis implere festinet: Et sit in lege domini volūtas ei⁹. Quia verò Lxx.
Psal.1. aliter transtulerūt dicentes: Ⓒ πᾶν λόγον ὅρκου θεοῦ μὴ ὑπερβάσῃς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ ποιεῖσθαι: id est, & de verbo iuramenti dei ne festines à facie eius ambulare. Sciēdum iuramentum dei in diuinis voluminibus esse cōscriptū. Hoc itaque iuramentum, de dei verbo sacrū & arcanū, non debem⁹ quibuscunq; narrare & proferre in medium, & citam de eo

a Egō os regis custodio, & loquelam iuramēti dei. Ne festines à facie eius abire: & ne stes in verbo malo: quoniam omne quod voluerit faciet. Sicut dixerit rex, potestatem habet: & quis dicet ei, quid facis?

b Qui custodit mandatum, non cognoscet verbū malum: & temp⁹ & iudicium cognoscit cor sapientis.

c Quia omni negocio est tēpus & iudicium. Afflictio quippe hominis multa super eum: quia nescit quod futurum est: sicut enim e-

d rit qs annunciabit ei? Nōn est homo potestatē habēs in spiritū, vt prohibeat spiritum: & non est potens in die mortis, & non est emissio in die belli: & nō saluabit impietas habentem se.

Omnia

proferre sententiam: Neq; vt Moyses festines videre faciem K
dei, sed tādiu sustine donec ipse pertranseat, & tantum eius Exod.33.d
posteriora conspicias. Necnon & illud quod sequit: Ne stes in verbo malo &c. super eo intelligam⁹ qui hæreseos errore præuentus est: vel super illo qui cùm ecclesiæ fidē habeat:

Ego os regis obseruo, & præcepta iuramēti dei. Ne festines recedere à facie eius: neq; permaneas ī opere malo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est. Nec dicere ei quisquam potest: quare ita facis? Qui custodit præceptum: non experietur quicquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Omni negocio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio. Nō est in hominis potestate prohibere spiritū: nec habet potestatē in die mortis: nec sinit quiescere ingruēte bello: neque saluabit ipietas impium.

Omnia

tamē peccatis vincitur vt nō sit fidelis. Ne pseueres in detractione, nec ī turpiloquio, luxuria, auaricia, libidine. Quòd si perseueraueris: rex vitiorum atque peccati diabol⁹ operabitur perditionē in te, & faciet quodcunq; voluerit. b ¶ Qui custodit mandatum &c.) Notandū quòd, non cognoscet verbum malū, positū est pro eo quod est, nō patietur, aut nō erit in eo. Siquidem & de saluatore sic scriptū
2.Cor.5.d est: Qui non nouerat peccatū, pro nobis pec
L catum fecit. Pro verbo quoq;, Symmachus rē, interpretatus est dicēs: Qui custodierit mandatū, non experietur rē malam. Præcepit autē, regis imperium: id est, Christi cōseruandum, & scire qd, & quare, & quo tempore, iubeat. c ¶ Quia omni negocio est tēpus &c.) Licèt diuersa eueniant, & non possit iustus scire quid ei futurum sit: nec singularum rerum causas rationesq; cognoscere: Nemo enim est conscius futurorum: tamen scit à deo cuncta in vtilitatē hominū fieri, & non absq; eius voluntate disponi. Est enim magna afflictio generi humano, quia vt poēta ait: Nescia mens »
hominū fati sortisq; futuræ: aliud sperat, aliudq; euenit: de »
altero loco expectat hostē, & alteri⁹ iaculo vulneratur. Pro eo autem quod Lxx. interpretes & Theodotio dixerunt, ὅτι γνῶσις τοῦ ἀνθρώπου ὅτι πολλὴ ἐπ' αὐτόν: id est, quia scientia hominis multa super eū: in Hebræo malitiam habet, non scientiā, sed quia ר res & ד daleth literæ Hebraicæ excepto paruo apice similes sunt, pro רָעָה legerunt רֵעָה: id est, pro M
malitia, scientiā. Hoc melius sciet qui eiusdē linguæ habuerit notitiā. Illud quoq; quod in fine horū versuum scriptū est: Quia nescit quod factū sit: & quid futurū sit post eum, quis annunciabit ei: de verbo ad verbū nunc ex sermone Hebræo transtulimus, vt esse sensum alterum nouerimus: quòd scilicet nec ea quæ præterierunt scire possumus, nec ea quæ futura sunt, ita vt sunt futura, cognoscere. d ¶ Nō est homo potestatē habens in spiritum, &c.) Non est in potestate anima nostra ne auferatur à nobis, & egredientem ad imperium domini spiritum prohibere. Nihil prodest ora cōcludere, & vitam retinere fugientem. Cumq; interitus, inimicus vitæ nostræ & hostis aduenerit: inducias accipere nō possum⁹. Nec reges quondā in seculo, & oīa nostra impietate vastātes, obuias morti ferre manus: sed in cinerē terrāq; soluemur. Nō est ergo lugēdū si futura scire non possum⁹, & sæpe ab iniquis potētiorib⁹ opprimamur, cū morte oīa finiant, & supbus & potēs qui cūcta populat⁹ est, nō valeat animā suā retinere cùm rapit. Aliter: Spiritus, qui vniuersa dispensat, non potest à quoq; hominū prohiberi, & leges accipere spirandi. De quo & suprà dictū est: Gyrans gyrando vadit spi- Suprà.1.a.
ritus. In die mortis non sumus potentes: in die enim vitæ facilè vitatur inimicus. Similiter qui in bello est, & dei pacem non habet, quæ superat omnē intellectū: nō habebit emissionē, de qua sponsæ dicit: Emissiones tuæ paradisus malorum Cant.4.d
granatorum

granatorum cum fructu pomorum. Et quia impietas nō ſaluabit habentem ſe: pietas è regione ſaluabit. Poteſt impietas diabolus appellari, & pietas dominus noſter Ieſus Chriſtus.

a ¶ Omnia hæc vidi &c.) Dedi, inquit, cor meum vt omne quod ſub ſole geritur intuerer: & hoc vel maximè, quòd homo accepit in homines poteſtatem, vt quoſcūque vult affligat atque condemnet. Cùm itaq; mentem meam ad hæc intuēda dirigerem: vidi impios cum tali opiniōe mortuos & ſic ſepultos, vt ſācti ęſtimarentur in terra: qui & cùm viuerēt putabantur digni eſſe eccleſiæ principes, & tēplo dei: & inſuper ambulantes tumidi, laudabantur in malis ſuis. Sicut ſcriptum eſt: Laudatur enim peccator ī deſiderijs animæ ſuæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Hoc autem propterea euenit: quia nemo peccantibus epiſcopis audet contradicere: nec ſtatim deus ſcelus vlciſcitur, ſed differt pœnam dum expectat pœnitentiam. Peccatores autem, quia nō ſtatim arguti atq; correpti ſunt: putātes nequaquam futurum eſſe iudiciū, in ſcelere perſeuerāt. Poſſumus hoc teſtimonium accipere aduerſ⁹ epiſcopos, qui acceperunt in eccleſia poteſtatem, & ſcandalizant eos magis, quos docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter poſt mortē laudantur in eccleſia, & beati in his quæ non probabiliter fecerāt, publicè ſiue à ſucceſſoribus, ſiue à populis prædicantur. Et hoc itaque vanū eſt: quia non vt egerunt ſic audiunt: nec ſtatim corripiuntur in peccato ſuo. Nemo quippe audet accuſare maiorem: propterea quaſi ſancti & beati, & in præceptis domini ambulantes, augēt peccata peccatis. Difficilis eſt accuſatio in epiſcopum. Si enim peccauerit, non creditur: & ſi conuictus fuerit, non punitur. b ¶ Quia peccator facit malū centies &c.) Ex eo quòd peccanti plurimum, hoc quippe ſignificat centies, dat deus locum pœnitentiæ: non eū ſtatim punit in ſcelere, ſed expectat vt conuertatur ab iniquitate ſua: Ego intelligo quàm benignus & miſericors ſuper eos futurus ſit de⁹, qui habent timorem eius, & ad verbum illius contremiſcūt. Symmachus hunc locum ita tranſtulit: Peccans enim malus mortuus eſt, lōga ætate † cōceſſa ei. Porrò ego ſcio quia erit bene timentibus deum qui timuerunt à facie eius. Bonū verò non erit iniquo, neque longo ſupererit tempore: quia nō timuit à facie dei. Et quia manifeſtum eſt quid iſte tranſtulerit: hoc dicēdum eſt quod verbum Hebraicum כִּאֲשֶׁר, quòd Lxx. ἀπὸ τότε: id eſt, ex tunc, tranſtulerunt, & nos cēties poſuimus: Aquila & Symmachus & Theodotio, mortuus eſt interpretati ſunt: vt ſi quis peccauit & fecit malum, mortu⁹ eſt: in eo enim quòd peccauit, ſtatim mortuus eſt. Si autem iuxta Lxx. interpretes, pro eo quod eſt, mortuus eſt, legerimus, ex tunc: iuxta quoſdam hic erit ſenſus: Peccator non tunc primùm peccat quando videtur facere peccatum, ſed ſam antè peccauit. Abalienati ſunt enim peccatores à vulua, errauerunt à ventre, & quærunt hoc quod ſequitur: locuti ſunt falſa: quomodo poſſit exponi: ſimplex enim intelligentia habere conſequentiam non videtur. Paruulos peccatores ſtatim vt de vulua eiecti ſunt mendacium loqui.

c ¶ Et bonum non ſit impio: & non prolōget dies quaſi vmbra qui nō timet &c.) Imprecatur malè his qui non habent timorem dei: & optat ne diu differantur à pœna, ſed ſtatim morte ſubtracti, cruciatus recipiant quos merentur. Simile quid & Apoſtolus loquitur: Vtinam præcidantur qui vos conturbant. Et alibi: Alexander ærarius multa mihi mala oſtendit: reddat illi dominus ſecundum opera eius. Quæ quomodo clemēter dicta ſint, requirendū eſt. Hæc iuxta ſenſus Hebraici veritatē. Si quis verò Lxx. interpretes ſequitur: qui quaſi ab alio ſenſu incipiētes dixerunt: Et ego cognoſco quia erit bonum timentibus deū vt timeant à facie eius, & bonū non erit impio, & non prolongabit dies in vmbra: quia nō eſt timens à facie dei: Hoc poterit dicere. Fiēt quidem & illa de quib⁹ paulo antè tractaui: ego tamen manifeſtiſſimè cognoſco, quia bene erit his qui timēt à facie dei. Vultus enī domini ſuper facientes mala: Et impio nō erit bene: nō enim timet à facie dei: & nō prolongabit dies ī vmbra: hoc eſt dies vitę ſuę, qui quaſi vmbra viuentibus ſunt. Non enim hī qui multo tēpore viuunt, prolongāt dies ſuos: ſed qui grandes eos faciūt bonorum operum magnitudine. Vnde & Iacob quaſi ſe peccatorē cōfitens dicit: Parui & mali dies mei: ſicut & in pſalmo confitens: Dies, inquit, mei ſicut vmbra declinauerūt: & ego ſicut fœnum arui. Nō quòd longam vitam quæſierit in præſenti: in quo omne quod viuimus breue & vmbra eſt, & imago: In imagine enim perambulat homo: ſed quod de futuro timeat, nē longitudo vitæ ipſius vbi vera eſt vita breuietur. d ¶ Eſt vanitas quæ fit ſuper terrā, &c.) Inter cæteras vanitates quæ in mundo vario feruntur euentu, etiam hoc deprehendi: quòd iuſtis ea frequenter eueniunt quæ impijs euenire debuerant: & impij tam feliciter in hoc mundo degunt, vt eos putes eſſe iuſtiſſimos. Docet exēplum euāgelicum diuitis purpurati, & pauperis Lazari. Septuageſimus quoque ſecundus pſalmus de hac re diſputat: cur iuſtis interdum mala, & impijs eueniant bona. Pro eo autem quòd nos poſuimus: Eſt vanitas quæ fit ſuper terram: Symmach⁹ abſolutè tranſtulit dicens: Eſt difficile cognitu quod fit ſup terrā. Hebræi, iuſtos quibus eueniūt mala, & impios quibus accidunt opera iuſtorum, filios Aaron interpretātur & Manaſſen: quòd illi ſacrificātes perierint: & iſte poſt tāta mala & captiuitatē in imperiū reſtitutus ſit. e ¶ Et laudaui ego lætitiā &c.) Hoc pleni⁹ ſuprà iterpretati ſumus: & nūc ſtrictim dicimus: licet breuē & citò finiēdā præferre eū veſcēdi & bibēdi voluptatē āguſtijs ſeculi, & his quę fieri videnē iiquè ī mūdo: q ſolū hoc homo de labore ſuo habere videat, ſi vel modico

Pſal. 9. d.

† longanimitate.

Omnia hęc cōſideraui: dedi cor meū in cunctis operibus quę fiūt ſub ſole. Interdū dominat homo homini in malū ſuū. Vidi impios ſepultos, qui etiā cùm adhuc viuerēt: in loco ſancto erāt, & laudabantur in ciuitate quaſi iuſtorū operū. Sed & hoc vanitas eſt. Etenim quia nō profertur citò cōtra malos ſentētia: abſq; timore vllo filij hominū perpetrāt mala. Attamē peccator ex eo quòd cēties facit malū, & per patientiā ſuſtētat: ego cognoui quòd erit bonū timētib⁹ deum: q verent faciem ei⁹. Nō ſit bonū impio nec prolongentur dies ei⁹, ſed quaſi vmbra tranſeāt qui non timent faciem domini. Et eſt alia vanitas, quæ fit ſuper terram. Sunt iuſti quibus mala proueniunt, quaſi opa egerint impiorum: & ſunt impij qui ita ſecuri ſunt, quaſi iuſtorum facta habeant. Sed & hoc vaniſſimum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quòd

Pſal. 33. c.

Gal. 5. b.

2 Tim. 4. c

Gen. 47. b

Pſal. 101. b

Pſal. 38. b.

Luc. 16. c.

G vel modico fruatur refrigerio. Verùm hęc interpretatio ie-
Matt.5.a. iunantes, esurientes, sitientes atq; lugẽtes: quos beatos in euã
gelio domin⁹ vocat: si sic accipitur vt scriptum est, miseros
approbabit. Et cibum itaq; & potũ spiritualiter accipiam⁹,
& super eis lætitiã quam in labore vitæ nostræ vix possum⁹
inuenire. Quòd autem
hæc ita sentiẽda sint vt
diximus: demõstrat se-
quens versicul⁹, in quo
ait: Dedi cor meũ vt vi
derẽ sapientiam & oc-
cupationẽ: quòd scili-
cet occupentur homi-
nes super terrã, & die-
b⁹ ac noctib⁹ in scriptu
rarum meditatiõe ver-
sentur: ita vt plerũque
pro inuestigatione veri
ab oculis somn⁹ aufugi
at. a ¶Quapropter
dedi cor meũ vt cogno
scerem sapientiã &c.)
Qui quærit causas ra-
tionesq; rerum: quare
H hoc vel illud factũ sit:
& quare mundus varijs
gubernet euẽtibus: cur
alius cæcus, alius debi-
lis, alius videns nascat
& san⁹: hic paupertatẽ
habeat, ille diuitias: iste
sit nobilis, ille inglori⁹:
Nihil aliud proficit, ni
si in sua tantũ quæstio-
ne torqueri, & disputa
tionẽ pro tormẽto ha-
bere, nec tamẽ inueni-
re quod quærit. Et cùm
hæc dixerit se cogno-
uisse: tunc ignorationis
habere principiũ & in
profũdo errore versa-
ri: subostẽdit tamẽ esse
causas rerũ omnium &
iustitiã: quare vnũqq̃q;
sic fiat: sed i occulto eas
latere, & nõ posse ab ho
minibus comprehendi.

I Caput IX.

b OMne hoc dedi in
corde meo vt cõ
siderarem vni-
uersa &c.) Etiam hunc
locum Symmachus ma
nifesti⁹ iterpretat⁹ est,
dicens: Oía hæc ita sta-
tui in corde meo vt vẽ-
tilarẽ vniuersa: quia &
iusti & sapiẽtes & ope-
ra eorũ i manu dei sũt.
Et insuper neq; amici-
tias neq; inimicitias scit
homo: sed omnia corã eis incerta: propterea quòd omnibus
eueniunt similia iusto & iniusto. Porrò hic sensus est: Etiam
in hoc dedi cor meũ, & scire volui quos deus diligeret, quos
odisset: & inueni iustorũ quidem opera in manu dei esse: &
tamen vtrũ amentur à deo an non, nunc eos scire nõ posse, &
ambiguo fluctuare: vtrũ ad probationẽ sustineant quæ susti
nent, an ad supplicium. In futuro igitur sciẽt, & in vultu eo-
rum sunt omnia: id est antecedit eos cùm de vita hac decesserint
notícia istius rei: quia tunc est iudiciũ, nunc certamẽ.
Et quicunque aduersa sustinent: vtrum per amorem dei su-
stineant, vt Iob: an per odium, vt plurimi peccatores, nũc ha- K
betur incertum. c ¶In omnibus euẽtus vnus: iusto & im-
pio, bono & malo &c.) Ea quæ per se nec bona nec mala sũt,
sed à sapientibus huius seculi media nũcupantur: quia æqua-
liter & iustis eueniunt & iniustis, simplices quosque cõtur-
bant, cur ita eueniant:
& propterea non putãt
esse iudicium, cũ om-
nium rerum in futuro
discrimen sit: & hic cõ
fusa sint omnia. Quòd
autem ait: Euentus est
vnus omnibus, iusto &
impio, siue angustiarũ,
siue mortis, significat
euẽtum: & idcirco nec
charitatem dei eos i se
nosse nec odium. Sacri
ficans quoque & nõ sa-
crificans &c. quæ con-
traria enumerata sunt,
spiritualiter accipien-
da: secundum illud: Sa-
crificium deo spiritus Psal.50.d.
contribulatus, cor cõ- L
tritum & humiliatum
deus non &c.
d ¶Hoc est pessimum
in omni quod factũ est
sub sole: quia euentus
vnus omnibus &c.) Et
hoc apertius more suo
interpretatus est Sym-
machus dicens: Sed &
cor filiorum hominũ
replet malitia & proca
citate iuxta cor eorũ in
vita sua: Nouissima au
tem eorum veniunt ad
mortuos. Quis enim po-
test i sempiternũ per-
seuerare viuens? Eundẽ
autẽ sensum scriptura
repetit, de quo paulo
antè tractauimus: quòd
cùm oía æqualiter euen-
iãt vniuersis: & nulla
sit in bonis sustinendis M
malisve discretio: vel
certe æquali de hoc se-
culo subtrahamur euẽ
tu: nihilomin⁹ errori-
b⁹ & procacitate & ma
litia repleamur: & post
hæc omnia subito ra-
piamur interitu, nec vl
tra possimus cum viuẽ
tibus habere cõsortiũ.
Vel certe sic: Quoniã
communes angustiæ &
iustos & iniustos pre-
mũt: idcirco ad pecca-
ta homines prouocantur: & tamen post omnes conatus qui-
bus frustra nisi sunt, dum ignorant ad inferna descendunt.
e ¶Est confidentia quoniam canis viuens melior est leone
mortuo: quia viuentes sciunt quòd moriantur, & mortui
nesciunt quicquã &c.) Quia suprà dixerat, cor filiorũ ho-
minũ ipleri malitia & procacitate: & post hæc omnia mor
te finiri: nunc eadẽ complet & repetit, donec viuũt homines
eos posse fieri iustos, post mortem verò nullam boni operis
dari occasionem. Peccator enim viuens potest melior esse
iusto mortuo, si voluerit in eius transire virtutes: vel certe
eo qui

quia non est bonũ homini
sub sole nisi comedere, &
bibere, & lætari. Et ipsum
egredietur cũ eo de labore
suo diebus vitæ suæ, quos
a dedit ei de⁹ sub sole. Quapropter dedi cor meum vt
cognoscerem sapientiã, & viderem occupationẽ quæ
facta est super terrã. Quia & in die & i nocte somniũ
in oculis suis nõ est vidẽs. Et vidi omnia opera dei:
quia nõ poterit homo inuenire op⁹ quod factũ est
sub sole: in quo laborauit
homo vt quæreret & non
inueniet. Si quidem & si
dixerit sapiens se cogno-
scere, nõ poterit inuenire.

Caput IX.

b OMne hoc dedi i cor-
de meo vt considera-
rẽ vniuersa: quia iu-
sti & sapiẽtes, & opera eo-
rum in manu domini. Et
quidem charitatẽ, & qui-
dem odium: nõ est cogno-
scẽs homo omnia in facie
c eorum. In ómnibus euen-
tus vn⁹: iusto & impio, bo-
no & malo, mundo & pol-
luto, sacrificanti & non sa-
crificãti. Sic bonus vt pec
cator: sic iurans sicut iura-
d mentum timens. Hoc est
pessimũ in omni quod fa-
ctũ est sub sole: quia euen-
tus vnus omnibus. Sed &
cor filiorum hominum re-
pletum est malitia: & erro-
res in corde eorum in vita
sua: & post hæc ad mortu-
os. Quia quis est qui com
municet in omnes viuen-
e tes? Est cõfidentia, quo-
niam canis viuens meli-
or est leone mortuo: quia
viuentes sciunt quòd mo-
riantur,

quòd non esset homini bo
num sub sole, nisi quòd co
mederet, & biberet, atque
gauderet: & hoc solũ secũ
auferret de labore suo om-
nibus diebus vitæ suæ, quos
dedit ei de⁹ sub sole. Et ap
posui cor meũ, vt scirẽ sa-
pientiã, & intelligerẽ dis-
tinctionẽ, quæ versat in terra.
Est homo qui diebus & no-
ctibus somnum non capit
oculis. Et intellexi quòd
omnium operũ dei nullã
possit homo inuenire ratio-
nẽ eorum, quę fiunt sub so
le. Et quãto plus laborau
erit ad quærẽdũ, tãto min⁹
inueniat. Etiã si dixerit sa
piens se nosse, non poterit
reperire.

Caput IX.

OMnia hęc tractaui in
corde meo, vt curio-
sè intelligerem. Sunt
iusti, atque sapientes, & o-
pera eorum in manu dei.
Et tamẽ nescit homo vtrũ
amore, an odio dignus sit,
sed omnia in futurum ser-
uant incerta, eo quòd vni-
uersa equè eueniant iusto,
& ipio, bono & malo, mũ-
do & immundo, immolan
ti victimas, & sacrificia cõ
temnenti. Sicut bonus, sic
& peccator: vt periur⁹, ita
& ille qui verum deierat.
Hoc est pessimũ inter om-
nia quę sub sole fiunt, quia
eadẽ cũctis eueniunt. Vn-
de & corda filiorum homi
num implentur malitia, &
cõtẽptu in vita sua, & post
hæc ad inferos deducẽtur.
Nemo est qui semper viu-
at, & qui hui⁹ rei habeat
fiduciam. Melior est canis
viu⁹ leone mortuo. Viuen
tes enim sciunt se esse mo-
rituros,

A eo qui se in malitia,potentia, procacitate iactabat & mortuus fuerit: melior potest quis pauper esse & vilissimus. Quare quia viuentes,metu mortis possunt bona opera perpetrare:mortui verò nihil valent ad id adijcere quod semel secum tulere de vita:& obliuione obuoluta sunt omnia: iuxta illud quod ī psalmo

Psal.30.d. scriptum est: Obliuioni dat⁹ sum tanq̄ mortu⁹ à corde. Sed & dilectio eorū,& odiū,& æmulatio,& oē qđ in seculo habere potuerūt, mortis finitur aduētu: nec iustè quippe possūt agere, nec peccare, nec virtutes adijcere,nec vitia. Licèt quidam huic expositioni cōtradicāt, asserentes etiā post interitum excrescere nos posse & decrescere: & in eo quod nunc ait:Et pars non erit eis adhuc in seculo,in omni quod

riantur: & mortui nesciūt quicquā:& non est eis amplius merces. In obliuione enim venit memoria eorum. Sed & dilectio eorū, & odium eorū,& zelus eorum, iam perijt:& pars nō est eis adhuc in seculo ī omni quod fit sub sole. a Vāde & comede in lętitia panem tuū: & bibe in corde bono vinū tuum: quoniā iam cōplacuerūt deo opera tua. b In omni tempore sint vestimēta tua cādida: & oleum

B factum est sub sole: ita intelligunt, vt dicāt eos in hoc seculo & sub hoc sole,quem nos cernimus,nullam habere communionem:habere verò sub alio seculo, de quo saluator ait:

Ioan.8.c. Non sum ego de hoc mundo:& sub sole iustitiæ: & non excludi opinationem quæ cōtendit,postquā de hoc seculo migrauerimus,& offendere posse creaturas rationales & promereri. Aliter referebat mihi Hebræus versiculum istum in quo dicitur:Melior est enim canis viuens super leonē mortuum:ita apud suos exponi:vtiliorem esse q̄is indoctum,& eum qui adhuc viuat & doceat,præceptore perfecto qui iam mortuus est. Verbi causa,vt canē intelligeret vnum quēlibet de pluribus præceptorē: & leonem Moysen aut alium quēlibet prophetarum. Sed quia nobis hęc expositio non placet,

Matt.9.c. ad maiora tendamus:Et Chananæam illā,cui dictum est:Fides tua te saluam fecit: canē esse iuxta euangelium dicamus. Leonem verò mortuum,circuncisiōis populum, sicut Balaā

Num.23.d propheta dicit:Ecce popul⁹ vt catulus leonis cōsurget: & vt leo exultans. Canis ergo viuens nos sumus ex nationibus:leo autem mortuus,Iudæorum est populus à domino derelict⁹. Et melior est apud dominum iste canis viuens,quàm leo ille mortuus. Nos enim viuētes cognoscimus patrem, & filium, & spiritum sanctum:illi verò mortui nihil sciunt:neq; expectant aliquam repromissionem atq; mercedem: sed cōpleta

C est memoria eorum:Neq; ipsi meminerunt quę scire debuerant:neq; illorum iam dominus recordaturus est. Dilectio quoq; qua aliquando deum diligebāt perijt,& odium de quo

Psal.138.d audacter loquebātur:Nónne odiētes te domine odiui: & super inimícos tuos tabescebā? Nec non & zelus eorum iuxta quem Phinees zelatus est,& Mattathiæ intremuerunt populi tes. Perspicuum est autem quòd & pars eorum nō est in secu

Psal.72.d lo. Non enim possunt dicere:Pars mea dominus. a ¶ Vade & comede in lætitia panem tuum,&c.) Vsq; ad eum locū in quo ait:Sicut pisces qui tenentur in captione pessima: & sicut volucres quæ capiuntur in laqueo: similiter capientur filij hominum in tempore pessimo,cùm ceciderit sūper eos subitò. Antequā de singulis disputemus: breuiter cōstringenda sunt omnia,vt appareat quo simul sensu cuncta dicantur. Quia in superiori capitulo fuerat prælocutus,quòd postquā mortui fuerint homines,à corde viuentium excidant: & nec dilectionem quis in eos habeat nec odium:secūdū illud poē

cc tæ:Nullum cum victis certamen & æthere cassis:& quia sub sole vltrà nihil possint,nunc quasi errorem humanū & consuetudinem qua se ad frucda huius seculi bona inuicem hortantur inducit, & προσωποποιίαμ facit more rhetorum & poētarum,dicens:O homo,quia ergo post mortem nihil es, & mors ipsa nihil est:audi consilium meum:& dum viuis in hac breui vita,fruere voluptate:vtere dapibus:vino curas opprime,& intellige quoniam à deo nobis donata sunt ad vtē-

dum. Candidis vestibus ornatus incede: vnguentis spiret caput tuum: quæcunque tibi placuerit fœminarum, eius gaude complexu:& vanam hanc & breuem vitam, vana & breui voluptate percurre. Nihil enim extra hæc habebis amplius, quo possis frui. quodcunq; te delectare potest,festinus carpe ne pereat. Neque enim friuola debes formidare cōmenta, quòd singulorum operum, vel bonorum, vel malorū, apud inferos tibi reddenda est ratio. Non est enim in morte aliqua sapientia: nullus post dissolutionem vitæ hui⁹ sensus. Et hæc, inquit, aliquis loquatur Epicur⁹, & Aristippus & Cyrenaici & cęteræ pecudes philosophorum. Ego autem mecum diligenter retractans, inuenio non, vt quidā ęstimant male, omnia fortuitò gerí, & variam in rebus humanis fortu-

rituros, mortui verò nihil nouerunt amplius: nec habent vltra mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorū. Amor quoq; & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem ī hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur. Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum

D

E nam ludere,sed cuncta iudicio dei fieri. Neque enim velox pedibus, suum debet cursum putare si currat. Nec fortis in suo confidat robore, nec sapiens diuitias & opes æstimet prudentia congregari, nec eloquens & doctus per eloquentiam & doctrinam apud populum inuenire se posse gratiam,sed omnia deo fieri disponente. Et nisi ille suo cuncta arbitrio rexerit, & ædificauerit domum: inuanum laborant Psa.126.a qui ædificant eam. Nisi ille custodierit ciuitatem, inuanum vigilant,qui custodiunt eam. Non est itaque, vt illí putant vnus euentus,& incertus vitæ huius status: quia quando nō æstimant, repentina morte subducti ad iudicium venient. Et quomodo pisces hamo capiuntur & retibus: & aues per aërem liberæ laqueo dum nescíunt alligantur, sic & homines pro merito suo ad æterna supplicia deducētur, cùm repentè mors venerit,& iudicium in eos qui putabant incerto statu omnia volutarí. Hæc iuxta eum sensum quo breuiter voluimus vniuersa comprehendere: nunc quasi non ex alterius,sed ex sua persona loquatur interpretanda sunt singula. Vade comede in lætitia panem tuum &c. Quia didicisti quòd morte omnia finiantur,& in inferno non sit pœnitentia, nec aliquis ad virtutes recursus: dum in isto seculo es, festina, contende agere pœnitentiam: dum habes tempus labora. Libenter enim susćipit deus pœnitentem. Aliter:Sim-

F pliciter intellectum prodest, iuxta illud: Siue manducetis, 1.Cor.10.g siue bibatis, siue aliquid faciatis, omnia in nomine domini facite. Et in alio loco: Cum consilio vinum bibe. Non 1.Tim.5.d enim habet veram lætitiam & cor bonum qui creaturis supra modum abutitur. Melius autem est sic sentire: Cuius placuerunt opera coram deo, nequaquam indigere poterit vero pane & vino,quod calcatum est de vinea Sorech. Dato nobis itaque præcepto quod dicit:Desiderasti sapiētiam, Hiere.2.d serua mandata, & dominus ministrabit tibi eam, & seruemus mandata, & panem,& vinum spiritualia inuenire poterimus. Qui autem mandata non seruat, & in panis & vini abundantia gloriatur, dicitur ei per Esaiam: Ne dicas Esa.48.b. etiam cognosco eam, neque cognouisti, neque scis, neque à principio aperuit tibi aures: Scio enim quia contemnens contemnis. Porrò quod in Lxx. interpretibus dicitur: Δεῦρο φάγε ἐν εὐφροσύνῃ τὸν ἄρτον σου, καὶ πίε ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ οἶνον σου: id est, Veni comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bonum vinum tuum. Eius ecclesiastæ vox est,qui in euangelio loquitur: Qui sitit veniat Ioan.7.f. ad me & bibat. Et in Prouerbijs: Venite comedite panes me- Prou.9.a. os, & bibite vinum meum. b ¶ In omni tempore sint vestimenta tua candida.) Habeto, inquit, corpus mundum,& esto misericors. Vel ita: Non sit tempus in quo cādida non habeas vestimenta, caue ne quando pollutis vestibus

G stibus induaris. Populus quippe peccator in vestibus fuscis luxisse describitur. Tu autem induere lucem, & non maledictionem quæ super Iudam scripta est: Induatur maledictiõe Psal.108.c sicut vestimentum. Induere viscera misericordię, benignitatis, humilitatis, mansuetudinis, patientiæ. Et cùm expoliatus Col.3.b. fueris veterem hominẽ cum operibus eius, induere nouũ qui renouatur de die i diẽ. Quod autẽ ait: a ¶ Et oleũ de capite tuo nõ defit.) Sciendũ naturam hanc esse olei, vt & lumen alat, & fessorũ resoluat laborem. Est oleum salutare & spirituale: oleum exultationis: de Psal.44. quo scribit: Propterea vnxit te deus deus tuus b oleo exultationis præ participibus tuis. Hoc oleo vultus nostер exhilarandus est. Hoc ieiunantes ad vngendũ caput habẽt, quod peccatores habere nõ possũt, H Esaiæ.1.b. quibus dicitur: Non est malagma ponere, neq; oleũ, neq; alligaturas. Habent autẽ oleum cõtrariũ, quod vir iustus Psal.140. detestatur, dicens: Oleũ b autem peccatoris non impinguet caput meũ. Hoc oleũ hæretici habẽt, & eo cupiunt deceptorum capita perfundere. b ¶ Vide vitã cum muliere quã dilexisti &c.) Sapientiã sequere & scientiam scripturarum: & hanc tibi in coniugium Prou. 4.b copula: de qua in Prouerbijs dicitur: Ama illã & seruabit te, amplexare illã & circũdabit te. Dies autẽ vanitatis, dies huius seculi nequã significant. De quo & Apostolus non tacet. Eph.5.d. Quòd autẽ ait: Vide vitã cum muliere quam dilexisti: ambiguè dictum est, siue vide & contemplare vitã & ipse & vxor tua tecum: non enim poteris sine tali vxore solus videre vitam. Siue vtrunq; considera, & vide vitã, & mulierem diebus I vanitatis tuæ. Et pulchrè præcipit, vt in diebus vanitatis nostræ, veram vitam cum sapientia vxore quæramus. Hæc enim pars nostra est, & hic laboris fructus, si in hac vita vmbratili vitam veram inuenire valeamus. c ¶ Omnia quæ inuenit manus tua vt facias in virtute &c.) Fac quodcunque nunc potes & labora: quia cùm ad infernum descenderis, locus non erit pœnitentiæ. Huic quid simile à saluatore præ- Ioan.9.a. cipitur: Operamini dum dies est: veniet nox quando nemo poterit operari. Quod autem ait: In inferno quò tu vadis illuc. Nota vt Samuelem quoque verè in inferno credas fuisse: & ante aduentum Christi, quanuis sanctos, omnes inferni lege detẽtos. Porrò quod sancti post resurrectionem domini nequaquam teneantur in inferno, testatur Apostolus Philip.2.c dicens: Melius est dissolui & esse cum Christo. Qui autem cum Christo est, vtique non tenetur in inferno. d ¶ Conuerti me & vidi sub sole &c.) Qui vinctus est compedibus Zach.5.c. ferreis, & grauibus plumbi nexibus prægrauatur: Iniquitas enim sedet super plumbeum talentum. Et in psalmo loqui- Psal.37.a. tur: Sicut onus graue grauatæ sunt super me: non est aptus 2.Tim.4. ad cursum illum, de quo dicitur: Cursum consummaui, fi- b dem seruaui. Qui autem leuis est, & anima illius non grauatur: nihilominus & ipse absque adiutore deo ad calcem non potest peruenire. Sed & cùm prælium fuerit aduersus Hiere.6.a contrarias potestates: de quo scriptum est: Sanctificate bel-

a & oleũ de capite tuo non
b desit. Vide vitã cũ muliere quam dilexisti omnib⁹ diebus vitæ vanitatis tuę, qui dati sunt tibi sub sole: Quia hæc est pars tua in vita & in labore, quo tu la
c boras sub sole. Omniã quę inuenit manus tua vt facias, in virtute tua fac: quia non est op⁹, & cogitatio, & scientia, & sapientia in inferno, quò tu vadis illuc.
d Cõuerti me, & vidi sub sole quoniam nõ est velociũ curs⁹: nec fortiũ prælium: nec sapiẽtiũ panis: nec prudentium diuitiæ: nec scientium gratia: quoniã tẽpus
e & euentus occurret omnib⁹ illis. Et quidẽ nescit homo tẽpus suũ: quasi pisces qui retinẽtur in retiaculo malo: & sicut volucres quę colligant in laqueos: similiter corruẽt filij hominũ in tẽpore malo, cũ ceciderit
f super ipsos extẽplo. Sed & hãc vidi sapiẽtiã sub sole, & magna

& oleum de capite tuo nõ deficiat. Perfruere vita cũ vxore, quam diligis cũctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, q̃ dati sunt tibi sub sole, omni tẽpore vanitatis tuæ. Hæc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole. Q̃cunq; facere potest man⁹ tua, instãter operare, quia nec op⁹, nec ratio, nec sapiẽtia, nec scientia erũt apud inferos quò tu pperas. Verti me ad aliud, & vidi sub sole nec velociũ esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnib⁹. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplò superuenerit. Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & pro-

lum: licèt robustus, tamen propriis viribus vincere non valebit. Perfectus quoque in filijs hominum & sapiens, viuentem panem atque cœlestem habere non poterit, nisi per sapientiam cohortantem: Venite comedite panes meos. Et quoniam non desunt diuitiæ, de quibus Apostolus ait: Diuites fieri in operib⁹ bonis. Et alibi: Diuites facti estis i omni sermone & in omni scientia: Sciendum prudentem virũ has non posse diuitias congregare, nisi eas à domino acceperit, cuius ipse diuitiæ sunt. De quibus & alibi dictum est: Redemptio animæ viri, propriæ diuitiæ. Gratia quoque nisi scientiam comitata fuerit, & concessa à deo, quanuis eruditus vir, eam non poterit inuenire. Quod Paulus sciens: Plus, inquit, omnibus illis laborauí: nõ autem ego, sed L gratia dei quæ mecum est. Et iterum: Gratia eius non fuit vacua in me. Et ad extremũ nescitur ab homine quãdo tempus adueniat in quo varius euentus & finis omniũ subsequatur. Hęc secundũ ἀναγωγὴν. Cęterũ vt simplicius differam⁹: Epistola ad Romanos huic loco congruit: quia Rom.9.c. non volẽtis neque currentis, sed miserentis dei sit. Quòd autem ait: Non est sapientium panis, multorum quotidie probatur exemplo, qui cùm sapientissimi sint, necessarijs indigent. Et illud: Non est scientium gratia. Videas enim in ecclesia imperitissimos quosque florere: & quia nutrierunt frontis audaciam, & volubilitatem linguæ consecuti sunt, dum non recogitãt quid loquantur, prudentes se & eruditos arbitrantur: maximè si fauorem vulgi habuerint: qui magis dictis leuioribus dele- M ctatur & commouetur: Et econtrario eruditum virum latere in obscuro, persecutiones pati: & non solũ in populo gratiam non habere, sed inopia & egestate tabescere. Hæc autem fiunt, quia incerto statu feruntur omnia: & non est in præsenti retributio meritorũ, sed in futuro. e ¶ Et quidem nescit homo tẽpus &c.) Iam & suprà diximus, quòd dũ nesciant homines: eis aut angustiæ veniant aut interitus. Porrò secundum Allegoriã est sciendum, regnũ cœlorum simi- Matt.13.f. le esse sagenæ missæ in mari. Econtrariò habere sagenam hæreticos per quã pisces capiant ad interitum. Sagena eorũ, est sermo affabilis, blandum eloquium, simulata aut coacta ieiunia, vestis humilis, virtutum imitatio. Quòd si cœperint de superioribus disputare, & in sublime leuare os suũ, & dei altitudines quærere, laqueũ ponũt in excelsis. Quomodo igit̃ pisces & volucres citò capiuntur à tali sagena & istiusmodi laqueo: sic cũ multiplicata fuerit iniquitas & refrixerit cha- Mat.24.b ritas multorum: & signa facta fuerint atq; portẽta, ita vt seducantur si possibile est etiã electi. Sciendũ est ecclesiasticos quosq; viros, qui filij hominũ appellãtur, & sunt modicæ fidei, citò posse corruere. Notãdũ etiã quòd per totũ librum vbicũq; dicit̃, filij hominũ, in Hebręo habet בְּנֵי הָאָדָם, id est filij hominis: hoc est filij Adã. Et omnis penè scriptura hoc idiomate plena est, vniuersum genus hominũ, Adã filios vocãs. f ¶ Sed & hãc vidi sapiẽtiã sub sole, & magna est &c.)

Alijs

A Alijs omnia incerta dicentibus, & iustũ ab iniusto nihil amplius habere,ego sapientiam etiam in hoc maximam cõprobaui,quòd crebrius euenit vt parua sit ciuitas,& habitatores pauci in ea,& innumerabilium hostium cingatur exercitu,& ab obsidione & fame populus intus necetur:& repentè cõtra omniũ suspicionẽ inueniri virum humilem & pauperem,qui habet sapientiam maiorem cunctis diuitib⁹, magnis & potentibus & superbis ĩ periculo positis: & ad obsidionem pauentib⁹, cogitat & inquirit & inuenit quomodo à malis eruat ciuitatem. Et ô ingrata hominũ oblivio,postq̃ fuerint liberati, & soluta captiuitas, & reddita patriæ libertas: nemo meminit sapientis illius pauperis,nemo refert gratias pro salute, sed omnes B honorãt diuites, qui in periculo nihil subuenire potuerũt. Aliter Hebræus hunc locũ interpretat⁹ est.Ciuitas parua,homo est, ĩquit, qui etiã apud philosophos mundus minor vocat, Et viri pauci in ea,mẽbra de quibus ipse homo cõtexitur. Cùm autem venerit aduersus eã rex magnus diabol⁹ (diabolus serpẽs est lubricus:cuius si capiti,id est primæ suggestioni nõ resistitur, totus interna cordis dũ nõ sentitur illabitur,tẽtationum diabolicarum initia flagitia sunt: Psal.73.c. non est immissor,sed incensor vitiorũ. Vnde Dauid: Tu fregisti caput draconis⁹)& quæsierit locum per quem possit irrumpere,inuenitur in ea humilis & sapiens & quietus interioris hominis sensus:& eruet vrbem quæ obsessa ab hostiC bus cingebatur. Cumq; homo de periculo siue persecutiõis, siue angustiarũ,siue cuiuscunq; aduersæ rei atq; peccati fuerit erutus:homo ille exterior qui inimicus est illius pauperis hominis & sapientis,non recordatur interioris hominis: nec subdit se consilijs eius,sed rursum sua fruitur libera voluntate. Aliter:Parua ciuitas est,& viri in ea pauci, ad comparationẽ totius mundi,ecclesia est,aduersus quam sæpe consurgit rex magn⁹ diabolus:nõ quòd magnus sit,sed quòd magnum se esse iactet,& circundat eam obsidione siue persecutionis,siue alio angustiarum genere. Et inuenit in ea virum pauperem & sapientem,dominũ Iesum Christũ,qui pro no-
2.Cor.8.b bis pauper factus est:& est ipsa sapientia,& ille vir pauper liberat vrbem in sapientia sua.Quotiẽs videmus sedentẽ leonẽ in insidijs cum diuitibus,hoc est cum senatoribus & principibus huius seculi,& aduersus ecclesiã molientem, pauperis istius sapientia corruisse?Cũq; pauper hic vicerit,& vrbs paci fuerit restituta,vix aliquis eius meminit, vix illius mandata considerat, sed totos se luxuriæ & voluptatibus concedentes quærunt diuitias,quæ in necessitate non liberant.

a ¶Et dixi ego meliorem esse sapientiam super fortitudine &c.)Quanquam nullus meminerit sapientis pauperis illius cùm læta sint omnia,sed vniuersi diuitias & potentiam admirentur:Ego tamen secũdum omnes interpretationes magis honoro contemptam sapientiam,& verba quę nullus audire dignatur. b ¶Verba sapientium in quiete audiuntur &c.)Quemcunque videris in ecclesia declamatorem,& D cum quodam lenocinio ac venustate verborũ excitare plausus,ac risus excutere,audientes in affectus lætitiæ concitare: scito signum esse insipientię,tam eius qui loquitur,quam eorum qui audiunt. Verba quippe sapientium in quiete & moderato audiuntur silẽtio: qui verò insipiens est, quanuis sit potens, & clamorẽ siue suę vocis, siue populi habeat acclamantis, inter insipientes computabitur. c ¶Melior est sapientia super vasa belli: & peccãs vnus perdet bonitatẽ &c.) Nũc quoq; sapientiam prętert fortitudini,& dicit plus eã valere in prælijs,quam arma pugnantium. Quòd si vnus insipiens fuerit, quanuis paruus & nihil sit: crebrò tamen per illius stultitiam, opes magnas diuitiasque subuerti. E Quia verò in Hebræo potest legi:Et qui peccat vnũ, perdet bonitatem multam : etiam sic sentiendum est, quòd propter vnum peccatum, multę iustitię retrò pereant:& inuicem se virtutes sequi : & qui vnã habuerit, habere omnes. Et qui in vno pec- Iaco.2.b. cauerit, eum omnibus vitijs subiacere.

Incluſa hęc nõ habẽt in veteri exemplari.

& magna est apud me. Ciuitas parua & viri pauci ĩ ea:& venit ad eam rex magnus & circundedit eã : & ædificauit aduersus eã machinam magnam. Et inuenit in ea virum pauperem & sapientẽ: & saluauit hic ciuitatem in sapiẽtia sua: & homo nõ recordatus est hominis pauperis illius.

a Et dixi egõ meliorem esse sapientiam super fortitudine & sapientia pauperis quæ despecta est: & verba eius quæ non sunt audita.

b Verba sapientium inquietè audiũtur,plusquam clamor potestatem habentis

c in stultis. Melior est sapientia super vasa belli: & peccans vnus perdet bonitatem multam. Cap. X.

d MVscæ morituręq; exterminant oleũ cõpositionis:preciosa est super sapientiã & gloe riã stultitia parua. Cor sapiẽtis in dextera ei⁹:& cor stulti in sinistra illi⁹. Sed & in via cùm stultus ãbulat, cor

& probaui maximam. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit cõtra eam rex magnus,& vallauit eã,extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Inuentusq; est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam,& nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebã ego meliorẽ esse sapientiã fortitudine. Quomodo ergo sapientia pauperis contẽpta est, & verba eius nõ sũt audita? Verba sapientiũ audiuntur in silentio,plus q̃ clamor principis inter stultos. Melior est sapientia,q̃ arma bellica, & qui in vno peccauerit,multa bona perdet. Cap. X.

MVscę moriẽtes perdunt suauitatẽ vnguẽti. Preciosior est auro sapiẽtia, paruaq; gloria, ad tẽpus stultitia. Cor sapiẽtis ĩ dextra ei⁹, & cor stulti in sinistra illius. Sed & in via stultus ambulãs, cùm

Caput X.

d MVscæ morituræ exterminant oleum compositionis: preciosa est super sapientiam & gloriam &c.) Exemplum superioris sensus dedit, in quo ait: per vnum stultum multa bona subuerti: quòd sic malus mixtus bonis contaminet plurimos: quomodo muscæ si moriantur in vnguento, perdant odorem illius & saporem. Et F quia sæpe calliditate mixta est sapientia, & habet maliciam prudentia, præcipit vt sapientiam simplicem requiramus: mixtáque sit cum innocentia columbarum,prudentes simus ad bonum, simplices autem ad malum. Et est sensus. Iusto enim conuenit habere parum simplicitatis, & propter nimiam patiẽtiam dum vltionem reseruat deo, stultum videri, quàm statim se vindicantem sub velamento prudentiæ exercere malitiam. Aliter: Muscæ quæ secundum Esaiam Esa.7.c. principantur parti fluminis Aegypti, perdunt olei suauitatem, in vnoquoque credentium, relinquentes immunditiæ suæ odorem atque vestigia. Ab his muscis etiam princeps appellatus est dæmoniorum Beelzebub, qui interpretatur, Matt.12.b aut idolum muscarum, aut vir muscarum, aut habens muscas. e ¶Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti &c.) Et in euangelio præcipitur, vt nesciat sinistra quid faciat Matt.6.a. dextera sapientis. Et quando percutimur in maxillam dexteram, non iubemur sinistram genam præbere percutienti, Ibidẽ.5.f. sed alteram dexteram. Iustus enim sinistram in se non habet, sed totum in eo dextrum est. Et cùm ad iudicandum Matt.25.c saluator venerit, agni stabunt à dextris, hœdi verò à sinistris erunt. Et in Prouerbijs scribitur: Dextras vias nouit dominus: quæ autem peruersæ sunt, à sinistris sunt. Qui ergo sapiens est, semper de futuro seculo cogitat Prou.4.d quod ducit ad dextram. Qui verò insipiens est, de præsenti

G sentí quod positum est in sinistra. Quæ quidem secutus idē
cc philosoph⁹ & Poëta, ait: Dextera quæ magni Ditis sub mœ-
cc nia ducit. Hàc iter Elysium nobis, at læua malorum Exercet
cc pœnas, & ad impia tartara mittit. Firmianus quoque noster
in præclaro institutionum suarū opere. y. literæ meminit: &
de dextris ac sinistris:
hoc est de virtutib⁹ &
vitijs pleniſſimè disputauit. Nec putem⁹ huic
sentētiolæ illud esse cō
trarium, ī quo dicitur:
Prou. 4. d Ne declines in dexterā
neque in sinistram: Hic
enim pars dextera pro
bono accipitur: ibi verò non tam dextera q̄
declinatio dextræ accusatur: ne plus sapiamus
quàm sapere nos necesse est: quia virtutes in
medio sūt: & nimietas
omnis in vitio est. Sequētis autem versiculi
in quo ait: Sed & in via
cū stultus ambulat, cor
H ei⁹ indiget & dicit: om
nis insipiētia est siue isi
piens: hic est sens⁹: Stul
tus vt ipse peccat, sperat omnes peccare simi
liter, atq; ex suo ingenio vniuersos iudicat. Deniq; Symmachus ita interpretatus est: Sed & in via stult⁹ cū ambulat, ipse insipiens, suspicatur de omnibus quia stulti sunt. Lxx. verò alium fecere sensum quo dicerent: Omnia quæ insipiens cogitat esse vanissima.

cor eius minuitur: & dicit, omnis insipiens est. Si spiritus habentis potestatem ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia sanitas requiescere facit peccata magna. Est malum quod vidi sub sole, quasi ignorantia egrediens à facie potentis: dari stultum in sublimitatibus magnis, & diuites in humilitate sedentes. Vidi seruos in equis, & principes ambulātes quasi seruos super terram. Qui fodit foueam, in ipsam incidet: & qui dissipat sepem mordebit eum serpens. Qui subtrahit lapides, dolebit in eis: & qui scindit

a

b

c

d

cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia cu ratio faciet cessare peccata maxima. Est malum, quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis: Positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram, quasi seruos. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Qui transfert lapides affligetur in eis: & qui scindit

humiles, vt serui ab hominibus computentur, subita à diabolo dignitate per flagitia publica sublimēt, quos vulgo lubricos appellant: magister autē nobilis quisq; & prudens, paupertate oppressus, gradiatur ītinere officioq; seruorum. Hebræus potentem & principem, à cui⁹ facie ignoratio videatur egredi, deū exposuit, quòd putent homines i hac vita inæqualitate rerum, illum nō iustè & vt æquum est iudicare. Porrò alij cum superioribus æstimant esse iungēdum: Vt ipse sit potens, de quo ante hos versus dicit: Si spiritus habentis potestatem ascenderit sup te, locum tuū ne dimiseris. Nō simus itaq; tristes, si in hoc seculo humiles esse videamur, sciētes à facie diaboli stultos subleuari, & diuites deijci, seruos insignia habere dominorū, & principes seruorum ingredi vilitate. Notādum autē quòd & hic equ⁹ in bonam partem accipitur, vt ibi: Et equitatio tua salus.

K

L

M

a ¶ Si spiritus habentis &c.) Principem mundi istius & rectorem tenebrarum harum, & operantem in filijs diffidentiæ, cuius & Apostolus meminit, nūc
Eph. 2. a. & 6. b. scriptura significat. Quòd si in cor nostrum ascenderit, & animus malæ cogitationis vulnus acceperit, non debemus locum vltro tribuere, sed pugnare cōtra cogitationē pessimā, & liberari à peccato maximo, ne scilicet cogitationem opere compleamus: quia aliud est cogitatiōe, aliud opere peccare. De quo grandi peccato & in psalmo scribitur: Si mei non
Psal. 18. d. fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emūdabor à delicto maximo. Symmach⁹ verbum Hebraicum מרפא quod omnes ἴαμμα: hoc est sanitatem vel curationem similiter transtulerunt, interpretatus est ad sensum & ait: Si spiritus
I principis irruerit tibi, de loco tuo ne recedas, quia pudicitia comprimit peccata magna: id est, si titillauerit mētem tuam diabolus, & te ad libidinem concitauerit, ne sequaris cogitationem pessimam & blandientem voluptatem: sed sta fortis & rigidus: frigore castitatis, flāmā voluptatis extingue. Hebræus in loco tale nescio quid suspicat⁹ est. Si aliquā in mūdo acceperis dignitatem: & ordinatus fueris maior in populis, noli relinquere priora opera tua, & antiquarum virtutū ne incipias obliuiſci, laboremq; pristinū non habere, qa peccatorum tuorum remedium ex cōuersatione bona nascitur, & nō ex tumenti & superflua dignitate.

b ¶ Est malū qđ vidi sub sole quasi &c.) Pro eo qđ nos posuim⁹: quasi ignorātia egrediens à facie potētis: Aquila & Theodotio & Lxx. interpretati sunt: ὡς ἀκόσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπου ἡγουμένου, id est, quasi nō spontaneum exiuit à facie potestatem habentis. Cui subnectens Symmachus ait: Positum stultum in sublimitate magna, diuites autē sedere humiles. Et hanc ergo iniquitatem se in seculo perspexisse cōmemorat, quod videatur iniustum esse dei iudicium: & siue p ignorationem, siue absq; eius fieri voluntate, vt vel in mūdi potestatibus, vel in ecclesiæ principatu, sedeāt hi qui diuites sunt in sermone atq; sapiētia, diuites etiā in operib⁹ bonis, ignobiles sedeāt, & imprudēs quisq; in ecclesia principatū teneat. Hoc autē fieri apls nō tacet à diabolo, qui ī seculo habet potestatē, vt potentes quosq; & doctos viros premat: nec eos in populis apparere permittat. Illos verò quos scit imprudētes esse, in ecclesijs faciat esse maiores, vt cæci à cæcis ducant in foueam. In hūc sensum facit & illud quod sequitur: Vidi seruos sedere super equos: & principes quasi seruos sup terram. Quòd hi qui serui sunt vitiorum atq; peccati, siue tam

c ¶ Qui fodit foueā, in ipsam incidet &c.) Ex parte b simplex, & ex parte mystic⁹ intellectus est. Siquidem & alibi ipse Salomon ait: Qui statuet laqueū, capietur in illo. Et
Eccli. 26. d in psalmo septimo, Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Sepis autem maceriæq; euulsio, ecclesiastica dogmata sunt, & institutio ab apostolis prophetisq; fundata, quæ qui dissoluerit & voluerit prætерire, in eo ipso quo negligit, à serpente percutitur. De quo serpente & in
Amos. 9. a Amos scriptum est, Si descenderit in infernum, mandabo serpenti & mordebit eos.

d ¶ Qui subtrahit lapides, dolebit in eis &c.) Voluunt & in Zacharia sancti lapides super terram. Nō enim firma in ea statione cōsistunt, sed prætereunt,
Zach. 9. d & semper ad altiora nitētes, hinc abire festināt. De his viuis
Apoc. 21. c lapidib⁹ & in Apocalypsi, vrbs saluatoris extruitur, & ecclesiam ędificari Apostolus nō tacet. Si quis ergo hęretica arte peruersus de ecclesiæ ædificio istos abstulerit lapides, vnde & signanter Aquila & Symmachus pro eo quod nos posuimus, Qui subtrahit lapides, dolebit ī eis: dixerūt, Qui trāsfert lapides, dilacerabitur in eis: postea tormenta patietur. Quia verò absolutè scriptura ait, Qui subtrahit lapides: siue qui transfert lapides: & nō adiecit, bonos siue malos, propterea & econtrario intelligendum, quòd ecclesiasticus vir,
Leuit. 14. f episcopus videlicet & presbyter, si iuxta mandatum Leuiti-ci, de leprosa domo lapidem abstulerit, in cinerem & puluerem conterendū, dolebit in eo ipso quòd de ecclesia Christi
Rom. 12. d lapidē auferre cogitur, dicens secundū Apostolū, Flere cum
2 Cor. 11. g flentibus, lugere cum legētibus. Et, Quis infirmat, & ego nō infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Ligna quoq; scindens, periclitabit in eis. Hæretici ligna infructuosa sunt, & salt⁹ absq; vtilitate pomorum. Vnde & in tēplo dei prohibetur plantari nemus, & vana foliorum, id est verborum tantum sonantium spernūtur vmbracula. Quāuis igitur sit prudens & doctus vir, qui gladio sermonis sui hæc ligna cō scindat, periclitabitur in eis, nisi diligēter attenderit, maximè si ei quod sequitur, acciderit. Si retusum fuerit ferrū, & faciem eius turbauerit, id est si disputatio eius infirmior fuerit inuenta, nec acumē habuerit ingenij, quo cōtraria quæq;

desecet,

A defecet,sed principale cordis eius hebetetur:in partem trãſibit aduerſam,& confirmabit eum fortitudo peruerſa. Hoc enim eſt,quod Septuaginta interpretes tranſtulerũt: Et fortitudine confortabitur:& ſuperflua roboratus ſapientia,incipiet,inquit,fortitudinem habere,& ſapiẽtiam quæ ſuperflua eſt,& non adiuuat poſſidentem. a ¶Si retuſum fuerit ferrũ: & hoc nõ vt prius,ſed conturbatũ fuerit,virtutibus corroborabit: & reliquum fortitudinis ſapientia eſt.)Si ſe, inquit, aliquis viderit per negligentiam amiſiſſe ſcientiam ſcripturarum: & acumen ingenij eius fuerit obtuſum:& cõturbatus nequaquã manſerit,qualis eſſe iam cœperat: Euenit quippe interdum,vt cùm modicum ſcientiæ quis habuerit,

B elat⁹ in ſuperbiam, diſcere deſiſtat & legere, & paulatim ex eo quòd nihil ei additur, ſubtrahatur,& vacuum diſciplinis pectus remaneat,ferrumq; quod acutum fuerat,hebeteſ: ocium enim & deſidia quaſi quædam rubigo ſapientiæ eſt. Si igitur quis hoc paſſus fuerit, non deſperet remediũ ſanitatis, ſed vadat ad magiſtrum, & rurſum inſtruatur abeo,& poſt laborem & induſtriam ſudoremq; nimium,valebit ſapientiã recipere quam amiſerat. Hoc eſt,quod in Hebræo ſignificãtius dicitur:Et fortitudinibus corroborabitur,id eſt, labore & ſudore,& induſtria,& quotidiana lectione,ſapientiã conſequetur:& fortitudo ipſius habebit hunc finem, vt accipiat ſapientiam. b ¶Si momorderit ſerpens in ſilentio,&c.) Simplex hic ſenſus eſt : Serpens & detractor,æquales ſunt. Quomodo enim ille occultè mordens,venenum inſerit: ſic iſte clam detrahens,virus pectoris ſui infundit in fratrem,& nihil habet à ſerpente amplius. Cùm enim lingua hominis

C ad benedicendum deum, & ædificationem proximi ſit creata,ille eam ſerpẽti æqualem facit,dũ virtutibus eius in peruerſum abutitur. Aliter: Si quem ſerpens diabolus occultè momorderit,& nullo conſcio eum peccati veneno infecerit: ſi tacuerit qui percuſſus eſt,& non egerit pœnitentiam, nec vulnus ſuum fratri & magiſtro voluerit confiteri: magiſter qui linguam habet ad curandum,facilè ei prodeſſe non poterit. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico cõfiteri , qđ ignorat medicina non curat. c ¶Verba oris ſapiẽtis gratia,&c.)Stultitia, ſi ſua eſſet ruſticitate contenta,minus aliquid haberet mali. Nunc autem contra ſapientiam bellũ gerit,& quicquid prudentiæ in docto viro viderit,zelo ſtimulata non recipit. Loquitur em̃ vir ſapiens verba ſcientiæ,& verba gratiæ,quæ vtilitatem poſſunt præbere audiẽtibus, & aures ſtulti non ita ſuſcipiũt quæ dicuntur,vt dicta ſunt, ſed econtrario virum prudentem ſupplantare conantur, & ſui ſimilem facere. Et reuera præcipitatur vir ſapiens, quãdo in aurem loquitur imprudentis, & verba eius in profundo, vt ita dicam,gurgite pereunt. Vnde beatus ille eſt,qui in aurem loquitur ſapientium. d ¶Initiũ verborũ ſtulti inſipientia &c.) Adhuc ei de ſtulto diſputatio eſt, cuius labia præcipitant ſapientem,ſiue iuxta aliam interpretationem,ſtultũ

ſcindit ligna, periclitabit
a in eis. Si retuſũ fuerit ferrũ:& hoc non vt prius,ſed cõturbatum fuerit:virtutib⁹ corroborabitur: & reliquũ fortitudinis ſapientia eſt. Si mõmorderit ſerpens in ſilẽtio, nõ eſt am-
c plius habenti linguã. Vẽrba oris ſapientis gratia,& labia inſipientis præcipi-
d tabunt eum. Initiũm verborum ſtulti inſipientia, & nouiſſimũ oris eius error peſſimus. Et ſtultus multiplicat verba. Ignorat homo quid ſit, quod factũ eſt:& quod futurũ eſt poſt eum quis annunciabit ei?
e Lãbor ſtultorum affliget eos,qui neſciunt ire in ei-
f uitatem. Vę tibi terra cuius rex adoleſcens eſt, & principes tui mane comedũt. Beata terra cui⁹ rex tuus filius ingenuorũ , & principes tui in tempore comedunt:in fortitudine, & non in confuſione :

In pigritijs

Tomus ſeptimus.

ipſum corruere faciũt. Initiũ em̃ ſermonis eius,& finis ſtul- D
titia eſt,& error peſſimus:ſiue vt Symmachus tranſtulit,tumultus, & quædam verborum inconſtantia: dum non manet in ſententia,ſed putat in multiplicatione ſermonum effugere peccatum ſe poſſe. Cùm enim nec præteritorum meminerit,nec futura cognoſcat, & ignorantiæ tenebris volutetur,falſam ſibi ſcientiam repromittens: in eo doctum ſe putat eſſe & ſapientem, ſi verba multiplicet. Poteſt hoc & de hereticis accipi, qui prudentium virorũ dicta non capiunt, ſed ſe ad diſputationes contrarias præparantes,& initium,& finẽ loquẽdi vanitate, cum multo errore conuoluunt: & cùm nihil ſciant,loquũtur plura quàm norũt. e ¶Labor ſtultorum affliget eos, qui E
neſciunt ire in ciuitatem.) Cum ſuperioribus etiam hos iunge verſiculos, aut generaliter de omnibus ſtultis qui ignorant deum, aut ſpecialiter de hæreticis diſputationib⁹. Lege Platonem: Ariſtotelis reuolue verſutias: Zenonem & Carneadẽ diligentius intuere, & ꝓbabis verum eſſe qđ dicitur: Labor ſtultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni ſtudio quæſierunt: ſed quia non habuerũt ducem,& præuium itineris,& humanis ſenſibus rati ſunt ſe comprehendere poſſe ſapientiam,ad ciuitatem minimè peruenerunt. De qua in pſalmo dicitur:Domine in ciui- Pſal.72.c.
tate tua imaginem ipſorum diſſipabis. Omnes enim vmbras & diuerſas imagines atq; perſonas, quas ſibi ĩ varijs dogmatibus induerunt,in vrbe ſua dominus diſſipabit. De qua & alibi ſcribitur:Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et Pſal.45.a
in euangelio:Non poteſt ciuitas abſcõdi ſupra montem poſita. Et in Eſaia:Ego ciuitas firma,ciuitas quæ oppugnatur. Eſa.26.a.
Siquidem hanc veritatis & ſapiẽtiæ ciuitatem cùm firma ſit F
& robuſta,omnes ſapientes ſeculi & heretici impugnare conãtur. Et quod de philoſophis diximus,hoc idem & de hæreticis ſentiendum, quòd fruſtra laborent & affligantur in ſtudio ſcripturarum, cùm ambulent in deſerto,& ciuitatem inuenire non valeant. De quorum errore & pſalmiſta commemorat dicens:Errauerunt in deſerto & in inaquoſo,viam Pſal.106.a.
ciuitatis habitaculi non inuenerunt. f ¶Væ tibi terra cuius rex adoleſcens eſt,&c.)Videtur quidem reprobare iuuenum principatum,& luxurioſos iudices cõdemnare:quòd in altero per ætatem ſit infirma ſapientia,in alijs matura ætas delitijs eneruetur. Et econtrario principem probare bonis moribus,& liberaliter inſtitutum: & eos iudices prædicare,qui nequaquam voluptatem negocijs ciuium præferãt, ſed poſt multum laborem & adminiſtrationem reipublicæ, cibum capere quaſi neceſſitate cogãtur. Verùm mihi ſacratius quid latere videtur in litera: quòd iuuenes dicantur in ſcriptura,qui à veteri authoritate deſciſcunt, & cana præcepta parentum contemnunt:qui neglecto dei mandato, cupiunt ſtatuere traditiones hominum. De quibus & in Eſaia Iſraëli dominus comminatur:eo quòd noluerit aquam Siloë Eſa.8.b.
quæ vadit cum ſilentio:& veterem piſcinam auerterit,eligẽs

F ſibi fluenta

Esa.3.a G sibi fluenta Samariæ, & gurgites Damasci. Et dabo, inquit, iuuenes principes eorum, & illusores dominabuntur eis. Le-
Dañ.7.b. ge Daniel: Vetustum dierum inuenies deum. Lege Apocaly-
Apoc.1.c. psim Ioannis: Et caput saluatoris candidũ vt niuem, & quasi lanam albam reperies. Hieremias quoq; quia sapiens erat, &
cani eius in sapiẽtia re-
Hiere.1.b. putabãtur, prohibetur iuuenem esse se dicere. Væ ergo terræ cui⁹ est diabolus rex, qui sem-
per nouarum rerũ cupidus, etiam in Abessa-
† al's, bibentes. lon aduersus parentem rebellat, quæ iudices & prícipes eos habet, qui amant huius seculi voluptates: Qui antequã dies mortis aduenìat,
Esa.22.d. dicunt: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Econtra beata terra ecclesiæ, cui⁹ rex est Christus filius in-
H genuorum: de Abrahã, Isaac, & Iacob, prophetarum quoque & sanctorum omnium stirpe descendens, quibus peccatum non fuit dominatum: & ob id verè fuerunt liberi: ex quibus nata est virgo liberior sancta Maria: nullum habens fruticem, nullum germen ex latere, sed totus fructus eius erupit in florem, loquentem in Cã-
Cant.2.a. ticocanticorum: Ego flos campi, & lilium conuallium. Principes quoq; eius sunt apostoli & omnes sancti, qui regem habent filium ingenuorum, filium liberæ: non de ancilla Agar, sed de Saræ libertate generatũ. Nec comedunt manè, nec velociter. Non enim in præsenti seculo quærunt voluptatẽ: sed tempore suo manducabunt, cùm retributionis tempus aduenerit: & manducabunt in fortitudine, & non in confusione. Omne bonum præsentis seculi confusio est, futuri verò
Esa.65.c. perpetua est fortitudo. Tale quid & in Esaia dicitur: Ecce qui seruiunt mihi, bona manducabũt, vos autem esurietis. Et iterum: Ecce qui seruiunt mihi, lætabũtur: vos autem pudebit. a ¶In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuũ stillabit domus.) Domus nostra quæ cum statu hominis erecta est, & habitatio quam habemus in cœlis: si pigri sumus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur. Et omnis contignatio quę debet culmen portare, in sublime ad terram corruens, habitatorem suum opprimit. Cumq; auxilium manuum virtutumq; torpuerit, omnes desuper tempestates, & nimborum, & ad nos turbo prorumpit. Porrò
I quod in homine vno interpretati sumus, melius potest super ecclesia accipi: quòd per negligẽtiam principum, omnis eius corruat altitudo: Et ibi vitiorum illecebræ sint, vbi tegmen putabatur esse virtutum. b ¶In risu faciunt panem & vi-
† al's, bibentes. nũ, vt epulentur viuẽtes. † Et argento obediunt omnia.) Existimo ex superioribus pendere quod sequitur. In pigritia enim & in socordia magistrorum humiliari ecclesiã: & culmen eius concidere & tigna perflui, suprà exposuimus. Nũc ergo de eisdem magistris loquitur. Et quia visus fuerat accusare eos cur tacerent, & non vterentur officio magistrorum: & episcopi, & presbyteri in ecclesia constituti, non laborarent in sermone & doctrina, quod & Titus commone-
1.Tim.4. d. tur vt faciat, & Timotheo præcipitur, ne gratiam negligat quam per impositionem manuum acceperat: sed & in eo se æstimarent presbyteros & episcopos, vt salutaria acciperẽt, & vti præceptores honorem duplicem quærerent, qui laborantibus in doctrina & sermone debetur: Nunc econtrariò accusat eos qui loquuntur quidem in ecclesia, & docent populos, sed ea docẽt quæ populum audire delectet, quòd peccatores palpent in vitio, & strepitus concitent audientium. Nónne quando in ecclesia lasciuit orator, & beatitudinem, & regna cœlorũ multitudini pollicetur: videtur tibi in risu fa-

a In pigritijs hũmiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum stillabit do-
b mus. In risu faciũt panẽ & vinum, vt epulẽtur viuẽtes. † Et argento obedi-
c unt omnia. In mẽte tua regi ne maledixeris, & in secreto cubilis tui ne maledixeris diuiti: quia volucres cœli auferent vocem tuam, & habẽs pennas annunciabit verbum.

Cap. XI.

d Mitte panẽ tuũ super faciem aquæ: qa in multitudine dierũ inuenies illum.

Da partem

cere panem, & vinum ad lætitiam miscere viuentium? † Siue † al's, bi-
quòd ipsi qui docent, diuitias, & cibos, & opes per delecta- bentium.
bilia promissa conquirant. Siue quòd ecclesiæ panem, qui K
panis lugentium est, & non ridentium (Beati quippe lugen- Luce.6.d.
tes, quoniam ipsi ridebunt) in lætitia gaudióque conficiant.

In pigritijs humiliabit cõ tignatio: & in infirmitate manuum perstillabit domus. In risu faciũt panem & vinũ, vt epulentur bibẽtes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahes, & ĩ secreto cubiculi tui nõ maledixeris diuiti: qa & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annunciabunt sententiam.

Cap. XI.

Mitte panẽ tuũ sup trãseuntes aquas, quia post tempora multa inuenies illum.

Quod autẽ sequitur: Pecunię vel argento obediunt omnia, dupliciter accipiẽdum. Vel ipsos doctores post- quam adulatione ditati sint, regnum in populos exercere. Vel certè quia argentum pro sermone semper accipiatur: Eloquia eñ do Psal.11.b.
mini, eloquia casta: argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum: hoc asseuerat, quòd eloquentiæ & orationi, quæ verborum sit frõde cõposita, facilè vulgus cedat ignobile. A- L
liter: Qui habent apud se spõsum: & propter-

Da partes

ea lugere & ieiunare prohibentur, in risu faciunt panem. A quo risu nomen Isaac accepit, & in lætitia viuẽtium † vinum † al's, bi-
præparant. Omnis itaque vir sanctus, qui vt Christus præci- bentium.
pit, magister ecclesiæ est, in risu & lætitia panem facit: & vini pocula ministrat in gaudio. Argẽtum quoque cui obediunt omnia, quinque illa de euangelio, & duo, & vnum pa- Mat.25.b.
trissamiliãs sunt talenta, & decem mnæ, quæ seruis in negociatione creduntur. c ¶In mente tua regi ne maledixeris: & in secreto cubilis tui, ne maledixeris diuiti: quia volucres cœli auferent vocem tuam: & habens pennas, annunciabit verbum.) Simplex præceptum ædificat audientes: ne ira & furore superati, in maledictum, & in detractionem regũ, & principum prorumpamus: Quia contra spem interdum euenit: vt his quibus maledixímus, nuncietur, & incurramus periculum immoderatione linguæ. Quòd autem ait: Volucres cœli auferent vocem tuam, & habens pennas annunciabit verbum: Hyperbolicè intelligendum: quomodo solemus dicere: etiam ipsos parietes, quibus conscijs loquimur, quæ audierint nõ cælaturos. Sed melius est sic audire præceptũ, vt sciamus nobis esse mandatum: non solum contra Christũ temerè nihil loquendum: verùm etiã in arcanis cordis, quãuis varijs tribulationibus coarctemur, nihil blasphemum, nihil impium sentiendum. Et quia dilectionem quam Christo exhibem⁹, debemus & proximo: Diliges quippe dominum M
deum tuum, sed & proximum tuum tãquam teipsum: etiam nunc iubemur, ne post regem de sanctis quoq; facilè detrahamus: & eos quos videmus sapientia, scientia, virtutibusq; ditatos, linguæ mordacite rodamus: quia angeli qui terram circumeunt, & sunt administratorij spiritus: & in Zacharia loquuntur: Circumiuimus terram, & ecce omnis terra habí- Zach.1.c.
tatur & silet: ad instar auium, nostra verba, & cogitationes ad cœlum perferunt: & quod clàm cogitamus, dei scientiam non latere.

Cap. XI.

d Mitte panem tuum super faciem aquæ: quia in multitudine dierum inuenies illum.) Ad eleemosynã cohortatur, quòd omni petenti sit dãdum, & indiscretè faciendum bene. Quomodo enim qui super irrigua seminat, fructum sementis expectat: ita qui largitur egentibus, non granũ seminis, sed ipsum panem serit, fœnore quodam multiplicationem illius præstolans: & cùm dies iudicij aduenerit, multo amplius quàm dederat recepturus. Aliter: In quocunque homine illam aquam videris, de qua dicitur: Flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ: ne te pigeat panem Ioan.7.f.
sapientiæ, panem rationalem, panem præstare sermonis. Si enim hoc frequenter feceris, inuenies te nõ incassum doctri-

narum fecisse

narum feciſſe ſementem. Tale quid & in Eſaia dictum pu-
Eſa.32.d. to: Beatus qui ſeminat ſuper aquam, vbi bos & aſinus calcãt:
Quòd ille magiſter beatitudine dignus habeatur, qui ſuper
irriguum pectus ſeminat audientium, tam ex Iudæis, quàm
ex gentium populo congregatum. a ¶ Da partem ſe-
ptem, & quidem octo:
quia non ſcis quid fu-
turum malũ ſit ſuper
terrã.) Et in Ezechie-
Ezech.4. le ſeptem & octo gra-
dus ad templi legũtur
aſcẽſum. Et poſt ethi-
cum illum pſalmum,
id eſt, cẽteſimum octa-
uum & decimũ, quin-
decim graduũ pſalmi
ſũt: per quos primùm
erudimur i lege: & ſe-
ptenario numero exple
to, poſtea per ogdoadẽ
ad euangelium ſcandi-
mus. Præcipitur ergo
vt in vtrũq; inſtrumẽ-
tum, tam vetus ſcilicet
B quàm nouum, pari ve-
neratione credam⁹. Iu-
dęi dederunt partẽ ſe-
ptem, credentes ſabba-
tum: ſed non dederunt
octo, reſurrectionem
diei dominicę denegã-
tes. Econtrariò hære-
tici, Marcion, & Mani-
cheus, & omnes qui ve-
terẽ legem rabido ore
dilaniant: dant partem
octo, ſuſcipientes euangelium: ſed eandem ſeptenario nume-
ro non tribuunt, legem veterem reſpuẽtes. Nos igitur vtriq;
inſtrumento credamus. Non enim poſſumus dignos crucia-
tus, dignamq; pœnam iam nunc mente comprehendere: quæ
repoſita eſt his qui verſantur in terra, Iudæis atq; hæreticis,
è duobus alterum denegantibus. Hebræi ita hunc locum in-
telligunt: Et ſabbatum & circunciſionem ſerua: ne ſi hoc for
tè nõ feceris, inopinatum tibi ſuperueniat malum. b ¶ Si
repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Et ſi
&c.) Serua mandata quæ tibi ſuperius ſunt præcepta, vt nu-
bes ſuper te effundant imbrem ſuum. Vbicunq; enim tibi lo
cum præparaueris, futuramq; ſedem, ſiue ad Auſtrum, ſiue ad
C boreã: ibi cùm mortuus fueris, permanebis. Aliter: Propter-
ea ſuprà diximus: Mitte panem tuum ſuper faciem aquæ, &
omni petenti te tribue: quia & nubes cùm plenæ fuerint, di-
uitias ſuas mortalibus largiuntur: & tu quaſi lignum, quãuis
longęuus ſis, non eris in perpetuum: ſed ſubita ví ventorum,
ita mortis tempeſtate ſubuerſus: vbicunq; ceciderís, ibi iu-
giter permanebis: ſiue te rigidum & trucem, ſiue clementem
& miſericordem, vltimum inuenerit tempus. Aliter: Dicitur
Pſal.35.b. in pſalmis ad deum: Veritas tua vſque ad nubes. Et in Eſaia,
Eſa.5.b. peccanti deus vineæ comminatur: Mandabo nubibus, ne plu-
ant ſuper eam imbrẽ. Nubes igitur ſunt prophetæ, & omnis
vir ſanctus: qui cùm plures in corde ſuo congregauerit di-
ſciplinas, tunc valebit præcepta pluere doctrinarum, & dice-
Deut.32.a re: Expectet ſicut pluuia ſermo meus, & effundent ſuper terr-
ram imbrem: Ad quam dictum eſt: Audiat terra verba oris
mei. Quod autẽ ſequitur. Et ſi ceciderit lignum ad Auſtrũ,
aut ad Aquilonem: in locum vbi ceciderit lignum, ibi erit:
Habac.3.a Illud de Habacuc ſumamus exemplum, in quo ſcribit: Deus
de Theman veniet: quod alij interpretes æditerunt, deus ab
Auſtro veniet. Et quantum ego exiſtimo, ſemper in bonam
partem accipitur Auſter. Vnde & in Canticocãticorum di-
Cant.5.d. cit: Exurge Aquilo: hoc eſt, recede, & abi: & veni Auſter. Li-
gnum igitur quod in hac vita corruerit, & conditione mor-
talitatis fuerit inciſum, aut peccauit antè dum ſtaret: & in

a Dã partẽ ſeptem, & quidẽ
octo: quia non ſcis quid fu
turum malũ ſit ſuper ter-
b ram. Si rẽpletæ fuerint nu
bes, imbrem ſuper terram
effundent. Et ſi ceciderit
lignum ad Auſtrũ, aut ad
Aquilonem: in locum vbi
ceciderit lignum, ibi erit.
c Qui obſeruat vẽtum, nõ
ſeminabit: & qui aſpicit
d nubes, nõ metet. Quõmo
do non cognoſcis tu quæ
ſit via ſpiritus: & ſicut oſ-
ſa in vtero prægnantis, ſic
neſcis opera dei qui facit
e omnia. In mãtutino ſe-
mina ſemen tuũ: & ad ve-
ſperum ne dimittas ma-
num tuam: quoniam ne-
ſcis quid placeat: aut hoc,
an illud. Et ſi vtrũq; qua-
ſi vnum bonũ eſt. Et dul-
ce lumen, & bonum ocu-
lis videre ſolẽ: quia ſi an-
nis multis vixerit homo,
in omni-

Boreę parte poſtea ponitur: aut ſi dignos Auſtro fructus at- D
tulerit, in plaga iacebit Auſtrali. Nec eſt aliquod lignũ, quod
aut ad Aquilonem non ſit, aut ad Auſtrum. Hoc idem ſigni-
ficat & illud quod ſcriptum eſt in Eſaia: Dicã Aquiloni, ad- Eſa.43.a.
duc: & Aphrico, noli prohibere. Nunquam enim Auſtro &
orientali vento præci-
pit vt adducant: quia
apud alias plagas eſſe
eos oportet, qui ad O-
rientẽ & Auſtrũ poſt-
ea deducantur. Aquilo
igitur ad Auſtrum ad-
ducit: & Aphricus ad
Orientem habitatores
ſuos. Nec enim poſſũt
proficere, ſi in priſtinis
ſedibus perſeuerent.
c ¶ Qui obſeruat vẽ-
tum, non ſeminabit: &
qui aſpicit nubes, non
metet.) Qui conſide-
rat cui benefaciat, & nõ
omni petẽti ſe tribuit, Lucę.6.e.
ſæpe præterit eum qui
meretur accipere. Ali- E
ter: Qui tantum eo tẽ-
pore dei verbum præ-
dicat, quo populus li-
benter auſcultat, & ſe-
cunda aſpirat aura, tu-
moris ſator negligens
& ignau⁹ agricola eſt.
In ipſis enim, ſperis,
dum neſcimus, aduerſa
conſurgunt. Sed opor- 2.Ti.4.a.
tunè importunè, ſuo
tenore, dei ſermo eſt prædicandus: nec fidei tempore aduer-
ſariarum nubium conſideranda tempeſtas. De qua in Pro-
uerbijs dicitur: Sicut pluuia vehemens & inutilis: ſic qui de- Prou.26.a
relinquunt ſapientiam, & impietatem laudant. Abſq; conſi-
deratione ergo nubium & timore ventorum, in medijs tem-
peſtatibus ſeminandum eſt. Nec dicendum illud tempus cõ-
modum, hoc inutile: cùm ignoremus quæ via, & quæ volun-
tas ſit ſpiritus vniuerſa diſpenſantis. d ¶ Quomodo nõ
cognoſcis tu quæ ſit via ſpiritus: & ſicut oſſa in vtero præ-
gnantis, ſic neſcis opera dei qui facit omnia.) Sicut neſcis viã
ſpiritus & animæ ingredientis in paruulum: & ignoras offiũ
& venarum varietates in ventre prægnantis: quomodo ex ví-
li elemento corpus hominis in diuerſas effigies artuſq; va- F
rietur: & de eodem ſemine, aliud molleſcat in carnibus, aliud
dureſcat in oſſibus, aliud in venis palpitet, & aliud ligetur in
neruis: ita dei opera ſcire nõ poteris, qui factor eſt omnium.
Ex quo docet contraria non timenda: nec temerè de ventis
& nubibus, quas ſuprà diximus, iudicãdum: cùm ſuo tempo-
re & curſu debeat ſator pergere, & euentum domini ſentẽ-
tiæ reſeruare. Non enim volentis neq; currentis, ſed dei mi- Rom.9.c.
ſerentis eſt. e ¶ In matutino ſemina ſemen tuum, & ad
veſperum ne dimittas manum tuam: quoniã neſcis quid pla
ceat, &c.) Ne eligas cui bene facias: ſed & cùm benefeceris,
nunquam à bono opere deſiſtas. Matutinã iuſtitiam veſper
inueniat. Et veſperi miſericordiam, ſolis ortus accumulet.
Incertum eſt enim quod opus magis placeat deo: & ex quo
tibi fructus iuſtitiæ præparetur. Poteſt autẽ accidere: vt non
vnum, ſed vtrumq; placeat deo. Aliter: Et in adoleſcentia, &
in ſenecta, æquus tibi labor ſit. Nec dicas: dum potui, labora-
ui: debeo in ſenectute quieſcere. Neſcis enim vtrum in iuuẽ-
tute, an in ætate longæua placeas deo. Nec prodeſt adoleſcẽ-
tiæ frugalitas, ſi ſenecta ducatur in luxu. In quacunque enim Ezec.33.c
die errauerit iuſtus, veteres eum iuſtitiæ à morte liberare nõ
poterunt. Quòd ſi iuxta vtramq; interpretationem ſemper
benefeceris: & omni ætate æqualẽ curſum habueris, videbis
deum patrem dulciſſimum lumen: videbis Chriſtum ſolem

G iuſtitiæ. Porrò ſi & multis annis vixeris, & omnia bona habueris, vel bona opera perpetraris, & ſcieris te ſemper eſſe moriturum, & ante oculos tuos tenebrarum ſemper verſetur aduentus: præſentia quaſi fluxa, fragilia & caduca contemnes. Symmachus finem huius ſententiæ ita intepretatus eſt: Si annis multis vixerit homo, & in oĩbus his lætatus fuerit, recordari debet & dierum tenebrarum, quia multæ erunt: in quibus omnib⁹ veniet eſſe deſinere. Aliter: Repromittit in alio ſcripturæ loco deus dicens:

Deut.11.b. Dabo vobis pluuiã tẽporaneam & ſerotinã: Vet⁹ ſcilicet teſtamẽtum & nouũ, & vtroq; vos imbre irrigabo. Vnde & nũc admonemur, vt ſic legamus legem veterem, ne euangelium contemnamus:

H ſic quęramus ſpiritualem in veteri inſtrumento intelligentiam, ne in euangeliſtis & apoſtolis hoc tantũ putemus ſonare quod legitur. Ignorare eñ nos in quo magis ſcientia nobis à deo tribuatur & gratia, fœlicemq; eũ eſſe, qui vtrũque in cõmune ſociauerit, & quaſi vnum corpus effecerit. Quod qui fuerit conſecutus, videbit lucem: videbit Chriſtum ſolem iuſtitiæ. Et ſi annis plurĩbus vixerit, in ſumma lætitia & delectatione verſabitur, habens ſcientiam ſcripturarum: & magis ad hunc laborem recordatione futuri iudicij compelletur: quia perpetuum tenebrarum tempus aduenier, & æternæ pœnæ præparabuntur eis qui non ſeminauerint mane & ad veſperã, & nequaquam vtrũq; ſociauerunt: nec viderunt lucem, nec ſolem, vnde ipſum lumen egreditur.

in omnibus his lætetur: & meminerit dies tenebrarum, quia plurimæ erunt. Omne quod venturũ eſt, vanitas.

Caput XII.

a LAetare adoleſces in iuuentute tua: & in bono ſit cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum

b tuorũ. Et ſcitõ hoc, quia ſuper omnib⁹ his adducet

c te de⁹ in iudicium. Et rẽpelle iram à corde tuo, & aufer malitiã à carne tua: quia adoleſcentia & ſtul-

d titia vanitas eſt. Et mẽmẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniant dies malitiæ, & appropinquent anni in quibus dices: Nõ eſt mihi in illis voluptas.

Antequam

Caput XII.

a LAetare adoleſcens in iuuentute tua, & in bono ſit cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ, &c.) In hoc capitulo, diuerſa omnium explanatio fuit, & tot penè ſentẽ-

I tiæ, quot homines. Vnde quia longum eſt opinationes omnium recenſere, & argumenta quibus ſententias ſuas approbare voluerint, explicare, propè res vnius voluminis eſt, ſufficiat prudentibus ſignificaſſe quid ſenſerint, & quaſi in quadam breui tabella, ſitus pinxiſſe terrarum: totiusq; orbis vaſtitatem & ambitum Oceani, anguſto monſtraſſe compẽdio. Hebræi ad Iſraël æſtimant pertinere mandatũ: cui præcipitur, vt fruatur diuitijs ſuis, antequã ei captiuitatis tẽpus adueniat, & adoleſcẽtiam ſenectute commutet: quicquid delectabile vel iocundum tam cordi, quàm oculis apparuerit: eo dum in promptu eſt, abutatur: ita tamen vt ſe nouerit in omnibus iudicandum, & tam cogitationes malas, quàm libidines fugiat, ſciẽs ſtultitiam adoleſcentiæ copulatam: recordeturq; ſemper creatoris ſui, antequam veniat dies Babyloniæ, ac Romanæ captiuitatis, in quibus non poterit habere voluptatem. Et totum hunc locum ab eo quod ait: Antequã tenebreſcat ſol, & luna, & ſtellæ: vſq; ad eum locum, in quo ſcriptura commemorat: Et cõuertetur puluis in terrã ſuam ſicut erat, & ſpiritus reuertetur ad dominum qui dedit illũ: ſuper ſtatu ſuæ conditionis explanãt. Quę quia vt ſuprà diximus, laciniosa ſunt & prolixa: ſtrictim à nobis breuiterq; tangentur. Lætare ergo in iuuentute tua ô Iſraël, & fac illa vel illa, de quibus iam dictum eſt, antequam captiuitas adueniat, & à te tuus honor recedat & gloria: & iudices, & ſancti tui (quos in ſole, & luna, & ſtellis intelligi volunt) auferãtur K à te. Antequam veniat Nabuchodonoſor, ſiue Titus Veſpaſiani filius, accitus à prophetis, & eorum vaticinia compleãtur. In die qua angeli templi præſides recedent, & turbabũtur robuſtiſſimi quiq; in exercitu tuo, & ocioſa erũt eloquia

his omnibus lætus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierũ multorũ, qui cùm venerint, vanitatis arguentur pręterita. Lætare ergo iuuenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & ſcito quòd pro omnibus his adducet te deus in iudiciũ. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim, & volũtas, vana ſũt.

Caput XII.

MEmẽto creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniat tempus afflictiõis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: non mihi placent.

Antequam

magiſtrorum: & prophetę, qui de cœlis ſõlebant viſionum ſuarũ lumen accipere, cõtenebreſcent: quãdo claudentur templi ianuę, & humiliabitur Hieruſalem, & Chaldæ⁹ veniet quaſi cantus volucris: ita Hieremiæ vocibus prophetatus: & conticeſcent filiæ cantici in templo pſallentiũ chori: illo tempore quãdo aduenientes Hieroſolymam: ipſi quoq; hoſtes dei pertimeſcent magnitudinẽ: & in via dubij, Sẽnacherib interitũ Eſa.37.g. formidabũt. Hoc enim L dictum putãt, & ab excelſo timebunt, & formidabũt in via. In illis dieb⁹ florebit amygdalũ: ille baculus & virga quã Hieremias in pro- Hier.48. phetiæ ſuæ vidit exor- a. dio: & impinguabitur locuſta, Nabuchodonoſor cũ ſuo exercitu, & diſſipabitur capparis, amicitia dei cum Iſraël. Quid ſibi autem velit capparis, cùm de ſingulis cœperimus dicere, pleni⁹ explicabitur. Hoc autem totũ eueniet Iſraëli: quia abiturus eſt homo in domũ æternitatis ſuæ, & à præſidio eius de⁹ ad cœleſtia reuerſurus: quo abeũte in tabernaculum ſuũ, circũeunt in platea plangentes atque flentes, & hoſtium obſidione vallati. Lætare ergo Iſraël in iuuentute tua, antequam rumpatur funiculus argẽteus: hoc eſt, donec gloria veſtra vobiſcum eſt, antequam recurrat vitta aurea: id eſt, antequã arca teſtamẽti auferatur: priuſquam conteratur hydria ad fontẽ, & conuoluat rota ſuper lacũ: id eſt, donec intra ſancta ſanctorũ præcepta legis & ſancti ſpiritus eſt gratia, & antequã reuertaris in Babylonẽ, vnde in lũbis egreſſus es Abrahæ, & incipias in Meſopotamia cõteri, vnde & quondã ꝓfectus es: M omniſq; gratia ꝓphetiæ, qua quondã fueras inſpirat⁹, reuertatur ad datorẽ ſuum. Hæc ludei vſq; hodie diſſerunt, & ad perſonã ſuã intelligentiã huius capituli trahũt. Nos autẽ ad ſuperioris diſputationis ordinẽ reuertentes, ſingula conabimur explanare. Lætare iuuenis in adoleſcẽtia tua &c.) Dixerat lucẽ mundi huius eſſe dulciſſimã, & lætari debere hominẽ in diebus vitæ ſuę, omniq; ſtudio carpere voluptatem: Ingruere eñ noctẽ mortis æternã, quãdo non liceat perfruí cõgregatis, & quaſi vmbrã, vniuerſa quæ habuimus pertrãſire. Nũc autẽ hominẽ cohortat, & dicit: O adoleſcens antequã tibi ſenectus & mors ingruat, lætare in iuuentute tua, & quicqd tibi corde bonũ, aſpectu iocundũ videt, aſſume, fruere, vt libet mũdi rebus. Rurſum ne putaret hæc dicẽs hominẽ ad luxuriã ꝓuocare, & in Epicuri dogma corruere, ſuſpicionẽ hãc abſtulit, inferẽs: b ¶Et ſcito quoniã ſup omnibus his adducet te deus in iudiciũ.) Sic, inquit, abutere mũdi rebus, vt ſcias te in vltimo iudicandũ. c ¶Et repelle irã â corde tuo, &c.) In ira, oẽs perturbationes animi cõprehendit. In carnis malitia, vniuerſas ſignificat corporis voluptates. Sic ergo, inquit, bonis ſeculi huius fruere: ne aut deſiderio aut carne deliquas. Relinque antiqua vitia, quib⁹ in adoleſcentia tua vanitati ſtultitiæq; ſeruiſti: quia iuuentus inſipientiæ copulata eſt. d ¶Et memento creatoris tui &c.)

a Malitia carnis eſt- oĩs voluptas

Semper

A Semper memento creatoris tui,& ſic adoleſcentiæ tuæ viam gradere,vt mortis vltimæ recorderis: Antequam tibi tẽpus adueniat,quo triſtia quæque ſuccedant. a ¶Antequam obtenebreſcat ſol,& lumen,& luna,& ſtellę,&c.)Si de generali conſummatione mũdi accipimus,verbis domini hoc capitulũ congruit,ĩ quíMat.24.b bus ait:Erit tribulatio magna & ãguſtia,qualis nõ fuit ab ĩitio creaturæ, ſed neq; fiet.Sol eñ tenebreſcet,&luna nõ dabit lumẽ ſuum:& ſtellę cadẽt de cœlo,& vírtutes cœlorũ cõmouebunt,quæ ſũt cuſtodes domus,ita vt dom⁹ intelligat hic mũdus: viri verò fortes,errore decepti, & diſſipandæ cõtrariæ fortitudines. Quòd ſi ſpecialis vniuſcuiuſq; cõſummatio, ad vitę huius finem refertur,& ſol,& luna,& B ſtellæ,& nubes,& pluuiæ ei eſſe ceſſabũt,qui mortu⁹ fuerit. Aliter: Lætare adoleſcẽs,ô populę Chriſtiane,&fruere bonis quæ à deo tibi conceſſa ſunt,& in his omnibus ſcito te à domino iudicandum. Nec putes,quia priores rami fracti ſũt, & tu inſert⁹ es in radicem bonæ oliuæ,idcirco te eſſe ſecurum:ſed aufer irã à corde tuo,& à corpore tuo voluptates:& cæteris vitijs derelictis,memento creatoris tui, antequam tibi dies malitiæ adueniat & inſanabilis,in qua peccantibus pœnæ ſunt præparatæ:ne cùm peccaueris,ôccidat tibi ſol iuſtitiæ meridie: & ſcientiæ lumen intereat, & ſplendor lunæ: id eſt, eccleſiæPhilip.2.b ſubtrahatur,& ſtellæ ôccidant,de quibus ſcriptũ eſt:In quibus lucetis ſicut luminaria in hoc mundo, rationem vitæ ha1.Cor.15.c bentes.Et alibi:Stella à ſtella differt in claritate. Antequam reuertantur nubes poſt pluuiam, ne prophetæ qui corda credentium,ſuo ſermone ſuiſq; pluuijs irrigant: poſtquam te imbre ſuo indignum eſſe perſpexerint, reuertãtur ad ſedem ſuam: ad eum ſcilicet à quo miſſi ſunt. b ¶In die quo commoti fuerint cuſtodes domus,& perierint viri fortitudinis.)Cuſtodes domus,aut ſol intelligitur, & luna,& reliquus aſtrorum chorus,aut angeli qui huic mundo præſidẽt.

C Viri verò fortitudinis ſiue fortes,vt interpretatus eſt Symmachus,qui peribunt:ſiue vt Aquila,qui tranſtulit,errabũt: dæmones ſentiuntur,à forti diabolo etiam ipſi fortium ſortiti vocabulum.Quem ſuperans dominus & ligãs, iuxta eu-Lucę.11.c angelij ſententiam,vaſtat domus eius.Aliter : Cuſtodes domus,qui ad corpus hominis referũt cũcta quæ ſcripta ſunt, coſtas ſignificari putant,quòd ab ipſis inteſtina vallentur, & tota vẽtris mollitudo ſeruet. Viros verò fortes, crura æſtimant.Solem,& lunam,& ſtellas,ad oculos,aures,nares,& totius capitis ſenſus coaptant. Hoc autem ideo: quia inferius neceſſitate coguntur:nõ de angelis & dæmonibus,ſole,& luna,& ſtellis,ſed de hominis membris intelligere quæ ſequũtur. c ¶Et ceſſabunt molentes:quoniam imminutæ ſunt, & contenebreſcent quæ vident in foraminibus.) In cõſũma-Mat.24.a tione mundi cùm refrixerit charitas multorũ, & imminutæ fuerint animæ magiſtrorum, quæ poſſunt cœleſtem cibum præbere credentibus,trãſlatæq; in cœleſtia:tunc incipient hi qui ex parte in hoc mũdo intuebantur lumẽ ſcientiæ inuoExo.33.d. ui tenebris. Si enim Moyſi dicitur:Ponã te in foramine petræ:& ſic poſteriora mea videbis: quantomagis vnaquæque anima per foramen,& quaſdam tenebroſas cauernas aſpicitMat.24.d veritatem?Aliter:Duæ molentes ſunt,ex quibus vnam recipi,& alteram relinqui,euangelium non tacet.Quæ cùm imminutæ fuerint atque ceſſauerint,neceſſe eſt vt omne lumen

a Antequam obtenebreſcat ſol,& lumẽ,& luna,& ſtellę,& reuertant nubes poſt
b pluuiam.In die quo commoti fuerint cuſtodes domus, & perierint viri fortitudinis. Et ceſſabũt
c molentes, quoniam imminutæ ſunt,& cõtenebreſcent quæ vident in foramini-
d bus. Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis, & conſurget ad vocem volucris, & obmuteſcent omnes filię carmi-
e nis.Sed & ab excelſis timebũt, & formidabũt in via.
f Et florebit amygdalum, & impinguabit locuſta,& diſſipabit capparis : quoniam

ſcientiæ auferatur ex oculis. Aliter: Ceſſare molentes, quia D imminutæ ſunt,de dẽtibus dictum putant.Quòd cùm extrema ſenectus aduenerit:dentes quoq; aut atteruntur,aut decidunt:de quibus moliti cibi in aluum tranſmittuntur. Tenebreſcere autem videntes in foraminibus, oculos arbitrantur: quòd ætate confectis,caliget acies,& intuitus obſcuretur.

Antequam tenebreſcant ſol & lumen, ſtellæ & luna, & reuertantur nubes poſt pluuiam . Quando commouebuntur cuſtodes domus, & nutabuntur viri fortiſſimi:& ocioſę erũt molentes in minuto numero, & tenebreſcent vidẽtes per foramina:& claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis,& conſurgent ad vocem volucris : & obſurdeſcent omnes filiæ carminis. Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via. Florebit amygdalus : impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis . Quoniam

d ¶Et claudent oſtia in platea in humilitate vocis molentis, &c.) Cùm vox molentis fuerit infirmata,& magiſtrorum doctrina ceſſauerit, cõſequẽter ceſſabũt omnia:inter quæ & oſtia claudentur in platea, vt iuxta fatuas Mat.25.a. euãgelij vírgines, vnuſquiſque habeat clauſas ſuę plateę ianuas,& illæ oleũ emere non poſſint. Vel certè fatuis virginibus circumeuntibus in platea: claudẽt E cubiculum ſponſi, quæ cum eo intrauerint. Si Mat.7.b. enim arcta & anguſta vía eſt quę ducit ad vitam,& lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad mortẽ:rectè refrigerata charitate multorum,oſtiũ doctrinarum clauditur in plateis.Sequenti autem verſiculo in eo quòd ait:Et conſurget ad vocẽ volucris, ſiue paſſeris:vtemur in tempore,ſi quando viderimus peccatorem ad vocem epiſcopi ſiue presbyteri per pœnitentiam conſurgentem.Poteſt quoq; hoc extraordinariè, tãetſi contextum capituli nõ ſequamur,& de vltima reſurrectione accipi,quando ad vocem archangeli reſurgẽt mortui.Nec mirãdum ſi angeli tubam paſſeri comparemus,cùm omnis vox ad Chriſtum comparata ſit tenuis. Et quantum ego poſſum animo recordari,nunquam paſſerem in malam partem legiſſe me noui.Loquitur in decimo pſalmo iuſtus:In domino confido:quomodo dicitis animæ meæ,tranſmigra in montẽ ſicut paſſer.Et alibi:Vigilaui,& factus ſum ſicut paſſer ſoli- Pſal.101.b tarius in tecto.Necnon & in alio loco:Etenim paſſer inuenit Ibid.83.a. ſibi domum.Aliter:Clauſas in plateis ianuas, infirmos ſenis greſſus accipi volunt:quòd ſemper ſedeat, & ambulare non poſſit.Humilitatem autem vocis molentis,de mãdibulis interpretantur:quòd cibum terere nequeat,& vix ſpiritu coF arctato,vox eius tenuis audiatur.Porrò conſurgere eum ad vocem volucris:oſtendit quòd frigeſcente iam ſanguine & humore ſiccato,quibus materijs ſopor alitur, ad leuem ſonitum euigilet:noctiſq; medio cùm gallus cecinerit,feſtinus exurgat:nequaquam valens ſtrato ſæpius membra conuertere Obmuteſcere quoque,ſiue vt melius habet in Hebræo, ſurdeſcere filias carminis,aures ſignificat:quòd grauior ſenum auditus fiat,& nulla inter voces valeant ſcire diſcrimina,nec carminibus delectari.Quod quidem & Berzellaĩ lo 2.Re.19.c quitur ad Dauid, nolens tranſire Iordanem. e ¶Sed & ab excelſis timebunt & formidabunt in via.)Id eſt,ardua ingredi non valebunt: & laſſis poplitibus,ac trementi veſtigio,etiã in plano itinere fluctuantes,offenſam greſſuum formidabunt. f ¶Et florebit amygdalum, & impinguabitur locuſta,& diſſipabitur capparis,&c.) Per metaphoram etiam nunc de mẽbris hominis Eccleſiaſtæ ſermo eſt:Quòd cùm ſenectus aduenerit, capillus incanuerit, tumuerint pedes,libido refrixerit,& homo morte fuerit diſſolutus: tunc reuertetur in terram ſuam,& in domum æternitatis ſuæ:ſepulchrum exequijs quærat celebratis,plangentiumq; funus turba præcedat,Florem autem amygdali,quem nos pro canis poſuimus:quidam ſacram ſpinam interpretantur, quòd decreſcentibus natium carnibus,ſpina ſuccreſcat & floreat.

G Porrò quòd ait: Impinguabitur locusta: sciendum vbi in nostris codicibus legitur, locusta: in Hebræo scriptum est, חָגָב hagab: quod verbum apud eos ambiguum est. Potest enim ἀκρίς, & locusta transferri. Quomodo igitur in Hieremię principio, verbum שָׁקֵד soced, si varietur accentus, & nucem significat & vigilias. Et dicitur ad eũ:
Hiere.1.c. Quid tu vides Hieremia? Et respondit: Baculum nuceum. Et ait dominus ad eum: Bene vidisti: qa vigilabo ego super verbum meum, vt faciã illud vel illud: Et habet etymologiam nucis: quòd vigilatur⁹ sit de⁹, & retributurus populo quod meretur, sermonis occasio est: Ita & nunc ambiguitas verbi per etymologiã eius, indicat senũ crura tumentia, & podagræ tumorib⁹ prægrauata. Nõ quòd omnib⁹
H senibus hoc fiat, sed q̃ plerũq; accidat, σωϑεκδοχικῶς à parte id qđ totum est, appelletur. In eo verò vbi nos habem⁹, capparim: ī Hebræo habet, אֲבִיוֹנָה abiona: quod & ipsum ambiguũ est, interpretaturq; amor, desiderium, concupiscentia: vel capparis significatur, vt suprà diximus, q̃ senum libido refrigescat, & organa coitus dissipẽtur. Hoc autem ideo: quia hæc verba ambigua, cùm in vocabulis suis, & amygdalũ, & locustã, & capparim sonent, in aliud deriuata significant, & per figurã ad sensus qui seni conueniunt, deriuantur. Sciendum quoque q̃ vbi nunc Lxx. interpretes posuerunt τὸ ἀμύγδαλον, ipsum verbum sit שָׁקֵד soced, quod in Hieremiæ principio est, sed ibi in nucem versum est, hic in amygdalum. Symmachus nescio quid in hoc loco sentiẽs, multo aliter interpretatus est. Ait enim: Super hæc etiam de excelso videbũt, & terror erit in via, & obdormient vigilantes, & dissoluetur spiritus fortitudo. Ibit enim homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in platea plangentes. Cuius interpretationẽ Laodicenus secutus, nec Iudeis placere potest, nec Christianis: dũ
I & ab Hebræis procul est, & sequi Septuaginta interpretes dedignatur. a ¶Antequam rumpatur funiculus argenti, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontẽ, &c.) Reuertitur ad superiora, & post grande hyperbaton: quod ab eo loco interiecerat, in quo ait: Et memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuæ: antequam veniat dies malitiæ, & antequam tenebrescat sol & luna, & stellę, & cætera: in die qua mouebuntur custodes domus: Nunc cœptã sententiam, simili fine concludit, dicens: Antequam rumpatur funiculus argenti, & illud vel illud fiat. Funiculus autem argenti, candidam hanc vitam, & spiramen quod nobis de cœlo tribuitur, ostendit. Recursus quoq; vittæ aureæ, animam significat: quæ illuc recurrit, vnde descenderat. Porrò duo reliqua quæ sequuntur: contritio hydrię super fontẽ, & confractio rotę super lacum: per metaphoram, mortis ænigmata sunt. Quomodo enim hydria quæ conteritur, cessat haurire: & rota per quam de lacu & puteis leuantur aquæ, si cõfracta fuerit: siue vt alij interpretes voluerunt, in suo funiculo conuoluta, aquæ vsus intercipitur: ita & cùm funiculus argenti, si fuerit interruptus, & animæ riuus recurrerit ad fontem, interibit homo. Et vt manifestius sequitur: conuertetur puluis in terram suam: vnde sumptus est, & spiritus reuertetur ad dominũ qui dedit illum. Ex quo satis ridendi sunt qui putant animas cum corporibus seri: & non à deo, sed à corporum parentibus generari. Cùm enim caro reuertatur in terram, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum: manifestum est deum, patrem animarum esse, non homines. Post descriptionem interitus humani, pulchrè exordium libri sui repetẽs ait: Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. Cùm enim cunctus mortalium labor, de quo in toto volumine disputatum est, huc perueniat: vt reuertatur puluis in terram suam, & anima illuc redeat vnde sumpta est: magnæ vanitatis est in hoc seculo laborare, & nihil futura conquirere.

niam ibit homo in domũ æternitatis suę, & circumibunt in platea plangẽtes.
a Antequam rumpatur funiculus argẽti, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontẽ, & cõfringatur rota super lacũ. Et reuertat⁹ puluis in terram suã sicut erat: & spiritus redeat ad deum qui dedit illũ. Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes, vniuersa vanitas. Et amplius
b quia fact⁹ est Ecclesiastes sapiens: adhuc docuit scientiã populũ, & audire eos fecit: & scrutans cõposuit prouerbia. Multũ quæsiuit Ecclesiastes, vt inueniret verba volũtatis, & scriberet rectè verba veritatis.
c Vẽrba sapientũ vt stimuli, & quasi claui in altum

niã ibit homo in domum ęternitatis suæ, & circumibunt in platea plãgentes.
Antequam rumpatur funis argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontẽ, & cõfringatur rota sup cisternã, & reuertatur puluis in terrã suã vnde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Vanitas vanitatũ, dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. Cumq; esset sapientissim⁹ Ecclesiastes: docuit populum, & enarrauit quę fecerat, & inuestigans composuit parabõlas multas. Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Verba sapientiũ sicut stimuli, & quasi claui in altum

b ¶Et amplius quia fact⁹ est Ecclesiastes sapiẽs: adhuc docuit scientiam populum, & audire eos fecit, & scrutans cõposuit prouerbia. Multum quæsiuit L
Ecclesiastes, &c.) Sapientiam qua præiuit Salomon omne hominũ genus: nunc quoque in fine opusculi sui profitetur, quòd non fuerit veteris legis institutione contentus, sed in p-

fundas se vltrò demerserit quæstiones: & ad docendũ populũ, puerbia, & parabolas cõposuerit: aliud habẽtes ī medulla, aliud in superficie pollicentes. Prouerbia quippe non hoc Prouerbia
sonare quod scriptum est, etiã in euangelijs edocemur: quòd Ioan.10.a.
domin⁹ populo in parabolis & prouerbijs sit locutus: secretò autem apostolis dissoluerit ea. Ex quo manifestum est, & &.16.f.g.
prouerbiorum librum, non vt simplices arbitrãtur, patientia habere præcepta: sed quasi in terra, aurũ: in nuce, nucleus: in hirsutis castanearũ operculis, absconditus fructus inquiritur: ita in eis diuinum sensum altius perscrutandum. Super hæc addidit causas naturasq; rerũ se voluisse cognoscere, & dei dispositionem & prouidẽtiam: quare vnumquodq; vel quomodo factum sit, scire voluisse: vt quod Dauid post dissolutionẽ corporis & animæ, ad cœlos recursum se sperat esse visurum, dicẽs: Videbo cœlos tuos, opera digitorum Psal.8.a.
tuorum: hoc nunc in præsenti Salomon nisus fuerit inueni- M
re: † & veritatem soli deo cognitam, corporis vallata septo, † al's, vt ve
mens humana comprehendere non potest. c ¶Verba sa- ritatẽ soli
pientum vt stimuli, & quasi claui in altum defixi, &c.) Ne &c. mens
videretur post legem dei, temerarius subitò præceptor erũ- humana cõ
pere: & sibi vendicare doctrinam, quam Moyses non tã sua prehende-
sponte, quàm deo irascente † primùm, dehinc inspirante su- ret.
sceperat: dicit verba sua, verba esse sapientium, quæ in simi- † iubente.
litudinem stimulorũ corrigant delinquentes, & pigros mortalium gressus, aculeo pungente commoueant: sicq; sint firma quasi claui in altum solidúmque defixi: nec authoritate vnius, sed consilio atque consensu magistrorum omniũ proferantur. Et ne contemneretur omnium † sapiẽtia: ait eam † humana.
ab vno pastore cõcessam: id est, licèt plurimi doceãt, tamen doctrinæ hui⁹ author vnus est dominus. Facit hic locus aduersus eos, qui alium legis veteris, alium euangelijexistimãt deum, quòd vnus pastor concilium prudentium instruxerit. Prudẽtes autem tam prophetæ sunt, quàm apostoli. Simul & hoc notandum est, quòd dicantur verba sapientium pũgere, non palpare: nec molli manu attrectare lasciuiam, sed errantibus, & (vt suprà diximus) tardis, pœnitentiæ dolores, & vulnus infigere. Si cuius igitur sermo non pungit, sed oblectationem facit audientibus: iste non est sermo sapientis.

Verba

Animæ origo. K

A Verba quippe sapientiũ vt stimuli. Quæ quoniã ad cõuersionem prouocant delinquentem, & firma sunt, & à concilio sanctorum data, atque ab vno pastore concessa, & solida radice fundata sunt. Hoc stimulo necdum Paulum, sed adhuc Saulum puto in via confossum erroris audisse: Durum tibi est calcitrare contra stimulum dei.

Acto.9.a.

a ¶Et amplius ab ipsis fili mi caue, faciendi libros multos: quibus non est finis, & meditatio plurima labor est carnis.) Exceptis his verbis quæ ab vno pastore sunt data, & à cõcilio, atq; consensu, plata sapientium: nihil facias, nihil tibi vendices: maiorũ sequere vestigia, & ab eorũ authoritate non discrepes. Alioqui, quærenti multa, infinitus librorum numerus occurret: qui te pertrahat ad errorem, & legentem multa, frustra faciet laborare. Vel certè docet breuitati studendum, & sensum magis sectandum esse quàm verba, aduersus philosophos & seculi huius doctores, qui suorum dogmatum falsitates conãtur asserere varietate ac multitudine sermonũ. Econtra scriptura diuina, breui circulo coarctata est: & quantum dilatatur in sensibus, tantum in sermone constringitur. Quia cõ-

B

Rom.9.f. summatum breuiatumq; sermonem fecit deus super terrã,
Deut.30.c & verbũ eius iuxtà est in ore nostro, & in corde nostro. Aliter: Frequẽs lectio, & quotidiana meditatio, animæ solet magis labor esse quàm carnis. Quomodo enim quicquid manu & corpore fit, manus & corporis labore cõpletur: ita quod ad lectionem pertinet, magis est labor mentis. Ex quo mihi videtur, superiora de multitudine librorum aliter sentienda quàm plerique existimant. Moris est scripturarum: quanuis plures libros, si inter se non discrepent, & de eadẽ re scribãtur, vnum volumen dicere. Siquidem & euangeliũ, & lex do-

Psal.18.b. mini immaculata, conuertens animas, singulariter appellantur, cùm plura euangelia & multa sint mandata legis. Sic &
Esa.29.d. volumen in Esaiæ sermone signatum, omnis scriptura diui-
Ezec.2.d. na est, & vno capitulo libri, Ezechiel, Ioannesq; vescuntur.
& Apoca. Saluator quoq; omnium retrò sanctorũ vocibus prophetato.
10.d. tus ait: In capitulo libri scriptum est de me. Iuxta hũc igit
Psal.39.b. sensum arbitror nunc præceptũ, ne plures libri fiant. Quic-

C quid enim dixeris, si ad eum referatur, qui in principio erat
Ioan.1.a. apud deum, & deus erat verbum, vnum volumen est: & innumerabiles libri, vna lex, vnũ euangelium nominantur. Quòd si diuersa & discrepantia disputaueris, & curiositate nimia huc atq; illuc animum deduxeris: etiã in vno libro, multi li-
Eccli.20.a bri sunt. Vnde dictum est: Ex multiloquio non effugies peccatum. Talibus igitur libris nõ est finis. Bonum enim omne & veritas certo fine concluditur: malitia verò atq; mendacium, sine fine sunt. Et quanto plus requiruntur, tanto maior eorum series nascitur. Hac in re, studium atque meditatio, labor est carnis. Carnis inquam, non spiritus. Habet siquidem & spiritus laborem suum, iuxta illud quod ait Apostolus: Plus autem illis omnibus laboraui: nõ autem ego, sed gratia dei quæ mecum

D

1.Cor.15.c

tum defixi, habentibus cœtus, data sunt à pastore vno. Et amplius ab ipsis fili mi caue faciendi libros multos: quibus non est finis: & meditatio plurima, labor est carnis. Finis sermonis verbi vniuersi, auditu perfacilis est. Deum time, & mandata eius custodi. Hoc est enim omnis homo: quia omne factum deus adducet in iudicium de omni abscondito, siue bonum, siue malum sit.

a

b

est. Et saluator: Laborauí clamãs. b ¶Finis sermõis verbi vniuersi auditu perfacilis est: deum time, & mandata eius custodi. Hoc est enim oñis homo: quia omne factum deꝰ adducet &c.) Aiũt Hebræi cùm inter cætera scripta Salomonis quę antiquata sunt, nec i memoria durauerũt, & hic liber obliterandus videretur, eo quòd vanas asserat dei creaturas, & totum putaret esse pro nihilo, & cibum, & potum, & delitias transeuntes præferret omnibus:

Psal.68.a.

E

ex hoc vno capitulo meruisse authoritatem, vt in diuinorum voluminum numero poneretur, quòd totam disputationem suam, & omnem catalogum suum hac quasi ἀνακεφαλαιώσει coarctauerit, & dixerit finem sermonum suorum auditu esse promptissimũ, nec aliquid in se habere difficile: vt scilicet deum timeamus, & eius præcepta faciamus. Ad hoc enim natum esse hominem, vt creatorem suum intelligens, veneretur eum metu, & honore, & opere mandatorum. Siquidem cùm iudicij tempus aduenerit: quicquid à nobis gestum est, stare sub iudice, & ancipitẽ diu expectare sententiam: & vnumquemque recipere pro opere suo, siue malí quid gesserit, siue boni. Pro eo autem quod nos posuimus: De omni abscõdito, siue bonum, siue malum: Symmachus & Lxx. interpretati sunt, de omni cõtemptu: vel certè de omni ignoratu, quod etiam de ocioso verbo, & non voluntate, sed ignoratione prolato, reddituri simus rationem in die iudicij. Aliter: Quia timor seruorum est, & perfecta dilectio foras mittit timorem, & in scriptura diuina tam incipiẽtium quàm perfectorũ duplex appellatus est metus: nunc de consummato in virtutibus metu dici puto, secundum illud: Nihil deest timentibus eum. Vel certè qui adhuc homo est, & necdum nomen dei accepit: hanc habet rationem substantiæ suæ, vt in corpore positus deum timeat. Quia omne factũ: id est omnes homines deus adducet in iudicium super vniuersis quæ aliter quàm ab eo dispositа sunt, & dicta sense-

1.Ioã.4.d.

Psal.33.b.

F

runt, siue in hanc partem, siue in illam. Vę quippe his qui dicunt bonum malum, & malum bonum.

Esa.5.e.

Diui Hieronymi Commentariorum
in Ecclesiasten finis,

ORIGENIS IN
CANTICA CANTICORVM HOMILIAE
QVATVOR. PRAEFATIO.

Epithalamium.

EPithalamiũ libellus, id est, nuptiale carmẽ, in modum mihi videt dramatis à Salomone cõscriptus: quẽ cecinit instar nubentis sponsæ, & erga sponsum suum, qui est sermo dei, cœlesti amore flagrãtis. Adamauit enim eum, siue anima quæ ad imaginem eius facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atque perfectus sponsus, quibus verbis vsus sit ad coniunctam sibi animam vel ecclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales quoque sponsæ adolescentulæ, cum ipsa sponsa positæ, quæ dixerint, quæque etiam amici ac sodales sponsi: ex eodem nihilominus libro, qui Cantica canticorum inti-

G tulatur cognoſcimus. Poſſibilitas enim data eſt etiam ipſis amicis ſponſi aliqua dicere: ea duntaxat quæ audierant ab ipſo ſpōſo, lætantes de cōiunctione ſponſæ. Fit ergo ſermo ab ipſa ſponſa, non ſolum ad ſponſum, ſed etiam ad adoleſcentulas: & rurſum ſponſi ſermo, non tantummodo ad ſponſam, ſed etiam ad amicos dirigitur ſponſi. Et hoc eſt quod ſuprà diximus, carmen nuptiale in modum dramatis eſſe conſcriptum. Drama enim dicitur, multarum perſonarum cantilena: vt in ſcenis agi fabula ſolet, vbi diuerſæ perſonę introducuntur, & alijs accedentibus, alijs etiam diſcedentibus, à diuerſis & ad diuerſos, textus narrationis expletur. Quæ ſingula ſuo ordine ſcriptura hæc continet: totumq; corpus eius, myſticis formatur eloquijs. Sed primò ſcire nos oportet, quoniam ſicut puerilis ætas non mouetur ad amorem poſſibilium: ita nec ad capiendum quidē verba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur: illorum ſcilicet qui lacte in Chriſto aluntur, non cibo forti, & qui nūc primùm rationabile, & ſine dolo lac cōcupiſcunt. In H verbis enim Cantici canticorum ille cibus eſt, de quo dicit Apoſtolus: Perfectorum autem eſt ſolidus cib⁹. Et tales requirit auditores, qui pro poſſibilitate ſumendi, exercitatos habeant ſenſus ad diſcretionem boni & mali. Et quidem paruuli quos diximus: ſi veniant ad hæc loca, poteſt fieri vt nihil quidem ex hac ſcriptura proficiant: nec tamen valde lædantur, vel ipſa quæ ſcripta ſunt legentes, vel quæ ad explanationem eorum dicēda ſunt recenſentes. Si verò aliquis acceſſerit, qui ſecundum carnem tantummodo vir eſt: huic tali non parum ex hac ſcriptura diſcriminis periculiq; naſcetur. Audire enim purè, & caſtis auribus amoris nomina neſciens, ab interiori homine ad exteriorem & carnalem virum, omnem deflectet auditum: & à ſpiritu conuertetur ad carnem: nutrietq; in ſemetipſo concupiſcentias carnales, & occaſione diuinæ ſcripturæ commoueri & incitari videbitur ad libidinem carnis. Ob hoc ergo moneo, & conſilium do, omni qui nondum carnis & ſanguinis moleſtijs caret, neque ab affectu I naturæ materialis abſcedit: vt à lectiōe libelli huius, eorumq; quæ in eo dicentur, penitus temperet. Aiunt enim obſeruari etiam apud Hebræos, quòd niſi quis ad ætatem perfectam maturamq; peruenerit, libellum hunc ne quidem in manibus tenere permittatur. Sed & illud ab eis accepimus cuſtodiri. Quandoquidem moris eſt apud eos: omnes ſcripturas à doctoribus & à ſapientibus tradi pueris: ſimul & eas quas ἀντιρρώσεις appellant: ad vltimum quatuor iſta reſeruari: id eſt, principium Geneſis, in quo mūdi creatura deſcribitur: & Ezechielis prophetæ principia, in quibus de Cherubim refertur: & finem, in quo templi ædificatio continetur: & hunc cantici canticorum librum. Igitur neceſſarium mihi videtur antequā ad ea quæ in hoc libello ſcripta ſunt diſcutienda veniamus, de amore prius ipſo, qui eſt ſcripturæ huius cauſa præcipua, pauca diſſerere: & poſt hęc de ordine librorum Salomonis, in quibus hic liber tertio loco poſitus videtur. Tum etiam de attitulatione libelli ipſius: cur canticum canticorū ſuperſcriptus ſit: atque etiam quomodo dramatis in modū, & tanquam fabula quæ in ſcenis perſo- K narum immutatione agi ſolet, videatur eſſe cōpoſitus. Apud Græcos quidem plurimi eruditorum virorum volentes inueſtigare veritatis indaginem, de amoris natura, multa ac diuerſa etiā dialogorum ſtylo ſcripta protulerunt: conantes oſtendere nō aliud eſſe amoris vim, niſi quæ animam de terris ad faſtigia cœli celſa perducat: nec ad ſummam poſſe beatitudinem perueniri, niſi amoris deſiderio prouocante. Sed & quęſtiones de hoc quaſi in conuiuijs propoſitæ referuntur: inter eos puto inter quos non ciborum, ſed verborum cōuiuium gerebatur. Alij verò etiam artes quaſdam quibus amor hic in anima gigni vel augeri poſſe videatur, conſcriptas reliquerunt. Sed has artes, carnales homines, ad vitioſa deſideria & culpabilis amoris miniſteria traxerunt. Non ergo mirū ſit, ſi & apud nos, vbi quanto plures ſimpliciores, tanto plures & imperitiores videntur, difficilem diximus, & periculo proximam de amoris natura diſputationem: cùm apud Græcos qui eruditi & ſapientes videntur, fuerint tamen aliqui qui de his non ita acceperint, vt ſcriptum L eſt: ſed occaſione eorum quæ de amore dicta ſunt, in lapſus carnis, & in impudicitiæ præcipitia corruerunt: ſiue ex his quę ſcripta erāt, vt ſuprà memorauimus, admonitiones quaſdā & incitamenta ſumentes: ſiue incontinentię ſuæ velamen, ſcriptis veterum præferentes. Ne ergo & nos tale aliquid incurramus, ea quę à veteribus bene & ſpiritualiter ſcripta ſunt, vitioſè & carnaliter aduertentes, tam corporis, quàm animæ noſtræ palmas protēdamus ad deum: vt dominus qui dedit ver- Pſal.67.c bū euangelizantibus virtute multa, donet & nobis in virtute ſua verbū, quò poſſimus ex his quę ſcripta ſunt, intellectum ſanum & ad ædificationem pudicitiæ aptum: vel nomini ipſi, vel naturæ amoris oſtendere. In principio verborū Moyſi, vbi de mundi conditione conſcribitur, duos inuenimus homines creatos referri: Primum ad Geñ.1.c. imaginem & ſimilitudinem dei factum: Secūdum &.9.a. è limo terræ factum. Hoc Paulus apoſtolus bene ſciens, & ad liquidum in his eruditus, in ſuis literis apertius & euidentius binos eſſe, & per ſin- M gulos quoſque homines ſcripſit. Sic enim dixit: Nam ſi is qui foris eſt homo noſter, corrumpitur: 2.Cor.4. ſed ille qui intus eſt, renouatur de die in diem. Et d. iterum: Condelector enim legi dei ſecundum in- Rom.7.d teriorem hominem: & his ſimilia quanta conſcribit? Vnde puto neminem iam debere dubitare Φ Moyſes de duorum hominum factura vel figmēto ſcripſerit ī principio Geneſis: cùm videat Paulum, qui melius vtique quàm nos intelligebat ea quæ à Moyſe ſcripta ſunt, duos homines eſſe per ſingulos quoſque dicentem: quorum vnum, id eſt, interiorem, renouari per ſingulos dies memorat. Alium verò: id eſt, exteriorem, in quibuſdam ſanctis, & talibus qualis erat Paulus, corrumpi perhibet & infirmari. Quòd ſi alicui videbitur de hoc adhuc aliquid dubitandum, in locis proprijs melius explanabitur. Nunc autem propter quid memoriam fecerimus interioris & exterioris hominis, proſequamur. Oſtendere enim ex his volumus quòd in ſcripturis diuinis per homonymas: id eſt, per ſimiles appellationes, imò per eadem vocabula,

Drama.

Cantici cā ticorum le ctio.

1.Cor.3.a. & Heb.5.d 1.Pet.2.a.

Heb.5.d.

Ibidem.

A cabula,& exterioris hominis mẽbra, & illius interioris hominis partes affectusq; nominant:eaq; non ſolum vocabulis,ſed & rebus ipſis ſibijnuicẽ comparantur. Verbi gratia: Vetatur aliquis eſſe puer ſecundum interiorem hominem, quẽ poſſibile eſt creſcere,& ad ætatem iuuenis adduci:atq; inde ſũccedentibus incrementis,peruenire ad virum perfectum,& effici patrem. His autem nominibus vti voluimus,vt cõſona diuinæ ſcripturæ, illi ſcilicet quæ ab Ioãne ſcripta eſt,vocabula poneremus. 1.Ioã.2.b. Ait enim ille: Scripſi vobis pueri, quoniã cognouiſtis patrẽ. Ibidem. Scripſi vobis patres, quoniam cognouiſtis eũ qui ab initio eſt. Scripſi vobis iuuenes,quoniam fortes eſtis,& per verbũ dei Ibidem. quod manet in cœlo,viciſtis malignum. Euidens vtiq; eſt,nec ab vllo arbitror omnino dubitari, q̃ pueros hic Ioannes,vel adoleſcentes,vel iuuenes, vel etiam patres,ſecundum animæ,non ſecũdum corporis appellet ætatem. Sed & Paulus dicit in 1.Cor.3.a. quodam loco: Non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus,ſed quaſi carnalibus:tãquam paruulis in Chriſto,lac vobis potum dedi,non eſcã. In Chriſto autem paruuli,proculdubio ſecũdum animæ, B non ſecũdum carnis nominãtur ætatem. Deniq; idẽ Paulus etiã in alio loco ait: Cùm eſſem par- 1.Cor.13.c uulus,loquebar ſicut paruulus:ſicut paruulus ſapiebam,ſicut paruulus cogitabam. Cùm autẽ factus ſum vir,deſtruxi quæ erant paruuli. Et iterum alibi dicit: Donec occurramus omnes in vi- Ephe.4.c. rum perfectum,in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Scit enim occurſuros eſſe omnes qui credunt, in virum perfectum,& in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Igitur ſicut hæc quæ memorauimus ętatum nomina,eiſdẽ vocabulis & exteriori homini aſſcribũtur & interiori:ita inuenies etiam membrorum nomina corporaliũ trãsferri ad animæ membra,ſeu potius efficiẽtiæ hæc ani- Eccl's.2.b. mæ,affectusq; dicendi ſunt. Dicit ergo in Eccleſiaſte:ſapientis oculi in capite eius. Item in euan- Lucæ.8.a. gelio: Qui habet aures audiendi, audiat. In prophetis quoq;,ſermo domini qui factus eſt in ma- Aggei.1.b nu prophetæ Hieremiæ, ſiue alterius cuiuſlibet. Pſal.90.c. Simile eſt etiam illud quod ait ille:Pes autẽ tuus lbi.72.a. non offendit. Et iterum: Mei autem paulominus C moti ſunt pedes. Euidenter quoq; & vẽter animę deſignatur: vbi dicitur:Domine,à timore tuo in vtero concepimus. Nã inde quis dubitet, cùm di- Pſal.5.c. citur:Sepulchrũ patens eſt guttur eorum? Et ite- Ibi.54.b. rum:Præcipita domine,& diuide linguas eorum. Pſal.3.b. Sed & id quod ſcriptum eſt: Dentes peccatorum Ibid.36.c. contriuiſti. Et iterum:Contere brachium peccatoris & maligni. Et quid opus eſt me de his plura colligere,cùm abundãtiſſimis teſtimonijs ſcripturæ diuinæ repletæ ſint. Ex quibus euidenter oſtẽditur,membrorum hæc nomina,nequaquam corpori viſibili aptari poſſe,ſed ad inuiſibilis animæ partẽ virtutesq; debere reuocari:quoniam & vocabula quidẽ habẽt ſimilia. Apertè autẽ & ſine vlla ambiguitate,non exterioris,ſed interioris hominis ſignificantias gerunt. Eſt ergo materialis huius hominis,qui & exterior appellat cibus,potusq; naturæ ſuę cognatus,corporeus iſte ſcilicet & terren9. Similiter autem & ſpiritualis hominis ipſius,qui & interior dicitur, eſt ꝓprius cibus, vt Ioan.6.c. panis ille viuus qui de cœlo deſcendit. Sed & potus ille eſt ex illa quam promittit Ieſus dicens: D Quicunq; biberit ex hac aqua quã ego do ei,non Ioan.4.a. ſitiet in æternum. Sic ergo per omnia ſimilitudo quidem vocabulorũ ſecundũ vtrũq; hominẽ ponitur:rerũ verò proprietas vnicuiq; diſcreta ſeruatur,& corruptibili corruptibilia præbẽtur: incorruptibili verò, incorruptibilia proponuntur. Vnde accidit,vt ſimpliciores quidem neſcientes diſtinguere ac ſecernere quæ ſint quæ in ſcripturis diuinis interiori homini: quæ verò exteriori deputanda ſint,vocabulorũ ſimilitudinibus falſi, ad ineptas quaſdam fabulas,& figmẽta mania ſe cõtulerint,vt etiam poſt reſurrectionẽ cibis corporalibus vtendum crederẽt, potumq; ſumendũ, non ſolum ex illa vite vera, & viuente in ſecula, verùm & ex his vitibus ligni: ſed de his aliâs videbimus. Nunc ergo vt præcedenti obſeruatione diſtinximus. Eſt quidem ſecundũ interiorem hominem,alius ſine filijs & ſterilis:alius verò abundans in filijs:ſecundum quod & illud aduertimus dictum:Sterilis peperit ſeptem, & fœcunda in fi- 1.Reg.2.a lijs infirmata eſt. Et vt in benedictionibus dicit: E Nõ erit in vobis ſine filijs,& ſterilis. Igitur ſi hæc Exo.23.d. ita ſe habent, ſicut dicitur aliquis carnalis amor & Deute. quem & Cupidinem appellauerunt poẽtæ:ſecun- 7.c. dum quem qui amat, in carne ſeminat: ita eſt & quidam ſpiritualis amor:ſecundum quẽ ille interior homo amãs,in ſpiritu ſeminat. Et vt euidẽtius dicam: Si quis eſt qui portat adhuc imaginẽ terreni ſecundũ exteriorem hominem, agitur cupidine & amore terreno:qui verò portat imaginẽ cœleſtis ſecũdum interiorẽ hominem,agitur cupidine & amore cœleſti. Amore autẽ & cupidine cœleſti agitur anima,cùm perfecta pulchritudine & decore verbi dei,ſpeciem eius adamauerit,& ex ipſo telum quoddam,& vulnus amoris accepe rit. Eſt enim verbum hoc imago,& ſplendor dei Heb.1.a. inuiſibilis,primogenitus omnis creaturæ: in quo Coloſſ.1.c creata ſunt omnia quæ in cœlis ſunt,& quę in terris,ſiue viſibilia,ſiue iuiſibilia. Igit ſi quis potuerit capaci mente conijcere, & conſiderare horum omnium quæ in ipſo creata ſunt decus & ſpeciẽ: ipſa rerum venuſtate percuſſus,& ſplendoris magnificẽtia ceu iaculo,vt ait propheta, electo tere- Eſa.49.a. bratus:ſalutare ab ipſo vulnus accipiet, & beato F igne amoris eius ardebit. Oportet etiã nos illud ſcire,quòd illicitus amor & cõtra legem: ſicut accidere poteſt homini exteriori:verbi gratia,vt nõ ſponſam,vel coniugem amet,ſed aut meretricem aut adulterã:ita & interiori homini,hoc eſt, animæ accidere poteſt amor nõ in legitimum ſponſum,quem diximus eſſe verbũ dei,ſed in adulterũ aliquem & corruptorẽ. Quod ſub hac eadẽ figura euidẽter declarat Ezechiel ꝓpheta, vbi Oollã Ezec.23.a & Oolibã introducit ſub ſpecie Samariæ & Hieruſalem,adulterino amore corruptas: ſicut locus ipſe ſcripturæ ꝓpheticæ oſtendit volentibus plenius ſcire. Exardeſcit autem etiã hic ſpiritualis amor animæ aliquando quidẽ, vt edocuim9,erga aliquos ſpiritus nequitiæ: aliquãdo erga ſpiritum ſanctũ,& verbum dei qui eſt ſpõſus fidelis,& eruditæ animæ vir dicitur:& cuius ipſa ſpõſa in hac præcipuè ſcriptura,quę habeť in manibus,nominatur:ſicut præſtãte domino plenius oſtendemus cùm verba ipſius libelli explanare cœperim9. Videtur

G detur autẽ mihi quòd diuina ſcriptura volens cauere ne lapſus aliquis legẽtibus ſub amoris nomine naſceret, pro infirmioribꝰ quibuſq; eũ q apud ſapientes ſeculi Cupido ſeu amor dicit, honeſtiori vocabulo charitatẽ vel dilectionem nominaſſe.

Geñ.24. Verbi gr̃a, vt cùm dixit de Iſaac: Et accepit Rebeccã, & facta eſt ei vxor, & dilexit eã. Et iterũ de

Geñ.29. Iacob & Rachel ſimiliter dicit ſcriptura: Rachel autẽ erat decora oculis, & pulchra facie, & dilexit Iacob Rachel, & dixit: ſeruiam tibi ſeptem annis pro Rachel filia tua iuniore. Euidentius aũt im-

2.Reg.13. mutatꝰ vſus vocabuli huius apparet in Amnon q adamauit ſororẽ ſuã Thamar. Scriptũ eſt em̃: Et factũ eſt poſt hæc, & erat Abſalõ filio Dauid ſoror, decora facie valde, & nomen ei Thamar, & dilexit eã Amnon filius Dauid. Dilexit poſuit, ꝑ adamauit. Et tribulabat, inquit, Amnon ita vt infirmaret propter Thamar ſororem ſuã: quoniam virgo erat, & graue videbat in oculis Amnon facere ei aliquid. Et poſt pauca de violentia quã intulit Amnõ Thamar ſorori ſuæ, ita dicit ſcriptura: Et noluit Amnon audire vocẽ eius, ſed inua-

H luit ſuper eã, & humiliauit eã, & dormiuit cũ ea, & odiuit eã odio Amnon magno valde, quoniã maius erat odiũ quo oderat eã, quàm dilectio qua dilexerat eã. Et in his ergo & in pluribus alijs locis, inuenies ſcripturã diuinã refugiſſe amoris vocabulũ, & charitatis dilectionisq; poſuiſſe. Interdũ (licèt rarò) proprio tamen vocabulo amorem nominat, & iuitat ad eũ atq; incitat animas, vt cùm

Prou.4.a. dicit in Prouerbijs de ſapientia: Adama eã, & ſeruabit te: circunda eã, & exaltabit te: honora eam, & cõplectẽt te. Sed & in eo libello, qui dicit ſapiẽ-

Sap.8.a. tia Salomonis ita ſcriptũ eſt de ipſa ſapientia: Amator factꝰ ſum decoris eius. Arbitror aũt quòd vbi nulla lapſus videbatur occaſio, ibi tãtum nomẽ amoris inſeruit. Quid em̃ paſſibile, aut quid indecorũ poſſit aliquis aduertere in amore ſapiẽtiæ, vel in eo qui ſe amatorẽ profiteat eſſe ſapientiæ? Nam ſi dixiſſet, quia adamauit, vel Iſaac Rebeccã, vel Iacob Rachel, paſſio vtiq; aliqua indecora per hæc verba erga ſanctos dei homines potuiſſet intelligi: apud eos præcipuè qui neſciũt à

I litera conſcendere ad ſpiritũ. Apertiſſimè autem in hoc ipſo libello qui habet in manibus, amoris nomen, charitatis vocabulo permutatũ eſt, in eo vbi dixit: Adiuraui vos filię Hieruſalẽ, ſi inueneritis fratruelem meũ, vt annuncietis ei, quia vulneratę charitatis ego ſum: pro eo vtiq; vt diceret, Amoris eius telo percuſſa ſum. Nihil ergo intereſt in ſcripturis diuinis, vtrũ charitas dicatur, an amor, vel dilectio, niſi quòd intãtũ nomen charitatis extollitur, vt etiã ipſe deus charitas appelle-

1.Ioã.4.b tur, ſicut Ioãnes dixit: Chariſſimi, diligamus inuicem, quia charitas ex deo eſt: & omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deũ: qui autem non diligit, nõ cognoſcit deum: quia deus charitas eſt. Et quanuis alterius temporis ſit dicere aliquid de his quæ exempli cauſa ex Ioãnis epiſtola protulimus: tamen breuiter etiã aliqua perſtringere, non eſt viſum abſurdũ. Diligamus, inquit, inuicẽ: quia charitas ex deo eſt. Et poſt pauca: Deus charitas eſt: in quo oſtendit & ipſum deũ charitatẽ eſſe, & iterũ eũ qui ex deo eſt, charitatem eſſe. Quis aũt

Ioan.13.a. ex deo eſt, niſi ille qui dicit: Ego ex deo exiui, & veni in hunc mundũ? Quòd ſi deus pater chari- K
tas eſt, & filius charitas eſt: charitas autem & charitas vnũ eſt, & in nullo differt: cõſequenter ergo pater & filius, vnũ benedicũtur, & ideo cõuenienter Chriſtus, ſicut ſapientia, & virtus, & iuſtitia, & verbũ, & veritas, ita & charitas dicitur. Et ideo
dicit ſcriptura: Quia ſi charitas manet in vobis, 1.Ioã.4.d
deus in vobis manet. Deus autem, id eſt, pater & filius, qui & veniunt ad eũ qui perfectus in charitate eſt, ſecundũ verbũ domini & ſaluatoris dicẽtis: Ego & pater veniemus ad eum, & mãſionẽ fa- Ioã.14.e.
ciemus apud eũ. Sciendũ ergo eſt, quòd hæc charitas quæ deus eſt, cùm in aliquo fuerit, nihil terrenum, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Contra naturã nãq; eſt ei corruptibile aliquid diligere, cùm ipſa ſit incorruptionis fons. Ipſa eſt enim ſola quæ habet immortalitatẽ. Siquidẽ deus charitas eſt, qui ſolus habet immortalitatẽ, lucem 1.Tim.6.c
habitãs inacceſſibilẽ. Quid autem aliud immortalitas, niſi vita æterna eſt, quã daturũ ſe promittit deus credentibus in ipſum, ſolũ verum deũ, & quem miſit Ieſum Chriſtũ filium eius? Propterea
ergo in primis & ante omnia hoc amabile, & pla- L
cidum dicitur eſſe deo, vt quis diligat dominum
deum ſuũ, ex toto corde ſuo, & ex tota anima ſua, Deut.6.a.
& ex totis viribus ſuis. Et quia deus charitas eſt, & filius qui ex deo eſt, charitas eſt: ſui ſimile aliqd requirit in nobis, vt per hanc charitatem quæ eſt in Chriſto Ieſu, q eſt charitas, velut cognata quadã per charitatis nomen affinitate ſociemur, ſicut
& ille qui iã cõiunctus ei dicebat: Quis nos ſepa- Rom.8.g.
rabit à charitate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro? Hæc autẽ charitas, omnem hominẽ ꝓximũ diligit. Ob hoc enim arguit ſaluator quendã, qui opinabat ꝙ iuſta anima erga eã quæ iniquitatibus inuoluta eſt, ꝓpinquitatis iura nõ ſeruet, & iſta de cauſa texuit iſtã parabolã, quæ dicit, ꝙ
in latrones incidit quidã dũ deſcendit ab Hieruſa- Luc.10.c.
lem in Hierichõ, & culpat quidẽ ſacerdotẽ ac leuitã, qui videntes ſeminecem prætereriũt: amplectitur autem Samaritanũ qui miſericordiã fecerit, & hunc fuiſſe ei proximũ, ipſius qui propoſuerat reſpõſiõe firmauit, & ait ei: Vade, & tu fac ſimiliter.
Etem̃ natura omnes nobis iuuicem proximi ſu- M
mus. Operibꝰ verò charitatis, fit proximus ille, q poteſt benefacere ei qui nõ poteſt. Vnde & ſaluator noſter factus eſt proximus nobis, nec pertrãſiuit nos cùm ſemineces ex latronũ vulneribus iaceremus. Igit̃ ſciendum eſt dei charitatem ſemper ad deũ tendere à quo & originem duxit, & ad proximum reſpicere cum quo participiũ gerit, vtpote ſimiliter creatum in corruptiõe. Sic ergo quæcũq; de charitate ſcripta ſũt, quaſi de amore dicta ſuſcipe, nihil de noĩbꝰ curãs: eadem nãq; in vtroq; virtus oſtẽdit. Quòd ſi quis dicat: qa & pecuniã, & meretricẽ, & alia ſimiliter mala eodẽ vocabulo qđ à charitate duci videt, diligere appellamur: ſciendũ eſt in his non propriè, ſed abuſiuè charitatẽ noĩari. Sicut verbi gr̃a, & deꝰ, nomẽ principaliter in eo eſt: ex quo oĩa, & ꝓ quẽ oĩa, & in quo oĩa: qđ vtiq; apertè, virtutẽ & naturã trinę ſingularitatis denũciat. Scđo verò in loco, & (vt ita dixerim abuſiuè) deos dicit ſcriptura etiã illos ad quos ſermo
dei fit, ſicut cõfirmat ſaluator in euãgelijs. Sed & Pſal.81.b.
cœleſtes virtutes ſub hoc noĩe appellari videnť,
dum

Deut.6.a. dum dicitur: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in
A medio autē deus dijudicat. Tertiò verò in loco,
iam nō abuſiuè, ſed falſò dij gentiū dæmones ap-
Pſal.95.b. pellantur, cùm dicit ſcriptura: Omnes dij gētium
dæmonia. Itaque & primum charitatis nomen in
deo eſt: propter quod iubemur diligere deum ex
toto corde noſtro, ex tota anima noſtra, & ex to-
tis viribus noſtris: vtpote eū à quo habemus hoc
ipſum, vt diligere poſſimus. In ipſo iam ſine du-
bio continetur: vt & ſapientiam, & iuſtitiam, &
pietatem, & veritatem, omnesq; virtutes pariter
diligamus. Vnum enim atque idem eſt diligere
deum, & diligere bona. Secūdo in loco quaſi abu-
ſiuo & inde deriuato nomine, etiam proximum
diligere iubemur tāquam noſipſos. Tertium ve-
rò eſt quòd falſò ſub charitatis titulo nominat:
diligere vel pecuniam, vel voluptates, vel omne
quicquid ad corruptelam pertinet & errorem. Nō
ergo intereſt: vtrum amari dicatur deus, an dili-
gi. Nec puto quòd culpari poſſit, ſi quis deum, ſi-
1.Ioā.4.c cut Ioannes charitatem, ita ipſe amorem nomi-
net. Denique memini aliquem ſanctorum dixiſ-
B ſe, Ignatium nomine, de Chriſto: Meus autem a-
mor crucifixus eſt: nec reprehendi eum pro hoc
dignum iudico. Sciēdum autem quòd omnis qui
vel pecuniam diligit, vel ea quæ in mundo ſunt
materiæ corruptibilis, virtutem charitatis quæ
ex deo eſt, ad terrena & ad caduca deducit: & reb⁹
dei abutitur ad ea quæ non vult deus. Non enim
deus dilectionem horū, ſed vſum hominibus de-
dit. Hæc autem paulò latius diſcuſſimus, volētes
de natura charitatis & amoris apertius attētiusq;
diſtinguere: ne fortè quoniā ſcriptura dicit: quia
deus charitas eſt: omne quod diligitur etiā ſi cor-
ruptibile ſit, ex deo eſſe, & hoc charitas & dilectio
putaretur: Sed oſtenditur, res quidem dei & mu-
nus eius eſſe charitas: non tamen ſemper ab ho-
minib⁹ ad ea quæ dei ſunt, & quæ deus vult, opus
eius aſſumi. Sed & hoc ſcire oportet, quòd impoſ
ſibile eſt vt non ſemper humana natura aliquid
amet. Omnis nanq; qui ad id ętatis venerit, quam
pubertatem vocant, amat aliquid: ſeu minus re-
ctè, cùm amat quæ non oportet: ſeu rectè & vti-
C ter, cùm amat quæ oportet. Verùm nonnulli hūc
amoris affectū qui animæ rationabili inſitus eſt,
beneficio conditoris, aut ad amorem pecuniæ tra
hunt, & auaritiæ ſtudium: aut erga gloriam ca-
ptandam, & fiunt inanis gloriæ cupidi: aut erga
ſcorta ſectanda, & inueniuntur impudicitiæ libi-
dinisq; captiui: aut ad alia his ſimilia, virtutem
tāti boni huius effundūt. Sed & cùm erga diuer-
ſas artes amor iſte ducit quæ manu miniſtrātur,
aut per ſtudia præſentis vitæ non ſolum neceſſa-
ria: aut verbi gratia dixerim, erga artem palęſtri-
cam, vel curſus exercitia: aut certè etiā erga geo-
metricam, vel muſicam, vel arithmeticam cofer-
tur, atque ad alias vel huiuſmodi diſciplinas: nec
ſic quidē mihi videtur vſus eius probabiliter ſu-
mi. Si enim quod bonum eſt, hoc & probabile eſt:
bonum autem propriè non erga vſus corporeos,
ſed in deo primùm & animi virtutibus intelligi-
tur: conſequenter ille amor probabilis eſt, qui deo
& animæ virtutibus coaptatur. Et hoc ita ſe ha-
bere, definitione ipſius ſaluatoris oſtenditur: vbi
interrogatus à quodā, quod eſſet mādatū omniū
maius & primum in lege: reſpondit: Diliges do- Mat.22.d
minum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota & Marci
anima tua, & ex totis viribus tuis. Secundū verò 12.c.& Lu
ſimile eſt illi: Diliges proximum tuum ſicut te- cæ.10.c.
ipſū. Et adiecit: In his duobus mādatis oīis lex D
pendet & prophetæ: oſtendens per hæc duo iuſtū
amorem legitimumq; conſtare: atq; in his vniuer
ſam legem, prophetasq; pendere. Sed & quòd ait:
Non adulterabis, non occides, non furtum facies,
non falſum teſtimoniū dices: & ſi quod aliud mā-
datum, in hoc verbo inſtauratur in quo ait: Dili-
ges proximum tuum ſicut teipſum: quod hoc mo
do facilius explanabitur. Ponamus, verbi gratia,
mulierem amore alicuius viri ardentē, cupientēq;
in conſortium eius aſciſci: nónne omnia ita aget,
& omnes motus ſuos ita temperabit, vt ſciat illi
placere quem diligit: ne fortè ſi in aliquo contra
voluntatem illius egerit, conſortia eius vir ille o-
ptim⁹ refutet atq; ſpernat? Poteritne hæc mulier
quæ erga amorem viri illius toto corde, tota ani-
ma, totisq; viribus feruet, aut adulteriū commit-
tere, quæ eum nouerit amare pudicitiam: aut ho-
micidium, quæ eum nouerit mitem? aut furtum, E
quæ ei ſciat liberalitatem placere? aut cōcupiſcet
aliena, quæ oēs ſuas concupiſcentias erga amorē
viri illius habeat occupatas? Sic ergo in charita-
tis perfectione & omne mandatum inſtaurari di-
citur, & legis virtus prophetarumq; pēdere. Pro-
pter iſtud charitatis vel amoris bonū, ſancti nec
in tribulatione anguſtiātur, nec aporiati exapo-
riantur, nec deiecti pereunt: ſed quod in præſenti
eſt momentaneum, & leue tribulationis eorū, ſu-
pra modum æternū glorię pondus operatur illis.
Non enim omnibus, ſed Paulo, & his qui ei ſimi-
les ſunt, præſens hæc & momētanea ac leuis dicit
tribulatio: quia perfectā charitatem dei in Chri-
ſto Ieſu per ſpiritum ſanctū habent in corde ſuo
diffuſam. Sic deniq; & Iacob patriarcham amor Geñ.29.
Rachel per ſeptem annos continuos in laboribus & ſeq.
poſitum, diurni æſtus, & nocturni frigoris vſtio-
nem ſentire non ſiuit. Sic ipſum Paulū vi amore
huius incenſum, audito dicentē: Charitas omnia 1.Cor.13.b
patitur, omnia credit, omnia ſperat, omnia tole-
rat: charitas nunquam cadit. Nihil ergo eſt quod F
non toleret, qui perfectè diligit. Plura autē quan-
do nō toleramus: certum quòd ob hoc, quia cha-
ritatem, quæ omnia tolerat, nō habemus. Et ſi nō
ferimus aliqua patiēter: idcirco eſt, quia charitas
nobis deeſt, quæ omnia patit. In luctamine quoq;
eo quod eſt nobis aduerſus diabolum, quòd fre-
quenter cadimus, non dubiū eſt quin ob hoc fiat,
quòd non eſt in nobis charitas illa, quæ nūquam
cadit. Hunc ergo amorem loquitur præſens ſcri-
ptura: quo erga verbum dei, anima beata vtitur
& inflammatur: & iſtud epithalamij carmen per
ſpiritum canit, quo eccleſia ſponſo cœleſti Chri-
ſto coniungitur ac ſociatur, deſiderans miſceri ei
per verbum: vt concipiat ex eo, & ſaluari poſſit
per hāc caſtam filiorum generationem, cùm per- 1.Tim.2.d
manſerint in fide & ſanctitate cum ſobrietate: vt-
pote concepti ex ſemine quidem verbi dei, æditi
verò genitiq;, vel ab immaculata eccleſia, vel ab
anima, nihil corporeū, nihil materiale requirēte:
ſed ſolo verbi dei amore flagrāte. Hæc iterim no
bis ad præſēs de amore vel charitate, quæ in epi-
thalamio

G thalamio hoc cantici cãticorũ refertur, occurrere potuerunt, Sed ſciendũ eſt, tã multa eſſe, quæ dici debeant de charitate hac, quanta & de deo: ſiquidẽ
1.Ioã.4.b. ipſe eſt charitas. Scit enim nemo patrẽ, niſi filius,
Ioan.10.c. & cui voluerit filius reuelare. Similiter autẽ etiã ipſum filium, quoniam & ipſe charitas eſt: nemo ſcit, niſi pater, & ſecundum hoc quod charitas dicitur. Solus autem ſpiritusſanctus eſt, qui ex patre procedit: & ideo ſcit quę in deo ſunt: ſicut ſpi-
1.Cor.2.c. ritus hominis ſcit, quæ in homine ſunt. Hic ergo paracletus ſpiritus veritatis, qui de patre ꝓcedit, circuit quærens, ſi quas inueniat dignas & capaces animas: quibus reuelet magnitudinem charitatis huius, quæ ex deo eſt. Nunc ergo iam ipſum deum patrem, qui charitas eſt inuocãtes, per eam quæ ex ipſo eſt charitatem, etiã ad reliqua diſcutienda veniamus: & tentemus primùm de eo requirere quid illud ſit, ꝙ cùm tria volumina eccleſia dei à Salomone ſcripta ſuſceperit, primus ex ipſis Prouerbiorũ liber poſitus ſit: ſecundus is q
H Eccleſiaſtes appellat: tertio verò in loco Cantici cãticorũ volumẽ habeat. Quę ergo nobis occurrere poſſunt in hoc loco, iſta ſũt. Generales diſciplinæ, quibus ad rerũ ſcientiã peruenit, tres ſunt: quas Græci ethicã, phyſicã, & theoricen appellauerunt: nos has dicere poſſumus moralem, naturalem, & inſpectiuã. Nonnulli ſanè apud Grẽcos, etiam Logicen, quã nos rationalem poſſumus dicere, quarto in numero poſuere. Alij nõ extrinſecus cã: ſed per has tres, quas ſuprà memorauimus diſciplinas, innexã cõſertamq; per omne corpus,
Logice. eſſe dixerunt. Eſt enim Logice, & velut nos dicimus, rationalis: quæ verborũ dictorumq; videtur cõtinere rationes, proprietatesq; & improprietates, generaq; & ſpecies, & figuras ſingulorũ quoq; edocere dictorum: quã vtiq; diſciplinam non tam ſeparari quàm inſeri cæteris conuenit & intexi:
Ethice. Moralis autem dicitur, per quam mos viuẽdi honeſtus aptatur, & inſtituta ad virtutem tendẽtia
Phyſice. præparãtur. Naturalis dicitur, vbi vniuſcuiuſque rei natura diſcutitur, quo nihil contra naturã generatur in vita: ſed vnumquodq; his vſibus depu-
Theorice. tetur, in quos à creatore productũ eſt. Inſpectiua
I dicit, qua ſupergreſſi viſibilia, de diuinis aliquid & cœleſtibus contemplamur, eaq; ſola mente intuemur, quoniam corporeũ ſupergrediuntur aſpectum. Hæc ergo vt mihi videtur, ſapiẽtes quique Grẽcorum ſumpta à Salomone: vtpote qui ætate & tempore longè ante ipſos prior, ea per dei ſpiritũ didiciſſet, tanquã propria inuẽta protulerũt: & inſtitutionum ſuarũ voluminibus cõprehẽſa, poſteris tradenda reliquere. Sed hæc, vt diximus, Salomon ante omnes inuenit, & docuit per ſapiẽ-
3.Re.4.d tiam quam accepit à deo, ſicut ſcriptũ eſt: Et dedit deus prudentiam Salomoni, & ſapientiã multam valde, & latitudinem cordis, ſicut arenã, quæ eſt ad oram maris: & multiplicata eſt in eo ſapiẽtia ſuper oẽs antiquos filios hominũ, & ſuper oẽs ſapientes Aegypti. Salomon ergo tres iſtas quas ſuprà dixim⁹ generales eſſe diſciplinas: id eſt, moralem, naturalem, & inſpectiuam, diſtinguere abinuicẽ ac ſecernere volens, tribus eas libellis ædidit: ſuo quoq; ordine ſingulis conſequenter aptatis. Primò ergo in Prouerbijs moralem docuit locũ, ſuccinctis vt decuit, breuibusq; ſententijs vitæ inſtituta cõponens. Secundã verò, quæ natu- K
ralis appellatur, cõprehẽdit in Eccleſiaſte: in quo multa de rebus naturalibus differens: & inania ac vana ab vtilib⁹ neceſſarijsq; ſecernens, relinquendam vanitatem monet, & vtilia rectaq; ſectanda. Inſpectiuum quoq; locum in hoc libello tradidit, qui habetur in manibus: id eſt, in cãtico cãticorũ, in quo amorem cœleſtiũ diuinorumq; deſideriũ incutit animæ, ſub ſpecie ſponſæ ac ſponſi, charitatis & amoris vijs perueniendũ docens ad cõſortium dei. Hoc verò eũ veræ philoſophiæ fundamentum ponentem, & ordinem diſciplinarum inſtitutionũq; condentem, quòd non latuerit, neq; ab eo abiectus ſit, etiam rationalis locus euidẽter oſtendit in principio ſtatim Prouerbiorum ſuorum. Primò omniũ per hoc ipſum, quòd prouerbia attitulauit libellum ſuum: quod vtiq; nomen Prouerbia
ſignificat aliud quidem palàm dici, aliud verò intrinſecus indicari. Hoc enim & communis vſus prouerbiorum docet, & Ioannes in euangelio ſaluatorem ita ſcribit dicentem: Hæc in prouerbijs Ioan.16.f.
locutus ſum vobis: veniet hora, cùm iam non in L
ꝓuerbijs loquar vobis: ſed manifeſtè de patre annunciem vobis. Hæc interim in ipſa tituli inſcriptione. In ſequenti verò ſtatim ſubiungit diſcretionem ſermonis, & diſtinguit ſcientiã à ſapiẽtia, & à ſapientia diſciplinam: & intellectũ verborum aliud ponit, & prudentiã dicit in eo eſſe, vt excipere quis poſſit verborum verſutiam. Diſtinguit etiam iuſtitiã verã à directione iudicij: ſed & aſtutiam nominat quãdam his quos imbuit neceſſariam: illam credo, per quam ſophiſmatũ intelligi ac declinari poſſit argutia. Et ideo dicit innocentib⁹ per ſapientiam dare aſtutiã: ſine dubio, ne in verbo dei decipiant fraude ſophiſtica. Sed in hoc mihi videtur rationalis diſciplinę meminiſſe, per quam doctrina verborũ dictorumq; ſignificantiæ diſcernuntur, & vniuſcuiuſq; ſermonis ꝓprietas, certa cum ratione diſtinguitur, in qua præcipuè erudiri conuenit pueros: hoc enim hortatur, cùm dicit: Vt det puero iuniori ſenſum & cogitationem. Et quia, qui in his eruditi, neceſſariò rationabiliter per ea quæ didicit, ſemetipſum gubernat, & vitam ſuam moderatius librat: ꝓpterea dicit: M
Intelligẽs autem gubernacula acquiret. Poſt hæc verò cognoſcens in verbis diuinis, quibus per ꝓphetas humano generi traditus eſt ordo viuendi, diuerſos eſſe eloquij tropos, & varias dicendi ſpecies: ac ſciens haberi in eis aliquã figurã, quæ parabola appelletur, & aliã quæ obſcura dictio vocet: aliasq; quæ ænigmata nominent, & alias quæ dicta ſapientũ dicant, ſcribit. Intelliges quoq; parabolam & obſcurũ ſermonem, dictaq; ſapientũ & ænigmata. Per hæc ergo ſingula, rationalem locum manifeſtè & euidenter exponit, ac more veterũ ſuccinctis breuibusq; ſententijs, ingentes & perfectos explicat ſenſus. Quæ ſi quis eſt qui in Pſal.1.a.
lege domini meditet die ac nocte, & ſi quis eſt ſicut iuſti os, quod meditat domini ſapientiã, inue- Prou.10.d
ſtigare diligentius poterit & inuenire: ſi tamẽ rectè quis ierit, & quærens pulſauerit oſtiũ ſapientiæ, petens à deo vt aperiat ſibi, & mereatur accipere per ſpiritumſanctũ verbũ ſapientię, verbum ſcientiæ, fieriq; particeps illius ſapientiæ, quę dicebat: Extendebam enim verba mea, & nõ audiebatis,

A batis. Et meritò extendere ſe dixit verba in eius
corde, cui dederit deus, ſicut ſuprà diximꝰ, latitudinẽ cordis. Dilatat nãq; illius cor, qui poteſt ea
quæ breuiter in myſterijs dicta ſũt, latiore doctrina, ſumptis ex voluminibus diuinis aſſertionibꝰ
explanare. Oportet igit ſecundũ hanc eandem ſapientiſſimi Salomonis doctrinã, eum qui ſapientiã ſcire deſiderat, incipere ab eruditione morali,
& intelligere illud quod ſcriptũ eſt: Cõcupiſti ſapientiã: ſerua mandata, & dñs dabit eam tibi. Ob
hoc magiſter hic, qui primos homines diuinã philoſophiã docet, operis ſui exordium prouerbiorũ
poſuit libellũ: in quo, vt diximus, moralis traditur locus: vt cùm intellectu moribusq; quis profecerit, veniat etiã ad naturalis intelligentiæ diſciplinam: atque ibi rerum cauſas naturasq; diſtinguens, agnoſcat vanitatem vanitatum relinquẽdam: ad ęterna autem & perpetua properandũ, &
Eccleſiaſtes quid doceat. ideo poſt prouerbia ad Eccleſiaſten venit: qui docet, vt diximus, viſibilia omnia & corporea, caduca eſſe & fragilia. Quæ vtiq; cùm ita eſſe deprehenderit is qui ſapientiæ ſtudet, ſine dubio cõtemnet ea ac deſpiciet: & vniuerſo, vt ita dicam, ſeculo renũciãs, tendet ad inuiſibilia & æterna: quæ
ſpiritualibus quidẽ ſenſibus, ſed adopertis amorũ quibuſdã figuris docent in Cãticis canticorum.
Ideo enim nouiſſimũ locũ tenet hic liber: vt tunc
ad eum veniat, cùm & moribꝰ quis fuerit defecatis, & rerum corruptibilium atq; incorruptibiliũ
ſcientiã diſtinctionemq; didicerit: per quæ in nullo poſſit ex his figuris quibus ſponſæ ad ſpõſum
cœleſtis, id eſt, animæ perfectæ amor ad verbum
dei deſcribit ac formet, offendere. Præmiſſis nãq;
his quibus purificat anima per actus ac mores, &
in rerũ diſcretionẽ naturaliũ perducitur, cõpetẽter ad domeſtica venit, & ad myſtica atq; ad diuinitatis contemplationẽ, ſyncero & ſpirituali amore cõſcendit. Hanc ergo triplicẽ diuinę philoſophię formã, etiam in illis ſanctis ac beatis viris
arbitror præſignatã, p quorũ ſanctiſſimis inſtitutionibus, deus ſummus dici voluit, deus Abrahã,
deus Iſaac, deus Iacob, Abrahã tãquam moralem
declarat philoſophiã per obedientiã. Tanta enim
C eius fuit obedientia, & obſeruatio mandatorũ, vt
Geñ.12.a. cùm audiret: Exi de terra tua, & de cognatione
tua, & de domo patris tui: nõ ſit cũctatus, ſed ſtatim fecerit: imò & aliquid amplиꝰ fecerit. Audiẽs
Geñ.22. enim vt immolaret filiũ ſuum: nec inde quidem
dubitat, ſed obtemperat præcepto, & ad exemplũ
obedientiæ, quæ eſt moralis philoſophię, poſteris
dandum, nec filio ſuo vnico pepercit. Iſaac quoq;
Geñ.26.d naturalẽ philoſophiã tenet, & cùm puteos fodit,
& ſeq. & rerũ ꝓfunda rimatur. Sed & Iacob inſpectiuũ
Geñ.32.f. tenet locum, quippe qui & Iſraël ob diuinorũ cõ-
Ibid.a.& templationẽ nominatus ſit, & qui caſtra cœli vi-
28.c. derit, & domum dei, atq; angelorũ vias: id eſt, ſcalas à terris in cœlum porrectas ꝓſpexit. Vnde &
Geñ.22.b meritò inuenimus tres iſtos beatos viros altaria
&.35.b. fixiſſe deo: hoc eſt, philoſophiæ ſuæ cõſecraſſe ꝓfectus: quo ſcilicet edocerent, non hæc ad artes humanas, ſed ad dei gratiã referẽda. Sed & in tabernaculis degunt, vt per hæc oſtendant, neq; in terris habendũ eſſe aliquid propriũ huic qui diuinæ
philoſophiæ ſtudet, ſed ſemper promouendũ: non
tam de loco ad locum, quàm de ſcientia inferiorũ
ad ſcientiã perfectorum. Sed & alia multa in ſcri- D
pturis diuinis inuenies, quæ ordinem hunc quem
in libellis Salomonis contineri diximus, ſecundũ
hanc eandem formã deſignant: ſed ea nunc nobis
proſequi aliud in manibus habentibus longũ eſt.
Si quis ergo primum locum, in emẽdandis moribus mandatisq; ſeruandis, qui per prouerbia deſignatur, impleuit: poſt hæc autẽ deprehenſa vanitate mundi, & rerum caducarũ fragilitate perſpecta venit in hoc, vt renunciet mundo & omnibus quæ in mundo ſunt: conſequenter veniet etiã
ad contemplanda & deſiderãda ea quæ non videtur, & æterna ſunt. Ad quæ tamen vt peruenire
poſſimus, indigemus diuina miſericordia, ſi fortè
valeamus perſpecta pulchritudine verbi dei, ſalutari in eum amore ſuccendi: vt & ipſe dignet huiuſmodi animam diligere, quam deſiderium ſui
habere perſpexerit. Poſt hæc exigit nos cõſequẽtia ſermonis, dicere etiam de ſuperſcriptione ipſa
Cantici canticorũ. Simile enim eſt hoc illis, quæ
in tabernaculo teſtimonij appellantur ſancta ſan Exo.26.g.
ctorum, & illis quæ in libro Numerorum memo- E
rantur opera operum, quæq; apud Paulum dicũ- 1.Cor.1.b.
tur ſecula ſeculorũ. Sed quomodo differant à ſan & Coloſſ.
ctis ſancta ſanctorum in Exodo: & quomodo dif- 1.d.
ferãt opera ab operibus operum, in Numerorum
libro, tractantibus prout potuimus, dictũ eſt à nobis. Sed & de ſeculo ſeculorũ, in locis quibus occurrit, non omiſſum eſt: & ne eadem repetamus,
illa ſufficiant. Nũc ergo requiramus primò, quæ
ſint cantica, quorum cãticorum hoc eſſe canticũ
dicitur. Puto ergo quòd cantica ſint illa, quæ dudum per prophetas vel per angelos canebantur.
Lex enim dicitur per angelos miniſtrata in ma- Gala.3.c.
nu mediatoris. Illa ergo omnia quæ p illos annũ- & Acto.
ciabant, cantica erant p amicos ſponſi præceden- 7.g.
tia. Iſtud verò vnum canticum eſt, quod ipſi iam
ſponſo ſponſam ſuã ſuſcepturo, epithalamij ſpecie erat canendũ. In quo ſponſa nõ adhuc p amicos ſpõſi cãtari ſibi vult: ſed ipſius iã ſponſi præſentis audire verba deſiderat, dicens: Oſculet me
oſculo oris ſui: vnde & omnibus canticis meritò
præfert. Vident enim cætera cantica, quæ lex &
ꝓphetæ cecinerunt, paruulæ adhuc ſponſæ, & quę F
nondum veſtibula maturæ ętatis ingreſſa ſit, decantata. Hoc verò canticum adultæ, & iam valde
robuſtæ, & quæ capax ſit iã virilis potentiæ, perfectiq; myſterij, decantari videtur, ſecũdum quod
dicitur de ipſa, quia vna ſit perfecta columba: quę Cant.6.c.
ſi perfecta, ergo & perfecti viri ſpõſa, perfectę ſuſcepit verba doctrinæ. Primum ergo canticũ cecinit deo Moyſes & filij Iſraël, quando viderunt
Aegyptios mortuos ad littus maris: & quando
viderunt manũ fortem & brachiũ excelſum dñi,
& crediderunt deo & famulo eius Moyſi. Tũc cãtauerunt dicentes: Cantemus dño, glorioſè enim Exod.15.a
honorificatus eſt. Ego autem arbitror, quòd non
poſſit ad iſtud perfectũ quis & myſticũ canticum
peruenire, & ad iſtã perfectionem ſponſæ, quæ in
hac ſcriptura continetur, niſi prius ambulet per Ibid.14.e.
ſiccũ in medio mari, & fiat ei aqua murꝰ à dexte- & ſequen.
ra læuaq;, & ſic euadat de manibus Aegyptiorũ,
ita vt videat eos mortuos ad littus maris: atq; intuens manũ fortem dñi, qua interfecit Aegyptios, credat dño & famulo eius Moyſi. Moyſi autẽ
dico,

G dico,legi atq; euangelijs, omnibusq; diuinis ſcri-
Exod.15.a pturis:tunc enim meritò cantabit,& dicet: Cãte-
mus domino,glorioſè enim honorificatus eſt.Sed
iſtud cãticum canet quis, cùm primùm liberatus
fuerit à ſeruitute Aegyptiorum.Poſt hæc autem
cùm tranſierit per hæc omnia, quæ in Exodo, &
quæ in Leuitico ſcripta ſunt,& venerit ad hoc vt
in diuinos numeros aſſumatur:tunc iterum ſecũ-
Zareth. dum cãticum canet, cùm exierit de valle Zareth,
quod interpretatur aliena deſcenſio,& venerit ad
puteum,de quo ſcriptũ eſt: Et dixit dominus ad
Num.20. Moyſen:Congrega populũ,& dabo eis aquam de
c. puteo bibere,Ibi enim cãtabit & dicet: initiate ei
id.21.d. puteũ.Foderunt illũ principes,excuderunt eũ re-
ges gentiũ in regno ſuo,cùm dominãtur eorum.
Sed de his plenius in Numerorũ libro,ſecundum
quod dedit nobis dñs, dictũ eſt. Oportet igit̃ ve-
nire ad puteũ,qui à principibus foſſus eſt, & à re-
gibus exeuſus eſt.In quo opere nemo plebeius o-
peratur:ſed oẽs principes, oẽs reges, regales ſcili-
cet & principales animæ,quæ altitudinẽ putei, a-
H quã viuã continentis inquirũt.Poſt illud canticũ
venitur ad Deuteronomij canticum, de quo dicit
Deut.31.e dominus:Et nunc ſcribite vobis verba cãtici hu-
ius,& docete illud filios Iſraël,& inijcite illud ĩ os
eorum:vt fiat mihi canticum iſtud ad teſtimoniũ
in filijs Iſraël.Et vide quantum & quale ſit canti-
cum iſtud:cui ad audiẽdum terra non ſufficit,ſed
Ibid.32.a. cõuocatur & cœlum. Ait enim: Attende cœlum
quæ loquar,& audiat terra verba ex ore meo. Vi-
de quàm magna ſint,quàm ingẽtia quę dicuntur.
Expectet,ait,ſicut pluuia eloquiũ meũ,& deſcen-
dat ſicut ros ſuper gramen,& ſicut nix ſuper fœ-
num,quia nomen dñi inuocaui:& reliqua. Quar
tum cãticum eſt in libro Iudicum, de quo ſcriptũ
Iudic.5.a. eſt: Et cãtauit Debbora & Barac filius Abinoem
in die illa dicẽtes,incipiẽdo:Principales in Iſraël
in ꝓpoſito populi benedicite dñm. Audite reges
auribus,percipite ſatrapæ:& reliqua.Hæc autem
quę canit,apis eſſe debet:cuius opus tale eſt,vt eo
Debbora. reges & mediocres vtant̃ ad ſanitatem. Debbora
namq; apis interpretat̃,quæ iſtud canticum canit:
Barac. ſed & Barac cum ipſa. Interpretatur autẽ Barac
I coruſcatio. Et canitur iſtud cãticũ poſt victoriã,
quia nec antè quis poteſt quæ perfecta ſunt cane-
re,niſi vbi aduerſarios vicerit. Sic deniq; & ĩ ipſo
cantico dicitur:Exurge,exurge Debbora,exuſci-
ta milia populi. Exurge,exurge,cane canticũ:ex-
urge Barac. Verùm & de his plenius in illis orati-
unculis,quas de libello Iudicum ędidimus,diſſer-
ta reperies. Quintũ poſt hæc cãticũ eſt in ſecũdo
2.Re.22.a libro regnorũ,cùm locut9 eſt Dauid ad dñm ver-
ba cantici huius,in die qua liberauit eum dñs de
manu omnium inimicorum ſuorum,& de manu
Saul,& dixit:Dñs mihi petra,& munitio mea:li-
berator dñs deus meus,cuſtos erit mihi.Si ergo &
tu potueris conſiderare qui ſunt inimici Dauid,
quos in primo & ſecundo Regnorum libro ſupe-
rat ac proſternit,& quomodo dignus factus eſt,vt
domini adiutoriũ mereret̃,& liberaret̃ ab huiuſ-
modi inimicis: tunc poteris & tu quintum iſtud
canticum canere.Sextum eſt canticum in primo
1.Para.16. Paralipomenon libro,vbi cõſtituit Dauid ĩ prin
b. cipio ad laudãdum dominũ Aſaph & fratres eius
& eſt initium cãtici iſtius tale: Laudate dominũ,
& cõfitemini,& inuocate eum in nomine eius, no K
tas facite in populis voluntates eius: canite ei, &
hymnum dicite:narrate oẽs adinuentiones eius,
quas fecit dominus &c.Sciẽdum tamen eſt, quòd
canticũ quidẽ, quod eſt in ſecũdo Regnorũ libro,
valde ſimile eſt pſalmo decimoſeptimo. Quod
autẽ eſt in primo libro Paralipomenon,in initijs
quidem vſq; ad eum locum vbi dicit: Et in ꝓphe-
tis meis nolite malignari:ſimile eſt cẽteſimoquar
to pſalmo. Poſteriora verò ab hoc loco, ſimilitu-
dinẽ gerũt primarum partium nonageſimiquinti
pſalmi,vbi dicitur:Cãtate dño omnis terra: vſq;
ad eum locum,vbi ait: quia venit iudicare terrã.
Igitur in his concludendus eſt numerus Cantico-
rum,ſeptimo in loco ponẽdus videbitur liber hic
Cãtici canticorum.Si quis verò etiam Eſaiæ cã- Eſa.26.a.
ticum cum cæteris numerandum putet,licèt non &.42.b.
valde cõuenire videat̃,vt præceſſiſſe putet̃ Eſaiæ
canticũ, quod lõgè poſteriorib9 tẽporibus Eſaias
ſcripſerit: tamen ſi quis putet, quòd prophetica
dicta non tẽporibus,ſed ratione pẽſanda ſint, ad-
iunget etiam illud cãticum,& dicet hoc quod Sa- L
lomon cecinit Canticum eſſe cãticorum, nõ tan-
tum eorum quæ prius,ſed & eorum quæ poſtmo-
dum canẽda videbãtur.Si quis verò putet etiã ex
libro pſalmorũ debere aſſumi,ſicubi in eo vel cã-
ticum ſcribitur,vel cãticum pſalmi, multitudinẽ
cõgregabit præcedẽtium cãticorum.Iunget enim
cæteris etiã quindecim ſimul graduum cantica,&
requirens ſingulorum virtutes cãticorum atq; ex
his proficientis animæ gradus colligens, ac ſpiri-
tualis intelligentiæ ordinẽ iterum, cõſequentiãq;
cõponẽs,oſtendere poterit,quàm magnificis greſ-
ſibus incedẽs ſpõſa,per hęc omnia perueniat vſq;
ad thalamum ſpõſi,digrediẽs in locũ tabernaculi
admirabilis vſq; ad domũ dei, in voce exultatio-
nis & cõfeſſionis ſonus epulantis:& pueriẽs vſq;
ad ipſum,vt diximus,thalamum ſpõſi: vt audiat
& loquat̃ cuncta hæc quæ cõtinent̃ in cãtico can-
ticorum. Adhuc autẽ poſſumus & hæc inquirere
priuſquam ad ipſum corpus libelli veniamus:cur
Salomon qui videtur obtẽperare in his tribus li-
bellis voluntati ſpirituſſancti,in Prouerbijs qui-
dem dicat̃ Salomon filius Dauid, qui regnauit in M
Iſraël:in ſecundo verò libello,nõ Salomon ſcribi-
tur:ſed verba,iquit,Eccleſiaſtes,filij Dauid, regis
Iſraël in Hieruſalẽ:& filiũ quidẽ ſe eſſe Dauid,ſi-
militer vtin primo, & regẽ Iſraël ſcribit. Sed ibi
prouerbia,hic verba ponit,& ſeipſum quẽ ibi Sa
lomonẽ,hic Eccleſiaſten nominat. Et cùm ibi gẽ
tem ſolã,in qua regnauerat poſuiſſet,hic & gentẽ
poſuit,& locũ regni Hieruſalẽ deſignat. In Cãti-
co canticorũ verò,neq; gẽtis nomẽ,neq; locum in
quo regnet,neq; omnino ꝙ rex ſit, neq; ꝙ patrem
Dauid habeat,ſcribit:ſed tãtummodo canticũ ait
cãticorum,quod eſt ipſi Salomoni. Et quãuis dif-
ficile mihi videat̃,aut perſcrutari, aut pertingere
poſſe horum differẽtias: aut vtcunq; inueſtigatas
palàm ꝓferre,& chartulis credere: tamen inquã-
tum capere,vel ſenſus noſter,vel auditus legentiũ
poteſt,paucis aperire tẽtabimus. In plurimis Sa-
lomonẽ Chriſti typũ ferre,vel ſecundũ hoc, quòd 3.Reg.10.
pacificus dicit: vel ſecundũ hoc,ꝙ regina Auſtri &.2.Para
venit à finibus terrę audire ſapientiã Salomonis, lipo.9.&
nõ puto dubitãdum. Hìc ergo & ſecundùm quòd Mat.12.d.
filius Dauid

A filius Dauid dicit, regnat in Israël: & secūdum q̄ supra eos reges, pro quibus rex regum dicitur re-
Philip.2.a gnat. Et rursus verus ecclesiastes ipse est, qui cùm in forma dei esset, semetipsum exinaniuit, formā serui accipiens, vt congregaret ecclesiā. A cōgregando enim ecclesiā, ecclesiastes appellatur. Tum verò quis ita Salomon, id est pacificus, sicut dñs
1.Cor.1.d noster Iesus Christus: qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & pax? Igit in primo prouerbiorum libro, cùm nos moralibus instituit disciplinis, rex esse dicitur in Israël, necdum in Hierusalem: quia & si Israël dicamur propter fidem, nō tamen in hoc peruentū est, vt ad Hierusalē cœlestem peruenisse videamur. Vbi verò ꝓfecerimus, & in hoc ventū fuerit, vt ecclesię primitiuorū quę in cœlis est, fociemur: atq; Hierusalem cœlestem (discussis diligētius priscis & naturalibus causis) matrem nostrā noscimus cœlestem: tunc iam nobis etiam ipse Christus ecclesiastes efficit, & non solum in Israël, sed & in Hierusalē regnare dicit. Cùm verò ad perfectionē omnium ventum fue-
B rit, & sponsa ei perfecta, omnis dūtaxat rationa-
Rom.3.d. lis creatura iungetur: quia pacificauit per sanguinem suū, non solum quæ in terris sunt, sed & quę in cœlis: Tūc Salomon tantūmodo dicetur, cùm
1.Cor.15.c tradiderit regnum deo & patri, cùm euacuauerit omnē principatū & potestatē. Oportet enim eū
Ibidem.d. regnare, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis, & nouissimus inimicus destruat mors. Et ita pacificatis omnibus patriq; subiectis, cùm erit iā deus omnia in omnibus, Salomon tantūmodo, id est, solus pacificus, nominabit. Competenter ergo in hoc libello qui de amore sponsæ & sponsi erat scribēdus: etiā pro hoc neq; filius Dauid, neq; rex, neq; aliud horum quod ad corporeum pertinere possit intellectum, scribitur: vt meritò de eo perfe
Ibid.5.c. cta iam sponsa dicat: Quia & si aliquādo cognouimus Christum secūdum carnem, sed nunc iam nō nouimus: ne quis putet eā corporeum aliquid amare, aut in carne positū, & macula aliqua amori eius credatur induci. Propterea Canticū canticorum Salomoni tantūmodo est, & neq; filio Dauid, neq; regi Israël, neq; aliqua in his prorsus mi-
C fcetur carnalis nominis intelligentia. Et ne mireris, quod cùm vnus atq; idem sit dominꝰ, atq; saluator noster, dicamꝰ eum velut minorem: primò in Prouerbijs, & deinde proficiētem in Ecclesiasten, & post hæc habere perfectionem in Cantico canticorum, cùm hæc etiam in euangelijs videas scripta, vbi propter nos & ipse in nobis dicit pro-
Lucæ.2.a. ficere. Sic enim refertur: Quia Iesus proficiebat ætate & sapiētia apud deum & homines. Puto ergo quòd pro his omnibus, neq; filius Dauid, neq; rex Israël scribit: sed & pro eo adhuc quòd in Cā, tico canticorum sponsa iam intātum profecerat vt maius aliquid esset quàm est regnum Hierusa-
Gala.4.d. lem. Nā Hierusalem cœlestē dicit apostolus esse, atq; ad eam memorat credētes accedere. Hunc ergo spōsum ad quē nūc sponsa festinat, idē Paulus cùm eū pontificē maximum dicit: ita de eo scribit, quasi qui nō in cœlis sit, sed penetrarit & pertrāsierit oēs cœlos, & illuc quoq; eū hæc sua perfecta sponsa sectet, imò illuc adhærens ei coniuncta cōscenderit: est em̄ facta cū eo vnus spiritꝰ. Vnde videt mihi & ad Petrum, qui nō poterat eū primò sequi, cùm diceret: Quó ego vado, vos nō potestis Ioan.13.d.
venire modo, dixisse: sequeris autē postea. Quòd D
autem sit aliquid maius & ab Israël, inde colligimus, quòd in Numerorū libro omnis quidē Israël numerat, & duodecim tribus Israël certo sub numero censentur. Tribus verò Leuitica, vtpote cęteris eminētior, supra hunc numerum habetur, & nequaquā in Israëlitico numero deputatur. Dicit enim ita: Hæc est visitatio, in qua recēsiti sunt fi- Num.1. &
lij Israël, secundū domos familiarū suarū. Omnis 26.a. &
visitatio eorum cum virtute sua, sexcēta tria mi- sequent.
lia quingenti quinquaginta. Leuitæ autē nō sunt numerati cum eis, sicut præcepit dominꝰ Moysi. Vides quomodo vt eminentiores à filijs Israël sequestrant Leuitę, nec in eorum numero sociātur. Et rursum Leuitis eminētiores scribunt sacerdotes. Sic enim in eadem scriptura continet. Et locutus est, inquit, dominꝰ ad Moysen, dicēs: Acci- Num.3.c.
pe summā Leuitarū, & constitues eos in cōspectu Aaron sacerdotis, & ministrēt ei. Vides & in hoc quomodo superiores Leuitis nominet sacerdotes, & rursus Leuitas eminentiores ponit filijs Israël? E
Hæc autem visi sumus discutere paulò curiosius, volentes etiam per hæc ostendere rationē: quia in ipsis quoq; attitulationibꝰ librorum suorū Salomon differentijs vsus est necessarijs. Sed aliud in Prouerbijs, aliud in Ecclesiaste, aliud etiā in Cāticorū cantico ex ipsa inscriptione tituli designauit, & adhuc quod in Cantico canticorū, vbi iam perfectio ostendit, neq; filius Dauid, neq; rex scribitur. Potest etiam hoc dici: quia cùm factus fuerit seruus sicut dominus, & discipulus sicut magister: videtur iam neq; seruus esse seruus, factus videlicet sicut dñs, neq; discipulꝰ esse discipulus, quippe q̄ sicut magister effectus est: sed fuisse quidem aliquādo discipulus, nunc verò esse sicut magister: & fuisse quidē seruus aliquādo, nunc verò esse sicut dñs. Simili igitur ratione etiā de rege, & in his in quos regnat, aduerti posse videbit, cùm regnū iā tradet deo & patri. Sed & hoc nō lateat, nonullos attitulationē libelli huius Cātica cāti- Canticum
corū scribere, quòd nō rectè scribit. Non em̄ plu- canticorū.
raliter, sed singulariter canticum hic dicit cāticorum. Hæc quasi in præfatione dicta sunt à nobis F
de superscriptione ipsa, vel attitulatione libelli. Iā nunc dño nostro nos adiuuante, ipsius operis adoriamur exordia: & tamen ne illud quidē remaneat in nobis omissum, quod quibusdā requirendum visum est, adhuc de ipsa attitulatione ac superscriptione libri quæ ita habet, Canticum cāticorum, quod est ipsi Salomoni. Sic em̄ accipiunt, quasi cāticum hoc esse dixerit canticorum Salomonis: vt ex plurimis suis canticis hoc vnū esse signauerit. Sed nos quomodo recipiemꝰ huiusmodi intelligētiā, cùm neq; ecclesia dei vlla extrinsecꝰ Salomonis cātica legēda susceperit: neq; apud Hebręos à quibꝰ eloquia dei ad nos vident esse trāslata, aliquid pręter hos tres libellos Salomonis, q̄ & apud nos sunt, amplius habeat in canone. Volūt tamē qui asserunt inde cōfirmare sententiā suā, quòd in regnorū tertio libro scriptum est, multa fuisse Salomonis cantica, vt vnū ex multis esse cōfirment.
Hoc ibi ergo refert: Et deus dedit prudentiā Sa- 3.Reg.4.
lomoni, & sapientiam multam valde, & latitudi- d.
nem cordis sicut arenam quæ est ad oram maris:

& factus

G & factus est sapiens Salomon valde super sapientiam omnium antiquorum,& super omnes sapiētes Aegypti,& super Ethan Ezraïten, & Hemā, & Chalcal,& Dorda filijs Mahol,& erat nominatus in vniuersis gentibus per circumitum,& locutus est Salomon tria milia parabolarum, & erant cantica eius quinq; milia. Ex his ergo quinq; milibus canticis volunt videre hoc vnum esse canticum quod habemus. Sed vsquequo vel vbi cantata sint: non solum ad vsum, sed ne ad notitiā quidem peruenit ecclesiarum dei. Operosum est aūt, & procul ab opere propositō: si velimus nunc inquirere, quàm multorum librorum commemoratio fiat in scripturis diuinis, quorum lectio nulla nobis omnino est tradita. Sed neq; apud Iudæos haberi quidem vsum huiusmodi reperim9 lectionum: quæ siue pro eo quòd aliqua supra humanā intelligentiam continebāt, placuit spirituisancto auferri de medio: siue quòd essent de scripturis his quæ appellantur apocryphæ, pro eo quòd multa in eis corrupta,& contra fidem verā inueniuntur à maioribus tradita, non placuit eis dari locū, nec
H admitti ad authoritatē. Suprà nos est pronūciare de talibus. Illud tamē palàm est, multa, vel ab apostolis, vel ab euangelistis exempla esse prolata, & nouo testamēto inserta: quę in his scripturis, quas canonicas habemus, nūquam legimus, in apocry-
Prou.22.d phis tamen inueniunt,& euidenter ex ipsis ostēdunt assumpta. Sed ne sic quidem locus apocryphis dādus est: non enim transeundi sunt termini quos statuerūt patres nostri. Potuit enim fieri, vt apostoli vel euangelistæ sancto spiritu repleti, sciuerint, quid assumendum ex illis esset scripturis, quidve refutandū. Nobis autem non est absq; periculo aliquid tale præsumere, quibus non est tanta spiritus abundātia. Et ideo de præsenti versiculo nos eam tenemus æditionem, quam suprà exposuimus, maximè cùm euidēs in eo habeatur distinctio, vbi ait canticum canticorum quod est ipsi Salomoni. Si enim voluisset intelligi canticorum Salomonis hoc esse canticum, dixisset vtique canticum canticorū, quæ sunt Salomoni: vel canticum ex canticis Salomonis. Nunc autē quia
I dixit, quod est Salomoni: ostenditur istud canticum quod est in manib9,& quod erat ei canendū, esse Salomonis: & hoc de attitulatione quam proposuit continere. Videamus ergo iam & quæ sequuntur.

Homilia prima.

OSculetur me ab osculo oris sui. Meminisse oportet illud quod in prę fatione prę monuim9: quia libellus hic epithalamij habens speciem, dramatis in modum conscribitur. Drama
Drama. autem esse diximus, vbi certæ personæ introducuntur, quæ loquuntur,& alię interdum superueniunt, aliæ recedunt aut accedunt,& sic totum in mutationibus agitur personarum. Hæc ergo erit totius libelli species,& secundum hanc pro viribus historica à nobis aptabitur expositio. Spiritualis verò intelligentia, secūdum hoc nihilominus quod in prę fatione signauimus, vel de ecclesiæ ad Christum sub sponsæ vel sponsi titulo, vel de animæ cum verbi dei coniunctione dirigitur. Introducitur ergo nunc per historiæ speciē sponsa quædam, quæ susc epit quædam sponsaliorum, & dotis titulo dignissima munera ab sponso no- K
bilissimo. Sed plurimo tempore moram faciente sponso, solicitari eam desiderio amoris sui,& cō fici iacentem domi suæ,& agentem omnia, quatenus possit aliquando videre sponsum suum, atq; osculis eius perfrui. Quæ quoniam nec differri amorem suum: nec adipisci se posse quod desiderat videt, cōuertat se ad orationē & supplicet deo, sciens eum patrem esse sponsi sui. Considereamus ergo eam leuantē sanctas manus sine ira, & disceptatione, in habitu ornatu, cum verecundia & sobrietate, ornatam dignissimis ornamentis, quibus ornari decet nobilem sponsam, æstuantē vero desiderio sponsi,& interno vulnere amoris agitatā, orationem, vt dixim9, fundere ad deum, dicere de sponso suo: Osculetur me ab osculo oris sui. Hæc sunt quæ dramatis in modum composita, historica continet explanatio. Interior verò intellectus, videamus si hoc modo poterit cōpetenter aptari. Ecclesia sit desiderās Christo cōiungi. Ecclesiam Ecclesia.
autem cœtum omnium aduerte sanctorum. Hæc ergo ecclesia sit quasi omnium vna persona quæ loquatur & dicat: Omnia habeo, repleta sum mu- L
neribus, quæ sponsaliorū vel dotis titulo ante nuptias sumpsi. Dudum enim cùm præpararer ad coniugium filij regis,& primogeniti omnis creaturæ, obsecuti sunt, & ministrauerūt mihi angeli sancti eius: deferentes ad me legem, sponsalis muneris loco. Lex naq; per angelos dispositā dicitur Gala.3.e.
in manu mediatoris. Ministrauerunt mihi etiam pphetæ. Locuti sunt enim omnia & ipsi, per quæ non solum ostenderent,& indicarēt mihi de filio dei, cui me delatis his quæ appellant arris,& muneribus dotalibus spondere cupiebant: verùm vt & in amorem me eius desideriumq; succēderent, pronūciauerunt mihi propheticis vocibus de aduentu eius,& de innumeris virtutibus operibusq; eius immēsis, repleti spirituisancto prædicauerūt. Pulchritudinem quoq; eius & speciem ac māsuetudinem descripserūt, ita vt omnibus his ad amorem eius integraliter inflammarer. Sed quoniam seculum iam penè finitum est,& ipsius quidē prę sentia nō datur mihi: solos autem ministros eius
video ascendentes & descendentes ad me, propter M
hoc ad te patrem sponsi mei precem fundo,& obsecro, vt tādem miseratus amorem nostrū, mittas eum, vt iam non mihi per ministros suos angelos duntaxat & prophetas loquatur: sed ipse per semetipsum veniat:& osculetur me ab osculo oris sui, verba scilicet in os meum sui oris infundat. Ipsum audiam loquentem, ipsum videam docentem. Hæc enim sunt Christi oscula, quæ porrexit ecclesiæ, cùm in aduētu suo ipse Christ9 in carne positus, euangelizauit ei verba fidei,& charitatis, & pacis, secundū quod Esaias promiserat,& præmissus ad sponsam dixerat: Non legatus, neq; angelus, sed ipse dominus saluabit nos. Tertiò verò, expositionis loco introducamus animam, cui9 omne studium sit coniungi & cōsociari verbo dei, & intra mysteria sapientiæ eius ac scientiæ velut spōsi cœlestis thalamos intrare: cuiq; animę præsentia eius etiam munera data sunt, dotis scilicet nomine. Sicut enim ecclesiæ dos fuit legis & prophetarum volumina: ita huic lex naturæ & rationalis sēsus ac libertas arbitrij, dotalia munera deputentur.

A putentur. Habens autem hæc dotis suæ munera: sit ei primò eruditionis doctrina, à monitoribus doctoribusq; descendens. Sed quoniam in his non est ei plana atque perfecta desiderij sui & amoris expletio, deprecetur vt mẽs eius pura & virginalis, ipsius verbi dei illuminationibus & visitationib⁹ illustretur. Cùm enim, nullo hominis vel angeli ministerio, diuinis sensibus & intellectibus mens impletur: tunc ipsius oscula verbi dei suscipere sese credat. Propter hæc ergo & huiusmodi oscula, dicat anima orãs ad deũ: Osculetur me ab osculo oris sui. Dũ enim inde capax fuerit, vt ipsius verbi dei caperet verã solidamq; doctrinam, necessaria suscepit oscula: id est, sensus ab ore doctorũ. Vbi verò sponte iã cœperit obscura cernere, enodare perplexa, inuoluta dissoluere: parabolas & ænigmata, dictaq; sapientum, cõpetentibus intelligentiæ lineis explicare: tunc iam oscula ipsius sponsi sui, id est verbi dei, suscepisse se credat. Ideo autem oscula pluraliter posuit, vt intelligam⁹ vniuscuiusq; obscuri sensus illuminationem, osculũ esse verbi dei ad animam perfectã delatũ:

B & secundũ hoc fortè dicebat prophetica & perfe-
Psal.118.a cta mens, Os meum aperui, & attraxi spiritũ. Os autem sponsi, intelligamus virtutem dei, qua illuminat mẽtẽ, & velut sermone quodam amoris ad eam facto (si tamen capere mereatur tantæ virtutis præsentiã) incognita quæq; sibi & obscura manifestat. Et hoc est verius propiusq; & sanctius osculum, quod à sponso dei verbo porrigi dicitur sponsæ, puræ scilicet animæ & perfectę. Cuius rei imago est illud osculum, quod in ecclesia sub tempore mysteriorum nobis inuicem damus. Quoties ergo in corde nostro aliquid, quod de diuinis dogmatibus sensibusq; quæritur, absq; monitoribus inuenimus: toties oscula nobis data esse à spõso, dei verbo, credamus. Vbi verò quęrentes aliqd de diuinis sensibus, inuenire non possumus: tunc affectu huius orationis assumpto, petamus à deo visitationem verbi ei⁹, & dicamus: Osculetur me ab osculo oris sui. Scit autem pater vniuscuiusque animæ capacitatem: & nouit quò tẽpore, cui animæ, quæ oscula verbi sui porrigere in intellectib⁹

C duntaxat & sensibus debeat. Quia bona sunt vbera tua super vinum, & odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata. Intellige pri⁹, quasi in historiæ dramate, sponsam eleuatis ad deum manibus orationem fudisse ad patrem: & orasse, vt iã veniret ad eam spõsus, & ipse ei osculum proprij oris infunderet. Dumq; hæc oraret ad patrem, in ipsa oratione qua dixit: Osculetur me ab osculo oris sui: parat etiam alia orationis verba subiungere ac dicere: quia in hoc principio sermonis affuisset sponsus, & oranti ei astitisset, ac reuelasset verba sua, ipsumq; sponsum vnguentis mirificis, & quibus sponsum fragrare decebat, constituisset delibutum. Sponsa verò vbi adesse vidit eum pro quo orabat vt adesset, & adhuc loquenti sibi præstitũ quod orabat, ac data sibi ab ipso oscula, quæ poposcerat: læta pro hoc reddita, & decore vberũ ac fragrantiæ ipsius odore permota, propositæ orationis sermonem conuertit ad præsentiam spõsi, qui aderat, & cùm dixisset: Osculet me ab osculo oris sui: subiungit post hæc ad præsentem iam sponsum, dicẽs: Bona vbera tua sup vinũ, & odor

vnguentorum tuorũ super omnia aromata. Hęc D
interim secundum historicã intelligẽtiam, quam dramatis in modũ prædiximus textã: Nunc verò quid intellect⁹ interior habeat, requiram⁹. Diuersis vocabulis principale cordis appellari, i scripturis diuinis inuenimus: quæ vocabula pro causis ac rebus de quibus agitur, aptari solẽt. Interdum enim cor dicitur, vt: Beati mũdo corde: Et, corde Matt.5.a.
creditur ad iustitiã. Si verò conuiuij tẽpus sit, pro Rom.10.c
specie & ordine discumbentiũ, vel sinus vel pect⁹ appellatur, sicut Ioannes in euangelio refert de Ioan.13.e.
quodam discipulo, quẽ amabat Iesus, quòd in sinu eius, vel supra pectus eius recumberet: Ille profectò cui innuens Simon Petrus dicebat: Interroga quis est hic, de quo dicit: Post hæc verò recumbẽs super pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? In his enim certũ est quòd Ioãnes in principali cordis Iesu, atq; internis doctrinæ eius sensib⁹ requieuisse dicatur, ibi requirens & perscrutans thesauros sapientiæ & scientiæ, qui recõditi erant in Christo Iesu. Sed quòd sin⁹ Christi in loco dogmatũ sanctorum accipiat, puto indecens nõ videri. Diuersis ergo modis, vt dicere cœperamus, principale E
cordis in scripturis sanctis designatur: sicut & in Leuitico nihilominus vbi de sacrificijs pectuscu- Leuit.7.8
lum separationis, & brachiũ sacerdotibus seque- & 10.
stratur, & in hoc sequestratum ac separatũ pectusculũ & brachiũ, præcellens cęteros homines principale cordis, & operum decus vult esse in sacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico, prout dñs dare dignatus est, exposuimus. Secundũ hęc ergo etiam in pręsenti loco, quandoquidẽ amatorium videtur drama quod agitur, in vberib⁹ principale cordis intelligam⁹, vt tale videat esse quod dicitur: Cor tuũ ô spõsa & mens: id est, dogmata quæ intra te sunt, vel doctrinę gratia, superat omne vinum quod cor hominis lætificare solet. Si- Psal.103.b
cut enim in his de quibus dicit: Quia deũ videbunt: cor competenter dictum esse videtur, & inter discumbentes sinus ac pectus ponitur pro habitu, sine dubio discumbentium, formaq; cõuiuij: & rursus vt apud sacerdotes pectusculum, & brachium mysticis designatur eloquijs: ita etiã arbitror in præsenti loco, vbi amantiũ habitus, & col F
loquia describuntur, gratissimè hoc ipsum principale cordis in vberibus appellatum. Bona ergo sunt vbera sponsi: quandoquidẽ thesauri sunt in eis sapientiæ & scientiæ recõditi. Vbera autẽ hęc vino cõparat sponsa: sed ita cõparat, vt præferat. Vinũ autẽ, illa intelligenda sunt dogmata & doctrinæ, quę per legem & prophetas, ante aduentũ spõsi, sumere sponsa consueuerat. Sed nunc cõsiderans hãc doctrinã quę ex vberibus profluit spõsi, miratur & stupet, videns eam lõgè pręstantiorem, q̃ illam ex qua ante aduentũ sponsi lętificata fuerat: tãquã ex vino spirituali quod ministrabant sancti patres & prophetæ, qui etiã huius generis plãtauerũt vineas: vt Noë primus, & Esaias Gene.9.g.
in cornu in loco vberi, & coluerũt eas. Videns ergo nunc multã esse eminentiã dogmatum, & scientiæ apud sponsum: & longè ex eo perfectiorem quàm fuit apud antiquos emanare doctrinam, dicit: Bona sunt vbera tua super vinum: super illã scilicet doctrinã, qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim antiquorũ vino intelligend⁹ est Eccle- Esaię.5.a.

Eccl's.2.a. siastes dicere,vbi ait: Ego dixi in corde meo: veni
Ibidem. & tētabo te in lętitia,& videbo in bono. Et iterū,
G de eisdē vineis loquens idē Eccleſiastes,dicit: Magnificaui mihi opus meū, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas,feci mihi hortos & paradiſos:& reliqua. Sunt autē huius vineę myſtici etiā miniſtri quidā,q vini fuſores appellant. Sic enim
Ibidem.b. idem dicit: Et feci mihi cātores, & cantatrices in lætitia filiorū hominum, vini fuſores, & vini fuſitrices. Vide ergo ſi poſſim⁹ tum in cæteris,tum etiā in hoc intelligere ſaluatorē, veteri vino,nouella vberum ſuorū fluēta miſcentē, cùm Maria
Lucæ.2.g & Ioſeph quærentes inuenerūt eū in tēplo ſedentem in medio doctorū,& audientem atq; interrogantem eos: quādo & mirabātur omnes ſuper reſponſis eius. Sed & ibi fortaſſis ſpecies formæ hu
Matt.5.c. ius expletur,vbi aſcendens in mōtem docebat po
Exod.20.e pulos,& dicebat: Dictū eſt antiquis: Non occides,
& Deu.5.b Ego autem dico vobis: Omnis qui iraſcitur fratri ſuo,ſine cauſa,reus erit. Et dictū eſt antiquis: Nō adulterabis. Ego autē dico vobis: Omnis qui viderit mulierē ad concupiſcendū eam,iam mœ-
H chatus eſt eā in corde ſuo. Inquantū ergo doctrina hæc eius,præcellit illā antiquam: intantū ſpōſa intelligit,& pronunciat bona eſſe vbera eius ſuper vinū. Sed & quòd vorax dicitur filius homi-
Matt.11.c. nis,& bibens,& dicunt: Ecce homo vorax,& vinū bibens: ad hoc nihilomin⁹ reſpicit: tale & illud vi-
Ioan.2.a.b nū fuiſſe in Chana Galilææ,quod bibebat in conuiuio nuptiali: quo deficiente fecit & aliud vinū: cui teſtimoniū reddit architriclinus,quòd ſit valde bonū,& eo vino quod expenſum fuerat multo præſtātius,cùm dicit: Omnis homo primò bonū vinū ponit: & cùm inebriati fuerint, id quod deterius eſt: tu autē ſeruaſti vinum bonū vſq; nunc. Sed & Salomonē,qui pro accepta dei ſapientia in
3.Re.10.a. & 2.Paralip.9.a.b admiratione fuit reginæ Saba,quæ venerat tētare eū in quæſtionibus: in quibus eum eadē regina ſcrutetur & miretur,audi ſcripturā referentē: Et vidit,inquit, regina Saba oēm ſapientiā Salomonis,& domum quā ędificauit,& apparatum cōuiuij eius,& ſedē puerorum eius, & ordinem miniſtrorū eius,& veſtes ei⁹,& vini fuſores eius, & ho
I locauſta eius,quæ offerebat in domo dei: & ſtupefacta eſt: & reliqua. In his ergo aduerte, quomodo hæc quæ venit à finibus terrę audire ſapientiā Salomonis,inter cętera miratur & cibos cōuiuij ei⁹, vel vini fuſores ei⁹: & ſuper his dicitur obſtupuiſſe. Neſcio autē ſi ita ineptā putemus fuiſſe reginā,quæ ob hoc venerat à finibus terræ,vt audiret ſapiētiā Salomonis, vt miretur cibos corporales, & vinum iſtud cōmune,ac pincernas vini in miniſterio regis. Quid enim in his admiratione dignū reginæ videtur,quæ cōmunia penè omnibus ſunt hominibus? Sed mihi videtur miratā eſſe cibos doctrinæ ei⁹,& vinum dogmatū quæ ab eo p diuinā ſapientiā prædicabantur. Hoc erat vinum
Hier.35.a & ſeq. & illud,quod per Hieremiā refertur de filijs Ionadab,filij Rechab: qui eo tēpore quo peccata populi inualuerāt, & pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat, conuocati ſunt vt biberent vinū: Et dixerunt,quia mādauerat eis pater ſuus Ionadab,ne biberent vinum ipſi, & filij ſui in ſeculū: neq; domos ædificarēt,neq; ſeminarent ſemē,neq; plantarent vineas: ſed in tabernaculis habitarent omnibus diebus vitę ſuæ. Et amplectit eos deus, K
eo quòd cuſtodierint pręceptū patris ſui,& noluerint bibere vinū. Pro peccatis enim tūc populi,& iniquitatibus eorū,erat vinea eorū ex vinea Sodo Deut.32.e
morum,& palmites eorū ex Gomorra Vua eorū vua fellis,& botrus amaritudinis. Venenum aſpidum: & furor draconū erat vinum eorū. Propter hoc ergo laudabiles habent filij Ionadab, qui tale vinum,venenata ſcilicet dogmata,& aliena à fide dei,bibere & ſuſcipere recuſarūt. Propter hoc ergo fortaſſis pcuſſit deus vineas Aegyptiorū,ſicut in pſalmo ſcriptū eſt,ne tale facerēt vinū. Igit ſic Pſal.77.e
intelleximus vini differentias easq; pro diuerſita te dogmatū cōſtare perſpeximus, qđ ait hic ſponſa: Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum: ſuper vinum vtiq; intelligamus bonū,non malū. Bonis enim,nō malis cōparata dogmatibus,ſponſi dogmata præferūtur. Bonum enim vinū guſtauerat prius in lege & prophetis: ex quo velut præmeditata erat ſponſa lætitiā cordis accipere ac præparare: vt capere poſſet etiā illam,quę affutura erat per vbera ipſius ſponſi, excellentiorē cunctis cernens eorū doctrinā: & ideo dicit, Bona ſunt vbera L
tua ſuper vinū: & vide ſi adhuc formę huic aptare poſſimus illā euangelij parabolā,quæ dicit: Si- Matt.13.f.
mile eſt regnū cœlorum theſauro abſcōdito in agro: quem qui inuenerit,abſcondit: & præ gaudio ei⁹ vadit & vendit omnia quę habet, & emit agrū illum. Eſt ergo theſaurus is non in deſerto aliquo loco,neq; in ſyluis,ſed in agro abſcōditus. Et poſſibile vtiq; eſt agrū illum habere etiā vineas, quæ afferāt vinū: habere etiā theſaurū, propter quem diſtractis omnibus emit agrum illum is qui inuenerat ibi theſaurū. Poteſt ergo dicere ille q emit agrū: Quia bonus eſt theſaurus,qui eſt in agro, magis q̄ vinū quod eſt in eo. Ita ergo & bonus eſt ſponſus,atq; vbera ſpōſi,quæ velut theſaurus abſconditus eſt in lege & prophetis,magis q̄ vinum quod eſt in eis, illa ſcilicet doctrina quæ palā eſt, & lætificat audientes. Bona ergo ſunt vbera ſpōſi. Theſauri enim ſunt ſapientię & ſcientiæ in eo Coloſ.2.a
abſcōditi: qui cùm aperti & reuelati fuerint oculis ſponſæ,multo præſtātiores ei videbunt, quàm fuit pri⁹ iſtud vinū legis & doctrina prophetica. M
Sed & ſi tertiā expoſitionem de anima perfecta,& verbo dei ſentire debeamus,poſſum⁹ dicere: quia quis donec paruulus eſt,& nondū ſemetipſum ex integro obtulit deo: bibit vinū quod affert ager ille,qui habet intra ſe etiam theſaurum abſcōditū, & bibens lętificatur ex vino. Cùm autem obtulerit,& deuouerit ſemetipſum deo,ac Nazarę⁹ fue- Num.6.d.
rit effectus, atq; inuenerit theſaurū abſcōditum, & ad ipſa vbera fontesq; peruenerit verbi dei: vinum & ſycerā iam nō bibet, dicens ad ipſum dei verbum de his theſauris,qui in ipſo ſcientiæ & ſapientiæ recōditi ſunt: Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinū. Sunt autem vnguenta quædam ſponſi,quorū fragrantia delectata eſt ſponſa, & dicit: Odor vnguentorū tuorum ſuper omnia aromata. Aromata ſpecies ſunt pigmentorum. Sponſa autem habuit quendā vſum, & notitiam aromatum: hoc eſt,verborum legis & prophetarū: quib⁹ ante aduentum ſpōſi mediocriter licēt, inſtrui tamen videbatur,& exerceri ad cultum dei, vtpote paruula adhuc, & ſub curatoribus, & actoribus Galat.4.a
agens,

Galat.3.d. agens & pædagogis. Lex enim pædagogus noſter
A fuit ad Chriſtū. Hæc autem omnia aromata fuerant, in quibus enutriri viſa eſt, & ſpōſo ſuo præparari. Sed vbi venit plenitudo temporū, & adoleuit, atq; vnigenitum ſuū pater ſpiritu ſancto vnctum miſit in hūc mundū, odorata ſponſa diuini vnguenti fragrātiam: ſentiensq; quòd illa omnia aromata, quibus prius vſa videbatur, longè inferiora ſint ad cōparationem ſuauitatis noui hui⁹ & cœleſtis vnguenti, ait: Odor vnguētorum tuorum ſuper omnia aromata. Et quoniā Chriſt⁹ idē ſponſus atq; idem pontifex dicitur: Pontifex quidem, ſecundū hoc quòd mediator eſt dei & hominum, omniſq; creaturæ: pro qua & propiciatio factus eſt, ſemetipſum offerendo hoſtiā pro peccato mundi. Sponſus verò ſecundū hoc, quòd eccleſiæ iungitur nō habenti maculā, aut rugā, aut aliquid horum: conſidera, ne fortè vnguentum illud pontificale, quod in Exodo cōponi iubetur arte pigmentarij, iſtius vnguenti quod nunc odorata ſpōſa miratur, teneat rationem. Et videns quòd illa quidem aromata, quibus cōpoſitum vnguentū vi-
B debatur, quo Aaron vnctus eſt: qm̄ erant terrena, & materiæ corporalis: hoc autem vnguētum quo nunc vnctū vidit ſpōſum, ſpirituale eſt & cœleſte, idcirco dicat: Quia odor vnguentorū tuorum ſuper omnia aromata. Videamus ergo quomodo cō poſitum ſit illud vnguentum. Et locutus eſt dñs, Exod.25.a inqt, ad Moyſen, dicens: Accipe tibi florem myr- & 30.c. rhæ electæ, quingentos ſiclos: & cynamomū ſuaue, ducentos quinquaginta ſiclos: & calamū ſuauem, ducentos quinquaginta ſiclos: & caſiæ quingentos ſiclos: ſecūdum ſiclum ſanctū: & oleum ex oliuis, hin: & facies illud oleū chriſmatis ſancti vnguentum arte pigmentarij. Hęc aūt in lege quidē referri audierat ſpōſa, ſed rationē eorū veritatēq; nunc perſpicit. Vide ergo quòd iſtæ quatuor ſpecies vnguenti iſtius, formā tenebant incarnatiōis verbi dei, quòd ex quatuor elementis cōpaginatū corp⁹ aſſumpſit: in quo corpore myrrha illa mortis eius, quam ſiue vt pontifex pro populo, ſiue vt ſpōſus pro ſponſa ſuſcepit, ſeruat indicia. Quòd verò non ſimpliciter myrrha, ſed flos myrrhæ, &
C myrrhæ electæ ſcriptū eſt: nō ſolū mortē eius, ſed & primogenitū eum futurorū ex mortuis indicabat: atq; eos qui cōplantati fuiſſent ſimilitudini mortis eius, nō ſolū vocatos, ſed electos futuros. Cynamomū verò immaculatū dicitur, propter ecclēſiā ſine dubio, quam purificauit lauachro aquę, & immaculatā fecit, nō habentem maculā aut rugam, aut aliquid huiuſmodi. Sed & calamus aſſu-
Pſal.44.a mitur: quia lingua eius etiā eſt calamus ſcribę velociter ſcribentis, doctrinæ gratiā pigmentis deſignans ſuauitatis. In eis quoq; ſpecies adhibet calidiſſimas, vt referant ad ardentiſſima: in qua vel ſpiritus ſancti feruor, vel futuri per ignem iudicij oſtenditur forma. Numerus verò quingentorum vel ducētorum quinquaginta ſiclorū in eo myſterium tenet, centupliciter perfectorū, vt remiſſionem peccatorum per eū datā ſignificet: quinquagenarius enim iubileus in his eſt quintupliciter poſitus. Sed hæc omnia oleo puro colligūtur: per quod oſtenditur, vel miſericordię vel ſalutis cau-
Philip.2.b ſa fuiſſe, quòd is qui erat in forma dei, formā ſerui ſuſceperit: vel ea quæ ex materiali ſubſtātia in

Chriſto fuerant aſſumpta, per ſpiritum ſanctum D
redacta in vnū fuiſſe, atq; in vnā ſpeciem, quę eſt perſona mediatoris effecta. Illud ergo oleū materiale, nullo genere oleum lętitię appellari potuit. Iſtud autē oleū: id eſt, ſpirit⁹ ſancti vnguētū, quo vnctus eſt Chriſt⁹, & cuius nūc odorē percipiens ſpōſa admirata eſt: oleū lætitię, quia fructus ſpiri Galat.5.d.
tus gaudiū eſt, meritò appellatur: quo vnxit eum deus, qui dilexit iuſtitiā, & odio habuit iniquitatē. Propterea enim dicitur: Vnxit eum dñs deus Pſal.44.b
ſu⁹ oleo lætitię prę participib⁹ ſuis. Et ideo odor vnguentorum eius, eſt ſuper omnia aromata. Simili autē expoſitione vtimur, etiam ſi ad vnamquāq; animā, in amore & deſiderio verbi dei poſitā trāſferatur hic ſermo: cui fuerint oēs doctrinę per ordinem decurſæ: in quibus ante agnitionem verbi dei, exercitata videt & erudita: ſiue ex moralibus deſcēdētes, ſiue ex naturalib⁹ ſcholis. Erāt enim ei omnia iſta aromata quędā, pro eo quòd in his inſtitutio probabilis, & morū cōquiritur emēdatio: quòd deprehenditur in his vanitas ſeculi, & caducarum rerū reſpuuntur falſa miracula. Erāt ergo ei hæc omnia velut aromata, & odoramenta
E quędā, animę pigmēta. Sed vbi ad cognitionē diuinorum myſteriorū, & diuinorum dogmatū ſcientiā ventum eſt: vbi ad ianuas ſapientiæ ipſi⁹, & ſapientię nō huius mundi, neq; principum huius mūdi, qui deſtruuntur, acceſſum eſt: ſed ad ipſam dei ſapientiā, quæ inter perfectos diſſeritur: & vbi 1.Cor.2.b
myſterium, quod prioribus generationibus nō fuit Epheſ.3.a.
notū, filijs hominū reuelatum eſt: vbi inquā ani- & Coloſ.1.
ma ad tanti cognitionem aſcendit arcani: meritò d
dicit: Odor vnguentorū tuorum, ſpiritualis ſcilicet intelligētia & myſtica, ſuper omnia aromata, moralis naturalisq; philoſophię. Non autē lateat nos, quòd in quibuſdā exemplaribus pro eo quod legim⁹: Quia bona ſunt vbera tua ſuper vinum: inuenimus ſcriptū: Quia bonæ ſunt loquelę tuę ſuper vinū: quòd quāuis videant ſignificaſſe euidentius ea ipſa, quæ à nobis ſpirituali interpretatione diſerta ſunt: tamen nos Septuaginta interpretū ſcripta per omnia cuſtodimus, certi q; ſpiritus ſanctus myſteriorū formas obtectas ineſſe
F voluit ī ſcripturis diuinis, & nō palàm atq; in ꝓpatulo haberi. Vnguentū exinanitū nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, ac traxerunt te poſt ſe. In odore vnguētorū tuorū curremus. Hiſtorica quidem expoſitio eadem quæ in ſuperioribus, percurrit etiā in præſenti loco, donec fiat aliqua mutatio perſonarū. Ita quippe ordo dramatis, qui à nobis in hac expoſitione receptus eſt, poſcit. Poſſunt ſanè in prophetia quædā videri ex perſona ſpōſæ prolata de Chriſto, quòd futurū eſſet in aduētu dñi & ſaluatoris noſtri, vt nomen eius ita per orbem terrę, & per vniuerſum mundum diffunderetur, vt fieret odor ſuauitatis in omni loco: ſicut & Apoſtol⁹ dixit: Quia Chri 2.Cor.2.d
ſti bonus odor ſumus, in omni loco: Alijs quidem odor ex morte in mortem: alijs autē odor de vita in vitam. Si enim omnib⁹ fuiſſet odor vitę in vitam, dixiſſet vtiq; & hic: Omnes dilexerunt te, & traxerunt te. Sed nunc ait: Vbi nomen tuum eſt factum vnguentū exinanitum, dilexerunt te: non illæ vetulæ, ac veterem hominem indutæ animę, neque rugas habentes, neq; maculas: ſed adoleſcē-

G tulæ,in augmẽto ſcilicet ætatis,& pulchritudinis poſitæ animæ:quæ ſemper innouãtur,& de die in diẽ renouantur:nouum ſe hominẽ induentes,qui ſecundũ deum creat⁹ eſt. Propter iſtas ergo adoleſcentulas,& in augmentis vitæ,& profectib⁹ poſitas:exinaniuit ſe ille,q erat in forma dei, vt fieret vnguentum exinanitũ nomen eius:vt nõ iam inacceſſam lucẽ tantummodo habitaret,& in forma dei permaneret,ſed verbũ caro fieret:quò poſſent iſtæ adoleſcentulæ,& in augmẽtis profectuũ poſitæ animæ,non ſolũ diligere,ſed & trahere eũ ad ſe. Trahit enim vnaquęq; anima,& aſſumit ad ſe verbũ dei,pro capacitatis & fidei ſuæ menſura. Cùm autẽ traxerint ad ſe animæ verbum dei, & ſenſibus ſuis atq; intellectibus inſeruerint: & dulcedinis ei⁹,& odoris ſenſerint ſuauitatem:vbi vnguentorũ eius fragrãtiam ceperint,rationẽ dumtaxat aduentus eius,& redemptionis ac paſſionis cauſas charitatẽq; agnouerint,qua pro ſalute omnium vſq; ad mortem crucis,immortalis acceſſit: & his omnibus velut diuini cuiuſdã,& ineffabilis vnguenti odoribus inuitatæ adoleſcentulæ: id eſt
H animæ,plenæ vigoris atq; alacritatis effectæ:currunt poſt ipſum,atq; ad odorẽ ſuauitatis eius non leni gradu,nec tardis paſſibus,ſed rapido curſu,& tota properatione feſtinant: quemadmodũ & ille
1.Cor.9.d qui dicebat:Sic curro,vt comprehendam. Verùm quod ait: Vnguentum exinanitum nomen tuum, propterea adoleſcentulę dilexerunt te,& traxerũt te poſt ſe: In odorem vnguentorum tuorũ curremus:trahunt ad ſe Chriſtũ adoleſcentulæ: ſi quidem de eccleſijs intelligatur,quę vna quidem eſt, cùm perfecta eſt. Multæ verò ſunt adoleſcentulę, cùm adhuc inſtruunt & proficiunt. Iſtæ ergo trahũt ad ſe Chriſtum per fidem: quia Chriſtus vbi
Matt.18.c viderit congregatos duos vel tres in fide nominis ſui, vadit illuc,& eſt in medio eorum, fide eorum tractus,& vnanimitate prouocatus. Si verò tertia expoſitione,de anima verbum dei ſequente intelligi hæc oportet: quæcunq; anima fuerit erudita, primò in moralibus, ſecundò etiam in naturalibus exercitata,per illa omnia quæ in his diſciplinis edoceri ſuprà oſtendimus, ipſa morum emen-
I datio,& eruditio rerũ,ac probitas diſciplinæ, trahit ad ſe verbum dei. Et libens trahitur. Gratiſſimè enim ad eruditas animas venit, & trahi ſe ab his indulgẽter accipit,benigneq; cõcedit. Requiro ſanè ſi ſolum nomen eius quia vnguentum factũ eſt exinanitũ,tantum operis egerit, & ita ſuſcitarit adoleſcentulas:vt primò traherent eum ad ſe, & habentes eũ apud ſe,caperent vnguentorũ eius odorem,& ſtatim currerent poſt eum. Si hæc,inquã,omnia ſolo nomine eius effecta ſunt, quid putas faciet ipſa eius ſubſtantia? Quid ex illa adoleſcentulę iſtæ virtutis,qd vigoris accipient:ſi quo pacto potuerint aliquando ad ipſam incõprehenſibilem atq; ineffabilem ſubſtantiam eius peruenire? Ego puto quòd ſi ad hoc aliquãdo peruenerint,iam non ambulent,neq; currant:ſed vinculis quibuſdam charitatis eius aſtrictę,adhæreant ei, ne vltrà mobilitatis alicuius vllus in eis reſideat locus:ſed ſint cũ eo vnus ſpiritus, & cõpleatur in
Ioan.18.b. eis illud quod ſcriptũ eſt: Sicut tu pater in me,& ego in te vnũ ſumus:ita & iſti in nobis vnũ ſint. Sed nũc interim,vt videtur,ſponſa cõſociatis ſibi adoleſcentulis multis,quarũ in poſterioríb⁹ nul- K
lus eſſe numerus dicitur,ab vno ſolo ſenſu: id eſt, odoratu tãtummodo capta, currere ſe in odorem vnguentorum ſponſi commemorat:ſiue quòd ipſa curſu indigeat adhuc & profectu:ſiue quòd ipſa quidem perfecta ſit, pro his autem adoleſcẽtulis, quæ adhuc curſu & profectibus indigent, etiã ipſa ſe currere fateatur:ſicut & ille,qui cùm ipſe ſub 1.Cor,6.d
lege non eſſet,ſit tamen ſub lege, vt eos qui ſub lege ſunt,lucrifaciat. Et iterũ cùm in lege ſit Chriſti,his tamẽ qui ſine lege ſunt, ſit & ipſe ſine lege: vt eos qui ſub lege ſunt,ſaluet. Et hoc fit,vt diximus,ſolo adhuc odoratu ei⁹ accepto. Quid putas agent,cùm & auditũ earum,& viſum,& tactũ,guſtumq; occupauerit verbũ dei,& ſingulis quibuſq; ſenſibus,virtutes ex ſe competentes naturæ earũ capacitatiq; præbuerit, ita vt oculus ſi videre potuerit gloriam eius,gloriam tãquã vnigeniti à pa Ioan.1.b.
tre:aliud vltrà iã videre nolit: neq; auditus aliud, quàm verbum vitæ & ſalutis audire. Sed & cuius manus palpauerit de verbo vitæ, nihil vltrà mate 1.Ioan.1.a
riale,nihil fragile caducumq; palpabit:nec guſtus cùm guſtauerit bonum verbũ dei, carnemq; eius
& panem,qui de cœlo deſcendit, aliud quid poſt L
hæc guſtare patietur. Præ dulcedine namq; ipſius & ſuauitate,omnis reliquus ei ſapor aſper videbitur & amarus:& ideo hoc ſolo veſcetur. Omnem namq; ſuauitatem quãcunq; cupierit,in hoc inuenit: ad omnia nãq; aptũ ſe reddit & habilẽ. Deniq; his qui ex incorruptibili ſemine regenerãtur, rationabile & ſine dolo efficitur lac. His verò qui infirmãtur in aliquo,olera ſe prębet,ad hoſpitalitatis amicitiam & gratiã. His verò qui pro poſſibilitate ſumendi exercitatos habent ſenſus,ac diſcretionem boni & mali, cibum ſe ſolidũ præbet. Si qui verò ſunt qui exierint de Aegypto,& ſecũ- Exod.15.
ti columnam ignis & nubis,in eremum venerint, & 16.
de cœlo ad illos deſcendit,minutum & ſubtilẽ eis præbens cibum angelico ſimilem,ita vt panẽ angelorum manducet homo. Habet & alias multas in ſemetipſo atq; innumeras ciborũ differentias, quas interim pelle quis, & carne oſſibuſq; indut⁹
& neruis,capere non poteſt. Quí aũt dignus fue- M
rit redire, & eſſe cum Chriſto: quiq; in paruo fi- Lucæ.16.
delis inuentus,cõſtituetur ſuper multa:ille guſtã- & 19.
bit,& capiet voluptatem domini: perductus ad locum quendã qui pro huiuſmodi ciborũ copijs, & varietatibus,delitiarũ nominatur locus. Propter quod & in Eden poſitus dicitur,quòd delitias in- Gene.2.b.
dicat. Ibi enim dicetur ad eũ, delitiare i domino. Delitiabitur autem nõ in vno ſolo edendi guſtãdiq; ſenſu,ſed & auditu delitiabitur & viſu, & tactu odoratuq; delitiabitur: in odorem namque vnguenti eius curret. Et ita omnibus ſenſibus ſuis delitiabitur in verbo dei,is qui ad ſummam perfectionis ac beatitudinis venerit. Vnde & in his poſiti locis,deprecamur auditores horum,vt mortificent carnales ſenſus, ne quid ex his quæ dicuntur,ſecundũ corporis motus excipiãt,ſed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capienda ſenſus exhibeant: ſicut Salomon edocet nos,dicens: Senſum autem diuinum inuenies. Et vt Paulus quoque ad Hebræos ſcribit de perfectis, vt ſuprà memorauimus: qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni vel mali: oſtendens eſſe in ho- Hebr.5.d
mine

A mine præter hos corporeos ſenſ9,quinq; alios nihilominus qui per exercitia quæruntur:& exercitati dicuntur, cùm ſcilicet intelligẽtiam rerum acumine acriore diſcutiunt. Non enim perfunctoriè,& vt libet audiendum eſt:quod Apoſtolus
Hebr.5.d de perfectis dicit: Quia exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni vel mali. Quod vt clarius eluceſcat:ſumamus,ſi videtur,exemplum ab his corporalibus ſenſibus:& ita demum ſtatim ad illos diuinos,quos ſcriptura nominat ſenſus interioris hominis,veniemus. Si enim corporeus oculus exercitium viſus habeat, nullo impediẽte obſtaculo, integrè, & abſq; vlla falſitate vel colores corporum,vel magnitudines qualitatesq; deprehendet. Nã ſi aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impediat aſpect9,& rubrũ pro albo, & viride ꝓ nigro,aut rectũ putat eſſe aliquid cùm curuum ſit,& tortuoſum,cõturbabit ſine dubio iudiciũ mẽtis: & aliud pro alio agetur. Ita ergo & interior viſus, niſi eruditiõe & induſtria fuerit exercitatus,quo per multam peritiam diſcretionem boni habeat ac mali,ſed ignorantia & imperitia
B tanquã caligo oculis inciderit:aut etiam malitiæ alicuius languor tanquã lippis oculis acceſſerit, diſcrimen boni aut mali intueri nullatenus poſſit:& inde fiet vt mala pro bonis agat:bona verò pro malis ſpernat. Secundum hanc verò formam quam de viſu corporis animæq; tractauimus,cõſequenter etiam de auditu, & guſtu, & odoratu, tactúque per ſingulas quaſq; ſui generis virtutes ſenſuum corporalium,referem9 ad animę ſenſus, quę in ſingulis adhibere debeant exercitia, quæq; debeat emẽdatio parari dilucidè recognoſcemus. Hæc autem paulo latiori exceſſu ꝓſequuti ſum9, oſtendere volentes odoratum ſponſæ & adoleſcẽtularum: quo odoratæ ſunt odorem vnguentorũ ſponſi:non corporis ſenſus,ſed diuini odoris illi9 & interioris,qui appellatur hominis dici. Hic ergo odorationis ſenſus,in quo ſanus eſt & integer, odore Chriſti accepto,ex vita adducit ad vitã. Si verò nõ ſit ſanus,hoc odore ſuſcepto,de morte in mortem deijcit,ſecundũ illum qui dicebat:Quo-
2.Cor.2.d niã Chriſti bonus odor ſumus: alijs quidẽ de vita
C in vitam: alijs autẽ odor de morte in mortẽ. Denicq; & hi quibus intellectus herbarũ eſt,pigmẽtorumq; peritia,ferunt quædã eſſe pigmenta,quorũ ſi odorem ceperint nonnulla animalia, continuò intereunt:alia verò eodẽ odore recreãtur,vitamq; recipiunt. Et nũc ergo in his ipſis expoſitionib9, & ſermonibus quos habemus in manib9, videtur alijs eſſe vita ex vita, alijs verò mors ex morte. Nã ſi hæc exponi ita audiat animalis qui dicitur
Ibidem. homo, qui nõ poteſt percipere, & intelligere quæ ſunt ſpiritus dei: irridebit ſine dubio atq; inepta hæc eſſe,& inania pronũciabit,dicens, ſomnia potius q̃ rerum cauſas, & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic canticicanticorum efficitur de morte in mortẽ, ſcilicet de morte infidelitatis in mortẽ iudicij,& condemnationis. Sequẽtibus verò ſpiritualẽ ſenſum & ſubtilem, atq; intelligentibus maiorẽ ineſſe veritatẽ, in his quæ nõ videnſ, quàm in his quę videntur:& veriora haberi apud deum inuiſibilia:& ſpiritualia magis, quàm viſibilia & corporalia,amplectenda ſine dubio huiuſmodi intelligẽtia videbit & ſequẽda. Agnoſcunt enim tale eſſe intelligendæ veritatis iter quo per- D
uenitur ad deum. Sed ſiquidem alien9 à fide ſit is qui hæc ſtulta iudicat & irridenda,nihil mirũ. Si verò aliquis ex his ſit qui videtur credere,& ſcripturarũ authoritatem recipere: non tamẽ recipit expoſitionis huius ſpiritualis formam,ſed irridet & derogat,tentemus ex alijs ſcripturarũ locis inſtruere eũ ac pſuadere. Qui ſi fortè poterit ſic reſipiſcere,& talia quædã dicam9 ad eum,ſcriptum
Pſal.18.c. eſt: Præceptum domini lucidũ,illuminãs oculos. Dicat ergo nobis,qui ſunt oculi qui illuminantur
Lucæ.8.a. luce præcepti. Et iterũ: Qui habet aures audiẽdi, audiat:quæ ſunt aures iſtæ,quas qui habuerit,ipſe ſolus verba Chriſti audire dicatur. Et iterum:
2 Cor.2.d Quoniã Chriſti bon9 odor ſum9 deo. Et in alijs:
Pſal.33.b. Guſtate & videte,quoniã ſuauis eſt dñs. Et quod
1.Ioan.1.a alius ait: Manus noſtrę palpauerunt de verbo vitæ. Putãsne in his omnibus nõ mouebitur, vt aduertat hæc vniuerſa non de corporeis ſenſibus dicta,ſed de his quos ſecundũ interiorem hominem ineſſe vnicuiq; docuimus, niſi ſi cõtentionis & iactantię vitio agitur,qui eiuſmodi eſt. Quibus vi-
E tijs,quoniã & viſus ille interior excęcatur,& odoratus obcluditur, & obturat auditus, meritò nec videre quæ ſpiritualia ſunt,nec audire poteſt. Sed nec odorẽ iſtum Chriſti capere:quo nũc recepto, adoleſcentulæ iſtæ,in quibus bene ſanus,& vigẽs erat hic ſenſus:in odorem vnguẽtorũ eius currũt poſt ipſum:nec deficiunt currentes,aut laborant, quia ſuauitate odoris ipſius,qui eſt de vita in vitã refectę,iugiter iualeſcũt. Poteſt adhuc & hoc modo accipi,quod ait: Vnguentũ exinanitum nomẽ tuũ,propterea adoleſcentulæ dilexerũt te. Vnigenitus dei filius cùm in forma dei eſſet,exinaniuit
Philip.2.b ſemetipſum,& formam ſerui accepit. Exinaniuit autẽ de plenitudine,ſine dubio,in qua erat. Illi ergo qui dicũt: Quia de plenitudine ei9 nos oẽs ac-
Ioan.1.b. cepimus,ipſi ſunt adoleſcentulæ,quę de ea plenitudine ex qua ſe ille exinaniuit:& factum eſt vnguentũ exinanitum nomen eius,percipientes dicunt: Poſt te in odorem vnguentorũ tuorũ curremus. Niſi enim exinaniſſet vnguentũ:hoc eſt, plenitudinẽ diuini ſpiritus, & humiliaſſet ſe vſq; ad
F formã ſerui,capere eũ null9 in illa diuinitatis plenitudine potuiſſet:niſi ſola fortaſſis ſpõſa, pro eo quòd videt indicare quia vnguentũ iſtud exinanitum non ſibi, ſed adoleſcentulis dilectionis dederit cauſam. Sic enim dicit: Vnguentũ exinanitum nomen tuum: propterea adoleſcentulæ dilexerunt te. Ac ſi diceret: Adoleſcentulæ quidẽ ꝓpterea dilexerunt te: quia exinaniſti te de forma dei,& factum eſt vnguentũ exinanitũ nomen tuum:ego autem non pro exinanito vnguento, ſed pro ipſa vnguentorum plenitudine dilexi te. Hoc enim indicat in eo loco,vbi dicit: Odor vnguẽtorũ tuorũ ſuper omnia aromata. Quòd verò etiã ipſa cum adoleſcentulis poſt ipſum ſe curſurã dicit:hanc aio eſſe cauſam, quòd perfecti quiq; omnia omnibus fiant,vt omnes lucrifaciant: ſicut iã ſuprà expoſuimus. Introduxit me rex in cubiculũ ſuum:exultemus & iocundemur in te. Cùm indicaſſet ſponſo ſuo ſponſa, quòd adoleſcentulæ odore eius captæ,currerent poſt ipſum, cum quibus etiã ipſa curſura eſſet,vt eis formã præberet in omnibus:nunc quaſi laboris ſui conſecuta iam

G palmã,pro eo quòd cõcurrerit currentibus,introductam ſe dicit ab ſpõſo rege in cubiculũ eius: vt ibi videret cũctas opes regias. In quo vtiq; meritò iocundatur & exultat, vtpote quæ ſecreta iam regis,& arcana proſpexerit. Hic eſt,ſecundũ propoſitũ dramatis ordinem, quaſi hiſtoricus intelle ctus. Sed qm̃ cuius res agitur,eccleſia eſt ad Chriſtũ veniens,vel anima verbo dei adhærens: quod aliud cubiculũ Chriſti,& prõptuariũ dei credendum eſt,in quo vel eccleſiã, vel animã cohærentẽ ſibi introducat,niſi ipſe arcanus ſenſus eius,& re-
1.Cor.2.d conditus? de quo & Paulus dicebat: Nos autẽ ſenſum Chriſti habem⁹, vt ſciamus quæ à deo dona-
Ibidem.c. ta ſunt nobis. Hæc illa ſunt,quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcenderũt, quę pręparauit de⁹ his qui diligunt eũ. Cùm igit Chriſtus animã in intelligentiã ſui ſenſus inducit,in cubiculum regis introducta dicitur: in quo
Coloſſ.2.a ſunt theſauri ſapientiæ ac ſcientię eius abſcõditi. Non mihi autẽ vacuum videtur,quòd cùm potuiſſet dicere: Introduxit me ſpõſus me⁹, aut fraternus meus, aut aliquid huiuſmodi: vt ei moris eſt:
H nunc quia cubiculũ dictura erat, regis dixerit cubiculũ: & nõ aliud nomen poſuerit, in quo poſſet fortaſſis aliquis etiã mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regẽ nominatũ: vt oſtenderetur per hoc nomẽ prędiues cubiculũ, vtpote regiũ,& multis atq; immenſis opibus repletũ. Prope hunc omnino mihi videtur fuiſſe & ille, qui di
2 Cor.12.a xit raptum ſe eſſe vſq; ad tertium cœlũ,& inde in paradiſum,& audiſſe verba ineffabilia,quæ nõ licet homini loqui. Quid enim putas eſſe illa verba quę audiuit: nonne à rege audiuit,& in cubiculo,& prope cubiculũ poſitus audiuit? Et erãt credo illa verba talia quædã, quæ hortarent eum ad maiorẽ profectum,& promitterẽt ei, q; ſi perſeueraret vſq; in finẽ,& ipſe poſſet intrare regis cubiculũ: ſecundũ illud quod per prophetã quoq; pro-
Eſa.45.a. mittit: Dabo tibi theſauros obſcuros, occultos, inuiſibiles. Aperiã tibi vt cognoſcas, quia ego ſum dñs deus tuus, qui vocaui nomẽ tuũ Iſraël. Currunt ergo adoleſcentulę poſt ipſum,& in odorem eius, vnaquęq; tamen pro viribus: alia quidẽ velo
I cius, alia paulò tardius: alia etiã inferi⁹ cæteris & vltimo, alia primo loco: verũtamen currunt oẽs: ſed vna eſt perfecta quæ cucurrit ſic, vt peruenireț,& ſola acciperet palmã. Sola enim eſt quæ dicit: Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ: cùm prius nõ de ſe ſola,ſed de pluribus dixiſſet: quia poſt te in odorẽ vnguẽtorũ tuorum curremus. Introducit ergo in cubiculũ regis,& efficit regina: & ipſa
Pſal.44.b eſt de qua dicitur: Regina aſtitit à dextris tuis in veſtitu deaurato, circũdata varietatibus. De his autẽ adoleſcentulis,quæ poſt ipſam cucurrerãt,& procul ab ea in ipſis currendi ſpacijs remãſerant, dicitur: Adducentur regi virgines poſt eã, proximæ eius adducent tibi. Adducentur in lætitia & exultatione,inducentur in templũ regis. Sed & illud etiã in hoc aduertere debemus,quòd ſicut rex habet cubiculũ quoddã,in quod reginam ſiue ſpõſam ſuam introducit: ita habet & ſpõſa ſuum cubiculum,in quod monetur per verbũ dei ingreſſa claudere oſtium: & ita concluſis illis omnibus di-
Matt.6.a. uitijs ſuis, intra illud cubiculũ, orare eũ qui videt in abſcondito,& perſpicit quãtas opes, animi ſcilicet virtutes intra cubiculũ ſuum ſpõſa condide- K
rit: & vidẽs ei⁹ diuitias, det ei petitiões ſuas. Om- Matt.13.b
ni enim habenti dabit. Quod autẽ ait, exultem⁹ & iocundemur in te: videtur ex perſona adoleſcẽtularũ dici, vel optantiũ & petentium à ſpõſo: vt quemadmodum ſponſa cõſecuta eſt quæ perfecta ſunt,& exultat,ita ipſæ etiã ſuũ implere curſum, & peruenire vſq; ad regis cubiculũ mereantur: vt perſpectis & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur, etiã ipſę exultent ſicut & illa,& iocundentur in eo. Vel etiã ad ſponſam poteſt dictũ videri ab adoleſcentulis congratulãtibus ei,& ꝓmittentibus petentibusq;, vt participes fiant exultationis ei⁹ & lætitię. Diligemus vbera tua ſuper vinũ. Sponſa quidẽ poſtquã oſcula meruit ab ipſo ſpõſi ore ſuſcipere,& vberibus eius perfrui, ait ad eum: Bona ſunt vbera tua ſuper vinũ. Adoleſcẽtulæ verò quæ nondũ ad id beatitudinis venerãt, neq; ſummã perfectionis acceperãt, neq; vſu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerãt: vt quaſi expertę pronunciarent de vberibus eius, ꝙa bona ſunt: videntes tamen ſponſam delectari, &
refici ex vberibus ſpõſi, ex fontibus ſcilicet ſapi- L
entiæ & ſcientiæ, quæ de vberib⁹ eius fluũt,& pocula cœleſtis doctrinæ ſumẽtes, tanquã imitatrices perfectionis eius,& deſiderantes eiſdem veſtigijs incedere, promittunt & dicũt: Diligem⁹ vbera tua ſup vinũ: id eſt, nos quidẽ nondũ in id perfectionis aſcendimus, vt iã diligamus vbera tua plus q̃ vinum, vel certè vbera tua quæ ſunt ſuper vinũ (vtroq; enim modo ſenſus ſtare videbit) gerimus tamen ſpem, vtpote adoleſcẽtulæ in id ętatis proficere, quo poſſim⁹ nõ ſolum paſci,& ali ex vberibus verbi dei, ſed & diligere alentẽ. Iſtę ſunt autem adoleſcentulę (vt ſæpe iã diximus) animę, quæ primis,& initiò valentibus eruditionibus videntur imbutæ: & velut vino quodam lætificatæ, inſtitutiõe tutorũ dũtaxat curatorũq; & pędagogi: vtpote paruulæ,& quæ haberent quidẽ in viribus amare vinũ: non tamen haberent in ætate, vt amore vberũ ſponſi moueri, aut excitari poſſent. Sed vbi aduenit plenitudo tẽporum, & Chriſtus in eis profecit ætate & ſapientia,& iã ſentire cœperunt quid ſint vbera ſponſi, quæq; in his perfe- M
ctio verbi dei, & doctrinæ ſpiritualis plenitudo deſignetur, etiã promittunt: quia pluſquã vinum quod nũc tanquã paruulæ bibunt, dilecturæ ſint vbera ſpõſi: id eſt, propenſiores futuræ erga perfecta, & omni plenitudine decreta dogmata Chriſti, q̃ iam antea ſiue in cõmunibus ſtudijs, ſiue in legis & prophetarũ viſæ ſunt inſtitutionibus extitiſſe. Aequitas dilexit te. Etiã hoc mihi videnț adoleſcẽtulæ proloqui, velut ſatiſfacientes, pro eo quòd dilecturas ſuper vinũ ſe promiſerunt vbera ſponſi: & non iam in præſenti diligant, neq; integrã vim charitatis oſtendant. Eſt ergo vox iſta velut incuſantiũ ſemetipſas, quaſi quæ nõdũ abiecta omni iniquitate peruenerint ad ęquitatem, vt poſſint iã diligere vinum ſuper vbera ſpõſi, ſcientes incõueniẽs eſſe, vt aliquid adhuc reſideat iniquitatis in eo, qui ad perfectionẽ ſpiritualis & myſticæ doctrinæ peruenerit. Quia ergo ſumma pfectionis in charitate cõſiſtit: charitas autẽ nihil iniquitatis admittit: vbi aũt nihil iniquitatis eſt, ibi ſine dubio eſt ęquitas: meritò ergo ęquitas eſſe

dicitur

A dicitur quę diligit ſponſum. Et vide, ſi nō ob hoc
Ioan.14.b etiā videtur illud in euāgelio à ſaluatore dictū: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Si ergo qui diligit Chriſtū, mādata eius cuſtodit: & qui mādata eius cuſtodit, nulla eſt in eo iniquitas, ſed æquitas in eo permanet: æquitas ergo eſt quæ mādata eius cuſtodit, & diligit Chriſtū. Et rurſum: Si is qui mādata cuſtodit, ipſe diligit Chriſtū: mandata autē in æquitate ſeruantur, & æquitas eſt quę diligit Chriſtum: qui iniquum aliquid gerit, neq; mādata cuſtodit, neq; diligit Chriſtū. Erit ergo vt quātum iniquitatis in nobis eſt, tantum lōgè ſimus à dilectione Chriſti: & tantū mandatorū eius præuaricatio habeat in nobis. Et ideo regulā quādam directam ponamus eſſe æquitatē: vt ſi quid in nobis iniquitatis eſt, hanc adhibentes, & ſuperducētes directoriā mādatorū dei: ſi quid in nobis curuum, ſi quid tortuoſum eſt, ab huius regulæ linea reſecetur, vt poſſit & de nobis dici: Aequitas dilexit te. Poſſum⁹ autē etiam ſic accipere, vt videatur ſimile eſſe quod dixit: Aequitas dilexit te, ac ſi dixiſſet: iuſtitia dilexit te, & veritas, & ſapiētia,
B & pudicitia: & ſingulæ quæq; virtutes. Nec mireris ſanè, ſi dicimus virtutes eſſe quæ diligūt Chriſtum, cùm in alijs ipſarum virtutū ſubſtantiam, Chriſtum ſoleamus accipere. Quod & frequēter inuenies in ſcripturis diuinis, pro locis & oppor-
1.Cor.1.d. tunitatibus aptari. Inuenimus nanq; ipſum, & iuſtitiam dici, & pacem, & veritatē. Et rurſum ſcri-
Epheſ.2.c ptum eſt in pſalmis: Iuſtitia & pax oſculatę ſunt.
Ioan.14.a. Pſal.84.b Et, veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo p-ſpexit: quæ vtiq; omnia, & ipſe eſſe, & rurſum ipſum dicuntur amplecti. Sed & ſponſus idem dicitur, idem etiam ſponſa nominatur: vt in prophe-
Ibidem. Hier.5.a. tia ſcriptum eſt: Sicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornauit me ornamento.

Homilia ſecunda.

Vſca ſū, & formoſa, filiæ Hieruſalē: vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis. In alijs exēplarib⁹ legim⁹: Nigra ſum, & formoſa. Rurſus i hoc perſona ſpōſę loquentis introducit. Loquentis autem nō ad illas adoleſcentulas, quæ cum ipſa currere ſolent, ſed ad filias Hieruſalem, quibus tanq; his quæ derogauerint fœditati eius,
C reſpōdere videtur, & dicere: Fuſca quidē ſum, vel nigra, quantum ad colorem ſpectat, filię Hieruſalem: formoſa verò, ſi quis interna mēbrorū lineamenta perſpiciat. Nam & tabernacula, inquit, Cedar, quæ eſt gens magna, nigra ſunt: & ipſa gens
Cedar. Cedar, nigredo, vel obſcuritas interpretatur. Sed & pelles Salomonis nigræ ſunt: nec tamen ob hoc tanto regi, in omni gloria ſua pellium viſa eſt indecora nigredo. Non ergo mihi ô filiæ Hieruſalē, exprobretis culpā coloris: cùm ſiue naturalis, ſiue exercitio quæſita, corpori pulchritudo non deſit. Hæc continet hiſtoricū drama, & propoſitæ fabulæ ſpecies. Sed redeamus ad ordinē myſticū. Hæc ſponſa quæ loquitur, eccleſiæ perſonam tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ verò Hieruſalem, ad quas ei ſermo eſt, illæ ſūt animæ quæ propter ele-
Rom.11.d ctionem patrum, chariſſimæ quidem dicūtur, inimicæ autē propter euangeliū. Iſtæ ſunt filię Hieruſalem ciuitatis terrenæ, quę videntes eccleſiam ex gentibus, quāuis pro eo ignobilem, quòd gene-

roſitatem ſibi Abrahā, & Iſaac, & Iacob non poſ- D
ſit aſſcribere: obliuiſcentē tamen populū ſuum, & Pſal.44.c
domum patris ſui, atq; ad Chriſtū venientē, ſpernunt eā: & p ignobilitate generis offuſcāt. Quod ſponſa ſentiens, filias prioris populi imputari ſibi, & pro hoc etiā nigrā ſe appellari, quaſi quæ paternæ eruditionis nō habeat claritatē, reſpōdens ad hæc dicit: Nigra ſum quidem, ô filiæ Hieruſalem: pro eo quòd nō deſcēdo de ſtirpe clarorū virorū: neq; illuminationē Moſi legis accepi: habeo tamen pulchritudinem meā mecū. Nam & in me illud primū eſt, quod ad imaginem dei in me factū eſt: nunc accedens ad verbū dei, recepi ſpeciē meam. Quāuis enim pro coloris obſcuritate, cōparetis me tabernaculis Cedar, & pellibus Salomonis: tamen & Cedar ex Iſmaēle deſcēdit. Secūdo nanq; loco ex Iſmaēle natus eſt, qui Iſmaēl nō Gene.25.b
fuit expers diuinæ benedictionis. Sed & pellibus Ibidē.17.e
Salomonis cōparatis me, quæ nō aliæ ſunt quàm pelles tabernaculi dei: & tamen miror vos ô filiæ Hieruſalem, mihi coloris velle exprobrare nigredinē. Quomodo nō meminiſtis, quòd in lege veſtra ſcriptū eſt, quid paſſa ſit Maria quæ derogauit Moſi cùm Aethiopiſſā nigrā accepiſſet vxorem? quomodo ignoratis illius imaginis adūbrationem in me nunc veritate cōpleri? Ego ſum illa Aethiopiſſa, ego ſum nigra quidem, pro ignobilitate generis: formoſa verò, propter pœnitentiā & fidem. Suſcepi enim in me filium dei, recepi verbum carnem factū. Acceſſi ad eum, qui eſt ima- Num.12.a E
go dei, primogenit⁹ omnis creaturæ: & q eſt ſplē- Coloſſ.1.c
dor gloriæ, & fulgor ſubſtantiæ eius, & facta ſum Rom.8.f.
formoſa. Tu ergo quid improperas cōuertenti ſe & Heb.1.a
à peccato, quod vtiq; lex fieri vetat: & quomodo tu gloriaris in lege præuaricans legē? Verùm qm̄ Rom.2.d.
in his locis ſumus, vbi eccleſia quę ex gentib⁹ venit, nigram ſe eſſe dicit & formoſam, quāuis longū videatur eſſe, & operoſum colligere ex ſcripturis diuinis, in quib⁹ vel qualiter ſacramenti huius forma præceſſerit, tamen nō mihi penitus omittēdū videt, ſed quàm potuerit breuiter memorādū.
Primò ergo in Numerorū libro de Aethiopiſſa ita ſcriptū eſt: Et locuta eſt Maria ad Aaron, & Num.12.a
derogauerunt Moſi, propter mulierē Aethiopiſſā quā accepit vxorē, & dixerunt: Nūquid Moſi ſoli F
locut⁹ eſt dn̄s? Nonne & nobis locutus eſt? Et iterum in tertio Regnorū libro ſcriptū eſt de regina 3.Reg.10.
Saba, quia venit à finibus terræ audire ſapientiā &.2.Para
Salomonis: hoc modo, Regina Saba audiuit nolipo.9.&
men Salomonis, & nomē dn̄i: & venit tentare eū Mat.12.&
in parabolis, & venit in Hieruſalē in virtute ma- Lucæ.11.d
gna valde: & cameli portātes odoramenta, & aurū multum valde, & lapidem precioſum: & ingreſſa eſt ad Salomonem, & locuta eſt ei omnia verba quę erant in corde ſuo. Et enunciauit ei Salomon omnia verba eius. Et nō fuit verbū quod omiſerit rex, & nō enunciauerit rex ei. Et vidit regina Saba omnem prudentiā Salomonis, & domū quā ædificauit, & cibos Salomonis, & ſedem puerorū eius, & ordinem miniſtrorū eius, & veſtes eius, & vini fuſores eius, & holocauſta eius, quę offerebat in domo dn̄i: & obſtupuit & dixit ad regem Salomonem: Ver⁹ eſt ſermo quem ego audiui in terra mea de verbo tuo, & prudentia tua: & nō credidi his q loquebant̄ mihi, vſq; quo venirē, & viderunt

G oculi mei:& ecce nec media pars eſt quæ nunciabatur mihi. Addidiſti enim bona, ſuper omnẽ auditionẽ quã audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, beati pueri iſti qui aſſiſtunt in cõſpectu tuo ſemper:& audiunt omnẽ prudentiã tuam. Sit dñs deus tuus benedictus, qui tibi dedit ſedem Iſraël. Q̃m dilexit dñs Iſraël, & voluit eum permanere in æternũ: poſuit te regẽ ſuper eos, vt facias iudicium cum iuſtitia, & iudices eos. Et dedit Salomoni centũ viginti talenta auri, & odoramenta multa valde, & lapidẽ precioſum. Nunquã talia venerãt odoramenta, nec in tãta multitudine, quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Hãc autẽ hiſtoriã paulo latiꝰ repetere voluimꝰ, & inſerere huic expoſitioni noſtræ, ſcientes intantũ conuenire hæc ad pſonã eccleſiæ, quæ ex gentibus venit ad Chriſtum: vt ipſe dñs in euangelijs reginæ huius faceret mentionẽ, dicens eã veniſſe à finibus terræ, vt audiret ſapientiã Salomonis. Auſtri autẽ reginã dicit eã, pro eo q̃ Aethiopia in Auſtri partibꝰ iaceat: & à finibus terræ, quaſi in vltimo poſita. Inuenimus aũt huius ipſius reginæ etiã Ioſephũ in H hiſtoria ſua facere mentionẽ, addentem etiã hoc, q̃ poſtea q̃ regreſſa eſt, inquit, à Salomone, Cãby ſes rex miratꝰ eius ſapientiã, quam ſine dubio ex Salomonis ſapiẽtia ſuſceperat, cognominauit, inquit, nomen eius Meroën. Refert autẽ q̃ non ſolũ Aethiopię, ſed & Aegypti regnum tenuerit. Addemus autẽ adhuc & ea quæ in ſexageſimoſeptimo pſalmo, de hac eadem forma cõmentur. Ait ergo ibi: Diſperge gentes quę bella volũt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eiꝰ deo. Eſt adhuc quarto in loco apud Sophoniã prophetã de hac eadem figura, hoc modo ſcriptũ: Propterea ſuſtine me, dicit dñs, in die reſurrectionis meæ in martyrio: hoc eſt, in teſtimonio: quoniam iudicium meum eſt ad congregationes gentium, vt ſuſcipiã reges, & effundã ſuper eos omnẽ iram indignationis meę: in igne zeli mei cõſumetur omnis terra. Quoniam tunc cõuertam in populis linguã in generationẽ eius: vt inuocent omnes nomẽ dñi, & ſeruiãt ei ſub iugo vno. De vltra flumina Aethiopię ſuſcipiã eos qui diſperſi ſunt, I & afferent ſacrificiũ mihi. In die illa non confundêris Saba ab omnibus adinuentionibus tuis, in quibꝰ impiè egiſti in me. Sed & in Hieremia ſcriptũ eſt: q̃ principes quidã populi Iſraël miſerint Hieremiam in lacum Melchiæ filij regis, qui erat in domo carceris: & depoſuerũt eũ cum funibus, & in lacu nõ erat aqua, ſed cœnũ: & erat in cœno. Audiens autem Abdimelech Aethiops, vir eunuchus, qui erat in domo regis, quia miſerũt Hieremiã in lacum: locutus eſt regi, & dixit: Dñe rex, malè fecerunt viri iſti omnia quę fecerũt in Hieremiã prophetam, quia miſerũt eum in lacum, & morietur ibi à facie famis: quoniam nõ ſunt iam panes in ciuitate. Et præcepit rex ipſi Abdimelech Aethiopi, dicens: Tolle hinc triginta homines, & educ eum de lacu, vt non ibi moriatur. Et quid plura? Abdimelech Aethiops fuit qui Hieremiã eduxit de lacu. Et paulo poſt factus eſt ſermo dñi ad Hieremiam, dicens: Vade & dic Abdimelech Aethiopi, dicẽs: ſic dicit dñs deus Iſraël: Ecce ego adduco verba mea ſuper ciuitatẽ iſtã in mala, & nõ in bona: & ſaluabo te in die illa, & non dabo te in manus hominũ quos tu times. A facie K eorum ſaluãs ſaluabo te: & in gladio nõ cades, ſed erit anima tua in ſalutẽ: qm̃ confiſus es in me, dicit dñs. Hæc interim ad præſens de ſcripturis ſanctis occurrere potuerunt, quibus mihi videt propoſiti de canticis canticorũ verſiculi myſteriũ cõprobari: in quo dicit: Fuſca ſum, ſiue nigra, & formoſa filiæ Hieruſalẽ, ſicut tabernaculũ Cedar, & ſicut pelles Salomonis. Inuenitur ergo Moſes in Num.12.a Numeris accepiſſe Aethiopiſſam vxorẽ fuſcam vel nigrã: pro qua Maria & Aaron derogant ei, & indignantes dicunt: Nunquid Moſi ſoli dñs locutus eſt? Nónne & nobis locutus eſt? In quo ſi diligenter cõſideres, nec conſequentiã ſermo inueniẽt habere hiſtoricus. Quid enim cõuenire ad rẽ videbiẽ, vt indignantes pro Aethiopiſſa dicant: Nũquid ſoli Moſi locutus eſt dñs: nónne & nobis locutus eſt? Oportebat enim, ſi hoc erat in cauſa, dici ab eis: nõ oportuit te ô Moſes vxorem accipere Aethiopiſſam, & de ſemine Cham, ſed de genere tuo, & de domo Leui. Horum nihil dicunt, ſed aiunt: Nunquid Moſi ſoli locutus eſt deus: nónne & nobis locutus eſt? In quo & mihi videtur ſe- L cundum myſterium magis intellexiſſe quod geſtum eſt: & vidiſſe quòd iam Moſes, id eſt, ſpiritualis lex, in nuptias & coniugium congregatæ ex gentibus migraret eccleſiæ: & Mariam, quę ſynagogæ derelictæ formam: & Aaron, qui ſacerdotij carnalis tenebat imaginẽ, videntes ablatũ eſſe à ſemetipſis regnum: & datum eſſe genti facienti Matt.21.g fructus eius, dicere: Nũquid Moſi ſoli locutus eſt deus: nónne & nobis locutus eſt? Deniq; & Moſes ipſe, cùm tanta & tam magnifica eius opera fidei ac patientiæ referantur: nunquã tantis à deo elatus eſt laudibus, vt nunc cũ Aethiopiſſam duxit vxorẽ. Nunc de eo dicitur, quia Moſes, homo mã Num.12.a ſuetus valde ſuper omnes homines qui ſunt ſuper terram: nunc & illud de eo dicit dominus: quia ſi fuerit in vobis propheta, in viſionibus loquar ei Ibidem.b. aut in ſomnijs: non ita vt famulo meo Moſi: qui in omni domo mea fidelis eſt. Os ad os loquar ad eum. In ſpecie, & non in ænigmate gloriam domini vidit. Et cur non timuiſtis detrahere famulo meo Moſi? Hæc omnia pro coniugio Aethiopiſſę M Moſes audire meruit à domino. Verùm de his plenius in libro Numerorum proſecuti ſumus: quæ ſi quis dignum iudicat noſcere, illa perquirat. Nunc autem ſufficiat approbare ex his, quòd ipſa eſt nigra, & formoſa, & Aethiopiſſa, quam Moſes: id eſt, lex ſpiritualis, quæ ſine dubio verbũ dei & Chriſtus eſt, in coniugium ſuum aſciſcit: licèt obtrectent, & derogent filiæ Hieruſalem, plebs ſcilicet iſta cum ſacerdotibus ſuis. Videamus autem & ea quæ ex tertio Regnorũ libro protulimus de regina Saba, & ipſa nihilominus Aethiopiſſa, cui teſtimonium dat dominus in euangelijs: quòd in die iudicij veniat cum viris generationis incredulæ, & condemnet eos: quia venit à finibus terrę audire ſapiẽtiam Salomonis: & addit: Quia plus Salomone hìc: docens per hoc plus eſſe veritatem, quàm veritatis figuras. Venit ergo & hęc, imò ſecundum figuram eius, eccleſia venit ex gentibus audire ſapientiam Salomonis veri, & veri pacifici domini noſtri Ieſu Chriſti. Venit & hęc primò quidem tentans eum per ænigmata, & quęſtiones

quæ ei

Mat.12.& Lucæ.11.d

Soph.3.b.

Hier.38.a

Ibid.39.d.

A quæ ei prius insolubiles videbãtur: atq; ab ipso de agnitione veri dei, & de creaturis mũdi, vel de immortalitate animæ, & iudicio futuro: quod apud eã, & apud doctores eius, gẽtiles dũtaxat philosophos, incertum semper, aut dubium manebat, absoluitur. Venit ergo in Hierusalem, ad visionem scilicet pacis, cum multitudine & virtute multa. Non enim cum vna sola gente, vt prius synagoga solos habuit Hebræos, sed cum totius mundi gentibus venit: deferẽs etiam munera digna Christo: odoramentorum siquidem suauitates: opera scilicet bona, quę ad deũ per odorem suauitatis ascendunt. Sed & auro venit repleta, sensib⁹ sine dubio, & rationalibus disciplinis: quas ante fidem adhuc ex cõmuni & scholari eruditiõe collegerat. Detulit etiã lapidem preciosum, quem ornamẽta morum possumus intelligere. Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificum regem Christum, & ipsi aperit cor suũ, in confessione & pœnitentia, scilicet præcedẽtiũ delictorum: & locuta est ei omnia quę erant in corde suo. Propter quod & Christus, qui est pax nostra, enunciauit ei omnia verba eius: &
B non est verbum quod omiserit rex, & non enũciauerit ei. Deniq; cùm iã tẽpus passionis appropinquaret, sic loquitur ad eã: id est, ad electos discipu-
Ioan.15.b. los suos: Iam nõ dicã vos seruos, sed amicos: quia seruus nescit quid faciat dominꝰ eius. Ego autem nota feci vobis omnia quæcunque audiui à patre meo. Sic ergo impletur quod dixit: quia nõ fuerit verbũ, quod non enunciauerit pacificus dominus reginæ Sabæ: id est, ecclesiæ ex gentibus cõgregatæ. Quòd si intuearis ecclesię statum, & dispensationes eius ordinationesq; eius consideres: tũc aduertes quomodo regina mirata sit omnẽ prudentiam Salomonis. Simul & require, cur nõ dixerit, omnem sapientiã: sed, omnem prudentiã Salomo-
Prudentia nis: quoniã quidem eruditi viri prudẽtiam de hu-
Sapientia. manis negocijs, sapientiam de diuinis intelligi volũt. Idcirco fortassis & ecclesia nũc interim Christi prudẽtiã miratur, dum in terris est, & inter ho-
1.Cor.13.c mines cõuersatur. Cùm autẽ venerit quod perfectum est, & de terris translata fuerit ad cœlũ, tunc videbit omnem sapientiam eius, cùm iam nõ per
Ibidem. d. speciem, nõ per ænigmata, sed facie ad faciem sin-
C gulis quibusq; perspiciet. Vidit autẽ & domũ, quã ædificauit, sine dubio incarnatiõis eius mysteria. Ipsa est enim domus quã ædificauit sibi sapiẽtia: vidit & cibos Salomonis: illos puto, de quibus di-
Ioan.4.e. cebat: Meus cibus est, vt faciã volũtatem eius qui misit me: vt perficiã opus eius. Vidit & sedẽ puerorum eius: Ecclesiasticũ puto ordinẽ dicit, qui in episcopatus, vel presbyterij sedib⁹ habetur. Vidit & ordinationes siue stationes ministrorum eius. Diaconorum vt mihi videtur ordinem memorat, astãtiũ diuino ministerio. Sed & vestes eius vidit: illas credo quibus induit eos, de quibus dicitur:
Galat.3.d. Quicũq; autem in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sed & vini fusores eiꝰ, arbitror dici doctores, qui verbum dei & doctrinã quasi vinũ
Psal.103.b populis miscent: quod auditorum corda lętificet. Vidit & holocausta eius, orationũ sine dubio supplicationumq; mysteria. Hæc ergo omnia vbi vidit in domo regis pacifici, imò Christi: nigra hæc & formosa, obstupuit, & ait ad eum: Verus est sermo quem audiui in terra mea, de verbo tuo, & de prudentia tua. Propter eñ verbũ tuũ quod agnoui verum esse verbum, veni ad te. Omnia etenim verba quæ mihi dicebãtur, & quæ audiebam cùm essem in terra mea, à doctoribus scilicet seculi, & philosophis, non erant vera: istud est solum verũ verbum quod est in te. Sed fortassis quærendum videbitur: quomodo dicat regi regina hęc, quia nõ credidi his quę dicebãtur mihi de te: cũ vtiq; nec venissem ad Christum, nisi credidissem. Sed vide si possum⁹ hoc modo soluere quod proponitur. Nõ his, inquit, credidi qui loquebãtur mihi. Nõ enim fidem meam in illos qui locuti sunt de te, sed in te direxi: id est, non hominibus, sed tibi credidi deo. Et per illos quidẽ audiui: ad te autem veni, & tibi credidi. Apud quem multo plura viderunt oculi mei, q̃ annunciabãtur mihi. Reuera enim cũ peruenerit nigra hæc & formosa in Hierusalem cœlestem, & ingressa fuerit visionẽ pacis: multo plura & magnificentiora, q̃ nunc ei sunt annunciata perspiciet. Nũc eñ tanquã in speculo & ænigmate: tunc autem videbit facie ad faciem, cùm cõsequetur ea quę oculus non vidit: nec auris audiuit, 1.Cor.2.c.
E nec in cor hominis ascenderunt. Et tunc videbit, quia nec medietas eorũ est quæ audiuit in hac sua terra posita. Beatæ ergo sunt mulieres Salomõis, animæ sine dubio, quæ verbi dei & pacis eius participes fiunt. Beati pueri eius, qui assistunt in cõspectu eius semper: non illi qui aliquando assistũt, & aliquando non assistunt: sed qui semper & sine intermissione assistunt verbo dei, verè beati sunt. Talis erat & illa Maria, quæ sedebat secus pedes Iesu, & audiebat eum, cui & testimoniũ reddidit ipse dominus, dicens ad Martham: Maria optimã Lucę.10.g
partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea. Adhuc nigra hæc & formosa dicit: Benedict⁹ qui voluit dare te super sedẽ Israël. Verè enim quia dilexit dominus Israël, & voluit vt staret in æternũ, posuit te regem super eũ. Quem? Pacificum sine dubio. Christ⁹ enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ, Ephes. 2.c
& mediũ parietẽ sepis soluit. Et post hæc omnia dedit, inquit, centũ viginti talenta auri regi Salomoni regina Saba. Numerus hic centum viginti, consecratus est vitæ hominũ, eorum qui fuerunt in diebus Noë, quibus istud cõceditur spaciũ vi- Gen.6.a.
I tæ, quo inuitãtur ad pœnitentiã. Ipse autẽ numerus annorũ & Mosi vitę fuit. Offert ergo Christo Deut.34.
ecclesia in auri specie & põdere, non solũ multitudinẽ sensuum suorũ & intellectuũ, sed legi dei cõsecratos indicat sensus suos: per hũc qui Mosi annos vitæ continet numerũ. Offert etiã suauitates odoramentorũ, quales & quantę nunquã venerãt. Vel orationes in hoc, vel opera misericordię intelligere: nunquã eñ vel tã rectè orauerat, vt nũc cùm accessit ad Christum: vel tam piè operata fuerat, vt cùm cognouit iustitiã suam non facere coram Matt.6.a.
hominibus, sed corã patre: qui videt in abscõdito, & reddet palã. Sed multum est alienis in locis simul vniuersa pśequi hęc, quæ nec testimonij gratia videntur assumpta. Sufficiant ista de tertio libro Regnorũ. Videamus aliqua & ex his quæ de sexagesimoseptimo psalmo protulimus, vbi ait: Aethiopia præueniet manus eius deo. Si enim intuearis, quomodo ex delicto Israël sit salus gentibus: & Rom.11.b
quòd illorum lapsus introëundi viã nationibus dedit, aduertes quomodo præuenit & præcedit

G cedit Aethiopiæ manus: hoc eſt, gẽtium populus illos ad deum, quib⁹ primis data ſunt eloquia dei:
Pſal.67.g & in hoc cõpleri, Aethiopia præueniet manus ei⁹ deo: & fit nigra iſta formoſa, etiam ſi nolunt, etiã ſi inuident, & obtrectant filiæ Hieruſalem. Sed & prophetæ teſtimoniũ quod poſuim⁹: vbi ſuſcepit dñs etiam eos quiveniunt de locis quæ ſunt vltra flumina Aethiopũ, & afferunt hoſtias deo, ſimili ſenſu aduertendũ puto. Videtur em̃ mihi, ꝙ vltra flumina Aethiopiæ eſſe dicitur ille, qui nimijs & ſuperabundãtibus peccatis infuſcatus eſt, & atro malitię fuco infectus, niger & tenebroſus eſt reddit⁹: & tamen ne hos quidẽ repellit dñs, ſed oẽs
Pſal.50.d. qui ſacrificia cõtribulati ſpũs, & humiliati cordis offerunt deo, cõfeſſionis ſcilicet, ac pœnitentiæ titulo ad eũ cõuerſi, nõ repelluntur ab eo. Sic enim
Ioan.6.d. pacific⁹ dicit dñs noſter: Ego venientẽ ad me nõ repello. Poteſt autẽ & de illis dictũ videri: ꝙ vltra flumina Aethiopũ poſiti, venient etiã ipſi ad deũ hoſtias deferentes: qui poſtea q̃ intrauerit omnis
Rom.11.c. plenitudo gentiũ, quę fluminib⁹ Aethiopũ cõparatur: veniẽt etiã ipſi, & tunc oĩs Iſraël ſaluabitur:
H & pro eo vltra flumina Aethiopũ dicantur, quaſi qui vlteriores, & poſteriores ſint his ſpacijs, i quibus currit inundatq̃ gentiũ ſalus. Et ita fortè cõ-
Soph.3.b. pleri videtur hoc quod dicit: quia i die illa nõ cõfundẽris omnis Iſraël, ex omnib⁹ adinuentionib⁹ tuis, quib⁹ impiè egiſti in me. Supereſt vt illud teſtimonium, quod de Hieremia aſſumpſim⁹ explicetur: vbi Abdimelech nihilomin⁹ Aethiops vir eunuchus, cùm audiſſet quia Hieremias in lacum miſſus eſt à principibus populi, educit eũ inde. Et puto inconueniens nõ videri, ſi dicamus quẽ principes Iſraël cõdemnauerunt, & in lacũ mortis mi-
Hier.38.a & ſeq. ſerũt, iſte alienigena & obſcurę gẽtis homo, & de generis: id eſt, populus gentiũ educit eum de lacu mortis: reſurrectionẽ ſcilicet ei⁹ à mortuis credẽs: & fide ſua hũc quẽ illi in mortẽ tradiderãt: iſte de infernis reuocat ac reducit. Sed & eunuchus hic
Matt.19.b Aethiops eſſe dicitur, credo ꝙ caſtrauerit ſemetipſum propter regnũ dei: vel etiã ꝙ ſemẽ malitiæ in ſemetipſo nõ habebat: ſeruus quoq̃ eſt regis, qa
Prou.17.a ſeruus ſapiẽs imperat ſtultis dominis. Interpretatur aũt Abdimelech, ſeruus regũ. Et ideo dñs re-
Abdimelech. I linquẽs populũ Iſraël pro peccatis ſuis, ad Aethiopẽ verba dirigit, & ad ipſum mittit prophetã, &
Hier.39.d ipſi dicit: Ecce ego adduco verba mea ſuper ciuitatẽ iſtã in mala, & nõ in bona: & ſaluabo te in die illa, & nõ te dabo in manus hoĩm, ſed ſaluans ſaluabo te. Salutis autẽ cauſa hæc eſt ei, quia eduxit prophetã de lacu: id eſt ꝙ fide ſua qua Chriſtũ reſurrexiſſe credat à mortuis, eduxiſſe eum ex lacu videtur. Habet ergo plurima teſtimõia fuſca hæc vel nigra & formoſa, in quibus liberè agat, & cum fiducia dicat ad filias Hieruſalem, quia fuſca ſum quidẽ vel nigra, ſicut tabernacula Cedar: formoſa aũt ſicut pelles Salomonis. De pellib⁹ Salomonis ſcriptũ aliquid propriè non memini. Puto aũt referri poſſe ad gloriam eius, de qua dicit ſaluator:
Matt.6.& Luc.12.d Quia nec Salomon in omni gloria ſua opert⁹ eſt ſicut vnũ horũ. Nomen tamen ipſum pelliũ in tabernaculo teſtimonij inuenim⁹ frequẽter referri:
Exo.22.c. ſicut cùm dicit: Et facies pelles ex caprarum pilis operimentũ ſuper tabernaculũ teſtimonij, vndecim pelles facies. Logitudo pellis vnius triginta cubitorũ: latitudo quatuor cubitorũ. Eadem men K
ſura erit vndecim pellib⁹. Et cõiunges quinq̃ pelles ſimul, & alias ſex ſimul: & replicabis ſextã pellẽ à fronte tabernaculi: & facies quinquaginta anſulas per orã pellis vnius, & quinquaginta anſulas per orã pellis alterius, per quas cõiũgãtur vna ad alteram: & facies circulos æreos quinquagenos: & cõiunges ex ipſis pelles: & erit vnũ totũ. Et replicabis quod ſupereſt ex pellibus medietatem pellis vnius à fronte tabernaculi, & ex alia medietate quod ſupereſt velabis poſteriora tabernaculi: cubitũ hinc & cubitũ inde: ex eo qđ abũdat in lõgitudine pelliũ: & erit adopertũ tabernaculũ ex laterib⁹ hinc & inde. Puto ergo ꝙ harũ pelliũ mẽtio fiat ĩ Cãticocãticorum: & iſtę dicãtur eſſe Salomonis, qui accipitur in pacificum Chriſtũ. Ipſi⁹ ergo ad tabernaculum, & ea quę ad tabernaculum pertinent: & præcipuè ſi illud tabernaculũ cõſiderem⁹ quod dicit tabernaculũ verũ, quòd fixit deus Heb.8.a.
& nõ homo: & quod ait, nõ em̃ in manu facta ſctã Heb.9.f.
intrauit Ieſus exẽplária verorũ. Si ergo pulchritudinẽ ſuã ſpõſa pellib⁹ cõparat Salomonis: illarum ſine dubio pelliũ gloriã & pulchritudinẽ di- L
cit: quæ operiunt illud tabernaculum quod fixit deus, & non homo. Si verò nigredinẽ ſuã, quæ exprobari à filiabus Hieruſalem videbatur, pellibus cõtulit Salomonis: huius tabernaculi, quod exemplar veri tabernaculi vocatur, accipiẽdæ ſunt pelles: quaſi quòd & ipſę nigrę ſint quidẽ: vtpote caprarum pilis textę: & tamen vſum ornatumq̃ exhibeãt diuino tabernaculo. Quòd aũt videtur eſſe perſona vna quę loquit̃: & plurib⁹ ſe vel tabernaculis, Cedar, in nigredine, vel Salomonis pellib⁹ cõparauit: ita accipiendum eſt, quia vna quidem perſona videtur eccleſiæ: innumeræ tamen ſunt quæ per orbem terræ diffuſæ ſunt, atq̃ immenſæ cõgregationis ac multitudinis populorum. Sicut & regnum cœlorum vnum quidem dicitur, ſed
multæ tamen in eo manſiones memorantur eſſe Ioan.14.a
apud patrem. Poteſt autẽ & de vnaquaq̃ anima, quę poſt peccata plurima cõuertitur ad pœnitentiam, dici: quòd nigra ſit quidem pro peccatis: formoſa, propter pœnitentiam & fructus pœnitentiæ. Deniq̃ & de hac ipſa quę nũc dicit, nigra ſum M
& formoſa, quia non in finẽ in nigredine iſta permanſit, poſt hæc dicunt de ea ipſa filiæ Hieruſalem: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, incũbẽs Cant.3.&
ſuper fratrem ſuum? Ne videatis me, quoniam in- 8.b.
fuſcata ſum ego: quia deſpexit me ſol. Infuſcata, ſiue denigrata. Si cõpetenter nobis videtur apta ta expoſitio, quã in ſuperiorib⁹, vel de Aethiopiſſa, quæ à Moſe ſuſcepta eſt in coniugium: vel de regina Saba Aethiopum, quæ ſapiẽtiam Salomonis venit audire, texuimus: meritò nunc hæc quæ fuſca, vel nigra eſt & formoſa, ſatiſfacere videtur pro nigredine, vel fuſcatione ſua, cauſas q̃ reddere exprobrãtibus, quaſi quæ nõ natura talis, nec ita à cõditore creata ſit: ſed ex accidẽtibus hoc paſſa ſit. Ex eo, inquit, quia ſol deſpexit me. In quo oſtẽdit non de nigredine corporis fieri ſermonẽ: quod vtiq̃ ſol obſcurare, & denigrare ſolet, cùm reſpicit magis, quàm cũ deſpicit. Ita deniq̃ & apud illã omnem gentem Aethiopum ferũt: cui iam naturalis quædã ineſt ex ſeminis carnalis ſucceſſione nigredo, quòd in illis locis ſol radijs acriorib⁹ ferueat: &

A ueat, & aduſta iam ſemel atq; infuſcata corpora, genuini vitij ſucceſſione permaneant. Contrarij verò ordinis eſt animæ nigredo. Nã neq; aſpectu, ſed deſpectu ſolis inuritur: neq; naſcendo, ſed negligendo cõquiritur: & ideo ſicut ignauia aſſumitur, ita & induſtria repellitur & repulſatur. Denique (vt ſuperius dixi) hęc ipſa quæ nunc nigra dicitur eſſe: in fine cantici huius dealbata memoratur aſcendere, incumbens ſuper fraternum ſuum. Effecta eſt ergo nigra, quia deſcendit. Si autẽ cœperit aſcendere, & incumbere ſuper fraternũ ſuũ, & adhærere ei, nec omnino ſeparari ab eo, erit dealbata, & candida: abiectaq; omni nigredine, veri luminis luce circũfuſa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hieruſalẽ, pro nigredine ſua ſatiſfaciens: Nõ putetis ô filiæ Hieruſalem, quòd naturalis eſt iſta nigredo, quã videtis in vultu meo: ſed ſcitote, quoniã deſpectu ſolis eſt facta. Sol enim iuſtitiæ, quia me non inuenit rectè ſtantem, nec ipſe in me rectos direxit lucis ſuæ radios. Ego enim ſum populus gentiũ, qui prius nõ aſpexi ad ſolẽ iuſtitiæ, nec ſteti ante dominũ: & ideo nec ille me aſpexit,

B ſed deſpexit: neque aſtitit mihi, ſed præterijt. Hoc autem ita eſſe, etiã tu qui Iſraël diceris, re ipſa expertus iam iamq; cognoſces, & dices. Sicut enim me aliquando nõ credente tu aſſumptus es, & miſericordiam cõſequutus, & te reſpexit ſol iuſtitiæ: me autem vtpote inobedientem, & incredulũ deſpexit, & ſpreuit: ita & nunc quia tu incredulus, & inobediens factus es, ego ſpero reſpici à ſole iuſtitiæ, & miſericordiam cõſequi. Quòd autem mutua nobis ſit ſolis iſta deſpectio, & ego primò pro inobedientia mea deſpectus ſum, tu verò reſpectus: nunc autem etiam tibi non ſolum deſpectus ſolis, ſed & cæcitas quędam licèt ex parte contigerit, teſtem tibi producam magnificum, & cœleſtis

Rom.3.a. ſecreti conſcium Paulum, qui ita dicit: Sicut enim vos (de gentibus ſine dubio loquẽs) aliquando nõ credidiſtis deo, nunc autem miſericordiam conſequuti eſtis propter iſtorum incredulitatem: ita & iſti non crediderunt in veſtra miſericordia, vt ipſi miſericordiam conſequantur. Et item in alijs di-

Ibid.11.c. cit: Quia cæcitas ex parte contigit in Iſraël, do-

C nec plenitudo gentium intraret. Hinc ergo eſt in me quam exprobras iſta nigredo, quia deſpexit me ſol propter incredulitatem, & inobedientiam meam. Cùm verò rectè ſtetero ante eũ, & nõ fue-

Prou.4.d ro obliquus in aliquo, neq; declinauero ad dexterã neque ad ſiniſtram, ſed fecero rectas ſemitas pedibus meis, contra ſolem iuſtitiæ incedens in omnibus iuſtificationibus eius, ſine querela: tũc & ipſe rectꝰ me reſpiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit cauſa vlla deſpectus: & tũc reddetur mihi lux mea & ſplendor meus: intantũq; propelletur à me quã nunc exprobratis iſta nigredo: vt etiã lux mundi merear appellari. Sic ergo ſol iſte quidem viſibilis ea corpora, quibus à ſummo libramine inſederit, infuſcat & vrit: ea verò quæ procul ſunt, & ab iſta collibratione lõgius poſita, cõſeruat in cãdore ſuo: nec oñino vrit ea, ſed illuminat. Sol verò ſpi-

Malac.4.a. ritualis, qui eſt ſol iuſtitię, in cuius pennis ſanitas eſſe dicitur, econtrariò eos quidẽ quos recti cordis inuenerit, & ad libra ſui ſplẽdoris cõſiſtentes illuminat, & omni fulgore circũdat: eos autẽ qui obliquè incedunt cũ eo, neceſſario etiã ipſe obliquè nõ tam reſpicit q̃ deſpicit: hoc eis præſtãte incõſtãtia D ſua, & inſtabilitate. Quomodo enim qui peruerſi ſunt poſſunt ſuſcipere quod rectũ eſt: velut ſi curuo ligno adhibeas rectiſſimã regulam: videbitur quidẽ per regulã argui materię grauitas: nõ tamẽ regula eſt, quæ ligno cauſam peruerſitatis impoſuit. Et ideo feſtinandũ eſt ad vias rectas, & ſtãdũ in ſemitis virtutũ, ne fortè ſol iuſtitiæ, rectus incedens, ſi nos obliquos ſtare ĩueniat & peruerſos, deſpiciat nos: & efficiamur denigrati. Inquãtũ enim incapaces fuerimus lucis eius, intantũ tenebris & nigredini dabimꝰ locũ. Hinc enim eſt ipſe ſol qui & lux vera, illuminãs oẽm hominẽ veniẽtẽ Ioan.1.a. in hunc mundũ: & qui in hoc mũdo erat, & mundus per ipſum factꝰ eſt. Nõ enim per iſtud viſibile lumẽ, mundus factus eſt, cùm & ipſum portio ſit mũdi: ſed per iſtud verũ lumẽ, à quo lumine ſi nos peruerſi inceſſerimus, deſpici dicimur. Et ipſum enim nobis peruerſẽ incedentibꝰ, peruerſum quoq; incedit: ſicut ſcriptũ eſt in maledictionibus Leuitici. Et ſi inceſſeritis, inquit, mecum peruerſi: & Leuit.26. nolueritis obedire mihi, adijciam vobis plagas ſe- b.

B ptẽ. Et poſt pauca: Et ſi, inquit, nõ fueritis emen- E dati, ſed inceſſeritis mecum peruerſi, incedã & ego vobiſcũ peruerſus. Siue vt in alijs exẽplaribus legimus: Si inceſſeritis mecũ obliqui, incedã & vobiſcũ obliquus. Et poſt aliquãta iterũ dicit ad vltimũ. Et quoniã ambulauerunt in cõſpectu meo obliqui, & ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Hęc aſſumpſimus ex quibꝰ probaremꝰ qualiter deſpicere, hoc eſt, obliquè aſpicere ſol dicat. Et euidẽter claruit, quòd hos deſpiciat, & cum his obliquè incedat ac peruerſẽ, qui obliquè incedunt cum eo. Sed & hoc quod admonuit præſens locus, indiſcuſſum nõ omittamꝰ: quia ſol duplicis videtur eſſe virtutis: vniꝰ, qua illuminat: alteriꝰ, qua adurit. Sed pro rebꝰ, aut materijs ſubiacẽtibus, aut illuminat aliquid luce, aut infuſcat, & obdurat aliquid ardore. Secundũ hęc ergo fortaſſis & induraſſe dicitur deꝰ cor Pharaonis, quòd ſcilicet talis Exo.4.e. fuerat materia cordis ipſiꝰ, quæ pręſentiã ſolis iu- &.7.a. ſtitiæ, non ea parte qua illuminat, ſed ea qua adurit, & indurat exceperit: propter hoc ſine dubio, quòd & ipſe affligebat Hebręorũ vitã in operibꝰ F duris: & quòd luto, & latere cõficiebat eos. Et erat vtiq; cor eius, ſecũdũ ea quæ cogitabat, luteum & limoſum. Et ſicut materiam luti ſol iſte viſibilis ſtringit, & indurat: ita ſol iuſtitiæ his ijſdẽ radijs, quibꝰ illuminat populũ Iſraël, Pharaonis cor, cui inerant luteæ cogitatiões, pro ipſis motuum ſuorũ qualitatibꝰ indurabat. Hęc aũt, quòd ita ſe habeãt, & nõ cõmunẽ (vt hominibꝰ videtur) hiſtoriã, famulus dei per ſpiritũ ſanctum ſcribat, oſtẽditur etiã inde, quòd vbi refert ingemuiſſe filios Iſraël, non dicit à luto, neq; à latere, neq; à paleis inge- Exod.2.d. muiſſe eos, ſed ab operibꝰ ſuis inquit. Et rurſum: Et aſcendit, inquit, clamor eorũ ad deũ. Nõ dixit Ibidem. à luto & latere: ſed iterũ ab operibus ſuis, propter quod & ſubiungit: Quia exaudiuit dñs gemitus ipſorum: cùm vtiq; nõ exaudiuit eorum gemitũ, qui nõ ex operibꝰ ſuis clamãt ad dñm. Hæc q̃uis per exceſſum dicta videãtur, tamen locorum opportunitate commoniti, nequaquã iudicauimus omittenda, maximè cùm habeãt aliquid ſimilitudinis ad hoc quod dicit, hęc quę infuſcata eſt: quia

deſpexerit

G deſpexerit eam ſol. Quod vtiq; oſtenditur ibi accidere, vbi peccatorum cauſa præcedit: & ibi infuſcari, vel aduri aliquem ſole, vbi peccati materia ſubſiſtit. Vbi verò non eſt peccatum, ſol neq; adurere dicitur, neq; infuſcare: ſicut de iuſto refer-
Pſal.120.b tur in pſalmis: Per diem ſol non vret te, neq; luna per noctẽ. Vides ergo quia ſanctos, in quibus peccatorum nulla cauſa eſt, ſol nũquam adurit. Vt enim diximus, duplicis virtutis eſt ſol: iuſtos quidẽ illuminat, peccatores verò nõ illuminat, ſed adu-
Ioan.3.c. rit: quoniam & ipſi oderunt lucẽ, quia malè agũt.
Deut. 4.d Denicq; ob hoc deus noſter ignis dicitur eſſe cõſu-
1.Ioan. 1.b mens: & nihilominus lux, in quo tenebræ nõ ſunt: lux ſine dubio iuſtis, & ignis efficitur peccatoribus, vt conſumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis, aut fragilitatis inuenerit. Quòd aũt in multis ſcripturę locis, & ſol, & ignis non iſte viſibilis, ſed ille inuiſibilis, & ſpiritualis dicatur: ipſe etiam ſi recenſeas, abundanter inuenies. Filij matris meæ dimicauerunt in me, poſuerunt me cuſtodem in vineis: vineam meã non cuſtodiui. Adhuc ipſa quæ fuſca quidem pro de-
H lictis prioribus: formoſa verò eſt pro fide, & conuerſatione, etiã hęc dicit, aſſeuerans q; filij matris ſuæ dimicauerunt non contra eã, ſed in ea: & poſt hoc bellum quod in ea geſſerunt, cõſtituerũt eam vinearum cuſtodẽ: nõ vnius vineæ, ſed multarũ. Aſtruit autem hæc eadem, q; præter illas vineas quas à filijs matris ſuę cuſtodire poſita eſt, habuerit aliam propriam vineam quam nõ cuſtodierit. Hæc eſt propoſiti dramatis fabula. Sed nunc inquiramus, quæ ſit mater ſponſæ huius, quam hæc allegat: qui ſint etiam filij eius, qui dimicauerunt in ea: & confecto bello tradiderint ei vineas, quas cuſtodiret: quaſi quę non potuiſſet ſeruare eas, niſi ab illis dimicatum fuiſſet: illa verò ſuſcepta aliarum vinearum cuſtodia: propriam vineam noluiſſe, vel non potuiſſe ſeruare. Ad Galatas Pau-
Gala.4.c. lus ſcribẽs ait: Dicite mihi qui ſub legevultis eſſe, legem nõ auditis? Scriptum eſt enim: Quoniam Abrahã duos habuit filios, vnũ ex ancilla, & vnũ de libera. Sed is quidẽ qui de ancilla, ſecundũ carnem natus eſt: qui verò de libera, ſecundũ repro-
I miſſionẽ: quæ ſunt allegorica. Hęc enim ſunt duo teſtamẽta: vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generãs, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui confertur huic quæ nunc eſt Hieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quæ eſt mater omniũ noſtrũ. Hãc ergo Hieruſalẽ cœleſtẽ dicit eſſe Paulus, & ſuã, & oim noſtrũ credentiũ matrẽ. Deniq; addit in poſterioribus, & dicit: Propter quod fratres nõ ſumus filij ancillæ, ſed liberę: qua libertate liberauit nos Chriſtus. Euidẽter ergo Paulus pronũciat, q; omnis qui per fidẽ à Chriſto cõſequitur libertatẽ, filius ſit liberæ: & hanc dicit eſſe ſurſum Hieruſalẽ quę libera eſt, quę eſt mater omniũ noſtrũ. Huius ergo matris, & ipſa hęc ſpõſa filia eſſe intelligitur, in his qui dimicauerũt in ea, & cõſtituerunt eã cuſtodẽ vinearũ. Vnde videtur iſti qui tãtã poteſtatẽ habuerint, vt & bellũ gererẽt in ea, & ordinarent eã vinearũ cuſtodẽ, nõ cuiuſcũq; humilis, aut cõtemnendi loci fuiſſe. Poſſumus ergo & apoſtolos Chriſti accipere filios matris ſpõſæ: hoc eſt, Hieruſalẽ filios cœleſtis, qui pugnauerũt prius in iſta quæ ex gentibus cõgregatur. Pugna- K
uerunt aũt vt vincerent in ea illos, quos prius habuit infidelitatis & inobedientię ſenſ9, & omnem elationẽ extollentem ſe aduerſus ſcientiã Chriſti: ſicut Paul9 dicit: Cogitatiões deſtruentes, & oẽm 2.Co.10.b
altitudinẽ extollentẽ ſe aduerſus ſcientiã Chriſti. Pugnauerũt ergo nõ aduerſus eã, ſed ĩ ea: hoc eſt, in ſenſib9 & corde ei9: vt deſtruerent, & depellerẽt omnem infidelitatem, oẽm vitiũ, omnesq; doctrinas, quę ei inter gentes poſitæ, falſis ſophiſtarum aſſertionib9 inoleuerãt. Fuit ergo apoſtolis Chriſti grãde bellũ, donec oẽs ex ea mendacij turres, & muros peruerſę doctrinę ſubruerent, donec iniquitatis argumenta proſternerent: & operãtes hęc atq; ſuccedentes in corde ei9 dęmões debellarent. Vbi ergo effugauerũt ab ea oẽs ſenſus infidelitatis antiquę, nõ eã reliquũt ocioſam: ne fortè per ociũ rurſus antiqua ſurrepant, & redeant quæ depulſa ſunt: ſed dant ei opus quod agat, & cõſignãt ei cuſtodiã vinearum. Vineas accipiamus ſingula quæcũq; volumina legis ac prophetarũ. Erat eñ
vnuſquiſq; eorũ ſicut ager plen9, quem benedixit Gen.27.d
dñs. Hæc ergo iſti viri fortes poſt victoriam belli, L
ſeruãda ei, & cuſtodienda cõſignãt. Nõ enim relinquunt eã, vt diximus ocioſam. Sed & euangeliſtarũ ſcripta, atq; ipſorũ apoſtolorum literas poſſumus ſimiliter vineas accipere: quas huic quæ ex gentibus cõgregatur, pro qua etiã dimicauerunt, cuſtodiendas colendasq; tradiderunt. Quod verò ait: Quia ſuã propriã vineã non cuſtodierit: illã poſſum9 eruditionem dicere, qua vnuſquiſq; exercebatur ante fidem, quã ſine dubio credens Chriſto, relinquit ac deſerit: & ea quę ſibi lucra videbãtur, dicit propter Chriſtum detrimenta. Sicut & Philip.3.b
Paulus gloriatur legis obſeruãtias, & omnem Iudaicę inſtitutiõis gloriã fuiſſe ſibi vt ſtercora, tã- Ibidem.
tum vt in Chriſto inueniretur, nõ habens ſuã iuſtitiã quæ ex lege eſt, ſed iuſtitiã quæ ex deo eſt. Sicut ergo Paulus accepta Chriſti fide nõ cuſtodiuit vineã ſuã, Iudaicæ ſcilicet traditionis obſequia: & idcirco fortaſſe nõ cuſtodiuit: quia cũ plã Hier.2.d
tata eſſet à deo vitis vera, cõuerſa eſt in amaritudinem vitis alienæ, & erat iã vitis Sodomorũ vi- Deut.32.e
nea eorũ, & palmes eorũ ex Gomorra: & botrus amaritudinis in eis: & furor draconũ vinũ eorũ, & M
furor aſpidũ inſanabilis: ita & apud gentes erant plurimæ huiuſmodi doctrinæ, quas poſt illa bella quibus pro fide, & agnitione Chriſti à doctoribus dimicatum eſt, ſuperatas dicit: puto quòd omnino criminis loco ducatur, ſi cuſtodierit aliquis huiuſmodi vineas, & agrũ colat vltrà, venenatis & noxijs cõſitũ diſciplinis. Nec mireris ſi his culpis aliquãdo fuiſſe videatur obnoxia hęc quę ex nationũ diſperſione colligitur, & iã Chriſto ſpõſa præparatur. Recordare quomodo prima mulier ſeducta eſt, & ĩ præuaricatiõe facta: quę nõ aliter ſalua 1.Tim.2.d
fieri dicitur, niſi per filiorũ generationẽ: illorũ dũtaxat, qui permanẽt in fide, & charitate cũ ſanctitate. Hoc ergo quod de Adã, & Eua ſcribitur, ſic
aſſeuerat Apoſtol9: Myſteriũ magnũ eſt in Chri- Epheſ.5.g
ſto, & in eccleſia: qui eã ita dilexit, vt ſemetipſum traderet pro ea, cũ eſſet adhuc impia hæc ipſa: ſicut ipſe dixit: Cùm eñ adhuc ſecũdũ tẽpus impij Rom.5.a.
eſſem9, Chriſt9 pro nobis mortu9 eſt. Et iterum: b.
Quia cùm adhuc eſſem9 ĩfideles, Chriſt9 p nobis mortuus

A mortuus est. Nō ergo mirum est, si hæc quæ seducta, & in præuaricatione facta, & quæ impia secūdum tempus fuit & peccatrix, talem dicatur vineam coluisse eo tempore, cùm adhuc impia erat, quam relinquere debuerit, & nequaquam omnino seruare. Quòd si etiam tertium explanationis locum placet exequi, referamus hæc ad vnāquāq; animam, quæ conuersa ad deum, & ad fidē venies patitur sine dubio cogitationum pugnas, & oblu-ctationes dæmonum reuocare eam nitentium ad prioris vitę illecebras, vel infidelitatis errorē. Sed ne hoc fiat, néve rursum dæmonibus in ea tātum liceat: prospexit diuina prouidentia, vt paruulis quibusq;, & his qui pro semetipsis aduersus astutias diaboli, & dæmonum pugnas dimicare non possunt (vt pote infātes adhuc & lactētes in Christo) daret angelos propugnatores, & defēsores: qui velut tutores & procuratores cōstituti sunt à deo eorum qui in infirma ætate positi, pro semetipsis (vt diximus) pugnare nō possunt. Et vt hoc cum maiori fiducia agant, conceditur eis semper vide-
Matt.18.b re faciem patris, qui in cœlis est: & istos puto esse
Ibid.19.b. paruulos, quos venire ad se Christus iussit, & non
B siuit prohiberi: & quos semper dixit videre facie patris. Nec tibi contrarium videatur: si eos hæc anima quæ ad deum tēdit, matris suæ filios appellat. Si enim animarum mater Hierusalem cœlestis est, & angeli nihilominus cœlestes nominantur, nihil dissonans videbitur, si hi qui similiter vt ipsa cœlestes sunt, ab ea filij matris appellentur. Super omnia autem congruum videbitur, & conueniens: vt quibus vnus est pater deus, vna sit & Hierusalem mater. Quòd verò ait: Vineam meā non custodiui: instituta illa ac mores & propositum, in quo exercebatur secūdum veterem hominem viuens, indicare videtur laudabiliter à se nō esse seruata: ex quo autem adiutorio angelorū dimicauit & vicit eam, penitus à se effugauit vete-
Ephes.4.e rem hominem cum actibus suis: cōstitutaq; est ab eis vinearū custos, sensuum scilicet, & dogmatum
Psal.103.b diuinorū: ex quibus possit vinū bibere, quod lætificet cor eius. Annuncia mihi quem dilexit anima mea: vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne fortè
C efficiar sicut adoperta super greges sodaliū tuorum. Adhuc spōsa loquitur etiā hæc: sed ad sponsum, & nō iam ad filias Hierusalē. Igitur ab initio, vbi ait: Osculetur me: vsq; ad hunc locū, super greges sodalium: cūcta quæ dicta sunt, verba sunt sponsæ. Sed primò sermo eius ad deum factus est, secundò ad sponsum, tertiò ad adolescentulas: inter quas & sponsum media quædam, & vt se dramatis huius species habet, quasi mesochorus effecta: nunc ad ipsum, nunc etiam ad filias Hierusalem respondens, dirigit verba. Hos ergo nunc vltimos sermones suos ad sponsum facit, requirens ab eo vbi pascat in meridie, & vbi collocet gregē: verens ne dū requirit eum, incurrat in ea loca, vbi sodales spōsi locatos per meridiē greges seruant. Ostēditur aūt per hęc, quia spōsus hic etiā pastor sit. In superioribus autē didiceramus eū esse & regem, pro eo sine dubio quòd homines regat: pastorem verò, pro eo quòd oues pascat: sponsum autē, pro eo quòd habeat sponsam, quę cum eo regnet:
Psal.44. b. secundū quod scriptū est: Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Hęc interim cōtinet dramatis ipsius, qui est quasi historicus, ordo. Nūc autem requiramus intelligentiam mysticam: & si oportet præuenire paululum ea, quæ in posteriotibus proferenda sunt, quo quis effectus sit horum sodalium pateat: memoremus illud quod scriptū
D est: Quia reginæ sunt sexaginta, sed ex his omni- Cant. 6.c.
bus vna sit columba, & vna perfecta ac particeps regni. Cæteræ verò iam inferiores sunt: quę octoginta appellantur concubinæ. Adolescentulæ verò, quarum numerus nullus est, post ordinē concubinarū ponuntur. Istæ autem omnes animarū earum differentiæ sunt, quę in Christo credentes diuersis ei affectibus associātur. Vt (verbi gratia) dicam⁹ omnem ecclesiam per illam figuram corpus esse Christi, qua Apostolus dicit: in quo corpore diuersa esse membra pronunciat: & alios esse oculos, & alios manus, alios etiā pedes: & singulos pro operum studiorumq; suorum meritis, in mē-
E bra corporis huius aptari. Secundum hanc ergo speciem, & hæc intelligenda sunt: & alias quidem animas putandū est in hoc sponsali dramate, quæ magnificentiori affectu sponso atq; illustriori sociantur, apud eum reginarum loco, & affectu haberi: alias, quarum inferior sine dubio in profectibus & virtutibus honor est, cōcubinarum loco duci: & alias adolescentularum, quæ videntur extra aulā quidem positæ, non tamen extra vrbem regiam. Posteriores verò, & post omnes quæ supra memoratæ sunt, esse eas animas, quæ oues appellantur. Si verò perspiciamus attentius, adhuc fortassis etiam harum omnium inueniemus inferiores alias, & vltimas omnium: illas scilicet quæ in sodalium eius gregibus numerātur. Et ipsi enim habere greges quosdam dicuntur, in quos nō vult sponsa incurrere, & ob hoc petit à spōso, vt annūciet sibi, vbi pascat, vbi meridiem faciat: ne fortè, inquit, efficiar sicut adoperta super greges sodaliū tuorum. Quæritur ergo, sodales illi qui habere quosdam greges dicuntur, vtrum sponso operam dantes, & sub ipso velut pastorum principe agentes, hoc faciant: quādoquidem sodales eius nominantur: an proprium aliquid & sequestratum habentes, & quod non sit cum animo sponsi: quan-
F doquidē refugit sponsa, & veretur ne fortè incurrat sodaliū greges, dum sponsum suū requirit. Sed & quod dixit: Ne fortè efficiar non adoperta, sed sicut adoperta: require, ne fortè innuat per hoc esse aliquas sodalium quasi sponsas, habentes etiam ipsas habitum sponsalem, & esse adopertas: & si-
1.Co.11.b. cut Apostolus dicit, Velamen & potestatē habentes super caput. Et vt manifestior sermonis huius explanatio fiat, iterū quasi dramatis ordine, quod dicitur exequamur. Exposcit ab ipso sponso suo sponsa: vt ei locum secreti sui indicet, & quietis: quandoquidem amoris impatiens, etiam per meridiem cupit audire spōsum: eo præcipuè tempore, quo clarior lux, & splēdor diei perfectus & purus est, vt assistat ei oues pascenti, vel refrigerati. Et studiosè vult viam discere, qua ire ad eum debeat: ne fortè si non fuerit edocta itineris hui⁹ anfract⁹, incurrat greges sodaliū: & videatur similis esse alicui illarū, quæ adopertę veniūt ad sodales ei⁹, nec pudoris curā gerūt, aut verent passim discurrere, & multis apparere. Ego autē quę à nullo, inqt, alio videri volo, nisi à te solo: scire desidero,

quo ad

G quo ad te itinere veniam,vt secretum sit,vt nemo
sit medius,vt nullus arbiter peregrinus & alienus
occurrat. Et fortè ob hoc requirit ista loca,in qui-
bus pascit sponsus oues suas,& ostendit ei verecū-
diam suam,pro qua non vult incurrere greges so-
dalium:vt ille segreget oues suas à sodalib9,& se-
orsum pascat: vt non solum sponsa non videatur
ab alijs, sed & arcanis, & ineffabilibus mysterijs
sponsi secretius perfruatur. Nunc ergo videamus
per singula:& primò quidem vide si possumus di-
cere,quòd dominus,cuius portio fuit Iacob,& fu-
Psal.77.g niculus hæreditatis eius Israël,ipse intelligendus
& 134.a. sit spōsus:Sodales verò eius,angeli illi ad quorum
Deut.32.a numerū cùm diuideret excelsus gentes,& dispergeret filios Adam,statuit terminos gentiū secundum numerum(vt ait)angelorum dei: & isti sint fortassis greges sodaliū sponsi,gentes scilicet cunctæ,quæ velut pecora sub angelis pastoribus constitutæ sunt. Grex verò sponsi illæ dicantur, de
Ioan.10.c. quibus ipsa in euangelio veritas dicit:Oues meę, vocem meam audiunt. Vide enim & obseruanter intende,quoniam dixit,oues meæ:quasi sint & a-
H liæ oues,quæ non sint eius:sicut & ipse in alijs dicit: Vos nō estis de ouibus meis:quæ singula huic occulto mysterio conuenienter videbuntur aptari. Quæ si ita se habent,cōpetenter sponsa vniuscuiusq; sodalium gregem, sponsam eius intelligi voluit,quam adopertam nominauit. Sed quoniā certa erat,quòd super omnes illas ipsa esset: non vult similis videri alicui illarum: vtpote quæ sciret tantum se debere præcellere illas sodaliū spōsas,quas sponsa nominat velut adopertas,quantū eminentiæ sponsus suus habeat ad sodales. Sed & pro hoc adhuc videbitur percunctandi causas habuisse:quandoquidē boni pastoris scit esse studiū, vt optima ouibus pascua requirat, & vt viridantia atq; opaca quæq; ad requiem nemora meridiani æstus inueniat. Quod quidem sodales sponsi facere nesciunt:nec in eligendis pascuis,aut scientiæ tantum,aut solicitudinis gerunt:& ob hoc dicit,Annuncia mihi,vbi pascis, vbi cubile habes in meridie? cupiens tempus scilicet illud,quo copiosius mundo lumen infunditur:quo magis me-
I rus est dies,& purior,& florulentior est lux. Tūc, inquit, annuncia mihi ò tu quem dilexit anima mea,vbi pascis,vbi cubile habes ī meridie? ne fortè efficiar,vt adoperta super greges sodalium tuorum. Nouo nunc nomine sponsa appellauit sponsum. Scīes enim ipsum esse filium charitatis,imò ipsum esse charitatem,quæ ex deo est,quasi vocabulum ei istud posuit, quem dilexit anima mea: & tamen non dixit,quem dilexi:sed,quem dilexit anima mea:sciens non qualicunq; dilectione, sed
Deut.6.a. ex tota anima,& ex totis viribus,& ex toto corde habendam esse dilectionem sponsi. Vbi pascis,inquit,& vbi cubile habes? Putò autē quòd & propheta de hoc loco,quē nunc sponsa discere ab spōso desiderat, & audire,etiam ipse sub eodem posi-
Psal.22.a. tus pastore dicat: Dominus regit me:siue, vt in alijs legimus,Domin9 pascit me,& nihil mihi deerit: Et quoniā sciebat alios pastores, vel ignauia, vel imperitia faciente,greges in locis aridioribus collocare:de hoc optimo pastore dominus dixit:
Ibidem. In loco viridi,ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me:ostendens pastorem hunc, non solum abundātes aquas ouibus suis:sed & sa- K
lubres,& puras,& quę per omnia reficiant,prouidere. Sed quoniā ab hoc statu,quo vt ouis sub pastore deguerat,cōuersus ad rationabilia, in excelsiora profecit:idq; adeptus est per conuersionem:
subiungit & dicit: Animam meā conuertit:Edu- Ibidem.
xit me super semitas,iustitiæ,propter nomē suū. Hinc verò quādoquidem in hoc profecerat,vt iustitiæ incederet vias:iustitia autem habet sine dubio impugnātem se iniustitiā:& necesse est eū qui iustitiæ iter incedit: habere pugnas aduersantiū, fide cōuersus & spe,dicit de eis: Nā & si ambulē in medio vmbræ mortis:non timebo mala:quoniam tu mecum es. Post hæc verò quasi gratiam referēs ei qui se pastoralib9 imbuerat disciplinis: Virga,inquit,tua & baculus tuus:quibus institut9 videor ad pastoris officium:ipsa me consolata sunt. Hinc verò vbi vidit sese à pastoralib9 pascuis, ad rationabiles cibos,& mystica secreta translatum, addit & subdit:Parasti in conspectu meo mēsam, aduersus eos,qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū:& calix meus inebrians quàm prę-
clarus est. Et misericordia tua subsequetur me:o- L
mnibus diebus vitæ meæ. Vt inhabitem in domo domini,in longitudine dierum. Illa ergo prima,id est,pastoralis institutio,initium eorum fuit:vt in loco viridi collocatus,super aquā refectionis educaretur. Hæc verò quæ sequuntur de profectibus, ad perfectionem requiruntur. Et quoniam de pascuis,& viriditate proposuimus,cōueniens etiam videtur de euangelijs cōfirmare quæ diximus. Inueni etiam ibi pastorem hunc bonum de pascuis ouium differentem,vbi ad hoc quòd pastorem se profitetur,etiam ostiū se esse commemorat,& dicit: Ego sum ostium:per me si quis introierit,sal- Ioan.10.b.
uabitur:& ingredietur,& egredietur,& pascua inueniet. Hunc etiam nunc sponsa percunctatur, vt ab eo audiat & discat,in quib9 pascuis oues agat, vel in quibus amœnitatibus meridianos procuret æstus:meridiē appellans illa scilicet cordis secreta,quibus clariorem scientiæ lucem,à verbo dei anima consequitur. Hoc enim tempus est,quo sol excelsiorem circūitus sui verticem tenet. Siquādo ergo sol iustitiæ Christus,ecclesiæ suæ excelsa, & M
ardua virtutū suarum secreta manifestat,amœna etiā pascua cubilia q; meridiana videbitur edocere. Nā cùm adhuc initia habet discendi, & prima (vt ita dicā)ab eo scientiæ suscipit rudimēta: tūc dicit propheta: Et adiuuabit eam mane diluculò. Psal. 45.a
Nunc ergo,quia perfectiora iam quærit,& excelsiora deliderat,meridianū scientiæ lumē expōscit. Hinc puto & Abrahæ post multas eruditiones, quibus apparens ei deus,imbuit eū de singulis,& docuit:pòst refertur,quia visus sit ei de9 ad quer- Gen.18.a.
cum Mamre,sedenti ad ostiū tabernaculi sui meridie: Et respiciens,inquit,oculis suis vidit:& ecce tres viri stabāt super eum. Quod si credimus hęc per spiritum sanctum scripta,nō puto frustra placuisse diuino spiritui:vt etiā tēpus & hora visionis,scripturæ paginis mādaretur,nisi & horę isti9 & tēporis ratio aliquid conferret ad scientiā filijs Abrahæ:quibus vtiq; sicut opera Abrahæ faciēda,ita & visitationes istæ sperandæ sunt. Qui enim potest dicere: Nox præcessit,dies aūt appropinquauit:sicut in die honestè ambulemus:nō in Rom.13.d
comessa-

A comeſſationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitijs,nō in contentione & æmulatione: & cùm hæc omnia tranſierit,ſupergreſſus videbitur tempus hoc,quod nox præceſſit,& dies appropinquauit:& feſtinare non ad initium diei,ſed ad meridiem,vt & ipſe ad gratiam perueniat Abrahæ.Si enim lux,quæ in ipſo eſt,mentis,& puritas cordis clara fuerit & ſplendida,iſte meridianū tēpus in ſemetipſo habere videbitur:& per hanc puritatem cordis,quaſi in meridie poſitus,deum vi-
Gen.18.a debit:ſedēs ad quærcum Mamre:quod, ad viſionē interpretatur. Apud viſionem ergo ſedet in meridie,qui vacat ad videndum deum. Inde deniq; nō dicitur intra tabernaculum,ſed foris ad oſtium ſedere tabernaculi.Foris etenim eſt extra corp⁹ poſita mens eius,qui lōgè eſt à corporalibus cogitationibus,longè à carnalibus deſiderijs: & ideo ab his omnibus foris poſitum viſitat deus. Eiuſdem quoq; myſterij eſt: quòd & Ioſeph,& fratres ſuos
Gen.43.d cùm ſuſcepiſſet ī Aegypto,ī meridie eos paſcit:& in meridie adorant eum cum muneribꝰ. Propterea denique puto,& de his quæ Iudæi in ſaluatore
B commiſerunt,nullū euangeliſtarum voluiſſe ſcribere,quia meridie hæc geſta ſunt: cùm vtiq; ſexta hora,non aliud quàm meridianum tempus oſtendat:nullus tamen meridiem nominauit.Sed Mat-
Mat.27.e thæus ita dicit: Ab hora autem ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram, vſque in horā no-
Luc.23.f nam.Lucas verò:Erat iam quaſi hora ſexta,& tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram , vſque in
Marc.15.e horam nonam deficiēte ſole.Sed & Marcus:Cùm autem eſſet facta hora ſexta , tenebræ factæ ſunt ſuper omnem terram,vſq; in horam nonam. Vnde apparet,quia in viſitatione quidem Abrahę,& in conuiuio patriarcharum apud Ioſeph,non indigebat vt tempus iſtud ſub nomine ſexti numeri ſignificaretur,ſed vt meridies diceretur. Volebat enim ſponſa,quæ iam tunc in illis adumbrabatur,diſcere vbi paſceret ſponſus,& vbi haberet cubile:& ideo meridiem nominat. Euāgeliſtæ verò in his quæ narrabant,non meridianum tēpus, ſed horæ ſextæ numerum requirebant:ad enarrā-
C dum ſcilicet ſacrificium hoſtiæ eiꝰ,quæ oblata eſt
Gen.1.c in die paſchæ,pro redēptione hominis,qui in die ſexta formatꝰ eſt à deo:poſteaquam terra produxit animam viuentem ſecundum genus, quadrupedia,& repētia,& beſtias terræ. Ob hoc igitur in præſenti loco illuminari ſponſa deſiderat pleno ſcientiæ lumine:ne per imperitiam errans in aliquo,ſimilis efficiatur illis doctorū ſcholis,quæ nō per ipſam dei ſapientiam,ſed per philoſophorum & principum huius mūdi exercentur. Hoc enim,
1.Cor.2.b & Apoſtolus dicere videtur in eo,vbi ait: Quia loquimur dei ſapiētiam in myſterio abſcōditam, quam nemo principum huius mūdi cognouit. Et iterum hæc eadem ſignificat,cùm dicit: Nō enim
Ibidem.d. ſpm̄ huiꝰ mūdi accepimꝰ,ſed ſpm̄ qui ex deo eſt , vt ſciamus quæ à deo donata ſunt nobis. Ob hoc ergo requirit ſponſa Chriſti meridiana cubilia,& plenitudinem ſcientiæ poſcit à deo: ne videatur eſſe ſicut vna ex philoſophorum ſcholis: quæ adoperta nominatur,pro eo quòd plenitudo veritatis apud eos tecta eſt,& adoperta. Sponſa autem
2.Cor.3.d Chriſti dicit:Nos autē reuelata facie gloriam dei ſpeculamur. Niſi cognoueris te ô bona,ſiue pulchra inter mulieres,egredere tu ī veſtigijs gregū , D
& paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. Vniꝰ Chilonis ſcilicet ex ſeptē quos apud Græcos Chilon.
ſingulares fuiſſe in ſapiētia fama cōcelebrat,hæc inter cætera mirabilis fertur eſſe ſentētia,qua ait: Scito teipſum,vel cognoſce teipſum. Quod tamē »
Salomō,quē præceſſiſſe oēs hoc tēpore & ſapientia ac rerū ſcientia,in pręfatione noſtra docuimꝰ, ad animā quaſi ad mulierē ſub cōminatione quadā loquens dicit: Niſi cognoueris temetipſā ô pulchra inter mulieres , & agnoueris pulchritudinis tuæ cauſas inde deſcēdere,quòd ad imaginem dei facta es,per quod inēſt tibi plurimū naturalis decoris:& cognoueris q̄ pulchra eras ex initio:q̄uis & nūc iam præcellas cęteras mulieres, & pulchra inter eas ſola dicaris:tamē niſi cognoueris teipſā, quæ ſis:non enim ex cōparatione inferiorum volo bonam videri pulchritudinem tuam: ſed vt tibijpſi & decori tuo collata atq; exæquata,reſpondeas. Quod niſi feceris:iubeo te exire , & in vltimis gregū veſtigijs collocari:& iā non oues , neq;
agnos,ſed hœdos paſcere,illos ſcilicet,qui propra E
uitate,& laſciuia , à ſiniſtris ſtaturi ſunt regis in Matt.25.c
iudicio præſidentis:& cùm tibi introductæ in cubiculum regium,oſtēderem quæ ſumma ſunt bona:ſi nō cognoueris temetipſam,oſtendā tibi etiā quæ ſunt vltima mala:vt ex vtroq; proficias,tam malorum metu,quàm bonorū deſiderio. Si enim neſcieris temetipſam,& ignorātia tui vixeris, nec ſcientiæ ſtudiū geſſeris:ſine dubio,nec tabernaculum proprium habebis , ſed & per paſtorū tabernacula diſcurres:& nunc in illius tabernaculis paſtoris paſces hœdos,inquietum animal,ac vagū ,
& peccatis deputatū. Hæc autem patieris , donec 3.Eſdrę.7
rebus ipſis & experimentis intelligas , quantum b.
mali ſit animam neſcire ſeipſam,neq; pulchritudinem ſuā:per quam præcellat cæteras,non virgines,ſed mulieres:illas ſcilicet quæ corruptionem paſſæ ſunt,nec in virginitatis integritate permāſerunt. Hæc ſunt quę ſpōſus poſt illa omnia quæ locuta fuerat ſponſa: auſtera quadā cōminatione ſponſæ animos ad agnitionis ſuæ curā ſuſcitans, per ordinem propoſiti dramatis dicit. Sed nunc conſequenter,vt cætera ad Chriſtū,hęc & ad ec- F
cleſiā referamus:qui ad ſponſam ſuam,ad animas ſcilicet credentium loquēs,ſummā ſalutis & beatitudinis in ſcientiæ agnitione conſtituit. Quomodo ergo anima cognoſcat ſemetipſam:nec facilè puto,nec breuiter explicari poſſe: tamen pro viribus pauca ex multis aperire tentabimꝰ. Videtur ergo mihi duplici modo,agnitionē ſui animā capere debere. Quid quidē ſit ipſa:& qualiter mo Anima
ueatur:id eſt,quid in ſubſtātia,& quid in affectibꝰ quomodo
habeat:vtputa vt intelligat ſi boni affectꝰ ſit,aut ſe cognon boni:aut recti propoſiti,aut nō recti. Et quiſcat.
dem ſi recti ſit:ſi erga oēs virtutes eundē tenorem habeat,tā in intelligendo,quàm in agēdo: an erga neceſſaria tantū,& quę in promptu ſunt. Et vtrum in eo ſit,vt recipiat profectus,vt augeatur in intellectu rerū augmentoq; virtutū: an in iſto ſtet,& reſideat,in quod potuit peruenire : & vtrū erga ſemetipſam tātummodo vacet excolendā,an alijs prodeſſe & conferre aliquid vtilitatis ſtudeat:vel in verbo doctrinę,vel in exemplis geſtorum. Si verò cognoſcat ſemetipſam,nō eſſe boni

affectus,

affectus,neq; recti propositi:in hocipso,vt intelligat vtrum ei satis desit,& procul à via virtutũ sit: an in ipso iam posita sit itinere, & incedere iã co-
Philip.3.c netur,cupiens quæ in antè sunt apprehendere, & quæ retrò sunt obliuisci,sed nondũ appropinquauerit:aut proxima quidem sit,nondum tamen ad perfectionẽ venerit. Sed & in eo opus videtur esse animæ cognoscentis semetipsam,scire si hæc ipsa quæ operatur mala:an ex affectu,& studio operetur:an fragilitate quadam,& vt ille ait,quòd quasi
Rom.7.c. nõ vult agens,& quę odit faciens:& rursus ea quę bona sunt,affectibus & recto proposito gerere videatur: verbi gratia,Si iracundiam apud aliquos quidem cohibet,apud aliquos autẽ effert: an semper eam cohibet,& apud nullum omnino profert. Similiter & tristitiam:si in aliquibus quidẽ negocijs vincit,in aliquibus autem recipit,an in omnibus omnino non recipit. Ita & timorem,aliaq; similiter,quæ virtutibus videtur esse cõtraria. Adhuc & istud opus est animæ cognoscẽtis se,si glorię multum cupida sit,aut parum,aut omnino nihil. Quod inde colligit: si laudibus multum,aut
H mediocriter delectetur,aut omnino nihil: & si in opprobrijs satis,aut parum,aut omnino nihil cõtristetur. Sed & in dando,& accipiendo,cognoscẽtis animæ semetipsam,sunt quędã indicia:si quod tribuit & præbuit,ita communicabili affectu, & quasi cui æquitatẽ haberi inter homines placeat. An vt ille ait,ex tristitia,aut necessitate:vel certè gratiam,siue ab accipientibus,siue ab audientibus quærens. Sed & in accipiẽdo anima,quę cognoscit semetipsam, obseruabit vtrum indifferenter habeat ea quæ accipit: an velut super aliquo bono gaudeat. Sed & in intellectu pensabit semetipsam huiusmodi anima,vt cognoscat,an facilè moueatur cuiuscunque verisimilis iudicio:& subripiatur ei artę,vel suauitate,vel calliditate sermonum:an rarò hoc,an nũquam omnino patiatur. Sed sufficiant hæc in hoc agnitionis genere à nobis dicta. Possibile est enim volenti horum similitudinem, & alia innumera colligere, quibus cognoscere semetipsam anima probetur: & pulchritudinẽ suã,
Gen.1.d. & 5.a. quã ad imaginem dei in conditione suscepit,si reparare ac restituere potuerit,contẽplari. Hoc igi
I tur est,quod præsens sermo sub specie mulieris animam docet:vt cognoscat semetipsam,& ait:Nisi cognoueris temetipsam:hoc est,nisi per singula quæ suprà memorauimus duxeris sensus tuos, & discretionem singulorũ tenueris,quæ agenda sint, quæ cauenda,quid desit tibi,& quid abundet,quid emendãdum sit, quidve seruandum:Sed si volueris indifferenter agere inter cæteras animas communis vitę hominum,quas hic mulieres appellat: inter quas tu pulchra es: vtpote quæ iam oscula verbi dei susceperis, & cubiculi ei9 arcana perspexeris:si inquam non te cognoueris,sed indifferenter,vt commune vulgus agere volueris:exi in vestigijs gregum:id est,esto in reliquo grege: si nihil egregium post hæc omnia,quæ in te collata sunt agis: neq; temetipsam cognoscens,à cõuersatione gregali sequestraueris: & eris non solum in grege, sed in vestigijs gregum. Vltimus enim fiet,& nouissimus,qui primatus suos nõ intellexerit. Et ob hoc,vbi iam scientiã neglexerit,necesse est,vt cir-
Ephe.4.c cũferatur omni vento doctrinæ,ad deceptionem errorum:ita vt modo quidem apud illum pastorẽ, K id est,doctorem verbi tabernaculũ ponat:nũc verò apud alium,& sic vbique circũferatur: pascens non oues,quod est animal simplex:sed hœdos,lasciuos scilicet,& inquietos sensus atque ad peccatũ deputatos,diuersis doctoribus excolens ad hoc ipsum quæsitis. Et hæc erit pœna culpę illius animę,quę seipsam non studuerit agnoscere,& illum solum sequi pastorem,qui animam suã posuit pro
Ioan.10.b. ouib9 suis. Hæc est vna species,qua intelligere semetipsam anima in affectibus & actibus suis debeat. Illa verò alia pars profundior est, & difficilior:qua iubetur anima,quæ tamen iam in mulieribus pulchra est,agnoscere semetipsam. Quod si obtinere potuerit,speret sibi bona omnia:si min9, sciat exeũdum sibi post vestigia gregum:& pascẽdum hœdos in tabernaculis pastorum alienorũ à se. Videamus ergo,& incipiamus pro viribus etiã huius partis agnitionem discutere. Dicit per prophetam sermo diuinus: Illuminate vobis lumen scientiæ. Sed in donis spiritualibus,vnum quidem donum maximum est: quod per spiritum sanctũ
L ministratur,sermo scientiæ:cuius scientiæ opus illud principale est,quod in euãgelio secundũ Matthæum,quidem ita dicit: Nemo nouit filium nisi
Matt.11.d pater:neq; patrem quis nouit,nisi filius,& cui voluerit fili9 reuelare. In Luca autem,ita ait:Nemo
Luc.10.b. scit quid sit filius,nisi pater: & nemo scit,quid sit pater,nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Secundum Ioãnem verò ita scriptũ est:Sicut agno-
Ioã.10.c. scit me pater,& ego agnosco patrem. In quadragesimo vero quinto psalmo dicit: Vacate & cognoscite,quoniam ego sum deus. Igitur principale munus scientiæ,est cognoscere trinitate. Secundo verò in loco,cognoscere creaturam eius:secundum eum qui dicebat: Ipse enim mihi dedit horũ quę sunt,scientiam veram:substantiam mundi,& virtutem elementorum,initiũ,& finem,& medietatem temporũ:& reliqua. Inter hæc ergo animæ erit quædam etiam sui agnitio,per quam scire debet,quæ sit eius substãtia:vtrum corporea,vel in-
Anima. corporea: & vtrũ simplex,vel ex duobus,aut tribus, an verò ex pluribus composita. Sed & iuxta quorundam quæstiones,vtrum facta,an omnino
M à nullo sit facta: & si facta sit,quomodo sit facta. Vtrum (vt putãt aliqui) in femine corporali,etiã ipsius substantia continetur,& origo eius pariter cum origine corporis traducitur: An perfecta extrinsecus veniẽs,parato iam & formato inter viscera muliebria corpore induit: Et si ita sit,vtrũ nuper creata veniat,& tũc primùm facta cũ corpus videtur esse formatum:vt causa facturæ eius, animãdi corporis necessitas extitisse credatur:an prius,& olim facta,ob aliquam causam ad corpus sumẽdum venire existimetur:& si ex causa aliqua in hoc deduci creditur:quæ illa sit causa,vt agnosci possit,scientię opus est. Sed & illud requiritur: vtrum semel tantum corpore induatur:& id postmodũ depositum vltrà non quærat:an cùm semel susceptũ deposuerit,iterum assumat:& si secundò sumptum semper habeat,an aliquando iterũ abijciat. Et si quidem secundum authoritatẽ scripturarum,consummatio immineat mundi, & corrup-
1.Cor.7.f tibilis status hic in incorruptibilem mutabitur: ambiguum nõ videri quod in præsentis vitæ statum,se-

A tũ,ſecundò aut tertiò in corpus venire poſſit. Nã ſi recipiatur hoc,neceſſariò ſequitur vt huiuſmodi ſucceſſionibus conſequentibus finẽ neſciat mũdus:& adhuc cognitionem ſui anima requirat, ſi eſt aliquis ordo,aut ſunt aliqui ſpiritus eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa. Alij verò non eiuſdem, ſed diuerſi ab ea:id eſt,ſi ſunt & alij ſpiritus rationabiles vt ipſa eſt,& alij carentes ratione: Et ſi eadẽ eſt ipſius quæ & angelorum ſubſtantia,quoniã rationabile à rationabili nequaquam differre creditur. Aut ſi non eſt quidem talis per ſubſtantiam, ſed erit talis per gratiam,ſi meruerit:an non poſſit omnino ſimilis effici angelis: niſi hoc naturæ ſuæ qualitas,aut ſimilitudo receperit. Reddi enim poſſe videbitur quod amiſſum eſt:non tamen cõferri id quod ex initio cõditor non dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoſcendam ſemetipſam anima requirat,ſi virtus animæ ei⁹ accedere poteſt & decedere. An eſt immutabilis:an acquiſita ſemel vltrà nõ defluit. Et quid opus eſt plura commemorare:quibus ex cauſis ſemetipſam cognoſcat anima:ne fortè,ſi neglexerit perfectè ſemetipſam co-
B gnoſcere:exire iubeatur in veſtigijs gregũ:& paſcere hædos:& hoc nõ in proprio tabernaculo,ſed in tabernaculis paſtorum,cùm præſtò ſit volenti hæc perſequi, largiſſimas occaſiones ex his quæ ſupra memorauimus ſumere,in quibus ſeſe exercere in ſermone ſcientiæ pro viribus poſſit. Dicãtur verò hęc à verbo dei,etiam ad animam quę in profectibus quidem poſita eſt:nondum tamen ad ſummum perfectionis aſcendit. Quæ pro eo quidem quòd proficit, pulchra dicitur:vt autem peruenire poſſit,& ad perfectionem,fiat ad eam comminatio neceſſaria. Quod niſi p iſta ſingula,quæ ſuprà diximus,ſemetipſam cognouerit,& vigilanter exercuerit in verbo dei,& lege diuina:continget ei de his ſingulis opiniones colligere diuerſorum:& ſequi homines nihil egregium,nihil ex ſpiritu ſancto locutos:hoc eſt enim exire in veſtigijs gregum,& eorum doctrinam ſectari: qui & ſi ipſi permanſerint peccatores,nullum peccantibus remediũ prouidere potuerint. Quos qui ſequitur, hœdos vtiq; qui peccatorum indicium tenent,vi-
C debitur paſcere:cireũiens tabernacula paſtorum: diuerſas ſcilicet ſectas philoſophorũ. Intuere ergo plenius quàm terribile eſt,quod ſub hac adũbratur figura. Exi,inquit,tu in veſtigijs gregũ,quaſi ad eam loquitur quæ intus iam ſit anima,& intra myſteria collocata:pro eo tamẽ quòd negligat ſemetipſam cognoſcere,& requirere quæ ſit:& quid vel quomodo agere debeat, quidve non agere,dicitur ei,exi tu:quaſi quæ ob hanc deſidiæ culpam foras mittatur ab eo qui præeſt. Sic ingens animę periculum eſt,ſcientiam ſui agnitionemq; negligere. Sed fortaſſe,quia duplicem expoſitionem dedimus agnitionis ſuæ animæ: videbitur cuipiam ſecundum eam quidem quę de moribus & de actibus ſuis diſcutere negligit,& inquirere de profectibus ſuis,aut perſcrutari de vitijs, meritò ei dici,exi:per quod videatur,quaſi de interioribus,foras propelli. Si verò ſecundum æditionem aliam, qua diximus,quòd naturam ſubſtantiamq; ſuam agnoſcere debeat & ſtatum, vel in quo fuerit,vel in quo erit,graue credetur. Quæ enim facilè talis anima inuenietur, ita perfecta,ita præpotens, cui horum omnium ratio,& intelligentia pateat? D
Ad hoc reſpondebimus,quoniam ſermo qui habetur in manibus,non ad omnes animas fit,neq; ad adoleſcentulas quibus hic loquitur ſpõſus,neq; ad cæteras mulieres,neq; ad octoginta cõcubinas, aut ſexaginta reginas:ſed ad illam quæ inter omnes mulieres ſola pulchra dicitur & perfecta. Vnde apparet ad dilectas quaſque animas hæc dici: quibus cùm gratia multa ſentiendi & intelligendi à deo data ſit,negligunt tamen ſcientiæ partes,& cognoſcendi ſemetipſas nullum adhibent ſtudiũ. His ergo comminatur ſermo diuinus: quia quib⁹ Luc. 12. f.
multum datur,multum ex eis exigitur: & humilis quidem,& venia & miſericordia dign⁹ erit:potentes autem potenter cruciabuntur. Si ergo & tu Prou. 6.a.
anima,quæ pulchrior es & eminentior inter cęteras (verbi gratia) doctrinis,negligas temetipſam, & in ignorantia tui maneas: quomodo poterunt vel hi qui ędificari deſiderant,inſtrui,vel conuinci & argui contradicentes? Dignè ergo cum cõminatione quadam ad eam dicitur: Exi tu in veſtigijs gregum,& paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. Poteſt ad hoc trahi etiam illud quod E
Moyſes ſcribit: quòd ſi qua Iſraëlitica mulier a- Leuit. 20.
dulterauerit,lapidetur. Si verò filia ſacerdotis,ig- & Deut.
nibus exuratur. Sic ergo iuſta videbitur eſſe com 22.c.d.
minatio in eos qui capaces eſſe poſſunt ad agnitionem & ſcientiam,ſed per deſidiam negligunt. In quos iuſtiſſima indignatio ſponſi eſt: quia ſcit vnius negligentiam cedere ad damna multorum. Similis enim videbitur huiuſmodi anima,vel illi qui acceptum denarium abſcondit in terram, ne Luc.19.d.
lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret: vel illi quem occidiſſe dicitur deus, quia malign⁹ erat Onam,vel Her ſcilicet qui accepta ſemĩa ſci- Gen.38.b.
entiæ naturalis,poſteritati inuidens,profundebat in terram. Paſtores quoque ſicut & antè iam diximus: ſiquidem ad eccleſiam comminationis hic ſermo fit,mundi huius principes accipiendi ſunt: vel illi angeli ſub quorum cura reliquę gentes habentur,ſiue ſorte in hoc,ſiue ſecretioribus cauſis quibuſdam ſeductę. Si verò ad vnamquamq; animam comminatio iſta referatur,quæ ſemetipſam negligit agnoſcere:ſapientes & magiſtri huius ſe- F
culi intelligendi ſunt,docentes ſapientiam huius mundi:vt in ſumma hoc intelligatur,quia neceſſe eſt animam eam, præcipuè quæ bona & pulchra eſt,ſenſib⁹ & ingenio vigilans,cognoſcere ſemetipſam:& dare operam ad agnitionem ſui per exercitia doctrinæ,& ſtudia diuina:ac per hoc agi ſpiritu dei,& ſpiritu adoptionis: Aut ſi talis hęc anima ſemetipſam neglexerit,& à diuinis ſtudijs declinauerit,neceſſe eſt eam operã dare ſtudijs mũdanis & ſapientiæ ſeculi:& agi ſpiritu mundi huius iterum in timore. Quod deſignat Apoſtolus
cùm dicit,Nos autem non ſpiritum huius mundi 1.Cor.2.c.
accepimus,ſed ſpiritum qui eſt ex deo. Et iterũ: Rom. 8.c.
Non accepiſtis enim iterum in timore ſpiritum ſeruitutis,ſed ſpiritum accepiſtis adoptionis, in quo clamamus abba pater. Hæc interim nobis de præſenti loco occurrere potuerunt:nunc iam conuertamur ad cõſequẽtia. Equitatui meo in curribus Pharaonis:ſimilem te arbitratus ſum proxima mea. Hiſtoricus quidem ſenſus hoc videtur oſtendere. Sicut, inquit, tunc in Aegypto cùm

Exod.15.a Pharao perſequens populũ Iſraël proceſſit in curribus & equitatu: & meus, hoc eſt domini mei ſpõſi equitatus longè præcellebat currus Pharaonis, & præſtantior erat, vtpote qui illos ſuperauerit, & in mare demerſerit: ita & tu proxima mea ſponſa, præcellis omnes mulieres, ſimilis effecta equitatui meo: qui Pharaonis curribus comparatus, potentior vtiq; eſt & magnificentior. Hic interim mihi videtur eſſe ordo ſermonum ipſorũ verborumq; directio. Videamus autem ne fortè ſecundum intelligentiam mỳſticam, animas quæ ſunt ſub illo ſpirituali Pharaone & ſub ſpiritualibus nequitijs poſitæ, currus dicat eſſe Pharaonis: & quadrigas eius quas ipſe agit & ducit ad perſequendum populum dei, & ad opprimendum Iſraël. Certum enim eſt, quia tẽtationes & tribulationes quas excitant dæmones ſanctis, per animas aliquas excitant ad hoc ipſum aptas & cõuenientes. Quibus tanquã curribus aſcenſis, exagitãt & impugnant, vel eccleſiam dei, vel ſingulos quoſque fidelium. De equitatu verò domini, qui ſit eius iſte equitatus, in Exodo quidem, vbi ſuperãtur currus Pha-
H raonis & demergũtur in mare, nihil legimus ſcri-
Ibidem. ptum: niſi tantum quòd dominus currus Pharaonis & exercitum ei⁹ proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen in quarto Regnorum libro: quòd Heliſæus de aduẽtu hoſtium qui cum equitatu & curribus venerant, formidanti puero ſuo dicit: Ne
4.Reg.6.c. timeas, quoniam plures ſunt nobiſcum, quàm cũ illis. Et orauit, inquit, Heliſæus, & dixit: Domine aperi oculos pueri huius vt videat. Et aperuit dominus oculos eius, & vidit: Et ecce mons plenus equitibus erat: & currus ignei in circumitu Heliſæi, qui deſcenderant ad eum. Sed & in propheta Habacuk manifeſtè & euidenter legimus de equitatu domini, & quòd aſcẽdat equos ſuos. Sunt er-
Habac.3.b go ſcripturæ verba hæc: Nunquid in fluminibus iraſceris domine, aut in fluminib⁹ furor tuus, aut in mari rubro impetus tuus? qui aſcendes equos tuos: & equitatus tuus ſalus. Sũt ergo equi domini, quibus aſcẽdit: & equitatus eius. Quos ego nõ alios eſſe puto quàm illas animas quæ frenum diſciplinæ eius accipiunt, & iugum portant ſuauitatis eius, & quę ſpiritu dei aguntur: & in hoc eſt eis
I ſalus. In reuelatione Ioannis legimus, quòd appa-
Apoc.19.b. ruit ei equus, & ſedẽs ſuper eum quidem fidelis & verus & cum iuſtitia iudicans, cuius nomen eſt verbum dei. Ait ergo: Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eũ vocabatur fidelis & verus, & cum iuſtitia iudicans, & pugnãs: & oculi eius ſicut flamma ignis, & ſuper caput eius diademata multa, habentia nomen ſcriptum quod nemo nouit niſi ipſe: & adopert⁹ erat veſtimento ſanguine conſperſo, & vocabatur nomẽ eius verbum dei. Et exercitus eius erat in cœlo: & ſequebãtur eum in equis albis, iduti byſſino albo puro. Sed opus eſt gratia dei, quę horũ nobis aperiat intellectum, quo poſſimus aduertere quid iſtę indicẽt viſiones, qui ſit equus albus, & quis ſit qui ſedet ſuper eum cuius nomen eſt verbum dei. Et fortè quidẽ dicet aliquis, album eſſe equũ, corpus quod aſſumpſit domin⁹, & quo ille qui ī principio erat apud deum, deus verbum, vel veſtitus vel vectus eſt. Alius autem animam dicet: quam aſſumpſit primogenit⁹ omnis creaturæ: & de qua dicebat: Poteſtatem habeo ponendi eã, & poteſta- Ioan.10.d.
K tem habeo iterũ ſumendi eam. Alius verò vtrũq; ſimul, corpus atq; animam, quaſi vbi peccatũ non fuerit, equũ dici albũ putabit. Alius adhuc quarto loco eccleſiam dicet, quæ & corpus eius nominatur, album videri equum, quaſi non habentem maculam aut rugam, quam ſibijpſe ſanctificauit Epheſ.5.f.
lauacro aquæ. Secundum hæc autem ſingula etiã illa accipiet quę ſequuntur, militiam cœli & exercitum verbi dei: & quomodo ſinguli quiq; eorum ſequentes verbum dei, equis albis ſedeant: & byſſinis albis induantur, & mundis. Huic ergo equo albo quo ipſe vehitur qui verbum dei appellatur, vel huic equitatui cœleſti qui eum ſequitur in albis nihilominus equis, comparat & ſimilem facit Chriſtus eccleſiam ſuam. In curribus autem Pharaonis, vel ita poſſumus accipere: vt quantum hic domini equitatus, equitatum & currus Phraonis euincit & præcellit: tantum tu quæ pulchra es in mulieribus, præcellis & euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugũ Pharaonis portant, & ſeſſores eius patiuntur: vel certè quod equitatus hic meus, qui lauacro aquæ mũdatus, purus & candi- L
dus factus eſt, & verbum dei meruit habere ſeſſorem, ex curribus aſſumptus eſt Pharaonis. Inde enim omnes veniunt credentes, quia Chriſtus ve- 1.Tim.1.d
nit in hunc mundũ peccatores ſaluos facere. Hoc ergo modo poteſt explanari verſiculi huius ſenſus. Equitatui meo qui fuit ante in curribus Pharaonis, & nunc ſequitur me in equis albis, purificatus in lauacro aquæ: ſimilem te arbitror proxima mea. Beatæ ergo ſunt illæ animæ quę dorſum ſuum curuauerunt, vt ſuſcipiãt ſeſſorem verbum dei ſuper ſe, & frena eius patiuntur: vt quocunque ipſe voluerit flectat eas & agat habenis præceptorum ſuorum: quia iam non propria voluntate incedunt, ſed ad omnia ducuntur & reducuntur voluntate ſeſſoris. Et fortaſſis videbitur ſecundum hoc quòd ex multis animabus congregata eſt eccleſia, & exemplum vitæ accepit à Chriſto: quòd non tam ab ipſa deitate verbi dei acceperit, quæ vtiq; ſupereminet eos actus vel affect⁹ qui ad exẽplum dari hominibus debeant: ſed illa anima quę
M aſſumpta eſt ab eo, in qua fuit ſumma perfectio: illa ſit ad exemplum poſita: & ipſa dicat hic, proxima mea: cui⁹ ſimilitudinem habere debeat etiã eccleſia: quæ ex multis congregatur animabus, illis ſcilicet quæ prius fuerant ſub iugo & curribus Pharaonis, & equitatus domini appellãtur. Quæ autem ex duabus expoſitio conuenire magis propoſito verſiculo videatur, probabis etiam tu qui legis. Quàm ſpecioſæ factę ſunt genę tuę, tanq̃ turturis: ceruix tua, ſicut redimicula. Ordo dramatis, huiuſmodi videtur habere cõſequẽtiã: quòd poſtea quàm auſteriore vſus eſt cõminatione ſpõſus ad ſpõſam, proteſtatus ei quòd niſi cognoſceret ſemetipſam, exitura eſſet in veſtigijs gregũ, & paſceret non oues ſed hœdos, erubuerit ſuper auſteritate præcepti: ſed & rubor verecũdię diffuſus in vultu, ſpecioſas effecerit genas eius: & multo q̃ fuerant pulchriores. Non ſolũ autem genæ, ſed & ceruix eius tam decora ſit reddita, quaſi moniliũ redimiculis adornata. Pulchritudo ergo genarũ, turturibus comparatur: quod per huiuſmodi aues, ſimul honeſtas vultus & alacritas indicetur.

Hæc eſt

A Hęc eſt hiſtorici dramatis explanatio. Sed veniamus ad rem. Paulus apoſtolus ſcribens ad eccleſiã
1.Cor.12.c Corinthiorum, ita ait: Corpus autem non eſt mẽbrum vnum, ſed multa: Et ſi dixerit pes, quia non ſum manus, nõ ſum de corpore: nõ propterea non eſt de corpore: Et ſi dixerit auricula, quia nõ ſum oculus, nõ ſum de corpore: nõ propterea nõ eſt de corpore. Si totum corpus eſt oculus, vbi eſt auditus? Si totum auditus, vbi odoratus? Nunc autem deus poſuit vnũquodq; membrũ in corpore, ſicut voluit. Et cùm plura de hoc diſputaſſet: ad vltimum dicit: Vos aũt eſtis corpus Chriſti & membra ex parte. Et iterum ad Epheſios ſcribens di-
Epheſ.5.d cit: Subiecti inuicem in timore Chriſti. Mulieres viris ſuis ſubiectæ ſint ſicut domino, quia vir caput eſt mulieris, ſicut & Chriſtus eſt caput eccleſię: ipſe ſaluator corporis. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiã ſuam: & ſemetipſum tradidit pro ea: vt eã ſanctificaret lauacro aquæ in verbo: vt ipſe ſibi præpararet glorioſam eccleſiã: nõ ha-
B bentem maculã, aut rugã, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & immaculata. Et poſt pauca. Nemo, inquit, enim aliquando carnẽ ſuã odio habuit: ſed nutrit & fouet eã, ſicut & Chriſtus eccleſiam: quia membra ſum⁹ corporis eius: & reliqua. Per hęc ergo edocemur: quomodo ſponſa Chriſti, quæ eſt eccleſia, etiam ſit corpus eius, & membra. Si ergo audias ſponſi membra nominari: eccleſiæ membra dici intellige, in quibus ſicut ſunt aliqui qui dicuntur oculi, pro intelligentię ſine dubio ac ſcientiæ lumine: & alij aures, pro audiendo verbo doctrinę: alij manus, pro bonis operib⁹ religioſisq; miniſterijs: ita ſunt alij & qui genæ eius appellentur. Genę autem partes vultus dicũtur, in quibus honeſtas, & verecũdia animę agnoſcitur, per quod ſine dubio illi in membris eccleſiæ declarantur: qui caſtitatis & pudicitiæ excolũt honeſtatẽ. Pro his ergo ad omne corpus ſponſæ dicitur: Quàm ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuę? Et obſerua quia nõ dixit, quàm ſpecioſæ ſunt genę tuę: ſed, quàm ſpecioſæ factæ ſunt: vt oſtendat prius quidẽ non eas
C ita fuiſſe ſpecioſas, ſed poſtea quàm ſuſcepit oſcula ſpõſi: & ipſe qui loquebatur per prophetas pri⁹ affuit: & mundauit ſibi ipſi eccleſiã ſuã lauacro aquæ: & fecit eam nõ habere maculam, aut rugam, & agnitionem ſui pręſtitit ei: tunc factæ ſunt ſpecioſæ genæ eius. Tunc enim caſtitas, & pudicitia, & virginitas quæ prius nõ fuerat, per eccleſiæ genas ſpecioſo decore diffuſa eſt. Quę tamen genarum ſpecies: id eſt, pudicitiæ & caſtitatis, turturibus comparatur. Turturum ferũt huiuſmodi naturam eſſe, vt neq; maſculus præter vnam fœminam adeat aliam: nec fœmina plus quàm vnũ patiatur marẽ: ita vt ſi accidat altero intercepto ſupereſſe alterum: pariter cum coniuge extinctus ſit ei cõcupitus amor. Conuenienter ergo ſimilitudo turturis, aptatur eccleſię, quòd vel alteri⁹ viri poſt Chriſtũ coniugium neſciat, vel quòd continentię & pudicitię in ea tanquã turturũ volitet multitudo. Secundum hanc intelligentiã etiã ceruicẽ ſpõſæ accipiamus. Quæ ſine dubio illæ intelligi debent animæ, quæ Chriſti iugũ ſuſcipiunt dicẽtis:
Matt.11.d Suſcipite ſuper vos iugum meum: quia iugũ meũ ſuaue eſt. Obedientia ergo eius, ceruices eius appellãtur. Ceruix ergo eius ſpecioſa facta eſt, ſicut redimicula: & meritò. Quã enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nũc obediẽtia fidei, ſpecioſam fecit & pulchram. Ceruix ergo tua ſpecioſa facta eſt, ſicut redimicula. Ad vtrũq; enim ſubaudiatur, ſpecioſa facta eſt. Redimicula hìc dicit conſtrictiones, vel connexiones moniliũ, quæ in ceruicibus ſedere ſolent: ex quibus deducitur & deſcendit per omne collũ reliquus ornatus. Ipſi ergo ornamento quod ceruicibus & collo imponi ſolet, ceruicem ſponſæ cõparauit. Quod dictum ita aduertimus. Ceruicẽ diximus ſubiectionem, & obedientiã dici, pro eo quòd quaſi iugum Chriſti ſuſcipiat, & fidei eius obedientiã præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius quæ eſt obedientia, Chriſtus eſt. Ipſe enim prior factus eſt obediens vſq; ad mortẽ: Et ſicut per vnius, Adæ ſcili- Rom.5.d.
cet, inobedientiã, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obedientiã, Chriſti dũtaxat, iuſti conſtituentur multi. Ornamentũ ergo & monile ceruicis eccleſię, obedientia Chriſti eſt. Sed & ceruix eccleſiæ: id eſt, obedientia eius, ſimilis effe- E
cta eſt obedientiæ Chriſti, quod eſt monile ceruicis. Magna ergo in hoc laus ſponſę eſt, magna eccleſię gloria, vbi imitatio obedientię eius, exęquatur obedientiæ Chriſti quẽ imitatur eccleſia. Hęc ipſa ſpecies monilis, etiã in Geneſi memoratur à Iuda patriarcha Thamar nurui ſuæ, quando cum Gen.38.
ea quaſi cum meretrice cõcubuit data. Quod nõ omnib⁹ patet myſteriũ. Intelligitur per hoc quòd Chriſt⁹ eccleſiæ, quam ex multorũ dogmatũ proſtitutione collegerat, futuræ perfectionis hæc dedit pignora: & iſtud obedientiæ monile ceruici ei⁹ impoſuit. Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti, quoaduſq; rex ſit in recubitu ſuo. Suprà diximus quòd ſpecie dramatis libellus hic ordinatus, perſonarũ immutatione cõtexitur: & nunc ergo videntur hæc amici, vel fodales ſponſi ad ſpõſam locuti, qui ſecundum intelligentiã myſticam: & vt ſuprà iã diximus, aut angeli, vel etiam prophetæ, aut patriarchæ poſſunt intelligi. Nõ enim tũc ſolum cùm poſt baptiſmũ Matt.4.a.
Ioannis in deſerto tentatus eſt à diabolo domin⁹, F
acceſſerunt angeli, & miniſtrauerunt ei: ſed ante aduentum præſentiæ corporalis miniſtrauerunt ſemper. Nã & lex diſpoſita in manu per angelos Gal.3.c.
dicitur mediatoris. Et ad Hebręos ſcribens Apoſtolus dicit: Si enim qui per angelos habit⁹ eſt, ſer- Heb.2.d.
mo factus eſt firmus. Ipſi ergo erant velut autores, & procuratores, appoſiti paruulæ ſponſæ cum pædagogo, lege: donec plenitudo temporum veni- Rom.11.c.
ret & mitteret deus filium ſuum natũ ex muliere, factum ſub lege, & adduceret eam ſub autorib⁹, & procuratoribus, & pædagogo, lege: vt ipſius verbi dei oſcula, doctrinam ſcilicet verbaq; ſuſciperet. Antequam ergo tempus horum adeſſet: in multis angelorum miniſterio excolebatur ſponſa qui apparebant tunc hominibus: & loquebantur ea, quę res poſcebat & tempus. Non enim tu mihi ex aduentu ſaluatoris in carne ſponſam dici, aut eccleſiam putes: ſed ab initio humani generis, & ab ipſa cõſtitutione mundi, imò vt Paulus docet, altius myſterij huius originem repetã, ante etiã cõſtitutionem mũdi. Sic enim dicit ipſe: Sicut elegit Epheſ.1.a.

G nos in Christo ante constitutionẽ mundi, vt essemus sancti, & immaculati coram ipso in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum. Sed
Psal. 73.a. & in psalmis scribitur: Memento congregationis tuæ domine: quam congregasti ab initio. Prima etenim fundamenta congregationis ecclesiæ, statim ab initio sunt posita. Vnde & Apostolus di-
Ephes. 2. & 4. cit, ædificari ecclesiam, non solum super apostolorum fundamentum, sed etiam prophetarum. Inter prophetas autem numeratur & Adã: quia magnum mysterium prophetauit i Christo, & in ec-
Gen. 2. d. clesia, dicens: Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ: & erunt ambo in carne vna. Euidenter enim de his
Ephes. 5. g dictis eius, dicit Apostolus: Quia mysterium hoc magnum sit. Ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Sed & idem Apostolus cùm dicit: Sic enim
Ibidem. a. ecclesiam dilexit, vt semetipsum traderet pro ea, sanctificans lauacro aquæ: nõ vtique ostendit eam prius non fuisse: quomodo enim dilexisset eã quæ nõ erat? Sed eam sine dubio dilexit quæ erat. Erat
H autem in omnib⁹ sanctis, qui ab initio seculi fuerunt facti. Diligens igitur eam, venit ad eam. Et sicut pueri sui communicauerũt carni, & sanguini: similiter & ipse particeps factus est eorundem, ac semetipsum pro eis tradidit. Ipsi enim erãt ecclesia quam dilexit: vt eam, vel numerositate augeret, vel virtutibus excoleret, vel perfectiõis charitate de terris transferret ad cœlum. Ministrauerunt ergo & prophetæ ab initio, ministrauerunt & angeli. Quid enim aliud fiebat tunc, cùm ap-
Gene. 18.a paruerunt tres viri Abrahæ sedenti ad quercum Mamre? Licèt illa angelorum species plus aliquid quàm angelicum ostenderit ministerium: nam trinitatis ibi mysterium prodebatur. Hoc erat & in
Exod. 3.a. Exodo: cùm angelus domini dicitur in flamma ignis apparuisse Moysi in rubo. Continuò autem in subsequentibus dominus & deus loqui in ange-
Ibidem. d. lo scribitur, & ipse deus esse Abraham, & de⁹ Isaac, & deus Iacob designatur. Quod quidam hæreticorum legentes, dixerunt: Deum legis & prophetarũ longè inferiorem esse, quàm Iesum Christum, & spiritum sanctum: & eousque impietatem
I suam pertenderunt: vt plenitudinem quidem in Christo ponant, & in spiritu sancto: imperfectionem vero & infirmitatem in deo legis. Sed hæc aliàs. Nunc autem nobis propositum est ostendere, quomodo sancti angeli, qui ante aduentũ Christi, velut paruulæ adhuc sponsæ tutelam procurabant, ipsi sint amici & sodales spõsi: qui ad eam dicere videantur: Faciamus tibi similitudines auri cum distinctionibus argenti, vsquequo rex sit in recubitu suo. Indicant ergo quòd ipsi faciant sponsæ, non aurum (neque enim habebant tale aurum quale dignum erat offerri sponsę) sed pro auro, similitudines auri se facere promittunt. Et nõ vnam similitudinem, sed multas. Ita etiam dicũt de argento: sed quasi habentes licèt paruam argẽti materiam, promittunt se ei facere, non similitudines, sed distinctiones argenti, vtpote quibus non tanta abundaret argenti materia, vt connexum aliquid, & solidum op⁹ ex eo producere possent, sed distinctiones solas ac signa quædam parua, velut puncta interfererent illi operi, quod ei ex auri similitudine faciebant. Hęc ergo amici spon-

K si illi, de quibus suprà diximus, sponsæ faciunt ornamenta. Sed quid in his secreti contineatur, & quid elocutionis nouitas ipsa parturiat: omnipotentis verbi ac sponsi patrem precemur, vt ipse nobis arcani huius claustra patefaciat: quò possimus non solum ad intelligenda hæc illuminari, verumetiam ad proferenda: ac secundum mensuram eorum, qui lecturi sunt, moderationem eloquij spiritualis accipere. Auri speciem in multis sæpe ostendimus figuram tenere inuisibilis, & incorporeæ naturæ. Argentum verò virtutem verbi ac rationis, secũdum quod & dominus dicit per
prophetam: Dedi vobis argentum & aurum, vos Osee. 2. b.
autem fecistis argentea & aurea Baalim: ostendens per hæc, & dicens: quia dedi vobis sensum & rationem, qua me deum, & sentire possetis, & colere: vos autem & sensum & rationem, quæ in vobis est, ad colenda dæmonia transtulistis. Sed &
eloquia domini, eloquia casta: argentum igne pro- Psal. 11. b.
batum dicitur. Et item in alijs, argẽtum ignitum, Prou. 10. c
iusti lingua memoratur. Cherubim verò aurea Cherubim
dicuntur: quoniam quidem plenitudo scientię dei L
interpretantur. Sed & candelabrum in taberna- Exod. 25.
culo testimonij aureum & solidum poni iubeba- & 37.
tur: quod mihi videtur formam tenere naturalis legis, in qua lux scientiæ habetur. Sed quid opus est multa congregare testimonia: cùm in promptu sit scire volentibus in multis scripturæ locis hoc indicari, quòd aurum ad sensum mentẽmque reuocetur: argentum verò ad verbum atque eloquia referatur. Nunc ergo properemus ad cõtemplandum, quomodo secundum ea quæ præmisimus amici sponsi dicant se similitudines auri facere sponsæ cum distinctionibus argenti. Videtur
ergo mihi quòd lex quæ per angelos dispositа est Gal. 3. c
in manu mediatoris: quandoquidem vmbram habeat futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: & quæcunque contingebant illis qui in le- Heb. 9. f.
ge referuntur, in figura & non in veritate contingebãt. Ista omnia similitudines auri fuerunt, non aurum verum: quod scilicet aurum verum in illis quæ incorporea sunt & inuisibilia ac spiritualia intelligatur. Similitudo verò auri, in quo non est
ipsa veritas, sed vmbra veritatis, ista corporea, & M
visibilia accipiantur: verbi gratia: Similitudo auri fuit istud tabernaculum manufactũ, de quo di-
cit Apostolus: Nõ enim manufacta ista introiuit Ibidem.
Iesus exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum. Ergo quæ in cœlis sunt inuisibilia & incorporea, illa sunt vera: ista autem quæ in terris sunt visibilia & corporea, exemplaria verorum dicuntur esse, nõ vera. Ista ergo sunt quæ similitudines auri appellantur: in quibus est & arca testamenti, & propiciatorium, & Cherubim, & altare incensi: & mensa propositionis, & panes: sed & velamen, & columbæ ac seræ, & altare holocaustorũ: & ipsum templum, atque omnia quæ in lege scripta sunt. Omnia hęc similitudines erant auri. Sed & ipsum aurum visibile, pro eo quòd visibile erat, non erat aurum verum: sed similitudo erat illius veri auri inuisibilis. Istas ergo similitudines auri, fecerunt sponsæ ecclesiæ sponsi amici: angeli videlicet, & prophetæ, qui ministrauerunt in lege cæterisque mysterijs. Hæc opinor & Paulus intelligens dicebat: In religione angelorum, in his quæ videt Coloss. 2. c

fruſtra

A fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Omnis ergo Iudaicus cultus & religio, ſimilitudines ſunt auri. Cùm autem cõuerſus fuerit quis ad dominum, & ablatum fuerit ab eo velamen: tũc videbit aurum verum, cuius auri antequam adeſſet & cognoſcẽdum ſe præberet, ſimilitudines fecerunt ſponſæ amici eius, vt ex illis ſimilitudinibus, commonita & prouocata, veri auri deſiderium caperet. Hoc enim factum indicat Paul⁹, cùm dicit: Hæc autem 1.Co.10.c. in figura contingebant illis. Scripta autem ſunt propter nos, in quos finis ſeculorum deuenit. Sed finem, quem dicit Paulus, non intelligas corporalem: Finis enim corporalis multos inueniet, pro quibus non ſunt ſcripta hæc. Neque enim huiuſmodi de his recipient intellectum, ſed finem ſeculorum, perfectionẽ rerũ intellige: quæ vtiq; Paulo, & ſimilibus ei⁹ adueniſſe, & propter ipſos ſcripta hæc eſſe dicuntur. Sed hęc in exceſſu dixim⁹, volentes oſtendere quomodo amici ſponſi dicant ad ſponſam, facere ſe ei ſimilitudines auri cum diſtinctionibus argenti: per ea ſcilicet quę in lege, & prophetis, per figuras, & imagines, & ſimilitudi-
B nes, & parabolas ſcripta tradiderunt. Sunt tamen in his & paruæ quædam diſtinctiones argenti, indicia ſcilicet ſenſus ſpiritualis verbi, & interpretationis rationabilis, licèt & valde rarã, & exigua. Ante aduentum nanque domini vix ſicubi prophetarum aliquis parum quid occulti ſermonis a- Eſa.5.b. peruit: verbi gratia, vt Eſaias cùm dicit: Vinea domini ſabaoth, domus Iſraël eſt, & domus Iuda Apoc.7.d nouella dilecta. Et iterum alibi: Aquæ multæ, gẽtes multę ſunt. Et Ezechiel nominans duas ſoro- Ezec.23.a res, Oollam, & Oolibam, aliam Samariam diſtinguit eſſe, & aliam Iudæam: & ſicubi talia quædam ipſis prophetis interpretantibus aperiantur: iſtæ diſtinctiones argẽti dicuntur. Vbi verò ſaluator, & dominus noſter Ieſus Chriſtus aduenit, nota faciens omnia verbo virtutis ſuæ, in paſſione eius indicium datum eſt: quòd ea quæ in abſcõditis tegebantur, & arcana erant, in lucem proferrẽtur, & ad manifeſtationem venirẽt: per hoc quòd velum templi, quo ſancta ſanctorum & arcana velaban- Mat.27.f tur, ſciſſum eſt deſurſum eius deorſum: palàm fo-
C re denuncians omnibus, quod intrinſecus videbatur obtectum. Sic ergo illud quod per angelos & prophetas miniſtratum eſt, ſimilitudo auri fuit cum diſtinctionibus paruis, & exiguis argẽti. Hęc autem quæ per ipſum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum tradita ſunt, in auro vero & argẽto ſolido collocata ſunt. Hæc eñ quæ per amicos ſpõſi facta eſt ſimilitudo auri cum diſtinctionib⁹ argenti, non in ſempiternum menſura promittitur: ſed tempus ei ſtatuitur ab illis ipſis dicentibus: vſquequo rex ſit in recubitu ſuo. Cùm enim recubans dormierit, vt leo & vt catul⁹ leonis, & poſt hæc ſuſcitauerit eũ pater & reſurrexerit è mortuis, ſi qui fuerint conformes reſurrectionis eius, iam non in ſimilitudine auri: id eſt, non in rerum corporalium cultu manebunt: ſed aurum verum ab ipſis percipient, credentes & ſperantes, non ea quæ videntur, ſed quæ non videntur: nec quæ in terris ſunt, ſed quæ in cœlis, vbi Chriſtus eſt in 2.Cor.5.c dextera dei ſedens, & dicent: Quia & ſi cognouimus Chriſtum aliquando ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Nõ ergo iam diſtinctio-

nibus paruis argenti, ſed in latitudinem diffuſo D
vtentur argento. Audient enim, quia in illa auri ſimilitudine, petra, quæ ſequi dicitur, & potum populo præbere Chriſtus eſt, & mare baptiſmus eſt, Exod.14.
& nubes ſpiritus ſanctus eſt, & mãna verbum dei &15.&12.
eſt, & agnus paſchæ ſaluator eſt: & ſanguis agni, paſſio Chriſti eſt: & velum quod eſt ĩ ſanctis ſanctorum, quo diuina illa & arcana tegebantur, caro eius eſt, aliáque innumera, ex eius reſurrectione patebunt: nõ iam parua vt prius diſtinctione, ſed latiſſima expoſitione patefacta. Adhuc autem vt clarius fiat quod dicit: vſquequo rex ſit in recubitu ſuo: etiam de ſecunda Balaam prophetia, quæ de Chriſto ita continet proferemus. Orietur, in- Num.24.
quit, ſtella ex Iacob: & exiet homo de ſemine eius, c.
& dominabitur gẽtibus multis. Exaltabitur Gog regnum eius, & creſcet regnum eius. Deus educet eum ex Aegypto, ſicut gloria vnicornis, & comedet gentes inimicorum ſuorum, & craſſitudines eorum emedullabit, & iaculis ſuis ſagittabit eos. Recumbens, vt leo requieſcet, & ſicut catulus leo- Gen.49.b
nis. Quis ſuſcitabit eum? Cõſidera ergo & ex his diligẽtius, & vide quomodo omnis ſimilitudo au- E
ri vſque ad extremum tempus, ad recubitum regis ſcilicet ſtare memoratur. Poſt hæc ergo exaltabitur Gog: id eſt, ſuper tecta regnum eius, cùm videlicet de terris ad cœleſtia fuerit tecta tranſlatum. Sed de his plenius, prout dominus dedit, in Numerorum libro proſecuti ſumus. Requiramus ſanè ſi etiam ſanctis patribus ipſis & prophetis: qui miniſtrauerunt verbum ante aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, perfectionis huius verique auri gratia data ſit: an tantum futura hęc intellexerint, & in ſpiritu ventura præuiderint: atq; ob hoc ſolum dixerit dominus de Abrahã: Quia Ioan.8.g.
deſiderauerit videre diem eius, & viderit & lætatus ſit, quòd ſcilicet in ſpiritu futura præuiderit: & magis fortaſſe hoc ita eſſe, etiam ille ſermo cõfirmet, qui ait: Multi iuſti deſiderauerunt videre Luc.10.d.
quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Quanuis nec illis potuerit defuiſſe perfectio veniens ex fide. Quę enim nos facta credimus: hæc illi maiore cum expectatio- F
ne futura credebant. Sicut ergo ex aduentu Chriſti, credentes præteritorum fides: ita & illos futurorum ad ſummam perfectionis adduxit. Quod ſi ad vnamquanque animam referatur expoſitio: videbitur quòd donec paruula eſt adhuc anima & imperfecta: & ſub tutorib⁹ & procuratoribus po- Gal.4.a.
ſita, ſiue doctoribus eccleſiæ, ſiue angelis: qui paruulorum cuſtodes eſſe dicuntur, & videre ſemper Matt.18.b
faciem patris, qui in cœlis eſt: ſimilitudines auri fiunt ei: cùm non ſolidis & fortibus alitur verbi dei cibis: ſed ſimilitudinibus imbuitur: velut ſi dicamus parabolis & exemplis docetur, pro quibus & ipſe Chriſtus dicitur ætate creſcere & ſapien- Lucæ.2.b.
tia, & gratia apud deum & homines. In illis ergo ſimilitudinibus imbuitur: & fiunt ei paruulæ diſtinctiones argenti. Aperiuntur enim interdum & his qui imbuuntur parua aliqua, & rara de ſecretioribus myſterijs: vt deſiderium concipiant maiorum. Neque enim deſiderari quid poteſt ſi penitus ignoretur: & ideo incipientibus & primis in eruditiõibus poſitis, ſicut non ſunt ad ſubitum cuncta pandenda: ita neque penitus abſcondenda

G sunt spiritualia mysteria: sed vt ait sermo diuin⁹, faciendæ sunt eis distinctiones argenti: & scintillæ quædam spiritualis intelligentiæ animis eorū initiandæ sunt: vt gustum quodammodo desiderandæ dulcedinis sumant: ne, vt diximus, si penitus ignoretur, nec omino desideretur. Verū quòd
Paruula anima. paruulam nominamus animam, nemo ita accipiat, quasi secundum substantiam paruula dicatur: sed si cui deest eruditio, & in qua est exiguus intellectus ac minima peritia, hanc paruulam dicimus animam. Igitur hæc fieri conuenit, vsquequo rex sit in recubitu suo: id est, vsquequo in id proficiat huiusmodi anima, vt capiat regem, & habeat recumbentem in semetipsa. Sic enim dicit hic rex:
Leuit. 26. b. Quia habitabo in eis & inambulabo in eis: profectò qui tantam verbo dei cordis sui latitudinem præbent, vt etiam in eis deambulare dicatur, spacijs scilicet amplioribus intelligētiæ agnitionisq; diffusioris. Ita ergo & recubare dicitur in anima illa sine dubio, de qua ipse dominus dicit per pro-
Esa. 66.a. phetam: Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, & tremētem sermones meos? Ha-
H bitat ergo rex iste, qui est sermo dei, in illa anima, quæ iam ad perfectum venerit recubitum suum, si tamē non sit in ea aliquod vitium, sed plena sit sanctitate, plena pietate, fide, charitate, pace omnibusq; virtutibus. Tunc enim delectat in ea recubare regem, & habere recubitum. Ad hanc enim
Ioan. 14.c animā dominus dicebat: Quia ego & pater meus veniemus & cœnabimus cum eo, & mansionē faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Christus cum patre, & vbi mansionem facit, quidni recumbit? Beata illius latitudo animæ, beata strata illi⁹ mētis, vbi pater & filius, vt non dubito, vnà cum spiritu sancto recumbit, cœnat & mansionem facit. Quibus putas opibus, quibus copijs tales conuiuæ pascuntur? Pax vbi primus cibus est, humilitas simul apponitur ac patientia, māsuetudo quoque & lenitas, & quod summę ei suauitatis est, puritas cordis. Charitas autem in hoc cōuiuio principalem obtinet locum. Tali ergo modo, etiā tertia expositione, ad vnamquanque animam referri
I possevidebitur quod ait: Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti, quoadusq; rex sit in recubitu suo. Nardus mea dedit odorem suum: siue, odorem eius. In specie dramatis videtur hoc ostendi, quòd post hæc verba ingressa sit sponsa ad sponsum, & vnguentis suis vnxerit eū: ac miro quodam genere, quasi nardus quæ prius odorem non dederat, cùm esset apud sponsam, tūc dederit odorem suum, cùm corpus contigit sponsi, vt non tam ille ex nardo odorem, quàm nardus ex ipso sumpsisse videatur. Si verò secundū hanc differentiam, quę in alijs inuenitur exemplaribus legimus: Nardus mea dedit odorem eius: inuenitur adhuc aliquid diuinius, vt videatur vnguentū hoc nardi, quo vnctus est sponsus, non tantum suum, qui nardo inesse naturaliter solet, sed ipsius sponsi odorem ceperit, & ipsius odorem ad sponsam reportauerit nardus: vt in eo quo vnxit eum, odorem sponsi per ipsius vnguenti munus acceperit: & hoc sit quod dicere videatur, Nardus mea qua vnxi sponsum, regressa ad me, odorem mihi detulit sponsi, & velut superato naturali suo odore, præ fragrantia sponsi ipsius mihi detulit suauitatem. Hæc habet historici dramatis explanatio. K
Sed veniamus iam nunc ad intelligentiam spiritualem. Ponamus hic sponsam ecclesiam, in
Marc. 14. & Ioan. 12.a. personam Mariæ, quæ decenter vtique dicitur afferre libram vnguenti nardi pistici precioſi, & vngere pedes Iesu, & detergere capillis suis, & recipere quodammodo ac recuperare per crinem capitis sui ad semetipsam vnguentum, ex qualitate ac virtute corporis eius infectum: & odorem non tam nardi per vnguentum, quàm ipsius verbi dei ad se trahentem per capillos, quibus abstergebat pedes: & imposuit capiti suo, nō tam nardi quàm Christi fragrantiam: & dicere, Quia nardus mea, missa in corpus Christi, reddit mihi odorem ei⁹.
Ibidem. Denique vide quomodo hæc ipsa referuntur. Maria, inquit, attulit libram vnguenti nardi pistici precioſi, & vnxit pedes Iesu, & exterſit capillis capitis sui. Domus autem, inquit, tota repleta est odore vnguenti. Quod vtique indicat, quia odor doctrinæ, qui procedit de Christo, & sancti spiritus fragrantia, repleuit omnem mundi huius domum, ac totius ecclesiæ domum. Vel certè repleL uit omnem domū animæ illius, quæ odoris Christi susceþit participium, offerens primò fidei suæ munus, velut vnguentū nardi, & recipiens ex hoc gratiam spiritꝰ sancti, & spiritualis doctrinæ fragrantiam. Quid ergo interest vtrum in Cantico canticorum sponsa perungat vnguento sponsum: an in euangelio discipula magistrum, & Maria Christum: sperans, vt diximus, redire ad se ex hoc vnguento odorem verbi, & fragrantiam Christi, vt eoipso dicat, Christi bonus odor sumus deo. 2.Cor.2.d
Et quoniam plenum fide fuit istud vnguentum, & precioſi effectus, ob hoc & Iesus testimonium reddidit ei, dicēs: Bonum opus operata est in me. Matt. 26. & Marc. 14.a.
Sic ergo rursus in Cantico canticorum, post aliquanta amplectitur emissiones sponsæ: sicut hic opus Mariæ, ait enim: Emissiones tuæ paradisus cum fructu pomorum. Cyperus cum nardis, Nardus cum crocis. Amplectitur ergo & in his emissiones ac munera sponsæ. Obseruauimus sanè quòd in his quæ nunc memorauimus pluraliter primò, postmodum singulariter nardum posuit, quod puto secūdum illam rationem dictum: M
Matt. 13.f. quia negociator regni cœlorū, plures primò margaritas negociatur: vsquequo ad vnam perueniat precioſam. Et fortè quod dixit: Emissiones tuæ paradisus cum fructibus pomorum: illos indicat fructus cum nardis plurimis, quos afferimus ex institutionibus, & doctrina prophetica. Ex doctrina verò ipsius domini nostri Iesu Christi: emissiones nostræ & munera, non plures habent nardos, sed vnam. Sed nūc redeamus ad eam quæ dicit, Nardus mea dedit odorem suum: & vide si possum⁹ adhuc etiam hoc in loco intelligere præsenti: quod si quando valuerimus integrè & decenter exponere de deitate Christi, virtutémque eius ac maiestatem dignis assertionibus cōsignare: tunc fortassis meritò dicet, vel ecclesia illa, vel anima, quæ ita manifestè potuerit gloriam ei⁹ exponere, Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirum videri debet si Christus, quemadmodum fōs Ioan. 7.f.
est, & flumina aquæ viuæ de eo procedunt, & quēadmodum panis est, & vitā dat: ita & nardus est, Ibid. 6.d.e
& odorem reddit: & vnguentum est, quo qui vncti fuerint,

Psal.104. fuerint, Christi fiant: sicut dicit in psalmo: Nolite
b. A tangere Christos meos. Et fortasse secundum il-
Heb.5.d. lud quod dicit Apostolus: His qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni, vel mali: singulis quibusq; sensibus animæ, singula quæq; Christus efficitur. Idcirco enim & verum lumen dicitur, vt habeant oculi animæ quo illuminentur: idcircó & verbum, vt habeant aures quòd audiant: idcirco & panis vitę, vt habeat gust⁹ animæ quod degustet. Idcirco ergo & vnguentum, vel nardus appellatur, vt habeat odoratus animę fragrãtiam verbi: idcirco & palpabilis, & manu tractabilis, &
Ioan.1.b. verbum caro factum dicitur, vt possit interioris
1.Ioan.1.a. animæ manus contingere de verbo vitę. Hæc autem omnia vnum atq; idem est verbum dei, quod per hæc singula affectibus orationis commutatũ, nullum animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertẽ. Alligamẽtum guttæ fratruelis meus mihi, in medio vberum meorum manebit, siue commorabitur. Eiusdem adhuc verba sunt sponsæ ad adolescẽtulas, vt videtur, loquentis. Prius quidem dixerat, quia nardus sua dedisset odorem sponso,
B & quia per vnguentum quo vnxerat eum, odoris fragrantiam recepisset: nunc autem ait, Fraternus meus mihi guttam redolet, & hanc non diffusam, neque vt libet dispersam, sed colligatam & cõstrictã: quò scilicet odor ipsius suauitatis densior reddatur & vehemẽtior. Et hic, inquit, cùm talis sit, in mediovberum meorum demoratur, & commanet, & requiem ac mansionem suam facit in loco pectoris mei. Verùm quòd nunc primùm cognominauit eum fraternum suum sponsa, & nominis huius appellatione per totum penè libelli textum frequenter vtitur, dignum puto vt prius requiramus appellationis ipsius causam, & quid vel vn-
Fraternus de fraternus dicitur, exponamus. Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis sit primò frater spõnsę, cuius hic filius habeatur: vide si possumus dicere sponsam quidem ex gentibus esse ecclesiam: fratrem verò eius, priorem populum: &
Lucæ.15. fratrem, vt res indicat, seniorem. Quia ergo ex illo populo Christus secũdum carnem nascitur, ob hoc ab ecclesia gentium, fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentum guttæ fraternus
C meus mihi: corporeæ natiuitatis eius indicat sacramentum. Videtur enim quodammodo alligamentum esse, & vinculum quoddam animæ corpus: quod alligamentum, gutta in Christo diuinæ virtutis ac suauitatis astringitur. Si autẽ ad vnãquanque animam quæ dicta sunt referuntur: alligatura guttę, dogmatum continentiæ constrictio, ac diuinarum sentẽtiarum nodositas intelligitur. Innexę enim sibijnuicẽ sunt fidei rationes, & vinculis veritatis astrictæ. Denique & lex mundũ dicit esse omne vas quod alligatum est: immundum verò quod solutum fuerit, & non ligatum. Cuius rei hæc figura erat, quòd Christus, in quo nunquã fuit vlla immunditia peccati, alligamentum guttę dicitur. Et ideo anima non debet contingere aliquid dissolutum, & quod non sit ratione subnixũ, & dogmatum veritate constrictum: ne immunda
Leuit.5.& fiat. Qui enim immundum contigerit, immun-
5.a. dus erit secundum legem. Continget nanque eum sensus irrationabilis, & alienus à sapientia dei, & faciet eum immundum. Vide autem si fortè filiũ dei in carne guttam dictũ, & quasi breue aliquid, D
& exiguum nominatum possumus accipere, sicut & Daniel de eo dicit: Lapidem paruum de monte Dan.2.c.
excisum sine manibus, & factum post hæc montem magnum. Vel sicut in libello duodecim prophetarum nihilominus gutta quidem futura dicitur, quę congreget populum. Est ergo & in prophetis ita scriptum: Et erit ex gutta populi huius Micheę.5.
cõgregatus Iacob. Decebat enim eum qui veniebat congregare, non solum Iacob, sed & omnes gẽtes, quæ sicut propheta dicit: Reputatę sunt tãquã Esa.40.d.
gutta ex situla, exinaniẽtem se diuinitatis forma, effici ipsum vt guttam, & sic venire ad congregãdam guttam gentium, & guttam nihilominus reliquiarum Iacob. Sed & in quadragesimoquarto psalmo dicitur ad dilectum, cui etiam ipse psalm⁹ asscribitur: Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis. A vestimentis ergo verbi dei: quæ est doctrina sapientiæ, procedit myrrha mortis duntaxat indicium, pro humano genere susceptæ. Gutta, vt suprà diximus, exinanita diuinitatis forma seruilis formæ susceptа dignatio. Casia quoque, quoniã id genus herbæ aquis indesinentibus nu- E
triri dicitur, & coalescere, redemptionem humani generis per aquas baptismi indicat datam. Sic ergo alligaturam guttæ fraternum suum sponsa tãquam nuptiali dramate loquens, inter mediũ vberum suorum commorantem dicit. Vbera, vt superius iam dixim⁹, principale cordis aduerte: in quo ecclesia Christum, vel anima verbum dei, desiderij sui vinculis alligatum tenet, & astrictũ. Si quis enim verbum dei toto affectu in corde suo, & toto amore constringit, ipse solus poterit odorem fragrantiæ eius, & suauitatis accipere. Botrus cyperi fraternus me⁹ mihi in vineis Engaddi. Quãtum ad literæ ipsi⁹ explanationem, habet aliquid ambiguum, quod ait: Botrus cyperi fratruelis mihi: quia & vua florens cyperus appellatur, & spe- Cyperus.
cies quędam extrinsecus virgulti est quę cyperus dicitur: ferens etiam ipsa floridum quendam fructum, in modum florentis vuæ prolatum. Sed videtur magis ad fructũ vitis respicere sermo, quandoquidem vinearum Engaddi facta est memoria.
Engaddum autem ager terræ Iudæ est: non tan- Engaddũ.
tum vineis, quantum balsamis florens. Hic ergo F
erit historicus sensus sponsæ loquentis ad adolescentulas, vt intelligatur dicens: Primò quidem nardus mea odorem mihi sponsi mei reddit. Secundò verò alligamentum guttæ effectus est fraternus meus mihi, demorans inter media vbera mea. Tertiò botrus cyperi ex vineis Engaddi, superans omne quicquid est in odoribus, & floribus suauitatis: quò scilicet audientes hæc adolescentulæ, magis ac magis ad charitatem sponsi concitentur & amorem. Idcirco autem singulatim & per ordinem, primò nardum suam, deinde guttã, post hæc etiam botrum cyperi nominat: vt per eos gradus, quosdam profectus doceat charitatis.

Sed videamus iam quid spiritualis habeat intellectus. Siquidem hic qui appellatur botrus, ad fructum vitis referendus est: verbum dei accipimus, sicut sapientiam & virtutem, & thesaurum scientiæ, aliaq; multa, ita & vitem veram dici. Sicut ergo his quibus efficitur sapientia, & scientia, non ad subitum, sed per profectus quosdã & gra-

G dus, pro ſtudijs & intentione ac fide eorum,qui ei vel in ſapientia,vel in ſcientia, vel in virtute participantur, ſapientes eos, & ſcientes reddit vigentésque virtutibus: ita & in quibus vitis vera efficitur, non eis ad ſummum maturos botros producit,& dulces: nec repentè eis efficitur vinum ſuaue,& lætificans cor hominis, ſed primò producit eis ſuauitatem tantummodo odoris in florem. Botrus hic florens eſſe memoratur in vineis Engaddi,vt gratia fragrantiæ ipſius immittatur in initijs animæ,vt poſt hæc pati poſſit acerbitatem tribulationum & tentationum,quæ propter verbum dei credentibus excitantur, & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet, vſque dum perducat eos ad torcularia, vbi effunditur ſanguis vuæ, ſanguis noui teſtamenti, qui bibatur in die feſto in ſuperioribus,vbi ſtratum magnum paratum eſt. Sic ergo per ſingulos hos profectus graduum incedere oportet eos,qui per ſacramentum vitis,& botrum cyperi initiati, ad perfectionem feruntur, & calicem noui teſtamenti ab Ieſu ſuſceptum bibere

Cyperus. contendunt. Quòd ſi cyperus ſui generis arbor

H accipiendus eſt: cuius fructus etiam flos, non tantum odoris ſuauitatem, quantum & vim calefaciendi ac fouendi dicitur poſſidere: illa ſine dubio accipitur ſponſi virtus,qua incaleſcunt animæ erga fidem eius,& charitatem quæ contin-

Luc. 24.c gebat eos,qui dicebant: Nónne cor noſtrum erat ardens intra nos,cùm adaperiret nobis ſcripturas? Vel certè quoniam de vineis Engaddi bo-

Engaddi. trus hic florens nominatur eſſe: Engaddi autem interpretatur oculus tentationis meæ: ſi quis eſt

Iob.7.a. qui intellectum habere poteſt, quomodo tentatio eſt vita hominis ſuper terram: & intelligit quomodo quis in deo eripitur à tentatione,& qui agnoſcit qualitatem tentationis ſuæ, ita vt poſſit de ipſo dici: quia in his omnibus non peccauerit labijs ſuis coram deo: huic botrus cyperi de vineis Engaddi efficitur verbum dei. Obſeruandum tamen eſt quòd verba ſponſæ ita referuntur, vt & nardus & alligamentum guttæ, & botrus cyperi ipſi ſoli ſint,vtpote quæ in hos

I iam profectus aſcenderit. Sola enim perfecta anima eſt,quæ ita habet purum & purgatum odoramentum ſui ſenſus,vt poſſit nardi,& guttę,& cyperi ex verbo dei procedentis fragrantiam capere,& gratiam diuini odoris haurire.

Homilia tertia.

ECce es ſpecioſa proxima mea, ecce es ſpecioſa, oculi tui columbarum. Secũdò iam ſponſus cum ſponſa in verbo colloquióque miſcetur. Et primo quidem ſermone inuitauit eã ad hoc, vt cognoſceret ſemetipſam,dicens ei quòd bona quidem eſſet inter mulieres,ſed niſi cognoſceret ſemetipſam, certa quæque pateretur, & quaſi quæ velociter ad agnitionem ſui ſenſu intellectúque cucurrerit, comparat eam equis ſuis,vel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis. Simul & genas eius pro inſigni verecundia,& conuerſationis pernicitate,turturibus comparat: ceruicémque eius, ornamen- K

torum redimiculis. Nunc autem iam ſpecioſam profitetur eam,& ſpecioſam: non ſic vt prius in mulieribus tantum, ſed quaſi proximam ſibi, & adhuc in maiorem titulum laudis extollit & affirmat:quia non tantum cùm proxima eſt ei ſpecioſa ſit,ſed & ſi cõtingat ei abſentem eſſe, etiam ſic ſpecioſa ſit. Hoc enim indicatur in eo,quòd cũ dixiſſet:Ecce es ſpecioſa proxima mea:addit poſt hæc abſolutè,& ſine vlla adiunctione: ecce es ſpecioſa. Sed in ſuperioribus non laudauerat viſum eius, credo quia nondum ad intuitum profecerat ſpiritualis intelligentiæ:nunc ergo ait, Oculi tui columbarum. Grandis in hoc profectus eius oſtenditur,vt quæ prius tantum ſpecioſa in mulieribus dicta eſt,nunc vt proxima ſpecioſa dicatur,ex ipſo ſine dubio ſponſo ſplendorem decoris accipiens,vt ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine, etiam ſi accidat ei paululum ſponſi abſentiã pati, nihilominus pulchra permaneat. Quòd autem oculi eius comparantur columbis, ob hoc profectò contingit: quia diuinas ſcripturas, non

iam ſecundum literam,ſed ſecũdum ſpiritum in- L

telligat,& aſpiciat in eis ſpiritualia myſteria. Columba enim indicium eſt ſpiritus ſancti. Spirituali ergo ſenſu intelligere legem,& prophetas: hoc eſt oculos columbæ habere. Et hìc quidem columbæ oculi eius appellãtur. In pſalmis verò huiuſmodi anima pennas ſibi dari columbæ deſide- Pſal.54.b

rat,vt volare poſſit in intellectum ſpiritualium myſteriorum,& requieſcere in atrijs ſapientiæ. Sed & ſi dormire quis poſſit, hoc eſt,collocari, & Ibid.67.c

requieſcere in medio ſortium,atq; intelligere ſortium rationem,& cognoſcere diuini iudicij cauſas: non ſolum pennæ columbæ, quibus in ſpiritualib⁹ intellectib⁹ volet,promittũtur ei,ſed deargentatæ pennæ: id eſt, verbi & rationis ornamento decoratæ. Scapulæ quoque eius in ſpecie auri fieri dicuntur,vbi conſtantia fidei,& dogmatum ſtabilitas indicatur perfectorum. Ergo ſi caput eſſe Chriſtus dicitur, nihil puto abſurdum videri,ſi & oculi eorum, qui ſecundum interiorem hominem ſpiritualiter intelligunt, & ſpiritualiter dijudicant,ſpiritus ſanctus eſſe dicantur. M

Et ob hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus eſt, Exod.12.

per cuius hoſtiam populus purificaretur in paſcha:ita & columbæ poſitæ ſunt quibus purificatur homo,ingreſſus hunc mundum. Sed & de eo nunc dicere,& hoſtiarum qualitates diſcutere,lõgior videtur exceſſus., & propoſito operi minimè conueniens. Hæc autem memoraſſe ſufficiat, pro eo quòd præſens ſermo continet,Oculi tui columbæ: quaſi diceret,oculi tui ſpirituales ſunt: ſpiritualiter videntes, ſpiritualiter intelligentes. Poteſt adhuc profundiore fortaſſis ſacramento quod dixit:Ecce es ſpecioſa proxima mea,intelligi de præſenti ſeculo dictum:quia ſpecioſa quidẽ ſit,& hic eccleſia cũ proxima eſt Chriſto,& cùm imitatur Chriſtum. Quòd verò iterauit & dixit: ecce es ſpecioſa,poteſt ad futurum ſeculum pertinere: vbi iam non ſolum imitatione, ſed ipſa ſui perfectione formoſa eſt,& ſpecioſa:& ibi dicat eſſe oculos eius columbas,vt duorum oculorum columbæ duæ, intelligantur eſſe filius dei & ſpiritus ſanctus. Et ne mireris,ſi colũba ſimul dicatur,

cùm vterq;

A cùm vterque ſimiliter aduocatus dicatur, ſicut
Ioã.14.b d Ioannes euangeliſta declarat, ſpiritum quidē ſan-
15.d.&16. ctum dicens paracletum, quod eſt aduocatus. Et
b de Ieſu Chriſto nihilominus in epiſtola ſua dicit:
1.Ioan.2.a Quia ipſe ſit aduocatus apud patrem pro pecca-
Zac.4.a d tis noſtris. Sed apud Zachariam prophetam duę
oliuæ, ad dexteram & ad ſiniſtram candelabri po
ſitæ, vnigenitum nihilominus, & ſpiritum ſan-
ctum deſignare creduntur. Ecce es bonus fra-
ternus meus: & quidem ecce es ſpecioſus, cubile
noſtrum vmbroſum. Nunc primùm videtur at-
tentius inſpexiſſe ſponſi ſui pulchritudinem ſpō-
ſa, & conſideraſſe illis oculis, qui columbæ eſſe
dicti ſunt, decus & ſpeciem verbi dei. Quia re-
uera non poteſt prius perſpici, nec agnoſci quan-
ta ſit in verbo magnificentia, niſi prius oculos
quaſi columbæ, id eſt, intelligentiam ſpiritualem
accipiat. Commune autem cubile ſibi quod dicit
eſſe cum ſponſo, corpus hoc mihi videtur indi-
cari animæ: in quo adhuc poſita, digna habita
ſit aſciſci ad conſortiū verbi dei. Idq; vmbroſum,
vtpote non aridum, ſed fructuoſum memorat, &
B tanquam denſitate boni operis nemoroſum. Sed
hæc ſponſa dicit, anima duntaxat quæ columbæ
iam oculos habet. Hi verò qui tantummodo cre-
Eſaię.53.a dunt ſponſo, non tamen perſpicere potuerunt in
verbo dei, quanta ſit pulchritudo, dicunt: Et vi-
dimus eum, & non habebat ſpeciem neque deco-
rem: ſed ſpecies eius indecora, & deficiens præ fi-
Cant.6.c. lijs hominum. Quæ autem bene profecit, & ſu-
pergreſſa eſt adoleſcentularum, & octoginta con-
cubinarum, & ſexaginta reginarum ordinem: iſta
anima poteſt dicere, Ecce es decorus fraternus
meus, & quidem ſpecioſus. Sed & ſi adhuc in cor-
pore poſitus intelligam denſitatem ſpiritualium
ſenſuum, & intelligentiam ſcripturarum diuina-
rum tam crebra opacitate contextam, vt rapidi-
or æſtus qui multos ſolet adurere, & arefacere fru
ctus eorum, me tamen tenebrare non poſſit, nec
vlla vis tentationum fidei in me germen arefacę-
re: tunc poſſum dicere, quia cubile noſtrum vm-
broſum. Quòd autem dicit, cubile noſtrum: qua-
ſi commune ſibi cum ſponſo corporis ſui indicās
C eſſe locum, ad illam ſimilitudinem dictum intel-
1.Cor.6.d lige, qua & Paulus dixit: Quia corpora noſtra
membra Chriſti ſunt. Cùm enim dicit, corpora
noſtra: quaſi ſponſæ id eſſe corpus oſtendit. Cùm
verò membra Chriſti memorat, eadem corpora
etiam ſponſi eſſe corpus indicat. Hæc ergo cor-
pora ſi vmbroſa ſunt, vt ſuperius diximus, bonis
duntaxat operibus referta, & ſpiritualiūm ſenſu-
um denſitate cumulata, de his talibus dici poteſt:
Pſal.120.b Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.
Iuſtum nanque tentationis ſol nō adurit, requie-
ſcentem ſub vmbra verbi dei. Iſte enim ſol qui
adurit iuſtum, non eſt damnabilis: ſed ille magis
2 Cor.11.c qui ſe tranſſigurat in angelum lucis. Bonus ergo
& decorus dicitur fraternus: & quanto magis in-
ſpici potuerit oculis ſpiritualibus, tanto ſpecio-
ſior inuenitur & pulchrior: quia non ſolum illius
ſpecies & pulchritudo mirabilis apparebit: verū
& inſpicienti atque intuenti eum, decus ingens &
ſpecies formæ noua ac mirabilis orietur, ſecun-
dum illud quod Apoſtolus verbi dei intuens pul
2 Cor.4.d chritudinem dicit: Nam & ſi is qui foris eſt ho-
mo noſter corrumpitur, ſed qui intus eſt renoua- D
tur de die in diem. Meritò ergo talis hæc anima
commune habet cubile cum verbo, corpus ſuum.
Peruenit enim diuina virtus vſque ad corporis
gratiam, cùm in eo vel caſtitatis donum, vel con
tinentiæ, aliorúmque bonorum operum collocat
gratiam. Conſidera ſanè, ne fortè poſſit etiam il-
lud corpus quod aſſumpſit Ieſus, commune ei cū
ſponſa cubile nominari: quoniamquidem vide-
tur per ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata, & par-
ticipium verbi dei capere potuiſſe, ſecundū quòd
mediator dei & hominum dicitur, & ſecundum
quod Apoſtolus dicit: Quoniam in ipſo habe- Rom.5.a.
mus acceſſum per fidem in ſpe gloriæ dei. Ti- Epheſ.2.c
gna domorum noſtrarum cedri, trabes noſtræ cy & 3.c.
preſſi. Videtur ab ſponſo reſponderi ad gratiam
eorum quæ dicta fuerunt prius ab ſponſa: quibus
edoceat eam cuiuſmodi ſint tecta iſta communia,
& qualis in eis materia contignationis habeatur.
Hæc habet hiſtorica narratio. Videtur autem ec
cleſia deſcribi à Chriſto, quæ eſt domus ſpiritua-
lis, & domus dei: ſicut docet Paulus, dicens: Si 1.Tim.3.d
autem tardius venero, vt ſcias quomodo te opor- E
teat in domo dei cōuerſari, quæ eſt eccleſia dei vi-
ui, columna & firmamentum veritatis. Si ergo
eccleſia domus dei eſt: quia omnia quæ habet pa- Luc.10.d.
ter, filij ſunt: eccleſia domus filij dei eſt. Frequen-
ter autem & plurali numero appellantur eccleſię,
vt vbi ait: Nos talem conſuetudinem non habe- 1.Cor.11.c
mus, neque eccleſiæ dei. Et iterum ſcribit eccle- Galat.1.d.
ſijs Galatiæ Paulus. Et Ioannes ſeptem eccleſijs. In Apoca-
Sunt ergo ſiue eccleſia vel eccleſiæ, domus ſpon- lypſi.
ſi & ſponſæ, ſiue animæ verbi domus, in quibus
tigna ſunt cedrina. Legimus etiam quaſdam ce-
dros dei, ſuper quas vinea quæ tranſlata eſt de Eſaiæ.5.&
Aegypto, extendiſſe dicitur traduces ſiue arbu- Hiere.2.
ſta ſua, ſicut ait in pſalmis: Operuit montes vm- Pſal.79.b
bra eius, & arbuſta eius cedros dei. Euidēter igi-
tur per hæc, eccleſia cedri dei nominatur. Cùm er
go dicit ſponſus: Tigna domorum noſtrarum ce-
dri: intelligere debemus cedros dei eſſe eos qui ec
cleſiam contegunt, & eſſe aliquos horum validio-
res, qui trabes appellantur. Et puto quòd conue-
nienter hi qui epiſcopatum bene miniſtrant in ec F
cleſia, trabes dici poſſunt: quibus ſuſtentatur, &
tegitur omne ædificium, vel ab imbrium labe, vel
ab ardoribus ſolis. Secundo autem horum loco,
tigna presbyteros opinor appellari, & trabes qui-
dem dici cypreſſos, quib⁹ & fortitudo robuſtior,
& odor ſuauitatis ineſt: per quod & in operib⁹ ſo-
lidum, & in doctrinæ gratia fragrantem deſignat
epiſcopum. Similiter autem & tigna cedros ap-
pellauit, vt per hoc incorruptiōis virtutis, & odo-
ris ſcientiæ Chriſti plenos deſignaret debere eſſe
presbyteros. Ego flos campi, & lilium conual-
liū: ſicut liliū in medio ſpinarū, ita proxima mea
in medio filiarum. Hæc ille qui ſponſus, & verbū,
& ſapientia eſt de ſemetipſo, & de ſponſa ad ami-
cos ac ſodales ſuos loqui videtur. Sed ſecūdū pro-
poſitæ expoſitionis ordinem Chriſtus hæc de ec-
cleſia loqui intelligendus eſt, & ipſe dicere ſe floꝛē
eſſe campi, & lilium conuallium. Campus plani- Campus.
cies terrę dicitur, cui cultura adhibeꝛ, & excolitur
ab agricolis. Cōualles verò ſaxoſa magis, & incul Conualles
ta indicant loca. Poſſum⁹ autē & campum illum
intelligere

G intelligere,populum qui per prophetas colebatur & legem:conuallem verò, saxosum & incultū gentium locum,Spōsus ergo hic in Iudæorum populo flos fuit.Sed quoniam neminem ad perfectum adduxit lex,idcirco in illo non potuit verbum dei ad florem proficere,& ad perfectionem fructuum peruenire. In ista tamen conualle gentiū,effectus est lilium.Cuiusmodi autem lilium? Tale sine du
Matt.6.d bio,quale & ipse in euāgelijs dicit, quod pater cœ
Ibid.& Lu lestis vestit. Et, neq; Salomon in omni gloria sua
cæ.12.d. indutus est,sicut vnum ex istis.Fit ergo lilium in hac conualle sponsus, in eo quòd vestiuit eum pater cœlestis tali vestimento carnis , quale nec Salomon in omni gloria sua habere potuit . Non enim Salomon habuit absque concupiscentia viri, & cōcubitu mulieris,immaculatam, & nulli prorsus peccato obnoxiam carnem.Sed & causam cur is qui in campo flos fuerat,voluerit esse in cōuallibus lilium,videtur ostendere.Cùm enim multo tempore flos fuisset in campo, nullū dicit ex ipso campo florem ad imitationem sui ac similitudinem processisse. Vbi verò factus est in cōuallibus
H lilium,continuò etiam efficitur proxima ei9 imitatione ipsi9 lilium:vt operepreciū fuerit, quoniam ipse effectus est lilium,vt etiā proxima sua: id est,vnaquæq; anima quæ ei approximat,& exemplum eius imitationem q; sectatur,lilium fiat. Quòd ergo ait:Sicut liliū in medio spinarum,ita proxima mea in medio filiarum : accipiemus ecclesiam gentiū dici,quòd vel è medio infideliū,& non credentium,quasi ex spinis emersérit:vel pro hæreticorum circunstrepentium se morsibus , in medio spinarum posita dicatur . Quod & magis videbitur verisimile,pro eo quòd dicit, ita proxima mea in medio filiarum.Non enim filias appellasset illas animas, quæ nunquam omnino venerunt ad credendum. Omnes ergo hæretici primò ad credulitatem veniunt,& post hæc ab itinere fidei,& dogmatum veritate declinant. Sicut & Io-
1.Ioan.2.c annes apostolus in epistola sua dicit: Quia à nobis exierunt,sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis,permansissent vtiq; nobiscum. Possumus autem,& ad vnamquāq; animā id referentes,huic quidem animæ quæ pro simplicitate sui,
I & planitie vel equitate campus dici potest,florem fieri verbum dei,& initia bonorum operum docere.His verò qui profundiora iam quærunt, & demersiora scrutātur,quasi in cōuallib9, vel pro claritate pudicitiæ, vel pro fulgore sapientiæ efficit lilium , vt & ipsi fiant lilia erumpentia de medio spinarum: id est, fugientes cogitationes,& solicitudines seculares, quę spinis in euangelio cōparatæ sunt. Sicut arbor mali inter ligna syluæ, ita fratern9 meus inter medium filiorum. In vmbra eius cōcupiui & sedi,& fructus eius dulcis in faucibus meis. Decuit quidē sponsum,& de semetipso dicere, quid esset in campo, quid etiā in cōuallibus:& de sponsa quæ esset, vel qualis inter cęteras filias haberetur. Sponsam verò ad hæc respōdentem non conueniebat de semetipsa aliquid dicere,sed affici totam erga admirationem spōsi,& ipsius laudibus inhærere. Comparat ergo eum ar
Malus. bori mali.Sed ne ex similitudine sermonis simpliciores aliqui arborem mali , malam arborem putent , & à malitia dictam , dicamus nos arborem meli,Græco quidem nomine vtentes: sed simpli- Meli.
cioribus quibusque Latinorum pl9 notiore quàm K
mali. Melius est enim vt Grammaticos offendamus,quàm legentibus scrupulum aliquem in veritatis explanatione ponamus. Comparat igitur eum arbori meli , sodales verò ei9 reliquis arboribus syluę.Sed sponsum ita arbori huic meli similem dicit:vt etiam concupisse se dicat sub vmbra ei9 sedere,fructum q; eius dulcem sibi effectum in faucibus assequeret : Et hæc ad adolescentulas loqui videtur: sicut & sponsus locutus est prius ad sodales suos. Sed nunc videamus secundū mysteriū,quos dicat sponsa filios,inter quos tanquā arborem meli præcellere reliqua syluæ ligna asserat sponsum:& vide si possumus secūdū ea quæ in superioribus de filiabus , & spinis dupliciter exposuimus:ita hìc etiam filios, vel eos qui aliquando fuerunt & non sunt , vel multitudinē cœlestium ministrorum dictos esse intelligere. Ad omnes enim in initio pertinet illud quod scriptū est:Ego Psal.81.b.
dixi dij estis,& filij excelsi omnes.Sed differentia interceſſit per hoc quod ait:Vos autē vt homines Ibidem.
moriemini , & sicut vnus de principibus cadetis. L
Sed & illud in hoc respicit : quoniam quis in nu- Psal.88.b.
bibus æquabitur domino , aut quis assimilabitur ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua ligna syluæ,sic est sponsus inter reliquos filios, habens fructum , qui non solum sapore omnes, sed & odore præcellat,& duos animæ sensus: id est,gustum & odoratum reficiat.Diuersis nanque copijs mensam suam nobis præparat sapientia:in qua non solum panē vitæ apponit, sed immolat carnes verbi:& non solum miscet in cratere suo vinū, sed & mella odorata satis adhibet, & dulcia quæ non tantum in ore, & labijs suauitatē reddant, sed & interioribus tradita faucibus dulcedinem seruent . Possumus autem ligna syluæ accipere eos angelos, qui vniuscuiusque hæreseos authores fautoresque visi sunt extitisse: ita vt videatur ecclesia comparans suauitatem doctrinæ Christi,ad asperitatem hæreticorum dogmatum ac sterilem infructuosam q; doctrinam dicere,meli quidem suauia & dulcia, esse dogmata ecclesiastica quæ in Christi ecclesia prædicantur. Ligna verò syluæ esse ea quæ à diuersis hæreticis affir- M
mantur . Et de istis videbitur infructuosis lignis syluæ dici, quod in euangelio scriptum est : Ecce Matt.3.c.
iam securis ad radicem arboris posita est.Omnis & Lucæ.
ergo arbor quæ non facit fructum bonum , excidetur & in ignem mittetur . Fraternus ergo sponsæ est,vt arbor meli in ecclesia sponsi: cęteri verò hæresiarchæ tanquam infructuosa ligna syluę, diuino iudicio vt securi excidendi,& in ignem mittendi.Igitur in huius meli vmbra cōcupiscit spōsa residere:vel ecclesia(vt diximus)in protectione filij dei, vel anima refugiens oēs reliquas doctrinas,& adhærēs vni soli verbo dei:cuius etiā dulcē habeat in faucib9 fructū, meditādo scilicet indesinenter legē dei,& semper eam velut mundū animal ruminando . Verùm de appellatione vmbræ istius,sub qua sedere cōcupisse se dicit ecclesia:nō puto absurdū,si ea quę inuenire possumus in scripturis diuinis,pferamus in mediū:vt quę sit vmbra meli hui9,digni9 & diuini9 agnoscat. Ait Hieremias in lamētationibus: Spiritus vultus nostri Thre.4.d

Christus

A Christus dominus cõprehensus est in corruptionibus nostris: cui diximus, in vmbra eius viuem⁹ in gẽtib⁹. Vides ergo quomodo spiritu sancto permotus propheta, vitam de vmbra Christi præberi gentibus dicit. Et quomodo non vitam nobis præbeat eius vmbra, cùm & in conceptu corporis
Lucæ.1.d. illius ad Mariam dicatur: Spiritus sanctus veniet super te, & virtus altissimi obumbrabit tibi? Si ergo obumbratio fuit altissimi in conceptu corporis eius, meritò vmbra eius vitam gentib⁹ dabit. Et meritò spõsa eius ecclesia sub meli vmbra sedere concupiscit: sine dubio vt vitæ, quæ est in ei⁹ vmbra, particeps fiat. Reliquorum verò lignorũ syluæ vmbra talis est, vt qui sederit sub ipsa, sedere videatur in regione vmbræ mortis. Sed adhuc vt magis ac magis planior reddatur locus, qui habetur in manibus: requiramus quomodo apostoColos. 2.c lus dicat, legem vmbrã habere futurorum bono-
& Heb. 10 rum: & omnia quæ vel de diebus festis vel sabba-
a tis vel neomenijs scripta sunt, vmbram esse memoret futurorum bonorum, in his scilicet quæ se-
B cundum literam gerebantur: & quomodo omnem veterum culturam, exemplar & vmbram pronũciet esse cœlestium. Quod vtique si ita est, ostenduntur sub vmbra legis sedisse omnes quicunque sub lege erant, & vmbram magis veræ legis habebant. Nos autem alieni sumus ab vmbra eorum: quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia. Sed quanuis non simus sub vmbra illa quam legis litera faciebat, sumus tamen sub vmbra meliore. In vmbra enim Christi viuimus inter gentes. Et est profectus quidã, de vmbra legis venire ad vm-
Ioan.14.a bram Christi: vt quia Christus est vita & veritas & via: efficiamur primò in vmbra viæ, & in vmbra vitæ, & in vmbra veritatis: vt comprehenda-
1.Cor.13.c m⁹ ex parte, & in speculo ac in ænigmate: vt post hæc sic incedamus per hanc viam quæ est Christus, quò peruenire possimus in hoc, vt facie ad faciem comprehẽdamus ea quæ prius quasi in vmbra, & in ænigmate videramus. Nõ enim quis poterit ad illa quę vera sunt & perfecta peruenire, ni si prius desiderauerit, & cõcupierit in hac vmbra residere. Sed & Iob omnem hominum vitam dicit
Iob.8.b. esse vmbram super terram: credo pro eo quòd ani
C ma in hac vita velamento huius crassi corporis obũbratur. Omnes ergo qui in hac vita sunt, necesse est in vmbra quadã esse. Sed alij quidẽ sunt
Lucæ.1.g. sedentes in regiõe vmbræ mortis, hi profectò qui non credunt Christo. Ecclesia verò cum fiducia dicit: In vmbra sponsi concupiui, & sedi: quanuis certè fuerit tempus, quo potuerit quis sub vmbra legis residens defendi à duritia ardoris & æstus. Sed transijt illud temp⁹. Veniendum est nunc ad arboris meliæ vmbram: & quanuis diuersa quis vtatur vmbra, videtur tamẽ omnis anima (donec in prẽsenti vita est) vmbram habere necessariam:
Matt.13.& propter illum credo ardorem solis, qui cùm exor-
Marc.4.a tus fuerit, continuò semen quod non alta radice demersum est, arescit & deperit. Sed hunc ardorẽ tenuiter quidẽ legis vmbra propellit. Christi verò vmbra, in qua nunc in gẽtibus viuimus: id est, incarnationis eius fides, auertet penitus & extinguet. Ille enim qui adurebat ambulantes sub vmbra legis tempore passionis Christi, sicut fulgur
Lucæ.10.c visus est cecidisse de cœlo: quanuis etiam huius vmbræ tempus in fine seculi compleatur: quia, si- D
cut diximus, Post consummationem seculi, iam non per speculum nec in ænigmate, sed facie ad faciem videbimus veritatem. Simile esse puto & illud, quod scriptum est: Sub vmbra alarum tuarum exultabo. Sed & in sequentibus huius libelli ità dicit sponsa: Fraternus meus mihi, & ego illi ipsi, qui pascit inter lilia, donec respiret dies, & amoueantur vmbrę: edocens per hoc, quia veniet tempus, cùm omnes vmbrę remouebuntur, & per misericordiã dei patebit veritas sola. Sed & quod ait: Et fructus eius dulcis in faucibus meis: illius animam hoc credo dicere, quæ nihil emortuum, nihil insensibile habet in faucib⁹ suis: & in nullo
Psal.5.c. prorsus similis est illis, de quibus dicitur: Sepulchrum patens est guttur eorum. Quicunque enim verba mortis, & interitus de faucibus proferunt, ipsorum fauces sepulchra dicuntur: sicut sunt omnes qui vel contra veram fidem loquuntur, vel contra disciplinam castitatis, & iustitiæ, & sobrietatis aliquid proferunt. Ipsi ergo sunt, quorum fauces sepulchra sunt, & loca mortis, vnde mortis verba proferuntur. Iustus autem di- E
Psal.118.n cit: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et
2.Cor.6.c alius qui verba vitæ docebat, ita dicit: Os nostrum patet ad vos ô Corinthij: cor nostrum dilatatum est. Sed & alius qui verbo dei aperuit os
Psal.118.r. suum, inquit: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Introducite me in domum vini. Sponsæ verba adhuc sunt, sed ad amicos & familiares sponsi (vt arbitor) diriguntur, à quibus videtur exposcere vt introducant eam in domum lætitiæ, vbi vinum bibitur, & epulæ parantur. Quæ enim iam viderat cubiculum regium, desiderat etiam nunc regale introire conuiuium, & frui vino lætitiæ. Suprà iam diximus amicos sponsi prophetas, & omnes qui ministrauerunt verbum dei ab initio seculi, intelligendos: ad quos rectè vel ecclesia Christi, vel anima verbo dei adhærens dicat, vt se introducant in domum vini: id est, vbi sapientia miscuit in cratere vinum suum, & deprecatur per seruos suos, omnem insipientem, & egentem sensu, dicens: Venite, manducate panes me-
Prou.9.a. os, & bibite vinum quod miscui vobis. Ista est do- F
mus vini domúsque conuiuij, in quo conuiuio
Matt.8.b. omnes qui veniunt ab Oriente & Occidente, recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno dei. Ad quam domum, & ad quod conuiuium, prophetæ perducunt animas, quæ tamen eos audiunt & intelligunt. Sed & sancti angeli cœlestésque virtutes quæ in ministerio mittũtur, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Istud est vinum cui scribuntur isti psalmi, qui pro torcularibus attitulantur. Istud est vinum ex illa
Ioan.15.a. vite vindemiarum, quæ dicit: Ego sum vitis vera: quod expressit pater cœlestis agricola. Istud est vinum quod attulerunt illi palmites, qui in Iesu permanserunt: non solum in terris, sed etiam in cœlis. Sic enim audio illud quod dicitur:
Ibidem. Quia omnis palmes qui non manet in me, non potest afferre fructum. Nemo enim producit fructum vini huius, nisi qui permanet in verbo, & sapientia & veritate & iustitia & pace, omnibúsque virtutibus. Istud est vinum, quo etiam inebriari iustis, & sanctis quibusq; optabile ducitur.

Hæc

Gene.9.c. Hæc puto & in ſpiritu iã tunc Noë cõtuens, ine-
G briatus eſſe dicitur. Et Dauid admiratus hui⁹ cõ
Pſal.22.b. uiuij calicem dicit: Et poculum tuum inebriãs q̃
præclarum eſt. Ad hanc ergo domũ vini, eccleſia
vel anima vnaquæq; deſiderat, quę perfectę ſunt,
intrare, & dogmatibus ſapientię myſterijsq; ſciẽ-
tię, epularũ velut ſuauitate & vini lętitia perfrui.
Sciendũ ſanè eſt, quia ſicut eſt iſtud vinum, quod
de dogmatib⁹ veritatis preſſum commiſcetur in
cratere ſapientię: ita eſt cõtrarium vinũ, cùm ini-
què inebriantur peccatores, & hi qui falſæ ſcien-
tiæ dogmata pernicioſa ſuſcipiunt. De quib⁹ Sa-
Prou.4.c. lomon in Prouerbijs dicit: Hi autem edunt cibos
impietatis, vino autẽ iniquo inebriantur. De hoc
eodem vino iniquo etiam in Deuteronomio legi-
Deut.32.c mus ita ſcriptũ: Ex vineis Sodomorum vitis eo-
rum, & palmes eorũ ex Gomorra. Vua eorũ vua
fellis, & botr⁹ amaritudinis eis. Furor draconum
vinũ eorũ, & furor eorũ aſpidũ inſanabilis. Illud
autẽ vinũ quod de vite vera procedit, nouũ ſem-
per eſt: ſemper enim per profectus diſcentiũ, ſci-
H entiæ & ſapientiæ diuinæ innouatur agnitio. Et
Mat.26.& ideo dicebat Ieſus diſcipulis ſuis: Quia nouũ bi-
Marc.14.c bã illud vobiſcum in regno patris mei. Innouatur
enim ſemper agnitio ſecretorum, arcanorumq; re-
uelatio per ſapientiam dei: nõ ſolum hominibus,
ſed & angelis cœleſtibusq; virtutib⁹. Ordinate in
me charitatem: Eiuſdem ſponſæ ad eoſdẽ verba
ſunt, niſi quòd poſſunt fortaſſe etiã apoſtoli Chri
ſti iter eos haberi, ad quos iſta memorant. Quòd
ergo ait: ordinate in me charitatem, hunc habet
ſenſum: Omnes homines amant ſine dubio aliqd:
& null⁹ eſt qui ad id ætatis venerit, vt amare iam
poſſit, & non aliquid amet: ſicut etiam in præfa-
tione hui⁹ operis ſufficienter oſtẽdimus. Sed hic
amor vel hæc charitas in nonnullis quidẽ ſuo or-
dine & conuenienter aptata procedit, in plurimis
verò cõtra ordinem. Dicit autẽ cõtra ordinẽ eſſe
in aliquo charitas, cũ aut id diligit quod nõ debet:
aut quod debet diligit, ſed plus iuſto diligit, aut
minus iuſto. In iſtis ergo inordinata eſſe charitas
dicitur: in illis verò (quos valde paucos arbitror
I eſſe) qui ſcilicet per viam vitæ incedunt, & nõ de-
Deut.5.b. clinant neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram: in ip-
ſis ſolis ordinata eſt charitas, & ordinem ſuũ te-
net. Eſt autem ordo eius, & menſura huiuſmodi.
Verbi gratia: Deum diligere, nullus modus, nulla
menſura eſt: niſi hęc ſola, vt ei totũ exhibeas quã-
tum habes. In Chriſto enim Ieſu diligendus eſt
Deut.6.a. de⁹ ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis vi-
& Mat.22 ribus: in hoc ergo nulla menſura eſt. Diligere ve-
d.& Lucę. rò proximum, eſt menſura aliqua. Proximũ, in-
10.e. quit, tuum dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in dei
Ibidem. dilectione minus aliquid feceris quàm potes, & q̃
in viri⁹ tuis eſt: aut inter te & proximum tuum
non ſeruaueris æquitatem, ſed aliquid differentiæ
habueris: non eſt in te charitas ordinata, nec ordi-
nem ſuum tenens. Verùm quoniam nobis ſermo
de ordine charitatis eſt, diligẽtius per ſingula re-
quiramus, vel quos diligi, vel quantũ diligi opor-
teat. Nam ſi (vt dicit apoſtolus) membra alteru-
trum ſumus, puto quòd hunc affectum erga pro-
ximos habere debeamus: vt eos non quaſi aliena
corpora, ſed veluti membra noſtra diligamus. Se-
cundum hoc ergo, quòd membra noſtra inuicem
ſumus, æqualem erga omnes habere dilectionẽ ſi- K
milémque conueniet. Secundum hoc verò quòd
ſunt in corpore aliqua membra honorabiliora, &
honeſtiora, alia vero inhoneſtiora & inferiora: pu
to quòd rurſum pro membrorũ meritis, & hono-
re etiam dilectionis librari debeat modus. Si quis
ergo rationabiliter cuncta agere ſecundum ver-
bum dei, ac ſuos etiam affectus temperare propo-
nit: puto quòd erga hęc ſingula ordinem charita-
tis, & ſcire debeat & tenere. Verùm vt apertius fi-
at quod dicimus, paulo euidentiorib⁹ vtamur in-
dicijs. Si quis (verbi gratia) laboret in verbo dei,
atq; animas noſtras inſtruat & illuminet, viã ſalu
tis doceat, viuendiq; ordinem tradat: non tibi vi-
detur & hic proximus eſſe quidem, ſed multo am
plius alio proximo diligẽdus, qui horũ nihil ege-
rit? Nam & ſi ille quidem diligendus eſt, pro eo
quòd membra vnius corporis ſum⁹, vniuſq; ſub-
ſtantiæ: ſed hic multo amplius, qui cùm ius proxi
mi nobiſcum habeat, quod & cæteri homines ha-
bent: dat tamen hanc maiorem charitatis erga ſe
cauſam, quòd viam dei oſtendit, & animæ ſalutẽ, L
diuini verbi illuminationibus confert. Quòd ſi
aliquis me errantem, & in præcipitio poſitum mu
liebris peccati, ad lucẽ reuocet veritatis: & de ip-
ſo iam interitu eripiat, ac retrahat ad ſalutem: at-
que ex ipſis faucibus æternæ mortis eripiat: non
tibi videtur quòd illa ipſa (ſi fieri poteſt) plenitu-
dine charitatis, qua deum diligimus, diligendus
ſit poſt deum? Et ne putes quòd nos ita præſuma-
mus, audi apoſtolum Paulum de his qui in verbo
dei laborant dicentem: vt ſuperabundanter ha- Epheſ.4.b
beatis in charitate eos qui huiuſmodi ſunt, pro-
pter opus ipſorum. Videamus & alium adhuc or
dinem charitatis, eius dumtaxat quæ erga proxi-
mos haberi iubetur. Si ſit non habens quidem do-
cendi vel inſtruendi gratiã, neq; verbum domini
prædicandi: ſed tamen ſanctæ vitæ vir, innocens,
immaculatus, & qui in iuſtificationibus, & man-
datis dei ingrediatur ſine querela: videtúrne tibi
talis hic vir in eodem charitatis ordine habend⁹,
quo ille qui nihil horum agit: quandoquidẽ vter-
que proximus dicitur? Nónne & hic propter op⁹ M
ſuum, & vitæ meritum (ſecundum apoſtoli dictũ)
ſimiliter vt ille qui in verbo dei laborat, ſupera-
bundantius habendus eſt in charitate, propter o-
pus vitæ ſuæ? Eſt adhuc alius ordo charitatis. Iu-
bemur enim & inimicos noſtros diligere. Sed vi- Matt. 5.g.
deamus ſi etiam in ipſis vnus ſolus modus erit di & Luc.6.d
lectionis, an ibi habebit locum ſermo iſte qui di-
cit: Ordinate in me charitatem. Puto ergo quòd
in his ſit ordo charitatis. Verbi gratia: Eſt ali-
quis mihi inimicus, in alijs tamen bene agens, pu
dicus, ſobrius, mandata plurima dei ex parte cu-
ſtodiens, in aliquibus tamen errans vt homo. Eſt
alius qui inimicus quidem ſit & ipſe nobis, tamẽ
ſit ſuæ vitæ atque animæ inimicus, paratus ad
ſcelera, præceps ad flagitia: nihil ſancti, nihil re-
ligioſi ducens: non tibi videtur etiam inter ip-
ſos inimicos quędam diuerſitas habenda charita-
tis? Puto quidem quòd ex his ſatis patuerit, eſſe
vim quidem charitatis vnam, multas tamẽ habe-
re cauſas, & multos ordines diligẽdi: & ꝓpter hoc
nunc dicere ſponſam, Ordinate in me charitatẽ:
hoc eſt, docete me diuerſos ordines charitatis.

Quòd

A Quòd si adhuc addendum his aliquid videt, pos-
sum⁹ & illud in mediū adducere, quod ait apostolus: Viri diligite vxores vestras, sicut corpora vestra, sicut Christus dilexit ecclesiam. Quid ergo? Debēt quidē viri vxores suas diligere: alias verò mulieres nō debent omnino diligere in omni castitate & sanctitate? An non videbuntur etiā ipsę esse de proximis? Sed impendenda quidem est dilectio vel in cōiugem, vel in matrem, vel in sororem: si tamen fideles sint, & deo adhærentes, & erga aliam mulierem nullā secundum quòd ipsa proxima dicit, est nobis impendenda dilectio. Quod si hoc absurdum videtur (debet autem secundum mandati ordinem etiā erga eas casta haberi dilectio) prorsus inter ipsas personas fœminarū, quibus impendenda dilectio est, habēdus profectò est ordo quidam in charitate cōueniensq; distinctio. Et maiori quidem cum honorificentia matri deferenda est dilectio. Sequenti verò gradu cū quadam nihilominus reuerentia etiā sororibus. Proprio verò quodam & sequestrato ab his more, charitas cōiugibus exhibenda. Post has verò perso-
B nas, pro meritis etiam, & causis vnicuiq; in omni (vt diximus) castitate deferenda dilectio est. Secundum hæc etiam de patre vel fratre atque alijs propinquis obseruabimus. Erga sanctos verò qui nos in Christo genuerūt: sed & pastores atque episcopos, vel qui verbo dei præsunt præsbyteri, aut qui bene ministrant in ecclesia, vel q in fide præcellunt cæteros, quomodo non pro vniuscuiusque meritis, affectio pensabitur charitatis longè eminentior, quàm erga eos haberi potest, qui aut nihil horum aut non integrè egerunt? Sed & inter parētes fideles & infideles, & fratres fideles ac infideles sororésque potest ne fieri, vt non erga hos singulos diuers⁹ ordo habeatur charitatis? Quas diuersitates intuens sponsa, & videns de his omnibus animæ ad perfectionem tendenti necessariam videri scientiam earum rerum, vt vniuscuiusque loci & ordinis, mensuras possit tenere charitatis: dicit ad amicos sponsi, eos videlicet q verbum dei ministrant: Ordinate in me charitatem: hoc est, docete me & tradite mihi, quomodo per
C hæc singula ordinem seruare debeam charitatis. Omnes enim homines (sicut iam diximus) secundum hoc quòd similes nobis sunt, similiter diligēdi sunt, imò omnis rationabilis creatura à nobis, vtpote rationalibus, æqualiter diligenda est. Adijciendum tamen in charitate est vnicuique ad hoc quomodo est, & ad hoc quod rationabilis est. Si (verbi gratia) aut in moribus, aut in opere, aut in proposito, aut in scientia, aut in studijs cæteros præcellit: & pro his singulis secundum suum cuique meritum, ad generalem dilectionem, addendum est etiā specialis aliquid charitatis. Verùm vt maior de his habeatur authoritas, ab ipso deo capiamus exemplum. Ipse enim amat omnia quę
Sapi.11.d. sunt æqualiter, vt nihil oderit eorum quæ fecit. Neque enim fecit aliquid quod odio haberet: non tamen ob hoc similiter dilexit Aegyptios vt Hebræos, & Pharaonem vt Moysen & Aaron. Nec rursus reliquos filios Israël similiter dilexit, vt Moysen, & Aaron & Mariā: nec iterum Aaron & Mariam similiter dilexit vt Moysen: quanuis
Ibidem. verùm sit vt dicitur ad eum: Parcis autem omnibus: quia omnia tua sunt domine, amator animarum: spiritus enim incorruptionis est in omnibus: tamen ille qui mensura, & numero, & pondere dispositi omnia secundum mensuram, sine dubio vniuscuiusque meritorū, & dilectionis suæ temperat libram. Nunquid non putabimus quia non similiter ab eo dilectus est Paulus: cùm persequeretur ecclesiam dei: sicut diligebatur, dum ipse pro ea persecutiones cruciatúsque tolerabat, & dicebat sibi inesse solicitudinem omnium ecclesiarum? Multum est nunc vt inter istos ordines charitatis etiam de affectu odij, qui videtur huic charitatis affectui contrarius, inseramus: quia etiam dominus dicit: Inimicus ero inimicis tuis, & aduersabor aduersarijs tuis. Et iterum: Si peccatori tu adiuuistis, & ei quem odit dominus amicus es. Quæ vtique hanc habent absolutionem, quam & illud quod dictum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Et iterum: Qui non odit patrem, & reliqua: in quo profecto nimietas charitatis, in deum his qui aduersantur, contrarium videtur generare affectum, dum nulla po-
E test esse consonantia luci & tenebris, & Christo cum Belial, nec eadem portio esse fideli cum infideli. His ergo vt potuimus de charitatis ordinibus expositis, patet, ad intelligendum quid sit quod poscat sponsa: id est, ecclesia, vel anima tendens ad perfectionem, præstari sibi ab amicis sponsi: quoniam introduci se popoſcerat in domum vini, vbi sine dubio intellexerat in omnibus his quæ viderat, eminere & præcellere gratiam charitatis: & ipsam didicerat maiorem omnium solámque esse charitatem quæ nunquam cadet: ideo depoſcit vt ordinem eius discat: ne fortè aliquid inordinatum faciens, vuln⁹ ab eo aliquod accipiat, vt in posterioribus dicitur: Vulneratæ charitatis ego sum. Ea autem siue ad angelos dici accipiamus, à quibus se instrui postulat & muniri, nihil absurdum videbitur: secundum hoc quod de populo dicitur: Lætamini gentes cum populo eius, & confortent eos omnes angeli dei.
F Et vt in alijs dicitur: Circundat angelus domini in circumitu timentium eū, & eripiet eos. Et itē alibi: Nolite contemnere vnum ex minimis istis, qui in ecclesia sunt: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Sed & in Apocalypsi Ioannis, angelo Thyatirensi testimonium dat filius dei pro charitate, quam ordinauit angelus ipse in ecclesia sibi commissa. Sic enim scriptum est: Scio opera tua, & charitatem tuā, & fidem, & ministerium, & patiētiam: & opera tua nouissima maiora quàm priora. Sed & si ad prophetas hæc referamus, qui ministrauerunt verbum dei ante aduentum sponsi: vt per ipsorum doctrinam videatur ecclesia velle ordinem discere charitatis: id est, propheticis instrui voluminibus, non videbitur absurdum. Sed & omnes sancti, qui de hac vita decesserunt, habentes adhuc charitatē erga eos, qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorum, & iuuare eos precibus suis atque interuentu suo apud deū, non erit inconueniens. Scriptum nanque est in Machabæorum libris ita: Hic est Hieremias propheta dei, qui semper orat pro populo. Sed & ad apostolos hæc dici (vt supra iam dixi) non videbitur

D Sap.11.d.
Ephes.5.e & Colos.3 d
2 Cor.11.g
Exod.23.c
Exo.20.b.
Luc.14.f.
2.Cor.6.c
1.Cor.13.b
Rom.15.c
Psal.33.b.
Matt.18.b
Apoc.2.e.
2.Macha. 15.c.

G bitur alienũ. Per hos enim omnis ecclesia dei, vel anima quærẽs deũ introducitur in domũ vini: vt suprà diximus, & aromatibus atq; odoribus reple tur, & cõponitur in melius, sicut in posterioribus legimus, & edocemur omnem ordinẽ rationemq; charitatis. Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis: qa vulneratæ charitatis ego sum. In Græco quidem habet: Cõfirmate me in myrrhis: myrrhin genus quoddam arboris nominãs, quod Latini putãtes myra dictũ, vnguenta interpretati sunt. Igitur ordo sermonis huiusmodi est. Posteaquã sponsa, & verba ex ore ipsius spõsi audiuit, & cubiculũ regis ingressa est, & domũ vini locũq; conuiuij ac sapientiæ, & in eo victimas & craterem mixtum sacramẽtis eius aspexit: quasi in horum omnium admiratione stupens & saucia, postulat ab ipsis nihilomin⁹ amicis & sodalibus spõsi, vt confirmetur, & quasi deficiens sustẽtetur, incumbẽs paululum super arborẽ μύρρινον, vel meliã. Amoris enim vulnere percussa, arborũ solatia syl uarumq; sectatur. Hæc secundum literam. Sed ex his vt exequi possimus intelligentiam spiritualẽ,

H indigemus illa gratia, quam cõsequi à deo meruit ipse Salomon, qui omnium quæ sunt radicum, & arborum, & virgultorum naturas didicit: vt sciremus & nos quæ vis, & quæ natura sit arboris myrrhæ, quo competẽter ex hac spiritualis aptari possit expositio. Hoc est autem quod solũ peruenire ad nos de huius arboris notitia potuit: qa odorem solum habeat suauem, nullum tamen afMyrrha. ferat fructum. Melia verò arbor, notum cunctis Melia. est, quòd non solum ferat fructum, sed & dulcissimum, & suauissimum ferat. Omnes igitur homines arbores dicuntur, siue bonæ siue malæ, & fructuosæ siue infructuosæ: sicut & dominus in euã-
Matt.12.c gelio dicit: Aut facite arborem bonã, & fructum eius bonũ: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittet. Tres ergo differentiæ in hominibus videnť esse. Quidam qui omnino nullum fructum afferunt, & ecce alij qui afferunt. Sed in his qui afferunt, aut mali sunt fructus, aut boni. Hic ergo sponsa, id est, ec

I clesia Christi, confirmari se postulat, & reclinari quidem super vnam arborem meliam, afferentem fructus bonos, & rectè ac competenter. Super his enim cõfirmatur & stipatur ecclesia, qui in bonis operibus fructificant & crescũt. Quid autem est quod in myrrhis, infructuosis scilicet arboribus, confirmari vult odore solo gaudentibus. Ego puto quòd istos qui solo odore gaudent, & necdum fructus fidei afferunt, illos dicat quos Paulus ad
1.Cor.1.a. Corinthios scribens dicit: Qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostrum. Pro eo ergo quòd inuocant nomẽ domini nostri Iesu Christi, habent in semetipsis odoris quandam ex ipsa inuocatione nominis suauitatem. Pro eo verò quòd non cum omni fiducia, & libertate accedunt ad fidem, nullos fidei afferũt fructus. In loco hoc possumus nos catechumenos ecclesię intelligere, super quos ex parte aliqua confirmãtur ecclesiæ. Habent enim & in ipsis nõ parum fiduciæ, & spei plurimum, quòd & ipsi fiant aliquando arbores fructiferæ, & plantentur in paradiso dei ab ipso agricola patre. Ipse enim est qui plãtat huiusmodi arbores in ecclesia Chri K sti, quæ est paradisus delitiarum: sicut & domin⁹ dicit: Omnis plantatio quam nõ plantauit pater Mat.15.b. me⁹ cœlestis, eradicabitur. Stipatur ergo ecclesia, & inter melias & super ipsas requiescit. Quę meliæ illæ putandæ sunt animæ, quę quotidie innouantur ad imaginem eius qui creauit eas. Quia enim per innouationem sui, imaginem reparant filij dei, meritò & ipsæ arbores meliæ appellãtur: quia & ipse sponsus earum in superioribus dictus est, sicut arbor melia esse i lignis syluæ. Et ne mireris si idem ipse, & arbor vitæ & diuersa alia dicatur, cùm idem & panis verus, & vitis vera, & agnus dei & multa alia nominetur. Omnia nãque hæc verbum dei vnicuiq; efficitur, prout mensura vel desiderium participantis exposcit: secundũ quod & manna, qui cùm esset vnus cibus, vnicuique tamen desiderij sui reddebat saporem. Præbet ergo seipsum, non solum esurientibus panem, & sitientibus vinum, sed & delitiari volentib⁹ semetipsum, & fragrantia exhibet poma. Propterea ergo & sponsa velut refecta iam & bene pasta, fulciri in melijs se poscit, sciens in verbo esse sibi L nõ solum omnem cibum, sed & omnes delitias, & per ea maximè discurrit, dum se vulneratam sentit esse iaculis charitatis. Si quis vsquã est, qui fideli hoc amore verbi dei arsit aliquando: si qs est (vt propheta dicit) qui electi iaculi eius dulce vulnus plagamq; accepit: si quis est qui scientiæ eius amabili cõfixus est telo, ita vt diurnis eũ desiderijs nocturnisq; suspiret, aliud quid loqui nõ possit, audire aliud nolit, cogitare aliud nesciat: desiderare præter ipsum, aut cupere aliud vel sperare nõ libeat: ista anima merito dicit: Vulneratæ charitatis ego sum: & ab illo vulnus accepi, de quo dicit Esaias: Et posuit me sicut iaculum electum, & Esa.49.a. in pharetra sua abscondit me. Tali vulnere decet deũ percutere animas, talibus iaculis telisq; configere, ac salutaribus eas vulneribus sauciare, vt quia deus charitas est, dicat & ipse: Quia vulne- 1.Ioã.4.c. ratæ charitatis ego sum. Et quidem in hoc quasi amatorio dramate sponsa charitatis se dicit vulnera suscepisse. Potest aũt similiter feruẽs anima erga sapientiã dei dicere: quia vulneratæ sapiẽtiæ M ego sum: illa scilicet quæ sapientiæ eius pulchritudinem potuit intueri. Potest & alia anima virtutis eius magnificentiã cõtuens, & admirata potẽtiã verbi dei, dicere: Quia vulneratæ virtutis ego sum. Talis credo aliqua, sicut erat illa quæ dicebat: Dñs illuminatio mea & salus mea, quẽ time- Psal.26.a. bo. Sed & alia anima erga amorem iustitię ei⁹ ferens, & dispensationũ ac prouidentiæ eius iustitiã contuens, dicit sine dubio: Vulneratæ iustitiæ ego sum, & alia bonitatis eius ac pietatis immensitatem respiciens, similia loquitur. Sed & horum omniũ generale est istud charitatis vulnus, quo se vulneratam prædicat sponsa. Sciendũ tamen est, quòd sicut sunt ista dei iacula, quę animę habenti desiderium bonorũ, salutis vulnus infligunt: ita sunt & iacula maligni ignita, quib⁹ anima quę nõ est scuto fidei protecta, vulnerať in mortem. De ipsis dicit propheta: Ecce peccatores intenderũt Psal.10.b. arcũ, parauerunt sagittas suas in pharetra sua, vt sagittent in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittantes, dęmones inuisibiles dicit, &

A cit: & ipſi ſunt habentes quædam iacula fornicationis, alia cupiditatis & auaritię, quib⁹ quàm plurimi vulnerantur. Habent etiam ſpicula iactātiæ & vanæ gloriæ: ſed iſta valde ſubtilia ſunt, ita vt cōfixam ſe anima ab eis ſauciatamq; vix ſentiat, niſi ſi induta eſt armis dei, & ſtat vigilans & immobilis erga aſtutias diaboli, ſcuto ſemetipſam fidei per omnia contegēs, & nullam prorſus corporis partem fide nudā relinquens. Quantacūq; autē dæmones fecerint tela, ſi inueniant mentem hominis fide munitam, etiam ſi fuerint ignita, etiam ſi cupiditatum flammis & incendijs ardeāt vitiorum, fides plena cūcta reſtinguit. Læua ei⁹ ſub capite meo, & dextera eius amplectetur me. Deſcriptio eſt quidem amatorij dramatis ſponſæ feſtinantis ad connubiū ſponſi: velut tamen paulo apertioribus corporis appellationibus currit. Sed conuerte te velocius ad ſpiritū viuificantem, & refugiens appellationes corporeas, verè perſpice quæ ſit verbi dei læua, quæ ſit dextera: qđ etiā caput ſponſæ eius, animæ ſcilicet perfectæ vel ec-

B cleſiæ, & nō te rapiat carnalis & paſſibilis ſenſus. Ipſa enim eſt hic ſpōſi dextera & læua, quæ in p-

Prou.3.b. uerbijs dei ſapiētia dicit, vbi ait: Longitudo enim vitæ in dextera eius, in ſiniſtra verò eius diuitiæ & gloria. Et ſicut hìc ſapientiam non ideo aliquā fœminam dici putabis quia fœmineo nomine appellari videtur: ita ne in hoc quidem quoniā maſculino genere ſponſus verbum dei dicitur, corporaliter intelligere debes læuam ei⁹ aut dexteram, vel amplexus ſponſæ vel animę pro fœminini generis declinatione percipere: ſed verbum dei, quāuis apud Græcos maſculino, apud nos neutro genere proferatur: ſuper maſculinum tamen & neutrū ac fœmininū gen⁹, & ſuper omne omnino qđ ad hoc reſpicit eſſe. Cogitāda ſunt iſta de quibus ſermo eſt, & non ſolum verbum dei, ſed & eccleſia eius, atq; anima perfecta, quæ & ſponſa nominatur. Sic enim & apoſtolus dicit: In Chriſto enim

Galat.3.d. neq; maſcul⁹ neq; fœmina, ſed omnes in ipſo vnū ſumus. Hęc autem propter homines qui aliter audire non poſſunt, niſi his verbis quæ in vſu habentur, in ſcriptura diuina humani more referūtur eloquij: vt verbis quidem notis ea & ſolitis au-

C diamus, ſenſu tamen illo quo dignum eſt, de diuinis rebus & incorporeis ſentiamus. Nam ſicut is qui amatorem dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ, hoc oſtendit quòd naturalem qui in ſe eſt charitatis affectum ad ſtudia tranſtulerit ſapientiæ: ita & hìc ſponſa depoſcit, vel anima vel eccleſia, vt ſponſus ſuus qui eſt verbum dei: læua quidem ſua caput eius ſuſtentet, dextera verò eius omne eius reliquum complectatur & conſtringat corpus. Eſt autem læua, in qua ſapientia diuitias cōtinere & gloriam dicitur. Quas autem habet diuitias eccleſia, & quam gloriam, niſi illas quas ac-

2.Cor.8.b cepit ab eo qui cùm diues eſſet, pauper factus eſt: vt illius paupertate eccleſia fieret diues? Quæ au-

Ioan.17.a tem eſt gloria illa? Sine dubio, de qua dicit: Pater clarifica filium tuum, paſſionis ſine dubio gloriā deſignans. Fides ergo paſſionis Chriſti, gloria & diuitiæ eccleſiæ ſunt: quæ in læua eius continentur. Læuam autem puto verbum dei hoc modo debere intelligi, quoniam quidem ſunt in eo quędam diſpenſationes ante incarnationem geſtæ. Sunt verò aliquæ, & per incarnationem. Illa pars D verbi dei quę ante aſſumptionē carnis in diſpenſationibus peracta eſt, dextera poteſt videri: hæc verò quæ per incarnationē, ſiniſtra appellari. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriam habere dicit. Per incarnationem nāq; diuitias & gloriam quæſiuit, omnium ſcilicet ſalutem. In dextera autem longitudo vitæ eſſe dicitur, per quod ſine dubio illa eius pars quæ in principio apud deum deus erat Ioan.1.a. verbum, ſempiternitas indicatur. Hanc ergo ſequā eccleſia, cuius Chriſt⁹ eſt caput, optat habere ſub Coloſſ.1.c capite ſuo, & fide incarnationis eius caput ſuum muniri. Dextera verò ei⁹ amplecti: id eſt, illa agno ſcere & de illis inſtrui, quæ ante huius quoq; per incarnationem geſtę diſpenſationis tempus in arcanis habentur & reconditis. Dextera nanque ibi putāda ſunt eſſe omnia: vbi nihil de peccatorum miſerijs, nihil de fragilitatis lapſu cōtinetur. Hìc verò læua, vbi vulnera noſtra curauit, & peccata 1.Petr.2.d noſtra portauit: factus etiam ipſe pro nobis pec- Galat.3.b. catum & maledictum. Quæ omnia quanuis caput & fidem ſuſtentent eccleſiæ, meritò tamen ſiniſtra verbi dei appellabunt: in quibus aliqua etiE am præter illam naturam quæ tota dextera eſt, & tota lux ac ſplendor & gloria, pertuliſſe memoratur. Adiuraui vos filię Hieruſalem in virtutib⁹ & in viribus agri, ſi eleuaueritis & ſuſcitaueritis charitatem quoaduſq; velit. Spōſa adhuc ad adoleſcentulas loquitur, prouocans eas & exhortans, imò & adiurans per ea quæ eis chara eſſe nouit & amabilia: vt ſi fortè eleuare cœperint charitatē, iacētem quippe in eis, & excitare eam, vtpote adhuc dormientem apud eas: intātum eleuent eam & intantum ſuſcitent, inquantum voluerit ſponſus: nec minus aliquid in ea agant quàm voluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amantis ſponſæ perfectio, vt à nullo velit contra animum & voluntatem eius fieri quem diligit. Et vt hoc nō negligenter aut ſegniter agant, per virtutes agri, id eſt, per plantaria & virgulta quæ in agro ſunt, & per vires ei⁹, ſine dubio per ea quæ in eo ſata ſunt adiurantur. Tali ordine taliq; verborum compoſitione, textus hiſtorici dramatis dirigitur. Nunc iam quid arcani intrinſecus contegat, requiram⁹.

F Omnis anima, præcipuè quæ filia eſt Hieruſalem, habet aliquem agrum proprium, qui ei ſecreta quadam per Ieſum meritorum ſorte delat⁹ eſt: ſicut fuit & ille ager Iacob, cuius ſuauitate permotus Iſaac patriarcha myſticis aiebat eloquijs: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni cui be- Gen.27.d nedixit domin⁹. Habet ergo vnaquæq; anima (vt diximus) agrum ſuum. Vita nanq; & conuerſatio eius, ager eſt eius. In hoc agro anima quæ diligēs & ſtudioſa eſt, ſatis agit & ſtudet plantare bonos ſenſus, & omnes excolere animi virtutes: non ſolum autem animi virtutes, ſed & vires operum, quibus videlicet impleri poſſunt miniſteria mandatorum. Eſt ergo (vt diximus) vnicuiq; animus ſuus ager, quē colit & plantat & ſeminat, ſecundū hæc quæ dixim⁹. Eſt autem & omnium ſimul filiarum Hieruſalē vnus quidā & communis ager, de quo Paulus agit: Dei agricultura eſtis. Quem agrum, cōmune exercitium eccleſiaſticæ fidei & conuerſationis accipiamus: in quo certum eſt virtutes ineſſe cœleſtes, & vires ſpiritualiū gratiarū.

Vna

G Vna enim quæq; anima quæ nunc filia Hieruſalē hìc appellatur, ſciens quòd matrem habeat Hieruſalem cœleſtem, conferat aliquid neceſſe eſt ad agrum hunc excolendū, & cœleſti eum poſſeſſione dignum cupiat effici. In iſtius ergo agri virtutibus, eleuari charitatem Chriſti, & excitari ab adoleſcentulis, & initia fidei habentibus, proteſtatur eccleſia: & dicit ad eas, Si leuaueritis, & excitaueritis charitatem quoadu ſq; velit: hoc eſt, ſi iam
Rom.8.c. ad hoc veneritis, vt incipiatis agi non ſpiritu ti-
&.1.Cor. moris, ſed adoptionis: & in hoc profeceritis, ita vt
1.b. perfecta in vobis dilectio foras mittat timorem,
1.Ioā.2.d. & vt eleuetis, atque exaltetis in vobis charitatem, & excitetis eam: tādiu eleuate eam, & tamdiu extollite, quādiu ipſe velit filius charitatis, imò ipſe qui ex deo eſt charitas: ne fortè putantes ſufficere humanæ charitatis menſūras, in charitate dei minus aliquid quàm deo dignum eſt agatis. Menſura enim charitatis hæc ſola eſt, vt tantum quantum ipſe vult diligatur. Voluntas autem dei ſemper eadem eſt, nec vnquam mutatur. Nunquam ergo immutatio aliqua, aut finis vllus, in dei cha-
H ritate recipitur. Notandum ſanè eſt, quòd non dixit, ſi acceperitis charitatē: ſed, ſi leuaueritis: quaſi quę eſt quidem in vobis, ſed iacet & nondum erecta eſt. Et rurſum non dixit, ſi inueneritis: ſed, ſi excitaueritis charitatem: quaſi quę ſit intrinſecus quidem, ſed iaceat, & dormiat in eis, donec inueniat ſuſcitantem. Ipſam credo & Paulus ſuſcitabat tunc adhuc in diſcipulis dormientem, cùm
Epheſ.5.c dicebat: Exurge qui dormis, & continges Chriſtum. Vox fraterni mei. Frequenter nos admonere cōuenit, quòd libellus hic in modum dramatis texitur. Prę ſens enim verſiculus quem propoſuimus tale aliquid indicat, quòd cùm ſponſæ ſermo eſſet ad adoleſcentulas filias Hieruſalem, ſubitò quaſi eminus vocem ſponſi ſenſerit, quaſi cū aliquibus loquentis: interruptóque ſermone, quem faciebat ad adoleſcentulas, ſponſa aurem conuerterit ad auditum, qui ad eam peruenerat, & dixerit: Vox fraterni mei. Sponſum verò intellige primò quidem antequam appareret oculis ſponſæ voce ei ſola agnitum. Poſt hæc verò etiā conſpe-
I ctibus eius apparuiſſe ſuper montes quoſdam vicinos illi loco, in quo ſponſa morabatur ſalientē, & magnis quibuſdam, nō tam paſſibus, quàm ſaltibus, colles monteſq; in modum cerui vel capreę tranſcendentem, & ita ad ſponſam ſuam omni cum properatione venientem. Vbi verò ad domum intra quam ſpōſa commorabatur, aduenit, ſtetiſſe eum paululum intellige poſt domum: ita vt ſentiretur quidem adeſſe, nondum tamen domum palàm vellet & euidenter intrare, ſed prius quaſi ſub amatoris ſpecie per feneſtras aſpicere velle ſponſam. Intellige autem retia quædā prope domum ſponſæ, aut laqueos eſſe poſitos: vt ſi fortè ipſa vel aliqua ſodalium eius ex filiab⁹ Hieruſalem aliquando exiſſet, caperetur. Ad iſta verò retia veniſſe ſponſum certum eſt qui cùm capi ab eis non poſſet, ſed fortior eorum effectus, diruperit ipſa retia, diruptíſque eis ſuper ipſa incedens, etiam per ipſa proſpexerit, & poſtquam hoc opus fecerit, dicat ad ſponſam: Exurge, veni proxima mea, ſpōſa mea, colūba mea. Hoc aūt dicat, vt ipſo opere oſtēdat ei quòmodo cum fiducia debeat contēnere iam retia quę ei tetenderat inimi- K
cus: nec timeat laqueos, quos ab ſe iā viderat eſſe diruptos: & adhuc vt amplius ad ſe ſponſam prouocet feſtinare, dicat ei: Quia omne tēpus quod iam graue videbat tranſiuit, & hyems quæ ei cauſa exorta videbatur abſceſſit, pluuiæq; inutiles abierunt, & tempus iā floridum venit: nihil moreris iter aggredi veniendi ad me: ecce enim & agricolæ, quia Veris iam tēpus arriſit, vineas colunt. Vox enim tum & aliarum auium, tum etiam ſonora & grata turturis vernantis auditur. Sed & ficus de Veris certa temperie, germen ſuum produxit. Vites verò intantum de temporis trāquillitate non dubitant, vt flores ſuos iam audeant odorēſque proferre. Hæc quidem de tranquillitate temporis indicat ſponſæ, vt maiorē cum fiducia arripere iter audeat pergendi ad ſponſum. Sed & locum deſcribit ei, in quo vult eam ſecum requieſcere, & dicit velamento cuiuſdam ſaxi, quod muro ipſi vel loco promurali contiguum ſit, opaciſſimum quendam effici locum, ad quem venire eā vult, & ablato velamine, ibi ei⁹ reuelatam faciem contueri, vt facie ad faciē innoteſcat ſponſo ſuo: L
& non ſolum faciem eius reuelatam videat ſponſus & liberam, ſed & vocem eius ibi audiat: certus iam quòd & facies ei⁹ pulchra ſit, & vox eius ſuauis ac delectabilis. Hæc autem præuenientes coniunximus, ne ordinem dramatis, & hiſtorię textū videremur irrumpere. Sed præuenientes paululū vſq; ad illum locum fabulę ordinem proſecuti ſumus, vbi ait: Quoniam vox tua ſuauis, facies tua ſpecioſa: Nunc ergo repetentes videamus primò quid eſt quod ait: Vox fraterni mei. Ex voce ſola ab eccleſia ſua primò Chriſt⁹ agnoſcitur: Primò enim vocem ſuam prę miſit per prophetas: & cùm non videretur, audiebatur tamen. Audiebat autem per ea quæ annunciabantur de eo, & tamdiu ſponſa, id eſt, eccleſia quæ ab initio ſeculi congregabatur, ſolam vocem eius audiuit, vſquequo oculis ſuis eum videret, & diceret: Ecce hic venit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Saliebat enim ſuper propheticos mōtes, & ſanctos colles: illos ſcilicet qui in hoc mundo imaginem eius formámque geſſerunt. Sed & ſi in apoſtolis eū po M
nas quaſi in mōtibus ſalientem, & eminentē cunctis, & in collibus nihilominus, his duntaxat qui ſecundo loco electi ab eo & miſſi ſunt, nō erit incōueniens. In his enim ſimilis efficitur capreæ, & hinnulo ceruorum. Capreæ, quòd omnem viſum, viſus eius præcellit. Et ceruo, quòd ad interitum ſerpētis aduenit. Sed & vnaquæque anima (ſi qua tamen eſt quæ verbi dei amore conſtringitur) ſi quando in diſputatione ſermonis eſt poſita: vt nouit omnis qui expert⁹ eſt, quomodo cùm in arctū venitur, & anguſtijs propoſitionum quæſtionū q; concluditur: ſi quando eam legis ac prophetarum vel ænigmata vel obſcura quę q; dicta concludūt: ſi fortè adeſſe eum ſentiat anima, & eminus ſonitum vocis eius accipiat, ſubleuatur ſtatim: & vbi magis ac magis propinquare ſenſibus eius cœperit, & illuminare quæ obſcura ſunt: tunc eum videt ſalientem ſupra montes & colles, altæ ſcilicet & excelſæ ſenſus ſibi intelligentiæ ſuggerentem: ita vt meritò dicat hæc anima: Ecce hic venit ſaliens in montibus, tranſiliens ſuper colles. Hæc

autem

A autem dicimus,non immemores quòd iã & in ſu perioribus coram poſitus,præſenti collocutus ſit ſponſæ,Sed quòniam(vt ſæpe diximus) dramatis ſpeciem libellus hic continet,nunc in præſenti di cuntur aliqua,nunc etiam in abſenti:& ſic agitur immutatio perſonarum,vt vterq; ordo competẽ ter dirigi videatur. Quãuis enim promittat ſpõ ſus,& dicat ad ſponſam ſuã, qui ſunt electi diſci-
Mat.28.d puli eius:Quia ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi: tamen
Ibid.25.b. iterum per parabolas dicit:quia paterfamiliâs vo cauit ſeruos ſuos,& vnicuiq; diſtribuit pecuniam negociandi gratia,& profectus eſt. Et iterum di-
Luc.19.b. cit:Quia abijt petere ſibi regnum. Et iterũ quaſi
Matt.15.a de abſente ſponſo dicitur:Quia media nocte cla mor factus eſt,dicentium:quia venit ſponſus,Sic ergo nunc præſens eſt ſponſus, & docet,nunc abſens dicitur & deſideratur,& vtrumq; vel eccleſię, vel animæ ſtudioſæ conueniet. Cùm enim pati perſecutiones, & tribulationes permittitur eccle ſia,abſens ei videt. Et rurſum cùm in pace profi cit,& in fide ac bonis operibus floret, præſens ei
B eſſe intelligitur. Sed & anima cùm quærit aliquẽ ſenſum,& agnoſcere obſcura quæq; & arcana de ſiderat:donec inuenire non poteſt, abſens ei ſine dubio eſt verbum dei. Vbi verò occurrerit & apparuerit quod requiritur,quis dubitat adeſſe verbum dei,& illuminare mentem ac ſcientiæ lumen ei prębere? Et iterum ſubduci nobis eum,atq; iterum adeſſe ſentimus per ſingula,quæ aut aperiũtur,aut clauduntur in ſenſibus noſtris. Et hoc eo vſque patimur,donec tales efficiamur,vt non ſolũ reuiſere nos,ſed & manere dignetur apud nos, ſecundum quod interrogatus à quodam diſcipulo dicente:Domine,quid eſt factum quod incipis nobis manifeſtare temetipſum, & non huic mũ-
Mat.14.c. do? Reſpõdit ſaluator:Si quis diligit me,verbum meũ cuſtodit,& pater meꝰ diliget eũ, & ad ipſum veniemus,& manſionem apud eum faciemus. Si ergo & nos volumus videre verbum dei atq; animæ ſponſum ſalientem ſuper montes,& exultantem ſuper colles,primò audiamus vocem eius, & cùm audierimus eum in omnibus,tũc etiam eum videre poterimus,ſecundũ ea quæ in pręſenti lo-
C co vidiſſe deſcribitur ſponſa. Nam & ipſa quãuis & prius eum viderit,non eum tamen ita viderat, vt nunc ſalientem ſuper mõtes, & exultantem ſu per colles:neq; per feneſtras ſuas procumbentem, neque per retia proſpicientem:ſed magis videtur quòd prius hyemis tẽpore eũ viderit. Nunc enim primùm dicit ei:Quia hyems tranſijt. Igitur(vt res indicat)etiam per hyemem ſponſę ſuæ appa ret:id eſt,tribulationum & tẽtationum tempore. Sed & alia eſt illa viſitatio, in qua viſitatur paulum:& iterum deſeritur,vt probetur: ac rurſus requiritur,vt caput eius ſuſtẽtetur, & vt tota cõplectatur: ne fortè aut in fide titubet, aut corpus eius tentationum pondere prægrauetur. Et ideo videtur mihi hyems fuiſſe illud tempus, cùm caput ſuum,fidei ſcilicet ſummitatem, læua ſponſi contineri poſcebat, & dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autem iſta viſio quæ de mõtibus apparet,& collibus,gratiarum puto ſpiritualium altitudines potentiaſq; deſignat. Sed & per feneſtras quòd proſpicere dicitur,ſenſibus mihi lumẽ videtur præbere. Et retia quæ dirumpit & cõte- D
rit,laqueos indicari diabolicos puto: vtpote tẽtationum tempore, tanquam hyeme iam peracta. Oſtendũtur etiam ſigna Veris & æſtatis, ſicut in pſalmis dictum eſt: Aeſtatem & Ver,tu feciſti ea. Inde denique & flores profectuum protulit eccle ſia,tentationibus ſuperatis,& putationis diſpenſatione tranſacta: ſicut in ſuis locis cùm ad hæc diſſerenda vẽtum fuerit,oſtendetur. Ecce hìc veniet ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Hiſtoricum ordinem iam proſecuti ſumus. Nũc autem quomodo Chriſtus ad eccleſiam veniens ſaliat ſuper montes, & exiliat ſuper colles, videndum eſt. Exiliens enim magis quàm tranſiliens, propoſiti ſermonis proprietas habet. Iſaac enim ambulans & progrediens, maior fiebat, vſquequo fieret magnus valde. Paulus autem non iam ambulando profecit,ſed currendo,cùm dicit: Curſum conſummaui. Saluator autem noſter & 2.Timo.
eccleſiæ ſponſus,neq; ambulare,neque currere,ſed 4.b.
ſuper hæc ſalire dicitur & exilire. Si enim conſi deres quomodo parui tẽporis ſpatio, occupatum falſis ſuperſtitionibus mũdum ſermo dei percur- E
rit,& agnitionem veræ fidei reuocauit: intelliges quomodo ſaliat ſuper montes, magna videlicet quæque regna ſaltibus ſuis ſuperans, & ad recipiendam cognitionem diuinæ religionis inclinãs, & exiliat ſuper colles, cùm etiam minora regna velociter ſubiugat,atque ad pietatem veri cultus adducit:& ſic de loco ad locũ, de regno ad regnũ, de prouincijs ad prouincias prædicationis illuſtratione tranſiliens per eum qui dicebat: Quia
ab Hieruſalem in circumitu vſq; ad Illyricũ re- Rom.15.c.
pleuit euangelium dei:intelliges quomodo ſuper mõtes ſaliens veniat,& exiliens ſuper colles. Sed & alio modo poteſt intelligi,ſicut ſuprà iam diximus. Quoniamquidem Moyſes de ipſo ſcripſit, & prophetæ nihilominus de ipſo annunciauerũt. Sed & hæc annunciatio in lectione veteris teſtamenti velamen habet ſuperpoſitũ. Vbi verò ſpõſæ,eccleſiæ ſcilicet ad eum conuerſæ,ablatum eſt velamen: ſubitò videt eum in iſtis montibus, legis duntaxat voluminibus ſaliẽtem,& in collibus ſcripturæ propheticæ,pro euidenti manifeſtatione non tam apparentem quàm exilientem. Ver- F
bi gratia, quaſi ſi reuoluens ſingulas propheticæ lectionis paginas inueniat de ipſis exilientẽ Chriſtum,& per loca ſingula lectionum ablato, nunc demum quo prius tegebatur velamine, ebullire eum cernat & emergere,atq; euidenti iam manifeſtatiõe prorumpere. Ob hoc credo, & ipſe Ieſus
cùm ad transformandum ſe venit, non in aliqua Mat.17.&
planitie aut conualle fuit, ſed montem conſcẽdit, Marc.9.a.
vbi & transformatus eſt: vt ſcias eum ſemper in montibus aut in collibus apparêre, & vt te doceat ne vſquam eum niſi in legis & prophetarum montibus quæras. Quòd autem ſancti quiq; mõtes appellãtur,multis ſcripturæ locis inuenies indicari: ſicut ait in pſalmis: Fundamenta eius in Pſal.86.a.
montibus ſanctis. Et iterũ: Leuaui oculos meos Pſal.120.
in mõtes,vnde veniet auxilium mihi. Auxilium nãq; in tribulationibus, ex ſcripturarum diuinarum ſenſibus capimus. Poſſumus adhuc & montes in quibus ſalire verbum dei dicitur,& quaſi liberius efferri,nouũ accipere teſtamẽtum. Colles

G verò,de quibus quasi diu compressus & occultat9 exilijt,veteris testamẽti sentire volumina. Sed & apud Hieremiã venatores & piscatores qui mittuntur capere homines ad salutem, in mõtibus &
Hier.16.c collibus eos capere dicuntur. Sic enim ait: Ecce mitto multos piscatores, & multos venatores, & capient eos super omnem montem, & super omnem collem:quod ego magis ad futurum tẽpus in consummatione seculi implendũ puto: vt cùm missi fuerint angeli secundũ euangelicam parabo
Mat.13.g. lam messis tempore,vt separent frumenta à zizanijs:qui excelsioris vitę,& eminẽtioris fuerit cõuersationis,iste in montibus inueniet aut in collibus. Nõ inuenietur in humilibus & deiectis locis, ne ibi mixtus videatur esse zizanijs: sed in excelsioribus sensibus,& in eminentia fidei positus,salienti in montibus verbo dei,& exilienti in collibus semper adhærẽs. Quod per aliam nihilominus parabolam, sub eodem tamen intellectu di-
Mat.24.b & Marci 13.b. citur in euangelio:Si quis in tecto est, non descẽdat tollere aliquid de domo. Potest adhuc & aliũ nobis sensum, prædiues iste præsentis versiculi sermo suggerere. Possibile namq; est omnem qui
H plena fide credit in deum,vel mõtem, vel collem appellari,pro qualitate scilicet vitæ, magnitudine intelligentiæ:etiam si fuerit aliquando vallis:
Lucæ.2.a. proficiente in eo Iesu ætate & sapientia & gratia,
Esa.40.a. omnis vallis implebitur. Superbi autem quiq; &
Luc.14. elati,vt montes & colles humiliabũtur: quoniam
&.18.c. qui se exaltat,humiliabitur:& qui se humiliat,ex-
Psal.124. a. altabitur. De ipsis enim dicitur:Qui confidũt in domino sicut mõs Sion. Et de Hierusalẽ dicitur:
Ibidem. Montes in circumitu eius. Vnde puto quòd meritò etiam saluator noster (quoniã & ipse dicitur
Dañ.2.c. lapis de monte excisus sine manibus, & fact9 esse mons magnus) sicut rex regum,& pontificũ põtifex,potest etiam mons montium appellari. Verùm vt etiam tertia expositio habeat locum, ad vnamquãq; animam sermo dirigatur. Si qui sint
Ioan.4.b. capaciores verbi dei,qui ab Iesu aquam sibi datã biberunt,& facta est in eis fons aquæ viuæ saliẽtis in vitam æternã,in his scilicet,in quibus verbum dei crebris sensibus & copiosis, velut perennibus ebullit fluentibus, in his vitæ ac scientiæ & doctrinæ merito montibus & collibus effectis,di-
I gnissimè salire verbum dei dicitur & exilire,fact9 in eis per affluentiã doctrinæ fons aquæ viuæ salientis in vita æternã. Similis est fraternus meus capreæ hinnuloq; ceruorum in montibus Bethel. Caprea & ceruus,quòd inter mũda habeant animalia,manifestè ex his quæ ĩ Deuteronomio scripta sunt,indicatur:est enim hoc modo scriptum:
Deut.14. a. Hæc enim sunt animalia quæ mãducabitis:vitulum & agnum ex pecoribus, & hircum ex capris, ceruum,& capream,& bubalũ,& tragelaphum,& ibicen,& camelũ,& pardum. Sed & quòd sanctus ceruo comparatur,in multis scripturę diuinæ lo-
Psal.41.a. cis habet:vt in psalmo,vbi dicit:Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ,ita desiderat anima mea ad te deus. Veruntamen in sermonibus quos ex Deuteronomio assumpsimus, etiam hoc non negligẽter cõsiderandum videtur, quàm dignum in animalibus mundis enumerandis ordine tenuerit:vt primò vitulum,secundò agnũ, tertiò hircũ scriberet. In his verò quę secundũ eundem Moysen offeruntur ad altare, primò ceruum, secundò K capream nominat. Et ita post hęc,reliqua per ordinẽ describit animãtia. Quorum ratio his quibus abundantior gratia spiritualis in dono scientiæ concessa est, per spiritumsanctum manifesta & euidens fiet. Nobis interim quoniam de ceruo & caprea dicere nũc in expositione pręsentis versiculi incumbit,conueniens videtur ex scripturis diuinis congregare pro virib9 quæ de his animalibus referuntur,de quibus idem Moyses cùm de carnibus loqueretur, quæ in omni desiderio animæ comederentur,non oblatæ ad altare:sicut ca- Deut.14.
prea,,inquit,& ceruus. Egregium verò quid vice- a.
simusoctauus psalmus,vbi de virtutibus & efficacia vocis dei per ordinẽ scribit, de ceruo hoc modo dicit: Vox domini perficientis ceruos:id est, perfectos facientis ceruos, & reuelabit condensa. Sicut enim vox domini intercidere dicitur flammam ignis,& concutere desertũ:ita perficere ceruos,ac reuelare condensa memorat. Sed & in Iob de ceruo ita inuenim9 referri,vbi dominus ad Iob per turbinem loquẽs & nubem,ait: Aut ergo ob- Iob.39.a.
seruasti partus ceruorum, aut numerasti menses eorum plenos ad partum: dolores autem eorum L. soluisti,aut nutristi eorum natos, aut sine doloribus partus eorum emittes? Abrumpent filij eorũ, & multiplicabuntur in natiuitate:exibunt, & nõ reuertentur. His adiungenda sunt etiam illa quæ in Prouerbijs legimus,hoc modo: Ceruus amicitiarum,& pullus gratiarum loquitur tibi. Hęc interim ad præsens de ceruo nobis scripta occurrere potuerunt. Quæ ob hoc assumpsimus, vt loquamur non in doctrina humanæ sapientiæ, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cõ- 1.Cor.2.d
parantes:& ideo inuocemus deum,patrem verbi, quòd nobis verbi sui manifestet arcana,sensumq; nostrum remoueat à doctrina humanæ sapiẽtiæ, & exaltet atq; eleuet ad doctrinam spiritus:vt nõ ea quæ sentit carnalis auditus,sed ea quæ cõtinet voluntas spirituſsancti,loquamur. Paulus apostolus nos docet, quòd inuisibilia dei,ex visibilibus Rom.1.c.
intelligantur:& ea quæ non videntur, ex eorum quæ videntur ratione & similitudine contẽplentur:ostendens per hoc quòd visibilis hic mundus, de inuisibili doceat,& exemplaria quædam cœlestium cõtineat positio ista terrena: vt ab his quæ M
deorsum,ad ea quæ sursum sunt possimus ascendere: atq; ex his quæ videmus in terris, sentire & intelligere ea quæ habentur in cœlis. Ad quorum similitudinem quandam,quò facilius colligi per hæc ac sentiri possent diuersitates creaturarum quæ in terris sunt,similitudinem conditor dedit. Et fortassis sicut hominem deus ad imaginem & similitudinem suam fecit, ita etiam cęteras creaturas ad alias quasdam cœlestes imagines,per similitudinem condidit:& fortasse intantum singula quæque quæ in terris sunt,habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus, vt etiam granum sinapis, quod minimũ est in omnibus semi- Luc.13.d.
nibus,habeat aliquid imaginis & similitudinis in cœlis. Et hoc quòd talis ei quædam composita est alternatio naturæ:vt cùm minimum sit omnium seminum,maius fiat omnibus oleribus:ita vt possint venire aues cœli,& habitare in ramis eius:similitudinẽ ferat,nõ solum alicuius cœlestis imaginis,

A ginis,ſed ipſius regni cœlorum. Sic ergo poſſibile eſt,etiam cætera ſemina quæ in terris ſunt, vt habeant aliquid in cœleſtibus ſimilitudinis & rationis. Quòd ſi ſemina, ſine dubio & virgulta: & ſi virgulta,ſine dubio & animãtia,vel alitum, vel repentium,& quadrupedũ.Sed & illud adhuc poteſt intelligi,quòd ſicut granum ſinapis non vnã ſimilitudinem tenet regni cœlorum,& habitationes ſcilicet auium in ramis ſuis:ſed habet & aliã ſimilitudinem vel imaginẽ, perfectionis ſcilicet
Mat.17.c. & Lucæ 17.a. fidei:ita vt ſi quis habeat fidem ſicut granum ſinapis,dicat mõti transferre ſe,& trãsferet:ita poſſibile eſt vt etiam cætera nõ in vno aliquo, ſed in pluribus ſpeciem & imaginem cœleſtium ferant. Et cùm plures ſint:verbi gratia,in grano ſinapis virtutes,quæ rerum cœleſtium imagines teneãt, vltimus & extrem⁹ eius vſus eſt iſte,qui habetur apud homines in miniſterio corporali: ita etiã in reliquis vel ſeminib⁹,vel virgultis, vel herbarum radicibus,vel etiam in animantibus intelligi poteſt, vt vſum quidem & miniſterium hominibus præbeant corporale: habeant autem incorporaliũ
B rerum formas & imagines, quibus doceri anima poſſit & inſtrui, ad contemplanda etiam ea quæ ſunt inuiſibilia & cœleſtia: & hoc fortaſſis eſt qđ
Sap.7.c. ille ſcriptor diuinæ ſapientiæ dicit:Ipſe enim mihi dedit eorum quæ ſunt ſcientiã veram,vt ſciam ſubſtãtiam mundi,& virtutes elementorum, initium & finem & medietatem temporum, viciſſitudinum permutationes,& conuerſiones temporum,anni circulos, & ſtellarũ poſitiones, naturas animalium,& iras beſtiarũ,ſpirituum violentias, & cogitationes hominum, differentias virgultorum,& virtutes radicum:ſed & quæcunq; occulta & manifeſta ſunt,cognoui. Vide ergo ſi poſſumus ex his ſcripturæ ſermonibus ea quæ diſcutere ꝓpoſuimus,lucidius euidẽtiusq; colligere. Etenim ſcriptor iſte ſapientiæ diuinæ,cùm ſingula quęq; enumeraſſet,ad vltimum dixit: quia occultorum & manifeſtorum acceperit ſcientiam: oſtendens ſine dubio quòd vnumquodq; eorum quæ in manifeſto ſunt,referatur ad aliquid eorũ quæ in occulto ſunt:id eſt,ſingula quæque viſibilia habere aliquid ſimilitudinis, & rationis ad inuiſibilia.
C Quia ergo impoſſibile eſt homini in carne viuẽti agnoſcere aliquid de occultis & inuiſibilib⁹,niſi imaginem aliquam & ſimilitudinẽ conceperit de viſibilibus: ob hoc arbitror quòd ille qui omnia in ſapientia fecit:ita creauit vnamquãq; viſibiliũ ſpeciem in terris, vt in his doctrinam & agnitionem rerum inuiſibilium & cœleſtiũ poneret:quò per hæc aſcenderet mens humana ad ſpiritualem intelligentiã,& rerum cauſas in cœleſtibus quæreret,vt poſſet edocta per ſapiẽtiam dei etiã ipſa dicere: Quę in occulto ſunt,& quæ in manifeſto, cognoui. Secundum hæc quoque agnoſcit & ſubſtantiam mundi, non ſolum hanc viſibilem corporeamq; quę palàm eſt,ſed & illam incorpoream inuiſibilemq;,quæ in occulto eſt. Agnoſcit etiam elementa mundi:non ſolum viſibilia, ſed & inuiſibilia & vtrorumq; virtutes. Sed & initiũ quod dicit,& finem,& medietatem temporum:initium ait viſibilis quidem mundi, quod ante ſex milia non integros annos initiũ deſignat Moyſes: medietatem quoq; ſecundum temporum rationem, finem illum qui ſperatur cùm cœlũ & terra trãſ- D
ibit. Secũdum occultorum verò ſcientiam initiũ illud,quod intelligit is quem ſapientia dei docuerit,quod nulla poſſunt tempora,nulla ſecula comprehendere. Medietatem verò horum quæ nunc ſunt:finem verò ea quæ futura ſunt:id eſt, perfectionem conſummationẽq; vniuerſitatis, quæ tamẽ ex his viſibilibus conijci poſſunt & intelligi. Sed & viciſſitudinum permutationes,& temporũ conuerſiones,& anni circulos, ex his quæ videntur, refert ad inuiſibiles rerum incorporaliũ permutationes ac viciſſitudines. Circulos quoq; annorum temporalium & preſentium,refert ad antiquiores aliquos ac ſempiternos annos,ſecũdum eum qui dicebat: Et annos æternos in mente ha- Pſal.76.b
bui. Sed & ſtellarum poſitiones,non dubitauit ab his quæ palàm videntur,referre ad illa quę in occultis ſunt,qui occultorum manifeſtorumq; ſciẽtiam meruit,& dicit eſſe aliquod ſanctorũ genus quod de Abraham præcipuè ſtirpe deſcẽdit, ſicut Geñ.15.b. &.26.a.
ſtellas cœli. Sed & reſurrectionis futuræ gloriam, E
ſtellas eſſe ſecundum occultorum ſcientiam pro- 1.Co.15.c.
nunciauit, ſequens eum qui dixit: Alia gloria ſolis,& alia gloria ſtellarũ. Stella enim à ſtella differt in gloria,ita & reſurrectio mortuorum: Niſi ſecundum hęc intelligeretur illud quod ait,naturas animaliũ irasq; beſtiarum: nunquam dixiſſet in euangelijs ſaluator,Dicite vulpi huic. Neq; Io Luc.13.g.
annes de quibuſdam dixiſſet:Serpẽtes, generatio Mat.& Lu
viperarum. Sed neq; propheta diceret de nonnul- cæ.3.a.
lis q̃ equi emiſſarij facti ſũt. Et item alius:Homo Hieꝛ.5.c.
cùm in honore eſſet, non intellexit: comparatus Pſal.48.d
eſt iumentis inſipientibus,& ſimilis factus eſt illis. Sed & ille diligenter agnouit iras beſtiarũ, qui dicebat:Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſer- Ibi.57.a.
pentis,ſicut aſpidis ſurdæ & obturantis aures ſuas. Hęc erit ratio etiam de eo quòd ait,ſpirituum violentias: viſibiliter quidem de vẽtis & flatibus aëris,inuiſibiliter verò de violentijs immundorũ ſpirituum loquens:quos & Paulus ventos doctri- Ephe.4.c.
næ nominauit. Poſt hæc iam ſequitur, vt & cogitationes hominum ſciat, corporaliter quidẽ quæ de humano corde procedunt. Inuiſibiliter autem intelligat eos qui inijciunt hominibus malas & peſſimas cogitationes, ſicut in euãgelio ſcriptum F
eſt:Cùm diabolus miſiſſet in cor Iudæ Iſcharioꝛ- Ioan.13.a.
tis vt traderet dominum. Et vt in Prouerbijs dicitur: Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit Eccl's.10.a
ſuper te,locum tuum ne derelinquas:quia ſanitas compeſcit peccata magna. Sed & bonarum cogitationũ eſt aliquis author,propter quod & in pſalmis puto ſcriptum eſſe: Beat⁹ homo,cuius eſt au- Pſal.83.b.
xiliũ abs te domine,aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et iterum:Cogitatio hominis cõfitebitur Ibid. 75.b
tibi:& reliquiæ cogitationum,diem feſtum agent tibi. Ita igitur cuncta ſecundum ea quæ præfati ſumus,ex viſibilibus referri poſſũt ad inuiſibilia, & à corporalib⁹ ad incorporea, & à manifeſtis ad occulta,vt ipſa creatura mundi, tali quadam diſpenſatione condita intelligatur per diuinam ſapientiam, quæ rebus ipſis & exemplis inuiſibilia nos de viſibilibus doceat, & à terrenis nos tranſferat ad cœleſtia. Hæ autem rationes non ſolum in creaturis omnibus habentur, ſed & ſcriptura diuina tali quadam ſapientiæ arte conſcripta eſt.

In Exodo, & Numeris. G Propter quædam namq; occulta & myſtica viſibiliter populus educitur de Aegypto iſta terrena, & iter agit per deſertum, vbi ſerpens erat mordẽs & ſcorpius, & ſitis vbi non erant aquæ, & cætera quæ in his geſta referuntur. Quæ omnia, vt diximus, occultorum quorundam formas & imagines tenent. Et hoc non in ſcripturis tãtum veterum, ſed & in geſtis domini & ſaluatoris noſtri, quę in euangelijs referuntur inuenies. Igit̃ ſi omnia quæ in manifeſto ſunt, ſecundum ea quæ ſuperius approbauimus, ad aliqua referuntur quæ in occulto ſunt: conſequens ſine dubio eſt, vt ceruus iſte viſibilis vel caprea, quæ in Cantico canticorũ ſcribitur, ſecundum rationem naturæ ſuæ quã corporaliter gerunt, referantur ad aliquas rerum incorporalium cauſas, vt illis occultis & inuiſibilibus ceruis videatur poſſe conuenire quod dictum Pſal.28.b. eſt: Vox domini perficientis ceruos. Quæ enim perfectio ex voce domini fit iſtis viſibilibus ceruis? Aut quæ ad eos doctrina vnquam ex domini voce deſcendit? Si verò ſpirituales ceruos quæramus, quorum formã & imaginem tenet illud animal corporale: illos inuenias ad ſummam perfe-
H ctionis ex voce domini poſſe perduci. Sed & quorum ceruorum dominum ſeruare decuerit part⁹, & velut medendi officia præbentẽ parturientibus aſtare conuenerit, donec pârerent filios tales, qui aduerſarentur & perſequerẽtur ſerpentiũ genus, vt dignum eſt diuina maieſtate, debemus aduertere qualium ceruorũ domini decet ſeruare partus, ne in aborſum dẽcidãt. Sed & menſes eorum numerare plenos ad partum, eorúmque labores & dolores cuſtodire, vt generationes eorum non cadãt inuanum, ſed vt perfecta ſit eorũ natiuitas: & Gala.4.c. tamdiu parturiant, donec formetur Chriſtus in eis. Huiuſmodi ceruorum pullos dominus nutrit: Pſal.54.d eorum duntaxat qui iactãt in domino cogitationem ſuã vt ipſe eos nutriat, & ipſe ſeruet dolores Eſa.26.a. partus eorum, cùm ex timore dei in ventre cõceperint & parturierint, & ſpiritũ ſalutis pepererit. Huiuſmodi partus dolores ipſe domin⁹ ſeruat & Pſal.125.a curat. Sed & emittit dolores eorum, vt eũtes eant & fleant, portãtes ſemina ſua: & ſint in doloribus Ibi.72.a. hominum, ac flagellentur cũ hominibus: ne fortè
I teneat eos ſuperbia. Iſti quoq; ipſi cerui abrũpũt, vt ait, natos ſuos. Quos enim genuerint per euãgelium, abrumpunt eos à vinculis peccatorum, & à laqueis diaboli, ne vltrà voluntati eorũ teneantur obſtricti. Iſti etiam multiplicabũtur &, vt ait, Geñ.19.f. non reuertentur. Non enim imitabuntur vxorem Lot, non redibunt retrorſum. Sciunt eñ, quia qui Lucæ.9.g mittit manum ſuam ad aratrum, ſi retroſpexerit, Philip.3.c aptus non erit regno cœlorũ: ſed ſemper quæ retrò ſunt, obliuiſcuntur: & in ea quæ antè ſunt, ſe extendunt. Tales enim ceruos vox domini facit eſſe perfectos. Quæ vox domini, niſi illa quæ in lege & in prophetis habetur: & peruenit vſque ad Ioannem, qui erat vox clamantis in deſerto? Et Matth.& ipſa enim vox Ioãnis qui dicebat: Parate viã do- Lucę.3.a. mini, rectas facite ſemitas dei noſtri, perfectos faciebat ceruos, vt eſſent perfecti in eodem ſenſu & in eadem ſcientia. Qui enim talis eſt, meritò di- pſal.41.a. cit: Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te deus. Ceruus quoq; a- Prou.5.d. micitiarum quis alius videbitur, niſi ille qui peremit ſerpẽtem illum qui ſeduxerat Euam, & eloquij ſui flatibus peccati in eã venena diffundens, omnem poſteritatis ſobolem contagio præuaricationis infecerat, & venerat ſoluere inimicitias in carne ſua, quas inter deum & hominem noxius mediator effecerat. Pullus verò gratiarum poteſt accipi ſpirituſſanctus, à quo ſitientes & deſiderantes deum, ſpirituales gratias & dona cœleſtia cõſequuntur. Hæc autem omnia à nobis dicta ſunt, vt manifeſtior fieret cauſa, qua ſponſa comparare videtur fraternum ſuum hinnulo ceruorum. Quòd ſi etiam hoc requirendum eſt, cur non ceruo vt in alijs, ſed hinnulo ceruorum comparatur. Illud aduerte, quòd cùm in forma dei eſſet, filius Philip.2.a datus eſt nobis, & puer natus eſt nobis: cuius po- Eſa.9.a. teſtas ſuper humerũ eius. Ideo ergo hinnulus ceruorum, quia paruulus puer natus eſt. Et fortè poſſunt cerui accipi ſancti quiq; vt Abraham, Iſaac, & Iacob, & Dauid, & Salomon, & omnes ex quorum ſemine Chriſtus ſecundum carnem deſcen- Matt.1.a. dit. Quos ceruos, vox domini perfectos facit, & ipſorũ eſt hinnulus iſte, qui ex ipſis ſecũdũ carnẽ natus eſt puer. Mouet me etiam illud quod in cẽteſimotertio pſalmo ſcriptum eſt, vbi ait: Montes L excelſi ceruis. Et quidem de ceruis iam ſuperius diximus, quòd ſancti quique accipiuntur: qui ob hoc in hunc mundum venerunt, vt ſerpentis venena perimerẽt. Qui autem ſint montes excelſi, videamus, quaſi qui ſolis ceruis ſequeſtrati videntur: & ad quos niſi ceruus ſit, aliqs nõ poſſit aſcẽdere. Ego puto quòd perſonas trinitatis montes excelſos appellauerit: ad cuius capacitatẽ nullus niſi ceruus efficiatur aſcendit. Sed ijdem ipſi qui hìc montes excelſi pluraliter appellantur, in alijs mons excelſus, ſingulariter dicit̃, ſicut Eſaias ait: In montem excelſum conſcende qui euangelizas Eſa.40.a. Sion. Exalta in fortitudine vocem tuã, qui euangelizas Hieruſalem. Idẽ nãq; ipſe qui ibi trinitas propter diſtinctionem perſonarũ, hìc vnus deus intelligitur pro vnitate ſubſtantiæ. Satis ſint iſta de hinnulo ceruorum. Nunc videamus quomodo etiam capreę vel dãmulę comparetur fraternus. Hoc animal quantũ ad Græca vocabula, nomen Δορκάς. à videndo atq; clarius proſpiciẽdo ſortitũ eſt. Et quis eſt qui ita videat vt videt Chriſt⁹? Solus nã- M que eſt qui videt: id eſt, agnoſcit patrem. Nã & ſi dicantur hi qui mundo ſunt corde, deũ viſuri, vi- Matt.5.a. debũt ipſo ſine dubio reuelãte: quia & caprea habet in natura ſua, vt nõ ſolum videat ipſa, & perſpiciat acerrimè, ſed & alijs viſum prębeat. Aſſerunt namq; hi, quibus medicinæ peritia eſt, ineſſe huic animali intra viſcera humorem quendã qui caliginẽ depellat oculorum, & obtuſiores quoſq; viſus exacuat. Meritò ergo capreæ vel dammulę Chriſt⁹ cõparat: quia nõ ſolũ videt ipſe patrẽ, ſed & videri ab alijs facit, quorum viſus ipſe curauerit. Obſerua autem ne audiẽs patrem videri, corporeum aliquid ſentias, & deum viſibilem putes. Viſus quo deus videtur, nõ eſt corporis, ſed mẽtis & ſpiritus. Quod etiã ipſe ſaluator in euãgelio, vocabulo proprio diſtinguens, dixit: Nemo videt patrem, niſi filius. Deniq; & his quos facit deum videre, dat ſpiritum ſcientiæ, & ſpiritũ ſapientiæ, vt per ipſum ſpiritũ videant deum. Et ideo dicebat ad diſcipulos: Quia qui me videt, videt & pa- Ioã.14.b.
trem.

A trem. Et vtiq; non ita inepti erimus, vt putemus quòd qui ſecũdum corpus eum vidit, viderit etiã patrem: alioqui inueniũtur & ſcribæ & Phariſæi & hypocritæ & Pilatus, qui eum flagellis cęcîdit, Ioan.19.c. & omnis populus qui clamabat: Crucifige, crucifige eum: videntes Ieſum ſecũdum carnem, etiam deum patrem vidiſſe. Quod vtiq; non ſolum abſurdũ videtur eſſe, ſed & impiũ. Sicut enim cùm turbæ eum comprimerent euntem cum diſcipulis: nullus eorũ qui premebant & coarctabant eũ, tetigiſſe dicitur eum: niſi illa ſola quæ profluuiũ ſanguinis paſſa, venit & tetigit fimbriã veſtimẽti eius, & ipſi ſoli teſtimoniũ perhibet, dicẽs: Quia Marc.5.c. & Luc.8. g. tetigit me aliquis: ego enim ſenſi virtutem de me exiſſe: ita & cùm plures eſſent qui eum videbant, nullus eum vidiſſe dicitur, niſi qui agnouit quòd verbũ dei & filius dei eſt: in quo vtiq; ſimul agnoſci & videri dicitur pater. Sed & hoc nos nõ prętereat, quòd prius capreę, & nunc hinnulo ceruorum cõparatur, cùm vtiq; maius animal ceruus, quàm caprea videat. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda ſit ratio: quia cùm dupliciter B conſtet ſalus credentiũ, per agnitionẽ fidei & operum perfectionem: ratio fidei quæ pro intuitu & inſpectione contemplationis capreæ, vt diximus, comparatur, primus habeatur ſalutis gradus. Secundo verò in loco operũ perfectio, quæ cerui formã tenet, vincentis & perimentis venena ſerpentũ: id eſt, artes diabolicas, memoret. Si ergo ſpõſa ſimilem dicit eſſe fraternũ ſuum capreæ, vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel: Bethel verò domus dei interpretatur: Montes ergo qui in domo dei ſunt, poſſunt legis & prophetarum, ſed & euangelica & apoſtolica accipi volumina, in quibus & fides dei perſpicitur, & contẽplatur, & operum perfectio dicitur & adimpletur. Ecce hic ſtetit poſt parietem noſtrum, incumbens ſuper feneſtras, proſpiciens per retia. Reſpõdet fraternus meus, & dicit mihi: Cùm conſidero difficultates inueſtigandi ſenſus, in his qui propoſiti ſunt ſcripturæ ſermonibus, ſimile me aliquid pati video huic, qui ad inueſtigandam venationem odoratibus ſagacis canis procedit: vbi interdũ moris eſt, C vt cùm veſtigijs intentus, proximum ſe venator latentibus effectũ putauerit eſſe cubilibus, ſubitò veſtigiorũ deſerat indicijs, & rurſum fixius impreſſis odoratib⁹, eaſdẽ quas explicauerat retrorſum redeat vias: donec inueniat locum, in quo ſe altius excutiens venatio latenter ad aliam tranſtulit viam: quam cùm venator inuenerit, alacrior inſequitur: ſpæ prædæ certior, & veſtigij firmitate ſecurior. Ita ergo & nos, vbi ſe præpoſitæ explanationis quodammodo ſubtraxere veſtigia, paulum emenſa repetentes, & planiorem quàm dudum videbatur expoſitionis ordinem perſequentes, ſperamus quòd domin⁹ deus noſter tradat in manus noſtras venationem, quam præparãtes, & Geñ.27. 48.&.49 ſecundum ſcientiam matris Rachel rationabilis verbi ſalibus condiẽtes, benedictiones mereamur cõſequi à ſpirituali patre Iacob: propter quod neceſſarium videtur, vt diximus, breuiter dicta repetere, explanationemq; priorem retexere, vt qui ſit lucidior ſenſus aperiat. Intelligi ergo mihi videtur ex initio propoſiti dramatis, ſponſam foris ſtare in biuio, & ob amorem ſponſi hinc atq; inde

ſpicere: ſi fortè veniat, ſi fortè appareat: nec viã D ingredi velle aliquam dum ignorat, vnde magis veniat: nec domi, ſed foris ſtare: & deſiderio eius agitari, ac dicere: Oſculeť me oſculo oris ſui. Vbi autem venit ſponſus, dicat: Bona ſunt vbera tua ſuper vinum: & reliqua, vſq; ad eum locũ, vbi ait: Poſt te curremus. Poſt hæc dilecta iam, & vicem charitatis ab ipſo ſponſo recipiens, introducatur in cubiculum eius, & dicat: Introduxit me rex in cubiculum ſuum. Sed & cætera quæ poſtea ſunt ſcripta, intus poſita loquatur ad ſponſum, præſentibus & aſſiſtentibus ſponſæ quidẽ adoleſcentulis, ſponſi verò ſodalibus. Veruntamen intelligatur ſponſus: vtpote vir, nõ ſemper in domo, neque ſemper aſſidere ſponſæ intra domum poſitę: ſed exeat frequenter, & illa eum quaſi amore eius ſolicita requirat abſentem: ſed & ipſe interdũ redeat ad eam. Propter quod & videatur per totum libellum aliquando quidem velut abſens requiri ſponſus: aliquando ſicut pręſens loqui cum ſponſa. Ipſa autem ſponſa cùm multa, & magnifica in ſpõſi cubiculo peruidiſſet: petit ſe etiam in domũ vini introduci. Quó cùm ingreſſa, perſpexiſſet E q. òd ſponſus, vtpote vir, non reſederit in domo: ipſa rurſus amore eius exagitata exierit foras, & circumiens peragret circa domũ, non ingrediens, & ex omni parte proſpiciat quãdo ad eam redeat ſponſus: & ecce ſubitò videat eum vicinorũ mõtium iuga immenſis ſaltibus ſuperantem, deſcendere ad domum: in qua amore eius ſolicita ęſtuat ſponſa. Peruenięs verò ſponſus ad parietem domus, ſtet paululum poſt ipſum, cõſiderans (vt fieri ſolet) aliquid, & animo retractãs. Iam verò etiã ipſe ſentięs aliquid amoris erga ſponſam, vſus altitudine ſua, quæ attingit vſq; ad dom⁹ feneſtras, quæ feneſtræ habeant aliquam partem operis, vt aiunt, reticulati. Et cùm incũbat quidẽ per feneſtras, eminẽtior aũt ſic ſit feneſtris, attigatq; vſq; ad ſuperiora earum, quæ reticulato, vt diximus, opere diſtinctæ ſunt: indęq; proſpiciẽs alloquatur ſpõſam, & dicat ei: Exurge, veni ꝓxima mea, formoſa mea, colũba mea: & reliqua. Hæc ſunt quæ, vt ſuperius deſignauimus, difficultatem plurimã dirigendi ordinis, & aperiendæ intelligentiæ ha- F bere nobis viſa ſunt. Quæ vt puto euidentiora fecerit repetita hæc nũc indago ſermonum. Spiritualis autem in his expoſitio, non ita laborioſa ac difficilis habeť. Sponſa enim verbi, anima: quę in domo eius regali, hoc eſt, in eccleſia cõſiſtit: docetur à verbo dei, qui eſt ſponſus ſuus: quęcunque repoſita ſunt, & recondita intra aulam regiam, & cubiculũ regis: diſcit in hac domo, quæ eſt eccleſia dei viui: cellas etiam vini illius, quod de ſanctis torcularibus congregatum eſt, cellas vini nõ ſolum noui, ſed & veteris ac ſuauis, quæ eſt doctrina legis & prophetarum, in quibus ſufficiẽter exercitata recipiat in ſe, ipſũ qui erat i principio Ioan.1.a. apud deum, deus verbum, ſed non ſemper ſecum permanentem (nõ enim poſſibile eſt hoc humanæ naturę) ſed interdum quidem viſitetur ab eo, interdum verò relinquatur, vt amplius deſideret eum. Cùm verò viſitatur à verbo dei, ſecundum propoſiti verſiculi ſenſum, per montes ſaliens venire dicitur ad eã: excelſos ſcilicet & eleuatos, reuelans ei cœleſtis ſcientiæ ſenſus: ita vt peruenia

 niat vſq;

G niat vsq; ad ædificationem ecclesiæ, quæ est domus dei viui, columna & firmamẽtum veritatis: & stet iuxta parietem, vel post parietem, vt neq; penitus abscondatur, neque omnino in promptu sit. Verbũ enim dei & sermo scientiæ, non in publico & palàm positus, neque conculcandus pedibus apparet: sed cùm quęsitus fuerit, inuenitur: & inuenitur non, vt diximus, in propatulo positus: sed obtectus, & quasi post parietem latens. Anima autem quæ in ecclesia esse dicitur, non intra ædificia parietum collocata intelligitur: sed intra munimenta fidei, & ædificia sapientiæ posita celsisq; fastigijs charitatis obtecta. Propositum ergo bonum, & fides rectorum dogmatũ, animam esse in domo ecclesiæ facit: cuius domus membra quædam sunt: quæ vel cubiculum, vel domus vini, vel alia huiusmodi, pro gratiarum scilicet gradibus, & donorum spiritualiũ diuersitatibus appellantur. Sic ergo & paries nunc pars quædã domus huius est, quæ potest indicare dogmatum firmitatem, sub qua stare dicitur sponsus, & in quibus tam magn⁹ & excelsus est, vt emineat omne ædificium, & prospiciat sponsam: id est, animam.

H Et nondum quidem apertum se ei totumq; manifestet, sed quasi per retia prospiciens, hortetur eam & prouocet, non sedere intrinsecus segnem, sed exire ad se foras: & conari, vt non iam per fenestras & retia, neque per speculum in ænigmate, sed procedens foras facie ad faciem videat eum. Nunc enim quia nondum potest ita eum intueri: propterea non antè, sed retrò ei, & post parietem stet. Incumbit autem per fenestras, quæ sine dubio patebant ad recipiendũ lumen, ad illuminandam domum. Per has ergo sermo dei incumbens & prospiciens, prouocat exurgere, & ad se venire animam. Possumus autem sensus corporeos fenestras intelligere, per quas aut mors, aut vita intrat ad animam. Sic enim designat Hieremias p-
Hier.9.f. pheta cùm de peccatoribus loquitur, dicẽs: Ascẽdit mors per fenestras vestras. Quomodo ascendit mors per fenestras? Si oculi peccatoris videãt mulierẽ, & mœchentur eam in corde suo: sic mors ingressa est ad animam per fenestras oculorum. Sed & cùm recipit quis auditum vanum & præci-

I puè falsæ scientię dogmatum peruersorum: tunc per aurium fenestras mors intrat ad animam. Si verò anima intuens ornamentum mundi, & ex pulchritudine creaturarum cõditorem omnium intelligat deum, & opera eius miretur, laudétque operum creatorem, ad animam hanc vita ingreditur per fenestras oculorum. Sed & cùm auditũ inclinat ad verbum dei: & rationibus sapientię ac scięntiæ eius delectatur, huic per aurium fenestras ad animam sapientiæ lumen ingreditur. Per has ergo fenestras prospiciens verbum dei, & prospectum suum ad sponsam animam dirigens, assurgere hortatur eam & venire ad se: id est, corporea & visibilia relinquere, & ad incorporea & inuisi-
2.Cor.4.d bilia ac spiritualia properare: quoniam quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sũt. Sic & spiritus dei circuire dicitur, & quærere dignas animas, quæ aptæ rectæq; fieri possint ad habitaculum sapientiæ. Quòd autem per retia fenestrarum prospicere dicitur: illud sine dubio indicat, quòd donec in domo huius corporis posita sit anima, non potest nudam & aper- K
tam dei sapientiam capere, sed per exempla quædam & indicia atque imagines rerum visibilium, illa quæ sunt inuisibilia & incorporea cõtemplatur: & hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fenestrarum. Si verò de Christo hæc & ecclesia exponamus, domus, in qua habitabat ecclesia, scripturæ sunt legis & prophetarum: ibi enim & cubiculum regis est, omnibus diuitijs scientiæ ac sapientiæ repletum: ibi & domus vini, doctrina scilicet vel mystica, vel moralis, quæ lætificat cor Psal.103.b
hominis. Aduenies ergo Christus stetit paululum post parietem veteris testamẽti. Stetit enim post parietẽ, cùm non manifestaretur ad populũ. Vbi verò affuit tẽpus, & cœpit per fenestras legis ac prophetarum, per ea scilicet quæ de eo prædicata fuerant apparẽre, & ostendere se ecclesiæ intra domum: hoc est, intra literã legis sedenti: prouocat eã inde exire, & venire foras ad se. Nisi eñ exeat, nisi procedat & pgrediatur à litera ad spiritum: non potest sponso suo cõiungi, neq; Christo sociari. Vocat ergo eam, & inuitat à carnalibus, ad spiritualia: à visibilibus, ad inuisibilia: à le
ge venire ad euangelia: Et ideo dicit ei: Surge, ve- L
ni proxima mea, formosa mea, columba mea. Et vt aliqua etiam de his quæ postmodum dicenda sunt, præueniamus, timentes sensum perdere, qui occurrit in hoc loco: propterea fortassis & illud dicit ad eam, quia etiam hyems transijt, pluuia
bijt, simul & passionis suæ tẽpus indicans, quòd transacta hyeme & dejectis imbribus, ipse passus est: simul & illud quoq; per spiritualem designãs intelligentiam, quòd vsque ad illud tempus quo Christus passus est: imbres fuerũt super terram. Mandabat eñ adhuc dominus imbribus prophetis, vt pluerent verbi pluuiam super terram. Sed quia vsq; ad Ioannem Baptistam, prophetica finiũtur officia: meritò imbres abijsse & discessisse dicuntur. Cessarunt autẽ prophetici imbres, non ad damnum credentium, sed ad maiora ecclesiæ lucra. Quid enim imbribus opus est, vbi flumen
dei lætificat ciuitatem, vbi in corde vniuscuiusq; Psal.45.a
credentium, fons aquæ viuæ fit, saliẽtis in vitam Ioan.7.f.
æternam? Quid opus imbribus, vbi iã flores apparuerunt in terra nostra: & ex aduentu domini, M
iam non exciditur ficulnea quæ prius non attu- Matt.3.c.
lerat fructum? Nunc enim iam produxit grossos &.7.c.
suos. Sed & vineæ dederunt odorem suum. Vnde
& vnus quidã ex ista vinea dicebat: Quia Chri- 2.Cor.2.d
sti bonus odor sumus deo, in omni loco in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Sed hæc, sicut suprà designauimus, antequam ad ipsa scripturæ loca venirem⁹, præsumpsimus: ne fortè fugeret nos sensus, qui occurrisse videbatur in tempore. Nũc repetam⁹, quomodo per retia prospicere dicatur.
Scriptum est: Non enim iniquè tenduntur retia Prou.1.b.
auibus. Et iterum: Iustus si incurrerit in peccatũ, effugere iubetur, sicut & dammula ex laqueis, & auis ex retibus. Plena est ergo vita mortalium laqueis offensionum, retibus plena deceptionum, quas tendit aduersum genus humanum ille qui
contra dominum gigas venator Nemrod appel- Genẽ.10.b.
latur. Verus etenim gigas quis alius est, nisi diabolus, qui etiam aduersus deum rebellat? Laquei ergo tentationum, & decipulæ insidiarum, diaboli retia

A li retia appellantur. Et quoniam hæc retia vbiq; tetenderat inimicus, atq; in ipsis penè omnes inuoluerat, oportebat esse aliquē qui fortior & eminentior fieret his, & cōtereret ea: vt sequētibus se viam posset aperire. Idcirco ergo & saluator priusquam in coniugium & societatē veniret ecclesiæ, tentatur à diabolo: vt vincens retia tentationum, per ipsa prospiceret, & per ipsa vocaret eam ad se: docens sine dubio & ostendens ei, quòd non
Acto.14. per ocium & delitias: sed per multas tribulatiōes
d. & tentationes veniēdum sibi esset ad Christum.
Nullus ergo alius fuit qui retia ista superare po-
Rom.3.c. tuerit. Omnes enim peccauerunt, sicut scriptum
Psal.13.a. est: Et rursus, vt scriptura dicit: Non est iustus su
per terram, qui fecerit bonum, & non peccauerit.
Iob.15.b. Et iterū: Nemo mundus à sorde, nec si vnius diei
fuerit vita eius. Solus ergo est dominus & saluator noster Iesus Christus, qui peccatum nō fecit:
2.Cor.5.d sed peccatum eum pater fecit pro nobis, vt in si-
militudine carnis peccati, de peccato dānaret pec
catum: Venit ergo ad ista retia, sed inuolui in eis
solus ipse non potuit: quinimò diruptis eis & cō-
B tritis dat ecclesiæ suæ fiduciam, vt audeat iā cas-
sare laqueos, & trāsire per retia, & cum omni ala-
Psal.123.a critate dicere: Anima nostra sicut passer erepta
est de laqueo venantium. Laqueus contritus est,
& nos liberati sumus. Quis autem contriuit la-
queos, nisi ille qui solus in eis teneri non potuit?
Quanuis & ipse in morte fuerit volūtarie: & nō
Psal.87.a vt nos necessitate peccati. Solus est enim, qui fuit
inter mortuos liber. Et quia liber inter mortuos
fuit: idcirco deuicto eo qui habuit mortis imperi-
um, abstraxit captiuitatē quæ tenebatur in mor-
tem. Et non solus semetipsum resuscitauit à mor
tuis, sed & eos qui tenebantur in morte simul ex-
Ephe.4.b citauit, simulq; sedere in cœlestibus fecit. Ascendens enim in altum, captiuam duxit captiuitatem: non solum animas educēs, sed & corpora eo-
Matt.27.f rum resuscitans, sicut testatur euangelium: quòd
multa corpora sanctorum resuscitata sunt, & apparuerunt multis, & introierunt in sanctam ciuitatem dei viuentis Hierusalem. Hæc nobis exposito de retibus secundo in loco assumpta est. Sit
C sanè legentis iudicium, quæ earum mysticis dignius aptari possit eloquijs.

Homilia quarta.

SVrge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quoniam ecce hyems trāsijt, pluuia abijt, & recessit sibi: flores visi sunt in terra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra. Arbor fici produxit germina sua: vites florētes dederunt odorē suum. Quid contineat ordo dramatis, iam suprà descripsimus: nūc verò quid vel sermo dei ad animam se dignam sibiq; aptā: vel quid Christus ad ecclesiam dicere intelligendus sit, aduertamus. Sed interim primus sermo dei loquatur ad hanc speciosam decoramq; animā, cui per sensus corporeos: id est, per intuitum lectionis, & per auditum doctrinæ, quasi per feneſtras apparuit, proceritatēq; suæ magnitudinis demonstrauit: ita vt in superioribus ei loqueretur incumbens, atq; inde euocans eam, vt procedat foras: & extrà sensus iam corporeos effecta, desinat esse in carne, vt meritò audiat: Vos autem non estis in carne, sed in spiri- Roma.8.
tu. Non enim aliter diceret eam verbum dei pro- D b.c.
ximam sibi, nisi coniungeret se ei, & fieret cum eo
vnus spiritus: nec deceret speciosam, nisi videret
imaginem eius renouari de die in diem: & nisi vi- Coloss.3.b
deret eam capacem spiritus sancti, qui in specie co Matt.3.d.
lumbæ descendit in Iordane super Iesum, non ei
diceret, columba mea. Conceperat enim amorem
verbi dei, & cupiebat ad ipsum volatu celeri pe-
uenire, dicens: Quis mihi dabit pennas sicut co- Psal.54.b
lumbę, & volabo & requiescam? Volabo, sensibus:
volabo intellectibus spiritualibus: & requiescam,
cùm apprehendero sapiētiæ & scientiæ eius the-
sauros. Puto enim quia sicut hi qui mortē Chri-
sti recipiunt, & mortificant mēbra sua super ter- Coloss.3.a
ram, consortes efficiuntur similitudinis mortis
eius: ita & hi qui virtutē spiritus sancti recipiunt,
& sanctificantur ex eo, & donis eius replētur, quia
ipse in specie columbæ apparuit, etiàm ipsi colū-
bæ fiant: vt de terrenis & corporeis locis euolent
ad cœlestia, pēnis sancti spiritꝰ subleuati. Quod
sit autem tempus opportunum, quo hæc fieri pos
sint, consequenter inseruit. Quia ecce hyems, in-
quit, transijt, pluuia abijt. Non enim antè anima E
verbo dei iungitur & sociatur, nisi omnis ex eo
hyems perturbationum ac vitiorum procella dis-
cesserit: & vltrà iam non fluctuet, & circūferatur Ephe.4.c
omni vēto doctrinæ. Vbi ergo ex anima hæc cū-
cta discesserint, desideriorumq; ab eadem tempe-
stas effugerit: tunc incipient in ea flores vernare
virtutum, tunc eius menti & tempus putationis
aduenier: & si quid superfluum & minus vtile fue
rit in eius sensibus, vel intellectibus, resecabitur,
& ad gemmas spiritualis intelligentiæ reuocabi-
tur. Tunc etiam vocem turturis audiet, illius sine
dubio sapientię, quam dispensator verbi loquitur 1.Cor.2.b
inter perfectos, sapientiæ dei altioris, quæ abscō-
dita est in mysterio. Hoc namq; indicat appella-
tio turturis. Hæc namq; auis in secretioribus & Turtur.
remotis à multitudine locis, vitam transigit, aut
deserta montium diligens, aut secreta syluarum,
procul semper à multitudine posita, & à turbis a-
liena. Quid autem est aliud quod opportunitati
temporis huius amœnitatiq; cōueniat. Ficus, in- F
quit, produxit germina sua. Notandum quidem
fructus ipsius spiritus, qui sunt gaudiū, charitas, Gala.5.d.
pax, &c. Sed iam tamen germina eorum proferre
incipit spiritus hominis, qui in ipso est singulari-
ter ficulnea nominatus. Sicut enim generaliter in
ecclesia, diuersæ arbores, singulæ quæque animæ
credētium intelliguntur: de quibus dicit: Omnis Mat.15.b.
arbor quam non plantauit pater meus cœlestis,
eradicabitur. Et iterum, Paulus qui se dicit adiu- Ibidem.
torem dei esse in agricultura dei: ait etiam ipse:
Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed & dominus in 1.Cor.3.b
euāgelijs: Aut facite arborem bonam, & fructum Mat.12.c.
eius bonum: aut arborem malam, & fructum eius
malum. Sicut ergo generaliter in ecclesia, singuli
quiq; credentium, diuersæ arbores intelliguntur:
ita & in vnaquaq; anima, diuersæ virtutes efficacia eius, diuersę arbores intelliguntur. Est ergo &
in anima ficus quædā quæ producit germen suū:
est & vitis quæ floreat & reddat odorem suū. Cu-
ius vitis palmites purgat cœlestis agricola, vt fru Ioan.15.a.
ctum plurimū afferant. Sed hæc vitis primò per

G odoris ſuauitatem,quę ex flore redditur,lætificat
2.Cor.2. odoratum,ſecundū eum qui dicebat:Quia Chri-
d. ſti bonus odor ſumus deo in omni loco.Hęc ergo
initia virtutum videns ſermo dei in anima,vocat
eā ad ſemetipſum, vt feſtinet & exeat: & abijciēs
cuncta corporea,venit ad eū, vt perfectionis eius
particeps fiat.Idcirco igitur quaſi adhuc iacenti,
& in reb⁹ corporeis incumbenti primò dicit: Ex-
urge:& quaſi quæ ſtatim obedierit,& obſecuta ſit
vocanti,collaudatur ab eo,& audit,proxima mea
& columba mea.Et poſt hæc ne ad tentationum
turbines trepidaret,annūciat ei quòd hyems diſ-
ceſſerit,& pluuia trāſierit,& abierit ſibi.Bene au-
tem vitiorum & peccatorum naturam, vno miro
ſermone prolato ſignificauit: vt huiuſmodi dice-
ret hyemem & pluuiā,quæ ex vitiorum delicto tē
peſtateq; deſcendat:ſibiq; abeſſe indicās, & p hoc
nullam eſſe ſubſtātiam peccatorū. Non enim de-
cidentia de homine vitia,ad aliquam aliā ſubſtā-
tiam peccatorū congregātur:ſed ſibi abeunt,& in
ſemetipſa reſoluta euaneſcūt, atq; in nihilū redi-
guntur.Et ideo dixit,quia abijt ſibi.Fit ergo trā-
H quillitas animæ apparente ei verbo dei,& ceſſan-
te peccato:& ita demum florente vinea,incipient
virtutes atq; arbuſta, bonorū operū fructum ger-
minare.Sed nunc iterū Chriſtus hæc loquitur ad
eccleſiā,& in anni circulū, omne præſentis ſeculi
ſpatiū ponit.Et per hyemē quidem illud indicat
Exod.7. tēpus,in quo vel Aegyptios grādo & turbines ac
& ſeq. reliqua decem plagarum verba flagellabant:vel
In libris Iu dicum,& cùm diuerſa bella perferebat Iſraël: vel etiā cùm
Regum. ipſi ſaluatori reſtitit,& incredulitatis turbine cor-
reptus,naufragio fidei ſubmerſus eſt.Vbi ergo il-
Rom.11.b lorum delicto ſalus gentibus facta eſt: vocat nūc
ad ſe eccleſiā,dicitq; ei: Exurge,& veni ad me, qa
iā hyems quæ ſubmerſit incredulos,& vos i igno
rātia reprimebat, abſceſſit. Sed & pluuia pertrāſ-
Eſa.5.b. iit:id eſt,iā non mādabo nubibus,prophetis ſcili-
cet,vt pluant pluuiam verbi ſuper terras:ſed ipſa
vox turturis:hoc eſt,ipſa dei ſapiētia loquetur in
terris,& dicet: Ipſe q̄ loquebar adſum. Flores er-
go credentiū populorum, & orientiū eccleſiarum
apparuerunt in terra. Sed & putationis tempus,
per fidem meæ paſſionis & reſurrectiōis aduenit.
I Amputātur enim & execrātur ab hominibus pec
cata,cùm in baptiſmo donatur remiſſio peccato-
rum.Vox quidē turturis(vt diximus)iam nō per
diuerſos prophetas,ſed per os ipſius ſapiētiæ dei
auditur in terris. Et ficulnea germinat, quæ po-
teſt in fructibus ſancti ſpiritus accipi: qui nūc pri
mùm aperiuntur & demonſtrant eccleſiæ,vel etiā
in litera legis,quæ ante aduentum Chriſti clauſa
erat & cōſtricta, & indumento quodā intelligētiæ
carnalis obtecta.Ex præſentia verò eius & aduē-
tu,prolatum eſt ex ea germen ſpiritualis intelli-
gētiæ:& ſenſus viridis & vitalis,qui in ea tegeba-
tur apparuit: vt eccleſia quæ tegebatur à Chriſto
in ficulnea:id eſt,in lege, non appareat arida, nec
occidentem literā ſequi, ſed florentē & viuifican-
tem ſpiritum.Sed & vites florere dicuntur, & de-
diſſe odorē ſuum.Poſſunt quidē & diuerſæ eccle-
ſiæ quæ per orbem terræ habentur, vites dici flo-
Eſa.5.b. rentes vt vineæ.Vinea enim domini ſabaoth do-
mus Iſraël eſt,& domus Iuda dilecta nouella.Iſtæ
ergo vineę cùm primò accedunt ad fidem,florere
dicuntur.Cùm verò per religionem operū ſuorū K
ſuauitate adornant,odorē ſuum dediſſe dicūtur.
Et nō ſine cauſa puto quòd nō dixerit, odorē de-
derunt:ſed,odorē ſuum: vt oſtenderet ineſſe vni-
cuiq; animæ vim poſſibilitatis, & arbitrij libertā-
tē,qua poſſit agere omne quod bonū eſt.Sed quia
hoc naturæ bonū præuaricationis occaſione de-
cerptum,vel ad ignominiā, vel ad laſciuiā fuerat
inflexum:vbi per gratiā reparatur,& per doctri-
nam verbi dei reſtituitur, odorem reddit ſine du-
bio illum,quem primus conditor deus indiderat,
ſed peccati culpa ſubtraxerat.Poſſunt autē & vi-
tes vel vineæ, intelligi virtutes cœleſtes & ange-
licæ,quæ hominibus largiunt odorem ſuū: id eſt,
doctrinæ & inſtitutionis bonum, quo inſtruūt &
imbuunt animas,donec ad perfectionē veniāt, &
incipiant capaces fieri dei.Sicut & Apoſtolus ad
Hebræos ſcribens dicit: Nónne oēs ſunt miniſte- Heb.1.d.
riales ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos
qui hæreditatē capiunt ſalutis? Et ideo dicunt ab
ipſis quaſi primum florem & odorē bonorū ope-
rū capere homines: ipſos verò fructus vitis ab eo
ſperare qui dixit: Non bibā de generatione vitis Mar.14.c
huius, donec bibā illud vobiſcū nouum in regno L
patris mei. Illi ergo perfecti flores & fructus, ab
ipſo ſperandi ſunt: initia verò &(vt ita dicā)pro-
ficiendi ſuauitas, poteſt à cœleſtib⁹ virtutib⁹ mi-
niſtrari. Vel certè per eos qui dicebāt(vt ſuprà di
ximus) quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo
in omni loco. Sed & alio modo poſſumus adhuc
intelligere hæc quæ habentur in manibus, vt di-
camus veluti prophetiam quandam videri ad ec-
cleſiam factam, per quā vocetur ad repromiſſio-
nes futuras,vt quaſi poſt conſummationem ſecu-
li cùm tempus reſurrectiōis aduenerit,dicatur ei,
exurge. Et quia ſermo hic ſtatim opus reſurrec-
tionis deſignat, tāquam ex reſurrectione clarior
& ſplendidior effecta inuitat ad regnum, & dici-
tur ei: Veni proxima mea,ſpecioſa mea,columba
mea,quia hyems tranſijt.Hyemem ſine dubio hu
ius præſentis vitæ procellas & turbines nomi-
nans, quibus humana vita, tentationum procel-
lis agitatur.Trāſijt ergo hyems iſta cum pluuijs
ſuis,abijt ſibi. Sibi enim vnuſquiſque egit in hac
vita omne quod egit.Principium verò repromiſ- M
ſionum futurarum, flores . Securim ad radicem Matt.3.c.
arboris poſitam in conſummationem ſeculi, vt & Luc.3.b
excīdat omnem arborem nō facientem fructum
bonum:tempus putationis intellige. Vocem verò
turturis quę in literis repromiſſionis audit,quam
manſueti in hæreditate ſuſcipient,Chriſti perſo-
nam facie ad faciem,& nō iam per ſpeculum & in 1.Cor.13.c
ænigmate docentis, aduerte. Ficulnea verò quæ
germen ſuum producit,totius congregationis iu-
ſtorū fructus habeatur.Iſtæ verò & ſanctæ & bea
tæ angelicæ virtutes, quibus electi quiq; & beati
ex reſurrectione ſociabuntur,qui erunt ſicut an- Mat.22.c.
geli dei:ipſæ ſunt vites florentes & vineæ,quæ o-
dorem ſuum vnicuiq; animæ,& gratiam quam à
conditore ſuſcepit prius: & nūc iterum perditam
recuperauit,impertiunt:ſuauitateq; cœleſtis odo-
ris,fœtorem tandem abiectæ ab eis mortalitatis,
corruptionisq; depellunt. Surge, & veni proxima
mea,columba mea,in velaminibus petrę iuxta p-
murale.Oſtende mihi faciem tuam,& auditā fac
mihi

A mihi vocem tuam: quoniam vox tua suauis est, & facies tua speciosa. Secundum propositi dramatis ordinem, sponsus qui saliens super montes, & exiliens super colles ad sponsam venerat, prospiciens eam, & intuens per fenestras, secundo iam loco dicit ad eam: Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Nunc verò addit etiam hoc, vt ostenderet ei locum ad quem venire debeat, qui locus sub velamento & tegmine saxi sit positus. Sit autem idem locus non tam iuxta murũ, quàm iuxta promurale quoddam. Promurale autem dicitur, cùm extra muros qui ambiunt ciuitatem, alius ducitur murus, & est murus ante murum. Tum deinde quasi si reuerentiæ causa, ipsa sponsa obtecta sit & velata: petit ipse sponsus, vt veniens ad illum locum quem suprà ostendit, vtpote secretiorẽ, vbi ei quasi reiecto velamine ostẽdat faciem suam. Et quia pro multa reuerentia taceret sponsa, desiderat sponsus aliquando etiam vocẽ eius audire, & delectari in verbis eius: & dicit, vt auditam sibi faciat vocem suã. Videtur tamen quòd nõ ei penitus incognita sit facies eius,

Promurale.

B neque vocis eius ignarus sit: sed quia interceſſerit aliquid, in quo nec faciem eius viderit, nec vocẽ audierit. Iste sit propositi dramatis textus: cui & hoc additur, quòd Veris tempꝰ agi videatur, cùm & flores apparuisse memorantur in terra, & vox turturis personare, & germen arbores produxisse. Propter hoc velut opportuno tempore progredi prouocat sponsam, quæ sine dubio hyemem totã intra domus claustra resederit. Sed hæc nullam mihi videntur (quantum ad historicam narrationem pertinet) vtilitatem conferre legentibus, aut aliquam saltem narrationis ipsius seruare consequentiam, sicut in cæteris scripturæ historijs inuenimus: vnde necesse est cuncta ad spiritualem transferre intelligentiam. Primò ergo intellige mihi animę hyemem, cùm adhuc passionum fluctibus iactatur, & vitiorum procellis, ac duris malignorum spirituum flatibus verberatur. In his positam, nõ hortatur eam sermo dei foras exire, sed intra semetipsam colligi, & vniri vndiq, atq contegi contra pernicioſos malignorũ spirituum flatus. Nulli tũc in diuinis literis studiorum flo-

C res apud eam, nec profundioris sapientiæ secreta & recondita mysteria, quasi per vocem turturis resonant. Sed neque odoratus eius gratiæ aliquid quasi ex vineæ floribus recipit: neque visus eius tanquam in ficulneæ germine delectatur, sed sufficit vt in tempestatibus tentationum, à lapsu peccati tuta ac munita permaneat. Quòd si obtinuerit vt illæsa perduret: hyems ei transijt, & venit ei ver (ver namq ei est, cùm quies animo datur, & tranquillitas menti) tũc ad eam venit verbum dei: tunc eam vocat ad se, & hortatur vt exeat: nõ solum extra domum, sed extra ciuitatem: id est, non solum extra carnis vitia efficiatur, sed extra omne quicquid corporeum, & visibile continetur in mundo. Namq figuraliter in lege ciuitatem iam in superioribus euidenter ostendimus. Euocat ergo anima extra murum, & vsq ad pro-

2.Cor. 4. d. murale perducit, cùm abijcies & relinques ea quæ videntur & temporalia sunt, contendit ad ea quæ non videtur, & æterna sunt. Ostendit ergo ei iter istud sub velamine petræ agendum, non sub aëre nudo: neq vt patiatur solis ardores, ne iterũ fusca D fiat, ne iterũ dicat, despexit me sol: propterea sub velamine petræ agit hoc iter. Hoc autem ipsum velamen nõ vult ex frõdibus ei esse, aut lintheis, aut pellibus, sed petram vult ei esse velamen: id est, firma & solida Christi dogmata. Ipsum namque esse petram Paulus pronunciat, dicens: Petra autem erat Christus. Christi ergo doctrina & fide si obtegatur anima & veletur, tutò potest ad illud peruenire secretum, vbi reuelata facie gloriam domini contẽpletur. Meritò autem velamen d. istud petræ tutum creditur: quia & Salomon de ea dicit in Prouerbijs, quòd vestigia serpentis nõ Prou.30.c poſſunt deprehendi super petram. Sic enim ait: Tria sunt quæ impossibile est mihi intelligere, & quartum quod ignoro: Vestigia aquilæ volantis, & viam serpentis super petram, & semitas nauis in pelago, & vias viri in iuuentute. Serpentis ergo, id est, diaboli: vestigia, id est, signa aliqua peccati, in hac petra quę est Christus, inueniri non possunt: quia solus est qui peccatum non Esa.53.c. fecit. Huius ergo petrę vero velamine anima tu- &.1.Pet. E tò peruenit ad promuralem locum: id est, ad con- 2.d. templandum incorporalia & æterna. De hac eadem petra alia verbi specie Dauid in triceſimonono psalmo dicit: Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Nec mireris si apud Dauid petra hæc quasi fundamentum & crepido est animæ, per quam pergit ad deum: Et apud Salomonen velamen est animæ ad mystica sapientiæ secreta tendentis, cùm & ipse Christus nunc via dicatur, per quam credentes incedunt: Ioan.14.a nunc etiam præcursor, sicut ait Paulus: In quod Heb.6.d. præcursor introiuit pro nobis Iesus. Simile est & istud, quod per Moysen dicitur à deo: Ecce po- Exo.33.d. sui te in foramine petræ, & videbis posteriora mea. Igitur petra ista quæ Christus est, non est ex omni parte clausa, sed habet foramen. Foramen verò est petræ, qui reuelat, & innotescere facit hominibus deum. Nemo ergo videt patrẽ nisi Ioan.14.b filius: nemo ergo videt postrema dei: id est, quæ in postremis temporibus fiunt, nisi positus in foramine petræ: scilicet cùm ea Christo reuelante didicerit. Et hic ergo sub velamine petræ animam proximam sibi effectam, inuitat sermo dei F ad promuralem locum, sicut suprà iam diximus, ad contemplanda ea quæ non videntur, & æter- Exo.33.c. na sunt: & ibi dicit ad eam: Ostende mihi faciem tuam: profectò vt videat, si aliquid in vultu eius veteris adhuc velaminis habeat: sed possit intrepidis obtutibus gloriam domini speculari, vt hæc ipsa dicat: Et vidimus gloriam eius, gloriam tã- Ioan.1.b. quam vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis. Sed & cùm digna fuerit, vt de ipsa dicatur, sicut & de Moyse dictum est: quia Moyses lo- Exo.19.d. quebatur, & dominus respondebat ei: tunc completur in eo quod ait: Auditam fac mihi vocem tuã. Ingens verò laus eius ostenditur in eo quod dicitur: Vox tua suauis. Sic enim sapientissimus propheta Dauid dicebat: Suauis sit ei disputatio mea. Suauis autem est vox animæ, cùm verbum dei quod loquitur cum fide, & dogmatibus veritatis exponit: cùm dispensationes dei, & iudicia eius explanat. Si verò aut stultiloquium, aut scurrilitas, aut vanitas de orẽ eius procedunt, aut verbum ocio-

Mat.12.c. bum ocioſum,de quo reddenda ſit ratio in die iu-
G dicij,inſuauis & iniocūda vox iſta eſt. Ab hac vo
ce Chriſtus auertit auditum ſuum. Et ideo quęq;
Pſal.38.& perfecta anima ponit ori ſuo cuſtodiam, & oſtiū
140.a. circunſtantiæ labijs ſuis:vt talem ſemper ſermo-
Col.4.a. nem proferat,qui ſale cōditus det gratiam audiē-
tib9,& dicat de ea verbum dei, quia vox tua ſua-
uis.Sed & facies tua,inquit,ſpecioſa. Si intelligas
2.Co.3.d. illam faciem,de qua Paulus dicit: Nos autem oēs
1.Cor.13. reuelata facie:& item cùm dicit: Tunc autem fa-
d. cie ad faciem:tunc videbis quæ ſit animæ facies,
quæ laudetur à verbo dei,& ſpecioſa eſſe dicatur.
Coloſſ.3.b Illa ſine dubio quæ quotidie renouatur ad imagi-
Ephe.5.f. nem eius qui creauit eā:quæ non habet in ſe ma-
culam,aut rugam,aut aliquid huiuſmodi, ſed eſt
ſancta & immaculata, qualē & ipſe ſibi exhibuit
Chriſtus eccleſiam, animas ſcilicet quæ ad perfe-
ctionem venerunt,quæ omnes ſimul efficiūt cor-
pus eccleſiæ. Quod corpus vtiq; pulchrum vide-
bitur & decorum:ſi animæ ex quibus corpus illud
efficitur, in omni perfectionis decore permanſe-
H rint. Sicut enim cùm anima in iracundia eſt, tur-
batum & ferum reddit corporis vultum: cùm ve-
rò in manſuetudine & tranquillitate perſiſtit, pla
cidum mitemq; reddit aſpectū:Ita & eccleſiæ fa-
cies pro virtutibus & motibus credētium,aut de-
cora pronunciatur,aut turpis: ſecundum quod &
Prou.16.f ſcriptum legim9: Veſtigiū cordis in bonis,vultus
Ibid.15.b. hilaris. Et item alibi: Cordis læti facies florida:
in triſtitijs autē poſiti,mœſtus eſt vultus. Cor er
go lætum eſt, cùm habet in ſe ſpiritum dei:cuius
Gala.5.d. primus fructus charitas eſt, ſecundus gaudiū eſt.
Ex his puto quoſdam ſapiētes ſeculi aſſumpſiſſe
« illam ſententiam, quæ dicit: Quia ſolus ſapiens
« ſpecioſus eſt:omnis autem nequam,turpis eſt. Su
pereſt nobis vt aliquid apertius etiam de nomine
promuralis dicamus. Quod(ſicut ſuprà dixim9)
indicat murum eſſe ante murum: quod etiam in
Eſa.26.a. Eſaia hoc modo dicitur:Pone murū,& circa mu
rum. Murus munimētum ciuitatis eſt. Alius ve-
rò murus ante murū vel circa murum, maiora &
validiora munimenta deſignat. Per quod oſtē di-
tur,quia euocās ſermo dei animā, & educens eam
à corporalib9 negocijs, & corporis ſenſibus,doce-
I re eam de futuri ſeculi myſterijs cupit:& inde ei
munimenta conquirere, vt ſpe futurorum muni-
ta & circun data,in nullo poſſit vel illecebris vin-
ci,vel tribulationibus fatigari. Nūc etiam videa-
mus quomodo hæc à Chriſto ad eccleſiam dican-
tur,quæ eſt proxima ei & ſpecioſa. Specioſa autē
nulli alij niſi ſoli ipſi:hoc enim ſignificat cùm di-
cit,ſpecioſa mea:hanc ergo exuſcitat Chriſtus,&
ipſi euangelium reſurrectionis annunciat:& ideo
dicit: Exurge, veni proxima mea, ſpecioſa mea.
Quia autem dedit & ei pennas columbæ, poſtea
Pſal.67.c quàm dormiuit in medio ſortium:media autē in-
ter duas vocationes Iſraēlis,eccleſia vocata eſt:qa
Rom.11.c primò Iſraēl vocatus eſt: poſt hæc vbi ipſe offen-
dit & cecidit,vocata eſt eccleſia gentiū. Cùm au-
Ibidem. tem plenitudo gentium introierit,tunc iterum o-
mnis Iſraēl vocatus ſaluabitur. In medio ergo ha
rum duarum ſortium dormit eccleſia. Et propter
Pſal.67.c hoc dedit ei pennas colūbę deargentatas,qđ ſigni-
ficat rationabiles pennas in ſancti ſpiritus domi,
Et poſteriora dorſi eius: vel in viriditate auri, vt
quidam legūt:vel vt alij ſcriptum habent, in pal- K
lore auri. Quod oſtendere poteſt : quia poſterior
illa vocatio quam ex Iſraēl futuram dicit apoſto-
lus,non erit in obſeruātia legis, ſed in precioſita-
te fidei. Auri namq; viriditatis gerit ſpeciē, fides
virtutibus florēs. Poteſt autem dici in medio ea-
rum ſortiū dormire vel quieſcere eccleſia, in me-
dio duorum teſtamentorum: & pennæ eius dear-
gentatæ ex ſenſib9 legis. Aurum in poſterioribus
dorſi eius,intelligi euangelici muneris donū po-
teſt. Ad hanc ergo eccleſiam dicit Chriſtus: Veni
tu columba mea,& veni in operimento petræ:do-
cēs eam vt operta veniat, ne quid patiatur ab in-
curſantibus eam tentationibus,ſed ſub vmbra pe
træ incedat obtecta,dicens:Spiritus vultus noſtri Threñ.4:
Chriſt9 dominus,cui diximus:In vmbra eius vi- d.
uemus in gentibus. Obtecta autem incedit & ad-
operta:quia debet poteſtatem habere ſuper caput 1.Cor.11.b
propter angelos. Cùm autem venerit ad promu-
ralem locum:id eſt,ad futuri ſeculi ſtatum,ibi ad
eam dicit:Oſtende mihi faciem tuam,& auditam
mihi fac vocē tuam,quia vox tua ſuauis eſt. Au- L
ditam vult fieri vocem eccleſię ſuæ:quia qui eum Marc.8.d.
confeſſus fuerit coram hominibus,& ipſe cōfite- & Luc.12.
bitur eū coram patre ſuo qui in cœlis eſt. Quia a.
vox tua ſuauis eſt:& quis non fatetur ſuauem vo
cem eccleſiæ catholicæ, fidem veram confitentis:
inſuauem verò & iniucundam eſſe hæreticorum
vocem, qui non dogmata veritatis, ſed blaſphe-
mias in deum, & iniquitatem in excelſum loquū- Pſal.72.b
tur? Sic & facies eccleſiæ ſpecioſa eſt, hæreticorū
verò turpis & fœda:ſi quis eſt tamen qui bene no
uerit pulchritudinē vultus probare: id eſt,ſi quis
ſpiritualis eſt,qui ſcit examinare oīa. Nā apud 1.Cor.2.d
imperitos & animales homines, pulchriora vidē-
tur mendacij ſophiſmata,quàm dogmata verita-
tis. Poſſumus autē adhuc de loco promurali etiā
hoc addere,quòd pmurale ſinus ſit patris,in quo
poſitus vnigenit9 filius enarrat omnia, & enūciat
eccleſiæ ſuæ quæcunq; in ſecretis, & in abſcōditis
patris ſinibus cōtinentur. Vnde & quidam ab eo
edoctus dicebat:Deum nemo vidit vnquā. Vnige 1.Ioā.4.c.
nitus dei filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarra-
uit. Illuc ergo euocat ſponſam ſuam Chriſtus: vt M
& de omnibus eam quæ apud patrē habent, edo-
ceat,& dicat: Quia omnia vobis nota feci, quæ Ioan.15.b.
audiui à patre meo:& vt iterum dicat:Pater,volo Ibid.12.b.
vt vbi ego ſum,illic ſit & miniſter meus. Capite
nobis vulpes puſillas,exterminātes vineas,& vi-
neæ noſtræ florebūt. Secundū dramatis ordinem
mutata eſt perſona:nō enim iā ad ſpōſam, ſed ad
ſodales loquitur ſponſus:& ipſis dicit, vt capiant
vulpes puſillas,quæ inſidiant vineis,vbi primum
germen oſtēderint,nec ſinūt eas peruenire ad flo-
rem. Capi ergo eas pręcepit,ſaluti & vtilitati cō-
ſulēs vinearū. Sed hæc vt cœpimus ſpirituali ex-
poſitione diſcutienda ſunt. Et puto q; ſi de anima
hæc quę ſe verbo dei cōiūgit aduertas,vulpes cō-
trariæ poteſtates,& nequitiæ dæmonum intelligi
debeāt,per cogitationes prauas & intelligentiam
peruerſam,exterminantes in anima virtutū flo-
rem,& fructum fidei perimentes. Prouiſio igitur
verbi dei,qui eſt dominus virtutum,mandat an-
gelis ſuis qui ad miniſterium miſſi ſunt propter Heb.1.d.
eos,qui hæreditatem capiunt ſalutis:vt capiāt ex

vnaquaque

A vnaquaque anima huiusmodi cogitationes à dæmonibus immissas, vt abiectis eis possint florem virtutis afferre. Capiunt autem cogitationes malas in eo, cùm suggerũt menti non esse eas à deo, sed esse à maligno spiritu: & dant animæ discretionem spirituum, vt intelligat quæ sit cogitatio secundum deum, & quæ sit ex diabolo. Vt autem scias esse cogitationes, quas immittit diabolus in cor hominum: vide in euangelio quod scriptum
Ioan.13.a. est: Cùm autẽ immisisset, inquit, diabolus in cor Iudę Iscariotis, vt traderet eum. Sunt ergo huiusmodi cogitationes quæ à dæmonibus injiciuntur in cordibus hominum. Sed quia non deest diuina prouidentia: ne fortè per huiusmodi importunitatem turbaretur libertas arbitrij, & non esset iusta causa iudicij: idcirco benignis angelis & amicis potestatibus, hominum cura mandatur: vt cùm deceptores quasi vulpes incursare cœperint hominem, dextris eum auxilijs subleuẽt. Et ideo dicitur: Capite nobis vulpes pusillas. Competenter sanè cùm adhuc pusillæ sunt, capi eas mandat & comprehẽdi. Dum enim cogitatio mala in
B initijs est, facilè potest abijci à corde. Nam si frequenter iteretur, & diu permaneat, adducit animam sine dubio ad consensum, & post cõsensum intra cor suum confirmatum, certum est quia ad peccati tendat effectum. Dum ergo in initijs est, & pusilla est, capi debet & abijci: ne si adulta fuerit, & inueterata, iam non possit expelli. Denique & Iudas initium mali habuit in amore pecuniæ. Et hęc fuit illi vulpes pusilla. Sed ab hac cùm videret dominus Iudæ animam quasi florentem vineam lædi, capere eam volens, & abijcere ex eo: commisit ei pecuniæ loculos, vt possidens, à cupiditate quod amabat cessaret. Sed ille vtpote habens sui arbitrij libertatem, nõ est amplexus medici sapientiam: sed indulsit semetipsum illi magis cõsilio quo exterminabatur anima sua, quàm quo sanabatur. Si verò hæc de Christo & ecclesia intelligamus, sermo videbitur ad doctores ecclesiæ dirigi, & mãdari eis de captione vulpium exterminantium vineas. Vulpes autem peruersos doctores hæreticorum dogmatum possumus in-
C telligere, qui per argumentorum calliditatem seducunt corda innocẽtium, & vineam domini exterminant, ne floreant in fide recta. Datur ergo præceptum doctoribus catholicis: vt dum adhuc pusillæ sunt istæ vulpes, & nondum plures animas deceperunt: sed initium habet praua doctrina, arguere hos, & refrenare festinẽt, & verbo veritatis contradicentes, reuincere, & capere hos assertionibus veris. Si enim permanserint in prin-
2.Tim.2.c cipijs, & indulserint, sermo eorum sicut cãcer serpit, & fiet insanabilis: vt multi inueniantur qui decepti ab eis, pugnare iam pro ipsis incipiant, & defendere suscepti erroris authores. Sic ergo pusillas dignum est vulpes capere, & dolosa hæreticorum sophismata, in ipsis statim initijs, veris assertionibus confutare. Vt autem vtriusque expositionis nostræ euidentior clarescat assertio, congregemus ex diuinis voluminibus, sicubi animalis huius mentio facta est. Inuenimus ergo in sexagesimosecundo psalmo de impijs ita dici: Ipsi verò inuanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Sed & in euangelio se- D
cundum Matthæum saluator ad scribam, qui dicebat ei: Magister, sequar te quocunque ieris. Respondit: Vulpes foueas habent, & volucres cœli Matt.8.c.
nidos vbi requiescant: filius autem hominis non & Lucæ
habet vbi caput suum reclinet. Similiter autem 9.g.
& in euangelio secundum Lucam, ad eos qui dixerunt domino: Exi & vade hinc, quia Herodes Luc.13.g.
vult te occidere. Respondit Iesus: Euntes dicite vulpi huic: Ecce ego ejcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & craſtina, & in die tertia consummabor. In libro quoq; Iudicũ Samson, cùm vxor Iudic.15.a
quæ erat ex genere Philistinorum ei fuisset ablata, ait ad patrem eius: Innocens sum ego hac vice ab Allophylis, quia faciam vobiscum mala. Et abijt Samson, & accepit trecentas vulpes, & accepit lampades, & ligauit caudam ad caudam, & posuit lampadem vnam inter duas caudas vulpium, & accendit ignem in lampadibus, & emisit eas per messes Allophylorum: & incendit omnes messes eorum, & stipulas eorum, & vineas eorum, & oliueta eorum. Adhuc autem in secundo libro E
Esdræ, vbi Tobias Ammanites impediuit ædi- Neemiæ
ficationem eorum qui de captiuitate redierant, vt 4.a.
ædificarent templum & murum, ait ad Allophylos: Nunquid isti sacrificabunt, aut comedent immolata in hoc loco? Nónne ascendent vulpes, & destruent murũ ipsorum quem ex lapidibus ædificant? Hæc sunt interim quæ ad præsens nobis ex scripturis diuinis occurrere potuerunt: in quibus animalis huius memoria facta est, vt ex his sapiens quisq; lector prudenter possit conijcere, si apta vsi sumus expositione in his quæ proposita sunt nobis ad explanandum id quod ait: Capite nobis vulpes pusillas. Et quanuis operosũ sit singula quæ exempli causa assumpsimus explanare: tamen quæ poterimus, breuiter contingemus. Et primò de sexagesimosecundo psalmo videamus, vbi cùm iusti animam persequerentur impij, ille psallebat, dicens: Ipsi autem inuanum quęsierunt animam meam, introibũt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. In quo vtiq; ostenditur, quòd vanis & inanibus verbis praui doctores decipere volentes animam iu- F
sti, introire dicuntur in inferiora terræ: terram vtpote sapientes, & de terra loquentes: atq; in inferiora eius: id est, in profundum stultitiæ descẽdentes. Puto enim quòd hi qui carnaliter viuunt, quia sibijpsis tantummodo nocent, terra esse & in terra habitare dicuntur. Hi verò qui terrenis & carnalibus sensibus scripturas intelligũt, & alios ita docendo decipiunt, pro eo ipso quòd argutias quasdam & argumenta carnalis, & terrenæ sapientiæ concinnant, in inferiora terræ dicuntur ingredi. Vel certè quia grauius delinquunt, qui terrena docent, quàm qui ita viuunt: eis futura pœna etiam grauior imminet: idemque ipsi in manus gladij tradendi prophetantur, illius fortas- Gen. 3.d.
sis flamei & versatilis. Quomodo autem & partes vulpium fiant, videamus. Omnis anima aut pars est dei, aut pars est cuiuscunq; qui accepit po
testatem super homines. Nã cùm diuideret altis- Deut.32.a
simus gentes, & dispergeret filios Adam, statuit fines gentium, secundum numerum angelorum dei, & facta est portio domini Iacob. Cùm ergo

constet

G conſtet vnamquãq; animam, aut in parte dei, aut in parte eſſe alterius cuiuſlibet: quoniam quidem per arbitrij libertatem poſſibile eſt vnumquẽque ex parte alterius tranſire, vel ad partem dei ſi melius (ipſo iuuãte) elegerit: vel ſi nequius, ad dęmonum portionem: hinc horum mentio habetur in
Pſal.62.c. pſalmo: Qui in vanũ quæſierunt animam iuſti,
Ibidem. partes erũt vulpium: veluti ſi diceret, & peſſimorum & nequiſſimorum dæmonum partes erunt: vt vnaquæq; maligna virtus & doloſa, per quam deceptiones & fraudes falſæ ſcientiæ introductæ ſunt, figuraliter vulpes appellentur: & hi qui in hunc errorem deducuntur, & nolunt acquieſcere ſanis ſermonib⁹ domini noſtri Ieſu Chriſti, & doctrinæ quæ ſecundum pietatẽ eſt, ſed decipi ſe patiuntur à talibus: iſti talium partes vulpium fiẽt, & introibunt cum eis in inferiora terræ. Ipſi ſunt
Matt.8.c. & illi, in quibus ſecundum euangeliũ vulpes iſtæ
&Luc.9.g quas ſuprà memorauimus, foueas habere dicunt, in quibus filius hominis nõ habet vbi caput ſuũ
Luc.13.g. reclinet. Herodem quoq; vulpem nominatum, p
H fallaci calliditate credẽdum eſt. Nam de Samſon
Iudic.15.a qui trecentas vulpes cepiſſe, & colligaſſe per caudas, atq; interieciſſe lampades ardentes in medio caudarum, atq; immiſiſſe per meſſes Allophylorum, & incendiſſe eas cum ſtipulis & oliuetis, vineisq; memoratur, valde mihi difficilis formę huius, vel figuræ videtur explanatio. Tentemus tamen aliqua ex his pulſare pro viribus: & ponam⁹ (ſicut expoſitio noſtra in ſuperioribus continet) vulpes eſſe fallaces peruerſoſque doctores. Hos Sampſon (qui veri & fidelis imaginem tenet doctoris) capies verbo veritatis, caudam ad caudam colliget: id eſt, aduerſantes ſibi, & diuerſa à ſe inuicem ſentientes, docentesq; cõfutet: atq; ex ipſorum verbis propoſitiones collectionesq; accipiẽs, in Allophylorũ ſegetem, ignẽ concluſionis emittat: & ex pprijs eorũ argumentis, oẽs eorũ fruct⁹ atq; vineas & oliueta peſſimæ generationis incẽdat. Sed & ipſe numerus trecentarũ vulpiũ, quę à ſemetipſis diuerſæ & diſſonantes erant, triplicem formã indicant peccatorũ. Omne enim peccatum
I aut in facto, aut in verbo, aut in conſenſu mentis admittit. Verùm ne illud quidẽ quòd in ſecundo
2.Eſdrę.4 libro Eſdræ ſcriptũ diximus, penitus omittendũ eſt. Vbi cùm ædificarẽtur ſancta ſanctorũ: id eſt, cùm fides Chriſti & ſanctorũ eius myſteria cõderentur, inimici veritatis, fideiq; cõtrarij (qui ſunt ſapientes huius ſeculi) videntes abſq; arte grammatica & peritia philoſophica conſurgere muros euangelij, velut cum irriſione quadam, dicũt perfacile hoc poſſe deſtrui calliditate ſermonum per aſtutas fallacias & argumẽta dialectica. Hæc interim (quãtum breuitas potuit pati) de aſſumptis K
exemplis dicta ſufficiant. Nunc iã ad propoſitum reuertamur. Videtur ergo in Cãtico canticorum præceptum dari ab ſpõſo, amicis ſibi virtutibus: vt capiant & arguant contrarias poteſtates, quæ inſidiantur animabus hominum, ne exterminent eorum initia fidei, floremq; virtutum ſub ſpecie ſecretæ alicuius, & occultæ ſapientiæ: quæ quaſi vulpes in foueis: ita in his hominibus qui ſemetipſos ad hęc ſectãda præbuerint, deliteſcũt: & quò facilius cõfutari poſſint & argui, dum paruæ ſint vulpes ipſę, & initia habẽt peſſimæ perſuaſionis, capi iubent. Nã ſi fortè creuerint, & maiores fuerint vulpes effectæ: iã nequeant ab amicis ſponſi, ſed ab ipſo fortaſſis ſponſo ſolo capi poterũt. Sed & ſancti quiq; doctores & magiſtri eccleſiæ, ſicut
acceperunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpẽtes & Luc.10.c.
ſcorpiones: ita accipiunt poteſtatem etiam capiẽdi vulpes. Sic eñ data eſt poteſtas eis ſuper omnẽ virtutẽ inimici: Vna ſine dubio ex cæteris inimici virtutibus eſt vulpes, quæ exterminat vineas florẽtes: quæq; cùm adhuc parua eſt, capi iubetur: L
ſicut & in cẽteſimo triceſimoſeptimo pſalmo, beatus dicit qui tenet & allidet paruulos Babylonis ad petram, nec permittit ſenſum Babyloniũ creſcere in ſemetipſo, & augeri: ſed cùm eſt in initijs, allidit eum, & tenet ad petram: tunc enim facilè perimitur. Sic ergo ordo explanatiõis percurrat. Capite vulpes nobis puſillas, quę vulpes exterminant vineas florentes. Quòd autem dicit, nobis: hoc eſt, mihi ſpõſo & ſponſæ: vel certè mihi & vobis, qui eſtis ſodales mei. Poteſt autem & ita accipi: Capite nobis vulpes, & poſt diſtinctionẽ dici, puſillas exterminantes vineas: vt puſillas non tam ad vulpes quàm ad vineas referamus: vt videantur puſillæ quidem vineæ exterminari poſſe: id eſt, paruæ quæq; animæ, & initia habentes, non firmæ & robuſtæ lædi poſſe à contrarijs poteſtatibus: ſicut in euangelio dicitur: Si quis ſcandali-
Mat.18.a. zauerit vnum de puſillis iſtis: in quo oſtenditur quia ſcandalizari nõ poteſt grandis & perfecta, ſed puſilla & rudis anima: ſicut ī pſalmo dicitur:
Pax multa diligentibus nomen tuum, & non eſt Pſal.118.x
illis ſcandalum. Simili ergo exemplo poteſt vide- M
ri, quòd puſilla quæq; vinea, incipiens videlicet anima, poſſit à vulpibus: id eſt, malignis cogitationibus, vel prauis doctoribus lædi: perfecta verò & valida non poſſit. Sed ſi capiantur à bonis doctoribus vulpes iſtæ, & abijciantur ex anima, tũc pficiet in virtutibus, & florebit in fide, Amen.

Quatuor homiliarum in Cantica canticorum, finis.

IN IOB PROOEMIVM.

IOb, qui dolens vel magnus interpretatur, figurã Chriſti portauit. Amici verò eius Iob.
figuram hæreticorum tenent, qui ſub nomine Chriſti, Chriſtum blaſphemãt & impugnãt. Heliu verò & Baalam, typum præferunt philoſophorum, qui à foris: id eſt, extra fidem poſiti, inſidiantur eccleſiæ dei. Iſti enim precioſa nomina ſibi imponũt, quaſi ipſi ſint aurum dei, vel pręcipui ſpeculatores eius. Eliphaz enim in Latino, dei mei aurũ ſonat. Baldad, præcipuus vetuſta ſecreta. Sophar ſpeculator, vel buccina. Hi enim elati pro eo quòd per naturæ bonum, aliqua ſapienter prædicabant, apud ſe iactitantes ſeueritatem, cùm aſſertores ſint mẽdacij: quia de Chriſto, non vt diuinitati eius, ſed vt ipſorum impietati competit, ſic loquuntur. Eliphaz. Baldad. Sophar.

Commentarij

A COMMENTARII IN IOB
CAP. I.

a VIr erat in terra Huz, nomine Iob. Et erat vir ille simplex & rectus ac timens deum &c.) Huz & Buz filij fuerũt Nachor fratris Abrahæ, filij Melchę sororis Sarę, de cuius stirpe Iob descendit. Nõ sicut quidã falsò suspicãt de genere eũ fuisse Esaũ. Nã Eliphaz nascit de Ada vxore Esaũ, & regnauit in Theman, vnde etiã Themanites dict⁹ est. Themã, Idumæa, Seir, Daroma, Zebora, regio fuit Esaũ. Habitauit autem Iob vir magnus in terra Huz, quæ interpretat cõsiliatrix. Sed & Elchana, qui interpretat possessio dei, pater sãctissimi Samuelis ꝓphetæ, vir vnus appellat: nõ em̃ ꝓ diuersa mobilis atq; instabilis ferebat, sed firmus atq; incõcussus persistẽs, vir vnus erat: & idcirco in mõte Ephraim fructifero morabatur. In alta scilicet contẽplatione virtutũ, vt à nullis subiacẽtibus & circũlatrantibus vitiorũ agitationibus, mẽtis eius sublimitas deijceret, vel vnitas scinderet. Proinde hic vir magn⁹ atq; egregius Iob, in terra Huz habitasse phibet, quæ cõsiliatrix interpretat. Non em̃ terra carnis ei⁹, animũ ipsius superabat, sed imperantis animi consilio, cuncta faciebat: vnde & ipse ait: Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. Hoc ergo consiliũ & pactum quondã sibi inuicẽ inierũt, homo eius interior & exterior: vt terra, id est, caro eius, obediendo fieret consiliatrix spiritui, ne in ea dominaret iniquitas. Et q̃ vir, iuxta diuinũ testimoniũ, simplex erat: habitans in domo: quatuor his pollebat virtutibus, prudentia, iustitia, fortitudine, tẽperãtia. b ¶Offerebat holocausta per singulos. Dicebat em̃: Ne fortè peccauerint filij, &c.) Pro filijs suis, quos ita regebat, vt non tã pro præsentibus criminibus, q̃ pro occultis in corde peccatis, quæ hominũ quoq; fugere notitiã possunt, diuinã clemẽtiã assiduis sacrificijs exoraret. Priuilegiũ verò offerẽdi primogenitis, vel maximè regibus debebat: pro excellentia videlicet sapiẽtiæ vel nobilitate generis. Et quia typũ Christi Iob ferre diximus, videamus nunc q̃d terra Huz in Christo significet. Terram hãc, assumptum verum hominẽ ex Maria intelligimus, quę ideo filio dei assumente eam, consiliatrix dicitur, quòd per diuinitatẽ assumentis habitant in ea thesauri diuinæ sapientię & scientiæ absc̃oditi: quã sibi ita indissolubili cõnexione cõiũxit, vt ipse in trinitate vnus sit filius dei. Septem verò filij, septiformẽ spiritus sancti gratiã: & tres filiæ, legẽ, & ꝓphetiã, & euangeliũ nobis videnť significare. Oues plebẽ Christi, ꝓpter innocentiã, quæ in baptismo sordes peccatorũ deposuerint nominat. In camelis verò, gentium prauitatẽ, cum oneribus criminũ & tortuosis sensibus ad Christũ venientiũ D ostẽdit. In bobus qui mũda animalia sunt, Iudæorũ plebẽ. In asinis verò immũdũ pecus, gẽtiũ populũ demõstrauit. Vnde Esaias ait: Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe dñi sui, scilicet quòd natiuitatẽ Christi in carne & Iudæi ex parte, & gentes agnouerint: & in præsepi altaris dñi, quasi munda animalia per baptismum acceſſerint: fortè ad hoc respicit illud euãgelij: Iugũ enim meum suaue est, & onus meũ leue. In iugo, Iudæos: in asino, ad quem onus magis pertinet, gentes, vt suprà diximus significauit. Magnus, dicitur Christus inter omnes Oriẽtales, secũdũ illud: Vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Numerus verò animaliũ in septem & tribus milibus, atq; ĩ quingẽtis sacratus est. Nã septẽ iuxta authoritatẽ scripturarũ, plenitudinẽ quãdã sacri mysterij significãt: vt ibi, Septem spũs, septẽ cãdelabra, septẽ ecclesię. In tribus verò milibus: anima E & corpus & spũs, vel triformis doctrinæ sciẽtia, in scripturis sãctis, siue sacramẽtũ beatæ trinitatis potest intelligi: ꝓ eo q̃ oĩis multitudo credẽtium, triũ dierũ viã ambulãs, ad ꝓfectionẽ æternitatis desiderat puenire. Quingenti verò q̃ de quinq; cõsurgũt quĩquiplicati, quĩquaginta quinq; faciũt: pactis lubricæ ætatis fragilitatibus, in virũ perfectũ hominẽ trãsisse significant: & ꝓ decies quinos quinquaginta pueniũt, ita ꝓ decies quinquagenos ad quingentos ascẽdũt. Similiter ecclesiã totã, quæ colũnã & firmamẽtum veritatis Christi figurat: in qua sensus nostri, vel purificationẽ, vel remissionẽ peccatorũ accipiunt: quia in isto numero nõ solũ remissio peccatorũ, sed etiã aduentus sancti spũs declarat. Filij verò dei, vel angeli, vel sancti intelligẽdi sunt, qui dono gr̃ę spũs F sancti filij dei vocãtur. Inter hos ergo diabolus astare dicit: q̃a ex ꝓmissione dei plerũq; ſtãs audet tẽtare. Mirãda filiorũ Iob tã fraterna cõcordia. Sed q̃a Iob typũ Christi portare ostendimus: hos inferius ꝓ figurã septẽ gr̃as ecclesiæ esse dicimus, q̃ spirituali fungunť sacramẽtorũ cõuiuio, legẽ, prophetiã, & euãgelia: quasi tres sorores secũ habẽtes, diuinorum eloquiorũ intelligẽtię dapibus saturanť. In ruina verò domus, quę oppressit filios Iob, antiquorũ principũ, regnorũ ꝓsecutionẽ, vel fœuitiã cõtra ecclesiã ostẽdit. Qui verò solus ꝓmãsit vt nunciaret, raritatẽ ipsorũ persecutorũ indicat. Sabæi interpretãť captiui, & Chaldæi quasi dæmonia: hi nẽpe captiui dæmonũ impugnãt ecclesiã: hi nõ solũ vbi possũt, ambiũt greges dñicos, verũ etiã eos igne suo, quẽ cœli esse mẽtiunť, hęresibus vel supstitionis prauitate cõsumũt. Præsentię etiã regũ vẽti violẽtissimi, similitudine violẽtæ, quatuor euãgelijs velut angulis cõfirmatã, Christi domũ cõcutiũt: vt prædicti septem filij, & tres filię pariter cũ ipsa domo intereant.

Sabæi. Chaldæi

Tunc

a VIr erãt ĩ terra Huz, noĩe Iob. Et erat vir ille simplex & rect⁹ ac timẽs deũ, & recedens à malo. Natiq; sũt ei septẽ filij, & tres filię. Et fuit possessio ei⁹ septem milia ouiũ, & tria milia camelorũ: quingenta quoq; iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magn⁹ inter oẽs Orientales. Et ibãt filij eius, & faciebãt cõuiuia per domos, vnusquisq; in die suo. Et mittẽtes vocabãt tres sorores suas, vt comederẽt & biberẽt cũ eis. Cumq; in orbẽ transissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Iob, & sãctificabat illos: cõsurgẽsq; b diluculò, offerẽbat holocausta per singulos. Dicebat em̃: Ne fortè peccauerint filij mei, & bñdixerint deo in cordib⁹ suis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. Quadã aũt die cùm venissent filij dei vt assisterent corã dño: affuit ĩter eos etiã Satã. Cui dixit dñs: Vnde venis? Qui respondẽs ait: Circũiui terrã, & perãbulaui eã. Dixitq; dñs ad eũ: Nũq̃d consideraſti seruũ meũ Iob, q̃ nõ sit ei similis ĩ terra: homo simplex & rectus ac timens deũ, & recedens à malo? Cui respõdens satan, ait: Nũquid frustra Iob timet deũ? Nónne tu vallasti eũ ac domũ eius vniuersamq; substantiã eius ꝓ circũitũ? Operib⁹ manuũ eius bñdixisti, & possessio ei⁹ creuit in terra. Sed extẽde paululũ manũ tuã, & tãge cuncta quę possidet, nisi ĩ faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo dñs ad satan: Ecce vniuersa quę habet, ĩ manu tua sunt: tãtũ in eũ ne extendas manũ tuã. Egressusq; est satã à facie dñi. Cùm aũt quadã die filij & filię eius comederẽt & biberẽt vinũ in domo fratris sui primogeniti: nũcius venit ad Iob q̃ diceret: Boues arabãt, & asinæ pascebanť iuxta eos, & irruerunt Sabæi: tuleruntq; omnia, & pueros percusserũt gladio, & euasi ego solus vt nunciarem tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter & dixit: Ignis dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerosq; consumpsit: & effugi ego solus vt nunciarem tibi. Sed adhuc illo loquente,

G a ¶Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimẽta ſua, &c.) Surrexit ad tolerantiã patiẽtiæ. Nã & Iob: id eſt Chriſtus, ad pacẽ dandã eccleſiæ ſurrexit, vt geſtum ſignificet vindictæ. Veſtimẽta verò ſcidit: fideles ab infidelibus ſeparauit. Procidit in terrã, cùm ſe de forma dei vſq; ad formã ſerui exinaniuit. Nudus egreſſus eſt de vtero matris ſuæ, nulla videlicet ſorde peccati originalis aſperſus. Ex perſona hominis ait: Dominꝰ dedit, & dominꝰ abſtulit. Dedit pater bonos in hæreditatem, & malos à regno filij ſui ſecluſit.

Philip. 2. a

b ¶In omnibus his non peccauit Iob labijs ſuis, &c.) Hoc ait: quia ſtultè loqui non potuit ſapientia patris: neq; peccatũ committere immaculatus agnus. Cap. II.

c FActum eſt autẽ cùm quadã die venijſſent filij dei, & ſtarent coram domino: veniſ-

H ſet quoq; ſatã inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominꝰ ad ſatan: Vnde venis? Qui reſpondens ait, &c.) Non quòd deꝰ ignoret, ſed vt nos doceat, qd

Satan. reſponderit ſatan, qui interpretatur aduerſarius. d ¶Videntes autem plagam eius &c.) Nam & omnes hæretici Chriſti amicos ſe eſſe dicunt, cuius ſe ſanguine redemptos gloriantur. Et poſtmodum inimici efficiuntur eius, impugnãdo eccleſiam ſuã. Quòd autem videntes plagam eius: ſciderunt veſtimẽta, & miſerũt pulueres ſuper caput ſuum: illos hæreticos ſignificat, qui Chriſtũ in gloria cœleſti deum credunt: incarnationẽ & paſſionem nõ credunt, ſed opprobrijs & humiliatione eius offenſi, in blaſphemiã erumpentes, fidem ſcindunt, atq; à corporis vnitate diſceduut. Et

I puluerem mittentes ſuper capita ſua: terreno & mortuo ſenſu, corda ſua operiunt atq; obruũt. Omni etiã tẽpore vitæ ſuæ, quæ in ſeptẽ diebus ac noctibus contexẽt: indignũ os ſuũ cõfeſſione diuina, muta infidelitatis improbi-

Pſal. 63. c. tate cõdẽnãt: & obſtruetur os loquentiũ iniqua. Cap. III.

e POſt hęc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, &c.) Poſt hęc ſicut ait ſcriptura huius hiſtoriæ, quem Moyſẽ eſſe tradit opinio: Aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, dicens: Pereat dies in qua natus ſũ: & nox in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo. Iob typum habuit ſaluatoris in ſe, humani generis mortalitatem defleuit: quæ propter peccatum ex dei iuſta ſentẽtia, homini inflicta eſt. Pereat dies in qua natus ſum: redeat per Chriſtũ immortalitas, quã Adã reatu præuaricationis amiſit: &

loquente, venit alius & dixit: Chaldęi fecerunt tres turmas, & inuaſerunt camelos, & tulerunt eos: necnon & pueros percuſſerunt gladio, & ego fugi ſolus vt nũciarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit: Filijs tuis, & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè vẽtus vehemens irruit à regione deſerti: & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt, & effugi ego ſolus vt nunciarem tibi. a Tũnc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua: & tonſo capite corruens in terrã, adorauit & dixit: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meę, & nudꝰ reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abſtulit: ſicut domino placuit, ita factum eſt: ſit nomẽ b domini benedictum. In omnibꝰ his nõ peccauit Iob labijs ſuis, neq; ſtultũ quid contra deum locutus eſt. Cap. II.

c FActũm eſt autem cùm quadam die veniſſent filij dei, & ſtarẽt corã domino: veniſſet quoq; ſatã inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, vt diceret dominus ad ſatan: Vnde venis? Qui reſpõdens ait: Circumiui terram, & perambulaui eam. Et ait dominus ad ſatan: Nunquid conſideraſti ſeruummeũ Iob, quòd non ſit ei ſimilis in terra: vir ſimplex & rectus, ac timens deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiã? Tu autem commouiſti me aduerſus eum, vt affligerẽ eum fruſtrà. Cui reſpondẽs ſatan ait: Pellẽ pro pelle, & cũcta quæ habet homo dabit pro anima ſua: alioquin mitte manũ tuã, & tange os eius & carnem: & tunc videbis quòd in faciẽ benedicat tibi. Dixit ergo dñs ad ſatã: Ecce in manu tua eſt: verũtamen animam illius ſerua. Egreſſus eſt igit ſatan à facie dñi: & percuſſit Iob vlcere peſſimo à planta pedis vſq; ad verticẽ eius: qui teſta ſaniẽ radebat, ſedẽs in ſterquilinio. Dixit autẽ illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? bñdic deo, & morere. Qui ait ad illã: Quaſi vna de ſtultis mulieribus locuta es: Si bona ſuſcepimus de manu dñi, mala quare nõ ſuſtineamꝰ? In oĩbus his nõ peccauit Iob labijs ſuis. Igitur audientes tres amici Iob omne malũ quod accidiſſet ei: venerunt ſinguli de loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites. Condixerant emi vt pariter venientes viſitarẽt eũ, & cõſolarẽtur. Cumq; eleuaſſent procul oculos ſuos, nõ cognouerũt eum. Et exclamantes plorauerunt: ſciſſiſq; veſtibus ſparſe-

d runt puluerem ſuper caput ſuum in cœlum. Et ſederũt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. Videbant enim dolorem eſſe vehementem. Cap. III.

e POſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo, & locutus eſt: Pereat dies i qua natus ſũ, & nox i qua dictũ eſt: cõceptꝰ eſt homo. Dies illa vertat in tenebras. Nõ requirat eũ deus deſup, & nõ illuſtret lumine. Obſcurẽt eũ tenebræ & vmbra mortis. Occupet eũ caligo, & ĩuoluat amaritudine. Nocte illã tenebroſus turbo poſſideat. Nõ cõputet in diebꝰ anni: nec numeret in mẽſibꝰ. Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna. Maledicant ei q maledicũt diei: q parati ſunt ſuſcitare Leuiathã.

f g h i k l m n o

abeat mors à me, quam alio delinquente cõtraxi. Et Hieremias: Maledicta dies, in qua natus ſũ. Hier. 20. d Vnde nulli dubium eſt, quòd hi omnes præuaricationẽ Adæ deteſtentur. Spiritualiter ergo dies cum ſua nocte: diabolus & mortalitas poſſunt intelligi: non quia dies ſit, ſed qa fuerit quãdo permanebat cum deo, à quo recedẽs factus eſt nox: vel quia ĩmpijs ac peccatoribus, in hac proſperitate & fœlicitate gaudentibus, dies eſſe videatur. Vnde dicitur:

f ¶Auferetur ab impijs lux ſua. Non requirat eã deus deſuper.) Hoc eſt, ne fiat eius memoria ante deum in bonum. g ¶Nõ illuſtretur lumine.) Recognitionis dei, vel pœnitẽtię. h ¶Obſcurent eum tenebræ, & vmbræ mortis.) Tenebræ, peccata ſũt & ĩnuidia. i ¶Occupet eum caligo.) Id eſt, cæcitas cordis.

k ¶Noctem illã tenebroſus turbo poſſideat.) Quia ad amaritudinem prouocat deũ, ſicut & cæteri ſatellites eius, furore iræ dei apprehenſus: circundetur omnibus malis, & inuoluatur. Noctem illã tenebroſus turbo poſſideat: id eſt, diabolus, qui diem fœlicitatis homini abſtulit, & noctẽ inquietæ vitæ turbulentus ĩnuexit.

l ¶Non computetur in diebus anni.) Annus Chriſtus intelligit, qui in ſe cuncta reuoluit & cõtinet. In huius ergo diebus anni, nõ cõputetur diabolus: id eſt, ſtõrũ numero nõ cõiũgat. m ¶Nec numeretur in menſibus.) Menſes hoc loco ſanctos apoſtolos rectè intelligimꝰ, qui vt ligna paradiſi, ſpirituales eccleſię afferũt fructꝰ.

n ¶Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna.) Apoſtolorum ſcilicet prædicatione, vbi dies ſalutis agnoſcit, quã Abrahã vidit, & lætatus eſt. Lucæ. 8.

o. ¶Maledicãt ei qui maledicũt diei, q parati ſũt ſuſcitare Leuiathan.) Sancti vtiq; diei præuaricationis mortis ſuæ cum deteſtatiõe maledicũt: qui nõ ſeruiẽdo vitijs, ſuſcitãt cõtra ſe draconẽ, fortiſſimũ ſcilicet hoſtem.

K L M

Obtene-

Obtene-

a ¶Obtenebrentur ſtellæ caligine eius.) Peccatores ſcilicet qui in nocte,ſeculi diuitijs & honore lucere ſe putant:cæcitatis caligine tenebrentur,& merito ſuo, euangelij lumen nō videant. b ¶Expectet lucem,& nō videat.)Nec nox preuaricationis & mortis,in qua diabolus regnum tenet, poteſt lumen redemptoris Chriſti cognoſcere: neque illi qui in ea naſcuntur,niſi eam per baptiſmum renati deſtruxerint. c ¶Nec ortum ſurgētis auroræ.)Reſurrectionē Chriſti ſignificauit: vnde ī pſalmo,vigilia matutina dicitur. d ¶Quia non concluſit oſtia ventis qui portauit me, nec abſtulit mala ab oculis eius, &c.) Sub perſona ſua,humani generis plangit miſerias:quare iterum moriturus, mala iſtius vitæ patiatur: quare mortalem ipſa mors non extinxerit in vtero?

e ¶Nunc enim dormiens ſilerē, & ſomno meo requieſcerem cū regibus & cōſulibus terræ,&c.) Principes,& reges,& conſules,& B ſi in inferno ſqualores tartareos patiuntur:nunc tamen in corporibus ſuis tormenta non ſentiūt: horum mortem mihi venire hac cōditione voluiſſem. f ¶Aut ſicut abortiuum abſconditū non ſubſiſterem: vel qui concepti nō viderunt lucem.) Varijs modis & exēplis dicit,quòd pœnas iſtas in quibus erat nō debuerat pati. Quare nō ī vulua mortuus ſum? Et deinceps ait:Nūc autem dormiens ſilerem,& ſomno meo requieſcerem cum regibus & conſulibus.Fortè exemplum contra eos eſt, qui dicunt non reſurrecturos,niſi qui iuxta naturæ ordinem nati fuerint. Si enim concepti moriuntur in vtero, neceſſe eſt,quia viui fuerint:& quicquid moritur,haud dubiè quia reſurget. Ita quod in membris fuit & vixit, & natura minus dederit: hoc reſurrectione in integrū reparabitur:ſic enim humani gene C ris inſtauratio in melius totum reddet, quod natura fraudauerat. Dicit etiam abortiua,quæ in natura humana degenerata ſunt, à pœnis eſſe aliena, quæ ſibi ſolitudines magis quàm domus ædificāt. Habitat enim diabolus in ciuitatibus deſolatis,& in domibus deſertis:nō habentes hoſpitem deū, & poſſident aurum,vt ſunt philoſophi, & alij ſapiētes huius mundi,fulgorem boni ingenij, ſplendoremq; eloquij.

g ¶Ibi impij ceſſauerūt à tumultu.) Procul dubio in inferno. Et ſicut ſeptuaginta tranſtulerunt,ibi impij depoſuerunt furorem ſuum:id eſt,typus & ſuperbia, cùm ſæuitia in hoc ſeculo gloriantium, humiliata eſt in inferno. h ¶Et ibi requieuerunt feſſi robore.)Sicut alia habet trāſlatio:ibi requieuerunt fatigati corpore:ab oppreſſione vtiq; & miſeria, labore etiam iſtius mundi liberati. i ¶Et quondam vincti pariter ſine moleſtia.) Vincientes & quondam vinctos in inferno,dicit pariter habitare,ſineiniuria tamen & moleſtia vinculatorum:non ita vt iſtic vbi præter pœnas,captiuitate vel ſeruitute dura:diuerſis etiam alijs calamitatibus,homines obligātur,dominatu & iniuſtitia iniquorum. k ¶Nō audierunt vocem exactoris.) Iuſſa imperantium vel iniquè exigentiū, non verentur. l ¶Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus & liber à domino ſuo. Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudine animæ ſūt?&c.)Cùm ſit ergo vt video in inferno æqualitas perſonarum: & nullus de alterius dominatione formidat: cur mihi miſero data eſt lux iſta,& vita ſimilis eis:q in amaritudine animæ ſuæ ſunt,cùm meliora ſint inferorum ergaſtula,quàm iſtius mundi miſerabilis vita cruciatib⁹ plena:vbi præ anguſtijs homines mortem quærunt,& magno deſiderio, vt veniat, expectant. Exemplum egregium adhibuit,dicens: Quaſi effodientes theſaurū:quia nimirum vtiq; gratulantur, cùm optatam ſibi inuenerint ſepulturam. m ¶Viro cuius abſcōdita eſt vita,& circundedit eum de⁹ tenebris.)De ſe dicit:ſic itaque incedebam in mandatis dei, credens quòd mihi fructus iuſtitiæ meæ reſponderet,ſed abſcōditum eſt meritum vitæ meæ: & pro hoc pœnarum tenebris circūdatus ſum:ita vt illud bonum mihi ſubtractum ſit, & hoc malum appoſitum. Quòd autē pœnas tenebrarum nomine dixerit: audi quid ſequitur. n ¶Antequam comedā ſuſpiro:& quaſi E inundātes aquæ, ſic rugit⁹ me⁹.) Inter cæteros cruciatus,etiā hāc ei diabolus infirmitatem inflixerat,quā infirmitatem medici bolimiodes appellant:quæ infirmitas talem habere dicitur pœnā, vt ante cibum torqueatur ægrotus,& ſint ei poſt cibū indefinentes dolores. Vnde dicit:Quaſi inundantes aquę,ſic rugitus meus, o ¶Quia timor quem timebam euenit mihi.)Timebā enim peccando lædere deum,& ille offenſus,iram iuſtitiæ ſuæ in me exercet.Sed quid ,pfuit cauiſſe à peccatis: quandoquidem vt reus omnium peccatorum diſcrucior? Sequitur: p ¶Et quod verebar accidit.)Alijs verbis ipſū repetit,quod ſuperius dixerat.Pro cōformatione dicti ſolent in ſcripturis talia iterari.Non arrogāter hæc dicit, vt faciat deo iniuriam:ſed conſcientiæ merito liberè loquitur. q ¶Nónne diſſimulaui?) Non reddendo retribuentibus mihi mala. F r ¶Nónne ſilui?) Vt non delinquerem in lingua mea,poſui ori meo cuſtodiam.

ſ ¶Nónne quieui?)Sciens cùm ſurrexerit in iudicio deus, quòd ſaluos facturus ſit omnes manſuetos terræ. t ¶Et venit ſuper me indignatio.) Indignationem hoc loco plagarum molem dicit,quam refert ſuper ſe cecidiſſe,cuius pondere & doloribus ſe gemit obrutum:cùm ipſe eſſet,vt ſuperius ait, moribus caſtigatus: quas pœnas in conſequentibus, ſagittas dicit:ſicut ait:Sagittæ domini in me ſunt:quarū indignatio ebibit ſpiritum ſuum: ſiue vt alia tranſlatio habet, ebibit ſanguinem meum. Et propriè ſagittæ vermes poſſunt intelligi:quia ab eis indefinētibus ſtimulis pungebatur: ſicut ipſe Iob ait:Et qui me comederunt,non dormiūt. Quos diabolus ad comedendum eum acriores faciebat,& illi quaſi indignantes & iraſcentes, ita carnem eius morſibus fodiebāt, vt velut ſagittæ viſcerum interiora penetrarēt. Explicit vbi Iob maledixit diem natiuitatis ſuæ. Cap. IIII.

u REſpondens autē Eliphaz Themanites,dixit:Si cœperimus loqui tibi,&c.)Concepta ergo verba ædit in iniuriā audiētis,& dicit ita: x ¶Ecce docuiſti multos.)Id eſt, q̄plurimos ſolertia tua,& bonitate ab erroribꝰ reuocaſti. y ¶Et manꝰ laſſas roboraſti.)Iſta ergo iſtā

G ctum Iob cum irrisione dicuntur: & istum habent sensum, si hæc & hæc fecisses quæ dixi, nunquam in hæc tam mala ad exemplum mortalium incidisses, quia deū rerum omnium cōditorem bonum scimus & iustum. a ¶Recordare, obsecro te: quis enim vnquam innocens perijt, &c.) Ergo ignoras Abel in principio innocētem occisum, & Abrahā patriarchā propter vxorem suā fuisse periclitatum: & hæc non discernens, generaliter das sententiā, vt cùm alij hominum flagellent à domino, vt emendentur: alij vt ,pbentur de quibus iste est, cui hæc velut reum pœnarum exprobras, quin potius eos qui operabantur iniquitatem flāte deo periisse: id est, vt iudici sententia velut vento vehementissimo sublatos à spe æternę vitę. b ¶Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes &c.) In rugitu leænæ & voce, sęuitiam deprædantis voluit significare.

c ¶Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam, & catuli leonis H dissipati sunt, &c.) In tigri velocitatem eius ad spoliādos homines, prædamq; ex eis capiendam describit: cuius etiam catuli simi les ei⁹ dissipati sunt & interempti. In alia æditiōe ,p tigri, myrmix: id est, formica & leo, quem nos verius diabolum dixerimus: qui quādo prædā agit, de sanctis tāquā de maioribus rebus, vt leo habendus est: quando verò minima quęrit auferre, formica dicēdus est. Et quia sicut formica grana de area, ita ille cogitatiōes bonas aufert de cordibus hominū.

d ¶Et quasi furtiuè susceptus auris mea venas susurrij eius, &c.) Id est, latenter ad aurem cordis mei: virtus sententiæ velut quodam spiramine penetrauit.

e ¶Ecce qui seruiunt ei nō sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem, &c.) Dicitur quidē diabolo, qui quondā sanctus angelus I fuit, quòd in veritate non steterit, & ab illa sublimitate angelica propria voluntate decideri: sed tamen nō est continuò generale: vt sicut in illo, ita & in omnibus angelis inueniatur prauitas, quæ est peccatum. Omnis enim natura, sine dubio creata, capax peccati est: vt apparuit in angelo de quo dixi: quia in veritate non stetit: tamen per donum & gratiā creatoris sui, ita in amorem charitatis illius transierunt: vt iā nec velint peccare, nec possint.

f ¶Qui terrenum habēt fundamentum, consumentur velut à tinea.) Si domus luteæ sunt corpora nostra: fundamentū domorum nostrarum, vitam hanc temporariam esse credendū est: qua subtracta, domus luteæ ruūt in mortem.

g ¶De mane vsq; ad vesperam succidentur, &c.) In vno die, totam vitam hominū monstrauit, quæ in mundo vernat. In paruulis floret, in iuenibus conualescit, & roboratur matura ætate: in senioribus, tanquam in fructibus, & postremum in decrepita senectute cōficitur, quam hic vesperā appellauit. Vnde est illud in psalmo: Mane sicut herba transeat: & reliqua: decidit in morte, induratur in cadauere. K Psal. 89. b.

& genua trementia confortasti. Nūc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Recordare, obsecro te: quis enim vnquā innocens perijt, aut quādo recti deleti sunt? Quin potius vidi eos qui operātur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, flante deo periisse, & spiritu iræ eius esse consumptos. Rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt. Tigris perijt, eo quòd nō haberet prædam, & catuli leonis dissipati sunt. Porrò ad me dictū est verbū absconditum: & quasi furtiuè susceptus auris mea venas susurrij eius. In horrore visionis nocturnæ quando solet sopor occupare homines: pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Et cùm spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidā cuius non cognoscebā vultum, imago corā oculis meis, & vocē quasi auræ lenis audiui. Nunquid homo dei cōparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit vir? Eccē qui seruiunt ei non sunt stabiles, & in angelis suis reperit prauitatem. Quanto magis hi qui habitāt domos luteas, qui terrenū habēt fundamentum, cōsumētur velut à tinea. Dē mane vsq; ad vesperā succidentur: & quia nullus intelligit, in æternū peribūt. Qui autem reliqui fuerint, auferētur ex eis: morient, & nō in sapiētia.

Caput V.

h VOca ergo &c. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini ei⁹ statim.) Stultū dicit, qui de suis meritis gloriat. Sed hic pulchritudinem, nomine falsæ fœlicitatis appellat: quæ maledicēda est, & execranda est: quia eam sequitur interitus sempiternus.

i ¶Cuius messē famelicus comedet, &c.) Sitientes, famelici, & armati: diabolus & sui possunt intelligi, qui potestatem accipiūt à deo, vt vastent iniquos: vel sitientes hominum mortem, omne scilicet bonum naturæ: & quod nomine diuitiarum dictū est, ab eis velut hausturn poculū absorbetur: vel homines iniqui, q premunt subiectos. L

k ¶Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.) Id est, labor hominem monet, vt ab omnib⁹ vitijs castigatus incedat.

l ¶Qui facit magna & inscrutabilia, &c.) Vt in filio dei homo Christus sit deus, & per eū ecclesia.

m ¶Qui dissipat cogitationes malignorū, &c.) Iudæorū videlicet, qui Christū putauerunt extinguere, & nomen eius delere de terra. Vel in martyribus persecutorum ecclesiæ aduersantium dissipauit cogitatiōes: sicut Herodis in Petro. Act. 12. a. Et aliter: Non implēt manus eorum quod volūt, quia alij eorum liberantur ad tēpus: alij verò per ianuam mortis introducūtur ad vitā: & istos, & illos saluabit deus. Illos apertè liberādo, hos occultè coronando.

n ¶Qui apprehendit sapientes &c.) Philo- M sophos scilicet, vel Iudęos doctrina apostolica conuincēs, & ad nihilum errores eorum redigens.

o ¶Per diē incurrēt tenebras.) Dies erat Iudęis, de regno, sacerdotio, lege, vnius etiā dei religione gloriantibus: sed non credētes in Christo, tenebras perfidiæ inciderūt.

p ¶Et quasi in nocte sic palpabunt in meridie.) Vtiq; prosperitatis suæ: quæ cùm solitò circa fœlices seculi hui⁹ splēdore vanæ gloriæ ampli⁹ fuerit, qua se longa securitate munitos, putabant eam vsq; ad ætatis suæ vesperam possessuros: in tribulatione subita, quæ noctis nomine dicta est, stupore nimio, in angustijs coarctati, mortis etiā timore perculsi, palpare dicūtur, perditi vtiq; consilio quid facerent ignorātes.

q ¶Porrò saluum faciet egenum, &c.) Christum à blasphemijs

A blasphemijs Iudæorum: quia lingua eorum gladius acutus
Ioan.19. fuit, dicendo, crucifige eum. a ¶Et erit egeno spes.) Resurrectionis Christi virtutem ostendit. b ¶De manu gladij.) Sed videamus ne fortè gladium peccatum dicat, dimicans contra animam hominis, vt eam sibi acquiescentem prosternat. Quòd peccatum gladij nomine dicitur per prophetam,
Ezec.33.b vt ait: Speculator si viderit gladium venientem. c ¶A flagello linguæ absconderis, & non timebis calamitatem cùm venerit.) Si cõuersus fueris ad deum, interiora tua, gladij verborũ, per linguam iaculati non penetrant: & calamitates, vt mala quę à deo irrogantur peccatoribus, non timebis. d ¶In vastitate & fame ridebis.) Ridebis, dixit: p, exultabis atq; gaudebis: & lætus eris, cùm alios videris fame affici, siue præsenti, siue etiam intellectuali. e ¶Et bestias terræ nõ formidabis.) Hæc septima extremaq; tribulatio. Bestię terræ, posB sunt & ista animantia, quæ sunt sine ratione intelligi: quibus ad deuorandum homines dantur in potestatem, & homines mali, bestiæ appellantur, mores habentes similes moribus bestiarum: contra quas pugnasse se Ephesi dicit
1.Cor.15. d. Apostolus: Non formidabis ergo, inquit, hoc malum, cùm correptus à domino, viam emendationis intraueris. f ¶Sed cum lapidibus regionum pactũ tuũ.) Lapides per metaphoram, homines dixit stabiles & quietos, qui sunt vtiq; iusti & sancti: hi nãque in modum lapidum firmi in deo sunt, per regiones varias cõstituti: Cum his itaq; habebis pactum solidæ charitatis, vt ab eis nũquã te aliqua tribulatio possit auellere. g ¶Bestiæ terræ pacificæ erunt tibi.) Homines videlicet quondam feri & mali, in innocẽtia vt oues effecti: nomen tamen
C pristinũ retinentes, sicut de Mat-
Lucæ.5.f. thæo euangelista dicitur: Matthæus publicanus. h ¶Et scies quòd pacẽ habeat tabernaculum tuum.) Ab istis omnibus quibus velut ab hostibus expugnatur tabernaculum, vel habitatio, siue domus corporis tui. i ¶Et visitans speciem tuam non peccabis.) Hoc dicit: Hominis tui speciem ô Iob, vt diuina visitatione dignã exhibeas peto: ac habitationis & habitãtis nomine, totum integrum hominem signauit. k ¶Et scies quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.) Spiritualiter de omnibus sanctis dictum sentire possumus, quòd filios in operibus bonis habeant. Isti tales filij cogitationum semine concepti, pariuntur in opera, & sancti huius generationis multitudine gloriantur: quoniam talibus magis quàm carnalibus filijs deo placere voluerunt. Potuit ergo Eliphaz, quasi consilium dans Iob, ita dicere: Si cõuersus ad deum fueris, ita vt te tuorum operum antiquorum pœniteat, cordis tui virtutibus, velut seminibus abundabis. De quibus opera bona, tanquam sanctitatis filios poteris procreare: ita vt progenies operum tuorum multitudini herbarum viresc entium comparetur: quarum radices, si spe intus habeas in corde defixas: terra tua flores cum fructibus germinabit. l ¶Ingredieris in abundãtia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.) Consummatis annis

a pauperem. Et erit egẽno spes: iniquitas
autem contrahet os suum. Beatus homo
qui corripitur à domino. Increpationem
ergo domini ne reprobes: qa ipse vulnerat & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit
b te: & in septima non tanget te malum. In
fame eruet te de morte: & in bẽllo de ma-
c nu gladij. A flãgello linguæ absc ̃oderis:
& nõ timebis calamitatem cùm venerit.
d e In vãstitate & fame ridebis: & bẽstias ter-
f ræ non formidabis. Sed cum lapidib9 re-
g gionum pactũ suum: & bẽstiæ terræ pa-
h cificæ erunt tibi. Et scies quòd pacẽ ha-
i beat tabernaculum tuum: & visitãs spe-
k ciem tuam non peccabis. Et scies quoniã
multiplex erit semen tuum: & progenies
l tua quasi herba terræ. Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur a-
m ceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc
vt inuestigauimus, ita est, quod auditum
mente pertracta. Cap. VI.

n REspõdens autem Iob dixit: Vtinam appenderentur peccata mea
quibus iram merui: & calamitas,
quam patior in stathera, quasi arena maris hęc grauior appareret. Vnde & verba
o mea dolore sũt plena: quia sagittę domini in me sunt, quarum indignatio ebibit
p spiritũ meũ: & terrores domini militant
contra me. Nunquid rugiet onager cùm
habuerit herbã: aut mugiet bos cùm an-
q te præsepe plenum steterit? Aut poterit
comedi insulsum: quod non est sale con-
r dîtum. Aut potest aliquis gustare, quod
gustatum affert mortem? Animæ enim
esurienti etiam amara dulcia esse viden-
s tur. Quæ prius nolebat tangere anima
mea, nunc præ angustia cibi mei sunt.

Tomus septimus.

D proiectæ ætatis, plenusq; dierum in tumulum ponit9 requiescens, vt in tempore iusti iudicij dei, à sordibus peccatorum minimis & leuibus purgatus inueniaris: velut triticum quod coaceruatur in aream. m ¶Ecce hoc vt inuestigauimus, ita est, &c.) Hoc dicit, quæcunq; à me tibi dicta sunt, diligẽter inuestigata vera noueris: quæ ipse ad emendationem tuam, debes corde percipere.

Caput VI.

n REspondens autem Iob, dixit: Vtinam appẽderẽtur peccata mea quibus iram merui, &c.) Dicitis me peccatis meis facientibus ista pati: propter quod velim vt peccata contra calamitatem hanc quã patior pensarẽtur, & illico videretis: quia hęc ipsa calamitas, velut arena maris, supra horũ peccatorum merita ponderaret.
o ¶Quia sagittæ domini in me sũt, &c.) Hic potest videri, quòd superius sagittarũ nomine vermes dixerit: à quibus tum indesinẽter pungebatur, nec loqui per- E
mittebatur: nõ quòd vermes talem sensum habuerint, vt hoc iudicio facerent, sed permissu dei, à potestate aduersaria: vt acriores essent, etiam ipsis motibus agebant: sicut locustæ, muscæ & ranæ in Aegypto. Quòd autem dixit, terrores domini militãt cõtra me: potest ipse diabolus cum suis intelligi: qui adhibitis cruciatibus, vt cæderet Iob: & vt innocentiam sanctitatemq; amitteret, insuper terroribus minabat: quod etiam multi persecutores, ministri diaboli, sãctis martyribus facere voluerunt. Obsederũt in gyro tabernaculum meũ. Ecce hic manifestè ostendit, quòd velut hostes inimiciq; diaboli, & sui acriter militarent: hi enim maligni spiritus, diuerso modo accipiunt potestatem: ad aliorũ quidem damnationem, aliorũ verò emendationem, aliorum autem F
probationem: qui de suis morib9 vel ministerio, mali siue terrores, vel etiam latrones nũcupantur. Omnia dedit in manibus eorum: id est, prædonum. Omnia vtiq; quę habui, siue filios meos, siue substãtiam: sicut & meipsum dedit deus in manibus diaboli, siue suorum satellitum. p ¶Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam, aut mugiet bos &c.) Sicut enim illa cùm vel abundant pabulis, nullam quasi querelaram vocem emittunt, vt pabuli inopiam protestentur: simili modo, inquiẽs, & ego si pacem & quietem potius quàm bellum haberem in membris, & in anima mea: nullum sermonem amarum asperũmve proferrem. q ¶Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum.) Quomodo ratio nõ sinit naturalis, vt quicquam insulsum comedi possit: ita ego nihil insulsum, nihil stultum contra deum, nihil quod non fidei sale conditum esset, operatus sum. r ¶Aut potest aliquis gustare, &c.) Sicut enim nemo mortificatum aliquod comedit, vt vitæ suæ inimicus sit: ita ego peccatũ contingere pertimescebam. s ¶Quæ prius nolebat tangere anima mea: nũc præ angustia cibi mei sunt.) Hoc est, verbis nunc pascor asperis & amaris, quę mihi immensitas pœnalis extorquet. Hæc enim timebam meo ore depromere, quando in sanctitate & iustitia cũ pace quietè viuebam. Sed & prætereundum non est: quia hoc quoq; in-

G ter cæteras pœnas passus sit Iob: vt etiam cibi ei fœtidi viderẽtur, sicut est odor leonis, feralis vtique & nimiũ horridus: qui odor cũm de eius visceribus erũperet: escæ suæ ei id sapiebant, q̃ suarũ spirabant interna febrium: quod ipse ostendit vbi dicit: Interiora mea efferbuerunt absq; vlla req̃: id est, iã decocta sunt, & putrefacta. a ¶Quis det vt veniat petitio mea, &c.) Hæc mihi sit cõsolatio, vt finem pœnæ vel cruciatuum meorum, remedia mortis obtineam. b ¶Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me.) Hãc igitur mortem potestati diuinæ Iob soluí exoptat: vt ab ea decidens cadat in hanc temporariam mortem, quatenus præsentes pœnas possit euadere: cũm velut arbor de hac vita succisus fuerit.

c ¶Nec fortitudo lapidum, for H titudo mea: nec caro mea ænea est.) Caro mea corrũpitur sanie ac putredine vulnerum: quia nõ est in me talis fortitudo, velut lapidum, vt dolores non sentiam.

d ¶Ecce non est auxilium mihi in me.) Tã ex sua, quàm ex persona Christi propheta hoc dicit:

e ¶Qui tollit ab inimico suo misericordiam, timorem domini derelinquit.) Misericordia est, ad miserias eorum qui tribulant cõpatiẽdo mœrore cordis deflecti: hãc vos dũ amico nõ impẽditis, timorem domini derelinquitis.

f ¶Qui timent pruinam, irruet super eos nix. &c.) Timebam peccata etiam minima perpetrare: ne pro eis dei in me vltio desæuiret: & ecce nũc ita punior, tãquã scelera immania cõmiserim.

g ¶Et vt incaluerit, soluentur de loco suo.) Vbi feruere cœperat nomẽ eius in popu I lis, in gloriæ suæ loco non comparuit, velut nix cũ calore dissoluitur.

h ¶Inuolutæ sunt semitæ gressuũ eorum, &c.) Semitas virtutes animi dixit: in quib⁹ vt deo placeret, omni studio gradiebatur: has semitas malis quæ patiebatur inuolutas atq; implicitas esse dicit, dũ bonis vitę suę, suppliciorũ admiscerẽtur mala.

i ¶Cõsiderate semitas Themã, &c.) Id est, intuemini ad hæc loca quæ dixi, & ipso silentio cognoscetis vera esse quæ dixi. Respicite ad vias diuersorũ regnorum: per quas ad me omnium gẽtium frequentiæ confluebant: & videbitis eas raritate, imò solitudine hoím desolatas.

k ¶Nũc veníistis, & modo vidẽtes plagam meam timetis. &c.) Hoc dicit, q̃ & ipsi amici sui, exẽplo eius ruinam sibi similem formidarent. Nónne quieui, nónne dissimula-

a Quis det vt veniat petitio mea: & quod
b expecto, tribuat mihi deus: & qui cœpit,
ipse me cõterat. Soluat manũ suã & succi
dat me: & hæc mihi sit cõsolatio vt affli-
gens me dolore non parcat: nec cõtradi-
cam sermonibus sancti? Quę est em̃ for-
titudo mea vt sustineã: aut qs finis meus
c vt patienter agam? Nec fortitudo lapidũ
fortitudo mea: nec caro mea ænea est.
d Ecce non est auxiliũ mihi in me: & ne-
e cessarij quoq; mei recesserunt à me. Qui
tollit ab inimico suo misericordiã, timo-
rẽ domini derelinquit. Fratres mei præ-
terierũt me: sicut torrens qui raptim trã-
f sit in conuallibus. Qui timẽt pruinam,
irruet super eos nix. Tẽpore quo fuerint
g dissipati, peribunt: & vt incaluerint, sol-
h uẽtur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ
gressuum eorũ: ambulabunt in vacuũ, &
i peribunt. Cõsiderate semitas Theman:
itinera Sabba, & expectate paulisper. Cõ-
fusi sunt, quia speraui. Venerunt quoque
vsq; ad me: & pudore cooperti sunt. Nũc
k veníistis, & modo videntes plagam meam
timetis: Nũquid dixi: Afferte mihi, & de
substantia vestra donate mihi: vel libera-
te me de manu hostis, & de manu robu-
storũ eruite me? Docete me, & ego tace-
bo: & si quid fortè ignoraui, instruite me.
Quare detraxistis sermonib⁹ veritatis,
cùm è vobis nullus sit qui possit arguere
me? Ad increpandũ tãtum eloquia con-
cinnatis: & in ventum verba profertis.
l Super pupillũ irruitis: & subuertere ni-
timini amicũ vestrum. Veruntamen q̃d
cœpistis, explete. Præbete aurẽ, & vide-
m te an mentiar. Rẽspondete obsecro absq;
contẽtione: & loquentes id quod iustum
est, iudicate. Et non inuenietis in lingua
mea iniquitatem: nec in faucibus meis
stultitia personabit.

Cap. VII.

n Militiã est vita hominis sup terrã:
& sicut dies mercenarij, dies ei⁹.
o Sicut ceruus desiderat vmbrã: &
sicut mercenarius præstolat finẽ operis
sui: sic & ego habui menses vacuos, & no-
ctes laboriosas enumeraui mihi. Si dor-
miero, dicam quando consurgam, & rur-
sum expectabo vesperã: & replebor dolo-
ribus vsque ad tenebras. Induta est caro
p mea putredine, & sordibus pulueris cutis
mea aruit, & cõtracta est. Dies mei velo-
cius transierunt quàm à texẽte tela suc-
ciditur: & consumpti sunt absq; vlla spe.
Memẽto quia ventus est vita mea: & nõ
q reuertetur oculus meus vt videat bona.
r nec aspiciet me visus hominis. Oculi tui
in me, & non subsistam. Sicut cõsumitur
nubes & pertransit: sic qui descendit ad
HOmo natus de muliere,breui viuens tēpore: repletur multis miserijs. Qui quasi flos egredit & cōteritur,& fugit velut vmbra, & nūquā in eodē statu permanet. Et dignum ducis sup huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eū tecū in iudiciū. Quis potest facere mundū de immundo cōceptū semine? Nónne tu q̄ solus es? Breues dies hominis sunt:numerus mēsiū eius apud te est. Cōstituisti terminos eius,qui præteriri nō poterūt. Recede ergo paululum ab eo:vt quiescat,donec optata veniat,& sicut mercēnarij dies eius. Lignū habet spem.Si præcisum fuerit, rursū vireſcit, & rami ei⁹ pullulant.Si senuerit in terra radix eius,& in puluere emortuus fuerit truncus illius:ad odorem aquę germinabit,& faciet comā, quasi cùm primū plātatū est. Hómo verò cùm mortuus fuerit,& nudat⁹ atq; cōsūpt⁹:vbi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefact⁹ areſcat:sic homo cùm dormierit,nō resurget. Donec atteratur cœlum,non euigilabit: nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat,vt in inferno protegas me,& abscondas me:donec pertranseat furor tuus,& constituas mihi tēp⁹ in quo recorderis mei? Putásne mortuus homo rursum viuet? Cūctis diebus quibus nūc milito:expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Operi manuū tuarum porriges dexteram. Tu quidē gressus meos dinumeraſti : sed parce peccatis meis. Signásti quasi in sacculo delicta mea,sed curaſti iniquitatem meā. Móns cadēs defluit,& saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aquæ ,& alluuione paulatim terra consumitur:& homines ergo similiter perdes. Roboraſti eum paululū,vt in perpetuum transiret, Immutābis faciē eius,& emittes eū. Siuē nobiles fuerint filij ei⁹,siue ignobiles: nō intelliget. Attāmē caro eius dum viuet, dolebit:

E k ¶Mons cadens defluit, & saxum trāsfertur de loco suo.&c.) Montem ergo istum diabolum, siue superbiæ hominem sentire debemus,qui cōtra deum,vt mōs elatione mentis tumescit,& ita se erigēdo, cadit in præceps vt defluat, & solutus in puluerem ad nihilum deducitur.Saxo verò illos assimilari puto, qui cùm in naturæ bono debuerant tāquam lapides soli simili fortitudine pmanere,commutati sunt voluntate propria in stoliditatē quandam ac duritiam cordis: & ideo detestationis suæ habitaculo q̄d se habere quasi suis meritis præsumebant,deijciendi sunt ad digna sibi loca. Aquæ autem istæ quę semper inferiora petunt,per quas etiam quondam venit inte- E
ritus: aduersarias significant potestates & procellas ac turbines mundi. Hæ ergo aquæ inquam eos homines qui sibi fortissimi ac solidi sunt de se præsumentes & confidentes in virtute sua : vude & lapidibus comparantur,indesinenti lapsu atterunt . Terram verò illos esse existimo , qui tentationes & pericula non ferētes:se dimittunt labefactari.Homines ergo similiter perdes : id est sanctos tuos, qui imaginem tuam in se custodiunt. l ¶Roboraſti eum paululum.)Hoc est, in vita ista non permisisti sanctos tuos tentationibus superari. m ¶Immutabis faciem eius,& emittes eum.)Id est,cùm mortale hoc immortalitatem induerit & incorruptionem. Siue aliter, faciem animā intelligimus, quæ cùm naturalem receperit serenitatem, contemplatur gloriam F
diuinæ maiestatis,quæ cum corpore suo simul fuerit gratulata: nulla perturbatiōe cuiuslibet vitij sauciabitur. n ¶Siue nobiles fuerint filij eius,siue ignobiles.)Hoc est, non filij carnis,sed filij mentis:id est,opera virtutū. Nō intelligunt ergo sancti in hac vita ante iudicij diem,quales pro certo filios habeant : vtrum deo placentes,an non placentes. Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum transiret,secundum formam serui quam assumpsit. Hæc Christo deo non aptari posse arbitror. Nam cùm ex ea parte qua homo est, infirmaretur, proximus passioni euāgelista ait: Apparuit autem angelus domini de cœlo con- Luc.22.c.
fortans eum. Hic ergo ad breue tempus administrata redēptione nostra in perpetuum illud seculum cœlos penetrans transiuit. Immutabis faciem eius: hoc est, cùm totus homo in deum transit:salua tamen vtriusque substantiæ proprietate in vnitate personæ. o ¶Attamen caro eius dum viuet,dolebit:& anima illius super semetipso lugebit.)Ita verā carnē saluator noster assumpsit, vt potuerit dolorē sentire.

Vel anima

Mat.26.d Vel anima eius doluit,cùm ait:Tristis est anima mea vsq; ad
G mortem. Siue ecclesia;quæ caro eius est,dolet cùm pressuris premitur seculi:quia ipsa ecclesia filia est in eo, qui per fidē baptismi initiatur in Christo. Et rursum mater est, cùm ille qui membris Christi incorporatus est,suscipit ministerium baptizandi. Cap. XV.

a RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit:Nunquid sapiēs respondebit,&c.) Hoc sensu videt cœpisse:quisquam ne sapiens, & disciplinæ philosophicæ studiosus,ita furore rapitur atq; insania possidetur, vt sine vllo timoris dei vel religiōis intuitu,sic loquatur,vt auræ flatui simile sit, ventoq; quod loquitur. Ob hoc igitur Eliphaz sanctum Iob veluti spiritu superbiæ ventoq; tumidum redarguere ausus est.

b ¶Et implebit ardore stomachū suum.)Nomine ardoris, exanhelantem felle iracundiæ animū eius voluit indicare, qui aduersum deum tanquam coæqua-
H lē sibi irasci præsumpserit. Alia interpretatio ita habet:Et implebit dolore ventrem suū. Vētrem capacem quendam sinum animæ dictum intelligam⁹: quia quemadmodum receptaculū aliquod est corporis quo viscerū vitalia continentur,& hoc vētris nomine appellamus:Ita virtutē quandam exercitationibus animæ capabilem illa translatione per demutationem nominis dixit,quæ eo modo cogitationibus repleat, quo venter hominis escis repletur. Increpatur ergo Iob ab Elipaz,q; huiusmodi ventrē dolore repleuerit: id est, ea cogitet quæ animā eius discrucient, vel vnde dolores corporis meritò patiat.

c ¶Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi,&c.)Quē ita dicendo:velut rebellem deoq; contrarium notat. Ob hoc forsitan,
I quia in præcedenti sermone dixerit Iob ad deū inter cætera: Et arbitraris me inimicū tuū.

d ¶Quantum in te est,euacuasti timorem, & tulisti preces coram deo.)Tam elatus,inquit,effectus es,vt timore diuino omnino sis vacuus,& deū iam nec deprecari digneris: propter quod ait:& tulisti preces coram deo:id est,quasi tibi nō necessarias à te abstulisti.

e ¶Docuit enim iniquitas tua os tuum,& imitaris linguā blasphemantium.)Malum igitur mentis tuæ,os tuum didicit loqui:& idcirco imitator & discipulus es illorum, qui linguam ad blasphemādum deum semper habent paratam.

f ¶Condemnabit te os tuum,& labia tua,&c.) Id est,merita sermonum tuorum recipies.

g ¶Nūquid primus homo tu natus es, & ante omnes colles formatus?)Ergo antequam generatio humana existeret,esse cœpisti,donans tibi plurimum,quòd præ cęteris hominibus sapias: vbi sermone subsannatorio potuit primum Adā dixisse:quem vtiq; sapientissimū à deo nouimus factū. Ita ergo in sanctum Iob inuehitur,vt diceret: nunquid tu ante patrē humani generis,& ante cōditionem angelorum esse cœpisti?

h ¶Nunquid consiliū dei audisti,& inferior te erit eius sapiētia?) Subinde nimium & iactantem arguit vero deo placentem,& vehementer increpat,dicens:quòd non solū nosse putet dei consiliū:verùm etiam & inferior sit illo eius sapiētia. Apparet ergo plenum liuore animum, exprobrationum sacula,in hominem iustū sine causa dirigere,vt comicijs obrueret innocētem.

i ¶Quid nosti quod ignoremus?&c.) Plurimū:planè in primis ipsum deū magis nouerat: deinde reuelāda in Christo mysteria spiritu peruidebat.

k ¶Senes & antiqui sūt in nobis&c.)Senes & antiq nobiscū positi, qui iā ipsa longæuitate plurimū eruditionis atq; scientiæ cōsecuti sunt:nihil temerè cōtra deum vt tu facis,dicere præsumpserunt.

l ¶Nunquid grande est vt consoletur te deus?&c.)Manifestum nec grande est omnipotenti, nec difficile misericordiæ dei,hominem consolari: vt inuocātem exaudiat,& à pressura tribulatiōis eripiat,sed tu blasphemias ructādo,exacerbas magis deū in pœnā tuā,quē poteras humilitate & satisfactione placare.

m ¶Quid te eleuat cor tuū, & quasi magna cogitans,attonitos habes oculos? &c.)Cor,oculi,spiritus,totā hominis animam significant: sed in corde hominis, sapientiā cognoscamus.In oculis,perspicuitatem intelligētię:In spiritu verò illius L
animæ motū,quo cogitationibus inceſſabiliter agitur ad quęcunq; facienda.In eleuatione ergo cordis & attonitis oculis, tumore etiam spiritus:superbū valde contra deum & inflatum nimiū sanctū Iob Eliphaz amicus eius exprobrat.Illis etenim sermonibus offensus fuerat, quos beatus Iob ad deum superius narrauit: Si iudicatus fuero,scio quòd iust⁹ inueniar:& contra, isto sermone loquitur: Quid est homo vt immaculatus appareat?

n ¶Ostendam tibi audi me,quod vidi narrabo tibi.)Expertā rem loquor, quā cognouisse & vidisse me noueris.

o ¶Sapientes confitentur,& non abscondūt patres suos.) Ita vult eum diuersis modis atq; exemplis,quasi ad pœnitentiam coarctare atq; constringere, vt confiteatur plagā illā pœnarū M
quā sustinebat ob merita sustinere. Vel ita:nō defendēdo seipsos,suosq; patres similis sui,vel quos imitando parētes habere cœperūt:peccata sua siue parentū nō cooperiūt,nec abscondūt. Siue nō cælant patres suos:id est,seniores vel sacerdotes suos,quibus peccata salubre est cōfiteri.

p ¶Quib⁹ solis data est terra,& nō trāsibit alienus per eos.) Frequēter deus,ppter peccata tradit terrā iniquorū alijs gētibus. De cō uersatiōis igitur introitu,& ingressu Sophar ad Iob loquit: In amaritudine sua vadēt & veniēt super eum horribiles:id est,quasi iracūdia felliū cōmoti,& veneno inuidiæ in amaritudinem furorēq; cōuersi:circa te,inquit,iugiter morabunt. Siue moraliter:Sapiētes illi in Christo sunt,& in seculo stulti,qui satisfactione pœnitētiæ,peccata sua vel errores hæreseos cōuertēdo se ad deum fideliter cōfitent,& authores vel criminū suorum,vel dogmatū manifestant:vt terrā corporis sui soli possideant:id est,nō ei vitia,vel hostiles nequitiæ dominētur. Alienusq; per eū non transeat:id est, diabolus in eū non habeat potestatē. Qui verè alienus dicēdus est,quia se à deo & angelorū cōsortio fecit alienū.

q ¶Cunctis diebus suis impius superbit,&c.)In personā quidē Iob hęc Eliphaz videt inuehere,quæ vsq; ad calcē sermonis huius perduxit. Ego verò existimo q; afflatus spiritu ,pphetiæ,cuncta hęc in quēlibet impiū,siue in ipsum diabolū,vel eius socios dixerit.

Sonitus

dolebit: & anima illius super semetipso lugebit. Caput XV.

a RESpōdens autem Eliphaz Themanites,dixit: Nunquid sapiens respondebit,quasi in ventum loquēs, & implēbit ardore stomachū suū?
b Arguis verbis eum qui non est æqualis
c tibi: & loqueris quod tibi non expedit.
d Quantum in te est, euacuasti timorem:
e & tulisti preces coram deo. Docuit enim
iniquitas tua os tuum,& imitaris linguā
f blasphemantiū. Cōdemnabit te os tuū,
& non ego:& labia tua respondebunt ti-
g bi. Nūnquid primus homo tu natus es,&
h ante omnes colles formatus? Nūnquid cōsilium dei audisti, & inferior te erit eius
i sapientia? Quid nosti quod ignoremus?
k Quid intelligis quod nesciamus? Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetu-
l stiores quàm patres tui. Nunquid grāde est,vt consoletur te deus? Sed verba tua
m praua hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuum,& quasi magna cogitans,attonitos habes oculos? Quid tumet contra deum spiritus tuus: vt proferas de ore tuo huiusce modi sermones? Quid est homo, & vt immaculat⁹ sit,vt iustus appareat natus de muliere? Ecce inter sanctos ei⁹ nemo immutabilis: & cœli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis & inutilis homo, q bibit quan
n si aquam iniquitatem? Ostēndam tibi au
o di me, quod vidi narrabo tibi. Sapientes confitentur,& non abscondunt patres
p suos. Quibus solis data est terra,& non
q transibit alienus per eos. Cunctis diebus suis impius superbit, & numer⁹ annorum incertus est tyrannidis eius.

Sonitus

a Sonitus terroris semper in auribꝰ illius,
b & cùm pax sit, ille semper insidias suspi-
c catur. Non credit quòd reuerti possit de
d tenebris ad lucem, circunspectans vndi-
e que gladium. Cùm se mouerit ad quæ-
rendum panem, nouit quòd paratus sit in
f manu eius tenebrarũ dies. Terrebit eum
tribulatio: & angustia vallabit eum sicut
g regem qui præparatur ad prælium. Tẽ-
tendit enim aduersus deum manũ suam,
& contra omnipotentem roboratus est.
h Cucurrit aduersus eum erecto collo: &
i k pingui ceruice armatus est. Operuit fa-
l ciem eius crassitudo, & de lateribus eius
m à ruina depẽdet. Habitauit in ciuitatibꝰ
desolatis, & in domibus desertis, quæ in
n tumulos sunt redactæ. Nõ ditabitur, nec
o perseuerabit substantia eius: nec mittet
p in terrã radicem suam. Non recedet de
q tenebris. Ramos eius arefaciet flãma: &
r auferetur spiritu oris sui ab eo. Nõ rece-
t det frustra errore deceptus, quòd aliquo
precio redimẽdus sit. Antequã dies eius
u impleant, peribit, & mãnus eius arescẽt.

A a ¶Sonitus terroris semper in auribus illius.) Sicut Aegyptij passi sunt. b ¶Et cùm pax sit, ille semper insidias suspicatur.) Perseuerat impius in scelere semper de conscientiæ malo: nouit enim secũdum iustum iudicium dei, quæ impijs retributio sit separata. c ¶Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem.) Frustra errore deceptꝰ, quòd aliquo precio redimẽdus sit. Hic impiꝰ in profundũ peccatorũ deueniens, vitam se posse consequi desperauit. Et idcirco non credit quòd reuerti possit ad pœnitentiæ lucem de tenebris peccatorũ. Huiꝰ autem diffidentiæ causam, enarrat dicens: d ¶Circunspectãs vndiq; gladiũ.) Id est, hinc inde: siue præstolans mortẽ. Diximus diabolum in escam datum spirituum immundorũ, quia eius malitia viuunt: vultures verò homines peccatores & immundi intelliguntur. Cùm ergo hi conuersi fuerint, tunc inimicum deuorantẽ se, versa vice habebunt in escã, quia ipse est draco qui datus est
B à deo in escam populis Aethiopum, qui quondam propter nigredinem peccatorũ Aethiopes: nũc autem per fidem lux facti in domino. Hunc impium siue draconem consumunt ac deuorant: dum omne corpus eius, qui sunt vtique peccatores, per fidem intromittũt in corpus: id est, in ec-
Act.10.b cleſiam: secundum hoc, quod dictum est Petro: Surge, occide
Exod.32. & manduca. Hinc etiam Moyses filios Israël vitulum comminutum bibere compulit, vt sicut ab eo fuerant absorpti in errore: ita illi in corpore populi dei relicto errore transirẽt. e ¶Cùm se mouerit ad quærẽdum panem, &c.) Motus animorum, est inchoatio cogitationis. Cùm ergo hic recordatꝰ fuerit, reus sibi semper malè conscius: quemadmodum possit viuere: nihil ei occurrit aliud quàm tempus illud iudicij dei horribile, quo pœnas perpetuas irrogandas expauescit.
f ¶Terrebit eum tribulatio: & angustia vallabit eum sicut regem qui præparatur ad prælium.) Antequam dies prædictus adueniat, malo formidinis cruciabitur: pressuris quoq; & angustijs septus vndiq; coarctabitur: veluti rex profecturus ad prælium. Sub nomine regis, impium hominẽ, siue diabolum significari existimo, qui contra deum bella quotidie
C blasphemias contentionesq;, siue pugnas parat vitiorum.
g ¶Tetendit enim aduersus deum manum suã, &c.) In elatione siue expansione manus, resistentẽ deo demonstrat, quẽque mentis etiam tumidæ contumacia robustum dicit.
h ¶Cucurrit aduersus eum erecto collo.) Abruptã ac precipitem superbi indicat mentem: quia cõtra deum possessus insanus in audacia resistendo, non lentis gressibus processit.
i ¶Et pingui ceruice armatus est.) Pinguedinem nominando ceruicis, superabundantem, & quasi nimium effluentẽ superbiam indicauit. Quemadmodũ propheta ait: cùm de eadem hominum superbia loquitur, dicens: Prodiuit quasi ex adipe iniquitas eorum: hoc testimonium noua ædition apertius dicit: Processerunt à pinguedine oculi eorum: id est, sensus siue cogitationes nimium superborum, in blasphemiam proruperunt. k ¶Operuit crassitudo faciẽ eius.) Facies plerũq; ipsa mens animæ intelligitur, vt ait Apostolus: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculamur: Hãc diabolus siue impius homo sanctitate seu humilitate, serenã non habet, siue perspicuam, sed crassitudine opertam superbiæ, quæ cæco corde fit & obtuso. Alia ædition: Operuit faciem eius tanquam in adipe suo: tanquam diceret: superbia videlicet atra, author omnium vitiorum: nõ tenui, & perlucida humilitatis virtute velut precioso amictu se vestiuit, sed de sepsa fecit ei quodam modo derisum & vestimẽtum obscurũ, D quòd superbiam crassa cæcitate cordis obtunderet. l ¶Et de lateribus eius à ruina dependet.) Possunt latera eius, ministri siue sodales intelligi, qui eius similes extiterunt. Non absurdè etiam aures intelliguntur, quæ vtique inaudientia impinguãtur, vnde nimia suauitas contumacibus generatur, secũdum illud: Incrassatum est cor Esa.6.c.
populi huius. Alia ædition: Fecit catapulum super femora. Videtur mihi iste versiculus sensum huiuscemodi continere, quòd in hoc impio increpetur, quia frenũ disciplinæ, quo ad virtutes retineri poterat, habere noluerit: sed ad quãdam se potius dissolutionem, depositi animi rigore deiecerit, vt quasi loro laxato ad voluptatem & luxuriã deduceret. m ¶Habitauit in ciuitatibꝰ desolatis, &c.) Habitationem ergo bestiarũ, & auiũ immundarũ, spiritus immũdos dicit: qui habitãt in hominibꝰ, quos deus deseruit. Hic enim habitat in hominibꝰ derelictis à deo, & ob hoc sepulchra E
facti sũt mortuorũ. Et si peccata in scripturis mortui aliquãdo dicuntur, necessariò peccatores & impij tumuli sunt mortuorum. Igitur in ciuitatibꝰ, potest generale nomẽ esse omnium peccatorũ. In domibꝰ verò speciale, vniuscuiusque peccatoris & impij.
n ¶Non ditabitur, nec perseuerabit substãtia eius.) Substãtia hic non rerũ diuitię intelligẽdæ sunt, sed peccata: de quibus ait sanctus spiritus in Apocalypsi Ioãnis: Cecidit, cecidit Apoc.14.
Babylon ciuitas magna, & facta est habitaculũ dęmoniorũ, & b.
custodia omnis spiritus immũdi. Quòd autẽ ait, nõ ditabit: hoc dixisse mihi videtur, nõ longũ tẽpus erit, quo vita eius in diuitijs facinorũ decrassetur, cùm etiã collecta vitiorũ eius substantia, nõ erit permãsura. o ¶Nec mittet in terram radicẽ suam.) Id est, quia tanquã arbor euulsa sit moriturus: ideo in terra viuentium stabilitatem æternam siue eorũ consortium nõ habebit: eo quòd hic prius spem vel radicẽ fidei nõ premisit: aurã etiam salutis, vt sub vmbra viuat, refrigerij non habebit. p ¶Nõ recedet de tenebris.) Alij dixerunt, nõ effugiet tenebras: id est, pœnas ęternas subibit, & tenebras nõ euadet. Nõ recedet autẽ de tenebris: intelligimus de tenebris infidelitatis. Homo hic ĩpius ad lumẽ pœnitẽtiæ veni- F
re detrectat. q ¶Ramos eius arefaciet flãma.) In ramis, operũ malorũ fructus intelligamus, sicut Salomõ ait: Fructꝰ Prou.10.c
impiorũ peccata: hos verò velut ligna, fœnũ, stipulã, gehẽnæ ignis absumet. r ¶Et auferetur spiritu oris sui ab eo.) Quia ergo furore cõtra deũ animus eius est, quo etiã & blasphemias in eũ spirare nõ desinit: oris sui, ait, iudicio condẽnatur. Secũdum antiquã ergo ædition ẽ in stirpe siue fronde, originem vitæ impij significari existimo: quam spiritus dei sentẽtia iudicij, vt incubãs vẽtus percutit, vt velut arbor arefactus impius illico moriat, & ita omnis flos honoris eius & gloriæ defluat. s ¶Non recedet frustra errore deceptus, &c.) Hoc igit ait, putat fortassis diabolus, & homo impius cordis duritia in impietate persistens, q deus ei p suis meritis non retribuat: dũ deus nequaquã ei parcit, & si verbis hoc potentibus atq; compositis vt obtineat deprecetur, cùm iam secundũ dei iustum iudicium, sempiternis addictus sit cruciatibus. t ¶Antequã dies eius impleantur, peribit.) Tũc dies vniuscuiusqueimpleri dicitur: cùm bonorum hominum ac malorum retributio venerit: Hic ergo homo, siue diabolus, ante perspicuæ sententiæ diem, quã eis dominus in iudicio datꝰ est: præsciit in prædestinatione. u ¶Et manus eius arescent.) Nullum vtiq; boni operis fructũ in se habens.

Lædetur

a Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius,& quasi oliua proijciẽs florem b suum. Cõgregatio enim hypocritę ſte- c rilis, & ignis dẽuorabit tabernacula eo- d rum,qui munera libẽter accipiunt.Cõcepit dolorẽ,& peperit iniquitatẽ,& vterus eius præparat dolos. Cap. XVI.

RẼſpondens autem Iob, dixit: Au diui frequenter talia. Conſolatores oneroſi omnes vos eſtis: Nũquid habebunt finem verba ventoſa, aut aliquid tibi moleſtũ eſt ſi loquaris? Poteram & ego ſimilia veſtri loqui. Atq; vti- e nã̃ eſſet anima veſtra pro anima mea. f Cõſolarer & ego vos ſermonib9, & mouerem caput meũ ſuper vos. Roborarem vos ore meo, & mouerẽ labia mea, quaſi g parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi ta- h cuero,non recedet à me. Nunc autem op preſſit me dolor me9: & in nihilũ redacti i ſunt oẽs artus mei. Rugæ meæ teſtimo- k nium dicunt cõtra me: & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciẽ meã,cõtradicens mihi. Collegit furorem ſuũ in me: & cõ- l minans mihi infremuit contra me dẽti- m bus ſuis. Hoſtis meus terribilibus oculis n me intuitus eſt. Aperuerũt ſuper me ora ſua: & exprobrãtes percuſſerunt maxillã o meã: ſatiati ſunt pœnis meis. Cõcluſit me deus apud iniquum: & manibus im- p piorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus repentè cõtritus ſum. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & poſuit q me ſibi quaſi in ſignum. Circundedit me lanceis ſuis: conuulnerauit lũbos meos. Non pe-

a ¶Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius,&c.) In botro nulli dubium,quòd fructus operis intelligatur prædictus. Igitur florem gaudij temporalis,ad maturitatẽ fructus perpetui perducere non valebit:eò quòd in ſpe ipſa mendacis gloriæ,calido vento ſuperbiæ diſſipabit. Siue frigore charitatis dei, velut à pruina lædet, ſicut eodem ſenſu in ſequentibus arbitror dictũ. Et quaſi oliua ꝓijciens florem ſuum. Oliua enim in ſcripturis diuinis & vinea,aliquando homo tantum ſignificatur:aliquãdo populus ſeu bonus ſeu malus. Quod autẽ dixit, vaſtabitur,ſiue euertetur,ita intelligendum,ſicut in Apocalypſi habet:Qui fecerit mandata domini,nõ lædetur à morte ſecunda. Apoc.2.b. Vinea ergo & oliua,plebs Iudæorum poteſt intelligi. Hæc igitur vinea perdet, ſiue amittet fructũ ſanctitatis atq; iuſtitiæ:qa Chriſtum primum florẽ & optimum ſanctorum omniũ in agro legis habere noluit. Cant.2.a. Ipſe eñ dicit:Ego flos campi. Sed vt infidelis atque incredula,ne illi fides Chriſti fla H graret:proiecit eum à ſemetipſa, & dum proijcit extra vineam,& à ſe excutit velut florẽ,ipſa à patriarcharum radice euulſa eſt,& Chriſto fructu noſtrę ſalutis excuſſa. b ¶Congregatio enim hypocritæ ſterilis.) Raptorẽ & violentum ſimulatorem ſanctum Iob his ſermonibus denotat,& dicit quòd & ei non proderunt diuitię ex iniquitate collectę:ita eñ aduerſũ Iob,& in primo ſermone locutus eſt, vbi etiam leoni & leænę,leonũq; catulo & tigri cõparauit. Sed deo magis credendũ eſt,qui eum laudans non ſimulatorem effectũ dixit: ſed innocentẽ & ſimplicẽ prædicauit. Quòd autẽ ait Eliphaz. c ¶Et ignis deuorauit tabernacula eorũ &c.) In ſanctũ Iob cadere non poteſt. I Quia ipſe,vt iam dixi,ſecundum dei teſtimonium de ſeipſo ita locutus eſt:Et ſi in manibus meis adhæſit macula,cùm de muneribus loqueretur. Ignẽ verò nominando, gehennam puto ſignificauit:qua tabernacula:id eſt,corpora iniquorũ ſunt conſumenda. De hoc igne & Sophar in conſequentibus ait: Deuorabit eum: id eſt,impium ignis qui non ſuccenditur. d ¶Concepit dolorem,& peperit iniquitatem,&c.) Dauid quoque poſtmodum de huiuſmodi ita dixit: Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem. Pſal.7.d. Dolor ergo eſt iniuſtitia & iniquitas. Hoc ergo impius peperit qđ conceperat,& tamen vterus cordis eius:dolos præparare nõ deſinit. Quos tunc ædit,quando opera in factum procedũt. In conceptu itaq; iniqua cogitatio intelligitur,ſicut in partu effectus malæ cogitationis agnoſcitur. Aduerſum Iob hæc vniuerſa Eliphaz locutus eſt:ſed iam ſuperius dixim9, quòd ſubminiſtratione prophetiæ per perſonam Iob diabolo vel quolibet homini impio dicta hæc videri poſſunt,ſicut & alia quæ amici eius locuti ſunt. Caput XVI.

c RẼſpondẽs &c. Atque vtinam eſſet anima veſtra ꝓ anima mea.) Si vos,inquit,hæc quæ ſuſtineo patereminí:non ita circa vos agerem, vt vos erga me agere nõ ceſſatis. f ¶Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos. Roborarem &c.) Blãdimento vtique ſermonum meorum vos potius cohortarer: mentes etiam veſtras tribulationibus acerbis exaſperatas, ne in lapſum blaſphemiæ caderent,leui ſermone & placido ſuſtinerem. g ¶Sed quid agam? Si locutus fuero, nõ quieſcet dolor meus:&c.) Id eſt,ſiue loquar iſta nunc vobis: ſiue etiam taceam,hoc ſolum me noſſe cõfiteor, quòd inceſſabili dolore diſcrucior. h ¶Nunc autem oppreſſit me dolor me9,&c.) Hoc etiam de Chriſto intelligendum eſt. i ¶Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me.) Cõtractio cutis quam exiccante eadem ſanie patior,quodãmodo manifeſtatione ſui dat aduerſum me teſtimoniũ & quaſi loquitur,quãtos dolores,ſiue cruciatus ſuſtineam. k ¶Et ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciẽ meam,&c.) Hic aut ipſum Eliphaz falſiloquum dicit, quia exprobrat ſancto Iob,quòd hæc ob peccatorũ merita ſuſtineret, aut diabolum qui eum dixerat peccatorẽ. Aliter: falſiloquus Iudas vel populus Iudæorũ intelligẽdi ſunt,qui cõtra Chriſtum falſum dederũt teſtimonium. l ¶Et comminans mihi infremuit contra me dentibus ſuis.) Ore amicorum cõtra ſanctum Iob diſputãtium, diabolus minabatur: ſiue Iudæi infremuerunt cõtra ſaluatorem. Alia ædition: Sagittę piratarum ſuper me ceciderũt. Piratæ iſti diaboli ſunt miniſtri, ſiue homines,ſiue dæmones: qui tunc piratę in ſcripturis vocant, quãdo ſeculum iſtud mare appellat. Sagittæ verò dolores vel cruciatus intelligendi, quos patiebatur vt ab eis tranſfoſſus blaſphemia moreretur. Et ita demum aurum atque argentum ſapientiæ eius & ſcientiæ,veſtes quoque precioſas virtutum ſpei atque fidei in deũ auferent ab eo, & grandi precio comparata monilia. m ¶Hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.) In oculis terribilibus,animum ſauciantis in ſe deſcribit inuiſibilis inimici: qui ſiue per viſiones nocturnas, ſiue per amicorum vultum terribilem, minas intẽderet: ſicq; dum Iob amici eius ſancto, nephãda reſponderũt, nutibuſq; etiam cum irriſione deterrent, de Chriſto intelligendum. n ¶Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.) Igitur in maxilla, generis eſt nobilitas, ſiue honor quidam manifeſtus. Et ſicut alij dixerunt, acriter eſt percuſſus in genis, intãtum vt ab honore & nobilitate, & diuitijs fieret alienus, quando maxillam fidei ſuæ collidendam diabolo fortiter præbuit, quam ille perturbare cædendo conatus eſt, quaſi quandam ianuam diuinæ confeſſionis effringens, ſiue cùm falſum teſtimonium contra Chriſtum dixerunt, ſiue illud, crucifige eum. Ioan.19. o ¶Concluſit me deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.) Id eſt,diabolo & angelis eius. Siue de Chriſto intelligendum quando traditus eſt in manibus Iudæorum. p ¶Ego ille quondam opulentus repentè contritus ſum. Tenuit ceruicem meam,confregit me,& poſuit me ſibi quaſi in ſignum.) Id eſt,de diuite factus pauper. Vel Chriſtus,de deo homo natus. q ¶Circundedit me lanceis ſuis,conuulnerauit lumbos meos. Nõ pepercit, &c.) Lanceæ hoc loco nominatæ, dolorum compunctiones quas Iob patiebatur,ſignificanter intelliguntur: ſiue de Chriſto blaſphemiæ quas paſſus eſt à Iudæis intelligendæ ſunt. Iob verò non ſolum deforis toto corpore computruerat: verũ-

etiam

Iob.19.c. etiã putoris ſanie liqueſcebat: ita vt ipſe Iob diceret: halitũ
A meum exhorruit vxor mea. Omnia circa lũbos eius putruerunt. Siue de Chriſto intelligendum, conuulnerauit lumbos meos. Quia Iudæi vſq; ad hoc perſecuti ſunt apoſtolos, qui quaſi de lumbis doctrinæ ſuæ nati fuerãt: vt eos vulnere infidelitatis Chriſtũ negando ſauciarent: Dum Petrus dicit: neſcio
Marc.14.g. hominem. Et tenuit ceruicẽ meã: ſiue vt alij dixerunt: tenens comã meam diuellit. Proinde nunc intelligamus quo furore diabolus ac virtute iſtũ virum cõmouerit atq; concuſſerit, ſiue confregerit: vt etiam comam capillorum eius ſimul apprehẽſam, ſit conatus euellere. Siue de Chriſto ita intelligendum, tempore paſſionis ex ſuo permiſſu tenuit aduerſarius: & vſq; ad mortis dormitationem inclinauit: quem iam verberibus & affixione clauorum confregerat, & ſignum ſalutis in contrariã partẽ poſuerunt. a ¶Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus, &c.) Dum languoribus meis atq;
B vulneribus addũtur plagæ innumerabiles, diuidor totus reſolutus atq; comminuor, ita vt nullũ in me membrorũ reſiduum ſit, quod aliqua ſoliditate ſubſiſtat. De Chriſto etiam ſic intelligendum: Cùm Iudas lætali apoſtaſiæ vulnere perẽptus eſt, non pepercit: in tanta namq; ſæuitia debacchatus eſt: vt ſcelus quod mente cõceperat, etiam ore publicaret: vel ſuper vulnera crucis clauorũ vulnera addiderunt. b ¶Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.) Quod ſimiliter dictũ, ad humiliationẽ regni eius pertinere mihi videtur. Cornu autem, regnum in ſcripturis vocatur: iuPſal.148.b. xta illud: Exaltabit cornu Chriſti ſui. Chriſtus verò ipſam gentem de qua oriundus erat, ſaccum appellauit. Cinere verò operuit principes Iudæorum: cùm ab eis regnũ pro negationis ſacrilegio tranſtulit ad gentes. c ¶Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.) Fletus ſiue lachrymæ, in homine de doloribus, ſiue de triſtitia generan-
C tur, ſed lachrymæ aliquando per genas cum ſilentio defluũt: fletus verò cùm habeant lachrymas, non ſine voce & cõmotione corporis dantur: quẽ fletũ Iob ſe habuiſſe teſtatur, qui ei de ærumnis animæ, pœnarum quoq; cruciatibus naſcebatur. Item aliter. Prophetæ, facies dei intelliguntur eo quòd ſciant futura: qui cùm perditionem impiorum contemplarentur in ſpiritu, gemitibus continuis eos fleuiſſe intelligamus. Oculi etiam caligauerunt Chriſti, dum martyres ſiue ſancti in tentationibus titubantes conturbati ſunt: ſed gratia dei liberati in lumine permanſerunt. d ¶Hęc paſſus ſum abſq; iniquitate manus meæ, &c.) Nullus ſanctorum ita mũdas atq; immaculatas, atq; omni vel minima labe cogitatiõis preces ad deum habet: vt mediator dei & hominũ homo ieEſa.53.c. ſus Chriſtus: qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Quas vtiq; preces atq; orationes ſecundũ hominem, quem aſſumpſit, ad deum habere credẽdum eſt: cùm ſecundũ diuinitatem ſuam cum patre ipſe exaudiat. Siue ſancti, qui pro nomine eius paſſi ſunt ſine iniquitate rebellionis vel criminis alicuius à perſecutoribus occiſi: quantum ad illos perſecutores, gratis morti traditi ſunt. e ¶Terra ne operias ſanguinem meum, &c.) Totum hoc eſt quod dicit, ne innocentis & bene ſibi conſcij meritum lateat: præſertim cùm inſontem ſe mala tanta paſſum referat. Sanguinis verò nomine, vitæ iſtius præſentis ſtatum dicere voluit. Hoc autẽ D
loco clamorem poſitum, ipſam ſanctitatem eius contra pœnas illius reclamantẽ: quæ iniquis meritò inferuntur ad vindictam, iuſtis autem ad probationẽ. Aliquando etiam in ſcripturis clamor affectus animi intentus ad deũ oſtenditur, vel etiam clamor iniquitatis populi: qui expectabat vt faceret vuas, & Eſa.5.a. fecit ſpinas. Nec omnis iniquitas clamor dicitur, ſed illa quæ publicè fit. f ¶Ecce emẽ in cœlo teſtis meus.) Quia deus de eo teſtimoniũ perhibuit. g ¶Verboſi amici mei.) Qui verba non ad deũ pertinentia loquitur, verboſus vocat: qui verò verba dei loquitur, verboſus non poteſt iudicari. h ¶Ad deũ ſtillat oculus meus.) Cũ lachrymis interpellat deũ. i ¶Atq; vtinã ſic iudicaretur vir cum deo, &c.) Hoc dicit: Vtinam mihi eſſet copia cũ homine diſputandi, vt me innocẽtem probare poſſem. Deum autẽ meum nolo intrare mecũ in iudi
E cium: qui & ſcrutãs corda, & renes deus eſt: cuius iudicium falli omnino non poteſt: neq; ipſe cõſueuit diſcuti à quoquam. Pſal.7.c.
k ¶Ecce enim breues anni trãſeunt, &c.) Ita credebat, quòd nec ad mortale corpus ſuum, nec ad tormenta corporis ſui eſſet iterũ reuerſurus.

Non pepercit, & effudit in terra viſcera
a mea. Cõſcidit me vulnere ſuper vulnus:
b irruit in me quaſi gigas. Saccum conſui ſuper cutem meam: & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu: & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc
d paſſus ſum abſq; iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad deum preces.
e Terrã ne operias ſanguinem meum, neq; inueniat in te locũ latendi clamor meus.
f Eccẽ enim in cœlo teſtis meus, & con-
g ſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei,
h ad deum ſtillat oculus meus. Atq; vtinã
i ſic iudicaretur vir cum deo: quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo.
k Eccẽ enim breues anni tranſeunt, & ſemitam per quam non reuertar, ambulo.

Caput XVII.

l SPiritus meus attenuabitur, dies mei
m breuiabuntur: & ſolũm mihi ſuper-
n eſt ſepulchrum. Nõn peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus.
o Liberã me, & pone me iuxta te: & cuiuſ-
p uis manus pugnet cõtra me. Cor eorum longè feciſti à diſciplina: propterea non
q exaltabuntur. Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis. Caligauit ad
r indignationem oculus meus: & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.

Cap. XVII.

l SPiritus meus attenuabitur, & dies mei breuiabũtur.) Hoc dicit, quòd in breuitate vitę ſuæ, ſpiritꝰ eius ſenſim attenuatus defecerit. m ¶Et ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum.) Quia mors eſt finis omniũ tormentorum. n ¶Non peccaui, & in amaritudinibus morat oculus meus.) Verum eſt, quòd deo placitus nõ peccaui. Et licèt poſſit hic locus ita intelligi, quòd in deo quidem nõ peccauerit, & tamen quaſi in ipſo peccauerit, pœnas blaſphemantium patiatur. Et fortè quoniam à deo in præſenti laudatur, non peccauerat: ſed in præteritis adoleſcentiæ temporibus peccaſſe non negat. o ¶Libera me, & pone me iuxta te: & cuiuſuis manus pugnet contra me.) Sub ſcuto igitur protectionis dei latere optat: quo munitus atq; defenſus, ſæuientem F
hoſtem non timeat. p ¶Cor eorum longè feciſti à diſciplina: propterea non exaltabuntur.) Quia ad deum hæc loquitur Iob: de diabolo vtiq; & ſatellitibus eius præceſſerunt peccata: quippe pro quibus pœnam obdurationis acceperũt. Cauſa igitur de quibus loquimur, qua elongati ſunt, vt non apprehenderent diſciplinam: quia exaltationem bonæ naturæ ſuæ debitã, voluntate propria perdiderunt. q ¶Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum corã eis.) Socij ſiue filij diaboli, idem ſunt miniſtri eius: ſed ſocij dicuntur propter contubernium conſpirationis aduerſus deũ. Filij, propter imitationem ipſius diaboli. His igitur dæmonibus beatum Iob in prædam dandum, pater eorum & rebellionis caput diabolus promittebat, dũ eũ per tantos dolores ad blaſphemiã impellendũ, & à deo ob hoc relinquendum eſſe credebat: ſiue quando eum omni gloria domus & filiorum ſpoliauit. r ¶Caligauit ad indignationem oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt.) Iuxta illud euangelij: Lucerna corporis tui, eſt oculus tuus? Matt.6.c.
Hunc igitur oculum Iob ſibi caligaſſe conqueritur illa indignatione, qua ipſum ſanctitatis ſuæ merita conſeruabant: eo quòd bona conſcientia, pœnas pateretur indebitas.

Stupebunt

G a ¶Stupebunt iusti super hoc.) Admirantes de iustis dei iudicijs, quomodo, iustus & sine crimine pœnis affligatur.

b ¶Et innocēs contra hypocritam suscitabitur.) Hypocrita est ipse diabolus, qui cùm sit tenebrarum: id est, delicti inuentor, ipse recedēdo à vero lumine est tenebrosus effectus. Quasi lucifer posuit in cœlo sedē suā: & trāsfigurauit se in angelum lucis: aut certè vnūquenq; amicorum suorum Iob hypocritam dixit: quia sub verbis consolatorijs dolos ei dolosè loquebātur. c ¶Et tenebit iustus viā suam: & mundis manibus addet fortitudinem.) In quas profectò virtutes se magis crescere manifestat. d ¶Igitur vos omnes conuertimini, & venite, &c.) Cōuertimini, ait, à prauitate sententiæ, qua me condemnare summo studio non desistitis. Venite: sermo inuitantis est, ad melioris vitæ profectum: quod est, ô vos hypocritæ, & non veri, nec fideles amici, ad agnitionē veritatis accedite, quam vos habere minimè
H noueritis. e ¶Dies mei trāsierunt.) Dies hi præteritæ fœlicitatis possunt intelligi, in quib⁹ pollens virtutibus viuebat beatus deo. Hos igitur dies à se non sine gemitu loquitur præterisse, quādo multis miserijs circundatus est, & plaga intolerabili dolorū patiebatur. f ¶Cogitationes meæ dissipatæ sunt, &c.) Cùm in vnius iugiter cōtemplationis intentione positus essem: & cogitationes meas haberem semper intentas ad deum: plagæ huius superuenientis mihi miseriæ, easdē cogitationes meas à sua vnica soliditate in me video dissipatas: & ob hoc excruciatur cor meum: eo quòd earū dilaceratione torquetur, videns me mala simplicitati meæ inconuenientia sustinere. g ¶Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum.) Pœnis corporis cogitationumq; stimulis, sicut ait, indesinēti tempore agebatur, & id-
I circo pœnas inferorum, iam se pati clamabat. Aut fortè separatio illa qua ab hominibus factus est alienus extra ciuitatem, sedens in sterquilinio, tenebræ dictæ sunt: quia lucē humani solatij nō haberent. h ¶Putredini dixi, pater meus es: mater mea & soror mea vermibus.) Tam lōgo, inquit, tēpore computresco: vt ipsam putredinem, & vermes nascentes in eius sanie parentes appellem: ac per hoc quemadmodum quispiam mortalium sine parentibus nō potest existere: ita & ego fact⁹ sum, quasi sine putredine & vermibus esse non possem. Qui ita in carne mea velut in natura sua sunt: tanquam si ex eis ipse subsisterem. Cùm illi in me de carnis meæ sanie potius generentur, nō ego ex illis. Vbi magis mortalitatem per peccatum factam significauit: cui inest corruptio, & corruptioni putredo. Patrem verò appellauit ipsum ortum humani generis in Adam, qui corruptione factus est putrescibilis. Matrem verò naturam humanā dixit, corruptione vitiatam. Sororem verò omnē posteritatem Adæ dixit: quæ de corruptione mortalitatis, velut de sanie putredinis nascitur: quod & Baldad dixit: Homo putredo, & filius hominis vermis. i ¶Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis considerat?) Quòd ait, & patientiam meam quis considerat? apertè fortem se in illis cruciatibus manifestat: pro quibus quasi queritur, quòd ad retributionem tanti laboris sui nō potuerit peruenire. k ¶In

a Stupebunt iusti super hoc: & innocens
c contra hypocritam suscitabitur. Et tenebit iustus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinē. Igitur omnes vos
d conuertimini, & venite: & non inueniam
e in vobis vllum sapientē. Dies mei transierunt: cogitationes meæ dissipatę sunt,
f torquentes cor meum. Noctem verterūt in diē, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea
g est: & in tenebris straui lectulum meum.
h Putredini dixi, pater meus es: mater mea
i & soror mea vermibus. Vbi est ergo nūc præstolatio mea, & patientiam meā quis
k cōsiderat? In profundissimum infernum
l descendent omnia mea. Putásne saltē ibi erit requies mihi?

Cap. XVIII.

m RESpōdens autem Baldad Suites, dixit: Vsq; ad quē finem verba ia
n ctabis? Intellige pri⁹, & sic loquamur. Quare reputati sumus vt iumēta,
o & sorduim⁹ coram te? Quid perdis ani-
p mā meā in furore tuo? Nunquid propter
q te derelinquetur terra: & transferētur rupes de loco suo? Nonne lux impij extinguetur: nec splēdebit flamma ignis eius?
r Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & lucerna quæ super eum est, extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius:
s & præcipitabit eum cōsilium suum. Im-
t misit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius
u laqueo, & exardescit contra eum sitis.

Abscōdita

profundissimum infernum descendent omnia mea.) Alij dixerunt, omnia bona mea. Bona sua dicit ad inferos descensura, quod est anima mea: vel ipse pro illis sum descēsurus. Verè non credimus de iustitia, quòd tātus ac talis vir pro sanctis operibus suis frustrari potuerit. Quòd aūt ait: l ¶Putásne saltem ibi erit requies mihi?) Istud est: si in hac vita pœnas patior infernorum, putásne in locis pœnarum erit aliqua requies mihi? Hoc autem grauatus miserijs loquitur, potius quàm victus diffidentia: quia alijs locis ait ad dominū: Scio quia in inferno protegas me: donec pertranseat furor tuus. Iob.14.a.

Cap. XVIII.

m RESpondens autem Baldad Suites, dixit: Vsque ad quem finem verba iactabis? Intellige prius, & sic loquamur.) Id est, quis finis erit huius verbositatis, quasi nō sit syncerus: vel sol⁹ Iob à Baldad verbosus arguitur: vel quasi spiritu, nescio quo, instigatus loqui non desinat. n ¶Quare reputati L
sumus vt iumenta, & sorduimus coram te?) Hoc dicit, quòd tanquam bruta animantia eos sanctus Iob despexerit, & vilissimos & indignissimos colloquio existimauerit: & ita iracundia possessos, vt phreneśim pati viderētur. o ¶Quid perdis animā meam in furore tuo?) Loquendo contra diuinam iustitiam, furoris amētia concitatus, animæ tuæ necesse est inferas mortem.

p ¶Nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur rupes de loco suo?) Tanquam si diceret: nunc propter te mundus ad rectorem suum non pertinebit: vt si quos peccatores inuenerit, sicut & teipsum, non puniat. Terræ verò & rupium nomine metaphoricōs vniuersa multitudo populorum, & excelsi quiq; mundi & superbi, ac potentes, possunt intelligi. Possunt rupes & animæ hominum, vt terra, caro humana intelligi. Sed & angeli propter celsitudinem naturæ suę, eminentemq; honorem: rupes dici pos- M
sunt. q ¶Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?) Luce fœlicitatem præsentem quam sanctus Iob gloriosus agebat, significauit, sicut & Salomon ait: Lumē vero impiorum extinguetur. Hanc igitur extinctam Prou.22.c
dixit: quando Iob destitutus est omni fœlicitate præsenti. Quòd autem ait: Nec splendebit flamma ignis eius: id est, nō rediet ad pristinam fœlicitatē. r ¶Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, &c.) Non solum, inquit, præsentem fœlicitatem amittit: sed etiam lux recordationis dei, quæ erat in tabernaculo cordis eius obtenebrabitur, vt ei deus scilicet in memoriam non ascendat, & pro merito lucerna protectionis diuinæ, quæ super eū fuerat, extinguetur. s ¶Arctabuntur gressus virtutis eius, &c.) Vt superbus confidens in virtute sua, qua rectè incedere arbitratur, cōcludetur tribu-
lationum angustijs & pressuris, vt inde omnino exire nō possit. t ¶Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.) Retis nomine atq; macularum eius, ineuitabile malum significatur: quod volens quisq; exuere, ipso conamine impeditur, atq; implicatur vt corruat. u ¶Tenebitur plāta illius laqueo, &c.) Laqueus hic ipse diabolus non absurdè sentitur, qui ad supplantandum calcaneum, peccatores obseruat, & ipse nihilominus sitis nomine appellatur: eo quòd velut in aliquo bono æstuans sitiat hominis mortem.

Abscondita

a Abſcõdita eſt in terra pedica eius: & decipula illius ſuper ſemitam. Vndiq; terrebunt eum formidines: & inuoluent pedes eius. Attẽnuetur fame robur eius: & inedia inuadat coſtas illius. Dẽuoret pulchritudinem cutis eius: & conſumat brachia illius primogenita mors. Auẽllatur de tabernaculo ſuo fiducia eius: & calcet ſuper eum quaſi rex interitus. Hãbitent in tabernaculo illius, ſocij eiꝰ qui nõ eſt: aſpẽrgatur in tabernaculo eius ſulphur. Deorſum radices eius ſiccentur: ſurſum autẽ atteratur meſſis eius. Memoria illius pereat de terra, & nõn celebretur nomen eius in plateis. Expẽllet eum de luce in tenebras: & de vrbe transferet eum. Nõn erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo: nẽc vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius ſtupebunt nouiſſimi: & primos inuadet horror. Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat deum.

Caput XIX.

Reſpõdens autem Iob, dixit: Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibꝰ? En decies confunditis me: & non erubeſcitis, opprimentes me. Nempẽ & ſi ignoraui, mecum erit ignorantia mea. At vos cõtra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis. Saltẽm nunc intelligite: quia deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Ecce clamabo, vim patiens, & nemo audiet. Vociferabor, & non eſt qui iudicet. Sẽmitam meam circumſepſit, & trãſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. Spõliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. Dẽſtruxit me vndiq;, & pereo: & quaſi euulſę arbori abſtulit ſpem meam. Irãtus eſt contra me furor eius: & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.

Simul

a ¶Abſcõdita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam.) Latet illum quibus inſidijs perditus ſit: ſiue in ſemetipſo pedicam, qua præpedit pedes ſuos, habet abſconditam: id eſt, obligationem peccati: & in ſæuitia cõuerſationis ſuæ, qua ſe rectè putat incedere, erroris iſtius latet decipula. b ¶Vndiq; terrebunt eũ formidines.) Siue dolores. Supbus ſcilicet terrore venturę calamitatis ſemper terrebitur. Poſſunt etiam formidines, hoc loco non affectiones cordis intelligi: ſed ipſi potius miniſtri diaboli. Hi igitur multis modis terrere ſanctum Iob, vt eis cederet, inſtiterunt. c ¶Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius.) Poteſt fames & ipſe diabolus intelligi: qui huiuſmodi famẽ patit, qua nunquã de necib⁹ hominũ ſaturet. Siue & ipſe famẽ patit: quia verbũ qđ ꝓcedit de ore dei accipere nõ meret. Et idcirco ſub nomine coſtarũ, thoracis monimẽta ſignificant: qui- B bus ſe velut quadam obduratiõe cõſtruxit, vt eũ cibus diuini eloquij nõ adeat. Siue etiam impiorum plagã deſcribit. d ¶Deuoret pulchritudinem cutis eius, &c.) Pulchritudinẽ cutis: id eſt, ornamenta virtutum, & brachia, fortitudinem regni eius, confecit diabolus: qui ideo primogenita mors appellat⁹ eſt: quia ꝓ ipſum primùm intrauit mors in orbem Hebr. 2. d. terrarum, & ipſe eſt ſuæ mortis inuentor. e ¶Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eũ quaſi rex interitus.) Hũc igitur interitum diabolum eſſe dixit: qui eſt rex ſuper oẽs filios ſuperbię: ſed ſuper ſanctum Iob, vt eum proſterneret, calcare non potuit. f ¶Habitẽt in tabernaculo illius, ſocij eius qui nõ eſt.) Socij ſodales, ſiue filij, vt ſuprà dictum eſt, miniſtri diaboli ſunt: qui hoc loco nõ eſſe dicit: & C cùm ſit naturæ ſuæ proprietate ſubſiſtens, tamẽ nõ eſt, vt dixi: qa prævaricatione factus eſt alienus à deo. g ¶Aſpergat in tabernaculo eius ſulphur.) Vt fumum hic ſentiat gehẽnarũ. h ¶Deorſum radices eius ſiccent: ſurſum autẽ atteratur meſſis eius.) Meſſis, opera poſſunt intelligi, quæ foras atq; in publicũ ex interioribus erũpentia, de fidei radice conſurgunt. Aliter: Deorſum radices eius ſiccẽtur: id eſt, opera, quæ in hoc ſeculo perpetrauit, inueniantur mortua, mortuiſq; aridítate ſimilia. Surſum autẽ atteratur meſſis eius: in futuro vtiq; mercedẽ laboris ſui minimè conſequatur. i ¶Memoria illius pereat de terra.) Id eſt, nihil memoria ſua dignũ operetur: vel etiam memoria eius pereat de terra viuentium. k ¶Non celebretur nomen eius in plateis.) In platea ſedebant reges, inter quos optat eum famam iuſtitiæ non mereri. Plateæ virtutes intelliguntur: in quibus ſapientia fiducialiter agit, & circumit ciuitatem dei Hieruſalem: in qua ſacramentis diuinis atq; myſteris latum eſt ſcripturarum mandatum. Vehementer igitur in his plateis laudẽt ſenes, & anus, & infantes. l ¶Expellet eum de luce in tenebras.) De hac vtiq; luce temporaria mittetur in æternas tenebras inferiorum: ſiue etiam de parte ſortis ſanctorum retrudendus in tenebras tormentorum. m ¶Nõ erit ſemen eius, neq; progenies in populo.) Hoc dicit, quòd D poſteritatem indignam memoria gentis ſuæ, vel patriæ derelinquat: ſecundum illud pſalmiſtæ: Generatio rectorũ benedicetur. Talem igitur generationem in populo ſuo noluit procreare: vnde in hac gẽte ſpirituali gloriaretur & patria. Pſal. 111. a.

n ¶Nec vllæ reliquiæ in generationibus eius.) Manifeſtũ eſt, quòd ſancto Iob nihil remanſerit. Spiritualiter autem ſic intelligendum: nullas reliquias generationis ſuæ habebit impius in futuro. o ¶In die eius ſtupebunt nouiſſimi.) Id eſt, in tempore damnationis eius. p ¶Et primos inuadet horror.) Id eſt, infimi & proceres terrebuntur: quod eſt, reges potentes & magni. Siue nouiſſimi & primi, homines, & angeli: ſancti quoque & peccatores nõ abſurdè intelligũtur. q ¶Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, &c.) Enarrãtis maledictionis ſententiã videtur dare, & dicit: vbi huiuſmodi ſuperbus ſcilicet, impiuſq; habitatur⁹ E ſit: ſed Iob iniquus non eſt, quem rectum & innocentem deus appellat.

Cap. XIX.

r ¶Reſpondens autẽ Iob, dixit: Vſquequo affligitis animam meã, &c.) Manifeſtum eſt: quia reſponſionibus amicorum ſuorum attritus ſit, & afflictus ſiue fatigatus ſit, & deſtructus. ſ ¶En decies cõfunditis me, &c.) Dies decem, pro toto tempore nominauit. Sed quomodo in breui numero, in Apocalypſi maior numerus temporis intelligitur: ita & in hac eadem ſumma numeri minus ſignificat, vt hoc ſolido numero & perfecto manẽte, ꝓ diuerſitate locorũ in ſcripturis diuinis, nunc maiorem numerum, nunc minorem ſignificari nouerim⁹. t ¶Nẽpe & ſi ignoraui, &c.) Putatis me inquit, ignorare deũ, ſicut & dicitis: Nunquid amicos decet in- F ſultare oppreſſis: à quibus magis tribulãtes ſolatia præſtolantur? Nõ eſt hoc opus amicorum fidelium, ſed eſt potius ſubſannatio irridentiũ. u ¶Saltẽ nunc intelligite, &c.) Ille dicebat ſe iniquè ſuſtinere moleſtias tormentorũ: illi verò vtpote iniquum pati ſuo merito loquebãtur. Et putant q; in hoc articulo iſtius ſenſus errauerit, & ideo poſtmodũ dicat ad deũ: Inſipiẽter locutus ſum, & quæ vltra modũ excederẽt ſciẽtiã meã. x ¶Semitã meã circumſepſit, &c.) Qua rectus vtiq; atq; illibatus ꝓficiſcebar ad gloriã meritorũ meorum. Hãc igit̃ ignominiã paſſionis huius circũſepſit atq; intercluſit: vt ad illã gloriã puenire nõ poſſim. y ¶Et in calle meo tenebras poſuit.) Id eſt, in tramite: hoc eſt, caſtigatæ viæ meæ, qua velut per arctũ & anguſtũ certa ſpe ad iuſtũ retributorẽ pergebã, tenebras in eo miſeriæ huius & calamitatis inueni. z ¶Spoliauit me gloria mea, &c.) Gloria me regni priuauit: fidei quoq; fiduciã abſtulit: quã de ipſo apice mẽtis meæ, q eſt naturæ ratiõalis caput, velut honoris coronã detraxit. a ¶Deſtruxit me vndiq;, &c.) Domo, regno, familia, filijs, amicis, ſanitate corporis mei deſtitutus ſum: ita his omnibus ablatis, perire me video: cui⁹ etiã ſpes vitæ meæ velut effoſſa arbor ablata eſt. b ¶Iratus eſt cõtra me furor eius &c.)

Furor

G Furor dei hoc loco potest diabolus ipse intelligi, qui beatũ Iob diuersis modis, id est, blasphemijs, & carnis eius cruciatibus insectabatur. a ¶Simul venerũt latrones eius, & fecerunt sibi viã per me.) Furor dei, diabolus est: latrões verò, ministri eius sunt: hoc est quod ait, & fecerunt sibi viam per me: quando eum, vel facultatibus mundi, vel sanitate corporis spoliauerunt. Vnde pulchrè dictum est: b ¶Et obsederunt in gyro tabernaculum meum. &c.) Id est, foris insidiati sunt. Siue circundederunt in gyro tabernaculum eius: hoc est, in corpore eius tormenta posuerunt. Animã verò inclinare ad peccatum nõ potuerunt. c ¶Halitum meum exhorruit vxor mea.) Ita totus intrinsecus putrui, inquit, vt halitus fœtorem nec vxor mea sustinere potuerit: vbi potuit fieri, quòd apostema habuerit ĩ viscera, quod totum ventris eius sinum tenuerit, & inde loquendo odorem fœtidum de purulentia
H profundi vulneris expuerit.
d ¶Et orabam filios vteri mei,
Filij. &c.) In scripturis diuinis, filij appellãtur etiam pronepotes, & illi qui lõgiore serie nati sunt. Proinde quando filios vteri sui dixit, in se quasi ad fontem, & ad originem posteritatis suæ respexit: vnde ei cogitationum familię veluti riuuli manauerunt. Potuit & illos vteri sui filios dicere, quos doctrina sapientiæ suæ, tãquam semine de vtero cordis sui formauerat, habens in se per gratiam dei formam gratię, & disciplinam naturalis legis in veritate. e ¶Et cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi, &c.) Hoc fortè vult intelligi, se ĩ eorũ obliuionem venisse, & ab eorũ affectibus & cordibus recessisse.
f ¶Pelli meæ cõsumptis carnibus adhæsit os meum.) Ad tantã ariditatem caro eius deuenerat,
I vt nihil in eo humoris remanserit, & ob hoc adglutinata quodãmodo fuerit pellis eius ossib⁹ suis, hanc infirmitatem marasmon dicunt medici. g ¶Et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.) Ad hoc eñ diabolus cõsumptis carnibus sancti Iob, labia eius integra dereliquit, vt haberet positus in tormentis, quib⁹ posset facilè blasphemare: quasi cordis blasphemia non sit, pro qua ipse Iob sicut pro cæteris peccatis holocausta deo pro filijs suis die septimo offerebat: sed ideo diabolus linguam reseruauit, vt intelligere posset, si Iob ob cordis simplicitatem, blasphemiam proferret in labijs. h ¶Miseremini mei, &c. quia manus domini tetigit me.) Manũ ergo domini appellauit ipsam plagam quam patiebatur, quæ facta est domini potestate. Tetigit, pro afflixit intelligendum est. i ¶Quare persequimini me sicut deus, &c) Fecit deus circa me ĩ iudicio cui soli licet omia in opere suo: vos quare præsumitis sicut deus, vt affligatis innoxium: qđ ipsi tantum pro dispensatione sua cõpetit, aut quasi dispẽsatione vestra indigeat deus? k ¶Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones

a Simul venerunt latrones eius, & fecerũt
b sibi viam per me: & obsedẽrunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit à me: & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me ꝓpinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini dom⁹ meæ, & ancillæ meæ
c sicut alienum habuerunt me: & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruũ meũ
d vocaui, & non respondit: ore proprio de-
e precabar illum. Hãlitum meũ exhorruit
d vxor mea: & orãbã filios vteri mei. Stul-
e ti quoq; despiciebant me: & cùm ãb eis recessissem, detrahebãt mihi. Abominati sunt me quondã consiliarij mei, & quẽ
f maximè diligebã auersatus est me. Pelli
g meę cõsũptis carnibus, adhæsit os meũ:
g & derelicta sunt tãtummodo labia circa
h dentes meos. Miserẽmini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei: quia man⁹
i domini tetigit me. Quarẽ persequimini me sicut deus, & carnibus meis saturamini? Q
k ũis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det, vt exarẽtur in libro stilo ferreo, & plumbi lamina, vel
l celti sculpantur in silice? Sciò enim quòd redẽptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circũdabor pelle mea, & in carne mea vide-
m bo deum. Q m ũem visurus sum ego ipse, &
n oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.
o Quarẽ ergo nunc dicitis, persequamur
p eum: & rad̃icem verbi inueniamus cõtra
q eum? Fugitẽ ergo à facie gladij: quoniam
r vltor iniquitatum ſgladius est: & scitõte esse iudicium. Cap. XX.

s Respondẽs autẽ Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitatiões meæ variæ succedunt sibi, & mẽs
t in diuersa rapitur. Doctrinam qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ
u meæ respondebit mihi. Hoc sciõ à principio, ex quo positus est homo super terram: quòd laus impiorum breuis sit: & gaudium hypocritæ ad instar puncti.
x Si ascẽderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit: quasi

K cõuertit se ad deũ, & resurrectionẽ futurã prophetat in spiritu, vbi ꝓ his malis præmiũ sit recepturus, & hæc duris insculpta lapidibus optat inscribi, vt sermones ꝓphetię in ætates seculorum prolixiores permaneãt. l ¶Sio enim quòd redemptor meus viuit, &c.) Hoc igitur clypeo ecclesia quę incarnationẽ vnigeniti dei veram cõfitetur, & resurrectionem mortuorum verissimè credit futurã, se munit, & protegit, & inimicos suos conuincit, atq; debellat. Vbi sunt illi qui dicunt nos in resurrectione alia corpora habituros? audiãt istum virum, ore dei laudatum, dicentem: m ¶Quem visurus sum ego ipse.) Ego ipse Iob, qui in stercore iaceo, & totus vulnerum sanie cõputresco: ego inquam Iob, iam corruptus, atq; vulneribus dissolut⁹, in hac carne mortali, incorrupta resurrectione futura glorificatus videbo deum: & vt exprimeret ipsius sui corporis instaurationem: idcirco L
ait: n ¶Et oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.) Consummata sunt omnia in sinu meo. o ¶Quare ergo nũc dicitis: persequamur eũ?) Vt quid nunc agitis, ita vt me tanquã vanum, nihilq; credẽtem velut deũ non timeam: siue quia religione diuina sim alienus persequi velitis, aculeatis me vestris perfodiendo sermonibus. p ¶Et radicem verbi inueniamus contra eum.) Videtis ergo, quia mecum non vt veri amici fideliter agitis: sed vt dolosi de meis sermonibus mihi laqueos concinnatis. Quãdoquidẽ de ipsis verbis meis occasionem, velut quandam radicẽ reprehensionis inuenire cupitis.
q ¶Fugite ergo à facie gladij, &c.) Hoc dicit: si receſſeritis ab impressiõe mea, gladiũ iustæ sententię poteritis euadere. Gladius M
est eñ lingua regis, & nõ carnalis, vt Salomõ dicit: r ¶Et scitote esse iudicium.) Quo iudicio iusti iudicis dei, potero de subsãnatoribus iudicari. Cap. XX.

s Respondẽs autẽ Sophar Naamathites, dixit: Idcirco cogitationes meæ variæ succedũt sibi, &c.) Ideo, inquit, æstuo, & cogitatione cõturbor: quia dicis te hæc mala fine caũsa à deo iudice sustinere: cùm de deo nihil sinistrũ debeat suspicari. t ¶Doctrinã qua me arguis audiã, &c.) Audiã quidẽ te increpãtẽ ac redarguentẽ me: quia fortè in doloribꝰ positũ obiurgare nõ debeã: mihi de deo, qđ est iustissimũ respõdere cõuenit: qa nõ posses ab eo ita puniri, nisi esses malorũ cõscius, & multorũ criminum reus. u ¶Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terrã, &c.) Iã nũc cœpit in sanctũ Iob maledictis inuehi: quem & impium apertè asserit, & hypocritã: eo quòd simulauerit se iustum, & nũc in deũ rebellis extiterit. x ¶Si ascenderit vsq; ad cœlũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit.), Manifesta & certa hyperbole: hominem elatum nimis, & tumidũ dicit:

Quasi

A a ¶Quasi sterquiliniũ in fine perdetur &c.) Cui sterquilinio assimilatus es per omnia, & ipse te nũc conspicis putrefactum. Et qui quondam viderant te regnantẽ in gloria: nũc inquiunt insultanti voce: Vbi est ille sapientissimus hominũ, & potentissimus regũ? b ¶Velut somniũ auolans nõ inuenietur &c.) Manifestum est sicut ait: Defecit velut somniũ surgentis. c ¶Oculus qui eũ viderat: nõ videbit &c.) Id est, honor impij nõ poterit reparari. d ¶Filij eius atterentur egestate &c.) Siue ergo carnales filij eius, siue opera quæ aliquando filiorũ nomine appellantur, siue illi qui eũ tanq̃ patrem fuerint imitati: per dei sententiã ad nihilum redigẽtur: quod iã in filijs tuis, carnalibus operibus quoq; tuis ex parte vides esse cõpletum. e ¶Et manus illius reddẽt ei dolorem suum.) Hoc enim operat⁹ est vnde malũ vindictæ, operante dei iustitia recipere mereret. f ¶Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius.) Hoc ait, quòd à iu
B uentute sua, ex qua grauiora peccata cõmittere cœperit: in eisdẽ peccatis suis vsq; in senectã permanserit: pro q̃bus nunq̃ voluerit pœnitere. Et idcirco sequit: g ¶Et cũ eo in puluere dormient.) Id est, post mortẽ vitiorum quę est in anima: siue vsq; ad mortẽ, quæ fit per resolutionẽ corporis huius. Ossa ergo hoc loco ipsam senectutem non est absurdũ intellexisse: quibus veternositas annorũ, & duricies senij iã præmatura significet. Siue ossa eius implebuntur vitijs adolescẽtię, & cætera. Si quę igitur virtutes sũt animi i impio homine naturales, ab adolescẽtia ei⁹ vitijs inolescũt, & resoluunt, ac defluunt, vt nihil in eis solidũ, & forte maneat: quia iã eisdẽ vitijs tanq̃ carnib⁹ fluidis videlicet rebus operiunt, & obtegunt: vbi magis deberẽt virtutes, velut ossa solida, & firmissima, tanq̃ carnes fluidas, & solutas vitia restringere, cõtinere, & regere: & ideo in
C carnis eius puluere dormiant: quia repugnantibus vitijs atq; vincentibus, rigorem bonæ suæ naturæ amittẽt. h ¶Cùm enim dulce fuerit in ore ei⁹ malũ &c.) Dulcia mala sunt impio: blasphemia & cætera oris peccata. Abscõdet sub lingua sua, dicens: vbi est ei labor & dolor, & defendet atq; cælabit, vt ait scriptura: Qui cõtegit iniquitatẽ suam, non prosperabitur. i ¶Parcet illi & nõ derelíquet illud.) Id est, palpat, fouet, & nutrit malũ suũ, & delectãs se in illo, nunq̃ pœnitet vt ab eo discedat. k ¶Et cælabit in gutture suo.) Illud dicere mihi videt, quòd semper sit ad blasphemandũ parat⁹, & nõ prius saltẽ per aliquam morã cogitat quid dictur⁹ est: qã iam paratã habet blasphemiã quã cum maledictione cordis effundat. l ¶Panis ei⁹ in vtero illius vertetur in fel aspidũ intrinsecus.) Panis, scilicet tota vita huiusmodi hominis, est delectatio peccatorũ, dulcedo illecebrarũ, & suauitas, quę amara illi, & mortifera postmodũ erit. Quod aũt dixit in vẽtre eius, hoc ait, q̃ etiã in corde suo pro iniquitatib⁹ suis, amaros dolores, acerbos & nimios cõscientia torquẽte patiat.
m ¶Diuitias quas deuorauit euomet: &c.) Quod iniquè & violẽter rapuit & inuasit: meritò ei de⁹ pœnas illatis criminibus eius reddidit, & ita extorquebit ab iniquo quod iniustè
Esa.37.g. abstulerat. Angelus verò ille qui centũ octoginta quinq; milia occidit, videt bon⁹ angelus fuisse: qa angeli messores sũt, zizania ignibus æternis exurẽda. n ¶Non videat riuulos fluminis, torrentis mel & butyri.) Amœnitatẽ siue delitias paradisi, affluentiã quoq; eius his nominibus significari noue rimus: & reges hi qui non aduersarij erãt veritati, quòd ipsi sint illi impetus fluminis, qui letificant ciuitatem non absurdè intelligitur, manãtes scilicet de fonte, siue de flumine scri
D pturarum: siue eosdẽ apostolos hos impetus rectè sentimus, exeũtes de fonte euãgelij ad irrigãdas terras steriles populorũ: quos etiã torrẽtes propter velociter ef fusam super oẽs doctrinã eorũ, intelligere debemus: quę doctrina diuina, melli propter eloqorũ dei dulcedinẽ, & butyro propter simplicem, & innocentẽ eũdem cibũ doctrinæ verissimè cõparatur: qui etiam in psalmo hãc dulcedinẽ impium nõ dicit habiturum. o ¶Luet quę fecit omnia: nec tamen cõsumetur.) Illud est, quia gehẽna quædã perpetua incorruptio, & æterna perseuerãtia tormentorũ est. p ¶Iuxta multitudinem adinuẽtionũ suarum: sic & sustinebit &c.) Iuxta illud quod propheta dicit ad deũ: E
Hier.25.d qm̃ tu reddes vnicuiq; secũdum opera sua. q ¶Nec est satiatus venter eius.) Ventrẽ hic appellatum puto quoddã receptaculum animæ, vbi cogitationes ei⁹ quasi escæ ciborum recõditæ cõtinentur, quem inexplicabilem dicit. r ¶Et cũ habuerit, quæ cõcupierat &c.) Quẽadmodũ & tu ipse, qui iusto dei iudicio omne patrimoniũ perdidisti. s ¶Non remansit de cibo eius &c.) Inhumanitatis ei notã inurit: eo quòd de abundantia mensæ suæ nulli peregrino, vel hospiti refectionẽ prębuerit: sed fallit Sophar: quia
Iob.31.b. sanctus Iob dicit: Si comedi buccellam meã solus. Non remanebit de cibis eius: quia nõ florebunt bona sua. t ¶Cùm satiatus fuerit, artabitur &c.) Cùm diuitijs scilicet, & rerũ omnium abundantia refertus fuerit, subitus ei interitus veniet: coartatus miseria irruente atq; concluſus, calamitatum cladibus æstuabit. u ¶Vtinã impleat venter eius &c.) Quã- F
dam capacitatem, vel sinum spacioſum ventrẽ animæ superius intelleximus. Hoc ergo dicit, quia iã cogitationibus iniquissimis plenus est: vsq; ad summum oris sui blasphemia cumuletur: siue iram furoris ipsius diaboli animũ non absurdè sentimus, per quẽ probantur sancti. x ¶Et pluat super illum bellũ suũ.) Bellũ præ multitudine sua, possunt intelligi aduersariæ potestates. Istæ igitur bellũ deo inferunt, quãdo sanctos ei⁹ oppugnãt. Quod autẽ ait: Pluat super eũ abundè, in eum calamitatis miseriã præcat effundi: siue homo impi⁹ qui bellũ blasphemię infert deo, recipiet opus suũ. y ¶Fugiet arma ferrea &c.) Tanq̃ si diceret: Quando putauerit se leuiores calamitates posse fugere, in atrociores incurret. Siue aliter: Si socios & ministros diaboli fugiat, incurret in ipsum principẽ tenebrarũ: & cùm sint illi rebelles in malitia, fortes & duricordes tanq̃ arma ferrea, in peiorẽ tamẽ authorẽ totius mali, velut in arcũ æneum impinget: quẽ puto ideo hoc loco arcũ nominatũ: quia vel maximè in insidijs, & dolo homines inopinantes interimere non definit. Arcu enim inopinantibus plerũq; tela iaciuntur. Et nõ liberabit de manu gladij. Hoc dicit: quia nõ euadet diabol⁹ mortẽ perpetuam.
z ¶Gladius deductus &c.) Quia diximus arcũ, trãslato nomine diabolum posse intelligi: qui dum inobedietia trãsgredit terminos, & in superbia elatus metas sanctæ humilitatis

a quasi sterquiliniũ in fine perdetur: & qui
b eũ viderant, dicent vbi est? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut
c visio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit: neq; vltrà intuebitur eum lo
d cus suus. Filij eius atterentur egestate, &
e manus illius reddent ei dolorem suũ. Ossa
f eius implebuntur vitijs adolescentiæ
g eius: & cum eo in puluere dormient. Cũ
h enim dulce fuerit in ore eius malum: ab
i scondet illud sub lingua sua. Parcet illi,
k & nõ derelinquet illud, & cælabit in gut
l ture suo. Panis eius in vtero illius vertet
in fel aspidum intrinsecus. Diuitias quas
m deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas deus. Caput aspidum suget: &
n occidet eum lingua viperæ. Nõ videat riuulos fluminis, torrentis mellis & buty-
o ri. Luet quæ fecit omnia: nec tamen cõsu
p metur. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit: quoniã cõfringens nudauit pauperis domũ: rapuit,
q & non ædificauit eã: nec est satiatus ven-
r ter eius. Et cùm habuerit quæ concupie-
s rat, possidere non poterit. Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permane-
t bit de bonis eius. Cùm satiatus fuerit, artabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet su
u per eum. Vtinam impleatur venter eius,
x vt emittat in eũ iram furoris sui: & pluat
y super illum bellum suum. Fugiet arma
z ferrea: & irruet in arcum æreum. Gladius deductus, & egrediens de vagina sua, & fulgurans

G transcendit:quasi de vagina beatæ habitationis iusto iudicio dei eductus atq; expulsus est. Siue eductum de vagina, paratũ semper ad interimẽdũ fugientem se significatum esse nouerimus. Vulnerabit eum sagitta ænea. Aes diutinum est: huic metallo diabolus comparatur: eo quòd ad interimendũ nũquam deficiat: nec senectute aliqua consumatur, qui etiã fulgurat, hoc est transfigurat se in angelum lucis. a ¶ Vadẽt & venient super eũ horribiles.) Id est, socij eius. b ¶ Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius.) Tenebræ in hoc loco intelligẽdæ sunt peccata, siue ea quæ cõmissa ab impio sunt, siue committenda sunt in corde eius, & affectu, & cogitationib⁹ latent: quę ideo in secretis mentis eius abscondita dicuntur esse, quia illis fauet, eisq; plurimũ delectatur. c ¶ Deuorabit eum ignis qui nõ succenditur.) Hunc ignẽ non absurdè intelligimus esse gehennam, qui nõ materijs quibusdã, & pabulis vuit vt ardeat: sed per se ipsum vt H creatus est vigens: cuncta quæ ei iniecta fuerint concremat. Ergo iste ignis deuorabit impium: qui tanquã rationabilis ita eũ glutiet atq; absorbebit, vt in eo æternis cruciatibus torqueat. d ¶ Affliget relict⁹ in tabernaculo suo.) Ob impietatem videlicet suã iniquus derelinquetur à deo, vt in tabernaculo corporis sui pœnis ꝑpetuis crucietur. e ¶ Reuelabunt cœli iniquitatem eius &c.) In testimonium vtiq; erunt angeli & sancti homines, vt nouerint quòd pœnas iustissimè patiatur. f ¶ Apertum erit germen dom⁹ illius.) In iudicio dei: quando impius cõdemnandus est, nõ solum omnes cogitationes cordis eius: verũetiam principia interfectarũ cogitationũ, deo pandenda sunt, atque clarius luce manifestanda. g ¶ Detrahet in die furoris dei.)
I In die iudicij mittet in tenebras exteriores. Potuit & dies impia fuisse Iob, quãdo plaga percussus est, & concluſit elocutionem suã, vt diceret: h ¶ Hęc est pars hominis impij à deo.) Hìc quasi exabrupto ostendit: quòd in sanctũ Iob vniuersa hæc dixerit. Quod autem sequitur: i ¶ Et hęreditas verborum eius à domino.) Id est, operum retributio: alij ita verterunt: Et hæreditas verborum eius ab episcopo: quia quemadmodum dominus à dominatione rerum omnium scitur: ita episcopus eo quòd superintendat in omnẽ creaturam, verissimè dicitur: Nõ enim deus perturbata mente commotusq; puniturus est
Exod.3.d. peccatores, cùm sit incõmutabilis, sicut ait ad Moysen: Ego sum qui sum: non solum sempiternus, verũetiam æternaliter mitis. Deinde ista de deo anthropopathòs dici ĩtelligamus, non propriè secundum inconuertibilẽ subst antiam eius, sed translatis nominibus passibilis creaturæ ad creaturam non conditam, nec creatam: sed potius omnium conditricem.

Caput XXI.

k REspondens autem Iob dixit: Audite quæso sermones meos &c.) Post tanta conuicia non est commotus, vt acerbè respõderet: quin potius deprecans eos alloquitur, & ait: vt audientiam præbeant sermonibus eius: quibus K perceptis & cognitis, nouerint se super tanta oris sui amaritudine pœnitere debere. l ¶ Nũquid contra hominẽ disputatio mea est &c.) Primùm mihi illud est oneri, & valde molestum, atq; horribile: quia non cum homine, sed cum deo mihi causa loquendi est: cui castificatam iustitiam exhibebã, vt mercedem huius operis repẽsaret: Ecce nunc tanquam reus criminum, omnibus affligor miserijs. Hinc dicit se tristari, qa scit deum nihil iniustè operari.

m ¶ Attẽdite me, & obstupescite &c.) Quod sit istud secretum, vt deus bonus, & iustus erga me taliter operetur: præsertim cùm eius testimonium de me bonũ habeam. n ¶ Et ego quando recordatus fuero, pertimesco &c.) Cùm enim plagam hanc cogito, quam iustè viuens sustineo: deiq; iudicium qui neminem insontem affligit, recordor, nimium pertimesco: hoc ipsum optimè scio, null⁹ patitur malum aliquod, nisi ipse permiserit. Nemini infert L malũ, nisi inferre ei ipse iustissimum iudicarit. Sed hæc Iob contigerunt, vt appareret foris hominib⁹ quod intrinsecus erat ante deum. o ¶ Quare ergo impij viuunt, & subleuati sunt &c.) Et alius ita dixit: Quare impiorum prosperatur vita? Et ali⁹ dixit: Quare nõ respicis ad iniqua Hier.12.a Habac.1.d agentes? Respondete mihi, obsecro: Si ego impius, & immemor bonorum operum secundum iustitiam, sicut vos affirmatis, hæc patior: quare impij viuũt & subleuati sunt, confortatiq; diuitijs? Hoc ergo inquam obsecro respõdete: Nunquid vos qui deum contra me iustum defenditis in hoc loco, iniustum notatis: vt in me iniqu⁹ vltor sit, & in meis similibus clemens. Horum igitur de quibus nunc loquitur, finis & interitus erit mors æterna, & p- M ditio inferorum. p ¶ Veruntamen quia nõ sunt in manu eorum bona sua &c.) Quia ꝑ hac gloria sua & temporario flore, perpetua ignominia coram angelis induentur. q ¶ Quotiens lucerna impiorum extinguetur &c.) Lux verò iusti semper: quia in hac nocte seculi, lucerna fidei nullo vento tẽtationis extinguitur, & illic ad gloriam sempiterni luminis præparatur. Lumen verò peccatoris intra breue tempus vitæ extinguitur: Quoniam transiturus est sicut vmbra. Non erit & veniet impijs, sicut Iob ait, inundatio: id est, abundantia tormentorum. Quibusque dolores diuidit furoris sui. Proculdubio deus dolores diuidit, dixit, pro hoc quòd pœnas vnicuique retribuet vt meretur. r ¶ Deus seruabit filijs illius dolorem patris &c.) Diabolo seruat supplicium gehennarum, vt cum eo illi quos sibi exemplo malitiæ suæ filios fecit, pariter puniantur: quod deo reddente, pater eorum diabolus tunc sciet: id est, tunc sentiet: quando cum filijs pœnas patietur æternas. s ¶ Videbunt oculi eius interfectionem suam.) Siue necem suam, vt alij dixerunt. Duplex enim tormentũ est, videre pœnas quas sustineas. t ¶ Et de furore omnipotentis bibet.) Ipse est calix

a fulgurans in amaritudine sua. Vadẽt &
b venient super eũ horribiles. Oẽs tenebræ
c absconditæ sunt in occultis ei⁹. Deuora-
d bit eũ ignis qui non succenditur: affligẽt
e relictus in tabernaculo suo. Reuelãbunt
cœli iniquitatẽ ei⁹, & terra consurget ad-
f uersus eum. Apertum erit germen dom⁹
g illius: detrãhetur in die furoris dei. Hæc
h est pars hominis impij à deo, & hęreditas
i verborum eius à dño. Caput XXI.
k REspondens autẽ Iob, dixit: Audite quæso sermones meos, & agite pœnitẽtiã. Sustinete me, vt & ego loquar, & pòst mea, si videbitur, verba ri-
l dete. Nũquid contra hominẽ disputatio mea est: vt meritò non debeã contristari?
m Attẽdite me & õbstupescite, & superpo-
n nite digitũ ori vestro. Et ego quãndo recordatus fuero, pertimesco: & cõcutit carnem meã tremor. Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, cõfortatiq; diuitijs?
o Semen eorũ permanet coram eis: propinquorũ turba, & nepotum in cõspectu eorũ. Domus eorum securæ sunt & pacatę: & non est virga dei super illos. Bos eorũ concepit, & nõ abortiuit: vacca peperit, & nõ est priuata fœtu suo. Egrediunt quasi greges paruuli eorum: & infantes eorum exultant lusibus. Tenent tympanũ & citharam, & gaudent ad sonitũ organi. Ducunt in bonis dies suos: & in pũcto ad inferna descendũt. Qui dixerunt deo: recede à nobis, & scientiã viarũ tuarum nolumus. Quis est omnipotẽs, vt seruiamus ei? Et quid nobis prodest, si orauerimus illum?
p Veruntamẽ quia nõ sunt in manu eorũ bona sua: consiliũ impiorum longè
q sit à me. Quotiens lucerna impiorũ extinguetur, & superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui. Erũt sicut paleę ante faciẽ vẽti: & sicut fauilla quã turbo dispgit. Deus seruabit filijs illius dolo-
r rẽ patris: & cũ reddiderit, tũc sciet. Videbũt oculi ei⁹ interfectionẽ suam: & dẽ furore

A calix aureus domini in manu Babylonis. a ¶ Quid enim ad eum pertinet de domo sua &c.) De eodem diabolo dicit,
Prou.18.a de quo Salomon ait: Impius cùm venerit in profundum malorum suorum & criminum, desperatione contemnit. Iam enim nouit se cum suis, qui sunt domus & regnum eius, perpetuò esse damnandum: quia nulla est eius voluntas agendæ pœnitentiæ. b ¶ Nunquid deum quispiam docebit &c.) Qui enim de excelsis atque sublimibus potestatibus angelorum habet iustum iudicium: quemadmodùm à quoquam doceri poterit: vt in his quæ suprà diximus, possit eis iudicium reprehendi? c ¶ Iste moritur robustus & sanus &c.) Beatorum in hoc mundo, & infœlicium in hac vita, communem dicit esse conditionem: Viscera siue intestina eius, vt alij dixerũt, plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus: & tamen simul in puluere dormient, & vermes
B operient eos. In hac igitur continentia sermonis huius, iste sensus est: quòd in hoc mundo iusti & peccatores indifferenter viuant: sed hæc diuersitas commutanda
Lucæ.16. sit in futuro: sicut in illo diuite factum est, & in Lazaro paupere. d ¶ Certè noui cogitationes vestras &c.) Ergo rectè definio, inquit, quod & perspicitis: qa vna fit in hoc seculo, & peccatori moriendi conditio & sancto: Qui tamẽ postea disiungẽdi, vt ad præmium mutentur iusti: peccatores verò ad supplicium rapiantur. Vos verò in insontem, iniquam datis sententiam. e ¶ Et dicitis.) Insultantes mihi, méque irridentes. f ¶ Vbi est domus principis, &c.) Quia ergo de me ita sentitis, quòd dãnationis meæ nunc tempus aduenerit: non ita est quod definisse vos arbitrami-
C ni: quia hæc dei castigatio temporalis, non est æterna damnatio.
g ¶ Quia in diem perditiõis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.) Qui & ad diẽ furoris dei ducendus est, vt excipiat sentẽtiam mortis æternæ. Sancti enim omnes rectè viatores esse dicuntur, quia vt expediti, & alacres prætereundo seculum, virili animo calcant terram suam, & festinanter proficiscentes ad beatam patriã, mundi huius iter laboriosum conficiunt. Hi ergo qui ascendunt ad populum peregrinũ: siue succinctum, fidei vtiq; cingulo: contra dissolutionem vitiorum lumbos mentis accingunt. h ¶ Quis arguet coram eo vias eius: & quæ fecit qs reddet illi?) Videtur mihi, quòd Iob propriè de diabolo dixerit: licèt & generaliter de omnib⁹ peccatorib⁹ possit intelligi. Quis hominũ eũ potest arguere, propter viam eius pollutissimã, per quam totum mundũ ingredi fecit: aut reddere ei quę creatura poterit quod meretur, nisi ille solus agn⁹ dei
Esa.53.c. qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.
i ¶ Ipse ad sepulchra ducetur.) Ad mortem videlicet tormẽtorum: quam ipse hominibus intulit in Adã, & ipse ad inferos ducendus, vt illic perpetuò puniat. k ¶ Et in congerie mortuorum vigilabit.) Et licèt dãnandus ad pœnas ducendus sit: sed tamen morte hominum gaudens, ad intuendũ eorundem mortuorum congeriem, omni alacritatis instantia,

a rore omnipotentis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo sua post se? Et si numerus mensium eius dimidietur: nunquid deum docebit quispiam scientiam:
b qui excelsos iudicat? Iste moritur robust⁹ & sanus, diues & fœlix: viscera ei⁹ plena sunt adipe: & medullis ossa illius irrigãtur. Alius verò moritur in amaritudine animæ suæ absque vllis opibus: & tamen simul in puluere dormient: & vermes o-
d perient eos. Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
e Dicitis enim: vbi est domus principis, &
f vbi tabernacula impiorum? Interrogate quemlibet de viatoribus, & hęc eadem illũ intelligere cognoscetis. Quia in diem
g perditionis seruatur malus: & ad diem furoris ducetur. Quis arguet corã eo vias
h eius: & quæ fecit, quis reddet illi? Ipse ad
i sepulchra ducetur: & in congerie mortuo-
k rũ vigilabit. Dulcis fuit glaries Cocyti,
l & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles. Quomodo igitur
m cõsolamini me frustra: cùm responsio
n vestra repugnare ostensa sit veritati?

Caput XXII.

p Respondens autem Eliphas Themanites, dixit: Nũquid deo potest
q comparari homo, etiam cùm perfectæ fuerit scientiæ? Quid prodest deo, si iustus fueris: aut quid ei confers, si im-
r maculata fuerit vita tua? Nũnqd timens arguet te: & veniet tecum in iudicium: &
s non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? Abstulisti
t enim pignus frãtrum tuorum sine causa: & nũdos spoliasti vestib⁹. Aquam las-
u so non dedisti, & esurienti subtraxisti pa-
x nem. In fortitudine brachij tui possidebas terdei hæc est, vt timeat te deus: fortè ipse potens aliquãdo efficiaris: & coæqualis factus ipse resistas ei? Quæ risoriè potius, & subsannantis sensu dicuntur. s ¶ Et non propter malitiã plurimã &c.) Non hoc timens arguit te, inquit, grauis plagæ huius correptionib⁹: sed propter omnia mala tua, quibus studium commodabas. Quia ergo principale malũ: id est, malitiam Iob plurimã habeat, vnde cætera mala quasi in botro dependeant: subiungit & narrat ea quasi per species singulas, ita dicẽs: t ¶ Abstulisti enim pignus fratrũ tuorũ sine causa.) Hoc dicit, quòd violenter & hostili more aliena rapuerit, vel pignora iniustè extorserit: siue per speciẽ iustitiæ per calumniam expoliauerit: & prægrauat crimen, quãdo dicitur, quòd nec sanguini suo pepercerit. u ¶ Et nudos spoliasti vestibus.) Quid vestitis feceris, hic apparet: apud quem nec nudus à rapinis tuis immunis inuentus est.
x ¶ Aquam lasso non dedisti:) Manifestũ est. y ¶ Et esurienti subtraxisti panẽ.) Graue est non dedisse, grauius subtraxisse. Grande ergo peccatũ, hospitalitatẽ in necessitate positis nõ præbere. Apertè autẽ Eliphaz mentitũ scimus: cùm inferius legamus quanta bona Iob fuerit operatus. z ¶ In fortitudine brachij tui possidebas terrã &c.) Arguit nihilo-

D l ¶ Dulcis fuit glaries Cocyti.) Cocytum inferorum fluuiũ esse dicunt. Nos autẽ in scripturis diuinis eundem fluuium, torrentem, puteũ, caminum, ignẽ æternum, lacũ, stagnum, legimus & gehennã. Glarearum verò nomine ipsa officia tartarorũ, ministros quoq; pœnarum infernalium vinctos tormẽtorum locis existimo significari: & dictum est quasi per ironiam: eo quòd desiderent illum: atque exoptent habitatores inferorum vt puniant, & de eius interitu saturent. Vel certè dulcis fuit morti: quia tam innumeros ei populos acquisiuit. m ¶ Et post se omnẽ hominẽ trahet.) Qui imitatione exemplum eius sequunt: siue post se omnem hominẽ trahit, secundũ præuaricationẽ humani generis in Adam. n ¶ Et ante se innumerabiles.) Quos deceperit, & eos secutores præmittit ad pœnas. o ¶ Quomodo igit cõsolamini me frustra &c.) In hoc versiculo omnem altercationem disputationis suæ cõclu- E
F sit: & amicos suos, quòd sine causa contra eũ de prædicta ratione decertent, cõuincit: cùm illi diffidũt impios, & peccatores in hoc mundo puniri, inter quos & ipsum condemnant: ille conuincit eos, quòd vel maximè in seculo glorientur: qui sunt ad damnationis iudicium deducendi.

Caput XXII.

p Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nũquid deo potest cõparari homo &c.) In fugillationem igitur Iob ista dicũtur: q sibi omnino arroget hæc se propria cordis sui sapientia loqui.
q ¶ Quid prodest deo si iustus fueris &c.) Nemo iustitia sua, & sanctitate deũ fecit meliorẽ: qñ omnis boni fons atque origo: nullius bono eget, secundũ prophetã qui
Psal.15.a. ait: Quoniã bonorũ meorum nõ eges. r ¶ Nunqd timẽs arguet te &c.) Nunquid causa timoris

G minus eum tanquã ſuperbum,& tyrãnum,qui non iuſtitia,& æquitate regni ſui populos regeret: ſed truculentis moribus tanquã virtute brachij,duro eos ſeruitutis onere ſubiugaret: & nullus propter imperium ſuũ duriſſimum,niſi conditioni ſuæ ſubditus viueret. a ¶ Viduas dimiſiſti vacuas.) Qui eas deſtitutas, & tribulationibus affectas, atq; humiliatas, ad ſubueniendum audire noluiſti: vnã quamq; earum vacuam dimiſiſti: quando id quod à te poſtulabat, non potuit impetrare. b ¶ Et lacertos pupillorũ cõminuiſti.) Si quid viriũ habuerũt, vnde ſuſtentari poſſent, tuliſti:& eorum animas vitæ deſperatione fregiſti:vel non defendendo eos à malis hominibus: virtutẽ ſpei eorũ, qua ad te reſpiciebãt comminuiſti, dum eos paſſus es opprimi. c ¶ Propterea circundatus es laqueis:&c)Hoc dicebat Eliphaz, quòd ipſe beatus Iob malæ conſcientię formidine turbaretur:& eadẽ formidine ſibi ſubitò veniente,vſquequaq; conſternatus cõſilium patientiæ perdiderit contra aduerſa. d ¶ At putabas te tenebras non viſurum,& impetu aquarum inundantiũ nõ oppreſſum iri.) In tãta ſecuritate in iniquitatibus potens agebas: vt hæc mala meritorum tuorum reciproca tibi venire non credideris. Quibus tenebris miſerię vtiq; & calamitatis, tanquam impetu aquarũ inundantium repentè depreſſus es,vt obſcurato corde nõ videas,quod rectum eſſe patiẽtia perdocet. Multis modis in ſcripturis diuinis,tenebræ appellantur,peccata, ignorantia, ſiue tribulatio: vel etiam obſcuritas diuinorum voluminũ,nomine tenebrarum ponitur. e ¶ An cogitas quòd deus excelſior cœlo ſit,& ſuper ſtellarũ verticem ſublimetur?&c.)Primùm ergo Eliphaz ſanctũ Iob criminatur,quòd in deum aſſerat ignorantiam cadere, & multa ſint in creaturis ſuis quæ neſciat. Deinde quòd iudicium eius affirmet incertum eſſe & dubium. Et idcirco per caligi-
I nem:id eſt,quaſi veriſimile quid iudicat. f ¶ Nubes latibulum eius: nec noſtra cõſiderat,& circa cardines cœli perambulat.) Idcirco autem hæc omnia quaſi ex ſenſibus beati Iob eſſe confingit: vt eum nõ ſolum blaſphemum,verumetiã q; ignorantem dicat deũ,locisq; eum aſſerat contineri:quod vtiq; grande ſacrilegium eſt ſentire de deo. g ¶ Nunquid ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis : quam calcauerunt viri iniqui.) Cuſtodire cupis,pro obſeruare dixit:hoc eſt,nunquid actus & vitam perditam conſequi concupiſcis, eorum q in diluuio & Sodomis, & eremo perierunt: vel eorum qui non credunt deum humana curare. h ¶ Qui ſublati ſunt
Num.16. ante tempus ſuum.) Vt Dathan & Abiron: vel illi qui ſubita morte perierunt. i ¶ Et fluuius ſubuertit fundamentum eorum.) Imminente in ſe ira dei, tãquam fluuij impetus,ſtabilitas præſentis vitæ eorum ſubuerſa eſt : ſiue quaſi fluuius ſuperueniente preſſura,fundamentum corporeum eorũ demolitum eſt:vt vitæ eorum parietes corruerent. k ¶ Qui dicebãt deo:recede à nobis.) Propter apoſtaſiam ergo damnati ſunt. At non talis eſt Iob,qui dicit, etiam ſi occidat me, in ipſum ſperabo. l ¶ Et quaſi nihil poſſit facere omnipotens æſtimabant eum, cùm ille impleſſet domos eorum bonis.) Non timuerunt ergo impij : ne propter peccatum offenſam dei: & bona quæ ipſe præſtiterat, vindictam ſupplicium incurrerent. m ¶ Quorum ſententia procul ſit à me.)Et ſanctum blaſphematorum in numero ponit : quem ita vt eoſdem deteſtatur. n ¶ Videbunt iuſti,& lætabuntur.)Siue vt alij dixerunt, ridebunt : de abiectione infidelis populi loquitur. o ¶ Et innocens ſubſannabit eos.)Quomodo hoc & de ſanctis eius non poteſt dici ? quando vident peccatores iuſto dei iudicio condemnari : videbunt & lætabuntur. Placet enim illis dei iuſtitia: ſicut & ipſi deo. Sed Eliphaz cũ hic fortaſſis rectè dixerit, malè opinatus eſt, vt beatum Iob impijs,& peccatoribus comparet. p ¶ Nónne ſucciſa eſt erectio eorum.) Superbia vtique illorum & contumacia, ſupradictis pœnarum exemplis ſucciſa eſt : & perpetuæ perditioni tradita. q ¶ Et reliquias eorum deuorauit ignis.)Reliquias etiam dixit, extrema quæque peccamínum in die iudicij punienda: quia in hoc ſeculo, nulla pœna grauiſſimos peccatores ita vt digni ſunt dãnat. Siue reliquias poſteritatem malorum hominum intelligere L poſſumus : quæ imitando eos tãquam patres eorum reliquiæ appellentur. Siue in bonam partem reliquiæ ponuntur : ſecundum illud : Quoniam cogitatio homí- Pſal.75.b nis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi: vt cogitatio hominis ad confeſſionẽ pertineat peccatorum: reliquiæ verò ſunt ipſius confeſſionis æterna remuneratio : qua indultis ſibi peccatis, velut in die feſto ſpirituali lætitia perfruatur. Poſſunt reliquiæ & nouiſſima intelligi : iuxta illud : Reli- Pſal.36.g. quiæ impiorum peribunt.

bas terram,& potẽtiſſimus obtinebas eã.
a Viduas dimiſiſti vacuas : & lacertos pu-
b pillorum comminuiſti. Propterea circũ-
c dãtus es laqueis, & conturbat te formido
d ſubita. At putãbas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantiũ nõ
e oppreſſum iri. An cogitãs quòd deus excelſior cœlo ſit,& ſuper ſtellarum verticẽ ſublimetur? Et dicis : Quid enim nouit deus? Et quaſi per caliginẽ iudicat. Nu
f bes latibulum eius,nec noſtra conſiderat,
g & circa cardines cœli perambulat. Nũnquid ſemitam ſeculorũ cuſtodire cupis:
h quam calcauerunt viri iniqui : qui ſublãti ſunt ante tempus ſuum,& fluuius ſubi uertit fundamentum eorum ? Qui dicebãt deo:recede à nobis:& quaſi nihil poſſit facere omnipotens æſtimabant eum, cùm ille impleſſet domos eorum bonis.
m Quorum ſententia procul ſit à me . Vi-
n dẽbunt iuſti, & lætabuntur : & innocens
o ſubſannãbit eos . Nónne ſuccíſa eſt ere-
p ctio eorum:& reliquias eorum deuorauit
q ignis? Acquiẽſce igitur ei : & habeto pacem:& per hęc habebis fructus optimos.
r Suſcipe ex ore illius legẽ: & pone ſermo-
s nes ei⁹ in corde tuo. Si reuerſus fueris ad
t omnipotentem,ædificaberis: & lõngè fa-
u cies iniquitatẽ à tabernaculo tuo. Dãbit
x pro terra ſilicẽ,& ꝓ ſilice torrẽtes aureos.
y Eritq; ỏmnipotẽs cõtra hoſtes tuos,& ẽr
z gentum

r ¶ Acquieſce igitur ei : & habeto pacem,& per hæc habebis fructus optimos.) Hortatur ſanctum Iob, vt ſe iam cogitet emendare, & dat conſilium non quærenti, vt per patientiam conuertatur ad deum. Et ita poſt bellum inſtantis ſibi horribilis plagæ, poſſet habere incolumitatis pacem. ſ ¶ Suſcipe ex ore illius legem &c.) Siue dictum : id eſt, audi quæ præcepit, & conſerua.
t ¶ Si reuerſus fueris ad omnipotentem, ædificaberis.) Si M te factorum tuorum pœniteat, ædificaberis: id eſt, quotidie vallatus diuina cuſtodia munieris. Diſſimulantibus agere pœnitentiam : hoc exemplum egregium præponendum eſt: neceſſaria enim hæc cohortatio eſt, qua poſſunt peccatores gloriam perditam reparare. u ¶ Et longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.) Si te emendare volueris atq; corrigere, tibi aſſcribet deus, quòd longè facias à te iniquitatem tuam : cùm eam à te potius ipſe elonget. Siue ipſe diabolus iniquitas dicitur : hoc eſt qui te in poteſtatem accipit elongabitur. x ¶ Dabit pro terra filicem : & pro ſilice torrentes aureos.)Hoc dicit : quòd ſi propitiatio eum dei in præceptis eius firmiſſimis ſtabilirit, non terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit : ſed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam poſſit ad affluentes cœleſtium diuitias peruenire : hoc enim metaphoricôs Eliphaz ad ſanctũ Iob dicit: quòd ſi in ſaxo fortitudinis bonæ conſcientiæ tuæ poſitus fueris : ſenſus diuinæ ſapientiæ tibi velut torrens aureus abundabit. y ¶ Eritq; omnipotens contra hoſtes tuos.) Cùm feceris, inquit, voluntatem eius,habebis eum defenſorem tui. z ¶ Et argentum coaceruabitur tibi.) Diximus aurum pro ſenſu accipi : & argentum pro eloquio iuſtificationis. Ergo & mandata dei atque iudicia: ipſa ſunt diuina eloquia. Cùm ergo conuerſus,in

A ſus,in his fueris meditatione aſſidua commoratus: intelligentias diuerſorum ſenſuum diſſerẽdo, multiplex & copioſè abundans eloquium coaceruabitur tibi. a ¶Tunc ſuper omnipotentẽ delitijs affluues.)Delitijs vtiq; ſpiritualibus ſupradictis repleberis, cùm petitiones cordis tui gratia ſancti ſpiritus videris,& in gaudio mẽtis tuæ ſenſeris adimpleri.

b ¶ Et eleuabis ad deum faciem tuam.) Liberam frontem ad deprecandum deum attolles: ſiue iam nõ ream, neque incuruatam deorſum mala cõſcientia, eriges ad deum animã tuam. c ¶Rogabis eũ,& exaudiet te &c.) Peccatorem te non poteſt exaudire, niſi eum prius pro peccatis tuis deprecatus fueris. d ¶Decernes rem,& veniet tibi.)Rem dũtaxat iuſtam, ſanctam, atque honeſtam, quam à deo petieris obtinebis. e ¶Et in vijs tuis ſplẽdebit lumen.) Viæ tuæ actus tui boni erunt,& lumen tibi erit dei notitia,deiq; viſitatio,atque pro-

B tectio: quo actus viarum tuarum correcti illumínentur: ne fortè per errorem inſcitiæ in montes tenebroſos offendas. f ¶Qui enim humiliatꝰ fuerit, erit in glo-

Luc.14.c. ria &c.)Et dominus in euãgelio: Qui ſe humiliat, exaltabitur.

g ¶Saluabitur innocẽs: ſaluabitur autem munditia manuũ ſuarum.) Id eſt,gratia bonorũ operum,vel nitore. Antiqui ita dixerunt:erue innocentem, & ſaluaberis mũditia manuum tuarum: vbi retributionem videtur ſonare,quòd ait,erue innocentem: vt ſaluari poſſis innocẽtia manuum tuarum.

Caput XXIII.

h REſpondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus &c.) Relictis infidelibꝰ amicis:qui me calamitatis huius miſeriam iuſtè pati definiũt,& addunt amaritu-

C dini meæ,totum me ad deum cõuertam,& dicam ei pro conſcientiæ meæ fiducia quæ ſequuntur:

i ¶Quis mihi tribuat vt cognoſcam,& inueniam illum,&c.)Intellectu ſe cognoſcere deum dixit: inuenire quoque eum operibus bonis,& venire vſque ad ſolium eius, & futuri ſcientia,& cogitatione iudicij proficiendo accedere vſque ad ipſam contemplationem diuinæ poteſtatis:quã vtique mundi corde videbunt. Quod cor,multis caſtificationibus morum, ſanctus hic Iob purificatum ſe dicit habuiſſe.

k ¶Ponam coram eo iudicium.) Iudicium, inquit, iuſtitiæ

Iob.8.&.9 tuæ ponam in conſpectu dei mei, ſecundum illud: Ab ipſo iudicij eius æquitatem requiram. Tamen priuſquam ſit eius in me finitiua ſententia, multas ei proferam increpationes: quia cùm eius nouerim ſingularem iuſtitiam, quare iuſtus patior tormenta,quæ iniquis impijſq; potius debentur. Hoc ergo quod ſequitur,ait: l ¶Os meum replebo increpationibus.) Id eſt,iuſti doloris querelis. m ¶Nolo multa fortitudine contendat mecum:nec magnitudinis ſuæ mole

a gentum coaceruabitur tibi. Tunc ſuper
b omnipotẽtem delitijs affluues: & eleuabis
c ad deum faciem tuam. Rogabis eum,&
d exaudiet te:& vota tua reddes. Decernes
e rem, & veniet tibi:& in vijs tuis ſplende-
f bit lumen. Qui enim humiliatus fuerit,
erit in gloria: & qui inclinauerit oculos
g ſuos,ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocẽs:
ſaluabitur autem mũditia manuum ſuarum.

Caput XXIII.

h REſpondens autem Iob ait: Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus,& manus plagæ meæ aggra
i uata eſt ſuper gemitum meum. Quis mihi tribuat,vt cognoſcam & inueniam illum,& veniam vſque ad ſolium eius?Ponam coram eo iudicium: & os meum re-
l plebo increpationibus:vt ſciã verba quæ mihi reſpõdeat,& intelligam quid loqua-
m tur mihi. Nolo multã fortitudine contẽdat mecum:nec magnitudinis ſuę mole me premat. Proponat æquitatem contra me,& perueniet ad victoriam iudiciũ
n meum. Si ad Orientẽm iero, nõ apparet: ſi ad Occidentem,non intelligam eum:ſi ad ſiniſtram,quid agam? Non apprehendam eum. Si me vertam ad dexteram:nõ videbo illum. Ipſe verò ſcit viam meam, & probabit me quaſi aurũ quod per ignẽ
o tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus:viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorum eius non receſſi: & in ſinu meo non abſcondi verba
p oris eiꝰ. Ipſe enim ſolus eſt,& nemo auertere poteſt cogitationem eius: & anima
q eius quodcũque voluit,hoc fecit. Cumq; expleuerit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei. Et idcir-
r cõ à facie eius turbatus ſum, & conſide-
s rans eum timore ſolicitor. Deus molliuit
t cor meum: & omnipotens conturbauit
u me. Non enim perij propter imminentes tenebras:nec faciem meã operuit caligo.

Caput XXIIII.

x AB omnipotẽte non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerũt eum, ignorant dies illius. Alij ter
y minos tranſtulerunt,diripuerunt greges, & pauerunt

me premat &c.) In mole maieſtatis eius, horripilationẽ intelligamus,non aliquid corporeum: quia deus ſpiritus eſt. Certus ſum,inquit,quia iſtas afflictionum miſerias:ipſo vtique iudicante,patebit me nullo peccatorum merito ſuſtinere,hinc ait:Perueniat ad victoriam iudiciũ meum. n ¶Si ad Orientem iero,non apparet:ſi ad Occidentem, non intelligam eum &c.)Dũ partes mundi enumerat,dicit eum habitare vbique totum:ſibi tamẽ omnino eſſe inuiſibilem confitetur: eo quòd nõ ſubiaceat eius diuinitas obtutibꝰ creaturæ. Deus verò oẽm viã cõuerſationis eius, ait, quia optimè nouerat. o ¶Veſtigia eius ſecutꝰ eſt pes meus.) Hoc eſt,quòd cuſtodiri voluit, cuſtodiui.

p ¶Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationẽ eius, &c.) Hoc eſt: quia inſcrutabilia Rom.11.d
ſunt iudicia eiꝰ, & inueſtigabiles viæ eius. q ¶Cumq; expleuerit in me voluntatem ſuam,& alia multa ſimilia præſto ſunt ei.)
Cùm iam me quibus voluit tor- E
mẽtis affecerit,& alia adhuc quãta voluerit mihi infligere poterit, quem inſenſibilia ſicut ſenſibilia cõtremiſcunt. r ¶Et idcirco à facie eius turbatꝰ ſum,& conſiderans eum.)Mente ſcilicet ſentiens,& ex parte intelligens.

ſ ¶Timore ſolicitor.) Id eſt,horripilatione maieſtatẽ illius pertimeſco. t ¶Deꝰ molliuit cor meum:& omnipotens conturbauit me.)Cor reſolutum à pauore nimio & timore, hoc loco dictũ nouerimus:nõ quòd à duritia incredulitatis ad fidem ſuſcipiendam mollitũ ſit, cùm magis ipſe Iob per fidem fortis in deum mã ſerit. Vnde ſequitur:Omnipotẽs cõturbauit me: hoc quod ſuprà.

u ¶ Non enim perij propter imminentes tenebras:nec faciẽ meam operuit caligo.) Ipſas calamitatis ſuę miſerias,tenebras appel- F
lauit:quas velut ruinas ſubitò imminentes ſibi dicere voluit:eis tamen inſiſtentibus ſibi ait: deſperatione non perij: nec faciem mẽtis meæ infidelitas excæcauit:vel negatio dei.

Caput XXIIII.

x AB omnipotente nõ ſunt abſcõdita tempora: qui autẽ nouerunt eũ,ignorant dies illius.) Illi verò qui ſentiunt, & intelligunt deum: dies æternitatis eius ignorant. In qua æternitate,nec tempora,nec dies, qui in temporibus ſunt,ſi nueniuntur:vbi vnus æternus eſt dies. Siue aliter:Omnia nouit quæ nunc loquor,vel patior.

y ¶Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges & pauerunt eos.)Id eſt,tranſtulerunt greges,& comederunt. Manifeſtum eſt ſecundum literam. Videamus nunc ſecundum myſticum intellectũ quid ſignificet:terminos tranſferentes: Id eſt,ſtatuta eccleſiæ conuellentes,hæreticos eſſe ſignificauit:qui nouitate doctrinæ peruerſæ,euangelicæ legis & apoſtolorũ terminos præfinitos excedunt,& ita deceptoria perſuaſione diripiunt greges dominicos:id eſt, populos credentes in

G tes in Chhriſtum. a ¶ Aſinum pupillorum: ſiue iumentũ, abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. &c.) Pupilli quidem ſunt teneri, vel infantes in fide: vel qui deum patrem non habent, vt ab eo contra aduerſarios defendãtur. Quorum animum, velut iumentum forte ac neceſſarium, ad deum in ſe per fidem portandũ, hæretici prædonum more ab eis abigunt: dũ eos fallacijs ſuis, vírtute animi ſpoliant. Siue gẽtilem ſenſum, immundi vtique animalis nomine dictum, ab eis quidem auferunt: dum ſub prætextu verę religionis, eos in perfidiã ducũt. Viduæ etiã illæ ſunt animæ, quæ virum, deum ſuum, & dominum amiſerunt: à quibus hæretici pro pignore perfidæ vtique cõfeſſionis: per quam falſis eorum adinuentionib⁹ initiantur, & debitores eorum efficiuntur, ſanctarum virtutum munditiã, & vtilia animi opera auferre conantur. Pauperes quoque in hoc loco illi intelligẽdi ſunt: qui teſtimonio fi-
H dei deſtituti ſunt. Alij ſunt diuites in fide: horum religionis viã, qua ad deum redire poterãt, ſuis erroribus hæretici ſubuerterũt. Manſuetos autẽ hìc illos eſſe ſentiamus, qui conſtantiam inimicis ſuis non habent reſiſtẽdi, & propter ignauiã animi ſui facilè ſeducuntur. Hi ergo multis errorum dogmatibus, & diuerſis errorum ſuperſtitionibus opprimuntur. In bonam verò partem viduæ ſunt, qui ſe mortificant cum vitijs: pauperes, apoſtoli ſunt. De iſto numero hæretici auferre conantur: dum pauperes ſanctorum aliquos perſuadent, vel manſuetos circũueniunt, qui eis reſiſtere non poſſunt, ſed & patienter pro ſimplicitate audiunt: illi verò eos nituntur extinguere.

b ¶ Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum &c.) Violenti ſunt, qui publicè rapiunt. Prędones & latrunculi ſunt, qui de occultis ad opera ſua exeunt, vtiq; non dei.

c ¶ Agrum non ſuum demetunt, & vineam eius quem vi oppreſſerunt, vindemiant.) Ager ſiue vinea, vniuſcuiuſque hominis, quidam mod⁹ vitæ eſt: quæ ab vnoquoq; colitur, quãdo ſordes & quidam frutices vitiorum mundãtur, vel etiam extirpantur. Quia ergo huius culturæ diligẽtia minimè ,p-
I deſt, quando omne bonum naturæ non ad fidem refertur: qa
Habac.2.a iuſtus ex fide viuit: prædicti idolorum cultores opprimentes fidelium, quãuis honeſtè viuentium corda, eos velut quadam ratione ſeductionis in errorem inducunt: dum quaſi agrum eorum ſiue vineam, diſſipãdo fruges eorum, violenter abripiunt.

d ¶ Nudos etiam dimittunt homines, indumenta tollentes.) Dum eos operibus bonis expoliant.

e ¶ Quibus operimentum non eſt in frigore.) Illos vtique expoliant, qui charitatis dei non habent veſtimentum, & idcirco in infidelitate algent: quia ſpiritus feruentis tunica indui nõ merentur.

f ¶ Quos imbres montium rigant.) Hos ergo per miſeriam deſtitutos domibus ſuis dicit: quãdoquidẽ eos montium cauernis, & vmbraculis operiet: & quanta ſit eis in ipſis montibus neceſſitas commorandi, deſcribit. Quos imbres montium rigant: id eſt, aquis de ipſis montibus copioſè fluentibus mundantur. Quos imbres montium rigant. Non imbribus cœli rigantur, ſed montium extollentium ſe aduerſum ſcientiam dei, quæ de cœlo eſt.

g ¶ Et non habentes velamen: amplexantur lapides.) Manifeſtius alij dixerũt: qui cùm tegmen non habeant, petra adoperiuntur. Et non habẽtes velamen, amplexantur lapides. Hoc eſt, ſine veſtimento virtutum peccatis ſuis, & erroribus delectantur.

h ¶ Vim fecerunt deprædantes pupillos.) Vbi intellígitur quid habẽtibus feceriut, quandoquidem facultate tenuiſſimis non fuerint miſerti. Vim fecerunt deprædãtes pupillos. Illos etiam qui notitiam aliquam ſecundum naturæ bonũ habent, quam K
defendere non poterant: fragili animo & puerili viuentes: ſuaſionibus prauis, vim inferentes prædati ſunt.

i ¶ Vulgum pauperem ſpoliauerunt.) Multitudinem quoque populi vilem actibus, & inſcitia pauperẽ: ſi quid fortaſſis habebat iuſtitiæ, aut etiam innocentiæ naturalis: dum in maius erroris ſui malum pertrahunt, prædictis bonis ſpoliauerũt.

k ¶ Nudis & incedentibus abſq; veſtitu, & eſu rientibus tulerunt ſpicas.) Nudis fide, deiq; cuſtodia deſtitutis: veſtimenta quoque ſpei, & charitatis diuinę, cęterarumq; virtutum excubías non habentibus, quibus animæ exornantur: etiam ſpicas in quibus diuinam notitiam adopertam habent abſtulerunt: ne eſurientes ſcientiam dei quãdoq; retecto velamine poſſent ipſam nudam veritatem tanquã panem alimoniæ vitalis accipere.

l ¶ Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiũt.) Hoc malum eſt magnum L
& iniquiſſimum, vt ſub labore, & fructu aliorum alij requieſcant: & inebrientur vino eorum, q̃ collectis vindemijs ſuis ſitiunt. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. Sublatis igitur ſpicis, per figurã

a & pauerunt eos. Aſinũm pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouẽ viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ.
b Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum: vigilãtesq; ad prædã præ-
c parant panem liberis. Agrũm non ſuum demetunt: & vineã eius quem vi oppreſ-
d ſerunt, vindemiant. Nudos dimittunt ho-
e mines: indumenta tollentes, quibus non
f eſt operimentum in frigore: quos imbres
g montium rigant: & non habentes vela-
h men, amplexantur lapides. Vim fecerunt
i deprædantes pupillos, & vulgum paupe-
k rem ſpoliauerunt. Nudis & incedentibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt
l ſpicas. Inter aceruos eorũ meridiati ſunt,
m qui calcatis torcularibus ſitiunt. De ciui-
n tatibus fecerunt viros gemere, & ănima vulneratorum clamauit, & deus inultum
o abire nõ patitur. Ipſi fuerũnt rebelles lumini, neſcierũt vias eius: nec reuerſi ſunt per

intra ſe diuini nominis notitiam continentibus: quando ex eis hi qui habebant eas plena cogitatione, ſolidum cibum cõficerent: ſeductores violenti inter bona eorũ opera quaſi inter aceruos gloriantes requieſcũt, ſibiq; tribuunt. Si quis gẽtilium virtutes ſecutus fuerit naturales, de quibus tanquam ſemínibus, in ſe operũ aceruos conſtituat: ipſi tamẽ ſeducti, calcata virtutum vindemia & expreſſa, ſitiunt: quia veritatis poculum apud eos, à quibus in errore abſtracti ſunt, non inuenerunt.

m ¶ De ciuitatibus fecerũt viros gemere.) Nõ ſolum, inquit, illos qui ſine munimine habitant ſpoliant: & dominatu duræ ſuperſtitionis affligunt: verumetiam & eos qui ciuitates mentium ſuarum bonis moribus munitas inhabitant, pugnãdos errorũ arietib⁹ ſubruunt. Quod & multis philoſophis cõtigiſſe manifeſtum eſt: qui cùm magni & clari circa corporum ſuorum fuerint continentiã, cum gemitu tamen & labore nimio ad veritatis notitiam peruenire non potuerunt.

n ¶ Et anima vulneratorum clamauit.) Deus M
vocem implorantium inultam abire nõ patitur: quin vltionem tribuat de erroribus: vt dum ad veritatem ſaucij peccatorum vulneribus conuertũtur, conuicta falſitas puniat. Punit enim, quando eorum qui ſeducti fuerãt conuerſionẽ deſtituit. Quod aũt ait: Anima vulneratorum: pro conſenſu ad deũ clamãtium intelligamus. Vaſtatorũ autẽ tribulatio vſq; ad gemitum ciuitatẽ habitantiũ peruenieb at. Vulnerativerò nõ ſolũ intelligẽdi ſunt: quorũ corpora ab alijs trãſfodiunt: verũetiã illi quorũ animæ hoſtiũ timore nimio, velut gladio feriunt.

o ¶ Ipſi fuerunt rebelles lumini.) Dæmones, hęretici, philoſophi, ſiue etiã omnes impij intelligendi ſunt: q̃ cõtra doctrinã dei venire conantur, quia mandatũ vitæ lux eſt: quia in natura lumen, lumen eſt quod per ſe eſt: tenebrę verò cæcitas cordis. Et proinde ſi cæcitas cordis, tenebrę ſunt: rectè exteriores tenebræ, pœnæ intelligũtur. Vt iniqui de peccatorum ſuorũ tenebris, ad tormẽtorũ tenebras proijciunt: ſic intus & foris dei ſententia conſummata corã angelis dei, induunt ſicut diploide cõfuſione ſua. Onagros verò q̃ cõmorantes in deſerto: paganos quoſq; errore gẽtilitatis, q̃ in deſerto veræ religionis ſunt intelligere poſſum⁹: eo quòd fugo certæ religionis nõ contineant. Hi igitur egrediunt ad opus ſuũ. Egredi nãq; dicuntur, quãdo affectus ſuos per doctrinas prauas in eos quos ſeducũt oſtendũt. Ita enim omni ſolertia

deprædantur

A depręda̅tur vagas errore animas,vt ipſi multitudini perditæ poſteritatis ſuæ,velut alimentum panis lætalis doctrinæ, pertinaciã derelinquant. a ¶ Mane primo conſurgit homicida:interficit egenũ & pauperẽ.) Iterũ mane dictum eſt, pro eo quod publicè,& clara luce malũ cõmittit, vt ſit quaſi gloria facinus operantibus,& ſecundũ Sodomitarũ exemplũ:peccatũ ſuũ nõ abſcõderũt, ſed prędicauerunt. Potuit & de iniquis iudicibus hoc dixiſſe, qui ad hoc maturi⁹ ſurgũt,vt cauſam egeni, & pauperis muneribus corrupti
Alia expoſitio. præuaricentur. Siue aliter: Hic igitur homicida, rectè hæreticus quiſq; ſentitur, ex eorũ numero qui animas hominũ noxijs,& lœtalib⁹ ſenſibus interficiũt. Quod autem dicit, mane primo cõſurgit:illud eſt, quia cũ hi q cùm nuper fide initiati ſunt, matutinum habeant: id eſt, quaſi principium ſanctã religionẽ:ſiue ipſi matutinũ effecti ſint, cùm de tenebris & filijs noctis facti ſint ĩ domino filij dei:hi perfidiæ ſuę venenum propinare feſtinãt,vt eos decipiant. Siue aliter: Mane,Chriſtus intelligendus eſt:ad cuius reſurrectionẽ hæ-
B reſes in eccleſia eſſe cœperunt. b ¶ Per noctem verò erit quaſi fur.) Oẽs ſenſus hæreticorum,nocti & tenebris comparandi ſunt:quia lumẽ nõ habent veritatis. Ipſi etiã ſunt adulteri: quia eloquia dei caſta, adulterina interpretatione corrumpunt. Noctẽ verò ideo dictam puto: quia præuaricatores negociorum ſecretum quoddã, quaſi temp⁹ nocturnum, requirunt:quando munera pro cauſis præuaricatis accipiũt. c ¶ Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens: non me videbit oculus, & operiet vultũ ſuũ.) Siue vt alij dixerunt: Et labulũ faciei poſuit. Id eſt,cordis eius oculus,obliuione excęcatus eſt,vt in eius memoriam nõ aſcenderet: quia omniũ cogitationũ,& operum humanorũ malorum deus eſt inſpector & cognitor. d ¶ Perfodit in tenebris domos ſicut in die condixerant ſibi,& ignorauerunt lucẽ.) Manifeſtũ eſt,quòd per diẽ hanc rapinam ſua cogitatione diſponunt, antequam ad ipſas facinorum tenebras veniant. Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi. Vnuſquiſq; hæreticus in prauitate doctrinæ conſiſtens:non dulci & ſuaui ſermone euangelij,ſicut imber placidus,& ſicut ros cum ſilentio in animas deſcendit fideliũ,ſed aſpero potius,& ad vulnerãdum peracuto domos perfodit animorum. Hoc enim velut in die condixerunt ſibi hæretici,vt omnes mortales iaculis doctrinæ noxiæ perfoderent: quando in eccleſia adhuc, hoc eſt in
C die veritatis poſiti,hæreſes facere cõdixerunt. e ¶ Si ſubitò apparuerit aurora:arbitrantur vmbram mortis.) Mox vt iuſtitiæ ſibi, & honeſtatis aliunde lumen cœperit apparere, & ingeri conſcientiæ ſuæ malum:iam pœnas mortis ſe æſtimãt ſuſtinere:quia iuſtitia & ſanctitas, vt ait ſcriptura diuina,odioſa eſt iniquo. Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrãtur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Si quiſpiam diſputator extiterit,qui contra eos lucem manifeſtæ veritatis enarret,conuicti arbitrantur ſe incurriſſe vmbram mortis,& nihilominus in ſtultitiæ ſuæ tenebris, velut in luce ſapientiæ gloriãtur. Poteſt & diabolus homicida, fur,& adulter intelligi:quia ad decipiendum hominem fact⁹
Ioan.8.f. eſt homicida,vt ait domin⁹: Ille homicida fuit ab initio. Diuinitatẽ quoq; ſibi per ſuperbiam arrogando, quã præſumptione animi ſui tentauit inuadere,velut fur inuentus eſt,qui aliena conatur auferre. Qui etiam virginalem illam,& caſtã dilectionẽ dei amiſit,dũ adulterinos conatus contra dei ſui, & domini amorem faciens,propria voluntate quæſiuit. Hic igitur mane primo,id eſt, circa ipſam natiuitatem protoplaſti hominis,ad ſeducendum eum per eius mulierem conſurrexit,& eum tanquã egentem conſilio & pauperem,qui experientia minus cautus eſſet deceptione inſidioſæ perſuaſionis occidit. Noctem verò peccati ipſe ſibi operatus eſt: quando ad diuinitatem inuadendam,velut fur irrepere voluerat, di-

a per ſemitas eius. Manè primo conſurgit homicida: interficit egenũ & pauperem:
b per noctem verò erit quaſi fur. Oculus a-
c dulteri obſeruat caliginem,dicens:nõ me videbit oculus, & operiet vultum ſuum.
d Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi,& ignorauerunt lucem.
e Si ſubitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis,& ſic ĩ tenebris quaſi in
f luce ambulãt. Leuis eſt ſuper faciẽ aquę.
g Maledicta ſit pars eius in terra: nec am-
i bulet per viam vinearum. Ad nimium calorem

cens:Super ſydera cœli ponam thronũ meum, & ero ſimilis Eſa.14.c.
altiſſimo:& exinde cũ ſuis,quos cœli ſydera appellauit, nox D
& tenebræ,princepsq; tenebrarum eſt appellatus. Et rectè, quia domini lumen amiſerat. Hic iam in peccatorum ſuorũ tenebris conſtitutus,vultum malę conſcientiæ ſuæ obduratione operuit, pœnitentiam non act⁹, & idcirco diuino lumine priuatus,ſtudet atq; obſeruat, vt ea quæ tenebris, & caligine ſunt digna committat. Vnde in his operib⁹ vitã agens, fodiet ſibi domos habitationũ in inferis, cum illis ſuis miniſtris,cum quibus ſe aduerſus deũ, & creatorẽ erigere tentauit. Hi ergo miniſtri ei⁹, cũ adhuc beati eſſent in illa æterna fœlicitate,in die illo vtiq; ſempiterno, qui nõ habet initiũ neq; finem,in hoc ſacrilegium tyrannidis ſunt cum ſuo principe collocuti:& putauerunt, quòd deus qui eſt lux vera,ſapiens & intelligibilis, hoc malum contumaciæ eorum impunitum relinqueret, vt nõ eos de illa beata atq; glorioſa ſede deijceret. Et hinc puto dixit, ignorauerunt lucem: quòd exiſtimauerunt deum hoc eis minimè facturum,propter quod excæcatis mentib⁹ æternales tenebræ E
facti ſunt:qui & poteſtates dicti ſunt tenebrarum:id eſt,hominum peccatorũ. Et hinc eſt quòd cùm nomen dei audierint,cõtremiſcunt:quod vocabulo auroræ ſignificari putamus. Cogitatio ergo eius:id eſt,diaboli,vſq; ad ſermonẽ tantũ peruenire potuit,non etiã ad effectum:non enim regnauit illic,& ſic deiectus eſt ſtatim,vbi voce prompſit quod cogitauerat,& deorſum præceps actus eſt. Vnde cõſequẽs vidit, vt machinamenta cordis ſui, quibus contra deũ moliebatur, ad perſuadendum cæteris angelis ſit locutus,& ita conſentientibus multis vna quodãmodo cõſpiratio fieret cõtra deũ, vt ſi ita videretur. Illud tamẽ immobiliter tenẽdũ, nullo modo in ſilentio agi militiæ cœleſtis officia, cùm legamus angelicas poteſtates,ante ſedẽ domini in laudẽ gloriæ eius indefeſſis vocibus perſonare:neq; vllo modo Apoſtolus dixiſſet:
Si linguis hominũ loquor & angelorũ:niſi ſic eſſent & ange- 1.Cor.13.a
lorum linguæ ſicut hominũ:quãuis angelicæ diſſimiles ſint humanis. Eſt ergo aliquod atq; ipſum valde magnũ ſuper diuerſitate linguarum inter terrigenas, & miniſteria ſuperna diſcrimen. Super qua re nos canonicus liber noui teſtamẽti, qui apoſtolica cõtinet geſta,ſufficienter inſtruxit. f ¶ Leuis eſt ſuper faciem aquæ.) Quia nõ ſunt de eccleſia magna, id eſt,populo graui & ſancto: qui granis fœcundi & optimi tritici cõparatur,& qui in horreo æternarũ manſionũ cõdẽ- F
dus eſt,velut leuis palea nihilq; põderis habẽs,quod ad prægrauãdos virtutum pertinet fructus, aquæ elemento ſupernatabit:vt auroræ flatu tenui rapiatur. Siue aliter: Aquæ iſtæ hominũ amantium hoc ſeculum habent figurã:eo quòd ſemper ad inferiora ſint procliues,multum ſecũ limi trahẽtes: qui in chaos inferorum,turbido pondere deponatur.
g ¶ Maledicta ſit pars eius in terra.) Qui enim in terra ſanctorum,quę eſt viuentiũ terra,nõ fuerit,maledictus erit:ſiue maledicta ſit pars eius in terra,id eſt, in maſſa generis humani. h ¶ Nec ambulet per viã vinearum.) Id eſt,ita maledicta ſit eius conuerſatio in terra hac,vt plebes dei ſiue animas ſanctas,quæ ſicut vineæ plenæ fructibus fructiferæ ſunt,non imitẽt:neq; per ipſas ambulet. Has enim vineas doctores tãquã cultores,doctrinis velut ligonibus colunt,vt vinũ operũ bonorum vindemient: quod in fide:id eſt torculari eccleſiæ pondere tribulationis expreſſum:flagrans per gratiam Chriſti,odore ſuauiſſimo cum virtute meritorũ in apothecas domorũ cœleſtium recondatur. i ¶ Ad nimium calorẽ trãſeat ab aquis niuium.) Quaſi duas gehẽnas ſanctus Iob dicere mihi videtur,ignis & frigoris,per quas diabol⁹, hæretic⁹ & homo impius cõmutetur. Fortè in ipſa gehenna talis ſenſuum cruciatus fiet illis qui in ea torquebuntur, vt nũc quaſi ignem ardentem ſentiant: nunc nimium algoris incendium,

G & pœnalis commutatio:nunc frigus sentientibus,nunc calor
sit:vt quasi de loco ad locum transitus æstiment.Et fortassis
Mat.22.b inde dominus ait in euangelio:Mittite eum in tenebras exte-
riores:ibi erit fletus & stridor dentium. Vt hic stridor den-
tium de rigore frigoris oriatur. Vbi & similitudinem quan-
dam ex nostris corporibus possu
mus inuenire:in quibus rubi abū-
dantia,quod est calidissimum, in
typicis motibus intolerabilis ri-
gor præcedit,ignem febrium ar-
dentissimum secuturū: & dicunt
à medicis hæc duo quæ sibi con-
traria dinoscuntur, ex vna fellis
materia in homine procreari.

a ¶ Et vsq; ad inferos peccatum illius.) Peccatum impij & iniqui tam magnum est & tam graue,vt eum deprimat ad infernum tanquam plumbum in aqua validissima. b ¶ Obliuiscatur eius misericordia.) Id est,qui non solum misericors sed & misericordia dicitur: quia misericors à miseri cordia,& ideo quasi prototypon
H nomen,maius est quàm deductio nuncupata. Quicunq; ergo sanctorū potest dici misericors, verax, & iustus: nemo tamen eorū rectè dicitur misericordia,& veritas,& iustitia. c ¶ Dulcedo illius vermes.) Per Antiphrasim dictum,quod est, scatens vermibus moriatur. Et in euangelio:
Mar.9.g. Vermis eorum nō morietur. Talis igitur dulcedo erit iniquis, & odientibus deum. d ¶ Non sit in recordatione.) Id est,ad veniā misericordiæ nō perueniat,quòd diabolo, & suis hæreticis & impijs futurū, de scripturis sanctis ita didicimus. e ¶ Sed conteratur quasi lignū infructuosū.)
Matt.3.c. Secundū illud:Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur,& in ignem mittetur. Vel lignum,pecc[illegible]tum intelligamus:quod per lignum accidit: per quod lignum diabol⁹ addidit ad cumulū criminis, quòd aduersum deum rebellis extiterit,vt & hominem præcipitaret
I in mortem: vnde iam & in æternum interitum condemnat⁹ est:propter quod ipse diabolus lignum insanabile, & infructuosum potest dici: quia nunquā erit pœnitentiæ medicatione sanandus. De ligno autē vitæ,id est cruce,vel de Chri-
Esa.65.d. sto dicitur: Secundum dies ligni, erunt dies populi mei.

f ¶ Pauit enim sterilem.) Id est nutriuit & fouit animas steriles,& infructuosas virtutibus. g ¶ Et quę nō parit.) Eas quoq; animas assensionis suæ delectationibus pauit,quæ cùm possint de vtero cordis bona opera parturire,noluerūt,sicut
Psal.35.a. de huiusmodi ait Dauid:Noluit intelligere vt bene ageret.

h ¶ Et viduæ bene non fecit.) Viduam,animā sanctitatis viribus destitutā:quæ deum virum habuerat,cum exhortatiōe noluit consolari vt id ageret,quēadmodum posset reuerti ad virum suum priorem. i ¶ Detraxit fortes in fortitudine sua.) Alij dixerūt,& in ira euertit infirmos:id est, fortes atq; virtutū viros prostrauit & detraxit. k ¶ Et cùm steterit, non credet vitæ suæ.) Et cùm in prosperis sit,nec sic quoque mordente conscientia putat,quòd eadē fœlicitate perpetuè potiatur,cùm huiusmodi pertinacis & duri animi sit,credēs quòd in illa vita sua tam perdita stare possit. l ¶ Eleuati sunt ad modicum,& non subsistent &c.) Ad modicum autē dicitur,pro breuitate vitæ præsentis,in qua pro tempore exaltantur iniqui. Auferētur sicut omnia, id est,sicut illa quæcunq; sunt partis aduersæ,siue cum in fine seculi ablata fuerint omnia temporalia. m ¶ Et sicut summitates spicarū K
conterentur.) Quēadmodum enim summitates spicarū, res vtiq; nimium fragiles tanta facilitate cōminuuntur,vt ad nihilum deducantur,ita & hi de quibus locutus sum, vt puluis tenuissimus,siue vt tauillæ lanugo erunt ante faciem dei,cùm fuerint cōtumelia confusionis at triti. n ¶ Quod si non est ita: quis me potest arguere esse mendacem,&c.) Quis enim ex vobis arguere me poterit: quia nō ita sit futurum vt dixi: nēque falsitatis cōuincere, qui asseritis quòd omnia in hoc tempore reddat deus peccatoribus quæ merētur:quod in meā potius suggillationem de studio cōtentionis ingeritis.

Caput XXV.

o REspondens autem Baldad Suites, dixit: Potestas & terror apud eū est &c.) Cōuictus Baldad à beato Iob dicēte: in futuro magis dei esse iudiciū, ad hæc se conuertit vt diceret,apud eū est potestas & terror: id est,non iam exercet iudicium,sed L
apud se repositum tenet ac reseruat in posterum. Ipse tamen facit perpetuæ pacis cōcordiam in sublimibus,id est, angelis,siue hominibus sanctis suis,custodiendo eos ne per aliquē lapsum peccati inimicitias ostēsæ cœlestis incurrant. p ¶ Et super quē nō surget lumen illius?) Ipse enim illu- Ioann.1.
minat omnē hominēveniētem in hūc mūdū. q ¶ Nūquid iustificari potest homo comparat⁹ deo &c.) Manifestū est, quòd inopia respōdendi,eadem quæ dixerant frequentius repetāt. r ¶ Ecce etiam luna nō splendet,& stellæ nō sunt mundæ in cōspectu ei⁹.) Sub nomine lunæ,siue stellarum; angelos & supernas potestates intelligere possumus: qui ad cōparationem diuinæ reuerentiæ, immundi & tenebræ possunt videri:ex eo vtiq; quoniam natura conditæ creaturę:licèt nō peccent:capaces tamen peccati sunt,vt apparuit in alijs angelis eiusdem naturæ peccātibus. Sed post eos nullum angelo- M
rum peccasse credendum est:quia omne liberum suum arbitrium in solius dei charitatem verterunt: sicq; immobiles facti sunt, persistentes in veritate: in qua prædictus angelus cum suis stare noluit. Proinde angelorum volūtas per amorem dei facta est inconuertibilis, quæ in deo est per naturam. Ideo illi soli incorrupto honor & gloria. Potest & de his elementis dicere, quòd ideo immunda dicantur, quia non semper luceant: vel quòd corpora tantum illuminent, & non mentes sicut deus, qui vtrunque facere consueuit.

s ¶ Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.) Si enim angeli, inquit, & cœlorum etiam corpora ad comparationem dei, immunda esse dicuntur:quid putas homo existimandus est, cùm sit ipse putredo: filius quoque hominis vermis: ex eadem vtique nascens corruptione qua vermis?

Caput XXVI.

t REspondens autem Iob,dixit:Cuius adiutor es: nūquid imbecillis,& sustentas brachiū eius qui non est fortis. &c.) Videns deo iniuriā fieri, iusta indignatiōe cōmotus,i ipso initio sermonis sui Baldad Suiten durioribⁿ arguit verbis:eo quòd ita loqueretur, tanquam si deus infirmus ac non habens vllam brachij fortitudinem, eius egeret auxilio. Aduertens igitur quia minor est participatio ad totum, gutta stillæ perenni fonte:scintilla latens in cinere igni diuino,

A diuino,quo omnia concalescunt:lucerna corporis,soli iustitiæ:testa figulo:anima deo: vnde mirans Iob loquitur,quare ausus fuerit,vt eũ à quo illi est esse,docere voluerit. a ¶Ecce gigantes gemunt sub aquis,& qui habitant cum eis.)Gigãtes autẽ appellat scriptura diuina homines superbos,rebelles,& cõtumaces. Diabolus quoque & sui,propter superbiã trãslato nomine gigantes nuncupantur. Quòd autẽ ait sub aquis gigantes gemere:ita,inquit,velut si dixisset,sub terra: id est,in inferiorib⁹ terræ:vbi inferi esse perhibentur. Vnde & ipsi inferi nominati sunt. Aquæ enim eius naturæ sunt,vt sine terra esse non possint. Ecce gigantes gemũt sub aquis. Qui gemitus vtiq; de doloribus, & squalore tartareæ habitationis eis nascebantur.

b ¶Nudus est infernus corã illo, & non est operimentum perditioni.)Hoc dicit,quòd scientiam dei nihil latere possit. Et quòd perditio,qui diabolus nobis non absurdè sentitur,se nõ præualeat ab omnipotentia eius abscondere. c ¶Qui extendit Aquilonem super vacuum,& appendit terram super nihilum.)Hoc sic intelligendum est:siue quòd terra ex nihilo facta sit:siue nihil infra terrã sit,quo terra sustineatur: cùm ipsa vniuersa sustineat,& ipsa innumerabiliter dei virtute libretur:quia in ipso sunt vniuersa,& ab illo omnia continentur. De quo apostolus dicit:Portans omnia virtutis suæ verbo. Et quia aliquando in scripturis per figuram Aquilo vẽtus,diabolus esse significatur: Siquidem à Salomone Aquilo durus ventus dicitur:nomine autem dexter vocatur. A suis quippe dexter quidem dicitur,sed tot⁹ sinistri operis author est. Hic igitur super vacuum dilatatur: id est,super frigidos fide atque incredulos:quod est super inanes vera religione & vacuos: atque vt eis velut rex dominetur, superextenditur. Rursum illi ipsi increduli quos sanctus Iob terræ nomine appellauit:super diabolum,qui à deo nihil factus est,appendũtur:vt incerti semper sint,& imitentur caput suum membra, vt tanquam caput quod nihil dictum est esse,super vacuũ & nihilũ appendantur. d ¶Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.) Per has nubes in altitudine ipsa spacioſi aëris colligantur aquæ,sicut & alio loco de deo ita legimus:Cribrans aquas de nubibus suis. Hoc igitur modo ligatæ dicuntur,quoniã non simul effunduntur in terram:sicut in diluuio factum legimus. Spiritualis autem iste est intellectus:vt nubes sanctos doctores interpretemur ecclesiæ:qui aquas euangelij portant populis effundẽdas,& gubernandas à spiritu sancto deferunt: vt irrigentur terrę populorum:& de hac cœlesti pluuia,virtutum fruges spirituali operatione multiplicentur. Quas aquas de superna abundantia defluentes,ligat deus in nubibus suis:vt vnicuique secundum capacitatem cordis sui,tantum doctrinæ,tanquam aquam effundat,quantum suscipientis possibilitas patitur:ne simul fortassis effusæ,obsint cordibus:minus valentibus abũdantiorem suscipere doctrinam. e ¶Qui tenet vultum solij sui.)Sententiam iudicij sui reseruat in posterum. Iustitiæ suæ,& pietatis sedem in omni creatura sua,veritatis gloria respondentem deus tenere dicitur: quod est manifestationem secretorum iudiciorum suorum obuallare atque abscondere:vt euangelium Christi in his qui pereũt. f ¶Et expandit super illud nebulam suam.)Secundum illud quod dominus ait discipulis in euangelio: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. In obtectionem quoque diuinæ custodiæ suæ:expandit super ipsum bonum nuncũ euangelij,in nubem defensionis suæ,vt nullus posset ei quanuis acerrimus aduersarius præualere:de qua Apostolus ait: Patres nostri omnes sub nube fuerunt. g ¶Terminum circundedit aquis:vsque dum finiantur lux & tenebrę.)Sub nomine aquarum κατὰ συνεκδοχὴν,quod est à parte ad totũ,

a ramentum? Eccẽ gigantes gemunt sub a-
b quis, & qui hàbitant cum eis. Nũdus est
infernus coram illo,& nullum est operi-
c mentum perditioni. Qui extẽdit Aqui-
lonem super vacuum,& appẽdit terram
d super nihilum. Qui ligat aquas in nubi-
bus suis: vt nõ erũpant pariter deorsum.
e f Qui tenet vultum solij sui: & expandit
g super illud nebulam suã. Terminum cir-
cundedit aquis:vsq; dum finiantur lux &
h tenebræ. Columnæ cœli contremiscũt,&
i pauent ad nutũ eius. In fortitudine illius
k repentè maria cõgregata sunt. Et prudẽ-
l tia eius percussit superbum. Spiritus eius
ornauit

mundi finem mihi videtur dixisse:quia noctis ac diei vicissitudo præteritura sit:Siue de impiorum populis,vel de sanctorum tribulationibus,quæ aquarum nomine in scripturis sæpe dicuntur. Hæ igitur aquæ à deo terminum acceperunt: siue vt semper iniqui,& peccatores sint: siue vt non sinat fidelis deus tribulationes pati sanctos suos super q̃ sustinere possunt. Hæc ergo fient donec prosperitas,& iniquitas transeat impiorum:quę hoc loco lucis & tenebrarũ nomine significata sunt.

h ¶Columnæ cœli contremiscunt,& pauent ad nutum eius.) Stabilitatem ergo solummodo permanentem in natura angelorum,columnarum nomine sentiamus:quia non solum immobiliter in sanctitate perseuerantes sunt:sed etiam æternæ beatitudinis gloria specioſi. Nam de futura immobilitate hominum:ita ait filius dei: Qui vicerit,faciam illum columnam in templo dei mei. Sed & ipsa ecclesia,quæ est sanctorum omnium cõgregatio:pro æterna sibi in domino stabilitate,columna & fundamentum dicitur veritatis. Potest & de sanctis angelis ita intelligi:vt pro charitatis suæ ac dilectionis intuitu,columnæ dicantur:eo quòd pro salute hominum curam gerãt,pro quibus sunt pio affectu soliciti:quod eis quasi ad pondus cogitationum accedere videtur. Et secundum tropicos intellectus,cœli nomine significari ecclesiam nouerimus,in qua cœlorum mysteria celebrantur. Huius itaq; cœli:id est,ecclesiæ columnæ:sunt apostoli:& cæteri qui gratia simili sunt, qui portant ac sustinent diuersarum persecutionum ingruentia sibi pericula. Et animæ hominum aliquando cœli intelligũtur. Harum animarum quas per metaphoram cœlos dixim⁹: columnæ sunt cogitationes suæ:ipsis quippe anima sustinetur & regitur:& ne erugine peccati nutet ac titubet,consilij stabilitate firmatur. Quia hoc sæpius contingit humanæ fragilitati,vt vbi cautio minor intuentium est:impulsu peccati: columnæ,id est,bonæ cogitationes in parte altera diffigãtur. Et idcirco tremunt ac pauent ad nutum minantis dei: suum horrendum iudicium prædicantis. Non enim cogitationes animæ istæ sunt propriæ:tanquam sibi natura inessent: quæ vtique in natura existente sunt,& naturæ existentis ministerium,sine quibus natura rationalis non est:quoniam vt dixi, ipsę per se nõ sunt:sed motus inuisibiles sunt subsistentis naturæ. i ¶In fortitudine eius repentè maria congregata sunt.)Quod in principio Geneſis factum legimus. k ¶Et prudentia eius percussit superbum.) Cui dubium est quia principaliter diabolus sit hic superbus: qui tunc primùm à deo percussus est:quando eum de sede illa cœlorũ beata atq; sublimi deposuit,de qua propheta ait: Tu hũiliasti sicut vulneratum superbum. Spiritualiter,rectè maria hæc,Iudęorum gentem,& nationum populos esse sentimus,quibus dominaturum verum Salomonem,Dauid propheta ita pronũciat,dicens:Et dominabitur à mari vsq; ad mare. De mari enim:id est de gente Iudæorum cœpit euangeliũ Christi,quia de Sion exiit lex & peruenit ad mare gentium. Hucusque ergo hæc maria,populorũ fortitudine ac virtute resurrectionis Christi,apostolorum euangelistarumq; ministerio cæterorumq; prædicta:repentè in vnum ecclesiæ corpus congregata atq; in vnam copulam fidei sunt Christi charitate connexa. l ¶Spiritus eius ornauit cœlos.)Legimus in principio Geneſeos,quarto die à deo stellas positas esse i cœlo,aut in firmamento. Spiritu etiam sancto,rationabiles cœlos ornauit:quos apostolos,& apostolicos viros intelligimus: qui multis scripturarum locis,cœlorum nuncupationem consequuntur,secundũ illud prophetę:Operuit cœlos virtus eius, & prudentia eius percussit superbum. Christus dei virtus & dei sapientia percussit superbum diabolum. Hi ergo sancti,à spiritu sancto ita distincti sunt gratiarum donis, tanquam sydereis

Heb.1.a. Prou.25.d Gen.7. & 8. 1.Co.10.a Marc.4.b Pſal.88.b. Pſal.71.b. Habac.3.a 1.Cor.1.d Apoc.3.c.

G ſydereis luminaribus. a ¶Et obſtetricãte manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.) Sancti ergo adornati verbo dei, tanquam ſemen populis ſpargunt. Vnde à timore domini in vtero, ſpiritum ſalutis conceperunt: & ita manus, & ſapientia patris, Ieſus Chriſtus, animabus multiplici virtute fœcundis, dignatione ſua à ſancto Iob aſtare perhibetur, vt parturientibus filios venturi ſeculi: obſequium quoddam adhibeat ſuæ pietatis, easq; in perſecutionum doloribus poſitas conſoletur: miniſterio quoque ſuo inuiſibiliter intrinſecus operante: adiuuet parturiẽtes: Quia ſine illo, null⁹ eos bonorum operum, quæ filiorum nomine ſuperius diximus, ſubſequetur effectus. Ipſo igitur charitate miſericordiæ ſuæ qua nos multum dilexit, per hoc miniſterium obſeruante, & pietate eius obſtetricãte, vt animę ſanctæ huiuſmodi fœtus edant educitur ab eis: & de cordibus earum excluditur ille, in quo nihil eſt rectũ,

H coluber tortuoſus. b ¶Ecce hæc ex parte dicta ſunt viarum eius.) Hæ ſunt viæ domini, de quibus ipſe ſaluator per Salomonem ait: cùm de ſua natiuita-

Prou.8.c. te prædixit: Dominus creauit me in principio viarum ſuarum in opera ſua. Creatus eſt ergo ipſe dominus Ieſus Chriſtus per deũ patrẽ: ex Maria virgine: ad oſtendendas & manifeſtandas mandatorũ vias, à quib⁹ opus dei: id eſt, homo aberrauerat. c ¶Et cùm vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus.) Paruam

Pſal.41.b. ſtillam, hominẽ aſſumptũ intelligamus, qui in pſalmo Her-

Dan.2.g. monim mons modicus appellatur. Et in Daniele lapis exci-

Cant.1. ſus: & faſciculus guttæ in Cãtico cãticorũ. d ¶Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?) Hoc dicit: ſi aſſumptio formæ ſerui, penè ineffabilibus myſterijs continetur, & ad comparationem aſſumẽtis dei ſtilla permodica eſt: quanto magis, quiſque non poterit tonitruum magnitudinis intueri: id eſt, ipſam diuinitatem: quæ ideo tonitrui nomine dicta eſt: quia cùm de excelſo fama nominis eius in Chriſto Ieſu filio ſuo terris inſonuit, & hominibus hoc fragore ter-

I ribili innotuit: nemo tamen eorum poterit totam diuinita-

Ioan.1.a. tis eius magnitudinem intelligentia contueri: id eſt, illud: In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ, & deus erat verbum. Cap. XXVII.

e ADdidit quoque Iob aſſumẽs parabolam ſuam: & dixit: Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum: & omnipotens, qui ad amaritudinem adduxit animã meam.) Dum eum innocentem, pœnas iniquorum pati permittit: amaritudinem quoque animæ eius, miſeria præſenti repleuit. Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum. Secundũ formam ſerui quem aſſumpſit, iudicium voluntatis humanæ: & ex perſona aſſumpti hominis dictum eſt: quo orans dicebat ad patrem: Mi pater, ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Et ideo iudicium meum dixit: quia in ſe humani generis infirmitatem, in veritate ſuſcepti hominis demonſtrabat. Et omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam. Amarum erat poculum mortis: ad quod bibendum ſaluator noſter aduenerat: de ipſius nanque calicis amaritudine erat,

Mat.26.d quod ait diſcipulis ſuis: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Verbum autem, adduxit, ſecundum apoſtolum intelligẽdum

Rom.8.f. eſt: qui de deo patre ita ait: Qui proprio filio ſuo nõ pepercit: ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim nolens traditus eſt in mortem. Alio loco de ſaluatore idem Apoſto

Rom.4.d lus dicit: Qui ſe tradidit pro peccatis noſtris. f ¶Quia donec ſupereſt halitus in me: & ſpiritus dei in naribus meis.)

a ornauit cœlos: & obſtetricante manu ei⁹,
b eductus eſt coluber tortuoſus. Eccẽ hæc
c ex parte dicta ſunt viarum eius. Et cũm
vix paruam ſtillam ſermonis eius audie-
d rimus: quis poterit tonitruum magnitu-
dinis illius intueri?

Caput XXVII.

e ADdidit quoq; Iob, aſſumẽs parabolam ſuam. & dixit: Viuit deus, qui abſtulit iudicium meum: & omnipotẽs qui ad amaritudinẽ adduxit a-
f nimam meam: quia donec ſupereſt halitus in me: & ſpiritus dei in naribus meis: non loquẽtur labia mea iniquitatem: nec lingua mea meditabitur mẽdacium. Abſit à me, vt iuſtos vos eſſe iudicẽ. Dõnec
g deficiam, non recedam ab innocẽtia mea.
h Iuſtificationem meam quam cœpi tene-
i re, non deſerã. Neq; enim reprehẽdit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius, inimicus meus: & aduerſarius meus,
k quaſi iniquus. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ, ſi auarè rapiat: & non liberet deus
l animã eius? Nunquid deus audiet clamorem eius:

Huc & illud pertinet quod de dño ſu Eſaia ſcribitur: Quieſce ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt ipſe. Donec autem aduerbium, ſecũdum hunc intellectum quo de ſaluatore noſtro, ſeriem intelligẽtiæ huius texuimus, nõ ita vt ſonat dictum exiſtimemus: tanq; dixerit, quoadusq; eſt halitus vitæ huius in me: id eſt, anteq; moriar: ſed donec, pro ſemper atque perpetuo hoc loco dictum eſſe nouerimus. Sicut ait ipſe dominus ad populum per prophetam: Ego ſum, ait dominus: & donec ſeneſcatis ego ſum. Nõ enim poſt ſenectutem hominum deus nõ erit: cùm eiſdem potius ſeneſcentib⁹, deus perpetuò maneat. Ad illud autem quod pſalmiſta ait: Dixit Pſal.109.

domin⁹ domino meo, ſede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum: quid dicimus? quòd poſteaquam inimici ſubiecti fuerint, Chriſtus non ſeſſurus ſit ad dexteram dei patris? & vbi erit illud quod ait angelus: Et regni eius L

non erit finis? Propter quod donec, in talibus locis, vt dixi, pro perpetuo eſt intelligendum. Nec non & illud quod de Ioſeph, &

beata Maria euangeliſta ait: Non Matt.1.d.

cognoſcebat donec peperit filiũ. Quis eñ eſt ſupervenerãda beatæ Mariæ virginitate ita blaſphemus: vt hoc ſaltẽ audeat cogitare: vt poſt deũ ſaluatorẽ, filium ſuum, illa virũ cognouerit? Proinde ſecundum veritatẽ fidei catholicæ, donec & hic ſicut ſuprà dictũ eſt, pro ſemper intelligamus. Ait ergo dominus Ieſus: quia ſemper halitus diuinitatis in me eſt, quia ſecundum id quòd homo ſum, & in deo conditus ſum & creatus: habeo in me ſpiritũ patris mei, meumq; ſubſtãtialiter. Sequitur ergo ita dicens: Donec deficiã nõ recedã ab innocentia mea. Quia ergo innocentiam nõ morũ induſtria acquiſiui, ſed in ea vt natus ſum: ita ſum iuſt⁹ & innocens. g ¶Donec deficiã, non recedã ab innocentia mea.) Ego enim etiã ſi in his cruciatibus moriar, non recedã ab innocentia mea, quã vos quaſi blaſphemũ in eis me aſſerítis perdidiſſe. h ¶Iuſtificationem meam quam cœpi tenere nõ deſeram.) Potuit hoc ſaluator dicere, vt homo in deũ

M aſſumptus, cuius initium eſt ſecundum carnẽ ex virgine Maria: peccatum autem hominis, nec naſcendo traxit, nec operando contraxit: Et ideo ſolus veraciter dicit: i ¶Non enim me reprehendit cor meum in omni vita mea.) Hoc loco omnis vita: præſens vita intelligenda eſt, quo tempore hęc dicebat: tanquam ſi diceret, Tota nunc conuerſatio mea irreprehenſibilis eſt. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea: id eſt, malè ſuadentibus, vt & vos facitis ad blaſphemiam hortantibus non conſenſi: quod & vxor vt facerem ſuadebat. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Non enim voto maledicit, ſed prophetando prædicit: & ſecundum meritum loquitur hominum peccatorum: prædicens quid vnuſquiſque permanens in peccatis recepturus ab eo ſit. Nunc ad eum locum reuertamur. k ¶Quæ eſt ergo ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat, & non liberet deus animam eius?) Hypocrita, fictus in amicitia, vel doloſus intelligitur. Quantam vos cupiditatem, & quaſi auaritiæ ſitim patimini, inquit, in interitu meo: vt me votis iam in tartarum rapiatis? Super hac igitur nephanda voluntate: quam ſpem veniæ ante deũ habebitis, ſi non acquieſcitis deo, vt vos in hac vita emẽdare curetis. l ¶Nunquid deus clamorem eius audiet: cùm venerit ſuper eum anguſtia.) In tempore itaque retributionis,

rem eius:cùm venerit super eũ angustia?
a Aut poterit in omnipotente delectari:&
b inuocare deum omni tempore? Docebo
vos per manum dei quæ omnipotens ha-
beat,nec abscondam. Eccevos omnes no-
stis: & quid sine causa vana loquimini?
Hæc est pars hominis impij apud deũ: &
hæreditas violẽtorum,quam ab omnipo-
c tẽte suscipient. Si multiplicati fuerint fili-
j eius,in gladio erũt: & nepotes eius nõ
d saturabuntur pane. Qui reliqui fuerint
ex eo,sepelientur in interitu: & viduæ il-
e lius non plorabunt. Si cõportauerit qua-
si terram argẽtum:& sicut lutum præpa-
f rauerit vestimenta:præparabit quidẽ,sed
iustus vestietur illis: & argentum inno-
g cens diuidet. Aedificauit sicut tinea do-
mum suã:& sicut custos fecit vmbraculũ.
h Diues cùm dormierit,nihil secũ auferet:
aperiet oculos suos,& nihil inueniet. Ap-
i prehendet eum quasi aqua inopia: nocte
k opprimet eũ tempestas. Tollet eũ ventus
vrens,

A retributionis,quando impio vẽtura est angustia:nullum erit remedium peccatoribus: quia preces eorum dominus in die vltionis non suscipiet. a ¶Aut poterit in omnipotẽte delectari:aut inuocare deum omni tempore?)Is in deo delectari poterit,& inuocare eum,qui sibi bene conscius rectè præsumit:& qui se talem exhibuerit: vt quolibet tẽpore mereatur audiri. b ¶Docebo vos per manum dei quę omnipotens habeat: nec absondã.)Illa dicit quæ habet deus in manu ac potestate,& in secretis iudicijs suis. c ¶Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt:& nepotes eius non saturabũtur pane.)In filijs & nepotibus,reliquam omnem posteritatem malę generationis signauit. Aliquando in scripturis non solum carnali progenie:verũ etiã morũ similitudine filij appellantur. d ¶Qui reliqui fuerint ex eo,sepeliẽtur in interitu:& viduæ illius non plorabunt.) Hoc significare mihi videtur: quòd
B per tempora,ad summã egestatẽ, siue miseriam,proles impij hominis,siue generatio deducenda sit: & viduæ eorũ præ nimio instante sibi malo, flere non poterunt. e ¶Si comportauerit quasi terram argentum: & sicut lutum præparauerit vestimẽta.) Insatiabilem cupiditatem acvoraginem quandam inexplebilis huius impij dicit. f ¶Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis:& argentum innocens diuidet.)Et Salomõ ait:
Prou.28.b Qui amplificat diuitias suas cum vsuris abundanti: qui miseretur pauperum congregat eas. g ¶Aedificauit sicut tinea domum suam:& sicut custos fecit vmbraculũ.) His verbis hoc ait,quòd homo impius frustra laboraverit: quandoquidem,vel citò transeuntibus rebus,vel tineis demoliẽtibus,
Alia expositio. status illius domus comparatur. Aliter: Si comportauerit quasi terram argentum,& sicut lutum præparauerit vestimentum:præparabit quidẽ,sed iustus vestietur illis,& argentum innocens diuidet. Aedificauit sicut tinea domum suam,& sicut custos fecit vmbraculum. Hic ergo impius,quem diabolum esse superius diximus,in præuaricatiõe Adæ,precioso quosque & claros viros,vt terram & lutum viles con-
C stituit:à quibus etiã virtutes & bona naturæ velut vestimenta detraxit:& eorum aurum,quo diuitiæ mentis significãtur. Hi enim diuitijs ad imaginem & similitudinem creatoris sui pulchri facti fuerant,& compositi: qui eas auferendo ab eis, ad summam eos indigẽtiam vilitatémque perduxit. His igitur rebus homines comparantur,in Adam vt dixi,seducti à diabolo,quæ in creatura mundi viliora videntur. Sed iustus dominus,& deus noster,auferendo à diabolo prædicta spolia captiuorum: ipsos quoque captiuos liberans,quos inimicos in interitum præparauerat: ecclesiam sanctam sibi exhibuit
Ephes.5.c. ex eis:mundãs eam lauacro aquæ in verbo:atq; eam sine macula,& ruga efficiens: id est,puram à peccato & confessione fidei simplicem,precioso induit vestimento. Argentum etiã quo perspicui quique,vt iam locutus sum,& clari mundi huius intelliguntur: innocens agnus dei,& immaculatus diuidit:cùm credentes in beatam vitam,& æternam gloriã mittit:& incredulos in perditionem mittit. Siue argentum clara & splendens eloquẽtia secularis,à mundo per Christum auferetur:vt credentium facundia,nitenti & puro eloquio,eius euãgelium vestiatur:quia quemadmodum animæ hominum virtutum vestibus induuntur: ita & sensus dum prædicatione euangelizantium enunciantur:quodammodo sermonibus vestiuntur. Aedificauit sicut tinea domum suam,& sicut custos fecit vmbraculum. Vt tinea consumit,& demolitur habitaculum suum: ita & diabolus domum perditi populi sui in interitum eius ædificat: qui habitationem sibi tempora- D riam,& paulatim solubilem præparauit,possessurus æterna supplicia. Hic est ergo ille impius hypocrita qui auarè rapit. In non conuertente nulla spes veniæ erit, cùm etiam super hæc,quadam auaritia sæuiente rapiat homines ad interitum. Qui idcirco hypocrita dicitur: quia se transfigurat in angelum 2.Cor.11.c lucis: cuius etiam clamorem serę deprecationis, non est dominus auditurus:cùm intra pœnarum angustias fuerit coartatus. In deo quoque non erit ei de bono conscientiæ aliqua delectationis fiducia:sed nec in laudem confessionis eum poterit prouocare,qui in similitudinem innumerabiliũ filiorum suorum diuina sententia dei gladio ferietur. Nepotes etiam in quibus illi intelliguntur qui ab illis seducuntur quos prius diabolus ipse deceperat:nepotes, inquam,eius non saturabuntur pane, visionis deivtique famem inopiamq; pas- E suri. Quia omnes sancti contemplantes deũ,reficiendi ab eo sunt & pascendi: quo nunc angeli saturantur. Reliquias quoque diaboli,extremam generationẽ eius intelligere possumus:quæ similiter,vt ipse diabolus,& filij ac nepotes eius,cum toto corpore populi sui in interitum sepelientur. Illæ quoque viduæ:id est,animæ quas vitijs suis,& illecebris voluptatũ diabolus inneruauerat:mollésque reddiderat,vt omnem fortitudinẽ & virilitatem amitterent:nulla correctione ac satisfactione deflebunt:vt saltem aliquando resipiscant ad deum:quem tanquã virũ amiserant,vitijs velut adulteris cohærendo. h ¶Diues cùm dormierit,nihil secum auferet:aperiet oculos suos, & nihil inueniet.) Multis modis diues intelligitur in scripturis diuinis. Est diues facultatibus terrenis:sed si confidit in ipsis diuitijs,cadet. Hic ergo diues cùm in somno mortis fuerit,nihil de suis facultatibus secum feret: quoniam nudus venit nascendo: nudus reuertitur in terram moriendo. Hic in resurrectione aperiet oculos suos,& nullum meritum boni operis inueniet. Iudæorum quoque populus,propter innumerabilia diuina beneficia:prophetarum quoque oracula, siue promissiones plurimas,& dei ipsius frequẽs alloquium, F diues est dictus. Vnde eisdẽ Iudæis ait dominus in euangelio: Luc.6.d. Væ vobis diuitibus. Superbi quoque,non habentes spiritus paupertatem,diuites appellantur. Philosophi etiam,habentes facundiam & scientiam mundialem,diuites nuncupãtur. Hi cùm in die resurrectionis fuerint suscitati: nihil remedij quo saluentur inuenient. Hæreticus etiam quisque diues dici potest:quoniam multa imò omnia de sanctæ ecclesiæ remunerationibus se habere præsumit:remissionem peccatorum: significationem spiritus:pignus etiam dominici corporis: & hæreditatem cum sanctis angelis regni cœlestis. Hi ergo omnes siue quia crucis scandalum patiũtur:siue præsumptione cordis sui,vt in errore ambulent,veritatis tramitem reliquerunt. Siue quia obscuratum habentes intellectum,proprium liberæ voluntatis arbitriũ: in infidelitate perdurant. Vel quia abominabiles facti sunt: exaltantes cor suum post somnium mortis:in resurrectiõe aperient oculos suos,& nihil inuenient. i ¶Apprehendet eum quasi aqua inopia: nocte opprimet eum tempestas.) Subitam egestatem prædictis diuitibus, velut aquam superuenturam significat: qui miseria,& inopinata sibi angustia,quæ tempestatis nomine dicta est,nocte:id est,repentè dum nesciunt opprimentur: iuxta illud apostoli: Cùm dixerint pax & securitas,tunc re- 1.Thes.5.a pentinus eis superueniet interitus. k ¶Tollet eum ventus vrens &c.) Venti nomine,sententiã dixit,qua velut pul-

uis quisq;

G uis quisq; eorum proijcietur à facie terræ. Et ventus hic diuinæ sententiæ vrens dicitur: eo quòd ad gehennæ vredinem ducit, siue compellit. a ¶Emittet super eũ, & non parcet.) Ventus vtiq; sententiæ dei, siue ipse deus per sentẽtiam iustitiæ suæ, mittet super eum pœnas: id est, meritum facinorum suorum suscipiet. Nõ enim parcet, cùm reddet ei secũdum opera sua. b ¶De manu eius fugiens fugiet.) Et nõ tenebitur, inquit, manu dei vt saluetur, de qua velut fugæ modo, veloci lapsu in ruinam decidet. Quòd autẽ ait, fugiẽs fugiet: siue vt alij dixerũt, fuga fugiet: pereuntem in perpetuum peccatorem significat: quia nunquam sit reuocandus ad vitã: & illic ei pœnitentiæ locus non erit. c ¶Stringet super eum manus suas &c.) Alij dixerunt, planget super eum manibus suis: & trahet eum de loco suo. Nutibus quibusdam corporũ humanorum, cẽsuram indignantis dei, & contra peccatorẽ diuitem frasscentis, hoc sermõe describit: vbi H & iam quasi sibilãs indicet quàm atrox illi pœnarum locus reseruetur. Ad talem locum & Iudas Iscarioth abijt.

vrẽs, & auferet: & velut turbo rapiet eum
a de loco suo. Emittẽt super eum, & nõ par-
b c cet: dẽ manu eius fugiens fugiet. Stringẽt
super eum manus suas: & sibilabit super
illum, intuens locum eius.

Caput XXVIII.

d Habet argentum venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur: & lapis, solutus calore, in æs vertitur, Tempus posuit tenebris: & vniuer-
e f sorum finẽ ipse cõsiderat. Lapidẽ quoq;
g caliginis & vmbrã mortis diuidit torrens
à populo peregrinante: eos quos oblitus
h est pes egentis hominis & inuios. Terrã
de qua oriebatur panis in loco suo, igni
i subuersa est. Locus sapphyri lapides ei9:
k & glebæ illi9 aurum. Semitã ignorauit
l auis: nec intuit9 est eam oculus vulturis.

Cap. XXVIII.

d HAbet argentum venarum suarum principia: & auro locus est &c.) Videtur mihi quòd per ænigma & parabolam: sub horum nominibus metallorũ, mores hominum, & virtutes animorum describat: minimè ordinis obseruantiam, prophetarũ more, custodiens. Argenti verò, & auri vocabulum, secũdum authoritatem scripturarum, verbi eloquiũ, & sensus animi indicare voluit. Hæc differentes nos ita dicamus: Habet argentum venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur: Venæ argenti: id est, initium eloquij ab animę sensibus oritur: sensus verò aureus, rationis ac sapientiæ iudicio fabricatur, & vt sit optimus, ab igne diuinæ examinationis probatione conflatur. Fortitudo verò quę ferri nomine appellatur, est qua terram: id est, carnis nostræ malitiam in nobis tollimus: aduersum eam contra nos militantem, & contra legem spiritus cõuersantem, rigore animi, & virtute repugnemus. Lapidis quoq; nomine cordis figuratur duricies: quę per calorem & feruorem fidei resoluta mollescit: vt primùm possit in se verba scribentis recipere. Deinde velut in æs quod canorum est, meritò sanctitatis proficiens, ad laudes & gratias deo offerendas, fidei soliditate perueniet. e ¶Tẽpus posuit tenebris &c.) In scripturis diuinis, peccatores homines, dæmones & ignorantiæ atque tribulationes siue peccata: pro modo, & locis tenebræ nuncupantur. f ¶Lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.) Hunc lapidem metaphoricè diabolum hoc loco intelligere possumus: qui propter errores suos quibus totum mundum inuoluerat, lapis caliginis dictus est. Quicùm fortis & potens sit, per naturam qua est à deo conditus: confidẽs per superbiam in virtute sua, & non in domino, & deo creatore suo, amiserit sapientię lumen: conuersus in stultitiam & tenebras, & idcirco lapis caliginis dici potuit: secũdum illud:
Eccli.2.b. Stultus in tenebris ambulat. Sicut ergo lapis caliginis diabolus nominatur: ita & vmbra mortis dicitur: Quoniam hi qui se ab eo defendi ac protegi putãt: ęternis vt ipse diabolus gehennę ignibus mancipandi sunt. g ¶Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis, & inuios.) Hoc dicit, inuios: id est, errantes & illos quos oblitus est pes egentis hominis, separabit torrens à populo peregrinante: eo quòd oblitus eorum sit gressus. Siue præsens cõuersatio egentis hominis pedis nomine significata est. Oblitus est dixit, pro eo quòd præmissus egens, nõ est deum pro huiusmodi deprecatus: cùm tamen eleemosyna deum precetur: id est, ipsum opus bonum quod homo fecerit, quadã manifestatione sui loquatur ad deũ. Hoc ergo dicit sanctus Iob: K quòd inuios sine via veræ religionis viuentes: & qui misericordiam pauperibus, quod est Christi fratribus non fecerũt, torrens ignis separet: simul & à sanctorum cõsortio diuidet. Siue hic egenus propriè saluator noster intelligitur, qui propter nos egenus, & pauper factus 2.Cor.8.b est cùm diues esset. In pede quoque eius: dispensationem, vel assumẽtis hominem: vel mundum ingredientis aduerte. Vnde propheta ait: Existi in salutem po- Abacuc.3.
puli tui. Hi ergo qui dispensa- c.
tionem salutis suæ in euangelio non receperunt, obliuioni dati sunt: qui credere per duritiam proprię voluntatis noluerunt. Et idcirco inuij dicti sũt: quia Christum, qui est via, non receperunt. Ioan.14.
h ¶Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est.) Diuersas res & obscuras connectit: vt cum superioribus inferiora non hæreant. Proinde mihi videtur: quia hoc loco terram Sodomorum describat, cuius a- L
bundãtiam, & amœnitatem cum admiratione collaudet. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Hæc terra potest & Iudæa intelligi: in qua panis legis dei, per doctrinam prophetarum populis nascebatur, qua amore dei per fidem Christi carnalis legis intelligentia subuersa est: & in rectos tramites, & spirituales sensus cõstituta: vt iam occidentẽ literã nõ sequatur. i ¶Locus sapphyri lapides ei9, & glebæ illius aurũ.) Per metaphoram dicit: quòd in Sodomis vberrima fuerint omnia & optima: quę etiam auro & preciosis lapidibus comparentur. Locus sapphyri lapides ei9. Sic dicit ei dominus per prophetã: Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos & fundabo te in Esa.54.c.
sapphyris: & reliqua. Hoc enim decore preciosorũ lapidũ: id est, omnium Christo credentium per deum patrem, tunc adornata est Iudæa: quando gentium populus ei per fidem Christi est copulatus. Locus sapphyri lapides ei9, & glebæ illius aurum. Lapides preciosi, & aurum non in optima terra, sed in remotis, & squalidis inueniri dicuntur. Igitur secũdum hunc modum Iudæa sterilis fide, & infœcunda virtutibus: habuit in se hos lapides preciosos: id est, patriarchas, & prophetas, & omnẽ sanctorum multitudinẽ. Locus sapphyri lapides eius: & glebæ eius aurum. Glebas sanctæ terræ ecclesiæ: sanctos eius propter fœcunditatem bonorum operum M
appellauit: quos etiam & propter gratiarum diuisiones, glebas sanctus spiritus voluit nuncupare: quò auri merito censerentur: in quarum occultis venis tanq̃ animarũ seminibus, sensus magni preciosiq; nascantur. k ¶Semitam ignorauit auis.) Exitus plurimos in eadem regione multitudo habitatorum fecerat: & ideo forsan dixit quòd auibus præfrequenti hominum copia semitas intuendi, vel facultas illic respõdendi incedendiue non fuerit. l ¶Nec intuitus est eã oculus vulturis.) Quia tam condensis frutetis & contiguis arboribus cõsita erat: vt eam aues desuper volantes depascere non possent. Semitam ignorauit auis. Nec intuitus est eam oculus vulturis. Auem & vulturem, ipsum diabolum cum suis possumus dicere: qui semitam spiritualis intelligentię in lege & prophetis: hoc est, quæ in Iudæam occultè prędicebãtur, nosse minimè potuerunt. Nec intueri aliquo vestigio scientiæ valuerunt, à seculis dispensationis futuræ abscondita sacramenta. De quibus ait Apostolus: Dei sapiẽtiam loqui- 1.Cor.2.b
mur in mysterio, quę abscondita est: quam nemo principum huius seculi cognouit. Semitã ignorauit auis: nec intuitus est eam oculus vulturis. Possunt hic duo populi intelligi nõ absurdè: id est, Iudæorũ & gentiũ. Carnalis ergo Iudæa fidem in Christo nõ habens: sed potius legis operibus viuens: eundẽ Christum pro nobis factum semitam, siue viam, qua redi-

ad patriam,

A ad patriam,vt incredulus ignorauit : propter elationem suã, qua se putabat legis operibus posse iustificari. Auis dicta est: leuis vtique & vaga:atque in ipsis operibus legis instabilis. Vulturi verò gentium populus ideo assimilari videtur:quoniã per errores mortuorũ hominũ discurrebat:& reb⁹ mortuis pascebatur. Hi ergo Christũ legis litera obtectũ, & terrã repromissionis per Christum futuram, opacitatis significationũ vmbraculis non poterunt omnino perspicere. Semitam ignorauit auis:nec intuitus est eã oculus vulturis. Sub his nominibus, auri & vulturis,inimicos ecclesię intelligamus,qui tenebris obscuratum habẽtes intellectũ:nescierũt semitam vocationis eius,qua ad deum ambulans per fidem reuertitur. Quiq; diuersis erroribus mortuorũ hominum rapti:quasi volare arbitrandi sunt.

[a] [b] Nõn calcauerũt eam filij institorum:[b]nẽc
[c] pertransiuit per eã leæna. Ad silicẽm ex-
[d] tendit manũ suam:subuertit à radicibus
[e] montes. In petris riuos excidit:& omne
[f] [g] preciosum vidit oculus eius. Profunda
quoq; fluuiorũ scrutatus est: & abscõdita
[h] pduxit in lucẽ. Sapiẽtia verò vbi inuenit?
[i] & quis est loc⁹ intelligẽtiæ? Nescit homo
[k] preciũ ei⁹:nec inuenitur in terra suauiter
viuentium.

a ¶Non calcauerunt eã filij institorum.) Hoc ait:quòd ita fuerit terra Sodomorum omnibus bonis referta: vt nullius patriæ eguerit mercimonijs. Non calcauerunt eam filij institorum. Institores siue negociatores prædicti intelliguntur. Nam negociatores sunt
B mali & superbi:quod etiam ad ipsum diabolum pertinet:qui superbiam delictũ maximum adinuenit. Et negociator propter multitudinẽ peccatorum appellatus est,quæ siue ad seipsum,siue ad perdendũ hominem exquisiuit. Isti igitur promissionis terram quæ mãsuetis,& corde humilibus reseruatur,vt in ea habitent,calcare non poterunt:quia nec quasi incolæ,per eam transeundi habebunt licentiam. Itẽ aliter. Hæc igitur Iudæa,cui hic panis doctrinæ ministrantibus prophetis,& sacerdotibus prębebatur in loco suo:suovtiq;,& nõdei: id est in loco delectationis suæ : vbi voluptatibus atq; illecebris conflagrabat,igne vitiorum suorum ardens subuersa est
Oseę.7.a. sicut dicit propheta:Omnes adulterantes,sicut clibanus cor-
Psal. 79.c da eorum:& in psalmo de ea dicitur: Incensa igni & suffossa manu operis sui extirpata omnino & effossa est. Licèt possit ignis iste etiam super vltione peccatorum intelligi: sicut di-
Heb.6.b. cit Apostolus:Terra quæ spinas,& tribulos profert,reproba est,& maledicto proxima:cuius cõsummatio in combustio-
Psal.77.g nem:De quo igne iræ ait Dauid:Iuuenes eorum comedit ignis. Non calcauerunt eam filij institorum. Filij institorum, apostolorum discipuli,& apostolici viri intelligẽdi sunt,qui gentibus euangelium prædicauerunt. Hi igitur Iudæam,terram videlicet infidelium:vt ei annunciarent euangelium,non
Act.13.g. calcauerũt. De quibus dicitur in Actibus apostolorum: Vobis oportuerat primùm verbum dei loqui:sed quia indignos
C vos iudicastis æternæ vitæ : ecce conuertimur ad gentes. Sic itaq; factum est istis euãgelizantibus verbum:vt mons Chri-
Psal. 45.a stus in mare gentiũ transplantaretur. Vnde & in psalmo ait: Et transferentur montes in cor maris:Id est,vel prophetarũ, vel euangelistarum oracula, ad credituros gentium populos transferentur. Non calcauerunt eam filij institorum. Hi institores siue negociatores reprobi sunt & laude indigni: qui peccata peccatis,velut diuitias sibi congregant:de quibus
Apoc.18.d ait Apocalypsis : Omnia clara & pinguia perierunt à te. Hi igitur negociatores circa diuitias peccatorum,non calcabunt ecclesiam:id est,non habitabunt in ea:quia sanctam eã,& immaculatam dominus possidebit. b ¶Nec pertransiuit per eam leæna.) Ob frequentiam innumerabilium populorum in Sodomis habitantium;bestiæ per mediã regionis illius transire non poterant. Nec pertransiuit per eam leæna. Leæna potest diaboli dominatio sentiri,siue superbia Iudæorum. Quod autem dicit,non pertransiuit:hoc ait,nõ recessit à Iudæa,sed ibidem infidelis superbia permansit. Aliter potest & de ecclesia intelligi. In illa vtique gloria virtutum suarum in loco necessario redemptionis suæ:in quo per fidem stat : igne subuersa est:illo vtique,igne de quo ipse dominus ait:
Lucæ.12.f nem veni mittere in terram. Hoc igitur igne ecclesia : id est, terra sanctorum,amoris dei desiderio flagrans,subuertitur: vt eã carnalis concupiscentia non possideat. Hoc igitur modò subuertitur:vt in terra carnis suæ viuens : carnis in ea vitia moriantur:vt ait Apostolus. Qui enim sunt Christi,car-
D Gal.5.d. nem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Nec pertransiuit per eam leæna. Siue leo,vt alij dixerunt. Leo hic non absurdè diabolus intelligitur : qui per sanctæ ecclesiæ terram transire non potuit, eo quòd grauibus persecutionibus eam vincere non valuerit. c ¶Ad silicem extendit manum suam.) Videtur mihi sanctus Iob aliud ænigma protulisse: & propter soliditatem suam & fortitudinem. Christum secũdum hominem,quem assumpsit,silicem posse significari:qui etiam petra & lapis,prophetis & apostolis dictus est. Deus ergo pater extendit ad silicem manũ suam: id est, filium suum:per quem vniuersa condidit:quem etiam dexteram & brachium vocat,& ad suscipiendum hominem misit : vt Apostolus dixit : Deus filium suum misit in similitudine Gal.4.a. carnis peccati. Et idcirco in extẽsione manus,dei patris & filij eius ad nos aduentum significari nouerimus : vt per eum sicut sequitur: d ¶Subuerteret à radicibus mõtes.) Quos
E per metaphoram dæmones siue homines superbos esse rectè sentimus : quia principatus & potestates palàm triumphauit in semetipso. e ¶In petris riuos excidit.) Duris scilicet præcordijs gentium,& nimia infidelitate constrictis : abundantiam gratiarum suarum largitus est:& velut riuos aquæ fluentes, vberem copiam doctrinarum tribuit. Hoc ipsum distribuisse intelligitur : quod scidisse memoratur : sicut ait Apostolus. Alij enim per spiritum datur sermo sapientiæ:a- 1.Co.12.a.
lij sermo scientiæ. Alij dixerunt:Ripas fluminum disrupit : vt illam doctrinam spiritualem legis & prophetarũ : de qua Esaias ait:Qui sititis ite ad aquam,quæ in vna gente tãquam Esa.55.a.
intra quasdam angustias defluebat:quæ etiam Moysaicæ legis præceptis velut quibusdam,quasi riparum obicibus claudebatur. Huiusce modi disruptis obstaculis:quasi de alueo legis super omnẽ terram euangelio abundante diffudit. Aliter possumus hanc terram ecclesiam dicere. Vnde ait propheta: Fluminibus scindetur terra. Scindi verò eam atque disrumpi Esa.18.d.
eo modo nouerimus,quãdo se ad suscipiendum verbum dei, capabilem prębet:Hanc quoque quandam adapertionem capacitatis quæ fit per obedientiam terræ rationem habentis : eorundem fluminum impetus operantur. f ¶Et omne
F pretiosum vidit oculus eius.)Eductis igitur riuis gratiarum dei,vidit deus quàm immensa & innumerabilia pietatis suæ beneficia. Vidit autem dixit : eo quòd ante conspectum eius adimpletio siue effectus suæ voluntatis,astiterit in ecclesia suæ. g ¶Profunda quoque fluuiorum scrutatus est &c.) Hos igitur fluuios nõ absurdè singulos libros veteris instrumenti esse sentimus : in quorum magnis latibulis abscondita erant ecclesiæ sacramenta:quæ in tẽpore saluatoris deus pater scrutatus sit:ad impletionem eorum omnia quæ prędicta sunt manifestãs:Siue quia fluuiorum nomine,populorũ multitudines aliquando intelliguntur : quemadmodum Nahum propheta ait:Portę fluuiorũ apertæ sunt:Profunda fluuiorũ Nahũ.2.b
hoc loco,secreta conscientiæ hominũ aduertamus : quorum scrutator,& cognitor deus est:qui in die iudicij producendo omnia secreta cordiũ,reddet vnicuiq; secundum opera sua. h ¶Sapiẽtia verò vbi inuenitur,& quis est loc⁹ intelligẽtię?) Quòd hoc quasi inquirẽs ait,difficilẽ rem & quę vix inuenitur,voluit indicare:imò quæ nisi à deo demõstrãte,nec inueniri posset ab homine,nec haberi:Quod & ipse Iob in subsequẽtib⁹ declarauit,ita dicẽs:Et dixit homini,vtiq; deus:Ecce timor dñi ipsa est sapientia,& recedere à malo intelligentia. i ¶Nescit homo preciũ eius.) Hęc dicẽdo,inæstimabilẽ esse sapiẽtiã timoris dei significauit. k ¶Nec inuenietur in terra suauiter viuẽtiũ.) Hãc igitur sapientiã timoris dei nõ habet quispiã:nisi carnẽ suã crucifixerit cum vitijs & concupi- Gal.5.d.
scẽtijs,nisi vixerit vt Paulus apostolus & oẽs sancti:in tribulatiõibus,persecutiõibus,angustijs & pressuris. Et ideo suauiter dicti

G ter dicti sunt viuere illi: qui nullo iugo disciplinæ tenentur: & effrenes ac præcipites, in labem prorumpunt vitiorum. a ¶ Abyssus dicit, non est in me &c.) Abyssum hoc loco in-
Rom.10.b fernum intelligamus: sicut dicit Apostolus: Aut quis descē-dit in abyssum? Et mare hoc seculum: vt psalmista canēte co-
Psal.103.c gnouimus: Hoc mare magnum & spacioſum. Infern⁹ ergo & hic mundus sapientiam timoris dei, se non habere testātur. Loco dicit loqui: pro his qui in locis, vel mundi, vel inferorum sunt. Hic de illis loquitur: qui carnali conuersatione mundi illecebris pos-
Prosopo- sidentur: hæc dictio prosopopeia appellatur, vbi persona loquentis cùm loqui non possit, assumitur: & quod cōtinet, pro eo quod cōtinetur. Continet quidē hic mūdus, vel infernus: Continetur autem homo. Hanc ergo sapiētiam
H non habet mare mūdi istius, prēter solā ecclesiā: quæ propter sæuiētiū fluctus inimicorum, insula
Mat.8.c. dicitur in scripturis, quēadmodum & nauicula per figuram in
& 14.b.c. euangelio nominatur. b ¶ Nō dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendet &c.) Hoc ait, quòd nulla res q̄uis preciosa sit, possit huic sapiētiæ cōparari. Siue quia aurum in scripturis, vel argentū, tropicus sensus & sermo intelligitur, hoc dicit, sapientiam istam nullus pro merito sentire posset, aut eloqui. c ¶ Nō conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonico &c.) Diuersis rebus & preciosis, hæc sapientia diuina præfertur. Hoc tamen sciendū quòd maximè in meridiano climate: hæc metalla preciosa nascantur. Et quia in India omnes idolorum cultores significantur: in qua colores vt dixi precioſi, vel nascūtur vel fiunt: id puto posse intelligi: quia in gētibus vbi timor veri dei nō est: fucata & quodāmodo terrena religio sit: quæ sub prætextu nominis dei in errorum mēdacio: diuerso ac vario sermonum colore velut pictura componitur, & quasi lapis preciosus eloquio splendeat, siue nomine fulgeat deitatis: & India siue etiā Aethiopia, nigredinem, vel tenebras peccatorū significant: quę specialiter in idolorum culturis habentur. d ¶ Non adæquabitur ei aurum vel vitrum: nec cōmutabuntur pro ea vasa au-
I ri.) Aurū vel vitrum, & etiā vasa auri, precioſi quiq; & clari intelligūtur: qui in hoc seculo nomine dignitatis, & diuitiarum gloria splendēt: hi vtiq; non habentes veræ religionis timorē, pro nihili habebuntur: eo quòd non possunt velut pro merito gloriæ suæ, ad cōmutationem sapiētiæ singularis accedere. e ¶ Excelsa & eminentia: nec cōmemorabuntur in cōparatione eius.) Etiā si excelsa sint, & plurimum eminētia quæcunq; in creaturis sunt: vt sunt etiā angelicæ potestates: minima omnino, imò potius indigna memoria erunt: in comparatione illius: quæ facit omnem creaturam rationalem deo placere, eiq; sancto amore coniungi. Et ideo præfertur illis eminentibus excelsis, timoris huiusmodi sapientia: quia sine illa nihil sunt ante deum: sicut & ipse diabolus qui amisso timore diuinæ reuerētię, perdidit semetipsum. f ¶ Trahitur autem sapientia de occultis.) Hæc igitur aliunde non
Psal.118.r. potest nisi de supernis assumi: siue de intimis cordis affectibus, dono sancti spiritus trahitur, vt propheta ait: Os meum aperui, & attraxi spiritum: vt videlicet sapiat homo deum & timeat: ac recedere à malo intelligat. g ¶ Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia: nec tincturæ mundissimæ comparabuntur.) Diuersis modis & diuersis nominibus auri, ac supellectilis precioſi, sanctus Iob dicit, quòd timor domini nō possit eis vllo modo comparari. h ¶ Vnde ergo sapientia venit: & quis est locus intelligentiæ.) Interrogans requirit & dicit: quòd omnis creatura, vel maximè sapientiā hanc ignoret. i ¶ Abscondita est ab oculis omnium viuentium &c.) Viuentium mundo intelligendū est, de quibus superius ait, cùm de hac sapientia loqueretur: nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Quod autē dixit, quia hæc sapientia volucres cœli lateret, superbi & leues, siue qui altum sapiunt, quod ad tumorem arrogātiæ pertinet, intelligēdi sunt: siue spiritus mali: qui secundum parabolam euāgelij, factum semen dominicum
Marc.4. iuxta viam comedunt. Hos igi-
& Luc.8.a tur latere ait bonū timoris dei.
k ¶ Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famā eius.) Potest vtroque hoc nomine diabolus dici: siue ille mors appellari potest, vt sui satellites perditio nuncupentur. Hi ergo dixerunt, quòd famam timoris dei audierint: non enim negare possunt, quia nō audierint illam: cùm in naturæ suæ bono inditam
L perceperint: sed per inobedientię malum, eam habere noluerunt.
l ¶ Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.) Pro certo scit deus, quòd hæc sapientia properet ad locum vtique quietis & perpetuæ pacis: vbi per hāc ipsam sapientiam timoris sui, super quietum, & humilem, & tre-
Esa. 66.a. mentē sermones suos requiescere delectet. Siue deus intelligit viam eius: quæ prædicatione euāgelij per omnes terras prolata est. Vnde & sequitur de deo dicens:
m ¶ Ipse enim fines mundi intuetur, & omnia quæ sub cœlo sunt respicit.) Quis enim ambigit, deum nosse etiam ea quę futura sunt: sed hic potius deus cognitor futurorū illud inspexit, quod post-
Gal.4.a. ea dixit eius Apostolus: Cùm autem venit plenitudo tempo-
1.Cor.10. noſtris, in quos seculorum fines deuenerunt.
n ¶ Qui fecit ventis pondus &c.) Manifestum est, quia omnis creatura in manu & virtute potentiæ illius teneatur. Aliter: Ipsas gratias spiritus sancti, quasi in ipso initio per apostolos accepit
Acto.2.a. ecclesia: quando factus est de cœlo sonitus tanq̄ aduenientis
M spiritus vehementis. Ventos siue spiritus scriptura commemorat, quos deus largiendo de arcanis secretorum cœlestiū prolaturus hominibus est: secundū prophetam dicentē: Qui
Psal.134. b. producit ventos de thesauris suis. Aliquādo hæ diuersitates gratiarū, spiritus sancti censentur nomine, dātis has gratias,
1.Cor.14. f. secūdū illud apostoli: Spiritus prophetarū subiecti sunt prophetis: qui etiā propter operationē, & effectū diuinæ sanctificationis suæ, pondus habere dicuntur: vt secundū vniuscuiusq; vires prædicatores verbi dei, alijs lac darent, alijs solidū cibum porrigerent: vbi dicerēt, vel quibus dicerent. Inde ait
Ezech.34 propheta: Dabo vobis imbrem matutinum, & serotinū: hoc est, nouum & vetus testamentum. o ¶ Tunc vidit illam & f. enarrauit, & pręparauit, & inuestigauit.) Id est, i ecclesia sua, deus futurā hanc sapientiā antè præuidit: quòd totus mūdus timorē illius habiturus esset. p ¶ Ecce timor dñi, ipsa est sapientia: & recedere à malo intelligentia.) Alter timor est: ne quisq̄ deum offendat. Alter verò si offenderit. Ille prior sanctus & laudabilis: iste alius non habens charitatē, sed pœnam. Proinde de hoc prædicabili timore dicit psalmista: Ti-
Psal.18.c. mor domini sanctus permanēs in seculū seculi. De alio timore loquitur euangelista Ioānes in epistola sua dicens: Timor
1.Ioā.4.d. nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē. Qui timor vtiq; pœnā habet, qa dilectiōis meritū nō habet.

Caput

A Caput XXIX.

a ADdidit quoq; Iob,assumens parabolam suam & dixit.) Secūdum superiorem regulam etiam istic intelligentiæ lineam ducimus:vt quando id quod sequitur in saluatorem referri nō conuenerit,ad membrorum illius compagem sensum expositiōis conemur inflectere. Et rectè id fieri poterit,vt quod ipse dominus caput ecclesiæ suę in se recipere non potest,de eius corpore quod est ecclesia sentiatur. b ¶Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mēses pristinos &c.)Optat ergo sanctus Iob atque desiderat, vt iam de illo squalore & cruciatibus liberetur:reuertatúrque ad illam gloriā pristinæ fœlicitatis, in qua aliquando domino prosperāte degerat. c ¶Quādo splendebat lucerna eius super caput meum.) Multis modis in scripturis diuinis appellatur lucerna. Hicverò potuit eā Iob pro gloria temporali dixisse quam à B deo acceperat:& quam in honoris potētia,& diuitijs possidebat. d ¶Et ad lumen eius ambulabā in tenebris.) Inter peccata vtiq;, & ea quæ ignorabam,quasi inter aspera,& obscura vitæ huius, ad lumen virtutum,vel cōsolationis illius incedebā. e ¶Sicut fui in diebus adolescētię meę:& quādo secretò deus erāt in tabernaculo meo.) Secretum suum,mētem suam ideo dicere voluit: quia illic tumultuosę vitiorū turbę minimè perstrepebāt. f ¶Quādo erat omnipotēs mecum: & in circuitu meo pueri mei.) Quando deum habebat in tabernaculo suo:virtutes ante eum stare tanq̄ pueri perhibentur:quæ ideo masculi appellantur,propter vigorē contra vitia resistēdi:talibus ministris Iob beatus ambiebatur. g ¶Quādo lauabam pedes meos butyro.) Pedum vocabulo in C scripturis diuinis: modus quidā humanæ conuersationis plerūq; intelligendus est. Lauabā,inquit, ab oīni peccati macula actus meos: & cum innocentia & simplicitate versabar. h ¶Et petra fundebat mihi riuos olei.) Iuxta Deut.32.b hunc sensum Moyses ait:Suxerūt mel de petra,& oleum de firma petra: secundum delectationem volentiū,ore sapiebat. Et cùm petra illa Christū secundum apostolū figuraret,in oleo tamē isto dona spiritus sancti,sanctus Iob largiter sibi effusa voluit demōstrare. Hic est ergo oleum viuum,& verum qui est spiritus sanctus patri & filio consubstantialis. Hoc ergo oleo sanctus Iob abundabat: quo & charitatis pinguedine replebatur. i ¶Quādo procedebam ad portam ciuitatis:& in platea parabant cathedrā mihi.) Manifestum est,quia iudæorū iudices in portis sedebant:vt iudicarent populum. k ¶Videbant me iuuenes & absconderbantur &c.) Reuerentiam pij & sancti timoris,quā ei non solum omnis ætas:verumetiā vniuersæ potestates meritò deferebant:his versiculis demonstrauit. l ¶Auris audiens beatificabat me &c.)Tā sancta erat,vt ait præsens conuersatio eius: q̄ fama referebat. m ¶Benedictio perituri super me veniebat:& cor viduæ cōsolat' sum.)Pupillus,pauper & vidua:omne genus humiliū atq; afflictorū significat: D quorū nullum sanctus Iob præterijt,vel despexit. n ¶Iustitia indutus sum:&c.) Iustitia,iudiciū rectū,misericordia, hæc erant animæ illius indumenta. o ¶Oculus fui cæco, & pes claudo.)Affectus pietatis eius atq; misericordiæ,in his sermonibus demōstratur:siue erranti ignorantię tenebris lumen præbui veritatis: & claudicāti in vijs domini,rectæ viæ itinera demonstraui. p ¶Pater erā pauperū &c.) Negocia causasq; pauperū contra potentes suscipiēdo: defensor eorum factus erat,& iudex. Et idcirco ne aliqua aduersantium parte opprimerētur,retectis eorum fraudibus eas inuestigare dicebat. q ¶Conterebā molas iniqui:& dentibus illius auferebam prædā.)Hic velut rapacem bestiam,& violentam,hominem iniquum describit: de cuius ore,substantiā pauperum vi abstulerit. r ¶Dicebamq; : in nidulo meo moriar &c.) Nidus eius,exterior homo eius intelli- E gendus est:qui de fœno carnis illius cōpositus à deo fuerat,& cōstrictus. Omnis enim caro fœnū. In hoc igitur nido semper se mori sub testificatione dicebat: dum vitijs mundi,& eius concupiscētijs non viuebat: & ob hoc in resurrectione,velut palma,multiplices dies,& æternos habebit. s ¶Radix mea aperta est secus aquas:& ros morabitur in messione mea.)Spes mea,& fides quę ex hac expectatione mea sunt,patent ad diuina eloquia,quarū cōsolatione ne in infidelitate mentis meę viror arescat infunditur. t ¶Gloria mea semper innouabitur,& arcus meus in manu mea instaurabitur.)Gloria mea & cętera:potest in virtutibus crescētis bonæ cōscientię,fructus & nouus semper profect' intelligi. In arcu verò resistentis ac repugnātis,vigorem significari existimo: F qui in manu sancti operis contra obuios quosq; & hostiles vitiorū impetus præparet. Sicut ait Dauid in psalmo:Et posuisti vt arcū Psal.17.b. æreū brachia meā:quod est,fecisti infatigabilem intentionē bonorū operū meorū. u ¶Verbis meis addere nihil audebant: & super illos stillabat eloquium meum. x Expectabānt me sicut pluuiam:& os suū aperiebant quasi ad imbrem serotinum. y Si quandò ridebā ad eos,non credebant: & lux

Caput XXIX.

a ADdidit quǒque Iob assumens parabolam suam,& dixit: Quis mihi tribuat vt sim iuxta mēses pristinos,secundum dies quibus deus custodiebat me? Quándo splendebat lucerna d eius super caput meum: & ad lūmen eius e ambulabam in tenebris. Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ:& quando secretò f deus erat in tabernaculo meo. Quándo erat omnipotens mecum:& in circumitu g meo pueri mei. Quándo lauabam pedes h meos butyro: & pētra fundebat mihi riuos olei. Quādo procedebam ad portam i ciuitatis: & in platea parabāt cathedram k mihi. Videbānt me iuuenes & absconderbantur:& senes assurgētes stabant. Principes cessabāt loqui:& digitum superponebant ori suo. Vocem suam cohibebant duces:& lingua eorum gutturi suo adhęrebat. Auris audiens beatificabat me: & oculus videns testimonium reddebat mihi,eo quòd liberassem pauperem vociferantem:& pupillum cui nō esset adiutor. m Benedictiō perituri super me veniebat: n & cor viduæ consolatus sum. Iustitia indutus sum:& vestiuit mè sicut vestimento,& diademate iudicio meo. Oculus fui o p cæco:& pes claudo. Pater eram pauperū: & causam quam nesciebam,diligētissimè q inuestigabam. Cōterebam molas iniqui: & dētibus illius auferebam prædam. Dicebámq; : in nidulo meo moriar,& sicut r palma multiplicabo dies. Rádix mea aperta est secus aquas,& ros morabitur in t messione mea. Gloriá mea semper innouabitur:& arcº meº in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant,expectabant sententiā:& intenti tacebant ad cōsilium u meū. Vĕrbis meis addere nihil audebant: & super illos stillabat eloquium meum. x Expectabānt me sicut pluuiam:& os suū aperiebant quasi ad imbrem serotinum. y Si quandǒ ridebā ad eos,non credebant: & lux

bis meis addere nihil audebāt,& super illos stillabat eloquiū meū.)Quia iam authoritas sapientię vbiq; fuerat diuulgata: nemo quasi detrectās,ad verba eius quicquam addere præsumebat:quinimò stillabat super eos eloquiū illius: id est sensus,interiora viscerum penetrabat:vt eorum infusa præcordijs,à tali magistro perfecti atq; optimi discipuli redderentur. x ¶Expectabāt me sicut pluuiam:& os suū aperiebāt quasi ad imbrē serotinū.) Pluuiæ nomine,copiosam valde eruditionem suæ sciētię demonstrat:& laudat auditores suos, quòd disputante eo cum grandi desiderio expectauerint. y ¶Si quando ridebam ad eos,nō credebant.) Tanta,inquit, reuerentia & honore à prædictis habebar:vt sapientiæ meæ, & grauitati non posset indulgentiæ aliquid ac remissionis; quæ ad temperamentum magis morum pertinebant, congruere. Et idcirco ipso à me pietatis fiebat studio:vt affectus amoris ac dilectionis eorum mei admiratione proficeret.

Et lux

G cordia pietatis meæ indulturus,diligentissimè perscrutabar: vt radicem vulnerum curando perquirerem:vt peccatorem, inuestigante me,cõfitentem culpas suas,ab omni peccato criminis liberarẽ. Siue aliter : Nesciuit causas peccati dominus noster Iesus Christus : quas ab eo Iudæi quærebant. Conterebam molas iniqui,& de dentibus eius auferebam prædã.) Hunc iniquum diabolum esse rectè sentimus,cuius dentes ac molares sunt ad interimendum sæui ac truces animi motus. De huiusmodi,inquit,dentibus velut prædam captiuam humanum genus abstraxit,de mortis vtique illud interitu liberando:Omnes impij dentes sunt diaboli. Potest & hæreticus quisque intelligi,in cuius dẽtibus doctrina perspicua sentiatur. In molaribus verò lateant remota & secreta,& nephandi mysteria. Dicebãq;,in nidulo meo moriar:& sicut palma multiplicabo dies.)Nidus domini saluatoris,ecclesia eius potest intelligi. Hic igitur dominus,in ecclesia quasi nidulo suo,quem sibi fœno carnis humanæ congessit:& in qua procreat ac fouet filios,mori dicitur,dum membra eius,quorum ipse caput est,vitijs ac concupiscentijs huius seculi moriuntur. Sequitur : Et sicut palma multiplicabo dies eius. Igitur post humilitatem ecclesię,quam in nidulo superius dominus indicauit,gloriam altitudinis eius in palma arbore voluit ostẽdere:cuius radix aspera videtur in terra:vnde etiam nidũlus appellatur:sed comis pulchra sub cœlo,cùm ex resurre-
H ctiõe fuerit glorificata,palmæ celsitudinem obtinebit:id est, virtutum suarum merita consequetur,quæ in palma significantur. Siue nidulus hic populus Iudæorum potest intelligi. In hoc igitur nido,pati & mori pro nobis voluit,sicut ait Iudæis:Moriar,& in eorum mentibus crucifigar:vbi secundum hominem conuersatus,& natus sum:& in gentibus vbi palma victoriæ meę,crucisq; vexillum erectũ est,multiplicabo dies,
Matt.vlti. dicens eis : Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationẽ seculi. Radix mea aperta est secus aquas: & ros morabitur in messione mea.)Ita erit in nationibus radix:id est,fides qua mihi placeri volui:vt omnes sancti in præteritis placuerunt:vt pateat gentium aquis:id est,populis,vt in me scilicet credãt:quibus vtiq; in retributione æterna,ros gratię,& muneris erit me largiente profluus. Siue radix charitatis meę atq; dilectiõis,quæ fixa est in cordibus diligentiũ me:aperta est in eis ad aquas eloquiorum meorum. Gloria mea semper innouabitur.) Hic gloriam,ecclesiam intelligere possumus:Gloria quidem patris est filius,cui dicit pa-
Psal.56.b. ter : Exurge gloria mea,exurge. Sed aliter ecclesia gloria est, quæ iustificata est per gratiã. Et arcus meus in manu mea instaurabitur.)Arcum hunc virtutem intelligere possumus, qua pro ecclesia sua vsque ad finem seculi pugnare non desinit. Qui me audiebant,expectabant sententiam:& intenti tacebant ad cõsilium meum.)Quotidie clamat Christus per
I dispensatores verbi sui:& obediẽtes ei,sententiam definitionis eius expectant. Et intenti tacebant ad cõsilium meũ. Hoc verbo silentij,sanctorũ significatur obedientia,qui tardi sunt ad loquendum,veloces autem ad faciendum:siue,quia in ipsa inquisitione legis,sancti intenti esse dicuntur. Verbis meis nihil addere audebant.)Statuta vtiq; & decreta non conuellentes ecclesiæ:in qua fundamentum est veritatis,stabiliant. Hæretici autem & schismatici,præsumptione superbiæ,qua præstant cæteris,verbis domini,inuẽta de corde suo atq; superflua dogmata plenitudinis superponere moliuntur. Et super illos stillabat eloquium meũ.)Sensim vtiq; sermo doctrinæ meæ,diligentia mea,diligentium me viscera penetrabat:in quo profectus animorum quotidie in virtutibus intelligendus est. Vbi quasi à parua stilla principiorũ,peruenitur ad vitam plenam perfectionis,tanq; ad pluuiam cordis,terrã suam copia saturantem. Expectabant me quasi pluuiam:& os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinũ.) Omnes sancti antiqui,saluatorem in carne venturum expectauerunt:& omnes nunc pariter ad iudicium venturum indubitanter expectãt:ad cuius imbrem serotinum:id est,euangeliũ,ora cor-
Eccl's.5.a. dium suorũ nunc sitientes aperiunt:quia meliora sunt,vt Ecclesiastes ait:nouissima sermonis,q; initium eius. Si quando ridebam ad eos,non credebant:& lux vultus mei nõ cadebat in terram.) Id est,Iudæi non credent mihi hilari pietate futuræ beatitudinis lætitiã,& æterna gaudia promittenti:& K
peccatores pro reatu conscientiæ suæ,vix credẽt misericordiæ meæ:& sibi salutem dari posse præ magnitudine criminum desperabunt : cùm ego conuertentibus ad me maiora q̃ spe possint capere,collaturus sum. Et lux vultus mei non cadebat in terram.)Gratia,inquit,præsentiæ meæ,qua mundo vniuerso innotui,illustro corda fidelium : quia ego sum lux mundi : & quicquid promisero custodientibus pactum meũ, irritum non erit:sed totum in tempore retributionis implebitur. Si voluissem ire ad eos,sedebam primus. Cũq; sederem quasi rex circũstante exercitu,eram tamen mœrentium consolator.)Ita sentiẽdũ est:qui cùm apud sanctos suos magnus & excelsus habitet:qui & angeli plerũq; dicũtur : & de quibus secũdum aliã ædition em dicit:erã quasi rex cõcinctus fortibus:cõpunctos tamen & cõtritos corde non despexit.

Alia expositio capitis.30

NVnc autem derident me iuniores tempore.) Legimus in euãgelio,quemadmodum irrisus est,& illusus. Quorũ nõ dignabar patres ponere cum canibus gregis mei.)Ego canes in bonam partem dictos existimo,qui gregem domini à bestijs spiritualibus vigilãdo defendunt. De quibus dicit propheta:Canes muti,non valentes latrare. Iudęorũ quoq; patres,qui sunt vtiq; sacerdotes & principes : pastorali abeis quippe ablata dignitate : non posui,ait dominus,cum sanctis gregis ouiũ meorũ custodibus,ob malitiã infidelitatis suę:ne sacerdotio fungãtur mihi,abiecí eos. L
Quod etiã in euangelio dicit:Auferetur à vobis regnum dei, & reliqua. Vbi iam incipit tollere panem filiorum,& mittere canibus:sicut ad eũ in euangelio sub typo ecclesiæ dicitur. Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa domi-
Mat. 15.c. norum suorũ. Quorum virtus manuum erat mihi pro nihilo.) Hæc virtus manuũ erat Iudæorũ,vt mandatis seniorũ, & obseruationibus deseruirent. Siue in tẽpore passionis domini,potest hic locus intelligi ita,vt virtus operũ prædictorum vsq; ad mortẽ saluatoris peruenerit. Vel ita intelligẽdũ: cùm ei vitã flerent finitam esse per crucem,triumpho resurgentis ex mortuis,ad nihilum conatuũ pessimorũ virtus redacta est. Et vita ipsa putabantur indigni,egestate & fame steriles.)Vitiorum suorũ & criminum turpi egestate affecti: & fame eloquiorũ dei facti steriles,& mendici : vita insuper
Psal.58.c. præsenti indigni sunt habiti:sicut propheta ait ad deum:Disperge illos in virtute tua. Vnde nunc in medio nationũ sunt velut captiui,vitã ducentes degenerẽ. Qui rodebãt in solitudine,squalentes calamitate & miseria:& mandebant herbas & arborum cortices:& radix iuniperorũ erat cibus illorum.)Plerũq; vbi deus nõ habitat:id est,nõ colitur:solitudo
Apoc.17.a siue eremus appellatur:in qua secundũ Apocalypsim mulier: id est,corruptela sedere dicitur. Mandere enim siue rodere, opus est dentiũ:quoniã vox articulata,dẽtibus & plectro linguæ efficitur:ideo his verbis,doctrina prædictorũ significa-
M tur : qui populos tanq; herbas & infructuosarũ arborũ radices mandẽdo atq; rodendo,in errores suos multiplices,velut in suum corpus traiciunt. Etenim pasci se arbitrantur : si ab hominibus quos solet scriptura arbores appellare,quicquid habent vitale subtraxerint. Radicibus iuniperorũ nihilominus aluntur:arborũ scilicet longa ætate viuentiũ:& in quarũ lignis multo diutius ignis quàm in cęteris durat. Ista sunt ligna,quę arceuthina appellantur. Sub arborum harũ vocabu-
Arceuthina. lo,magnos quosq; nomine in populo Iudaico intelligere possumus,quorũ prædicti doctores intima viscerũ depascũtur, furando eis prædicatione legis præteritæ,bonũ gratię Christi. Qui de conuallibus ista rapientes,cùm singula reperissent,ad ea cum clamore currebant.)De cõuallibus vtiq; herbas vt fures,qđ alij translatores dixerunt,& arborũ cortices, rapiunt. Nõ enim eos quos herbas,cortices,& radices arborum per ænigmatis simulitudinẽ intelleximus,in excelsis locis atq; similibus potuerunt inuenire:sed in conuallibus,humilibus scilicet locis,& in inferiora depressis : vbi significati sunt carnales populi Iudæorum:quorũ intellectus in occidẽtis literę sensus,velut in inferioribus commoratur. Hinc eos primores eorũ depopulantur,dum cæci cæcis ducatum prębent. In desertis habitabant torrentiũ:& in cauernis terrę, vel super glareã:qui inter huiusce modi lætabãtur,& esse sub

sentibus

A sentibus delicias computabant.)Nō tantum in desertis prædictorum,vbi cultura dei non erat,morabantur:sed etiam in cauernis terræ,& super glareā:per quam puto carnaliter legem intelligendā,vbi nihil pingue spirituali sensui admiscetur,quò posset fœcunditate vbertatis,per fidem filios sanctitatis,matre gratia procreare:& ob hoc in cauernis terræ esse perhibentur:terrenis videlicet sensibus inhærentes. De quibus flens dicit Apostolus,inimicos crucis Christi. Philip.3.d Aliter: Torrentes sunt peccatores,qui in hoc mare seculi per deserta notitiæ defluūt:hi ergo in cauernis sensuum cōmorantur, eorumq; delectantur officijs ad peccandum:ipsi sunt fenestræ domus,per quas mors ingreditur.Siue cauerna serpentis,est pectus nostrum,quādo in eo venenata consilia,& mortiferos actus recondimus:Ipsi verò similiter super glaream habitāt: qui terram suam,nulla sermonū dei diligentia colunt:vt accepta vbertate pinguedinis,possint fructus facere sanctitatis.

Qui inter huiuscemodi lætabātur:& esse sub sentibus delicias computabāt.)Inter hæc mala quæ sunt dicta superius, ita exultātes gaudio viuunt,tanq; si quærerent virtutes. Filij stultorum,& ignobilium,& in terra penitus non parētes.) Ita enim & de eorū patribus,propheta iam antè prædixerat: Psal.77.a Generatio praua & peruersa,populus stultus,& non sapiens, alienati à terra viuentium. Nunc in eorum canticum versus sum:& factus sum eis prouerbiū.)Id est,in primo sermo-
B ne,& in eorum ore ego sum:& ab eis in delectatiōe obtrectationis assumor. Abominantur me,& fugiunt à me:& faciē meam spuere non verētur.)Faciem verò consputam domini saluatoris,ipsa passio eius nobis in euāgelio manifestè demōstrat. Pharetrā enim suā aperuit,& afflixit me.) Hic pharetra,diabolus intelligi potest.Et quoniā credimus saluatorē verum hominem assumpsisse:non absurdum est,vt credamus q; & dolores corporis voluerit in passione sentire:secundum Esa.35.d. illud prophetæ:Ipse infirmitates nostras suscepit,& pro nobis dolet. Et frenum posuit in os meum.)Illatas contumelias patientia demonstrauit: sicut ipse filius in psalmo ait ad Psal. 70.a patrem:Quoniam tues patientia mea domine. Et in euāge-
Ioan.19.b. lio,interrogatus Iesus non respondit. Ad dexteram oriētis calamitates meæ,illico surrexerūt.)Id est,de volūtate patris:ad cuius dexteram filius sedet. Vel hoc ait,quòd ad filiū dei etiam ad eam partem,qua impassibilis est:cōtumelia passi hominis assumpti peruenerit: secundum Apostolum dicen-
1.Cor.2.b tem:Si enim cognouissent,nunq; deum maiestatis crucifixissent:quoniam ipse est dextera patris,manus & brachiū: per quem facta omnia gubernantur: & discipuli magis de dextris illius erant:quem in tempore passionis dereliquerūt. De
Psal.141.a quibus ait:Considerabā ad dexteram,& non erat qui cognosceret me. Pedes meos subuerterūt & oppresserunt.Quasi fluctibus semitis suis dissipauerūt itinera mea. Insidiati sunt
C mihi,& præualuerunt,& non fuit qui ferret auxilium: quasi rupto muro,& aperta ianua: & ad meas miserias deoluti sunt.)Pedes,humana substantia,quam crucifixerunt intelligi potest:vel certè euangelizandi officium.In fluctibus,amaros Iudæos,erga prædicatores euangelij,& inquietos esse demōstrat.Dissipauerunt etiam itinera mea.Prophetarum meorū oraculis,aduētus mei in carne illis præsentiam pollicebar:& in visionibus reuelationum sæpe veniebam ad eos. Hæc vtiq; itinera mea,incredulitate atq; impietatis suæ scelere dissipauerunt. Possunt etiam pedes eius,prædicatores vel apostoli eius intelligi. Et non fuit qui ferret auxilium:quia & ipsi di-
Matt.26.f scipuli relicto eo fugerunt. Quasi rupto muro,& aperta ianua irruerunt super me:& ad meas miserias deoluti sunt:id est,per necem meam in ruinam suam lapsi sunt:vt quasi truculentissimi hostes,& ferocissimi,irruptis ciuitatū munitionibus,domibusq; effractis,in necem meā omnes pariter prosilirent. Miseriæ autē passiones sunt,flagella,illusio,probra, alapæ,sputa,colaphi,spinæ,& ignominia crucis. Redactus sum in nihilum.) Iudæi despicientes eum,pro nihilo habuerunt. Abstulisti quasi ventum desiderium meum: & quasi nubes pertransijt salus mea.) Vētus,præsens hæc vita potest intelligi:quę plerunq; venti,siue spiritus nomine appellatur. Ex persona ergo veteris hominis susceptī in deo,homo Iesus Christus hęc loquitur. Desideriū verò veteris hominis illud

erat,ne vitam hanc temporalem amitteret:quod ipse dominus proximus passioni demonstrat,dicens ad patrem:Transeat à me calix iste. Verùm,inquit,non quod ego volo,sed quod tu. Nunc autem in memetipso arescit anima mea:& possidēt me dies afflictionis.)Dies afflictionis eius,dies sunt passionis.Inde ait saluator in euāgelio:Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Nocte os meum perforatur doloribus:& qui me comedunt,nō dormiunt.)Nocte,quia vespere captus: per totam noctem scribis,& principibus sub interrogatione quæstionis auditus est:Vel nocte tristitię,& passionis,ait dominus apostolos:qui propter dilectiōis,& charitatis meę fortitudinem ossa dicuntur:aculeis doloris,timorisq; cōpuncti, vsq; ad negationis noxā perforati sunt:id est,penetrauit vir-tutem animi eorum titubatio fidei,vt ad horam tētationis in charitatis soliditate nutarent.Illi verò qui me vsq; ad mortem persequendo videntur consumere,non dormiunt:id est, omni vigilantia mentis insistunt,vt ad me deuorandum perueniant. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum.) Conuenientibus in vnum Iudæis,caro mea iniurijs, clauis,cruce,morte confecta est. Et quasi capitio tunicæ cinxerunt me.)In necem meā omnes vndiq; me velut extrangulantes circundederūt:& vt me præfocarent in morte,tanq; ora capitij,fortibus videlicet laqueis,falsorum testimoniorū me cinxerunt:& intra passionem meā & crucem,quasi intra tunicam me incluserunt. Comparatus sum luto,& assimi- E
latus fauillæ & cineri.) Per mortem quam volēs suscepi,cōparatus sum vilibus,& peccato obnoxijs,atq; in Adā dei sententia condemnatis:cùm ipse peccator non sim,neq; ita vt omnes peccatores fuerim natus. Clamo ad te,& nō exaudis me:sto,& non respicis me.)Ita & in vicesimoprimo psalmo, in cruce clamauit ad patrē: Deus meus,& reliqua:Et clamabo per diem,& non exaudies,& cætera. Hæc igitur verba dicuntur ex persona crucifixi: sicut & alia quæ iam dixi superius. Clamabo,inquit,per diem ad te:id est,in rebus prosperis huius vitæ,vt non mutentur:nec exaudis,qui verbis delictorum clamabo,& in nocte,id est,in aduersis vitę huius clamabo,vt prosperentur:& similiter nō exaudies. Neq; hoc satis ad insipientiam mihi:sed potius vt sapiā quid clamare me velis,non verbis delictorum ex desiderio temporalis vitę,sed verbis conuersionis ad te in vitam æternā. Mutatus es mihi in crudelem:& in duritia manus tuæ aduersaris mihi.)Dū pater vnico filio non pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illū:crudelitatis species videbatur,quod erat piæ dispensationis affectus. Eleuasti me,& quasi super ventum ponēs elisisti me validè.)Quod est,eleuasti in cruce:& non credentibus Iudæis me alliisti. Scio quia morti trades me: vbi cōstituta est domus omni viuenti.)Quia ante domini resurrectionem,etiam iusti in inferni partibus fuisse creduntur.

Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis ma- F
num tuam:& si corruerint,ipse saluabis.)Ad hocvtiq; morti trades me,vt non consumantur debita pœna:qui diuina sentētia morti æternæ sunt deputati:sed potius mea morte saluentur. Quòd autem dicit:Si corruerint,ipse saluabis: Post gratiam baptismi,remedium salutis delinquentibus,per pœnitentiam repromittit. Flebam quondam super eum qui afflictus erat.) Duabus autem de causis saluator Hierusalem deflebat. Vna est,qua pro conuersis flens patrem orabat. Alia verò est,qua pro nō credētibus dolens flebat:præuidens vtiq; vt deus ob incredulitatis duritiā perditionē eorū. Et cōpatiebatur anima mea pauperi.)Quomodo animæ sanctæ in scripturis pauperes appellantur,non habentes superbiæ spiritum:vel peccata tanq; mundi huius diuitias.Ita econtrariò omnes peccatores pauperes nuncupantur:eo q; superbię spiritu tumeāt:& sint inopes sanctitate:de quibus in psalmo canitur:Sedentes in tenebris,& in vmbra mortis:vinculis liga- Psal.106.a
tos in mendicitate & ferro.Ad deflendos huiusmodi pauperes,vt pote diues in miserationibus deus ex affectu misericordiæ tristitiam sustinebat. Expectabā bona,& venerunt mihi mala.)Expectabam ergo per patientiam,vt bonum cōuersionis eorum gaudens,super correctos perciperem.Sed illi diuitias bonitatis meæ,& longanimitatis per contumaciam contemnentes,thesaurizauerunt sibi iram in die irę:& reue- Rom.2.a.

G lationis iusti iudicij mei. Hæc igitur mala eorum, ad conſpectum meum ventura ſunt: vt reddam vnicuiq; ſecũdum opera ſua. Præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ.) Lucem in eis fidei, & ſanctorum operum præſtolabar, & infidelitatis eorum ac vitiorum tenebræ præualuerunt. Interiora mea efferbuerunt abſq; vlla requie.) Siue quòd dolore tactus, intrinſecus animus eius ſolicitudine & anxietate ferbuerit, ſuper eorum perditione: ſiue ꝓ verbo carne facto, & habitante in homine Ieſu ſaluatore noſtro, interiora eius: id eſt, animæ illius motus ſine ceſſatione, diuino igne feruebant.

Præuenerũt me dies afflictionis.) Dies afflictionis, dies iudicij erunt: in quibus prædictam gentẽ iudicaturus ſum. Sed tamen nunc & in hoc tempore nimijs ſceleribus ſuis præuenerũt me: vt ſecũdum iuſtum iudicium meum red dã eis: ſicut poſtea accidit in paſſione, quãdo à Romanis Hieruſalem templumq; ſubuerſum eſt.

H Mœrẽs incedebam: ſine furore conſurgens in tenebris clamabam.) Sine aliquo vtiq; iracundię furore erat: quoniã donare atque cõcedere peccata eorum aduenerat, non punire. Ait etiam euãgeliſta: Stabat Ieſus, & clamabat: Qui ſitit, veniat ad me & bibat. Ioan. 7. f.

Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.) Iudæos in euãgelio, dominus ſerpentes frequẽter appellat, & víperas: ita dicens: Serpentes, genimina viperarũ. Mat. 23. d Eſa. 59. a. Et propheta ait: Oua aſpidum ruperũt, cũm malorum generationem multiplicari videret. Item: Furor draconum vinũ eorum: & furor aſpidum inſanabilis. Sed idcirco fratrem eorum ſe nuncupauit: quoniam de eorum genere ſecũdum carnẽ eſt procreatus: de quibus in pſalmo ait: Socer factus ſum fratribus meis, & hoſpes filijs matris meę. Et quia ſecundum præſentem vitam, qua dũ hic mortalis fuit: inter eos eſt conuerſatus, ſtruthionum ſe ſocium dixit, id eſt, in eadem gente ſua cum ſtultis & inſipientibus habitauit: ſicut ipſe dominus ait in euangelio: Stulti & cæci. Matt. 3. b. Cutis mea denigrata eſt ſuper me.) In cute, carnem ſuam: id eſt, Iudæa gentẽ ſuam, vnde ſaluator carnem aſſumpſit: à parte totũ dixiſſe intelligendus eſt. Quod autem ſuper me ait, denigrata eſt cutis mea: ita eſt, velut ſi diceret, propter me: id eſt, in perſona mea: odio perſecutionum, & ſcelere blaſphemiæ, peccatorum etiam infandorũ criminibus, tetra ac nigra effecta eſt caro generis mei: & quaſi Aethiopiſſa colorem nigredinis non amittens: & eo eſt infœlicior, ꝙ hanc nigredinem noctis & tenebrarũ, nõ in ſuperficie corporis, ſed in corde cõtraxit. Vnde ait dominus, per prophetam: Nocti aſſimilaui matrem veſtram. Et oſſa mea aruerunt præ caumate.) Oſſa corporis eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus, ſancti quidem omnes: ſed præcipuè apoſtoli intelligendi ſunt: quorum ſanctitatis robore atq; virtute, omnia membra infirmiora eccleſiæ ſuſtinentur. Horum igitur adeps pinguiſſimus charitatis, nimio perſecutionis æſtu in paſſione ſaluatoris exæſtuauit. De quibus ipſe dominus in pſalmo: Et oſſa mea ſicut cremiũ aruerunt. Item in alio pſalmo: Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea: vt ait euangeliſta: Et relicto Ieſu fugerũt diſcipuli. Sed rurſum per confeſſionem nominis eius charitate illius verrima impinguati ſunt: vt nullo poſtmodum quantolibet feruenti caumate perſecutionum, fides Chriſti in eis, & bonum charitatis areſceret. Verſa eſt in luctum cithara mea: & organũ meum in vocem flẽtium.) In cithara & organo, lætitia & exultatio intelligitur. Quam Chriſtus ſe habere demonſtrat, quando ſuper ſalute credentium delectatur, ſicut ipſe in euãgelio ait: vbi parabolam centum ouium ponit: de quibus vnã ait periſſe, & inuenta ea ait: Amen dico vobis, quia plus gaudebit ſuper eã, q̃ ſuper cæteras nonagintanouem. Item ꝙ cũm renunciaſſent apoſtoli domino, quia in nomine eius plurimæ ſanitates per eoſdem factę fuiſſent: ait euangeliſta: In illa hora exultauit Ieſus in ſpiritu: Hæc ergo muſicorum nomina, cordis ſignificant lætitiã, quæ ſuper infidelium obduratiõe, verſa eſt in triſtitiam: ſicut de eodem domino ait euangeliſta: Et contriſtatus eſt ſuper duritiam cordis eorum. Ea verò quæ ſequũtur vſq; ad finem parabolæ, quæ ſecũdum virtutem ſancti Iob ſuperius expoſuimus: iam confeſſi ſumus nõ poſſe nos ſecundum myſticos intellectus differere. Si autem quis poſſit illa allegoricæ interpretationi rationabiliter coaptare, aſſenſum præbere me fateor. Luc. 15. a. K Luc. 10. d. Matt. 16. c

Caput XXXI.

a PEpigi fœdus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Quã enim partem haberet in me deus deſuper: & hæreditatem omnipotens de excelſis? Nunquid nõ perditio eſt iniquo: & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nónne ipſe conſiderat vias meas: & cũctos
b greſſus meos dinumerat? Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: appendat me in ſtathera iuſta: & ſciat de-
c us ſimplicitatem meã. Si declinauit greſſus meus de via: & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum: & ſi in manib⁹ meis adhæſit macula: ſeram, & alius comedat: &
d progenies mea eradicetur. Si deceptũ eſt cor meum ſuper muliere: & ſi ad oſtium amici mei inſidiat⁹ ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea: & ſuper illam incuruentur alij. Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima: ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Si
e cõtempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo & ancilla mea, cùm diſceptarẽt aduerſum
f me. Quid enim faciã cùm ſurrexerit ad iudicandum

Caput XXXI.

a PEpigi fœdus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Quã enim L partem haberet in me deus deſuper: & hæreditatem omnipotens de excelſis? Nunquid nõ perditio eſt iniquo: & alienatio operantibus iniuſtitiam? Nónne ipſe conſiderat vias meas, & cũctos greſſus meos dinumerat?) Abhic vſq; ad finem, iuſtitias ſuas, vel maximè & miſericordias atq; virtutes enarrat: quas vſq; ad quindecim

numeros digerit: velut vir perfectus, qui aſcẽſus in corde ſuo diſponens, per gradus quoſdam profectuum, vſq; ad domum dei aſcendendo peruenit. Ego, inquit, animo cum his obtutibus carnis meæ, definiui ac ſtatui: vt nihil omnino turpe atq; obſcœnũ mihi intrinſecus nunciarent: quod delectatione voluptatis, intra me iniquis cogitationibus voluerem: Senſerat credo aliquando fortaſſis delectatione carnẽ ſuã, & voluptatibus illecebrarũ titillari: & idcirco ſe cõtinẽtiæ virtute prę cinxerat: timens oculum dei, cùm ſcrutator cordis ſit: & omnes vias conuerſationis hũanæ, cunctoſq; greſſus actuũ mortalium nouerit. b ¶Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: appẽdat me in ſtathera iuſta, & ſciat deus ſim plicitatẽ meam.) Sanctus Iob certus de æquitate iuſtitiæ dei: ſe manifeſtari optat hominibus. Non enim aliquid ignorat M deus: vt examinãdo cognoſcat: ſed ſciat deus, ita dixit beatus Iob, vt ſcire alios faciat, ſecundum illud, Tentat vos deus dominus, vt ſciat vtrũ diligatis eum: id eſt, vt ſcire cæteros faciat. Deut. 13. a c ¶Si declinaui greſſus meos de via, & ſi ſecutus eſt oculus meus cor meum: & ſi in manibus meis adhæſit macula: ſeram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.) Nihil mandatorũ dei, ait, præterij: quia nec cor meũ acquieſcẽs ſecutũ eſt oculos meos: cùm concupiſcẽtię imagines ei offerrem priuſq; pactum cum ipſis haberem, ne quid intrinſecus turpe tranſmitterent. Vnde nec in operibus manuum mearũ vlla peccati macula potuit adhærere: & hoc ipſum cum quadam iuramenti execratione confirmat. d ¶Si deceptũ eſt cor meum ſuper muliere: & ſi ad oſtiũ amici mei inſidiatus ſum: ſcortum alterius ſit vxor mea: & ſuper illam incuruentur alij &c.) Secundũ naturæ bonũ loquitur, quod in Tobia ſcriptũ eſt: Quod tibi nõ vis fieri, alij ne feceris: proinde ait, nephanda res eſt, & iniquitas maxima: hęc funeſta ac deteſtabilia cogitare, vel facere, ignis eſt incentiuæ libidinis: omnia bona virtutũ deuorans, atq; vniuerſa in homine, ſanctarũ rerum incremẽta conſumens. e ¶Si contempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo, & ancilla mea, cùm diſceptarẽt aduerſum me.) Siue vt alij dixerunt, apud me. f ¶Quid enim faciã cùm ſurrexerit ad iudicandum deus: & cùm quæſierit, quid reſpondebo

A respondebo illi? Nunquid non in vtero fecit me: &c.) Magna humilitas sancti viri huius, & magna futuri iudicij cogitatio. a ¶Si negaui quod volebant pauperibus: & oculos viduę expectare feci?) Manifestum est. b ¶Si comedi buccellā meā solus: & nō comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum.) Manifestū est. c ¶Si despexi prætereuntē, eo quòd nō habuerit indumentū, & absq; operimēto pauperē. &c.) Hoc dicto ostēdit, quemadmodum opus misericordiæ fieri debeat: id est, ne alijs auferas, vnde alijs rectè dare te arbitreris. Vnde Salomon ait: Honora deum de tuis iustis laboribus. Et Esaias: Ego dominus diligo iudiciū: & odio habeo rapinā in holocaustum. d ¶Si leuaui super pupillū manū meam, etiam cùm viderem me in porta superiorem: humerus meus à iūctura sua cadat, & brachium meū cum suis ossibus confringatur. &c.) In B humero, opera. In brachio, virtutis perseuerātia, atq; instātia bonorum operū accipi potest. Nisi ita est, inquit, irriti ante deū inueniantur omnes labores mei. e ¶Si putaui aurum robur meū: & obrizo dixi, fiducia mea. &c.) Veræ homo philosophiæ, nullo vitio tenebatur: sicut nūc cupiditatis, & elationis cōtemptor fortissimus, aurum etiā pro nihili se habuisse testatur. f ¶Si vidi solē cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè: & lætatū est in abscondito cor meum: & osculatus sum manū meā ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio cōtra deū altissimum.) Tātæ virtutes, & tā præcipuæ nihil prosunt: quis quisq; in eisdem perpetrandis sit sapiens, magnus & clarus, si errorum stultitia teneatur. Nō solum, inquit, quorūcūq; idolorū culturis, verumetiā, nec horū pul C chritudine ac specie magnorum luminū delectatus sum: nec quasi adorās ea inter eorū veneratione osculatus sum manum meā: nec creaturā p creatore venerat⁹ sū: Rom. 1. c. quod in epistola ad Romanos sācti⁹ Apostol⁹ detestatur. g ¶Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: &c.) Cùm magnū sit, si de inimicis suis quis cùm possit non studeat vlcisci, quanto apud deum studiosius est de eorum ruina, nec in corde delectari. h ¶Si dixerunt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? Foris non mansit peregrinus: ostium meum viatorib⁹ patuit.) Pro hospitalitatib⁹ eius, & virtute, qua & cæteri sancti deo placuerunt: odium seruorum cōtraxerat. i ¶Si abscōdi quasi homo peccatū meum: & cælaui in sinu meo iniquitatem meam.) De his peccatis tantum, quę cogitationibus committuntur, hoc loco mihi dixisse videtur: eo quòd nec ipsa cælare voluerit, quandoquidem secretorum suorum intima manifestauerit hominibus, se cōsensione iniqua cuiuslibet peccati nō fuisse participē. k ¶Si expaui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorū terruit me, & non magis tacui: nec egressus sum ostium.) Ad propinquorum suorum personā despicientium eum: locus hic pertinet: qui ei inter miserias calamitatum posito, indefinentes insurias irrogabant: contra quos sibi iurgantes posuit custodiam ori suo. l ¶Quis mihi tribuat auditorem vt desiderium meū audiat omnipotēs: & librū scribat &c.) Quem librum sanctus Iob demōstraturus cæteris, in humero suo, in loco videlicet cunctis conspicuo confert: eo q; libro pro laboris sui meritis velut corona glorię coronatus, per singulos gradus virtutum, siue profectuum suorum incrementa ante deum recensendo, pronunciat. m ¶Si aduersum me terra mea clamat &c.) Terra, caro hominis E rectè sentitur. Hanc dicit beatus Iob sibi aduersariā non fuisse, necessariò vtiq; quoniam bene sibi eam obedientem fecerat circa ornamenta virtutum. Cuius etiam sulcos metaphoricōs appellat: qui siue ꝓpter bonos mores excolendos: siue propter continendam aquā verbi dei, infusam diuinitus terræ suæ, sulci ab eo dicti sunt: secundum illud psalmistæ: Sulcos eius inebrians, multi- Psal. 64. c plica generationes eius. Agricolas autem istos terræ suæ, beatus Iob sanctas cogitationes, vt arbitror, dixit: quibus viuus ager mētis suæ strēnuè colebatur. Quorum agricolarū, ideo anima vna ab eo refertur: vt aduertam⁹ vnū eorundem fuisse consensum. Nō est hoc in moribus sanctorū notabile, siue reprehensibile: quando seipsos laudant. Nō enim iactantiæ vitio detinētur, vt in suis F laudibus gloriam humanam requirant: sed faciunt hoc veritatis intētione, qua ante deum simpliciter ac synceriter viuunt.

Caput XXXII.

n OMiserūt autem tres viri isti respondere Iob: eo ꝓ iustus sibi videretur.) Cedentibus aduersarijs, Iob post multa prophetiæ suæ mysteria, & ipse finit sermonem. Quòd autem dictum est, omiserunt autem tres viri isti respondere Iob, eo ꝓ iustus sibi videretur: scriptor historiæ huius, ex sensu respondentium dixit, eo ꝓ iustus sibi videretur: non ex iudicio suo: cùm referret, vel scriberet, quæ in præconium tanti viri, stilo hæc suo posterorum memoriæ commendabat. o ¶Et iratus indignatusq; est Heliu, filius Barachiel, Buzites, de cognatione Ram.) De progenie, & generatione Huz & Buz filiorum

Prou. 3. b.

Esa. 61. c.

a iudicandum deus: & cùm quæsierit, quid respondebo illi? Nūquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus? Si negāui quod volebant pauperibus, & oculos viduę expectare feci? Si cōmedi buccellam meam b solus, & non comedit pupillus ex ea: quia ab infantia mea creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecū. c Si despexi prætereuntem, eo quòd nō habuerit indumentum, & absque operimento pauperem. Si non benedixerunt mihi latera eius: & de velleribus ouium mearum d calefactus est. Si leuāui super pupillum manum meam: etiam cùm viderem me in porta superiorem: humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum: & pondus eius ferre non po- e tui. Si pūtaui aurum robur meum: & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima f reperit man⁹ mea. Si vidi sōlem cùm fulgeret, & lunam incedentem clarè: & lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meā ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra deū g altissimum. Si gāuisus sum ad ruinā eius qui me oderat: & exultaui quòd inuenisset eum malum. Non enim dedi ad peccandum guttur meum: vt expeterem maledicens animam eius. Si nōn dixerūt viri h tabernaculi mei: quis det de carnibus eius, vt saturemur? Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Si i abscōndi quasi homo peccatum meum, & cælaui in sinu meo iniquitatem meam. Si k expāui ad multitudinem nimiam, & despectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egressus sum ostium. l Quis mihi tribuat auditorem, vt desiderium meum audiat omnipotēs: & librum scribat ipse qui iudicat, vt ī humero meo portem illum: & circundem illum quasi coronam mihi? Per singulos gradus meos pronunciabo illum: & quasi principi m offeram eum. Si aduersum me terra mea clamat: & cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia: & animam agricolarum ei⁹ afflixi: pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina. Cap. XXXII.

n OMiserūnt autem tres viri isti respondere Iob, eo ꝓ iustus sibi videretur. Et irātus indignatúsque est Heliu, filius Barachiel, Buzites, de cognatione o Ram.) De progenie, & generatione Huz & Buz filiorum

G liorum Nachor,& Melchæ,sororis Saræ,vxoris Abrahã,nascitur Iob,& Heliu. De Huz,Iob nascitur:& de Buz,hic Heliu:vnde & Buzites dicitur,qui fuit sicut hic scribitur filius Barachiel. Hunc igitur Heliu,doctissimi scripturarum di-
Nũc.22.d cunt ipsum esse Balaam hariolum:quem in Numerorum libro Balach,rex Moabitarum,ad Israëlem maledicendum conduxerat:& hæc scriptura refert, ꝙ hic Heliu,de cognatione fuerat Ram:& hũc Ram,Abraham esse intelligamus:de cuius cognatione & familia Heliu fuerit procreatus. Hinc vtiq; fratris sui Nachor posteritas,procul dubio Abrahæ cognatio erit: vbi qui hũc librum scribit,quẽ Hebræi Mosen autumãt,in generationis Heliu nominibus,nobilitatem natiuitatis eius voluit demonstrare. Quòd autem in hoc libro Ram, quasi partito,siue diuiso nomine sanctus Abram dicitur:ita & in diuersis locis scriptura dei,secũdũ incrementa in eo diuinæ gra-
H tiæ nominat. Vnde quando Ram dicitur,habeatur excelsus:quando verò Abram;proficiẽs in virtutibus, pater excelsus sit. Item cùm fides eius gẽtibus ad dominationem pręponitur,Abraham: id est, pater multarum gentium appelletur. Hic igitur Heliu,sicut apparet,secũdum bonum naturæ,homo iustus videtur fuisse: qui & spiritum habuit prophetiæ:sed puto nõ eodem modo,vel eadem gratia,vt sancti prophetę. Vnde & ipse dominus,ad sanctũ
Iob.38.a. Iob de eo locut⁹ est:Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? quod est,improperij verbis atq; inordinatis sermonibus,sensus prophetic⁹ narratur: vbi non reprobat dominus quod Heliu loquitur: sed quod præproperè ab eo dicitur,hoc reprehendit. De hoc inquam Heliu,& sui similibus, & in principio li-
I bri huius diximus:quòd prophetiæ mysterio vsi sint etiam,qui exorbitauerant à vera religione: quia & illis dedit deus verbum suum,vt mysteria futura pronũciarent hominibus: vbi maximè fides,& admiratio gentiliũ pendet:vt qui nostris nolunt credere prophetis,credant saltem diuinis,& vatibus suis. Hunc itaque Heliu,qui est Balaam,figuram habere gentium diximus,aduersantium Christo:sicut & illos amicos beati Iob,hæreticorum figuram. Quod autẽ ait:finita sunt verba Iob: possumus intelligere tanquam dixerit,firmissimè stabilita sunt verba diuina,& irrita esse non possunt:quæ vsque ad æternam promissionem fideliter credentes perducunt. Isti verò,qui iustum virum,& sempiternũ, præsumptione adinuentorum dogmatum audent discutere, æterno quandoque silentio conticescent. Quòd autem Heliu duobus nominibus vocitatur,nõ est mirum:familiare est hoc scripturæ diuinæ:vt Salomõ Idida:& cognatus Mosi dictus est Ietro,& Raguel:& Petrus,Simon. Vnde non paruam obscuritatem hæc varietas nominum solet legentibus exhibere. a ¶Iratus est ergo aduersum Iob:eo ꝙ iustum se esse diceret coram deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est:eo ꝙ non inuenissent responsionem rationabilem,sed tantummodo condemnassent Iob,&c.) Videtur mihi ꝙ hæc prius gesta sunt,quæ hic legimus,q̃ illa quæ in Numeris de hoc ipso Heliu,siue Balaam facta referuntur. Hic igitur Heliu:qui ait Iob & amicos eius se expectasse loquentes, honoris ac reuerentiæ causa ostendit se fecisse quod fecit:senioribus scilicet deferendo. Iam hic ipsius Heliu verba sunt,ita dicẽtis: b ¶Iunior sum tempore: vos autẽ antiquiores:idcirco demisso capite veritus sum indicare vobis meam sentẽtiã &c.)Dicit hoc sibi magis videri,quia spiritu agantur homines,quibus deus omnipotens sapientiæ suæ inspirationẽ tribuerit:quod in sugillationẽ prædictorum quasi ex obliquo dicit:veluti sibi soli hoc sapientiæ bonum concessum sit. Notandum quòd hic Heliu,per quatuor locutiones, sicut textus lectionis docet,sibi ipsi succedit: per quas singulas,vel priorũ responsa,quasi eruditius retractare:vel singula loca asperius à sancto Iob dicta,corã ipso destruere L conatur. Nam post præfationem copiosam,in prima locutiõe sua, de sancti Iob verbis hæc posuit: ita inquiens:Mundus sum ego,& absq; delicto immaculatus: & nõ est iniquitas in me:Quia querelas in me reperit:ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos, & custodiuit omnes semitas meas. In secunda locutiõe,verba Iob ita posuit,dicens:Iustus sum:& deus subuertit iudicium meum. In iudicando enim me,mendacium est: violenta sagitta mea absque vllo peccato. Tertia locutio eius ita habet:eodem Heliu dicente ad Iob:Dixisti enim:non tibi placet quod rectũ est:id est,deo dixisti,ait: quid tibi prodest si ego peccauero? Quarta verò locutio Heliu,continet ꝙ pro deo locuturus,operatione sua deum iustum probare disponat:quod vsque in finem M quarti huius sermonis sui inter prophetiæ suæ mysteria acerrimè,& cum summa instantia prosequitur,& nõ desistit. c ¶Ideo dicã:audite me,ostẽdã vobis etiã ego meã sapientiã &c.) Quoniã vestra mihi iam facta est manifesta. Hoc Ironicôs ab eo dici, non dubiũ est:& ideo quia superius risoriè prudẽtiam dixerat amicorum Iob:sequitur id apertè,dicens: d ¶Et donec putabã vos aliquid dicere,cõsiderabam &c.)Nullam,inquit, aduersum me Iob,habuit disputationem:sed neq; ego illum, quemadmodum vos facitis,maledictionibus victorũ,& opprobrijs aggredior. e ¶Quoniam igitur expectaui,& nõ sunt locuti &c.) Proinde & ego Heliu,ait,pro viribus meis respondere tentabo:& ostendam vobis meam,& Iob,pariter scientiam:quod ex iactantia vanitatis dicere eum satis apparet,cùm subiungit: f ¶Plenus sum enim sermonibus &c.) Iuxta anagogen ventrem suum, aut vterum, κατα χρησικῶς ipsam memoriam suam dixit:eo quòd penè omnes sermones Iob,& amicorum eius,aliquandiu disceptantium,velut cibos intra capacitatem suæ memoriæ congregauerit. g ¶Non accipiam personam viri:& deum homini non æquabo.)Iusti iudicij mei,inquit,sententia hæc est,vt nec homini parcam,

a gnatione Ram. Iratus est autẽ aduersum Iob,eo ꝙ iustũ se esse diceret coram deo. Porrò aduersum amicos ei⁹ indignatus est:eo ꝙ non inuenissent responsionẽ rationabilem,sed tãtummodo condemnassent Iob. Igitur Heliu expectauit Iob loquentem: eo ꝙ seniores essent qui loquebantur. Cùm autẽ vidisset ꝙ tres respondere non potuissent,iratus est vehementer. Respondensq; Heliu filius Barachiel,
b Buzites,dixit: Iunior sum tẽpore,vos autem antiquiores: idcirco demisso capite, veritus sum indicare vobis meam sententiam. Sperabam enim ꝙ ętas prolixior loqueretur:& annorum multitudo doceret sapientiã. Sed vt video,spiritus est in hominibus: & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Nõ sunt longæui sapientes:nec senes intelligunt iudiciũ. Ideo di-
c cãm: audite me,ostendã vobis etiam ego meam sapientiã. Expectaui enim sermones vestros:audiui prudentiam vestram, donec discęptaremini sermonib⁹ vestris:
d & donec putabam vos aliquid dicere,cõsiderabã. Sed vt video,non est qui possit arguere Iob,& respõdere ex vobis sermonibus eius. Ne fortè dicatis:inuenim⁹ sapientiã,deus proiecit eũ,nõ homo. Nihil locutus est mihi:& ego non secũdum sermones vestros respondebo illi. Extimuerunt,nec respõderunt vltrà:abstuleruntq;
e à se eloquium. Quoniã igitur expectaui, & non sunt locuti:steterunt,nec vltrà respõderunt:respondebo & ego partẽ meã,
f & ostendam sciẽtiam meam. Plenus sum enim sermonibus,& coartat me spiritus vteri mei. Enventer meus quasi mustum absq; spiraculo,quod lagũculas nouas dirumpit. Loquar,& respirabo paululũ:ape
g riam labia mea,& respondebo. Nõ accipiã personã viri,& deũ homini nõ æquabo. Nescio enim quandiu subsistam: & si post modicum tollat me factor meus.

Caput

vera dicendo:

A vera dicendo:nec deo iniuriam faciam,vt eum iniustè aliquid contendam fecisse. Cap. XXXIII.

a AVdi igitur Iob eloquia mea:& omnes sermões meos ausculta &c.) A domino ita despicitur Heliu,cũ ait de eo,quis est iste?Indignum enim erat atq; preposterum vt vir magnus,deóque placidus,etiam si vt homo in aliquo deliquisset:ab ipso corriperetur,qui longè à vera religione esset. Sed si mouet forsitã quempiã:quia iste Heliu multa de salvatoris temporibus futura prædixit:quæ vt prophetiam suscipiamus:Sciat quisquis est,quem hoc mouet,illa quæ spiritu dei prædicta sunt,suscipienda à nobis & credenda. Hæc verò quæ elatione cordis ab eo deprompta sunt,reprobanda:quoniã de propriis suis,vt diabolus,locutus est: nõ ex deo. b ¶Spiritus dei fecit me:& spiraculum omnipotẽtis viuificauit me.) Vt det authoritatẽ se audiendi:ita locutus est,

B quòd non possit non recta & vera dicere,is qui spiritu dei factus sit:& omnipotentis spiraculo animatus:vbi trinitatis deum intelligere debemus. In deo enim nominat patrem:in omnipotente,filium:in spiritu,spiritum sanctum. Trinitatis enim deus creauit omnia:sed quando hominem fecit,propria & speciali quadam significatione nominum,per diuersam operum nuncupationem se voluit demonstrare:ita legis-

Gen.1.d. latore dicẽte:Et creauit deus hominem:ad imaginem dei creauit eum:masculum & fœminam fecit eos. Itemq; Et fecit deus hominem de limo terræ:& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ:& factus est homo in animam viuentem:vbi in faciẽte,& inspirante,vel etiam benedicente:sine vlla discretione,vel dissonantia voluntatis,operatam trinitatem

C sentire debemus. Non enim refert aliquid,vel diuersum intelligere facit,verbum creauit,inspirauit,& benedixit:vbi secundum naturæ vnitatem,vna est voluntas opúsque commune. c ¶Si potes,respõde mihi:& aduersus faciem meam consiste &c.)Prolaturus verba eius,responsionem deposcit:vt sub blandimento quodam,& consolatione simulata,minarũ terrorẽ incuteret:quò perturbatus Iob,facilè multiloquio ipsius cederet. d ¶Dixisti ergo in auribus meis:& vocẽ verborum tuorum audiui. Mundus sum ego,& absq; delicto immaculatus:& nõ est iniquitas in me.) Quod ergo Heliu ait ad Iob:Hoc est ergo in quo nõ es iustificatus: id est,accusare debueras te,non laudare:nõ illud dicere: mũdus sum,sine peccato,& immaculatus:iniquitas quoque non est in me:hoc est,inquam,in quo non es iustificatus:quia iustificatio per humilitatem acquiritur. Laus verò elationis condemnationem meretur.Potuit quidem vt vir iustus,& de sanctis operibus suis sibi bene conscius,audenter aliqua quæ vera sunt,deo dicere:nõ potuit tamẽ hæc quæ ei Heliu falsò obijcit,velut sacrilegus loqui. Denique illa,quæ dixisse Iob dicit,ita inquiens: e ¶Quia querelas in me reperit:ideo arbitratus est me inimicum sibi &c.) Non legimus hæc Iob dixisse:quæ vtique ex sensu eius,quasi à sancto Iob dicta,suis hic verbis composuit. Vnde hunc potius non rectè verba dicere nouerimus,quàm eundem sanctum Iob dixisse credamus. f ¶Respondebo tibi ô Iob:quia maior sit deus homine.Aduersus eum contẽdis,quòd non ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur deus:& secundò idipsum non repetit &c.) Ab ipso principio mũdi,& deinceps semper locutus est deus hominibus,& semel nihilominus loquitur:sed vbi frequenter loqui dicitur deus:vel lex eius multiplex:vel prophetarum & mandatorum eius diuersitas indicatur. Vbi verò semel loqui significatur,stabilita ac definita eius sententia demonstratur. Loqui enim deum efficientiæ eius res intelligitur. Semel loquitur deus:& secũdò idipsum non repetit:id est,non immutat deus, nisi hoc ipsum vitæ nostræ mutatio depoposcerit:hoc loco de duobus quibusdam correptionũ gradibus Heliu diligenter enarrat,& dicit,quòd eruditio diuina,vel castigatio circa hominem, & in noctis visionibus fiat:itemq; in lectulo:vnde ait:Contabescere faciat hominem,donec ad vitæ huius extrema perueniat. Et cùm ab aliquo sancto pro eo fuerit interuentum, vt fecit Esaias Esa.38. pro Ezechía rege:restituat pristinæ sanitati. Et ait in subsequẽtibus:quòd tribus vicibus hæc circa hominem operetur:id est, euidenter,& probabiliter,& confirmatiuo modo:vel propter trinumeri perfectionem,vel propter trium testium veritatem. Quo genere etiam patientiã dei, clementiamq; significat:quæ non statim,sed per partes,& per vices castigat,& arguit delinquentem:vbi ei nec præceptis veritatis iudicium,nec inutilis remissio,nec iniustitiæ imputatur iniquitas. g ¶Increpat quoque per dolorem in lectulo,& omnia ossa eius marcescere facit &c.) Siue vt alij dixerunt:accessit vsq; ad mortem anima eius:& omnia ossa eius marcescere facit. Cùm per hæc itaque correctus homo atq; consumptus,morti & infernalibus ministris appropinquauerit:si fuerit quispiam sanctorum,qui nomen sancti angeli habere mereatur:is pro huiusmodi qui pro peccatis suis à deo ita corripitur,poterit impetrare:si tamen de multis operibus bonis,quę operari debuerat:saltem vnum bonũ opus eius,quod tanq; sacrificiũ pro eo placabile offerat deo,valuerit inuenire.Exaudiet,inquit,& iubebit,vt prædictus ad correptionẽ infernorũ cruciatuũ nõ descendat:eo q; vir magnus quidam extiterit:cuius preces deus non potuerit non audire. Et angelus quilibet de cœlo assistens ante faciem dei,potest pro quolibet peccatore in flagellis castigationum posito intercedere:ipsis enim est cura iniũcta à deo,vel maximè,vt diuersis hominibus,vel nationibus,defensiõis siue custodiæ suę opem ferãt. De quibus Apostolus:Nónne omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi:propter eos qui hęreditatem capiẽt salutis?Exemplum autẽ rerũ præsentiũ,de quibus nũc loquimur,in scripturis dominicis retinemus:vbi Heb.1.d.

Caput XXXIII.

a AVdi igitur Iob eloquia mea,& omnes sermones meos ausculta. Ecce aperui os meum: loquatur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermões mei,& sententiam labia mea puram loquentur. Spiritus dei fecit me:& spiraculum omnipotentis viuificauit me. Si põtes,respõde mihi:& aduersus faciem meam cõsiste:ecce & me sicut & te fecit deus: & de eodem luto ego quoq; formatus sum. Veruntamen miraculum meum nõ te terreat: & eloquentia mea nõ sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis:& vocem verborum tuorũ audiui. Mũdus sum ego,& absq; delicto immaculat9:& nõ est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit:ideo arbitratus est me inimicum sibi. Posuit in neruo pedes meos: custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo in quo non es iustificatus. f Respõdebo tibi:quia maior sit deus homine. Aduersus eum contendis,q; nõ ad omnia verba rẽsponderit tibi. Semel loquitur deus:& secundò idipsum nõ repetit. Per somniũ in visione nocturna,quãdo irruit sopor super homines,& dormiunt in lectulo:tunc aperit auresvirorum: & erudiẽs eos,instruit disciplina:vt auertat hominem ab his quæ fecit: & liberet eum de superbia, eruens animam eius à corruptione:& vitam illius,vt nõ trãseat g in gladium. Increpãt quoq; per dolorem in lectulo: & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis:& animæ illius cibus antè desiderabilis. Tabescet caro eius,& ossa quæ tecta fuerãt,nudabũtur. Appropinquabit corruptioni anima eius: & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquẽs vnũ de similibus:vt annũcient hominis equitatem: miserebitur eius,& dicet: Libera eum,vt non descendat in corruptionem. Inueni

G legimus,in somnis homines fuisse correptos,vt Nabuchodo-
Dan.4. nosor regẽ superbissimũ:& Laban,qui parentis sui Iacob in-
Gene.31. teritum disponebat:& Abimelech regem,qui sancti Abrahæ
Ibid.20. domũ contaminare tentabat:& vxorẽ Pilati,quæ ait ad eũ de
Matt.27. domino nostro Iesu Christo, Nihil tibi & iusto illi:multa e-
nim passa sum per somniũ pro-
Ibid.2.b pter eũ. Et magi in euangelio in somnis admoniti,per aliam viam egrediuntur. Fideles etiam viri à
Gen.28.c. deo in somnis instruuntur,vt Iacob patriarcha: & alios legimus infirmatos esse propter peccata, de quibus illum paralyticũ fuisse
Matt.9.a. discimus:cui ait dominus:Remittuntur tibi peccata tua. Legimus & sanctos ægros fuisse,vt Trophimum,& Epaphroditum:quos vtiq; velut iustos tali castigatione examinatos credere debemus: nõ vt peccatores infirmitatis verbere flagellatos. Seqt: a ¶Cõsumpta est caro eius à supplicijs &c.)Recepit,inquit,mala p meritis suis & suppliciorũ atq; pœnarum mensurã:sufficiant hæc ei
H verbera castigationis,quibus reuocatus est ad emendationẽ: nũc indulgẽtia diuinæ pietatis,ad dies adolescentiæ reuertatur:id est, sit iterum sanus atq; incolumis. b ¶Deprecabitur deũ,& placabilis ei erit &c.) Quod interim corde fit,cùm per deũ bonũ conscientiæ possideatur. Videbit autem dei faciẽ,propicium sibi vultum illius sentiens,redditurus ei digna satisfactione iustitiam. c ¶Respiciet homines,& dicet: peccaui &c.)Magna res est,deoq; plurimum acceptabilis,vt homo errores suos confiteri nõ erubescat:præsertim si pro eis se intelligat castigari:& ita se humiliet, vt quicquid castigationis sustinuerit,pro meritis suis parum se passum pronunciet. d ¶Liberauit animã suam ne pergeret in interitũ:sed viuẽs lucẽ videret.)
I Id est,agnitionis dei lucẽ,& immẽsa beneficia illuminat9 agnosceret. e ¶Attende Iob & audi me:& tace dũ ego loquor &c.) Quasi hac ratione Heliu sanctũ Iob cõuicerit,ait illi:Audi me:id est,docẽti te obediẽs esto,& prębe cõsensum:Quòd autẽ dicit,vt taceat:eloquentẽ & tanq; minus eruditũ,vel impatiẽtẽ iubet vt fileat.

Cap. XXXIIII.

f PRonuncians itaq; Heliu,etiã hæc locutus est.) Quasi sententiã Heliu pronũciare dicitur:& præsentes amicos sancti Iob,ad audiendũ se cohortatur. g ¶Audite sapiẽtes verba mea:& eruditi auscultate me. Auris enim verba probat:& guttur escas gustu dijudicat.) Quemadmodum igitur,inquit,à faucibus ciborũ sapor dinoscitur:ita & verba,aurium iudicio comprobantur. Et idcirco ait Heliu:
h ¶Iudiciũ eligamus nobis.)Id est,prius discutiamus,anteq; hominẽ condẽnemus. i ¶Quia dixit Iob:iustus sum.)Nõ sermonem hunc Iob dixit: sed dũ virtutes iustitiarum suarũ notas fecit,iustum proculdubio se esse monstrauit: quem & dominus iustum iam dixerat. Quod hic dicitur: k ¶Deus subuertit iudicium meũ &c.)Similiter & hoc ipsum non le-
Soph.3.c. gimus,sed scriptum tenemus: Viuit deus,qui ąbstulit iudiciũ meum. Subuertere autem iudiciũ,ad iniquitatẽ respicit iudicãtis:abstulisse verò iudiciũ:id est,pro tempore distulisse:ad dispẽsationem iusti iudicis pertinet. Et multiplicauit vulnera mea etiam sine causa. Proinde hoc loco asserẽte Heliu,hic esse sensus videtur:quòd cùm Iob ita dixerit,fefellit deũ iudiciũ meũ,nõ rectè & verè iudicauit:& ideo erga me mẽdacio agitur. Quæ autẽ locutus est Iob, magis incautè,& præsumens de iustitia dei dixisse credendus est. Proinde iustè ei,& meritò deus ait: Vtiq; qui arguit deum,debet respondere ei:in quibus vtiq; verbis dei increpatur. Hoc resonat, quòd beatus Iob non rectè aliqua sit locutus:sed qui optimè nouerat,q; bona in eo plurima essent: vnde & illi placuerat:concedit ea quæ immoderatius eum loqui in summis angustijs dolor compulit. l ¶Quis est vir vt Iob,qui bibit subsannationẽ quasi aquã.) Cuius viscera tanq; aquæ abũdãtia,veneno huius passiõis impleta sunt. m ¶Dixit enim:Non placebit vir deo,etiã si cucurrerit cũ eo.)Inuidiosè de eo sanctũ Iob locutum fuisse mẽtitur: quia beatũ Iob tam infœliciter sapuisse non credimus:sed nec alicubi eum hoc dixisse meminimus.
n ¶Ideoviri cordati audite me.) Quasi exposita impietate sancti Iob:& in medio audientiũ prolata in inuidiam Iob, quasi impia sit locutus. o ¶Quẽ cõstituit aliũ super terrã:aut quem posuit super orbem quẽ fabricatus est?) Id est,nunquid aliũ rectorẽ posuit,qui à creatoris iustitia discreparet. Ipse ergo q̃ potens cõditor,tã pius est moderator:quia opus suum agnoscit, & diligit.
p ¶Si direxerit ad eum cor suũ: spiritum illius,& flatũ ad se trahet &c.)Id est,mundi. nam si omnia quæ in eo quotidie geruntur, secundum regulam iustitiæ suæ voluerit intueri: deficiet ac
M peribit:sed eũ pietate potius gubernat ac sustinet. Nã si iniquitatem obseruauerit,quis sustinebit? Spiritum dixit animam,quæ viuificat hominẽ: & flatũ,ipsam præsentẽ vitam,quæ corporibus nostris per anhelitũ ex hoc aẽre ministratur. Hęc ergo Heliu dicit ad se trahere deũ:cùm aufert hominibus vitã,quã eis creando tribuerat. Possunt per spm̃ prophetię hęc loca itavideri figurata:vt nũc in Christo cõpleãtur,quãdo dispensatione carnis assumptæ,pater eũdẽ filiũ suũ,per quẽ omnia fecit,ad hũc mũdum ex suo eructuatũ corde direxit:vt spiritũ eius & flatũ ad se traheret:id est,vt auferret ab eo,per humilitatem crucis,spm̃:id est,superbiã spũs mũdalis:flatũ quoq; tumẽtis eloquij:quo anhelans gloriabatur in sermonib9 suis. Sic quoq; homo in se represso tumore deficeret: ac reuertens in seipsum,cognosceret se terrã esse,& cinerẽ:vbi secũdũ moralẽ intelligẽtiã,illud de psalmo sentim9:Et auferes spiritũ eorũ, Psal.103.d
& deficiẽt:& in terrã suam cõuertẽtur. Postea ergo q̃ de virtute dei,& iustitia prædictis locutus est,Heliu se rursum ad Iob conuertens,dicit: q ¶Si habes ergo intellectum,audi quod dicitur: & ausculta vocem eloquij mei. Nunquid qui non amat

K

L

Psal.129.a

qui non amat iudicium, sanari potest? Et quomodo tu eum qui iustus est, intātum condemnas? Qui dicit regi, apostata: qui
a vocat duces impios. Qui nō accipit personas principum: nec cognouit tyrannū,
dum disceptaret contra pauperem. Opus enim manuum eius sunt vniuersi. Subi-
b tō morientur: & in media nocte turbabū-
c tur populi: & pertransibunt, & auferent violentum absque manu. Oculi enim ei⁹
super vias hominū: & oēs gressus eorum
d considerat. Nōn sunt tenebræ, & non est vmbra mortis: vt abscōdantur ibi q̄ ope-
e rantur iniquitatē. Nēq̄ enim vltrà in ho-
minis potestate est, vt veniat ad deum in
f iudicium. Cōteret multos, & innumera-
g biles: & stare faciet alios pro eis. Nouit e-
nim opera eorum: & idcirco inducet no-
ctem, & conterentur. Quasi impios per-
h cussit eos in loco videntiū. Qui quasi de
industria recesserunt ab eo: & omnes vias
eius intelligere noluerūt: vt peruenire fa
cerēt ad eum clamorem egeni: & audiret
i vocem pauperum. Ipso enim concedente
k pacem, quis est qui condemnet? Ex quo
absconderit vultum, quis est qui cōtem-
pletur eum? Et super gentes, & super om
l nes homines. Qui regnare facit hominē
m hypocritā, propter peccata populi. Quia
ergo ego locutus sum ad deum: te quoque
n non prohibebo. Si errāui, tu doce me. Si
iniquitatem locutus sum, vltrà non ad-
o dam. Nūnquid à te de⁹ expetit eam, quia
displicuit tibi? Tu enim cœpisti loqui, &
non ego. Quòd si quid nosti melius, lo-
p quere. Viri intelligentes loquantur mi-
hi: &

A non amat iudicium, sanari potest? &c.) Manifestum est, inquit: quia is qui iustè & rectè iudicare non diligit: neque sanare à vitijs animā, neq; corrigere quēquam potest: & quomodo tu sanator es languorum nostrorū, qui iniquitates notare præsumis? a ¶ Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannū cùm disceptaret cōtra pauperem &c.) Secundum mysticos intellect⁹, principes isti Iudæorū, scribæ, & pharisæi, & sacerdotes possunt intelligi: quos in euangelio increpat. Tyrannum verò eundē populum Iudæorū, non ab re esse sentiam⁹, qui contra cœtum sanctorum ecclesiæ, pauperem, humilem spiritu, contritum corde, reijciēdo hodie disceptat: quod facere & tempore apostolorum nō desinebat, quādo per oēs ciuitates cōtra eos pugnas & seditiones agebat. Hos igitur vt infideles & impios domin⁹ nō cognoscet: quibusq; etiā
Matt.7.d manifestè dicturus est: Non noui vos: Discedite à me omnes qui o-
B peramini iniquitatem. Sequitur, dicente Heliu de his, de quib⁹ dicit superius: b ¶ Subitò morientur: & in media nocte.) Secundum sensum apostoli est, qui ait
1.Thes.5.a istud de filijs tenebrarum: Cùm enim dixerit pax & securitas: tūc repentinus eis superueniet interit⁹. Mediam verò noctem dictā ideo existimo: eo quòd in profunda cordis cæcitate positi, spiritualiter moriantur. c ¶ Turbabūtur populi, & pertrāsibunt: & auferent violentum absq; manu &c.) Secundum psalmistam:
Psal.57.b Cùm viderit, inquit, iustus vindictā impiorum, exemplū videlicet peccatorū hominū pertimescēs, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Hoc igitur modo turbabunt populi: qua perturbatione terram sensibilem legimus cō turbatā: sicut ꝓpheta ait ad deū:
Psal.59.a Commouisti terram, & conturbasti eā: sana cōtritiones eius,
C quia mota est: Sic enim quasi boni viatores ad futurum seculum pertransibunt, vbi locus non erit impio: aliter nullū habebit adiutorium violētus, quo defendi vel erui possit à pertrahentibus eum ad supplicium mortis. d ¶ Nō sunt tenebræ, & non est vmbra mortis: &c.) Siue vt alij dixerunt in fine huius versiculi: vt latitent qui faciunt iniquitatē. Quod vtrumq; secundum illum psalmistę sensum est, ita dicentis:
Psal.138.b Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quò fugiā? e ¶ Neq; enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad deum in iudicium.) Id est, si habuerit in potestate vt veniat: potest habere vt non veniat. f ¶ Conteret multos & innumerabi-
1.Re.2. & 3.ibid.15. & 16. les, & stare faciet alios pro eis.) Vt de Heli sacerdote & Samuele, Saul & Dauid, Iudęorū populo & gentiū. g ¶ Nouit enim opera eorum, & idcirco inducit noctem & conterē tur &c.) Sub his quoque verbis Heliu significasse potuit ob merita sua Iudæos nocte infidelitatis excæcandos: vt conterantur & humilientur: sicut propheta & apostolus ait: Dedit
Rom.11.b illis deus spiritum cōpunctionis. h ¶ Qui quasi de industria recesserunt ab eo. &c.) Oēs enim peccatores, & impij cō
Roma.1.c tra inditū sibi bonū naturæ agunt: sicut Apostolus ait: Qui cū cognouissent deū, non sicut deū glorificauerunt. Vbi autē cognouerunt deū, nisi inspiratione, & iudicio mentis? Vbi ergo deo gloriā suā habuerunt cōtemptui: vbi ab ea contra suā conscientiā recesserunt: omnesq; vias mandatorum dei, quas suis cordibus habent ingenitas, nosse & intelligere detrectarunt: cū hominibus quoq; ita impiè, & iniustè egerunt, vt ad deū pauperū oppressorū clamor ascenderit. Siue Iudæos impios atq; incredulos percussit deus in loco videntiū: id est, in lege Mosaica: vbi prophetę, qui videntes dicti sunt, inhabitabāt. In ipsa itaq; spe legis, & promissorum cōpositione, tanquā in quodā videtiū loco, iustè percussi à deo sunt: intantum vt oratio illius qui propter nos pauper factus est cùm esset dives, ascenderet ad deū: Disperge illos in vir- Psal.58.c. tute tua. Siue viuētes sunt omnes, qui in Christo ex fide viuunt: in hac enim spe positi, mente cōtemplantur futuram beatitudinē. In hoc igit̄ loco, vbi quasi fide stantes sunt: quidā sub fidei huius vocabulo, habēt speciē pietatis: virtutē autem eius sunt abnegantes. 2.Tim.3.a Hi ipsi igitur, qui hæretici intelligūtur, in loco dei malè stātes, à deo percutiuntur, apostolis & ecclesiarū doctorib⁹: id est, pauperibus Christi cōtra eos resistētib⁹, & ad deū clamantibus. i ¶ Ipso enim concedente pacem, qs est qui cōdemnet?) Propheta ait ad populum: Orate pro vita Nabu- Baruc.1.b chodonosor, vt illius pace sit pax vobis. Siue pacē ecclesiæ, & quietem ipse concedit, quando nō surgunt aduersus eam pugnæ persecutionum: siue quando hęreticorū lites, & scandala conquiescūt. Nec non contra vitiorum bella, quietis & pacis silentiū ipse donat: quando deuictis eis, & velut acerrimis hostibus expugnatis, pax fit in homine summa virtutum. Quòd autem ait: k ¶ Ex quo absconderit vultum suū, siue faciem suam, quis est qui cōtempletur eū?) Hoc est, q̄ nisi ipse dignatus fuerit se homini reuelare: quis est qui possit eum suis viribus intueri: vel perscrutando ad maiestatem eius accedere? l ¶ Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.) Quod ma- F nifestè in Saule rege apparuit: & sicut dominus ait: Aufe- Esa.3.a. ram de Hierusalem iudicem & prophetam, & sapientem, & consiliarium: & dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et Nabuchodonosor iusto iudicio dei, multa regna, & plurimas nationes accepit. Potest & diabolus homo iste intelligi, qui perdita angelica dignitate, hominis nomen sortitus est: de quo dominus ait in euangelio: Inimi- Matt.13.d cus homo hoc fecit. Hypocrita verò, & simulator ideo est appellatus, quoniam transfigurat se in angelum lucis: cùm ipse 2 Cor.11.c potius author sit tenebrarum, id est, omniū criminū, & peccatorū inuentor. m ¶ Quia ergo ego locutus sum ad deum, te quoque non prohibebo.) Quasi in iudicio constitutum, permittit eum interloqui: vt si quid fortè sibi est dicendū, non taceat. n ¶ Si erraui, tu doce me: si iniquitatē locutus sum, vltrà non addā.) Id est, non loquar. o ¶ Nūquid à te de⁹ expetit eā, quia displicuit tibi? &c.) Tu dixisti q̄ iniquus esset de⁹: quia à te iniquitatē, & iniustitiam vitæ, iniusta correptione exigeret: cui necesse esset iniustè afflictum contra eū loqui iniusta: & ob hoc (inquis) displicuit tibi deus, dū eius iustitiā qua te punit insontē, non vis verā esse iustitiam. p ¶ Viri intelligētes loquant̄ mihi: & vir sapiēs audiat me.) Heliu sanctū Iob despiciēs, cōuertit se ad eos qui cōminus assistebant: & ita de beato Iob definitè pronuncians, ait ad eos:

Iob autem

G a ¶Iob autem ſtultè locutus eſt:& verba illius nō ſonāt diſciplinam.)Manifeſtum eſt. b ¶Pater mi.)Quia ab ipſo eſt homo creatus,& conditus. Probetur Iob,inquit Heliu:nō examinetur:quod ſolet ad probationem eruditionis referri. c ¶Probetur Iob.)Id eſt, manifeſtetur:probatum ſit omnibus,cūctisq; pateat Iob qualis ſit: ante te probetur,inquam,Iob. d ¶ Vſque in finē, ne deſinas ab homine iniquitatis.) Id eſt, inſit in eo iugiter plaga flagelli huius: neq; deſinas īfligere pœnas operantibus iniquitatem. e ¶Qui addidit ſup peccata ſua blaſphemiā.)Id eſt ſuper hoc quòd peccator eſt: addit ad cumulum peccatorum,vt in blaſphemię crimē erumpat:propter quod mala hęc cruciatuū ſuſtinet. f ¶ Inter nos interim conſtringatur &c.) Cōdemnetur inter nos interim, ne & nobis in iuſtitiam reputetur:abſque crimine noſtro erit,ſi poſtmodū deum prouocare tentauerit. Caput XXXV.

g IGitur Heliu hæc rurſum locutus eſt &c.) Fieri poteſt, q; H de ſermonibus vbi aſperius locutus eſt ad deum,quàm forſitan debuit:aliqua inde hic Heliu deſcripſerit: & verborum ſuorum inuidioſè, quaſi ſenſus illius dicere voluerit. h ¶ Reſpondebo ſermonib⁹ tuis,& amicis tuis tecum.)Pro eo q; non potuerunt ei rationabiliter reſpōdere. i ¶Suſpice ad cœlum &c.)Id eſt,cui te ęquare preſumis?Hoc ait Heliu: qui deū corporaliter locis cōtineri arbitrabat:q; in excelſis tantum atq; in ſublimibus deus dñs cōmoret. k ¶Proinde ſi peccaueris,quid ei nocebis? &c.) Quod ita dixiſſe mihi videtur:non enim te peccāte, deo dāni aliquid infertur : aut ſi pro multitudine peccatorū tuorū vlciſci te voluerit,nunquid poteris ei cōtraire? l ¶Porrò Pſal.15.a. ſi iuſtè egeris,quid donabis ei?&c.)Hinc Dauid dicit:Quoniam bonorum meorum non eges. m ¶Homini qui ſimilis tui eſt,nocebit impietas tua &c.)Id eſt,homini nocere poterit impietas tua,ſi malè agentem te æmulatus fuerit: quēI admodum filium hominis iuſtitia tua adiuuabit, ſi vias tuas cūm rectè incedis imitetur. n ¶ Propter multitudinē calumniatorum clamabunt &c.)Sūb hac qualitate diſputationis ſuæ,Heliu ſanctum Iob talibus admiſcet : eiſq; ſimilē iudicat,dum calumniatores & tyrannos,iniquos homines nominat:quorum calumnijs & potentia , homo & filius hominis oppreſſi ingemiſcunt. Et modo ſpiritualiter hunc hominem & filium hominis, populum ſanctum non abſurdè ſentimus:qui propter vnitatem totius corporis eccleſiæ,homo vnus dicitur,ſicut Apoſtolus ait : & ſecundum pſalmiſtā fi-Pſal.79.e lius hominis appellatur,ita dicentem : Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ,& ſuper filium hominis quem cōfirmaſti tibi. Poteſt hoc & de inuiſibilibus inimicis dici: qui occulta impugnatione vitiorum,mentibus dominantur : propter quod fideles eiulantes in oratione ad deum dicunt:Eripe me de inimicis meis deus meus. o ¶ Et non dixit,vbi eſt deus qui fecit me?)Quando vtique affligebant prædictos,quos ſibi per iniquam dominationem deo permittente ſubegerant: ita vt hi ſub tanta neceſſitate preſſurarum poſiti eiularēt, & clamarent ad deum:illi non intenderunt animo,neque intenderunt in cœlum , vt ſaperent quòd deo conditori ſuo hæc omnia diſplicerent. Non dixit inquam apud ſemetipſam talia multitudo iniquorum,ſiue dæmonum. p ¶ Vbi eſt de⁹ qui fecit me,qui dedit carmina in nocte.)Hoc ait Heliu. Cū ergo iuſtos & rectè viuentes à ſuprà dictis deus tribulari p- K mittat:conſolationem tamen eis in nocte tribulationum concedit. Nox enim ipſa tribulatio intelligitur: ſecundum illud pſalmiſtæ : Probaſti cor meum,& viſitaſti me nocte:ſicut & Pſal.16.a. proſperitas aliquando dies dicitur: quoniam qui in proſperis eſt , quaſi quadam fœlicitate illuminatur. Vnde ait in pſalmo: Per diem ſol non vret te , neque Pſal.120.b luna per noctem. Tantam, inquit Heliu, tolerātiam, iuſti homines à deo accipiunt,vt etiam in nocte tribulationis , hymnorum ſpiritualium cantícis delectentur. Cāticū ergo ad exultationem cordis, vel maximè pertinet. Proinde hęc exultatio de ſpe futuri gaudij naſcitur in corde canentium, & faciunt more viatorum : quia ipſi vt viatores,& peregrini trāſeunt per hunc mūdum:qui vt ad deſtinatum ſibi locum ſine labore perueniant, cantico fatigationem itineris conſolantur ac ſubleuant. Et iuxta myſticos intellectus, noctem, ſecretum quoddā, ac diuinæ diſputationis remotū ſilentium intelligam⁹, quod alijs L ſeculis , ſicut Apoſtolus ait , non Ephe.3.b. fuit reuelatum filijs hominum. & Coloſ.1 Quæ nox ſit in quatuor vigilias d diſtributa : vt à principio mundi vſque ad Chriſtum dominum noſtrum hanc noctem dicamus : vt ſit prima vigilia noctis huius,ipſe Adam primus,& pater hominum : per cuius cōditionem euigilet animus humanus, vt credat creatorem omnium rerum deū. Secunda verò vigilia ſit tempore Noë : quo naufragium mundi factum ſit , vt euigilent homines,ne & ipſi intereant. Tertia autem vigilia ſancti Abrahæ temporibus habeatur : per quem cognoſcat mundus, quemadmodum ſit fide viuēdum, & deo placendum. Quarta verò vigilia ſit circa tēpora prophetarum : qui auroræ & lumine diei appropinquantis , viciniores fuerunt : quiq; in ipſum Chriſtum proximum ſibi diem penè electam noctem , fidei oculis intendebant . In hac igitur nocte per ſingula tempora prædictorum , ſiue prophetijs,ſiue ſignificationibus , de Chriſto læta gaudioq; ple- M na prænunciata ſunt . Itémque ad illam comparationem futuræ reuelationis filiorum dei : vbi gloriam æterni illi⁹ diei percepturi ſunt,& in re ipſa beatitudinem poſſeſſuri:nox eſt præſens hæc vita : cui fructus ſui in futurum abſcōditi ſunt: & ideo adhuc nox eſt, quia nondum vides quod ſperas. Proinde in hac nocte expectationis , hymni & cantica ſcripturarum dicta ſunt nobis,donec diſcuſſa nocte fidei ad diē æternæ manſionis perueniamus. q ¶Qui docet nos ſuper iumenta terræ : & ſuper volucres cœli erudit nos.)Docet in communibus eruditum,ſubtilioribus: docet non ſolum per naturæ dona,ſed etiam per gratiæ munera . Secundum tropicum verò intellectum,iumenta, homines carnales plerunque intelliguntur:qui gulæ & ventri, & luxuriæ dediti ſunt. Alij autem volatilibus comparantur, ſiue propter leuitatem morum , ſiue propter ſuperbiam , qua tumentes quaſi in altum eleuantur . Vnde dicit Apoſtolus : Noli altum ſapere: Rom.11.c. & dominus in euāgelio:Quia quod eſt in hominibus altum, Luc.16.d. abominatio eſt ante deum. Nam in Græco ſuperbū ὑπερήφανος dicitur,q̄d eſt ſuperapparēs,vt elatā mentē hominis,tumidamq; ſignificet. r ¶ Ibi clamabūt,& nō exaudiet,propter ſuperbiā malorū.) Quòd dixit,ibi clamabunt: fortaſſis ſignificare voluit locum pœnarum, vbi non exaudiendi ſunt peccatores, propter ſuperbiam malorū:ſiue vt alij dixerunt,

ab iniurijs

A ab iniurijs malorum: quia mali bonis & iustis, insectationis iniurias irrogare non desinunt. a ¶ Non ergo frustra audiet deus, & omnipotēs causas singulorum intuebitur.) Hoc ait, quòd peccatores persistentes in malis suis, nō audiat de⁹: quoniam sine causa vtique ad eum clament, qui non merētur audiri. b ¶ Etiam cùm dixeris: non considerat iudicare corā illo, & expecta eū.) Quando vides ô Iob, quia non statim de⁹ reddit peccatoribus quæ merentur: noli pusillanimitate frangi, vt in blasphemiam erumpas, & dicas deū iniustum siue iniquùm: sed iudicare cum eo debes, id est, iudicijs eius consentire: nō cōtra eū præsumptuoso iudicio tuo in ei⁹ iniuriam prosilire. c ¶ Nunc enim non infert furorem suū, nec vlciscitur scelus valde.) Q ñ igitur statuit diē, in quo iudicet de
B orbe terrarum, idcirco in hoc tē pore vindictam iustitiæ suæ non generaliter exercet. Et hoc totū in exprobrationem sancti Iob loquitur, quem velut reum criminum in hoc malū pœnarum, dei sententia pro parte cōdēnat. Vnde scribit cui restēt plurima, quę adhuc sit postmodum receptur⁹.
d ¶ Ergo Iob frustra aperit os suum &c.) Iuxta hæc conuictum sanctum Iob Heliu arbitratur, & quadam verborum ratione conclusum.

Caput XXXVI.

e ADdens quoque Heliu hęc locut⁹ est &c. habeo quod pro deo loquar.) Id est, p iustitia & causa dei. f ¶ Repetam scientiam meam à principio &c.) Et in hoc quarto sermone suo, de singulari iustitia domini, profundo nimium, & copioso sermone prosequitur: vbi multa arcana in obscuro sacramentorum recondita, & longè remota mysteria dicere videtur. g ¶ De⁹ potentes non abijcit &c.) Hæc est iustitiæ eius immēsitas, &
C naturæ bonæ voluntas, vt nulli inuideat: quia nemo ei quanuis potens sit, potest coæquari. h ¶ Et iudicium pauperibus tribuit.) Iuxta iustitiæ æquitatis suæ tenorem. Sanctos autem & innocentes viros cōsueuit scriptura diuina pauperes appellare. i ¶ Non aufert à iusto oculos suos.) Hoc
Psal.33.c. ait & beat⁹ Dauid: Oculi domini super iustos. &c. k ¶ Et reges in solio collocat in perpetuum, & illic eriguntur.) Hic reges non solum seculi huius, sed & ecclesiæ reges, & præpositi intelligi possunt. Et secundum tropicos intellectus, reges, animi hominum sunt, qui corporibus rectè dominan-
Psal.2.e. tur, quibus in psalmo dicitur: Et nunc reges intellegite, erudimini qui iudicatis terram. Ita hi reges eriguntur à deo, vt sedeant cum principibus. l ¶ Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis &c.) Hi igitur in catenis fortibus, videlicet iudicis dei, & paupertatis funibus colligātur: id est, opem diuini auxilij non habentes pœnis temporalibus quasi vinculis astringētur, omnis rei boni inopes effecti pro qualitate meritorum. m ¶ Reuelabit quoque aurem eorum &c.) Aurem, inquit, cordis ad obediendum sibi deus per castigationes, & secretas inspirationes aperiet.
n ¶ Si audierint & obseruauerint, cōplebunt dies suos in bo-
Prou.10.b no, &c.) Hoc est quod Salomon ait: Memoria iusti cū laudibus. o ¶ Si aūt non audierint, transibunt per gladiū &c.) Id est, si instruente deo, qui docet hominem scientiam, audire contempserint, per gladium: id est, per hanc mortalitatem de hoc seculo præteribunt, vt in stultitia: id est, in illis locis, vbi stulti deputabuntur: qui dicunt in corde suo, nō est Psal.52.a
deus, æternis cruciatibus consumantur. p ¶ Simulatores & callidi prouocant iram dei, &c.) Ipsum sanctum Iob apertius in hoc loco videtur Heliu quasi ex obliquo percutere, quòd & ipse quasi callidè, & nequiter ageret: virum quoque egregium simularet. Quiq; etiam cùm esset vinctus plagæ huius compedibus, clamare ad deum, & inuocare eum, vt à laqueis pœnalibus illigat⁹ absolueretur, minimè curaret: quod vtique desperatione siue contemptu faceret. De cęteris quoque peccatoribus similiter hoc ipsum potest itelligi: qui
Prou.18.a cùm venerint in profundum malorum, contemnent. Et de Judęis, & de hæreticis, qui ficta dogmata quasi veritatis velamine operientes, in noctis perfidia obstinato & obdurato corde persistunt.
q ¶ Morietur in tempestate anima eorum &c.) Vitiosos & vitia esse nouerimus, quæ sicut de virtutibus animi nihil in se habent quietum, virile, & frugi: sed totum turbulentū, remissum & fragile: Ita necesse est vt velut tempestate, animam semper suis illecebris inquietent: portúmq; virtutum hominē non sinant apprehendere, & fit istis talibus fluctibus, quod Salomon ait: vt iaceat
Prou.23.d anima tanquam in corde maris, & velut gubernator in magna tē pestate. Vel aliter tempestas aduētus ac iudicium dei est, de quo dicit: In circumitu ei⁹ tempestas
Psal.49.a valida. r ¶ Eripiet de angustia sua pauperem.) Pauperē saluatorem nostrum intelligimus: qui propter nos pauper fact⁹ est: qui in diebus carnis suæ, preces ac supplicatiōes patrí obtulit, vt non posset à morte saluum facere pauperem, sanctum populum dei humilem spiritu. Vel pauperem quemlibet iusto-
F rum, eruet de angustia pressurarum, sicut etiam in diuinis scripturis diuerso modo legimus liberatos. s ¶ Et reuelabit in tribulatione aurem eius.) Id est, fortis sit vnusquisque eorum in tribulatione, corroborante visitatione diuina: quando à deo homo tribulari permittitur, cōsolationem in aure cordis domini, illic audiendo percipiet.
t ¶ Igitur saluabit te de ore anguſto latissimè, & non habente fundamētū subter se.) Hoc in loco infernorum habitacula ab Heliu describuntur, quæ immensa capacitate sui, fundamentum non habeant. Ad quorum tamen fundamenta in prophetis legimus, luciferum qui mane oriebatur depositum: multitudines quoque regum, & populos innumerabiles gentium. Ore autem angusto inferi ideo appellantur: eo quòd amplum sit ad recipiendum, angustum ad dimittendum: quoniam mortuos intra se teneant, & eos ad vitam non patiantur exire. Dauid quoque sanctus similiter ait ad
deum: Libera me ex odientibus me, & de profundis aqua- Psal.68.d.
rum. Non me demergat tempestas aquæ: neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum. Proinde nouerimus quia loca infernalium ergastulorum, secundum fidem scripturarum inter immensas abyssi aquas sint constituta: ab illis inferi sedibus nullus homo merito suo liberatus est: nisi gratia domini nostri Iesu Christi.

Et non

G Et non ſolum, inquit Heliu, à tartareis angustijs liberaberis: verumetiam in latiſſimo refrigerij nemore, velut in campis ſpacioſis liber incedes. a ¶ Requies autem menſę tuæ erit plena pinguedine.) Amœnitatem paradiſi & iocunditatem, requiem nomiuando ſignificauit. Immenſam verò abundãtiam vitæ beatæ, quæ eſſet plena vbertatis pinguedine: ac loci illi⁹ fœlicis referta delitijs, voluit demonſtrare: cuius terram ſanctam mãſueti ſecundum repromiſſionem domini poſſidebunt.

b ¶ Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciumq; recipies.) Iudicio dei vt impi⁹, & pœnarum debitor reus inuentus es, & idcirco ſecundum meritũ cauſæ tuæ, iudicium ſeueriſſimũ recepiſti. Et vbi dictum eſt cauſam iudiciumq; recipies: alij dixerũt, propter impietatem munerum, quæ accipiebant: vbi ſub pluralitate locutionis, ſanctum Iob Heliu videtur ferire ſermonibus.

c ¶ Non te ergo ſuperet ira, vt H aliquem opprimas &c.) Docetur ab Heliu vir patiẽtiæ, & integritatis virtute fortiſſim⁹. Optimus iudex eſt, qui his peſſimis iracundia, & cupiditate duobus vitijs nõ tenet: quibus hoc loco ab Heliu ſanctus vir correptus arguit.

d ¶ Depone magnitudinem tuã abſq; tribulatione &c.) Id eſt, nec paruos nec magnos tua iuſta opprimas dominatione: vel omnes mot⁹ depone fortitudine ſuperbiæ roboratus. e ¶ Ne protrahas noctẽ, vt aſcendãt populi pro eis.) Iã ſufficit hucuſque in hac cæcitate vixiſſe. Iam ad lucem prudentiæ ac iuſtitiæ venire contende: ſiue noctem quam tibi ex diuerſis peccatis contexuiſti, vt in ea velut in continuis ac iugibus, & perpetuis tenebris ambulares: iam quæſo ait: ne adhuc protrahas, & tanq; reſtem addendo peccata peccatis, in longũ delecteris extendere: lumine ergo correptionis huius iam finẽ talib⁹ impone peccatis: nã protractiõe hac, inemendabilis vita tua fiet, vt pro omnibus malis operibus tuis, populorũ preces aſcendãt ad deũ: quos vtiq; iniquiſſimè deprimebas, interpellantiũ cõtra te, ſuaſq; miſerias ſibi à te irrogatas, ante ſedem diuinę iuſtitiæ deponentium. f ¶ Caue ne declines ad iniquitatẽ I &c.) Hoc, inquit Heliu: ne in deſperationem declines peto, & blaſphemiæ iniquitatẽ caueas: ſed reuerti feſtines ad deũ. Video enim te poſt huius plagæ tuæ horrendam miſeriam: ad interitum tuum, hanc impietatis ſequi velle perniciem: & voluntatem tuam & cogitationem, ad aduerſarium mittere puſillanimitate deiectus. g ¶ Ecce deus excelſus in fortitudine ſua &c.) Si poterit ei eſſe quiſpiam, & potẽtia & virtute ſimilis: poterit & iuſtitia atq; ſapientia, legiſq; multiplicatione, iudicijs quoq; eius ſimilis inueniri. Et ideo cognoſce ait: quia nullus à deo qui ſolus eſt & fortis & ſapiens, iniuſtè poterit condemnari. h ¶ Quis poterit ſcrutari vias eius.) Quis vtiq;, niſi impius, ſuperbus, ſiue ſacrilegus, vias diuinorum operũ ſcrutari præſumat: quod non licet, & tamẽ quãtuis intentione mentis perquirat, eas inuenire non poterit. i ¶ Aut quis ei dicere poteſt, operatus es iniquitatẽ.) Quis ergo tam temerarius & iniquus atq; iniuſtus: qui hoc audeat loqui? Hæc omnia in iniuriam Iob dicuntur. k ¶ Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.) Vel omne generale opus eius: vel certè ſpeciale opus eius. Super omnia enim magna, & mirabilia opera eius, eſt diſpenſationis
1.Cor.2.c Chriſti myſterium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Alij dixerunt: Memento, quia magna ſint eius opera, quæ laudauerunt viri. De omnibus operibus dei dicit, quæ ſancti viri in honorem diuinæ veneration is meritò laudauerunt. l ¶ Omnes homines vident K eum: vnuſquiſque intuetur procul.) Per naturæ bonum, notitia creatoris ineſt cordibus hominum, & quanuis aliquis tam paruus ſit & frigidus, vt alienus eſſe ſtudeat à creatore ſuo deo: nullus tamen eſt qui ſe abſcondit à calore eius. Et Pſal. 18.a. ideo vnuſquiſque mortalium, licèt delongè, ſentit & intelligit, diſſimiliter quidem omnino: qa non tanquam corpus aut ſicut quemcunque ſpiritum creatum, ita ſentit eſſe deum ſiue intelligit, ſed alio multo & ineffabili modo, quo deus acie mentis eſt intuẽdus: vbi in ipſo obtutu cordis intelligẽdo, videt homo quod ſupra ipſum eſt illud diuinũ nomen, quod cõtemplari conatur.

m ¶ Ecce deus magnus vincens ſcientiam noſtram.) Vincens ſcientiam noſtram magnitudine ſcientiæ ſuæ: & altitudine iudiciorum ſuorum. n ¶ Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum.) Hanc ergo pluuiam, legem Moyſi intelligamus, quæ de cœlo velut pluuia L venit populo Iudæorum. Et pluuia dicta eſt propter præceptorum multitudinem, ſicut & ipſe Moyſes de eadem gente Iudæorum ait, dicens: Expectetur ſicut Deut.32.a pluuia eloquium meum. Huius igitur pluuiæ ſtillas de illa gente abſtulit deus, vt eſt vel de incarnatiõe vel paſſione, vel de reſurrectione Chriſti: quæ Iudæi credere excæcato corde noluerunt: quæ ſunt parua quidẽ mandata legalia, vt ea ad euãgelij fidem tranſferret, ſicut ait Apoſtolus: Verbum enim cõ Rom.9.f. ſummãs, & breuians in æquitate, & reliqua. Et de his ſtillis, paruiſq; guttis, tonante euangelio, prædicationis Chriſti imbres effuſi ſũt ſuper terrã. Et hi imbres adinſtar gurgitũ eſſe dicunt: qui vtiq; cùm in terram copioſè deſcendant: profunditatẽ in ſe, & obſcuritatẽ cõtinent myſteriorum, quæ in lege, & prophetis per figuras, & ſimilitudines dicta vel facta ſunt, in reuelatione aduentus domini, obſcuritate ſui & profunditate myſteriorum, veluti clauſa ſigna inuenta ſunt. Imbrium verò nomine, largè effuſam gratiã ſpiritus ſancti eſſe nouerimus, ſicut ait Apoſtolus, per lauacrũ regenerationis, Tit. 3.b. & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè M per Ieſum Chriſtum. o ¶ Qui de nubib⁹ fluunt, quę prætexerunt cuncta deſuper.) Nubes ſcimus plerũq; in ſcripturis ſanctos appellari, ſicut & manifeſtum eſt quodam loco, dicente domino: Et nubibus mandabo, ne pluant ſuper eam Eſaiæ.5.b. pluuiam: id eſt vineam, quod eſt, ſuper gentem peccatricem Iudæorum: verbis ſuis ſalutis pluuiam non effunderent. De talibus igitur nubibus, apoſtolis videlicet & apoſtolicis viris prædicatoribus veritatis: illi imbres pluunt talem pluuiam, quæ habeat in ſe ſimilitudinem gurgitum, propter arcanorum cœleſtium opacitatem: vbi congruè illud Dauidicum dicitur: Tenebroſa aqua in nubibus aëris. Hæ igi- Pſal.17.b. tur nubes inquam, per quas imbres gurgitum fluunt in terram, prætexunt cuncta deſuper. Habentes enim intra ſe aquas euangelij, vt flumina de ventre eorum fluant aquæ Ioan.7.f. viuæ, de ſuperioribus myſterijs, quaſi quodam prætextu, & obſcuritate aquarum obſtaculum carnalibus faciunt & terrenis. p ¶ Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper: cardines quoque maris operiet.) Ita enim prædictas nubes extendit, vt de eis in omnem terram exijt ſonus eorum, & in fines Pſal.18. orbis terræ verba illorum: quemadmodum poſtea locutus eſt ad diſcipulos ſuos: id eſt nubes ſuas, dicens: Et e- Acto.1.a. eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & Iudæa & Samaria, &

a non habente fundamentũ ſubter ſe. Rẽ-
quies autem menſæ tuæ erit plena pin-
b guedine. Cãuſa tua quaſi impij iudicata
c eſt: cauſam iudiciũq; recipies. Nõn te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas: nec
d multitudo donorum inclinet te. Dẽpone magnitudinem tuam abſque tribulatiõe,
e & omnes robuſtos fortitudine. Nẽ protrahas noctẽ, vt aſcendãt populi pro eis.
f Cãue ne declines ad iniquitatẽ: hãc enim
g cœpiſti ſequi poſt miſeriã. Eccẽ deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimi-
h lis in legiſlatoribus. Quis põterit ſcruta-
i ri vias eius: aut quis audet ei dicere: ope-
k rat⁹ es iniquitatem? Mẽmẽto quòd ignores opus eius: de quo cecinerunt viri.
l Omnes homines vident eum: vnuſquiſ-
m que intuetur procul. Eccẽ deus magnus
vincens ſcientiam noſtram. Numerus an-
n norum eius inæſtimabilis. Qui aufert
ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad in-
o ſtar gurgitum, qui de nubibus fluunt,
p quæ prætexunt cuncta deſuper. Si vo-
luerit extendere nubes quaſi tentorium
ſuum, & fulgurare lumine ſuo deſuper,
cardines

A vsq; ad vltimũ terræ: per quas vtiq; nubes suas fulgura prædi
cationis resplenduerũt, & nominis Christi fama de cœlo ve-
lut lumen effulsit. Maris etiã mundi videlicet huius cardines
occupauit: siue cardines mundi possumus intelligere princi-
pes, & capita gentium diuersarum: quorum erroribus ac
prauis doctrinarum suasionibus,
mũdus in loco superstitionis dę-
moniorum velut in cardine ver-
tebatur. a ¶ Per hæc enim iu-
dicat populos, & dat escas mul-
b tis mortalibus.) Istis enim rebus
sacramẽtorum prædictis: statuit
deus pietatis suæ iudicio vniuer-
sis populis misereri, & dare escas
doctrinę verbi sui, siue myste-
rio-
rum cunctis mortalibus, secundũ
Ioan.6.c. quod ipse ait: Ego sum panis vi-
uus q̃ de cœlo descẽdi. b ¶ In
manibus abscõdit lucem, & præ-
cipit ei vt rursus adueniat.) Po-
testate iusti iudicij sui, lumen no
titiæ suæ abscondit à peccatori-
bus malum operãtibus, & venire
eam ad illuminationem mentis
B præcipit: si deum adiutorem eius
quispiam fideliter quæreret.
c ¶ Annunciat de ea amico suo,
quòd possessio eius sit, & ad eam
possit ascendere.) Deus luce ma-
nifestationis suæ fidelẽ sibi ami-
cum in corde docet & instruit.
Erudiens quoq; annũciat ei, quòd
lux siue illa illuminatiõis gratia,
siue diuinorũ charitas promissorum possessio eius sit, & ad
eam si disponat ascensiones in corde suo quotidie proficien
do perueniat. Caput XXXVII.

d SVper hoc expauit cor meum.) Siue obstupuit cor me-
um, vt alij dixerũt. e ¶ Et emotum est de loco suo.)
Prædictis diuinis mysterijs, & luce cognitionis dei pa-
tefacta, quæ nisi amicis dei, & fidelibus demonstratur: per-
territum est, inquit, cor meum Heliu, & zelo ignorantiæ ad
sacramentorum cognitionem translatum. f ¶ Audiet au-
ditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius proce-
dentem.) Quemadmodum vult deus audire quod dicit, ita
audite: quoniam terret vox eius tantis sacramẽtis myste-
riorum prævalida: sonúmque oris eius, siue vt alij dixerũt, stre-
C pitum, pari modo audite. Hic ergo sonus est maxillarũ dei,
qui fortè idcirco sonus dictus est: non simpliciter sermo, vt
inobedientia surdos, & obdurato corde incredulos vox cla-
rior percuteret, & totos ad timendum dominum commo-
ueret. g ¶ Subter omnes cœlos ipse considerat, & lumen
illius super terminos terræ.) Quid sit hoc mirum de omni-
potentia dei, qui vbique est in cœlo, & in terra, in mari, & in
abyssis. Sed videamus secũdum allegoricum intellectũ, quid
sit quod de Heliu ait: Subter omnes cœlos considerat. San-
ctos viros, cœlos scriptura diuina appellare consueuit: pro-
pter cœlestem vtique conuersationem, quibus ita dicitur:
Philip.3.b Conuersatio vestra in cœlis est. Dominus ergo subter hos
cœlos considerat: vel dum ea quæ intra eos sunt, arcano-
rum scrutator introspicit: vel dum imbecillitatem corpo-
rum eorum, quæ animi imperio crucis virtute subdiderint,
gubernat, ac sustinet, & contra carnalium passionum bella
corroborat. Secundum hunc sensum est, quod timore con-
cussus propheta, ait: Et subtus me turbata est habitudo mea.
Termini quoque siue fines terræ ipsi sancti sunt: finem ter-
renis passionibus, & cupiditatibus imponentes: eo quòd nõ
sint in medio Babylonis: nec seculi huius vitijs circundan-
1.Pet.4.a. tur, secundum quod Petrus apostolus ait: Christus igitur in
carne passus, reliquit nobis exemplum: quia passus est in car
ne, desijt esse à peccatis, vt iam non hominum desiderijs, sed
voluntati dei, quod reliquum est in carne, viuat temporis:
id est, viuens pro tempore, desinentibus in carne peccatis,

a cardines quoque maris operiet. Per hæc
enim iudicat populos: & dat escas mul-
b tis mortalibus. In mãnibus abscõdit lu-
cem, & præcipit ei vt rursus adueniat.
c Annunciãt de ea amico suo, quòd posses-
sio eius sit, & ad eam possit ascendere.

Caput XXXVII.

d Super hoc expauit cor meũ, & emo-
e tum est de loco suo. Audiet auditio-
f nem in terrore vocis eius, & sonum
g de ore illius procedentem. Super omnes
cœlos ipse considerat: & lumen illius su-
h per terminos terræ. Posit eum rugiet so-
i nitus: tonabit voce magnitudinis suæ, &
nõ inuestigabitur cùm audita fuerit vox
k ei9. Tonabit de9 in voce sua mirabiliter:
l q̃ fecit magna & inscrutabilia. Qui præ-
cipit niui, vt descẽdat super terrã: & hye-
mis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.
m Qui in manu omniũ hominũ signat: vt
n nouerint singuli opera sua. Ingredietur be-
stia latibulũ suũ, & in antro suo morabit.
o Ab interioribus egredietur tẽpestas, & ab
arcturo

velut in finibus habitet carnis. In his finibus posita regina D
Saba, quæ typum gerebat ecclesiæ, veri Salomonis meruit 3.Re.10.a
audire sapientiam. Tales igitur terminos deus lumine gratiæ 2.Paralip.
suæ atque agnitionis illustrat. h ¶ Post eum rugiet soni- 9.a.Matt.
tus.) Siue vt alij dixerunt: fremet vox. i ¶ Tonabit voce 12. & Lu-
magnitudinis suæ, & non inue- cæ.11.d.
stigabitur cùm audita fuerit vox
ei9.) Cùm positis in extremo ter
ræ hominibus, deus in memori-
am venerit: ilicò super infirmita
te mortalitatis suæ, gementes ad
eum rugient, sicut propheta ait:
Rugiebam à gemitu cordis mei, Psal.37.b
& tũc hic rugitus faciet sonitum
in affectu orationis, clamantium
ad deum: qui perueniat vsque in
cœlum. Vnde & tonabit eis do-
minus voce præceptorum suo-
rũm, vt timeant à facie ei9. Quo
fragore tonitrui simul agnosce:
quia de9 ante desiderium eorum
inuestigabilis sit & immensus.
k ¶ Tonabit fortis in voce sua
mirabiliter: qui facit magna &
inscrutabilia.) Alij dixerunt: to- E
nabit deus. Deus mirabiliter ope
ratur: quando istud tonitruũ no-
minis sui quo in toto mundo fa-
mæ eius notitia crebrescit: in au
ribus facit animæ personare.
l ¶ Qui præcipit niui, vt descẽ-
dat super terram: & hyemis plu-
uijs, & imbri fortitudinis suæ.)
Niuem candorem gratiæ, quæ per baptismum fidelibus spi-
ritus sancti dono tribuitur, superius diximus posse significa
ri: & exempla illic testimoniorum de scripturis multa pro-
tulimus, de quibus & illud Dauidicum, vbi ait in psalmo:
Niue dealbabunt in selmon: quod est in vmbra. Hoc igitur Psal.67.a
ait, quòd cœlestis, id est deus de cœlo veniens, reges quoque
discreturus sit & separaturus: siue in vmbra sint dealbandi:
vbi hoc mihi significare videtur: quia regeneratio vetustis-
simorum hominum in Christo, obumbrante spiritu sancto
esset efficienda. Hæc igitur gratia, niuis nomine significa-
ta: ex præcepto diuinitatis descendit in terram, quod est
per Iesum Christum venit ad homines: per quam vetustas
nostra instauraretur in melius. Contra hanc gratiam Chri-
sti, tribulationes persecutionũm futuras, in pluuijs hyema-
libus voluit indicare, & propter graues pressuras, hyemales F
pluuias dixit: quas tamen imber fortitudinis spiritus sancti,
esset superaturus, quia eis dictum est: Nõ enim vos estis qui Matt.10.c
loquimini: sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.
m ¶ Qui in manu omnium signat, vt nouerint singuli opera
sua.) In manu, id est, in liberi arbitrij potestate: secundum
imaginem & similitudinem dei, qua homo est à deo condi-
tus & creatus: habet hanc sapientiam veluti quodam signo
diuinæ operationis impressam, vt iuxta liberi arbitrij iudi-
ciũ nouerit vnusquisq; hominũ opera sua: siue vt alij dixerũt,
infirmitatẽ suã nouerit: id est, vt vasa fragilia se subita mor-
te confringi. n ¶ Ingredietur bestia latibulum suum, & in
antro suo morabitur.) Bestiam istam, inuentorem malorum
diabolum non absurdè sentim9: qui idcirco, & singularis fe- Psal.79.b
rus dicit: quia procedit siue superat malitia eius, malitiã om
nium operantium iniquitatẽ. Hæc igitur bestia rationabilis,
ingredit latibulũ suũ, pectus scilicet humanũ: quãdo ex per-
missu iudicij dei, potestatem accipit hominibus dominãdi, &
in antrum quod suũ fecit, sibi cõstituit habitationẽ. Siue an-
trũ vel etiã latibulũ diaboli, oẽs peccatores intelligendi sunt:
duri videlicet infidelitate vel saxei: quos vitijs suis atq; ille-
cebris possidet, & in quorũ cordib9 criminibusq; requiescit.
o ¶ Ab interioribus egredietur tempestas, & ab arcturo frigus.) Non mihi videtur quòd de istius mundi plagis, siue qualitatibus, vel etiam secretis eius motibus dixerit, sed

quemadmodum

G quemadmodum diximus antrum siue latibulum dæmoniorũ,esse humana præcordia:ita hæc interiora cũ ea ingressi fuerint,secreta eorum & abdita intelligamus consilia: vnde in hunc mundum persecutionum tempestates venire credũtur,vt & peccatores cõterant sicut Aegyptios, quibus venit immissio per angelos malos. Et sancti eadẽ tẽpestate tribulationum nimia cõturbentur,sicut q-
2.Cor.1.b dam eorum ait: Grauati sum⁹ supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Frigus quoque ei⁹ infidelitatis immittitur, vt à charitate dei, & calore fidei discedẽtes,in algorem negationis incurrant, quæ omnia immittunt dæmones per ministerium, & sentẽtias principum, & infideliũ potestatũ. Arcturus verò, quia in sinistra mundi est constitutus,aduersariam partem significat: de cui⁹ climate ventus Aquilo gelid⁹ spirat contra meridiẽ. a ¶Flante deo concrescit gelu,& rursum latissimè fundũtur aquę.)Quòd hic dixit flante deo concrescere

a arcturo frigus.Flãte deo cõcrescit gelu,
b & rursum latissimè fundũtur aquæ.Frũ-
c mentũ desiderat nubes, & nũbes spargũt
lumen suum.Quæ lustrant cũcta per cir
cumitum quocunq; eas volũtas gubernã
tis duxerit, ad omne quod præcepit illis
d super faciẽ orbis terrarum:siue in vna tri
bu,siue in terra sua,siue in quocunq; loco
misericordię suæ eas iusserit inueniri.Au-
e scultã hæc Iob:sta & considera mirabilia
f dei.Nũnquid scis, quando præcepit deus
pluuijs, vt ostenderent lucem nubium
g eius? Nunquid nõsti semitas nubium ma
h gnas, & perfectas scientias? Nónnẽ ve-
stimenta tua calida sunt, cùm perflata
i fuerit terra Austro? Tũ forsitan cum eo
fabricatus

H aquas,id est glaciari,& concretas fieri:in psalmo econtrariò
Psa.147.b dicit:Flauit,inquit,spiritus eius,& fluent aquæ: id est resoluentur ac defluent. Sed siue hic flante deo,siue in psalmo flabit spiritus eius,iubẽte deo, siue iubebit spiritus, intelligere possumus. Et quod hic dixit,concrescit gelu: hoc in psalmi superiore versiculo ait: Emittit cristallũ suum sicut frusta panis. Ita autẽ hyemali tẽpore fieri nouimus,vt flante, id est iubẽte deo,nimio frigore densent, vel etiã concrescãt aquæ, & iterum tẽpore aẽris resoluantur. Secundum mysticos verò intellectus in præteritis generationibus ob meritũ suum relinquente deo genus humanum:flatu oris dei & iustitię ei⁹ manante sententia,dũ remouetur ab igne diuino,omnis creatura cõcreta est tanq; gelu,& à vera dei cognitione, frigoris sui immensitate constricta. Nunc verò per gratiã domini &
Acto.17.g saluatoris nostri,sicut ait Petrus apostolus: Tempora ignorantiæ despiciens deus:rursum ab illo algore obliuionis atq; duritia,quæ sicut longi temporis gelu obdurauerat,charitatis dei igne soluuntur aquæ populorum, vt fluant & recurrant ad deũ. b ¶Frumentũ desiderat nubes.)Hoc est frumen-
Matt.13.c. tum,de quo dominus in euangelio ait per parabolã, dicens: Colligite zizania in fasciculos ad comburendũ: triticum autem congregate in horreum meum. Proinde hoc viuum frumentum,doctores quosq; ecclesiæ: qui velut nubes portant
I aquas euangelij,audire desiderat:sicut & illi qui erãt de hoc
Act.14.d. frumento dominico,habitantes Antiochiæ Pysidiæ:rogabãt Paulum & Barnabã,vt loquerent eis verbũ dei, quod fecerũt apostoli suadentes permanere in gratia dei. Cornelius quoq;
Acto.10.f. ad Petrũ ait:Nũc ergo oẽs nos in conspectu tuo assumus,audire omnia quæcunq; tibi præcepta sunt à dño. Et Moyses
Deut.32.a ait:Excipiat velut pluuia eloquium meũ: & descendant sicut
1.Cor.3.b. ros verba mea. Vnde & Apostolus ait:Ego plantaui, Apollo rigauit,sed deus incrementũ dedit. Hæc nubes potest & ipse dñs,id est,assumptus homo in deũ intelligi, sicut propheta
Esaiæ.19.a prænunciauit,dicẽs: Ecce descendet dominus in nube leui in Aegyptum:per quẽ diuina gratia & doctrina cœlestis,mundo effundenda prænunciabatur. Et pulchrè nubes leuis dicitur:siue quia ipse saluator peccatum non fecit agnus dei:siue quia virgo Maria mater dñi, non est virili semine aggrauata,leuis nubes est dicta. c ¶Et nubes spargunt lumẽ suum &c.)Lumẽ vtiq; euãgelij,prædicationũ coruscatione mittẽtes:lumen euãgelij spargunt supra corda credẽtiũ. Alij verò interpretes dixerũt:Et ipsa per circumitũ vertitur in gubernaculis,ad operãda omnia quæ mãdauerat eis. Hæc sunt igit
Mar.16.d quæ mandauit,& præcepit cæteris nubibus suis dicens:Ite in vniuersum mundũ,prædicate euangeliũ vniuersæ creaturæ. Proinde quasi vento spiritu dei,quo vt nubes agebãtur, prohibiti sunt ire Bythiniã, & de Iudæa Romã illis trãsire pręceptum,& ita sicut ista ædificio continet,orbem vniuersum lu K
strãtes circũierunt. d ¶Siue in vna tribu,siue in terra sua, siue in quocũq; loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.)
Hoc est quod ipse dñs ait in euangelio: Eritis mihi testes in Acto.1.a.
Hierusalem & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ: vbi illud pręcipuè intuẽdum est, quod ait: In quocũque loco misericordiæ suæ iusserit inueniri: vbi per gratiam Christi,atq; pietatis suę misericordiam, significauit ad fidẽ reuocandos. e ¶Ausculta hęc Iob: sta & considera mirabilia dei.)Admonet Heliu vt sacramẽta in Christo & ecclesia adimplẽda,Iob aure cordis diligenter intendat, & in mentis suæ specula constitutus: vbi etiam vigilantia contuendi docetur stare: considereret miraculorũ dei futura mysteria, quæ per nubes rationales operaturus sit. f ¶Nunqd scis quando præceperit deus pluuijs, vt ostenderent lucẽ nubiũ eius?) More prophetarũ pro factis futura commemorat. Pręcipit igit deus pluuijs euãgelicis,vt nubium suarũ lucem, id est, sancta L
opera sua doctores per infusionem fidei demõstrarẽt,& hæc ad illuminandos homines misericordia cœlestis operatur.
g ¶Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?)Hic dum dicit perfectas scientias, de rationalibus se nubibus euidenter ostẽdit dicere,& prædicatorũ vijs,& subtilium sensuum semitis. Dic mihi quæso:si cognoscere potuisti,quæ semitæ in nubibus sunt magnæ & perfectæ scientiæ?Figurabat hæc dicendo,apostolicas nubes: quarũ vna citissima nubes ait ad saluatorem:Tu es Christus filius dei vi- Matt.16.b
ui:quæ quoniam suspensa à terra,& proxima erat cœlo: respondit ei dominus:Hoc tibi non reuelauit caro & sanguis: sed pater meus. Alius verò Apostol⁹ tanq; nubes plena aquis perfectæ scientiæ,à tonitruo euãgelij copiosum imbrem effundit ita dicens: in principio erat verbũ &c. Quo validis- Ioan.1.
simo tonitruo vbiq; resonante:vt omnem terram ad fidẽ religionis tremore concuteret:alius in Iudæa per iteratam natiuitatem exortus: velut parua nubecula ita creuit, & flante spiritu dilatatus est:vt pluuias mysteriorum,à seculis secretorum perfectæ scientiæ, vsque in Illyricum spargeret, aliasq; totius mundi regiones largis effusionibus irrigaret. Et hinc est vt aliqui eorum appellarẽtur filij tonitrui:alius ve- Marc.3.b.
rò diceretur filius suspendentis aquas. h ¶Nónne vestimẽta tua calida sunt,cùm perflata fuerit terra Austro?)Alij M
dixerũt, tua stola calida est. Hoc quidẽ verum est:quòd meridianus ventus sit calidus, quo flante etiam vestimenta hominum,vel corporum,quæ animarum vestimenta sunt,concalescunt.Sed quia nubes, homines sanctos, veritas prophetiæ nos intelligere compulit,ventum calidum à meridie spirantem:feruentem fidem,vel gratiã spiritus sancti ardẽtem, & clarius illuminantem intelligamus, vel ipsum dominũ nostrum,de quo legimus:Deus ab Austro veniet: quo ratio- Habac.3.a
nem terram perflante, virtutes animi,quæ sunt vestimenta interioris hominis,inardescunt:& ideo vestimẽta appellantur,quoniã ipsi qui eis vtitur,pulchram ãnimã faciũt & decoram. Et ob hoc hortatur Apostolus dicens:Fratres induite Collos.3.b
vos sicut electi dei & dilecti,viscera misericordiæ,benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, & cætera: Et hæc igitur ab Heliu,sicut & alia,spiritu prophetiæ dicũtur.
i ¶ Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos &c.) Hæc ab Heliu iuxta literam in iniuriam Iob per ironiam dicuntur. Hæc igitur prima fronte intellectus huius dicta sint. Nunc verò secundum prophetiæ spiritum, sensum mysticum persequamur: vt cœlos scripturas sanctas intelligamus, quæ de cœlo data sunt hominibus: quarum perpetuitatem ex æris soliditate voluit demonstrare. Sed dicit quispiam: quomodo æternæ erunt scripturæ diuinæ, si mundus

certo

A certo fine,deo denunciante, eſt terminandus? ſic enim ait in
Mat.24.c euangelio: Cœlum & terra tranſibunt. Verum eſt quidem quòd librorum pelliculæ cum ipſis literis abolẽdæ ſunt: ſed quia ſubiungit dominus,verba verò mea nõ prꝛeteribũt:proculdubio quod eiſdem apicibus pollicetur,erit æternũ. Hos igitur cœlos,ait Heliu,in quibus eſt diuinitatis ſecreta diſpoſitio: tu forſitan cum deo velut ſimili pollens ſapientia, fabricatus es, quos deus ætern⁹ ante mundi cõſtitutionem præfiniuit quandoq; erumpere in corpora literarum, qui in illo æternaliter erant:non iam exiſtentes, ſed ipſi ſoli præſcientiæ ſuæ luce conſpicui. Et cœlos, ſanctos angelos nõ abſurdè ſentimus:qui propter cœlorũ habitationem, rectiſſimè cœli dicuntur,& ſunt velut æs æternitate ſolidati. De quibus pſalmiſta
Pſal. 113.d ſingulari nomine ait: Cœlũ cœli domino. Secũdum tropicum intellectũ, cœli, ſancti omnes propter cœleſtem conuerſationẽ: & propter prædicationem mandatorum cœleſtium nuncupantur.
B Heliu autem ſi prophetiæ ſpiritum habuit: ſecundum hunc intellectum quem diximus, potuit contemplatione mentis ſuæ, hæc in Chriſto reuelãda cognoſcere:& alijs modis,quibus videtur cœlorum nuncupationem ſenſiſſe,licèt hoc ipſum in irriſionem ſancti Iob dici non debuerit. a ¶Oſtende nobis, quid dicamus illi. Nos quippe inuoluimur tenebris.) Inſultantis verbum eſt,& exprobrantis,oſtende nobis: cùm illud verum dicat:ſed ad comparationem ſcientiæ ſub ignorantię tenebris commanẽt. Nam quomodo à ſancto Iob diſcere inquirit,quem in verbis ſuis reprehendit & reprobat? Oſtẽde, inquit,ô Iob,ſi aliquid amplius,& melius noſſe te arbitraris: quoniam nos grandis ignorãtiæ atq; inſcientiæ tenebris detinemur.Certum eſt ergo quòd Heliu deridẽs Iob atq; ſubſannans hæc dicat. b ¶Quis narrabit ei quę loquor?Etiã ſi locut⁹ fuerit homo,deuorabitur.)Dixi tibi quidem ô Iob, vt oſtenderes mihi quid loqui poſſem: ſed hæc ipſa quæ de deo dico:quis ei auſus eſt loqui?Certè ſi locutus fuerit quiſpiam,quod ei omnino non expedit:pro hoc ipſo peccato temeritatis,& irreuerentiæ deuorabitur, vt hic Heliu ait. Ita
Pſa.140.b in pſalmis legimus: Deuorati ſunt iuxta petram iudices eo-
C rum: vbi intelligitur peccato diffidentiæ deuoratos atq; abſorptos iudices populi Iſraëlis in eremo: qui non crediderunt quòd poſſent de petra, aquarum flumina virtute diuinę promiſſionis educi. c ¶At nunc non vident lucem. Subitò aër cogetur in nubes:& ventus tranſiens fugabit eas.) Ita infœlicitate huiuſmodi excæcati ſunt: vt fiãt quẽadmodum aër quando craſſeſcit in nubes:& ita in iuſto iudicio dei velut venti in impetu auferentur: ſicut impij quos deijcit ventus à facie terræ. Alij dixerunt: omnibus autem non eſt viſibile lumẽ,quod fulget in nubibus & ſpiritus tranſit & fugabit eas. Hic myſticum neſcio quid locutus eſt,quod iam non omnibus reſplendet illuminatio euangelij. His vtique nõ reſplendet, quorum ſenſus excæcauit deus,vt non videant lumen euangelij gloriæ Chriſti: qui eſt imago inuiſibilis patris. Hic igitur ſpiritus iuſtæ ſentẽtiæ dei, fugabit eos à cœtu beatorum:vt non videant lumen euangelij gloriæ Chriſti.
d ¶Ab Aquilone aurum venit: & à deo formidoloſa laudatio.) Audiui quendam ita dicentem, quòd æſtatis tempore ſole in Aquilone naſcente aurora ardẽtior rutilat: ita vt ipſe ſol colorem aureum præferat:& inde Heliu loqui videatur aurum venire: id eſt,mundo flammeam rotam Solis obꝛiri: & ſuper hoc præclarum ſydus ſit ad deum hominibus formidoloſa laudatio. Nos autem aurum ſanctos intelligimus,qui ſecundum ſpiritualem ſenſum ab Aquilone diabolo,ſanguine domini redimuntur. Hoc igitur modo venit ad D
deum cœtus ſanctorum cum tremore laudantium eum: ac ſibi cum quadam formidine, incredibile arbitrantium,quòd potuerunt de hoſte grauiſſimo liberari. Quotidie quoque examinationibus velut aurum flammis tentationum excoctum, de fornace mundi iſtius eruuntur. Alij dixerunt, ab Aquilone nubes coloris aurei: in his eſt magna gloria & honor omnipotentis:non inuenimus ſimilitudinem virtutis eius. Ita enim ſanctos homines,qui ſunt nubes dei, tentat frigor Aquilonis, vt eos precioſos,& igne charitatis rutilos reddant. Et idcirco magna gloria domini & honor omnipotentis eſt. Nõ inuenitur alius ſimilis virtutis eius,qui tanta bona ex rebus contrarijs ſperet.
e ¶Dignè eum inuenire nõ poſſumus. Magnus fortitudine,& iudicio,& iuſtitia &c.) Quoniam, inquit, ſicut fortitudine magnus & potens eſt deus: ita iudicio & iuſtitia verus eſt,& enarrari non E
poteſt. Idcirco ſicuti eſt, à creatura ſua quæ adeo imbecillis eſt & infirma,nõ poteſt inueniri:propter quod magni viri atque cordati non præſument ſcrutari incomprehenſibilem, neque contemplari inuiſibilem conabũtur. Hoc autem totum in ſancti Iob exprobrationem dicitur:qui dixerit ſe à deo,ſine vllo iniquitatis merito flagellatum. Alij dixerunt, qui iuſtè iudicat non putas audire eum, propterea timebunt eum homines: timebunt quoque & ſapientes corde:hoc inquiunt,quia deus iuſtè iudicat:apud quẽ Actо. 10.e
non eſt perſonarum acceptio. Omnes ſapientes & idiotæ cõſiderantes ſemetipſos,timebunt eum:ſcientes quia ſecũdum modum iuſtitiæ ſuæ vltor iniquitatum eſt: exaudiet enim iniqua patientes.

Caput XXXVIII.

f ¶Reſpondens autem Iob domin⁹ de turbine dixit.) Sermone terribili,& increpatiuo arguendus Iob:reſponſum à domino accepit:hoc enim ipſum quod de turbine dicitur:ad terrorem pertinet obiurgationis:quòd eſſet vt dixi increpandus à dño. Dixerat enim Iob ſe iuſtum iniuſte à domino caſtigatũ:de turbine ergo dñs ait: g ¶Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonib⁹ imperitis?) His verbis amouetur Heliu cum ſuis confuſis atq; permixtis diſputationibus contra Iob:vbi dei verba videntur intelligi. Et ſi F
tu ô Iob loquendo talia in me,delicta aliqua commiſiſti: iſte quis eſt qui te audeat redarguere: præſertim cùm ad increpandũ non ſit idoneus qui velut melior obiurgare te debeat? Amoto igitur Heliu de medio cum imperitis eius ſentẽtijs, cõuertit ſe dñs ad Iob & ait ei:vt ad increpationem eius audiendam ſe præpararet,dicẽs hoc modo: h ¶Accinge ſicut vir lũbos tuos: interrogabo te,& reſpõde mihi.) Omnis igitur qui cum deo eſt locuturus,lumbos prius caſtitate iubetur accingere. Populus etiam legem auditurus, & paſcha celebraturus in eremo:lumbos mentis iubetur accingere: ne fluctuantes ſinus carnalium cogitationum, greſſum ſanctæ conuerſationis impediant:vel ſuper lumbos noſtros corporeos veſtimenta præcingimus. Dicendo ergo: i ¶Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ.) Deo reſpondere non potuit: quaſi hoc modo loquitur ei deus. Tu igitur Iob, qui circa vnum homunculum iniuſtè me arguis operari:vbi eras cùm ego mundum quem ex nihilo feceram gubernaram: & cùm omnem creaturam moderatione iuſtitiæ regam: in te eram iniuſtitiæ aliquid acturus? Hìc deus hoc ſermone ſub animalium, auiũmque nominibus, magna & valde obſcura, & eccleſiæ ſacramenta contexit. Deus ergo ſecundum myſticos intellectus in prædeſtinatione Apoſtolos præcipuos ſanctos eccleſiæ fundamenta conſtituit: ſicut ait

Apoſtolus:

fabricatus es cœlos:qui ſolidiſſimi, quaſi
a ære fuſi ſunt. Oſtende nõbis,quid dicam⁹
illi,Nos qppe inuoluimur tenebris. Quis
b narrabit ei quæ loquor? Etiam ſi locutus
c fuerit homo,deuorabitur:at nũc nõ vident lucem. Subitò aër cogetur in nubes:
& ventus tranſiens fugabit eas. Ab Aq-
d lone aurum venit: & à deo formidoloſa
e laudatio. Dignè eum inuenire non poſſumus. Magnus fortitudine & iudicio & iuſtitia,& enarrari nõ poteſt. Ideo timebũt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes.

Caput XXXVIII.

f ¶Reſpondens autẽ dominus Iob de
g turbine,dixit: Quis eſt iſte inuolues ſentẽtias ſermonib⁹ imperitis? Accinge
h ſicut vir lũbos tuos:interrogabo
i te:& reſpõde mihi. Vbi eras quãdo ponebã fundamenta terrę? Indica mihi ſi habes

Epheſ.2.d G Apoſtolus:Superædificati,inquit,ſuper fundamenta apoſtolorum & prophetarum.Siue vt alij dixerunt:vbi eras cũ fundarem terram:id eſt,cùm eccleſiam de terra humanigeneris congregatã,virtute fidei ſtabilirem. a ¶ Quis poſuit mẽſuras eius ſi noſti:vel quis tetendit ſuper eam lineã?) Virtutem ſuam deus & potentiam mẽſuras q̃,& mundi conditionẽ deſcribit: ſuper quem lineam boni rectiq; operis ſui tetenderit.Aliter:menſuræ eccleſiæ ſunt à ſolis ortu vſq; ad occaſum:in qua adhuc mẽſuræ intelligi poſſunt, equalitas & plenitudo trinitatis: cui eccleſiæ dicitur per prophetam:In exortu eius dilata locum tabernaculi tui,& pelles tabernaculorum tuorum extẽde,ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida: ad dextrã & ſiniſtram penetrabis:ſemen enim tuum gentes hæreditabit:& ciuitates deſertas inhabitabit. Super has igitur menſuras locorum omnium:vniuerſum mundum rectæ fidei tetẽdit:vt eſſet omnibus in Chriſtum credentibus labium vnum: hæc ergo myſteria ante ſecula conſtituta, lob quippe qui dũ H non eſſet,ſcire non potuit.Siue menſuras eccleſiæ,diuerſitates gratiarum rectè intelligimus,quas Apoſtolus diuiſiones ſpiritꝰ appellauit:qui ita cùm de diuerſis gratijs diceret, ait: 1.Cor.12 b Hæc autem omnia operatur vnus atque idem ſpiritus,diuidens vnicuique pro vt vult:Item ait,vnicuique autem noſtrũ data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Per has igitur gratias intẽſio eſt contemplationis,velut linea rectè credẽtium in deo:ſicut dicitur in Actibus apoſtolorum. Acto.4.f. Erat illis cor vnum & anima vna in deum. b ¶ Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt?) Vnde potuit creatura rationalis & ſapiens,opus creatoris antequam eſſet ipſa cognoſcere:cũ etiam nunc vix poſſet aliqua ex operibus eius ſenſu attingere. Aliter,ſuper quo baſes terræ eccleſiæ ſolidè ſtabiliuntur, niſi ſuper Chriſtum petram,qui eſt principium fundamentorum eius. Baſes autem eccleſiæ, ſunt ſancti quique potẽtes & fortes:à quibus eadem ſuſtinetur & regitur. Alij dixerũt, ſuper quo circuli eius fixi ſunt:vt intelligamus pondus roboris mundi ſecundum illum ſenſum eſſe :quo pſalmiſta de Pſal.92.a. hoc loquitur,dicens:Etenim firmauit orbem terræ,qui non commouebitur. Circuli enim rotundi figura,eſt figuris cæteris pulchrior. Nam circulus ex omni parte ſibi eſt congruus & æqualis:totuſq; per ſemetipſum ſolidus vadit:& inter oculorum aciem,per ſuum infinitum habitum : quia ſine vllo fine ſemper in ſeipſum recurrit,& inexplicabiliter ducitur. I Hic igitur ſignificare mihi videtur hominẽ in nullo ſibi aduerſantem,neque ſe ex parte aliqua oppugnantem, quales eGalat.5.c. runt in futuro beato ſeculo:tunc enim caro non concupiſcet aduerſum ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem . Quanuis huius pacis beatitudinem etiam in hoc ſeculo nonnulli ſancti ex parte præſenſerint:non quidem nullam interioris exterioriſq; ſe in ipſis ſentiendo diſcordiam , ſed hoſtilem vitiorum exercitum reſiſtentibus fortiores ſuperando virtu1.Reg.1.a. tibus:vt Helcana pater ſancti Samuelis vir vnus dictus eſt: Sic itaque totus in ſe erit ſibiq; conueniens : & immobiliter in illa gloria ac ſine fine conſiſtens. Hi igitur circuli figurati per dilectionis dei copulã,ligno crucis affixi ſunt:& vnuſRom.8.g. quiſq; eorum dicit:Confido enim,quia neq; mors neq; vita, & cætera. c ¶ Aut quis demiſit lapidem angularem eiꝰ.) Hic lapis angularis Chriſtus, qui à deo patre poſitus eſt in fundamento terræ dominicæ:ipſe eſt enim nõ ſolum fundamentalis,ſed & angularis:in quo duo populi, ludæorum vPſal.117.c delicet,& gentium continentur. De quo & pſalmiſta ait: Lapis quem reprobauerunt ædificantes,hic factus eſt in caput Ephe.2.d. anguli:Et Apoſtolus ait:Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu in quo omnis ſtructura compaginata creſcit in templum ſanctum. Hunc igitur pater demiſit in terrã vt in fundamentum poneretur. d ¶ Cùm,inquit,laudarent ſimul aſtra matutina,& iubilarẽt omnes filij dei?) Demiſſo itaque

a habes intelligentiam. Quis poſuit menſuras eius ſi noſti : vel quis tetẽdit ſuper
b eam lineã ? Super quo baſes illius ſolida-
c tæ ſunt? Aut quis demiſit lapidem angu-
d larem eius,cùm mẽ laudarent ſimul aſtra matutina , & iubilarent omnes filij dei?
e Quis concluſit oſtijs mare,quando erũ-
f pebat quaſi de vulua procedens:cùm pónerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem.

in fundamentis Sion lapide precioſo.qui eſt ſecundus homo K de cœlo cœleſtis,laudauerũt,inquit, me ſimul aſtra matutina,& iniubilarunt omnes filij dei. Aſtra & filij dei angeli intelliguntur:qui in natiuitate ſaluatoris exultauerunt : Sicut ait angelus ad paſtores.Ecce euangelizo vobis gaudium ma Lucæ.2.b gnum: quia natꝰ eſt ſaluator,qui eſt Chriſtus dominus,in ciuitate Dauid. Itẽ euangeliſta: Et ſubitò facta eſt cum angelo multitudo, & cætera. Ideo autẽ angeli aſtra matutina dicunt,quia inter creaturas rationales primi facti ſunt in die qui eſt Chriſtus, & filij dei ſunt:nõ ſunt filij tenebrarũ:ſicut illi qui de eorũ numero collapſi ſunt,facti nõ ſolum filij tenebrarum:ſed etiã rectores tenebrarũ, id eſt,hominum peccatorũ. Tũc voce magna,ſicut ſupradictũ eſt, laudauerunt me omnes angeli mei . Quemadmodũ in illius ouiculæ humani generis ſalute laudantes deum gauiſi ſunt. Item aſtra matutina omnes filios eccleſię non abſurdè ſentimus:qui per baptiſmum renaſcuntur Chriſto: ſicut ait Apoſtolus ad eccleſiam ſcribens:Omnes vos eſtis filij per fidẽ in 1.Theſ.5.a Chriſto Ieſu. Hi ergo proptervigiliam matutinã,in qua dominus reſurrexit,aſtra matutina dicũtur : vel pro incipiente L eis gratiæ nouo lumine:vnde & Neophyti nuncupantur.

e ¶ Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens.)Cùm in conditione mundi aquæ omnem terram operirent,& tenebrę eſſent ſuper faciem abyſſi:tunc ſecundum fidem libri Geneſeos,præcepit deus die tertio, vt Gene.1.a. omnes aquæ in locum vnũ congregarentur: Quibus etiã terminum finemq; impoſuit:ne ſe foras limites ſuos: ad operiendam terram rurſum effunderent. Vulua de qua mare ,pcedebat κατοχικῶς ipſam terram ſubiacẽtem poſſumꝰ intelligere,vt de ea & in ea aquã creatam à deo eſſe credamus. Duas enim partes mundi magnas,cœlum & terram deus ex nihilo fecit:& ima earum de materia informi : cæteras autẽ creaturas diſtinctas ſiue formatas inſtituit,inter quarũ creationem,& aquas credimus factas:quarum quidem conditionem,in principio Geneſis ſcriptam non legimꝰ : aliarum verò penè omnium factura in libris dominicis recenſetur:licèt & de ipſo mari factus Dauid dixerit, cùm de beato viro loqueretur:Spes eius in domino deo ipſius,qui fecit cœlum & Pſa.145.a terrã,mare & omnia quæ in eis ſunt. Hunc ergo maris proceſſum,effuſionem aquarum dicere mihi videtur: qui de occultis venarum terræ finibus emanabat,& operiebat omnem faciem terræ.Quod in diluuio manifeſtius factum legimus: vbi dicitur:Et omnes fontes abyſſi magnæ erupti ſunt. Pro- Gene.7.b inde vuluam maris,terrę ſinum dictum exiſtimo, vt mare de M eadem progenitum nouerimus.Sed dicit aliquis : Ego aquarum moles cœlo & terræ dico eſſe congenitas, & ſimul creatas. Denique de aquis quemadmodum & de terra fecit deus ſiue produxit cæteras creaturas.Si ergo hoc opinionẽ iſtam confirmat:vt ideo & aquæ ex nihilo creatæ dicantur,quia & de ipſis alia & alia in ipſis iubẽte deo quàm pluríma animãtia proceſſerunt:de cœlo quid dicemus, quod eſt pars mundi præſtantior:de quo non legimus, quòd ex eo quaſi de informi materia aliquid procreatũ ſit . In quo etiam,quod ad maiorem decoris eius pertinet pulchritudinem, ſtellas ac diuerſos aſtrorum globos deus fecit,ordinauit, & compoſuit. Et iuxta hanc aſſertionem,meliora erunt maris & terrę elementa:q̃ cœlum,cuius ornatum pulcherrimum admirantes ſuſpicimus: quoniã præcellit vel maximè cæteras creaturas. f ¶ Cùm ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pãnis infantiæ obuoluerem.)Cùm ergo ait, magnũ ſit mare latitudine,& longitudine & profundo: per fortitudinem tamen potentiæ meæ illud velut paruum elementum, nube tanquã veſtimento contexi & caligine, modicis videlicet & vilibus rebus operui,quæ aſſimilantur pannis infantię. Et quia mare ſuperius diximus quaſi de vulua procedere:ſeruans trãſlationem nominis,ipſum mare velut paruulũ procreatum

A creatū:tanq̄ pannis infantię ait caligine obuolutū:siue vt alij dixerūt,& nebula obuolui illud. a ¶ Circūdedi illud terminis meis,& posui vectem & ostia &c.)Termini isti, diuini sermones sūt:qui sentētia immobili,velut termini defixi intelliguntr:hoc ipsum est & illud quod sequit,deo dicēte: posui vectē & ostia. Aliter,quis conclusit ostijs mare:Seculū hoc scripturæ diuinæ frequēter mare appellāt: vt etiā sanctus Dauid ait:

Psal.103.c Hoc mare magnū, & spaciosum
Psal.106.c manibus. Item:Qui descēdūt ma
Habac.3.d re in nauib⁹.Et Habacuc: Misisti
Esa.72.a. in mare equos tuos. Et Esaias:Occidit cetū qui in mari est. Proinde hoc mare præceptis diuinis, velut quibusdā limitibus sacrorū eloquiorū cōcluditur: vt de vtero cordis sui, ibi cogitationibus velut ex semine,curas atque illecebras mundiales voluptatū, & delectatione cōcipiebat: iā non in opus quasi parturiendo erumperet:seq̄ effunderet in diuersa facinora perpetranda. Et ideo cùm vidisset propheta mundum credentem deo,hoc

Psal.73.c. bonum in se continentiæ possidere,gratulās ait ad deum:Tu cōfirmasti in virtute tua mare. Mūdum dico fidelem sanctæ

B ecclesiæ populum:qui mare specialiter dicitur, & habitat in

Ioan.3.b. hoc mūdo. Et iste est ille mundus fideliū:de quo dñs ait: Sic enim dilexit deus hūc mundū: vt filium suum vnigenitū daret pro eo. Est & mundus incredulorū: de quo similiter dñs

Ioan.15.c. ait ad discipulos suos:Si mundus vos odit:scitote quia priorem me odio habuit &c. Sic itaq̄ duos mundos populorū in hoc corporali,& in animali mundo dicimus habitare: qui & duo maria secundū exemplum superius positū dici possunt, ab hoc scilicet mari aquarū metaphoricōs nomē accipiētes, quia & dom⁹ bona siue mala,& ciuitas optima,siue pessima. Mare verò tropicōs dicunt populi fluctuantes,qui in hac vita inquieto motu incertoq̄ iactantur. Cùm ponerē nubē vestimentum eius,& caligine illud velut pānis infantiæ obuoluerē. Nubem omnia operientem spiritum sanctū,creaturis

Gene.1. omnibus infusum ac superfusum accipiamus,de quo ait:Spiritus dñi superferebatur super aquas. Caligo autē quicquid est inane trans mundū:vbi leuitas est,id est, retro defect⁹ intelligi potest. Moraliter autē iuxta authoritatem scripturæ, nubes sunt vnusquisq̄ veritatis annunciator. Horū igit verbis consolatorijs atq̄ doctrina,rorādo desuper,ait dñs, mundum fidelium ab æstu tentationum protexi, eiq̄ vmbram su prà promissione æternæ beatitudinis præbui: hoc est, vestimentum per sanctos meos ministros euangelij ei super mare populorū expandi: ne videlicet infideli caumate torreretur. Quod etiā mare populorū intra prædicationem perfectam

C euangelij positū,propter morum infantiā in quibusdā lactea doctrina,velut vilioribus vestimentis operitur, eo quòd sacratiora mysteria nō valeant intueri:quę sunt eis intelligentiæ inuoluta caligine. Circūdedi illud terminis meis: & posui vectē ostia. Hucusq̄ venies & non procedes ampli⁹:& hic cōfringes tumentes fluctus tuos. Terminis,inquit deus,mandatorum meorum,prædictū mare,intra vnius fidei cōfessionem cōgregaui atq̄ cōclusi, & ad condensandum se,fortissimum illi vectem charitatis oppositi: ostia quoq̄ infidelitatis obstruxi:vt quātalibet tempestatum ac persecutionū violentia,defixos obedientiæ limites trāscendere cōpellatur:Nunq̄ charitatis meę circunsepta trāsiliat:cui dixi:Hucusq̄ venies, & non procedes amplius,& hic confringes tumentes fluctus tuos. Id est,si qui fortè cogitationum malarū fluctus te intra pelagus tui cordis exagitant: vētusq̄ validus pressurarum te funditus cōmouere pertētat,de statu quoq̄ tuo in aridā siccitatem,velut in arenas steriles impellat: Hæc munimēta fidei,& charitatis meæ caue ne trāseas: & ita fiet vt minarum vēti insurgētis allisi i petra validissima dissoluāt. b ¶ Nūquid post ortū tuum præcepisti diluculo &c.) Hoc dñs ait ad Iob quòd cōditarū ac secretarum rerū suarum per gyros suos recurrentes ad ordinata loca,redire quotidie ipse dispo nat:& idcirco Iob arguitur:qui deū factorē, & gubernatorē

a uerem. Circūdēdi illud terminis meis:& posui vectē & ostia,& dixi: Vsq̄ huc venies:& non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Nūnquid post ortum tuum præcepisti diluculo: & c ostendisti auroræ locum suum: & tēnuisti concutiens extrema terræ: & excussi-
d sti impios ex ea? Restituetur vt lutum signaculum: & stabit sicut vestimentum. Auferetur

rerum omniū diceret nullo moderamine æquitatis operatū:& quasi ita dicēs ait ei:Tu q̄ valde sapientē te arbitraris, & quasi coæqualis lucē meā fueris fabricatus, & de meis iudicijs disputare posse credis:si elementa astrorū præceptum impleant creatoris,te forsitan disponente ministerij sui pergūt cursum:cùm ista prius quàm tu in Adam per me existeres sint creata. Aliter: Hoc diluculū saluator noster est: qui & sol iustitiæ appellat. Ipse calore fidei & splendore gratiæ suæ, ecclesiam mundum scilicet rationalem illuminat. Igitur nunqd tu Iob præcepisti huic diluculo,vt oriret de cœlo,resplendens his q̄ sedebant i tenebris & vmbra mortis:quēadmodū ergo tu Iob post initiū tuū præcipere nō potuisti æternis,vt mundo in errorū tenebris constituto esset diluculum: ita nec post mortis occasum eius,resurrectionis & locū gloriæ eius in dextra patris sui ostendere potuisti:quē post mortem quā spōte susceperat, ad me iterum reuocaui. Sicut ip- Ioan.16.g.
se dñs Iesus ait in euāgelio:Si ergo videritis filium hominis ascendentē vbi erat prius. c ¶ Et tenuisti cōcutiens extrema terræ &c.)Potest hæc terra ecclesia intelligi:de cui⁹ fun E
damentis dñs superius dixit:de qua in extremis terrę:id est, in nouissimo seculo excutiendi sunt peccatores: ita ipse dñs ait:Ecce mandabo, & concutiā in omnibus gentibus domum Amos.9.c
Israēl,sicut cōcutit triticum in cribro. Deus ergo qui secūdum prophetā mensus est aquas pugillo, & cœlos palmo pō- Esa.40.c.
derauit,& tribus digitis terrā appēdit,ipse pro magnitudine vtraq̄ manu tenens margines terræ:quasi cribrū huc atq̄ illuc cōcutit,siue excutit tanq̄ vestimentū:vt impios velut paleas,& lolium excutiat à frumento iustorū. Proinde hæc omnia operātis nō solū fortitudo, verūm & iustitia demōstrat: & inde est quòd sancto Iob dñs cum increpatione loquitur: quare dixerit innocēti sibi pœnā acerrimæ tentationis illatam. Secundū moralē verò sensum intelligentiæ loci hui⁹,vt æstimo facilior exitus est:vt terrā interpretemur naturā humanam:quia ab humo homo dictus est: & extrema sint, sanctorum vita:quia in carne positi,sine carnalib⁹ illecebris viuunt. Et ideo in extremis terræ dicuntur:de terrenis actibus euntes,nō in medio tanq̄ in tota carne viuentes. Hæc igitur extrema,siue fines terræ in manu dñi sunt: sicut ait prophe-
ta:Quia in manu eius sunt oēs fines terræ: quos hic ait dñs Psal.54.b
se tenere atq̄ cōcutere,vt tremāt à facie eius,sicut de eo propheta ait:Qui respicit terrā,& facit eā tremere. Et ita de ter Psal.103.d
ra eorū excutit impios:quos vtiq̄ execrandos mores intelligimus vitiorū. Excutit ergo dñs à sanctis suis huius mundi impios:quādo eos ab illis purificatos,cōstituit innocētes. De F
talibus impijs,& peccatoribus propheta dicebat: In matuti- Psal.100.b
no,id est,in cognitione scientiæ dei,fidei in me lucerna nascēte,interficiebā oēs peccatores terræ,vt disperderem de ciuitate dñi:qualibet vtiq̄ anima sancta,oēs operantes iniquitatē. Siue in nouissimo tenebit deus mundū, quasi reū ad iudicium suū:quo tēpore extrema etiā terrarum,cōscientię tremore quatiant,vbi minimos quoq̄ in extremis terræ intelligere possumus,qui & ipsi iusto iudicio dei,vt superbi & impij de terra mansuetorū excutiendi sunt: Beati enim mites: Matt.5.a.
qm̄ ipsi possidebunt terrā. d ¶ Restituet vt lutū signaculum &c.)Signaculū istud,anima hominis intelligitur,quę ad imaginē dei facta est. Expressa est in ea similitudo bonitatis dei,omniumq̄ virtutū decus. Hoc igitur signaculū imaginis dei & similitudinis, per Adæ peccatū attritū fuerat & obliteratū,& rursum per Christū iterata impressione restituet. Quod signaculū nunc quidem per fidē,& baptismi gratiam renouat: & vita meliore, menti insculpetur. Sed in resurrēctiōe totū omnimodo restaurabit: quādo sicut humani corporis lutū in incorruptiōe reparabit: ita & anima cum eo pariter vestimento immortalitatis, velut stola gloriæ vestiet: Vt quēadmodum ipsa gloria, & icorruptio immortalitatis, id est,Christus manet inæternū:ita & is qui ea indut⁹ fuerit,

G glorioſus ſine fine pmaneat. De quo veſtimento reſpiciẽs ad
1 Cor.15.g lutũ carnis ſuę, Apoſtol⁹ ait: Oportet corruptibile hoc iduere incorruptionẽ, & mortale hoc induere imortalitatẽ. Hoc tñ diligenti⁹ eſt intuendũ: q̃ in ſcripturis diuerſo intellectu veſtimẽta dicunt. Veſtimentũ ergo aliq̃n dicit ipſum corp⁹ noſtrũ: quo anima velut amictu, circũdat: ſicut ꝓpheta ait ad ani mã peccatricẽ: Operiet iniquitas tua, veſtimentũ tuũ. Itẽ veſtimenta, ſunt animę virtutes, qbus eadẽ anima cõponitur & ornatur. De quibus propheta ait ad iuſtũ mi
Eſa.58.b. ſericordias operantẽ: Tunc erũpet matutinũ lumen tuum, & veſtimenta tua citò orientur. Et q̃m hæc veſtimenta viua ſunt, & rãtionabilia: nõ fient tibi, ſed orientur in te. Et peccata aliquando veſtimenta nũcupant: vt Zacharias propheta: Et
Zach.3.a. Ieſus erat indutus veſtimentis ſordidis. Dixit angelus ad eos q ſtabant corã ſe, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo: dixit ad eum: Ecce abſtuli iniquitatẽ tuã. Suprà diximus veſtimentũ eſſe gloriã imꝰortalitatis: cuius luce quæ nunq̃ deficiet, homo eſt æternaliter veſtiendus. Alij interpretes ita dixerunt: Et tu ſumẽs terræ lutum, figuraſti hominẽ, & famoſum eum poſuiſti ſuper terram: id eſt, creaturis omnib⁹ prę-
H eminentẽ. Dum hæc dñs ad Iob loquit: vehemẽter arguitur: Secundũ autẽ myſticos intellectus, obũbrante ſpiritu ſancto, figuratus eſt homo Ieſus Chriſtus de terra Mariæ virginis. Hic igitur homo de luto carnis humanę aſſumptus eſt. Lutũ hoc loco nõ propter vilitatẽ nominis dictũ nouerimus: ſed propter ipſam materiã, de qua ſumptus eſt Chriſtus: veluti Adã in principio, qui de limo terræ plaſmatus eſt. Et ſicut ille per vnũ exiſtit de ſinu terræ: ita & hic per vnũ creantẽ ſe, formatus eſt in vtero matris. Et ita famoſus eſt ſuper omnẽ terrã: vnde iam à ſolis ortu vſq̃ ad occaſum laudetur nomẽ dñi. a ¶ Auferetur ab impijs lux ſua & brachiũ excelſum cõfringetur.) Lux impiorũ eſt huius mundi gloria & fœlicitas, quæ mundo prætereunte tranſibit: ſicut & Salomon ait:
Prou.20.c Lumẽ impiorum extinguet: & eorum virtus & potẽtia, quæ brachij nomine dicta ſunt, illico cõterent. b ¶ Nunqd ingreſſus es profunda, &c.) Prouidentiã ſuam deus qua cuncta diſpenſat, & regit in his locis multo copioſoq̃ ſermone ſignificat: Vnde ait ad Iob: Si potes vbiq̃ eſſe, & noſſe omnia quæ creata ſunt: & ſi abditos terrarum ſinus penetrare potuiſti: ſi etiam profunda maris, & nouiſſima eius atq̃ extrema abyſſi
I peruagat⁹ es. Ad increpationẽ ergo Iob iſta dicũtur. Vbi alij dixerunt: Nũquid ingreſſus es fontẽ maris: initium atq̃ originem, vnde ipſum mare, quaſi de matrice, de mari Oceano emanat, dicere videtur: quod Oceani perẽni curſu ac recurſu fieri nouimus: ferũtq̃ hoc atq̃ confirmãt, quòd illa immẽſa effuſio maris Oceani: per omniũ regionum ac prouinciarum fluuios itura, vno puncto temporis fiat. At nos tamen ſcimus omnium dierũ ac noctium alternatis ſucceſſibus: per horas viginti quatuor venire: atq̃ vnius horę æquinoctialis dodrãte tranſmiſſo: tardius ſine intermiſſione, ſiue die venire, ſiue nocte: per quinq̃ æquinoctialis horas refluitura, æſtu violẽtoq̃ impetu ſiue in opertis tãtum ſiue retuſis magnorũ quoque fluminũ curſibus ad ſuperiora cõſcendere, ac per ſeptem eiuſdẽ menſuræ horas curſu paulo leniore diffluere, & in ea tantum quæ quinq̃ horis fuerant ſuppleta vacuare. Proinde incredibile videri poteſt: quòd in eodẽ mari velut fons quidam, tantarũ aquarum ebulliat: de cuius profunditate & ſufficiente abyſſo, definito ſibi tempore aquæ illæ in ſuperficie profundantur: & rurſum recurrentes in eoſdẽ profundiſſimos ſinus decidant: præcipitesq̃ diſcedant: & à deo ſibi conſtituta lege perpetua: ab imis ſemper ebulliant atq̃ iterũ in ima decurrant, & inde forſitan dixerit deus ad ſanctum Iob: Nunquid ingreſſus es fontem maris? Q̃m deo ſoli nota ſunt quæ creauit. Porrò ſecundũ myſticos intellectus hoc dixiſſe deum puto: quòd circa finẽ ſeculi pro redẽptiõe hominis ad inferos eſſet deſcenſurus: vbi pro poteſtate deſcendentis deambulaſſe eum dixit: Quia impoſſibile erat: vt quaſi reus peccati infernalibus vinculis teneretur. Ipſe enim ſolus fact⁹ eſt,

a Auferet ſe ab impijs lux ſua: & brachiũ ex-
b celſum cõfringetur. Nũnquid ingreſſ⁹ es
profundũ maris: & in nouiſſimis abyſſi
c deambulaſti? Nũnqd apertę ſũt tibi portæ mortis: & oſtia tenebroſa vidiſti? Nũ-
d quid conſideraſti latitudinem terræ. Indica mihi

ſicut homo. Ad præſens quidẽ ſine adiutorio, ſed tamẽ inter K
mortuos liber. Quòd autẽ infernus in imo terrarũ ſit: Ionas Ionæ.2.
propheta, qui ſpecialiter habuit figurã ſaluatoris, in oratione ſua quã in ventre piſcis effudit, manifeſtè demonſtrat: quę q̃ in infernum abyſſi aquæ circũluant, & multis alijs locis ſcripturæ de qualitate inferorũ loquuntur. Poſſumus & moraliter hunc locum ita ſentire: vt quia mare per figurã, hoc ſeculũ dici nouimus: profunda eius ſuper omnes iniquos & peccatores: qui quantũ illud diligũt, tantũ in ei⁹ obſcuriſſimã profunditatem demergũtur: vt omnino non videãt lumen euãgelij, & gloriæ Chriſti. Nouiſſima verò abyſſi ſint omnes impij & ſacrilegi: qui in profundiores peccatorũ tenebras deſcendentes: laſciuiarũ nimio fluxu, velut aquarum multitudine deprimuntur: Ad hos dñs noſter neminem deſpiciens: omnesq̃ ſaluare cupiens: venire dignatus eſt: vt corda eorũ infidelitate cæcata: per gratiã ſuam illuminaret, & effecti lux in domino: fierent templũ eius: vt inambularet & inhabitaret in eis, & eſſet eorũ deus. c ¶ Nunquid apertæ tibi ſunt portæ mortis & oſtia tenebroſa vidiſti?) Nulla creatura eſt quãuis præpotens & fortis: quæ dei maieſtati poſſet
L obſiſtere. Et ideo quia per naturã ſentiunt creatorẽ, cedũt diuinæ potẽtiæ, qua ei omnino nequeũt cõtraire. Vnde antiqui interpretes ita dixerũt: Nũquid apertę ſunt tibi portę mortis? Vbi intellexerunt, quia huiuſmodi portæ, quæ vtiq̃ metuuntur, nõ ſint inſenſibiles & inanimales: ſed ſint illi potius ſpiritus immũdi, inimici noſtri: aduerſarię videlicet poteſtates: per quas generi humano introitus inuentus eſt ad mortẽ. Ipſæ ſunt & oſtia tenebroſa: quorũ animos maliuolos & obſcuritate inuidiæ plenos, deus ſolus perſpicit. Igitur quoniã hi de quibus loquimur tenebræ factæ ſunt recedendo à vero lumine, & poteſtates ſunt tenebrarũ appellatæ: id eſt, principes hominũ peccatorum: & idcirco etiã oſtia tenebroſa dicuntur, quoniã deceptione eorum, factus eſt homini per peccatorũ tenebras ingreſſus ad mortẽ. Vbi ergo dictũ eſt, oſtia tenebroſa vidiſti, quod nos iam expoſuimus: alij interpretes locum ipſum manifeſtius trãſtulerũt, ita dicentes: Aut ianitores inferni videntes te timuerunt: qui locus expoſitione nõ indiget, quin potius quod obſcurè prius dictum eſt, apertiſſimè declarauit. Vel certè in paſſione & in morte domini: hæc quę dicuntur luce ſunt clariora: qui clauſtra inferorum aperuit, & ſanctorum inde animas liberauit: leges tartari exiens inferos ſoluit, ſententiam mortis reſurgens irritã fecit: principatus & poteſtates trementes: qui erant ianitores & oſtia, tranſduxit fiducialiter: ſiue palàm triumphans in ſemetipſo. Secundum tropicam verò intelligentiam, portæ mortis, ſenſus ſunt noſtri: quæ portę tunc virtutibus clauſæ ſunt: quando à vitijs obtinentur, & per eas mors peccati, ad arcem mẽtis ingreditur. Quæ oſtia tenebroſa, ideo appellantur: quia in tenebras peccatorum, ſiue etiam pœnarum, aditum pãdũt. Iſtæ itaq̃ portæ, ſiue hæc oſtia: aperiuntur hominibus ad ſalutem, cùm euictis vitijs tanq̃ hoſtibus ſuis expugnatis atq̃ in fugam verſis, ſanctitatis eas virtutibus homines aperuerint, vt audiant cum exhortatione ſermonem prophetæ dicentis:
Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor do- Pſal.117.c
mino. Sanctus enim homo ad poſſidendum ſanctitatis teſtimonium, & virtutum monilia, cõſeruantis affectu, & cõgaudentis ingreditur: quoniã ex participatione theſauri cõmunis, fit illis cor vnum & anima vna in deũ. Et ita in hoc mun- Acto.4.
do velut in fornacis examinatione pariter poſiti: quaſi ex vno ore benedicunt deum in omni tempore, & ſemper laus eius in ore eorum. d ¶ Nunquid conſideraſti latitudinem terræ &c.) Quis hominum noſſe poterit, quanta magnitudine diſtendatur, niſi ipſe ſolus qui omnia condidit? De quo propheta ait: Qui mẽſus eſt aquas manu, & cœlũ palmo, & oẽm Eſa.40.c.
terrã clauſit pugillo. Itẽ aliter: Nũquid tu Iob præuidiſti latitudinẽ terræ: id eſt, eccleſiam futurã: quã per totũ mundũ, creſcente vbiq̃ euãgelio dilatari. Indica ergo mihi ſi hoc ſapere, ſiue aliquando intelligere potuiſti. Siue latitudinem

ſapientiæ

A sapientiæ meæ:quam terræ,domui meæ, id est, ecclesiæ tri-
3.Re.4.d bui:nunquid vt futura præuidens, oculo mentis accenso per
temetipsum inspicere potuisti? quæ sapiẽtia dilatauit cor Sa
lomonis,sicut arenam quæ est in littore maris:eiq; dedit pru
dentiã multam nimis,& quę in exitu canitur:& in latitudine
suarũ fiducialiter agit:cui⁹ mul-
tiplices sens⁹, & latitudine disputationum ditissimos, iubet eadẽ
Prou.22.c sapiẽtia in corde hominis deseri bi tripliciter. Hæc ergo verba possunt ex ꝓsona patris super sapientia,quæ est filius,differta intelligi. a ¶In qua via lux habitet: & tenebrarũ quis locus sit: vt ducas vnumquodque ad terminos suos &c.)In via sanctæ cõuersationis hois,lux virtutum habitat:tenebrarũ verò,id est,vitiorũ loc⁹ est homo peccator:vel ille lo
Mat.25.d cus de quo dicit:ite maledicti in ignem ęternũ,qui parat⁹ est diabolo,& angelis eius. Nosti ergo Iob discernere vniuscuiusq; meritũ,& secundũ iustitiam vnumquẽq; horum ad terminos præfinitos retributionis perducere:cogitationes cordiũ ipsorum,tanq̃ semitas domorũ suorũ intelligere potuisti. Item,in qua via,siue terra,vt alij dixerunt,lux habitet:lux
B fidei & cognitionis habitat in corde credentis: siue lux in terra,Christus in ecclesia. Tenebrarum autẽ:id est,ignorãtiæ & infidelitatis locus,est cor insipientiũ atq; incredulorum. Et ideo per quaslibet semitas tendant boni & mali,secũdũ meritum ad domũ æternæ cõuersatiõis,iusto & bono dño ducẽte,perueniunt. b ¶Sciebas tunc quòd nasciturus esses: & numerũ dierũ tuorum noueras?) Quis hominũ nouit anteq̃ sit,quia futur⁹ est,ætatisq; suæ dies annósve cognoscit? Item in Adã peccator,& filius mortis effectus,quando scire vel sapere potuisti,quòd spiritu & gratia baptismi nascitur⁹ eras de visceribus matris ecclesiæ, & in æternũ secundũ nouissimã resurrectionem reparandus,& numerũ dierum tuorum, qui sine fine sunt, vnde ipse per temetipsum cognoscere potuisti? c ¶Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti:quæ præparaui in tẽpus hostis,& in diem pugnæ & belli?) Potẽtiã suam deus,quã etiam in secretis creaturæ suæ rebus atq; inuisibilibus habet, his verbis voluit demonstrare,dicẽs ad Iob: Nũquid ingressus es thesauros niuis,aut thesauros grãdinis aspexistiẽ nõ enim loca sunt quædã in aliqua parte mundi immensa capacitate spacioſa, quæ moles atq; cõgeries infinitarũ niuiũ intra se habeant cõditas:vt meritò ob hoc,quasi loca thesauri appellẽtur: de q̃bus olim hæ cõgregatę sint species,quæ quãdo deus voluerit
C proferantur:sed ita est potius,vt in alio loco ipse dñs ait: Et
Psal.49.b species agri mecum est. Quæcunq; enim voluerit facere,statim voluntas eius in effectum procedit. Et ideo thesauri nominati,non in aliquo immenso & capaci loco,sed in eius voluntate,& dispositione sunt constituti: sicut in alio loco ait: Et species agri mecũ est:apud quẽ nihil est imperfectũ: quia non est aliud cogitare illius, aliud facere:sed protinus fit,qđ voluerit. In hac ergo secreta cordis sui dispositione diuina, vbi essent isti thesauri harum rerum cùm adhuc in se corporaliter nõ existerẽt,interrogatur Iob si intrare poterit. Nemo enim secretum illud diuinæ maiestatis potest adire, siue cognoscere,nisi filius qui est in sinu patris, vniúsque naturæ atq; substantiæ. Hæc ergo præparata dicuntur à deo in tempus hostis,pugnæ & belli. Multis igit̃ modis ac diuersis alijs innumerabilibus iudicijs suis deus flagellat & corripit gen⁹
Exod.7. humanum:sicut etiã Aegyptios,quos fulminibus & grandi-
& seq. ne deuastauit. Et generaliter alijs rebus frequẽtat hominum castigationem. Hostili humiliat incursu, terrarũ motu hiatuq; vastat,turbinib⁹ perdit,ruinis opprimit, naufragijs demergit:alijs quoq; plagis innumeris verberat, siue lentis infirmitatibus,siue acutis lãguoribus,atq; aẽre corrupto. Vn-
Deut.7. & 20. de in Deuteronomio legimus,quæ hostibus suis repugnãtibus,& rebellantib⁹ præparat: vt eis secundũ iustitiam suam infligat debitas pœnas tribulationum. Itẽ aliter:Niuem nunc

a dica mihi,si nosti omnia,ĩ qũa via lux habitet:& tenebrarũ quis locus sit:vt ducas
vnũquodq; ad terminos suos:& intelligas
b semitas domus eius. Sciebãs tunc ꝙ nasciturus esses:& numerũ dierum tuorum
c noueras? Nũnquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti:
quæ pręparaui in tempus hostis,& in di-
d em pugnæ & belli? Pẽr quam viam spargitur lux: diuiditur æstus super terram?

Quis

in bonam partem,nunc in contrariam accipiamus:& idcirco D
sub niuis nomine præfiguratum hoc loco corp⁹ aduersariarum potestatũ colligant, quòd à charitate dei lõgè discesserit:id est,deum habitantẽ in cœlo reliquerit:vt iusto iudicio dei proijceret in terrã. Huius autem niuis & grãdinis, quasi in quandã duritiam suæ naturæ oblita transierit, quasi quædã secreta,cogitationum scilicet machinamẽta,thesauros deus voluit nominare:sicut ꝓpheta Ezechiel de eorũ principe ait: In multitu-Ezec.28.d
dine negociationis tuæ impleta sunt interiora tua iniquitate. Hu iuscemodi igitur dñs cogitationum omniũ solus cognitor perscrutatorq; est. Hos inquã thesauros qui per ęnigmata niues,& grandines nominati sunt: ait de⁹ se præparasse in tẽpus hostis,diem q; pugnæ & belli. Et quoniam insipienti corde nunquam ad deum cõuersuri essent,dispensatione diuina magistri pœnarum effecti sunt:vt alios dei iudicio ad emendationẽ flagris correptionũ castigent,alios verò secundũ iustam sentẽtiam dei puniant:alios duris tribulationibus affectos constituãt clariores. Sicut & in isto sancto Iob manifestè apparuit. E
In Aegyptijs quoq; similiter demonstratum est, quibus non volũtate dei pugnantibus,plagæ horrendę immissæ sunt per angelos malos. Item, Nunquid ingressus es thesauros niuis, & cætera. Potuit domin⁹ de aduẽtu suo in carne hoc dixisse, quo vt ignis æternus & ignis cœli, ignisq; diuinus per quem oẽs creaturæ rationabiles concalescunt,dignatus est ad terrã descendere:qui velut ad niueam regionẽ,& frigidam mundi huius atq; instar grandinis nimio infidelitatis frigore duratam,exclamauit & dixit:Ignem veni mittere in terrã. Proin-Lucæ.12.f
de huiuscemodi humanorũ cordium thesauros,oblitiõe videlicet dei sui frigidissimos,ingressum se profitet: vt expulso perfidiæ frigore,dilectione eius flagrarent & dicerẽt: Cõ Psal.38.a.
caluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescit ignis. Itẽmq; vt ad intelligẽtiæ ignẽ profectu fidei de stultitiæ frigore venientes dicerent: Nónne cor nostrũ ardẽs erat Luc.24.c
in nobis: cùm illuminato corde atq; accẽso charitatis fonte aperiret nobis scripturas Iesus?Sic itaq; ingressus mundũ ac visitãs eũ,aspicit corda mortaliũ, quæ etiã & thesauri ab ipso domino nũcupanr̃ in euangelio:ita dicente: Bonus homo Matt.12.c.
de bono thesauro cordis sui profert bona. Hæc igitur de⁹ facere præparauit quæ diximus,hostis pugnæ & belli,in tẽpore vtique pro nobis moriẽs,hostem grauẽ ac molestissimum inimicum diabolũ in inferis triumphauit,& resurgẽs à mortuis,in ludæa fidei suæ aduersarios expugnauit. d ¶ Per
quam viã spargit̃ lux:diuidit̃ æstus super terrã?)Quis poterit ꝓpriè scire mortaliũ,quæ sit via solis, quã ordinato cur- F
su agit in dextro climate cœli,spargẽtis lucem super terras: aut quẽadmodum æstus per vices tẽporum, siue per loca regionũ omniũ diuidatur:vt alibi plus eodẽ tempore ferueat: & ipse alibi tẽperato calore sentiatur. Itẽ, Per quã viã spargitur lux,diuidit̃ æstus super terram. Via est euangelij prædicatio,per quam lux fidei spargitur super corda credentiũ: Et pulchrè spargitur,quia infidelitate mẽtes hominũ aridæ, vbertate diuinæ gratiæ irrorantur:& ita diuiditur æstus sancti spiritus super terrã fidelium. Sic inquam diuiditur,cùm Ephe.4.a.
vnicuiq; datur gratia secundũ mensuram donationis dñi nostri Iesu Christi. Siue hoc modo diuiditur, cùm alijs annunciatio Christi odor vitæ in vitã sit,alijs verò odor mortis in 2.Cor.2.d
mortem. Sic ergo diuiditur ipsum bonum euangelij, vt vitã alijs largiatur,alijs mortẽ,crimine infidelitatis operẽt. Itẽq; via sanctæ conuersationis hominis,luxq; timoris dei,spargitur super omnẽ corporis terrã, vt fugiant ab eo tenebræ peccatorum: & æstus eis tentationum opitulãte dei gratia tẽperentur, ne exorto super se ardore solis exæstuet. Et sic itaq; æstus diuiditur:cùm eis non totum simul tribulationũ pondus imponitur,sicut ait Apostolus:Fidelis enim deus, qui nõ 1.Cor.10.c
patitur vos tẽtari,& cætera. Et Salomon:Effugiet æstus,fili⁹ Prou.10.a

G prudens: vento autē corrumpitur in messe filius iniquus.
a ¶Quis dedit vehemētissimo imbri cursum &c.) Hic vehementissimus imber, saluatoris est euangelium, qui emisit
Psa.147.a eloquiū suum terræ, vt velociter curreret sermo eius: hic inquā imber in mōtibus Hierusalem, de imo terræ in sublime
Esaiæ.2.a. surrexit: qm̄ de Sion exiet lex, ait propheta: & verbum dñi de Hierusalē: & eleuatus à sanctis apostolicis nubibus, velut aqua effluens, copiosē currit, aura sibi flante spiritus sancti, in varijs signis atq; virtutibus viā sibi fidei fecit in nationib⁹, terrore nominis dei atq; miraculorū tonitruo præcedēte. Alij dixerūt, præparauit flumen omniū populorū. Et flumen inquam ecclesiæ præparauit, vt pluuia copiosa, & valida spiritus sancti inundaretur, sicut in ipso principio nascētis ecclesiæ super Apostolos sanctosq; cæteros demonstratū est. Quòd autem

a Quis dedit vehemētissimo imbri cursū, & viā sonātis tonitrui: vt plueret sup terrā absq; homine i deserto: vbi nullus mor
b taliū cōmoratur: vt impleret inuiā & de
c solatā: & pduceret herbas virētes? Quis
d est pluuiæ pater: vel quis genuit stillas ro
e ris? De cuius vtero egressa est glacies, &
f gelu de cœlo quis genuit? In similitudi
g nem lapidis aquæ durantur: & superficies abyssi constringitur. Nunquid cōiungere valebis micantes stellas pleiades: aut gyrum

H inhabitabilē, quæ hominem nō haberet: nō erit mirabile, si vt sonat tantū intelligatur: sed in deserto, id est, nationibus, doctrinā dominicæ prædicatiōis copiosē effudit. In deserto inquam, vbi nullus hominū fuerat cōmoratus: id est, qm̄ nullus prophetarū ad gentes à deo erat missus, vt impleret inuia & desolata, & produceret herbas virentes euāgelij. Imber terræ ecclesiæ, quę fuerat desolata à deo, & pluuia charitatis dei, adipe repleuit eā atq; in pinguedine vt ex vbertate bonorum cœlestiū produceret ac proferret herbas virētes satiui semi-
Psal.71.e. nis, secundū genus suū, sicut ait in psalmo: Et florebit de ciui tate sicut fœnum terræ: & multiplicatis fructibus faceret se-
Lucæ.8.b cundū parabolam dñi: aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum fructū, & audiret cum exhortatione se cō-
Esa.54.a. solantem: Lætare sterilis, quæ nō paris: erumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis q̄ eius quæ habet virū. b ¶Quis est pluuiæ pater: vel quis genuit stillas roris?)Quis est huius pluuiæ, & huius imbris dominici author, & cōditor nisi deus? Quam pluuiam voluntariā se-
Psal.2.b. gregauit hæreditati suæ, sicut dicit pater ad filium: Fili pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionē terminos terræ. Ipse etiā deus genuit stillas roris: hinc & propheta ait ad deū: Ros enim qui à te est, sanitas est illis. Proinde in fluuio, affluentissimam affluitatē largitatemq; diuinę gratiæ demonstrauit. In rore autē eandē gratiam, sensim infuescentem visceribus, & medullas animæ penetrantem. Alij dixerunt, vel quis genuit glebas roris. Has igitur glebas vnū-
I quenque sanctorum non absurdum erit intellexisse, quę sunt
1.Cor.3.b in agro ecclesiæ: quibusq; dicit Apostolus: Dei agricultura estis. Illic ergo istæ glebæ per baptismū in Christo sunt ge-
Ephes.2.b nitæ: sicut ait Apostolus Creati in Christo Iesu in operibus bonis. Vnde hoc rore cœlesti perfusi, pingues in sanctis fructus, & vberes extiterūt. c ¶De cuius vtero egressa est gla cies.) Vteri nomine, cordis secretū significasse mihi videtur. Nō enim probabiliter glaciem egressam de ore dei intelligere debemus, sed de illo mentis suæ secreto, & inscrutabili iudicio, iustam ac districtā manasse sententiā. Egredi ergo glaciem dixit, pro egrediente iudicio, quo secundū suum meritum, quida hominū percutiūtur plaga obdurationis, & corda eorū durissimo atq; insolubili quodā gelu, & frigidissimo constringunt: vt non sentiant feruentis diuinæ charitatis calorē. De angelis apostaticis, verissimè dici potest, & specialiter de Iudæis intelligendū est, quibus aquæ eloquiorum cœlestium glaciatæ sunt, vt in fructus gentium gratiæ largitate profluerent: de quarū vocatione dictū est superiore versicu-
Psal.106.d lo, & de quibus, posuit desertū in stagna aquarū, & terras sine aqua in exitus aquarum, & inhabitare fecit ibi esurientes, id est, esurientes iustitiā: Et seminauerūt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructū natiuitatis: & benedixit eos, & multiplicati sunt nimis. Qui ergo mente spiritualiter nunc vbiq; positā contuetur ecclesiā, videt terrā eius, quæ fuit deo aliquando deserta, nunc prædictis omnibus spiritualibus co- K
pijs abundare: sic itaq; prædictas stillas roris de cœlo defluentes susceptit ecclesia, & secundū iudicum librum, quod tem Iudic.6.g.
pore Gedeon ducis factū legimus, ros vnius ouiculæ gentis q̄q; modicæ, totā terrā Christo credentem, qui ros est, gratia benedictionis infudit, & impletum est illud mysteriū, quod psalmista prædixerat dicens: Sicut ros Psal.132.a
Hermon. Hermon vtiq; mōs, qui interpretatur anathema, significat altitudine sua populū Iudęorum. Illius ergo ros, gratiæ videlicet & benedictionis, descēdit in montē Sion. Sion nāq; mons excelsus virtutibus atq; sublimis ecclesia est. In quo cōstituta est specula cōtemplationis futura credentiū. Vnde & ipsa virtutū species Sion interpretat. Et vt nossemus proprium roris istius nomen, ait psalmista: Qm̄ illic quidem, scilicet in monte Sion, mandauit dñs benedictionem, & vitam vsq; in æternum. Et sequitur dicente dño: d ¶Et gelu de cœlo quis genuit?) L
Hoc igit modo de cœlo obdurationis sententia sacrilegi feriuntur, quod vtiq; malum iustè eis à deo dicitur procreari, vt Pharaoni scilicet & Iudæis, quos propter infidelitatē suā, & nimiā obstinationem cordis, legimus obduratos. Sequitur de huiusmodi, dicente dño: e ¶In similitudinem lapidis aquæ durantur.) Nomine aquarū, secūdum scripturarū authoritatem, populi intelligūtur: Sicut Ioannes apostolus ait: Apoc.7.d
Aquæ autē populi sunt: & Dauid ad dñm: Libera me, inquit, Psa.143.b
de aquis multis, de manu filiorum alienorū. De his ergo mihi dicere videtur: qui nimio obliuionis dei frigore obrigue-
runt, & instar lapidū, solidi & nimium duri effecti sunt. Deinde ait: f ¶Et super faciem abyssi cōstringit.) In abyssō, profundissimam obscuritatē mentis puto intelligendā, quæ ita obtusione infidelitatis nimiæ operiatur, & constringatur quodam gelu impietatis, vt saxo similis fiat: ita vt tali mēte, non sit ad deum vllus aditus respirandi, secundū illud quod apostolus de Iudæis testimonium propheticum assumens, locutus est, dicens: Dedit illis deus spiritum cōpunctionis, ocu Rom.12.a
los vt nō videant, & aures vt nō audiant vsq; in hodiernū diē. In psalmo quoq; cēteſimo quadragesimoseptimo, de gelu, vel glacie & crystallo, secundū hūc sensum quē dñm dixisse hic legimus, prophetā mysticè locutū manifestum est. Possum⁹ hæc loca, & simpliciter intelligere: & gelu de cœlo quis genuit? Cœlū appellantes glacialia montium, & excelsorū cacumina, & per immensum aērem, loca cœlo viciniora, vel magis proxima: secundum hanc ergo consuetudinem scriptura- M
rum, ipse dñs inquit, in euāgelio, volatilia cœli. His secundū Matt.6.d.
literā nūc omissis, ea potius, quę sacratē à deo prædicata sunt intelligere & credere nos oportet. g ¶Nūquid cōiungere valebis micantes stellas pleiades &c.) Nunc de cœli ordine & astrorū circuitu loquitur ad Iob. Pleiades appellat stel Pleiades.
las, quæ iunctæ, velut septem esse monstrant. His ergo Græci, quòd multæ simul essent, nomē ab ipsa multitudine posuerunt: πλειάδες vel πλῆθος enim multitudo dicit: & inde deriuatū est, vt pleiades appellent. Ait ergo dñs ad Iob: Nunquid vt hæc stellæ iunctæ & simul sint, tua potētia facere potuisti? Septentrionis quoq; siue arcturi circuitum, quem indefinēti gyro per siniſtram plagā mundi in se feci recurrere: vt totus in se vadat semper & redeat: nūquid tu poteris dissipare? De astris cœli siue signis: & in alijs locis scripturæ legimus, sicut in Iesu Naue & Iudicum: Fuit, inquit, terminus Amorræi ab Iosuæ.15.a
ascensu scorpionis petra, & superiora loca. Vt igit dñi ver- Iudic.1.g.
ba secundū mysticos intellectus dicamus: cœlū interpretemur ecclesiā, quam superius dñs terræ vocabulo nūcupauit: sed ibi ꝓpter originē suā terra est appellata. Nūc verò sublimata per Christū in gloriam: cœlū rectissimè intelligitur. In hoc igitur cœlo etiā stellę pleiades & septentrionis, vnam in se sacræ interpretationis cōtinēt formā. Ipse enim septenarius numer⁹ septiformis spiritus gratias in se demōstrat, quæ in

A quæ in hoc cœlo micant, ipſiq; gratiarum ſpiritus, in eodem firmamento cœli ſunt fulgentes. Iſtæ igitur ſtellæ per prophetã, ſeptem oculi domini appellantᵉ: quorum oculorũ gratias atq; virtutes Eſaias propheta enumerat, vbi de ſaluatoris
Eſaiæ.11.a natiuitate vaticinatur dicẽs: Et requieſcet ſuper eum ſpiritᵘ dei: ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus conſilij & virtutis: ſpiritus ſcientiæ & pietatis: repleuit eũ ſpiritus timoris dei. Quẽadmodum ergo quiſq; nõ potuit indiſſociabilis luminis ſpiritualia aſtra coniungere: ita omnino fieri non poteſt: vt hæ ſtellæ gratiarum, eccleſiam meam circũluſtrantes ab vnius connexione inſolubili ſeparẽtur. Quòd autem alij dixerunt, aut intellexiſti nexus pleiadis: ad ſpiritualẽ intelligentiam erigit animũ contuentis: vt aliquid allegoricũ labore inquirere. a ¶ Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo: & Veſperũ ſuper filios terrę cõſurgere facis?) Stella eſt quam Luciferũ dicimus, ſtellis cæteris clarior, quã ferunt etiã doctores eccleſiæ, vnam eſſe de illis quinque ſtellis quas planetas vocant, quia diſſimilem aliarũ ſtellarũ curſum
B habeant, multoq; velocioręˢ: & inde planetæ, id eſt, vagantes ſiue errantes dicantur, eo quòd non certum, ſed mutabilem curſum habeant. Hunc igitur Luciferum appariturũ terris, poſt biennium in Oriente autumant naſci. Aliam verò ſtellã quam Veſperũ appellauit, eo quòd circa diei veſperum ſuo tamen tempore mundo mõſtretur: hanc, inquit deus ad Iob, ſuper filios terræ conſurgere facis? Qui ergo intelligis potentiam omnia gubernantis, & in te operantis agnoſce iuſtitiam. Hanc ſtellã multi putant Heſperum dici. Vnde & Italia Heſperia nominata ſit, eo quòd illic tẽpore ſuo primùm apparet. Spiritualiter autẽ verba ſunt patris, de filio ſuo ſaluatore noſtro dicentis ſic: Nũquid educes Luciferum in tempore ſuo: & Veſperũ ſuper filios terrę conſurgere facis? Vbi & aduentus domini in carne venturi ſignificatus eſt, & reſur
Gala.4.a. rectio eius ex mortuis figurata, veniente plenitudine temporis: Ait autem, miſit deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege. In hoc igitur tempore ſuo, educᵗ eſt à deo patre: vt terras inuiſeret: qui ideo Lucifer nuncupatus eſt, quia veniens de ſublimibus, tanquã poſt biennium, poſt legem & prophetas ortus eſt, & ſuper nos poſitos in tenebris, & vmbra mortis lucem nobis fidei ac tempeſtiuæ cognitionis exhibuit. Veſper verò idem filius hominis appellatur, qui in cruce tempore paſſionis occubuit. De quo ait propheta popu-
Pſal.67.a lis crediturᵘ: Iter facite ei qui aſcendit ſuper Occaſum, dñs
C nomen illi. Qui vtiq; in tempore occaſus, quando ait ad pa-
Lucæ.23.f trem: In manus tuas commendo ſpiritũ meum, poſuit tenebras, & factæ ſunt in corde infidelium Iudæorum. Hunc ergo deus pater, vt paſtorem magnum ouium excitauit. Hunc, inquam, Veſperum, eo quòd ſacrificium veſpertinum in veſpera ſeculorum miſſus obtulerit, filiũ hominis, ſuper filios terræ conſurgere fecit: vtinã non ſint caro, & terra eſca ſerpẽtis, neq; filij noctis & tenebrarum, ſed ſint filij Luciferi, filij dei. b ¶ Nunquid noſti ordinem cœli: & pones rationẽ eius in terra?) Si numerũ aſtrorum omnium poteſt quiſpiã mortalium noſſe, poteſt & militiæ eorum ordinem perſcrutari. Nemo ergo hæc propriè nouit niſi ſolus ille qui condidit. Spirituali autẽ ſenſu ita intelligi poteſt: Nunquid tu Iob quaſi cognitor futurorum, iam noſti quo ordine in cœlo eccleſiæ, q̃ diuerſæ atq; multiplices gratiæ ſpiritus mei, velut ſtellę refulgeant: ſiue qua gloria, vel quo ordine meritorum, vt ſiderum radiantium globi, ſancti in reſurrectione fulgebunt? Hunc locũ alij ita vertunt: vt omnia quę ſub cœlo ſunt pariter fiant: Vbi hoc dicere videntur, quòd volubilitate ſiue temporũ ſiue ſtellarum per ſpacia ſibi ſuccedentia redeat & recurrat. Spiritualiter autẽ ita dictum exiſtimandum eſt, quòd diſpenſatio per Chriſtum recõciliationis humanæ, vſque in finem ſeculi creſcat, ad notitiam omnium nationum: ſiue quia ſancti vt ad calcem virtutum perueniant: quotidie

a gyrũ Arcturi poteris diſſipare? Nũnquid producis Luciferũ in tẽpore ſuo: & Veſperum ſuper filios terrę cõſurgere facis?
b Nunquid noſti ordinẽ cœli: & pones rationẽ eius in terra? Nũnquid eleuabis in nebula vocem tuã: & impetus aquarum
d operiet te? Nũnqd mittes fulgura, & ibũt:
e & reuertentia dicent tibi, aſſumus? Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam: vel quis

morum ſanctitate proficiant: & ideo ſub cœlo, id eſt, ſub obe D
dientia eccleſiaſticæ diſciplinæ ſunt conſtituti. c ¶ Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam: & impetus aquarũ operiet te?) Primò auditu hoc ita intelligendum eſt. Nunqd habes tantam potentiam, vt ad imperium ac nutũ tuũ illico imbres infundentes & operiẽtes de cœlo deſcendant. Secundũ altiorem verò intelligẽtiã: vocem, inquit, eleuo: ait dñs: quando homi
nibus clamo: venite ad me omnes Matt.11.d.
qui laboratis & onerati eſtis, & pietatis affectu, pulſo ſecreta mẽtis ipſorum: vbi eſt velut nebula caligo peccati: & nominis mei val de obſcura obliuio, vt obedientibus voci meæ innumeris populis circundatus, quaſi impetu influentibus aquis operiar, quibuſque
velut veſtimento induar: vt in eis habitẽ ſicut propheta ait: Eſa.61.d.
ſicut ſponſa induit me veſtimento. Alij dixerunt vocabis nubem voce, & in tremore aquæ validæ obediet tibi. Aqua valida tremendum diuinæ voluntatis præceptum eſt: quod deᵘ
quemlibet ſanctum voce: id eſt, affectu clamoris, & inſinuationis inſtinctu, vt obediendo ſaluetur obſeruare iubet. Nũ
qd tu Iob aliquid ſimile facere potuiſti? d ¶ Nunquid mit- E
tes fulgura, & ibunt: & reuertẽtia dicẽt tibi, aſſumus?) In his ſermonibus dei, adeſſe virtuti eius credendum eſt quæcũque voluerit, cui etiam omnia inſenſibilia, quaſi ſenſibilia ſunt: ſicut dicit propheta: A facie dñi commota eſt terra, à facie Pſal.113.b.
dei Iacob. Reuerti autem fulgura ideo appellantur: quia iſti mittuntur à deo, vt prædicatione euangelij mundum illuminent, quibus dñs ait: Vos eſtis lux mundi. Et iterum: Poſui te Matt.5.b.
in lucem gentium, vt ſis in ſalutem vſque ad vltimum terræ: Eſa. 42.a.
& in fine ſeculi reuertentes cum fructibus manipulorũ ſuoᵘ Pſal.125.a
rum, venient in exultatione, & dicent: Quinq; talenta mihi Matt.15.b
tradidiſti: ecce alia quinq; lucratus ſum. Siue fulgura ſũt inſpirationes diuinæ, quibus illumĩnãtur corda ſanctorum, vt eis accenſis in amore charitatis Chriſti conflagrent. Hæc autem fulgura illuminationis dei reuertẽtur ad deũ, qui ea ad deſideriũ ſui excitandũ emiſerat: quãdo per eandẽ viſitationẽ diuinã, ardenti animo, & feruẽti opus ſuæ illuminationis effecerũt. e ¶ Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam &c.) Manifeſtum eſt quòd homo, quãdo ad imaginẽ & ſimilitudinem dei factus eſt: ſapientiam rationis accepit, vt præſtaret cæteris animãtibus, quæ ratione & prudentia carent. Quibus autẽ bonis, à deo homo donatus ſit: lectorẽ ad eos tranſmitto qui de bono naturæ, eiuſq; virtutibus pluriſima conſcripſerũt. Gallo etiã gallinaceo deus huiuſmodi ſen
ſum dedit, vt emenſo noctis tẽpore, quaſi proximæ lucis me- F
mor eandẽ mundo canens annunciet reuertentem. Secũdum intelligentiam verò ſpiritualẽ ita ſentiendum eſt: qm̃ Chri- 1.Cor.1.d.
ſtus dei eſt virtus deiq; ſapientia. Hũc pater in viſceribus hominis poſuit: ſic enim dei ſapientia, qui eſt filius eius, ait: cũm eum Petrus filium dei confeſſus fuiſſet, dicens: Tu es Chriſtᵘ Matt.16.b
filiuˢ dei viui: non tibi reuelauit hoc caro & ſanguis, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Et Apoſtolus: Cũm autẽ complaGalat.1.c.
cuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit in gratia ſua, vt reuelaret filium ſuum in me. Gallum verò puto eſſe vnumquemq; ſanctorum, qui in nocte & tenebris huius mundi, accipiunt fidem, intelligẽtiam, & virtutis cõſtantiam clamandi ad deum: vt inſpiret iam dies permanens, & amoueant vmbræ vitæ præſentis, cum vrgenti & frequenti clamore precum ſuarum dicentes: Emitte lucẽ tuam, & ve- Pſal.24.a
ritatẽ tuã. Quod & de prophetis intelligere poſſumᵘ, q certatim annunciauerunt diei ac ſolis aduentũ. Hoc in loco aliorum multo aliter interpretatio habet: q ita dixerũt: Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiã, & varietatum ſcientiã? Si ſcientiã varietatum, & textrini operis ſapientiã à deo ſolæ mulieres acceperunt: de quibus dicitur, Sed mulieres do- Exod.35.c
ctæ dederunt, quæ nouerãt in opᵘ tabernaculi, de qualibus & dñs hoc loco, quaſi ſpecialiter ait: Quis dedit mulieribᵘ texturæ ſapientiã, & varietatum ſciẽtiam? Quomodo in Exodo Ibidem.d

G Beseleel & Oholiab, sacerdotum & tabernaculi vestimenta, vario ac polymitario opere texuerunt. Nouerimus ergo esse animas sanctas: quæ hoc opus efficiendi etiã nunc in historia per intelligentiam spiritus acceperunt: quibus vtiq; sicut scriptum est: dedit deus sapientiã & intelligentiã: quicquid etiã fabrè adinueniri potest, dedit in corde eorũ. Sic itaq; repleti sunt spiritu sapientiæ & intelligẽtiæ, & sapientiæ vel scientiæ, & omni doctrina ad excogitandũ, & faciendũ omne opus: qm̃ tabernaculũ illud legis, sanctæ ecclesiæ imaginẽ præferebat. Dicamus de hac varietate morũ, siue meritorum velut vestem vero Salomoni ministrantium, quod per figurã regina Saba dixit Salomoni, cũ admiratione laudans sapientiã eius: & domũ, cibos, habitacula, & seruorum ordinem, vestes & ministros, & holocausta quæ offerebant in domo dn̄i cõtinenter: hanc officiorum varietatem contextã esse per diuersas in toto mundo ecclesias, per quas alibi coniugati, alibi cõtinentes, alibi virgines: hi per eleemosynas, illi per alienationem omniũ facultatũ: illi per crucem,

3. Reg. 10. & 2. Paralip. 2. a.

H & mortificationẽ terrenarũ cupiditatũ: illi per scientiã scripturarũ multiplicibus sancti spiritꝰ gratijs: velut diuersis coloribus Christi corpus exornant, sibiq; æternæ gloriæ, & immortalitatis vestimenta conficiunt. Cõtexũt etiam perfecto intellectu fidem trinitatis, velut spartũ triplex, quod non citò rumpitur. Huiusmodi vestimenta istæ spirituales mulieres operantur: id est, siue sanctæ animæ, siue ecclesiæ per diuersa regionum spacia cõstitutæ. a ¶ Quis enarrabit cœlorũ rationem &c.) Certũ est, quia nullus cœlorũ rationem vel stellarũ cursum poterit aut sermone narrare, aut mente concipere. Quòd autẽ ait: Concentum cœli quis dormire faciet? Multis scripturarũ locis laudare deum elemẽta dicuntur, pro eo quòd in illorũ dispositioñe ac pulchritudine deꝰ, vel ab hominibꝰ vel ab angelis prædicet: id est, quis homines in eius laudibus vitã exercentes dormire: id est, quiescere faciet? Pro hoc itaq; honore, qui ab ecclesiæ cõgregatione persoluit: quis alius q̃ ipse requiem dabit ac refrigeriũ in sempiternũ. Dormitio enim aliquãdo in scripturis requies intelligit: vt Esaias propheta ait, Iustitia dormiuit in ea: id est, in Hierusalẽ æquitas iustitię requieuit: nunc autẽ homicidę. Et sanctus quidã super quẽ signatũ fuerat lumen vultus dn̄i: ait

Esaiæ. 1. f.

Psal. 4. b.

in psalmo: In pace in idipsum dormiã, & requiescã. Itẽ in alio loco: Si dormiatis, inquit, iter medios cleros: id est, inter sortes duorũ testamentorũ requiescatis. Et concentũ cœli quis

I dormire faciet? Sãctos angelos intelligamus, qui pro ipsa habitatione, cœli cœlum dicti sunt per prophetam hoc modo:

Psal. 67. e

Cœlũ cœli dn̄o. Huius igit̃ cœli concentũ, ait dn̄s, quis dormire faciet: id est, quis erit ille qui eos à perpetuis laudibus, quibus me benedicunt, sanctus, sanctus, sanctus dn̄s, inceſſabiliter cõcinentes, vt cessent & quasi obdormiẽtes possit inhibere? Quis narrabit cœlorũ rationẽ. Et sancti cœlorũ nomine crebrò dicuntur: de quibus secundũ mysticos intellectus

Psal. 18.

propheta vaticinat̃, dicens: Cœli enarrant gloriã dei. Horũ igitur donationes quas habẽt secundũ dei gratiã differentes: quis poterit vel ipsam fidei ipsorum narrare rationem?

b ¶ Quando fundabatur puluis in terra &c.) Puluis de quo dn̄s ait, gentium infidelitatẽ signat: puluis vtiq; aridus, & solutus fundamento in ecclesia apostolico admisceꝫ: vt per fidẽ & colligationes siue cõpagines charitatis, cõglutinatio in Christo fœdere vnionis & pacis, in augmentum dei velut in terrã solidã crescendo proficiat. Vnde glebæ agri dn̄ici, effectæ frugiferæ, in vnũ corpus ecclesiæ charitatis copula cõpinguntur. Cœlorũ quoq; appellatione scripturæ sanctæ rectè dicunt̃: eo quòd desursum sint hominibus attributæ, siue q̃ cœlestia in se contineant sacramenta. Horũ igitur cœloru: id est scripturarũ rationẽ, quæ de ministeriorũ obscuritatibus opacatæ sunt & profundæ: quis poterit animo perscrutari, vel eloquio proferre, aut quis eorum vaticinia cessare

a vel quis dedit gallo intelligẽtiam? Quis enarrabit cœlorũ rationem: & concẽtum
b cœli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terra: & glebę cõpingebantur? Nũnquid capies leænæ prædã: & animam catulorum eius implebis: quãdo
d cubant in antris, & in specubus insidiantur? Quis præparat coruo escam suam,
e quando pulli eius clamant ad deũ: vagiẽtes, eo quòd non habeant cibos?

Caput

præcipiet. Antiqui interpretes ita dixerunt: Quis cœli organa in terrã declinauit: id est, quis est qui cœlorum laudantiũ deum cantus, vsq; ad hominũ inclinauit notitiã, vt imitatione laudis eius, socij angelorum effici mereant̃. c ¶ Nũquid capies leænæ prædã, & animã catulorũ eius implebis.) Ex his quæ per omnẽ textũ sermonis huius enumerat, sex sunt quadrupedia, & quatuor volatilia. Et i hoc decalogi perfecto numero, videri potest quòd omnẽ creaturã intelligi voluerit deus, quæ per eũ vtpote per authorem regitur. Decimus autẽ numerus perfectus est: quia per ipsum iterando, omnis numerus in infinitũ multiplicatur. Ergo iuxta literæ superficiẽ, hoc ait: Ego q̃ omnia iusta dispensatione procuro, circa te tantum ô Iob videor iniustus. Iuxta spiritualẽ intellectum, leæna siue etiam leo, diabolus est intelligendus, qui & in multis locis scripturarum propter sæuitiam, & fortitudinem ita nominat̃. De hoc igit̃ dn̄s ait: quòd nemini nocere possit, nisi à deo acceperit potestatẽ. Iusto ergo iudicio eius traduntur: quia ille omnino vires nõ habet dominandi, nisi ipse permiserit. Nũquid capies

L leænæ prædam: id est, sicut ego eã capere permittã. Puto autẽ hoc loco ideo catulos dictos, q̃ leænã nominauerat, quos veneno malitiæ suæ siue nequitiæ, velut lacte nutrierat ad homines perimendos. De quorũ mortibus, nequissimorũ spirituum animæ reficiuntur: & de his in psalmo ait: Catuli leonum rugientes, vt rapiant & querant à deo escã sibi. His igitur leonibus, & draconibus escas dare deus dicitur: quãdo illos quos expetunt, in potestatem accipiunt. d ¶ Quando cubant in antris suis (In syluis alij dixerũt) & in specubꝰ insidiantur?) Antra siue speluncæ sunt corda hominũ impiorũ: in his latibulis sedent: siue cubãt in insidijs, vt interficiant innocentem. e ¶ Quis præparat coruo escam suã, quãdo pulli eius clamant ad deũ: vagantes, eo quòd non habeant cibos?) Arbitror quòd & hic coruus aduersariã partẽ significet sicut & pulli eius: Vt quẽadmodũ superius leænã, & catulos eius intelleximus diabolũ, & turbã perditorũ eius: ita & hic coruũ eundem cum pullis eius intelligamus. Quòd ergo dicitur vagãtes, indicatur hoc verbo, quòd quasi quandã famis rabiem patiant̃ circa hominũ genus, vt perditionẽ portionis eius, velut cibũ sumant: & ideo satagere videtur omni instantia, donec ad effectũ votorum suorũ perueniãt: sicut au

Psal. 103. c

diuimus spiritũ sanctũ, per Salomonẽ dicentẽ: Oculum irridentem patrẽ, & contumelioſum senectuti matris, effodiant eũ corui de conuallibus, & deuorent eũ pulli aquilarũ. Possu

Prou. 30. e

M mus & ita sentire, vt coruum: id est, diabolũ & oẽs socios eiꝰ quondam patres habuerimus, cùm erroribus eorũ assimilaremur & vitijs: & inde etiã, & pullorum nomine dicebamur. Sed relinquentes eos, quod & sponsa docetur, vt faciat: quæ sponsa nos sumus, cui dicitur: Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui, & inuocantes nunc dn̄m, potest fieri, vt pristino adhuc nomine appellemur, sicut propheta ait: vbi de deo loquitur: Qui dat iumentis escã ipsorum, & pullis coruorũ inuocãtibꝰ eũ. Et reor quòd in deo pristino nomine censeamur: vt nouerimus quid fuimus, & qd nũc per Christi gratiam simꝰ. Et inde hoc ipsum magnũ bonum intelligentes, magis deo gratias referamus, dicentes cum Apostolo: Gratias deo patri, q̃ eruit

Psa. 44. c

Coloss. 1. b

nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filij charitatis suæ. Mos autẽ sanctæ scripturæ huiusmodi est, vt pristina culparũ nomina, in sanctis frequenter recenseat, sicut beatus Esaias propheta ait de deo: Benedicent me bestiæ agri, &

Esa. 34. c.

Apostolus Matthæus dicitur publicanus. Videamus hũc locum, si & in bonã partem exponere possimus: vt istũ coruum & Christũ interpretemur. Sicut enim secũdũ scripturarum consuetudinẽ, montem dicimus dominum nostrum, & diabolum similiter appellamus: petram quoq; ac lapidẽ, arborem etiã & gladium dicimus: ita & coruũ fortassis dicere possumus. Nam

A mus. Nam & ſpõſa eccleſia, inter cætera præconia laudis de
Cant.5.c. Chriſto, ita ait in Canticocanticorũ: Crines eius vt abietis, nigri ſicut coruus: ſed quando diabolo corui nomẽ aptamus, dicimus eum nigrũ criminib⁹ atq; tetrum, & qui in tenebris nequitiarũ commoretur. Quãdo verò eo nomine ſaluatorẽ ſignificari dicimus, myſteriorũ arcanis eũ i ſcripturis ſuis obſcu riſſimum eſſe ſentimus. Et cùm ſciamus diabolũ in ſcripturis ſer pentẽ nominari, quis auderet de dño ita credere, niſi ipſe in ſe ſer pentis ſimilitudinẽ verbis ꝓprijs
Ioan.3.b. expreſſiſſet, dicens: Sicut Moyſes exaltauit ſerpẽtem in deſerto: ita exaltari oportet filiũ hominis: & diſcipulos tales admonuit eſſe di
Matt.10.b cens: Eſtote aſtuti vt ſerpentes. Et ſerpens: id eſt, diabol⁹ ma
Gene.3.c. ledictus à deo eſt, eo quòd Euã ſeduxit aſtutia: & Chriſt⁹ ma
Deut.21.d ledictus dicitur: quia maledictus omnis qui pendet in ligno. Maledictũ quippe hominis in ſe ſuſcipiendo: id eſt, eã quæ ex ſentẽtia dei venerat mortẽ, vt maledictũ ſuſpendit in ligno,
Galat.6.b & inde eſt quòd pro nobis Chriſtus factus eſt maledictum. Hæc exẽpla protulimus, vt firmetur ſenſus ſuprà prolatus: ſequentia videamus. Nunc igitur Chriſto coruo figuraliter
B dicto, pater præparat eſcã: cùm ei ex gẽtibus conuocat cre-
Eſa.46.d dituros, ſicut de eodẽ patre propheta ait dicẽs: Quis ſuſcitauit ab Oriente iuſtũ, vocauit eũ vt ſequeret. Dabit in cõſpectu eius gentes, & reges obtinebit. His igitur ad fidẽ vocatis, dñs Chriſtus velut eſca gaudio exultationis reficitur. Huius populi: id eſt diſcipuli, & oẽs credẽtes clamãt ad deũ in oratione, panem ſubſtantialẽ quotidie poſtulãtes, & hoc ipſum vagantes faciunt, quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terrã, vbi ſedẽ ſibi firmã, & ſtabilẽ non conſtituerunt, ſed dicunt cũ
1.Cor.1.c. Apoſtolo, inſtabiles ſumus. Hi igitur habẽt quidẽ cibos ſcripturarũ: quarũ conſolatione paſcunt, ſed ſpei & fidei cibus eſt, nõ alimonia rei ꝓpriè permanẽtis. Et idcirco in hoc mundo vagari dicunt: donec ad immobilitatẽ quandã ſeculi futuri perueniant. Nã & ad hunc intellectũ ſpiritualem pertinet, quòd corui iſti, rore paſci dicũtur: ſicut philologi ſe referũt fudagaſſe.

Caput XXXIX.

a NVnquid noſti tẽpus partus ibicũ in petris: vel parturientes ceruas obſeruaſti? b Dinumeraſti menſes conceptus earũ, & ſciſti tempus part⁹ ea-
c rum? Incuruantur ad fœtum, & pariũt: &
d rugitus emittunt. Separãtur filij earum, & pergunt ad paſtum: egrediuntur, & nõ reuertuntur

a NVnquid noſti tempus partus ibicum in petris &c.) Ibices ipſi ſunt quos Græci tragelaphos vocãt, ad-
Ibix. mixto nomine hirci & cerui, eo quòd neceſſe eſt vt ſimile ſibi aliquid hæc animalia habeant, & vnum horũ puto in Canticis canticorũ dammulã vocari: quæ aliquãdo, & caprea. ſecundũ legẽ mactabãtur. Et in Canticocanticorũ crebrò ſimul ponũtur, & munda appellãtur, qm̃ cornuta eſſent & ruminarẽt: vngulãq; diuiderẽt. Iſti⁹ ibicis ſunt & alia ani
C malia quaſi eiuſdẽ generis, vt eſt coruorũ, ſicut in lege dicit:
Leuit.11.b Et oẽs coruini generis aues nõ mãducabitis. Hæc ergo animalia vel maximè in ſaxis nutriũtur, & in cauernis petrarũ. Ibicũ tempus quãdo pariunt noſti, ait dñs ad Iob, vel quãdo ceruæ parturiunt obſeruaſti? Quanta alia ſunt in ſcripturis magis obſcura atq; ab hominũ notitia longè remota, de quibus aliqua in hoc libro ipſe dñs videtur dixiſſe, q̃ ſunt quæ ad Iob nunc loquitur. Quid enim laboris eſt noſſe tẽpus ceruarũ, & ibicũ parturiẽtium? aut vnde tam latebroſum eſt humanæ notitiæ, vt poſſit tẽpus horum animalium parientium penitus ignorare, præſertim cùm hæc ipſa animalia penè in medio hominũ cõmorent. Proinde, ne ſit apud quoſdam hic ſermo dñi vilis, & fortè ab eis ſuperfluus exiſtimet, alti⁹ qđ dixit intuendũ eſt: vt dicamus in myſterijs ſub nomine horũ animaliũ, prefiguratos apoſtolos, & apoſtolicos viros, & oẽs prædicatores veritatis: qui in fortitudine fidei & patientia, velut in petris per ſpiritũ imbuentem eos verbum euangelij perfectè in ſe formatũ parturiant: vel cum doloribus perſe-
1.Cor.4.d cutionũ parturiant. In petra parturibat & ille qui dixit: Nã in Chriſto per euangeliũ ego vos genui. Hoc igitur tẽpus futurum conſtitui, & animas prædictorũ, velut ceruas quæ de timore meo concipiũt, vt ſpiritum ſalutis pariant ſuper terram, tu forſitan, quaſi obſtetricãtis officio diligentiſſima ſollicitudine obſeruaſti dans eis os, & ſapientiã de vtero mentis ſuæ, minus fortaſſe ſolidum, vel integrum verbũ prędicatio- D
nis, velut fœtã in hanc effunderent lucẽ. b ¶ Dinumeraſti menſes cõceptus earum, & ſciſti tẽpus partus earũ?) Viuum verbum dei & validum, penetrans vſq; in diuiſionẽ animæ ac Heb.4.d.
ſpiritus, compagum quoq; ac medullarũ: in hoc ſpirituali cõceptu profectus quoſdã incremẽtorum, velut per menſes tẽporũ in cordiũ ſinibus operat, vt ipſis apoſtolis primùm apparuit, qui in initio prædicatiõis, quaſi parui, & modici viſi ſunt, ſed paulatim corroborãte eos ſpiritu, verbum in eis demonſtratũ eſt, vſq; ad menſuram plenæ gratiæ peruenire. Quod velut partu ædẽtes, totũ atq; perfectum ac plenũ diuinis promiſſionibus ſcribẽtes, diuerſis eccleſijs ædiderũt. Huiuſmodi igitur cõceptus, & partus tempora, qui hoc modo ſpirituali vtero cordis fiũt, vnde & tu Iob, ait dñs, cognoſcere potuiſti? quorum̃q; tẽpora ſunt in euangelio præfinitionis meæ cõſilio conſtituta. Vbi ergo dictũ eſt, & ſciſti tẽpus partus eorũ: Alij dixerũt, & dolores eorũ ſoluiſti. Dolores ſunt inſectationes & tribulationes, quæ prædicatoribus inferuntur: à quibus doloribus iſti tunc abſoluuntur, quando inuitati ad requiẽ abſoluunt à corpore. Siue tunc abſoluunt E
à doloribus pſecutionũ, quando in ſpe poſiti, pro malis præſentibus ad promiſſionẽ æternæ remunerationis aſpiciunt.
c ¶ Incuruantur ad fœtũ, & pariunt, & rugit⁹ emittũt.) Doctrinam lacteam propinando incredulis & infirmis, ſicut ait
Apoſtolus: Lac vobis potũ dedi, non eſcã: ab illa celſitudine 1.Cor.3.d
ſapientiæ ad humiliora prædicatores quodãmodo humiliãtur atq; deſcendunt, vt vir fiat paruulus: & his qui ſine lege ſunt, tanq̃ & ipſe ſit ſine lege. Et dũ eos conantur in Chriſto formare & pãrere, rugitus emittunt: dum ab inimicis Chriſti ſuprà modũ ac ſupra virtutẽ ſuã grauantur, ita vt tædeat eos etiã viuere. De qualibus etiã dicit Apoſtolus: Et nũc flẽs Philip.3.d
dico inimicos crucis Chriſti. Siue ex affectu charitatis huiuſmodi rugitus emittũt, ſicut ait idem Apoſtolus: Triſtitia Rom.9.a.
mihi eſt magna, & cõtinuus dolor cordi meo. Itẽ ait: Ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas la- 2.Cor.2.b
chrymas. Qualibus dolens ex charitatis viſceribus dicit: Filioli mei, quos iterũ parturio donec formetur Chriſtus in vo- Galat.4.c
bis. Item ait in Actibus Apoſtolũ, vbi omnẽ fraternitatẽ collectã alloquitur dicens: Vigilate, memoria retinentes, quoniã Acto.20.f
per trienniũ nocte & die nõ ceſſaui cum lachrymis monere vnũquenq; veſtrũ. Et iterũ ait: Ipſi ſcitis qualiter vobiſcum per omne tẽpus fuerim, ſeruiens dño cũ humilitate & lachrymis. Hæc igit idcirco dicta ſunt, vt ſciamus qm̃ ad gemitus & rugitus, pertineãt tribulatio, anguſtia, lachrymæ & dolor continuus cordis ſanctorũ. Aliter: incuruãtur ad fœtũ, & pa F
riunt, & rugitus emittunt: Vbi prædicatores veritatis verbũ fidei cœperint æditione eloquij prædicare, ilico abaduerſarijs incuruant: id eſt, cuſtodijs carcerũ humiliantur atq; verberibus, ſed quia nec in vinculis verbũ dei eſt alligatũ: illic nihilominus id populis pariunt, quo & ipſi in Chriſto naſcuntur: Sicut ait vt diximus in regeneratos, ſanctus Apoſtol⁹: In 1 Cor.4.d
Chriſto Ieſu per euangeliũ ego vos genui: deinceps ad deũ in orationibus rugitus deprecationũ emittunt, vel pro perſecutoribus ſuis deũ rogantes, vel perſeuerantiã fidelium, & adiutoriũ diuinæ gratiæ ſuppliciter implorantes. Aliter, rugitus emittunt: quia q adijcit ſcientiã, adijcit dolorẽ: gemunt ſan- Eccl's.1.d.
cti cogitantes quãta ſunt pericula huius vitæ, vel q̃ lõgè ſunt à virtutibus quas requirunt. d ¶ Separantur filij earũ, & pergunt ad paſtũ: egrediuntur, & nõ reuertunt ad eas.) Parturitiõe apoſtolica, filij quos ſancti in Chriſto genuerint, ſiue à priſtinis erroribus ſuis, ſiue etiã à carnalibus operib⁹ ſeparantur: in quibus nũc erubeſcunt, vt iam nõ ſibi viuant, ſed Chriſto, qui pro eis mortuus eſt & reſurrexit. Pergũt ad paſtum: id eſt, per ſcientiã profundioris intelligentiæ quotidie excitati conuerſatione proficiunt, dicentes: animalia ſancta veri paſtoris: Domin⁹ regit me & nihil mihi deerit: & cæte- Pſal.22.
ra, quæ ſequuntur in pſalmo eodẽ: Sic, inquã, pergunt ſancti

G filij euãgelizantiũ pacem,ſicut ſam dixi:id eſt,creſcunt atque proficiunt. Ad iſtũ paſtũ dñi, & ad hanc alimoniã ſanctarũ animarũ,& ad tales delitias ſpirituales,egrediuntur vtiq; ab infantia morũ quotidie proficientes & ꝓficiſcentes virtutũ merito in virũ perfectũ.Et nõ reuertunt ad eas. Non reuertũtur vt iterũ neceſſe ſit eos doceri,quæ ſint elemẽta exordij ſermonũ dei. Nõ reuertuntur ad ea Philip.3.c quæ retrò ſunt, ſed ad ea quæ in antè ſunt ſe extẽdũt. Nõ reuertũtur vt quidã,qbus ait Apoſtolus: Galat.4.c Filioli mei,quos iterum parturio donec Chriſtus formet in vobis: ſed potius ſubeunt gradus aſcenſionũ, inambulãt de virtutib⁹ in virtutẽ. Huiuſmodi ergo filij nõ poſſunt audire,vt Galatæ,vocem Galat.4.c increpantis Apoſtoli: vellem eſſe apud vos,& mutare vocem meam. Hic ergo ſermo dei ſub figura caprearũ, & ibicum, deſcribit apoſtolos,ſicut iã dixi, & apoſtolicos viros,atq; oẽs doctores eccleſiæ, per quorum doctrinã eccleſia ſpirituales ſibi filios generat. Et vnaquæq; anima de verbo dei cõcipiens,parit filios bonorũ operũ,quę tamen ceruæ ſit ſimilis & ibici, vt in montibus habitet,& in petris nutriat,velox̃q; ſit & alacris ad currendam viam dñi.

H Serpẽtes quoq; de terra ſua educat,& viuat multo tẽpore: au 4.Re.20. diens ꝓphetã:adijcient tibi anni vitæ tuæ:talibus ceruis ſunt b mõtes excelſi quos dñi vox perficit,& quorũ pedes in cõſummatione perducet. a ¶Quis dimiſit onagrũ liberũ, &c.) In cerua & ibice ſuperius figurã eccleſiæ eſſe monſtrauimus. Nũc verò onagri nomine,arbitramur populũ Iudæorũ poſſe intelligi,quẽ deus ob incredulitatẽ eius dimiſerit, ſicut ait: Pſal.80.c. Et dimiſit eos ſecundũ deſideria cordis eorũ. Quod in multis alijs locis ſcripturarum deus futurũ eſſe teſtat: Cuiuſque vincula præcepta eſſe legalia non abſurdè ſentimus. Nã eundẽ cõtumacẽ populũ & rebellẽ, propheta ita obiurgat & Oſeæ.4.d increpat,dicens:Vacca laſciuiens Iſraël, cõfregiſti iugum,ru Hiere.5.b piſti vincula. Hunc igit quaſi onagrum, immundũ videlicet animal ac effrene,reliquit dñs,vt ab eo iugo imperij ſui,quia ſemper reſtitit obedire,à vinculis pręceptorũ diaboli ſoluetur,& ſecundũ Apoſtolũ ſeruus peccati,liber eſſet iuſtitię, Rom.6.d Pſal.2.a. ſic enim ipſe dñs de Iudæis ait in pſalmo:Diſrumpam⁹ vincula eorũ,& proijciamus à nobis iugũ ipſorũ, vbi ipſa trinitas dei hoc dixiſſe videtur. Nã quemadmodũ in Geneſi in fa Gene.1.c. ctura hominis pluraliter dixit de⁹, faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinẽ noſtram:ita & hic locutus eſt: Diſrumpamus vincula eorũ,& proijciamus à nobis iugum ipſorum. Quẽ locum Actus apoſtolorũ ita ſe habere manifeſtè declaActo.4.a. rant:vbi apoſtoli ad deũ eleuauerunt vocẽ ſuã atq; dixerunt: I Dñe tu qui feciſti cœlum & terrã, mare & omnia quę in eis ſunt,qui ſpiritu ſancto per os patris noſtri Dauid pueri tui Pſal.2. dixiſti:Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania?aſtiterũt reges terræ,& principes cõuenerunt in vnũ,aduerſus dñm,& aduerſus Chriſtũ eius. Ob hoc igit ſcelus qđ in Chriſto filio dei cõmiſſum eſt,ait pater:qui in ſpiritu ſuo Ibidem. hoc futurũ prædixerat,dicens: Diſrumpamus vincula eorũ, & proijciamus à nobis iugum ipſorũ. Proceſſit grãde peccatum ac nefandũ,quo ſaluatorẽ crucifixerũt, vt meritò ab eis vincula præceptorũ dei diſrumperẽtur,& ita legis iugũ ꝓijceretur. Quòd autẽ iugũ & vincula eorum dicta ſunt, cũ dei fuerint potius q̃ Iudæorũ,quibus legẽ ac præcepta dederat mandatorũ:hoc maximè requirendũ:quod ita dictũ, quia Iudæi legẽ carnaliter intelligentes,quã ex operibus ſe implere Roma.3.c arbitrabantur,quaſi ſuã effecerant:ſicut dicit Apoſtolus: Iſraël verò ſectans legẽ iuſtitiæ,in legẽ iuſtitiæ non peruenit. Quare?quia nõ ex fide,ſed ex operibus. Et ideo de eiſdẽ ſequitur,dicens: Ignorantes enim dei iuſtitiam,& ſuam quærentes ſtatuere,iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Quòd aũt ait, ſuam volentes ſtatuere iuſtitiã, non quia lex ab ipſis ſit cõſtituta, hoc ait:ſed in lege quæ ex deo eſt ſuam conſtituerant, quãdo eandẽ legem ſuis viribus ſe implere poſſe credebãt: & ideirco ſecũdũ hunc ſenſum Iudæorũ vincula diſrumpẽda à deo dicunt,& proijciendũ iugũ ipſorum. b ¶Cui dedit in K
ſolitudine domum.) Iuſtos deſtitutos in ſolitudine,videlicet ꝓtectione defenſionis meę habitare feci:ſicut etiã poſtmodũ ore prophetico locutus ſum dicẽs: fiat habitatio eorũ deſerta,& in tabernaculis eorũ nõ ſit qui inhabitet. Solitudo itaq; Pſal.68.f. factus eſt populus ille & eremus, qa ablata lege: prophetia,ſacerdotio,ſacrificio quoq; ac beneficijs diuinis,gratię etiã protectione priuati ac deſtituti ſunt.

a reuertuntur ad eas. Quis dimiſit onagrũ
b liberũ,& vincula ei⁹ quis ſoluit? Cui de-
c di in ſolitudine domũ: & tabernacula ei⁹
d in terra ſalſuginis. Contẽnit multitudinem ciuitatis:clamorem exactoris nõ audit. Circũſpicit montes paſcuæ ſuæ,&
e virentia quæq; perquirit. Nunquid volet
rhinoceros ſeruire tibi:aut morabitur ad
f præſepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerota

c ¶ Et tabernacula eius in terra ſalſuginis.) Vt ſine vlla ſpe promiſſionis dei ſterilis viueret: & infructuoſus terrã ſalſuginis dicitur accepiſſe: vbi præter amaritudinẽ qua deũ prouocaret ad iracundiã,nihil haberet. Sic nãq; alibi de deo dicit ꝓpheta: Poſuit Pſa.106.d flumina in deſertũ,& exitus aquarum in ſitim. Terrã fructiferã in ſalſuginẽ à malitia inhabitantium in ea. d ¶Contemnit multitudinẽ ciuitatis: clamorẽ exactoris non audit.) Eccleſia eſt hæc ciuitas,quæ cõſtat ex multitudine innumerabiliũ populorum,de qua dñs ait: Nõ poteſt ciuitas abſcondi Matt.5.b. in monte poſita. Hanc igitur qſq; Iudæus deſpiciens,reſpuẽdo contẽnit: clamorẽ etiam cuiuſlibet euangelizantis verbũ dei,& exigentis obedientiã fidei non audit:id eſt,obedire detrectat: ob hoc igit, incraſſatũ eſt cor eorum,& oculos ſuos Iſa.6.c. clauſerunt,vt nõ videant oculis,& aurib⁹ nõ audiant,& cor- L de intelligant. e ¶ Circũſpicit montes paſcuæ ſuæ &c.) Montes,ſuperbos quoſq; doctores,ſcribas videlicet & phariſæos legis ſuæ,quaſi ſuſpiciens eisq; honorẽ deferens,adulationis ambitu circumit:ab eis proculdubio,in quibus eſt doctrina hominũ,nõ recedens. In quibus etiã mõtibus vbi ſe paſcua carnalis legis habere gloriantur;virentia quæq; perquirit,quæ ad delitias vtiq; carnis, & ſabbata delicata pertinẽt, & quæ velut vireſcẽtis ſuperficie,legis hiſtorijs,nullum fructũ habeant figurarũ. f ¶Nunqd volet rhinoceros ſeruire tibi &c.)Siue vt alij dixerunt: Nunquid volet monoceros ſeruire tibi?Ex diuerſa æditione tranſferẽtium aduertimus, Vnicornis quòd ipſum ſit rhinoceros quod & monoceros,& Latinè intelligatur vnicornis,ſiue ſuper nares cornu habẽs. Sunt ergo huiuſcemodi ferę in ſolitudine Orientis,& ab hominib⁹ nõnunq̃ vidẽtur ſiue capiuntur. Hic igitur monoceros,populi gentilis imaginẽ præfigurat: cuius etiam ſuperbia ſignificat in cornu,ſicut quibuſdã peccatoribus,& ſuperbis à deo dicitur per prophetam: Dixi iniquis,nolite iniquè agere:& delin Pſal.74.a quentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cornu veſtrũ:quia veternoſa atq; antiqua in his quos de⁹ increpat,ſuperbia eſt. Secundũ aliam ædionem: in hoc eodẽ loco pſalmi legimus:Nolite exaltare in excelſum cornu veſtrũ, M loquẽtes in ceruice veteri. In multis quoq; alijs locis ſcripturarum,cornu nuncupato,legimus ſuperbiã nominari:licèt & in bonã partẽ cornu ſoleat dici,vt eſt illud: Exaltabit cornu 1.Reg.2.b Chriſti ſui. Nã & ipſe dñs Chriſtus: propter ſingulare imperium ſuum,aliquando & vnicornis dicitur: Legim⁹ quoque cornua & regna dici,vt in Daniele & Apocalypſi cõtinetur. Dan.7.b. Hic monoceros,qui per ſapientiã mundialẽ tumore ſuperApoc.17.c biæ erat in ſublime porrectus:nunquid tibi ſubijciet, ait dñs ad Iob:vt per fidẽ in ſanctitate,& iuſtitia ſeruiens, obedientiæ colla ſubmittat:& mãſuetus effectus atq; humilis,ad dominicũ præſepe recurrat:ac verbis dei hominisq; aſſumpti, ſacris cibarijs ſaturetur. Siue, nunquid ſubijciet,vt in eccleſiæ meæ clauſtro habitet:quod erit viantibus ſtabulum: atq; huic ſeculo renũciantibus ſalutare perfugiũ: vbi ſpiritualiũ ciborũ alimonijs,inſtitutiõibus,& cœleſtibus pingueſcat eloquijs, & impleatur in illo quod erit per prophetam poſtea prædicendũ: Agnouit bos poſſeſſorẽ ſuum,& aſinus præſepe Eſaiæ.1. dñi ſui. In monocerote quippe hic nominato,ſicut in prophe ta per aſinũ,immundus & incircũciſus ſignificatus eſt populus omniũ nationum. g ¶Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo: aut cõfringet glebas vallium poſt te?) Lorum hoc loco dictã ipſam charitatẽ Chriſti,quæ eſt inter

omnes

A omnes virtutes præcipua intelligere debemus. De qua ad di
Colos. 2.a ligentes atq; amantes deũ, ait Apostolus: Copulati in charita
te: cuius vinculis colligandos, propheta olim prædixerat, di-
Esa. 45.c. cens ad deum: Labor Aegypti, & negociatio Aethiopiæ, &
Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: & post te
ambulabunt: vincti manicis per-
gẽt, & Dauid quemadmodũ cha
ritatis dei vinculis per ministros
verbi dei vinciendi essent creden
Psa. 149.b tes, ita loquitur, dicens: Ad alligandos reges eorũ in vinculis fer
reis. Quorũ vinculorũ nomini-
bus, charitatis Christi fortitudi-
nem voluit demonstrare: quæ et-
iam fortis & potens in manicis
ferreis, ad amorem domini con-
stringit. Hic ergo rhinoceros: id
est, populus quodam incircunci-
sus, præputio scilicet carnaliũ vo
luptatum, & infidelitate immun
dus, hoc loro charitatis Christi,
fortissimo alligatus: ita vt nulla
eum creatura separare possit à
Christo: conficit in corpore gle-

cerota ad arandũ loro tuo: aut cõfringet
a glebas vallium post te? Nunquid fiduciã
habebis in magna fortitudine eius, & de-
relinques ei labores tuos? Nunquid cre-
des illi, quoniã semẽtẽ reddat tibi, & areã
b tuam congreget? Pennã struthionis, simi
lis est pennis herodij & accipitris. Quã-
c dõ derelinquit ouа suа in terra: tu forsi-
d tan in puluere calefacies ea? Obliuiscitur
quòd pes conculcet ea: aut bestia agri cõ-
e terat. Duratur ad filios suos, quasi nõ sint
sui: frustra laborauit, nullo timore cogẽ-
f te. Priuauit enim eam deus sapientia: nec
g dedit illi intelligentiam. Cùm tẽmpo fue
rit, in altum alas erigit: deridet equum &
ascensorem

B bas conualliũ, duritiã scilicet peccatorum: & colit in corpo-
1.Cor. 6.d re suo terram dominicam, secundum Apostolũ, qui ait: Non
estis vestri. Et ideo hic specialiter domini est terra, i qua pri
mitus fit omnium peccatorum, quasi veprium spinarũmque
purgatio. Deinde aratro crucis, & ferro dominicæ passiõis,
duritia cordis atteritur, & confringuntur valliũ glebę. Val-
lium nomine, humiliatos peccatis homines, atque in ima de-
Psal. 83.b. pressos significari existimo, sicut habemus in psalmo: Ascẽ-
sus in corde suo disposuit in valle fletus. Vnde & Esaias cum
increpatione prophetaturus, contra Hierusalem peccatricẽ,
Esa. 22.a. prophetiæ suæ huiusce modi titulũ præposuit, dicens: Onus
vallis visionis. Taliũ igitur vallium glebas monoceros com-
minuit: quando humiliati corporis terram edomat, & susci-
piendis cœlestiũ præceptorum seminibus, ac reddẽdis fru-
ctibus præparat, quãdo cum apostolo castigat corpus suum,
& in seruitutem redigit: quando omnẽ hebetudinẽ obstinati
cordis, duramq; stoliditatẽ à se auferre contendit: quod ta-
men efficere nequaquã poterit, ait dominus: nisi rectorem &
gubernatorem suum obedienter me fuerit secutus. Vnde ait
dñs ad Iob: Aut confringet glebas vallium post te, sicut habe
Psal. 62.c. mus in psalmo: Adhæsit anima mea post te. Et propheta de
Naum. 3.a huiusmodi: Post te ambulabunt, inquit, vincti compedibus:
vbi admiratione dignos video tales pedes, qui quanto magis
compediti fuerint, tãto velocius sine offensione egrediũtur.
a ¶ Nunquid fiduciã habebis in magna fortitudine ei⁹ &c.)
C Ego dominus noui fortitudinem charitatis eius, & patiẽtiæ
ac longanimitatis, & idcirco dereliqui ei ad imitandum me
omnes labores dispensationis meæ, quos in me credẽdo intel
liget: quia pro illo sustinui alapas, verbera ac sputa suscipiẽs,
eidem laborauit: eiq; ad cœlos reuolans exempla laborum ac
virtutum reliquit: cui quæ credidi atque commisi opitulante
sibi gratia mea, reddat multiplex semen, & in area ecclesiæ
meæ germen triceſimũ, sexagesimum, centesimumq; fructifi-
cet, & aream tuã congreget, sicut Apostoli, & post apostolos
multi fecere doctorum. b ¶ Penna struthionis, similis est
Herodij. pennis herodij & accipitris.) Herodiorum genera tria esse
dicuntur: vni horum album esse colorem quidã ferunt: aliud
verò quasi gruis quibusdam diuersis coloribus varium: ter-
tium quoque genus nigrum affirmant: quod sit non solũ ve-
lox, & sæuum ad prædã: verumetiam in coitu impatientissi-
mũ: intãtum vt in tẽpore coitus ex oculis eius sanguis ebul-
liat. Herodius in psalmo centesimo tertio ita nominat: He-
rodij domus dux est eorum: cùm de lignis dñi propheta tro
Leuit. 11.b picòs loquit. In Deuteronomio quoq; & in Leuitico: vbi ne
Deut. 14.b aues immundæ in cibũ sumantur Moyses prohibet, & hæc
similiter ponitur. Accipitrũ etiam aliquot, sunt formæ vel
genera. His ergo rapacissimis auibus, venatu & præda viuen-
tibus, in pennis struthio comparatur, sicut & alij dixerunt:

Struthio mixta, & alis Herodionis & accipitris. Igitur stru- D
thionem secundũ spiritualem intelligentiam sensus q; diui-
nos, ecclesiã non absurdè sentimus, quæ per lauacrũ regene-
rationis, & verbum munda in Christo effecta est: qui simile
quidem pennã habet pennis auium quæ carnibus vescuntur
& sanguine. Sed illæ remigio ala
rũ in hoc aëre velut in pelago id
agunt, vt de cæteris auibus prædã
capiãt. Vnde sub hac figura inimi-
ci nostri spirituales intelligũtur. Struthio verò lõgè dissimili
modo pennis suis vtitur: eo quòd
eas velut per fidẽ, & speciẽ duorũ
testamentorum gubernaculis viuens habitantẽ extendat: hęc auis
ait dñs Iob: c ¶ Quãdo derelinquit ouа suа in terra: tu forsitan in puluere calefacies ea?) Ouа siue filios, vt in subsequentib⁹ dicitur, nouã creaturã atq; in Chri
sto generatã, & cãdidã progeniẽ
sanctæ ecclesiæ intelligere debe-
mus. Sed in ouis illos esse nouerimus, qui doctrina quotidiana,

quasi fœtus quidã ecclesiæ matris nutriuntur, vt quandoque E
de initiorum frugalitate, & imperfectione procedẽtes, ad vl
timũ testa virtutũ, veluti distinctis atq; formatis membrorũ
compagibus existant, cũ ex tenebris vitiorum hoc modo fa-
cti fuerint lux in domino, proficientes quotidie ad ætatũ mo
rumq; soliditatem. Audiant prophetam de ipsis dicentem:
Dies formabuntur, & nemo in eis: id est, nullum in eis vitium Psal. 138.c
dominabitur: quo impugnante vincantur. Filios verò intelli
gamus iam solitò robustiores: fide ac virtutib⁹ compositos,
atq; formatos per incrementa virtutum, tanq; per annorũ se-
riem iam de omni infirmitate vitæ incompositę nihil habẽ-
tes. Hi igitur, sicut ait dñs: in terra ab ecclesia relinquuntur:
quando persecutionem ab impijs, & terrena sapientibus pa-
tiuntur. Relinquere enim eos ecclesia dicitur, dum aduersan
tibus non resistit: quos dñs feruore fidei & patientia duros,
atq; in illo igne quem misit in terrã, & in puluerem fragilis
carnis eorum fortissimos facit. d ¶ Obliuiscitur quòd pes
conculcet ea: aut bestia agri cõterat.) Obliuiscitur ecclesia na
tos suos, dũ eis pressurarũ molestias, aduersarios inferre nõ
prohibet. Hoc loco differẽtiã puto esse tribulationum, pro-
pter illud quod dixit: pes conculcet, & illud quod ait: & be-
stiæ agri conterãt. Et hoc sit contritio bestiarũ: quãdo aper-
tè truces, sæui & immanitate morum crudelitate similes be-
stiarum, Christum confitentes vsque ad atrocitatem mortis
affligunt. Pes verò cõculcationis sit huiusce modi tribulatio,
quando opprobrijs, & nimio contẽptu iniquorũ sancti vsq- F
quaq; humiliantur, velut quadã conculcatione protriti.
e ¶ Duratur ad filios suos, quasi non sint sui: frustra labora-
uit nullo timore cogente.) Præsentibus filiorum suorũ tri-
bulationibus, ecclesia dura & impia videtur: quoniã non in-
gemiscit, & plangit angustias interitumq; natorum. In cuius
figurã, sancta mater Machabæorum super filiorũ suorũ cru 2.Mach. 7
ciatibus exultabat: videbat quippe in spiritu, sicut & hic san-
cta mater ecclesia per fidem quotidie contemplatur, quantã
gloriam in æternum pariant pœnæ præsentes, professiõe ve-
ritatis acceptæ. Et ideo quod sequitur: frustra laborauit, nul
lo timore cogente: ecclesiã signat, quæ filios suos ad tẽtatiõ-
nem, & seculi huius molestias præparat, sperans vtiq; à deo p
his malis temporarijs, filiorum suorũ gloriam, & incorru-
ptionis beatitudinem sempiternam. Aliter: sed & si doluisset
pro filijs consecratis, frustra doluisset: quia nõ habebat timẽ
di causas, quando eos non perdidit, sed acquisiuit. f ¶ Pri
uauit enim eam deus sapientia: nec dedit illi intelligentiam.)
Sapientia atq; intelligentia mũdi huius priuata est à deo ec-
clesia: nam & Apostolus hoc fieri præcipit, dicens: Qui vult 1.Cor. 3.d.
sapiens esse, stultus fiat vt sit sapiens: quia sapientia hui⁹ mũ
di stultitia est apud deum. g ¶ Cùm tempus fuerit, in al-
tum alas erigit: deridet equũ & ascensorem eius.) Cùm in-

a ascensorem eius. Nunquid prębebis equo fortitudinem: aut circundabis collo eius
b hinnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium eius terror: ter
c ram vngula fodit. Exultat audacter: in occursum pergit armatis. Contemnit pa-
d uorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra: vibrabit hasta & clypeus.
e Feruens & fremens sorbet terram: nec re-
f putat tubæ sonare clangorem. Vbi au-
g dierit buccinam, dicit: vah. Procul odo-
h ratur bellum: exhortationem ducum,
i & vlulatū

G gruerit, alt, molestior & nimiū acerba afflictio persequentis: ibi maior ad deum de afflictione obsecrātis affectus: dū quodammodo excitatur, & humiliatus erigitur intentione vigilantissima deprecandi in excelsum alacri nisu, fidem suam & spem, velut pennas in adiutorio gratiæ dei fultas suffert, & cùm talium alarū sustentata fuerit auxilio, gressus profectò eius velociores efficiuntur & concitī: ita vt insequentes se derideat inimicos, id est equum & equitem, quod est diabolū & hominē ministrū inimici: qui in perpetrandas contra ecclesiam persecutiones, sedet in quolibet equo suo, in corde videlicet hominis psequētis: a ¶ Nunquid prębebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?) Hunc equum aduersarsam potestatem arbitror posse intelligi: q sit pallidus, vt in Apocalypsi scribitur: quem sequitur mors & inferus. Et qui in Zacharia propheta dicitur rubeus: mortibus videlicet hominū, & cruore respersus. Proinde dum permittitur prębere ei à deo, dicitur H fortitudo: & circundari collo eius hinnitus, vt per patientiā, & bonitatem dei, thesaurizet sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicis dei. Et idcirco in collo eius significat hinnitus superbiæ, quo tumeat contra deum, & blasphemiam loquatur. b ¶ Nunquid suscitabis eum quasi locustas?) More locustarum, aduersarius noster dicitur suscitari, quando de locis suis ad partiendas regiones, atque vastandas præire dicitur, sicut ait de deo psalmista: Dixit, & venit locusta. Sed hanc suscitationē, instantiam efficiendi operis esse arbitror. Vnde dicitur ad Pharaonē: In hoc ipsum te excitaui, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra. c ¶ Gloria narium eius terror.) Siue vt alij dixerunt: Gloria pectoris eius audacia. Vt inimicus in fugam vertat aduersarium suum, militem scilicet Christi: ipso etiam anhelitu terret: hic est odor mortis: hic est spiritus furibundus anhelans in hominis necem: retrorsum respicit, qui iterum ad peccata conuertitur: siue tribulationibus cedit, vt in euangelio dominus per parabolam edisserit. d ¶ Terrā vngula fodit.) Siue vt alij dixerunt: fodiens in campo luxuriat: id est, carnales homines, & terrena sapientes conculcat, & proterit, & cùm eos humiliauerit, sibiq; subdiderit: facit eos ea contritione contritos: qualis est contritio, & infœlicitas in vijs hominum impiorum. In huiusmodi igitur latitudine vitiorum, velut in campo luxurians, fodit ad subtrahenda hominibus fundamenta virtutum, vt in ruinam subducta soliditate procumbant. I e ¶ Exultat audacter.) Gaudet superbus præsumptionis audacia: quoadusq; pernitione contra homines pugnat. f ¶ In occursum pergit armatis.) Quæ sint arma sanctorū contra spiritualia nequitiæ: apostolus diligenter enarrat. Contra hos igitur huiusmodi armis indutus, in occursum pergere dicitur: quando arcem mentis expugnare molies, aduersum murum virtutum, arietes obijcit vitiorum, & ad tentandum dominum, ausus fuit in occursum eius venire in eremo, & per singulas ciuitates apostolis Christum prædicātibus occurrebat: quando eis commotiones seditionum populi suscitabat, sicut etiam in Actibus apostolorum legimus. Vnde & ad quosdam Paulus ait: Ostium mihi apertum est magnum & euidens, sed aduersarij multi. Et multis alijs locis de hac aduersantium impugnatione non tacet, quas diabol⁹ immittebat. g ¶ Contemnit pauorem: nec cedit gladio.) Quod ad imperium, & inuocationem dei, diabolus effugetur, manifestum est: sed si ad contumaciam, & voluntatem illius iniquissimam, ac procaciter imprudentissimam attendamus, intrepidus non terretur: non erubescit etiam si gladio ferri dei territus fuerit & fugatus, reuertitur iterum: nec confutatus abscedit, h ¶ Super ipsum sonabit pharetra: vibrabit hasta & clypeus.) Cur habet pharetrā inimicus? vt videlicet sedentes in ea Iudæi, gentiles, hæretici: in quibus sunt sagittę mortis, errorum scilicet lœtalia dogmata, sagittent in obscuro rectos corde. Habet hastam vnde crī Psal.10.a. minibus cæterisq; vitijs confodiat peccatores: sagittas, subtiliores dolos: hastam, delicta trabalia atque mortifera. Habet clypeum: quo malitiæ plenitudine, totum militum suorum occupat pectus: quo ne telis verborum dei compungātur, excutit ea, frustratur, expalmat: ex quo equo transfigurato in angelum lucis, splendore quodam terribili, vibrant hasta & clypeus, & mendacij eloquio abruptæ hereticorum resonant prauitates, & hic propter indesinentem intensionem vsumq; blandiēdi vibrare dicuntur. i ¶ Feruens & fremens sorbet terram.) Feruens est vitijs diabolus, inimicus sanctorum, & omnium criminum igne confragrans, atque in hominem furore inuidiæ fremens, vt iam sorbeat illecebris peccatorem, & deuoratum in corpus perditæ congregationis sūæ transferat, quo corpore propheta dixit se forte absorbendum, nisi dominus esset in eo: ita inquiens: Nisi dominꝰ esset in nobis, forte viuos absorbuissent Psal.123. nos. Hic ergo contrarius noster ipse est, cui deus locutus est, L dicens: Terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ. Et idcirco ipse & socij eius, vt inimici domini terram lingent. Gen.3.c. k ¶ Nec reputat tubæ sonare clangorem.) Id est, prophetarum & apostolorum increpationem audire detrectat, quibus dicitur: Sicut tuba exalta vocem tuam: sed magis sæuiēs: vnde verus Pharao dicit: persequens comprehendam dispartibor spolia, & cętera. In his locis de quibus diximus: alij trāstulerunt: super ipsum enim gaudet arcus & gladius, lancea, hasta, & tremore & iracundia euertit terram: nec credit donec clanguerit buccina: vbi eundem sensum existimo contineri: secundū quem nos exposuimus, in arcu & gladio, & cæteris armis inimici, omnes adinuentiones eius intelligendæ sunt, quæ in eo gaudeant cum his modis, quasi armis interficiunt hominem. l ¶ Vbi audierit buccinam, dicit: vah. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.) Quando audierit, inquit, aduersarius noster dei buccinam, id est, vnumquenq; doctorem ecclesiæ adhortantem commilitones suos, secundum præceptum imperiale, atque diuinum: vt contra aduersarium suum stent fortes in prælio: stupenti animo & scrutabili, auribūsq; attonitis, ait: vah, tanquam si diceret: quid audio, hac quisquam præsumit audacia, vt contra me saltem cogitet bella constituere? Vbi ergo dictum est vah: Alij dixerunt euge, quod se- M cundum vt consequētia loci fuerit: siue in bonum siue in malum capitur. Et in psalterio: Confundantur & reuereantur, Psal.69.a. qui dicunt mihi euge euge. Proinde in hoc loco irridentis animo, & subsannantis vultu, euge dicitur: Subtilis enim & vigilantissimus inimicus, & nimium callidus: qui solicitudinem perdendi omnem terram habet, cùm senserit aliqua initia siue signa quædam in homine, quomodo ei, eiusq; vitijs resistēdum sit: velut saginare aduersantes sibi prævenire contendit: ne sumpta contra diabolum sanctitatis arma defendant: ne veneratione digni fiant, cùm rex ęternus aduenerit. Vlulatus verò, siue sonitus, vt alij dixerunt, exercitus veri imperatoris ille est, quando seinuicem vno spiritu, vnáque charitate & fide cohortantes, cōspiratis in vnum timoris domini viribus alloquuntur: vt donec transeat iniquitas, sint perseuerantes in prælio: quia charitate regis sui infusa in se per spiritum sanctum: qui datus est eis, pro alterutro sunt membra solicita. Nunquid suscitabis eum quasi locustas?) Quem de loco ad locum transilire feci: & de præsenti, scilicet mundi delectatione ad desiderium futuri seculi inflammauisic vtiq; suscitatus est de corpore infidelitatis velut sol, cùm calor aduenit. Has autem mutationes non locorum esse corporalium nouerimus, nam affectus sunt animorū. Gloria nariū eius terror.) Vt terreat pctores, odio habens

Ephes.6.c.d. & Roma.13.d. & 2.Cor.6.b. Matt.4.a 1 Cor.16.b

habens quod ſunt:& dicens eis de deo: Niſi conuerſi fueritis, Pſal.7.c.
gladiũ ſuũ vibrabit,& cætera: de gloria narium eius eſt:ſpiritus enim dei eſt in naribus eius: quod & ſanctus Iob dixit: A
Spiritus dei eſt in naribus meis. Hoc vnguento ſpiritu vtique
dei,perfuſa eſt eccleſia:ſicut ſcribit Ioannes apoſtolus:Et vos 1.Ioã.2.d.
vnctionẽ habetis à ſancto. Proinde hic de quo loquimur,hoc loco de bono flagrabat i interiore ſeſu hominis ſui: in quo ſenſu,ſecũdũ 2.Co.2.d.
voluntatis arbitrium: alijs odor mortis i mortẽ:alijs odor vitę in vitã: quoniã refuſo ſuper Chriſtum:id eſt miræ fidei à ſancta eccleſia repletus eſt mundus: omnes fideliũ populi,eodẽ ſacro chriſmate vncti ſunt. Propter quod & ipſum vnguentũ,quod ante ſaluatoris notitiam Mat.26.& intra alabaſtri vaſi anguſtias tenebatur piſtici,nomẽ inditum Marc.14.
erat:vt nouerimus credẽtiũ populos,ſicut dixi chriſmate cõſecratos. Hac igitur gloria odoris huius:quaſi terrore gene- a.& Lucæ 7.f.
rantis perfunditur ſenſus interior. Terram vngula fodit. Exultat audacter:in occurſum pergit armatis.) Quicquid in ſe fortiſſimũ habet ad ſubſtãtiæ perſeuerantiã:eo vtiq; bono virtutis terrã ſcindit,& cõmouet: Nõ enim patitur vt ſolum gradiatur incultũ,ſed ſtudet vt ager fiat frugifer & opimus. Vnde & ante deũ audacter exultatvt audiat de ſe,ſicut de cę- Pſal.125.b
teris dici: Venientes autẽ veniẽt:in exultatione,tollentes ma- B
nipulos ſuos. Itemq; audiat,ſeruc bone:quia ſuper pauca fui- Matt.25.b
ſti fidelis,ſupra multa te cõſtituã. In occurſum pergit armatis,anteq̃ telis vitiorũ ſiue perſecutionũ à ſpiritualibus hoſtibus obruatur,in acie virtutũ conſiſtens,irruẽtes in ſe præuenit inimicos:ne aliquo ictu concupiſcẽtiæ,vel etiã diffidẽtiæ vulneretur. Sic nanq; in occurſum pergit cõtra hoſtes armis vitiorũ,inſectationeq; munitos. Secũdũ hũc ſenſum ſanctus Dauid ait:Perſequar inimicos meos,& cõprehendã eos, Pſal.17.f.
& cætera. Contemnit pauorẽ,nec cedit gladio.) Quãtaſlibet ait minas cum grãdi terrore,ita vt cum pauorẽ incute- Pſal.26.a.
re cupiunt inimici,loquuntur:Dñs illuminatio mea:& ſalus mea quẽ timebo. Dñs defenſor vitæ meæ:à nemine formidabo aduerſantiũ:dum appropiant ſuper me nocentes,vt edant carnes meas. Proinde quoniã in hac ſalute luminis dei ſpero: ſi conſiſtant aduerſus me caſtra,non timebit cor meum. Et ſi conſurgat in me prelium,non cedã gladio:quo mortẽ libenter pro Chriſto ſubire exopto. Super ipſum ſonabit pharetra:vibrabit haſta & clypeus.) Super exteriorem & corpo- Eſa.14.c.
reũ hominẽ,de quo ait propheta: Et ſubtus me cõturbata eſt hebetudo mea:quaſi arcem animã credimus:vbi vnuſquiſque ſanctorum,vtpote in interiore homine ſuo tãq̃ intra pharetram habet ſagittas eloquiorũ dei:quas dum ad cauẽdũ profert,ſiue dum eas frequenti correptione,veluti tela pungẽtia
C educit in mediũ,percuſſurus vtiq; earum ictibus,eos qui meritò ad ſalutẽ debeãt vulnerari. Super ipſum,inquã,eloquiorum dei reſonat pharetra:quod tamen in cõmotione ſit ambulantis. Vbi intelligitur,quòd is rectè pſallat,& corripiat delinquẽtes:cuius in anteriora quotidie profectus eſt ſanctitatis:ſic enim apoſtolus magnus,& potens equus domini ait: Philip.3.c
Vnum autẽ quidẽ quæ retrò ſunt obliuiſcens:ad ea verò quę in antè ſunt extendens. Siue vt breuius,& manifeſtius dicam: Pharetra hæc,locus eſt cordis:in quo ſermonum dei,ſagittæ cõditæ ſunt,& repoſitæ. Et ſignanter ait dñs ſuper ipſum:id eſt,equũ ſonare hanc pharetrã,quod eſt ſuper exteriorẽ hominẽ eius,pharetra cordis illius referta,diuinis eloquijs regnat,dum vt bellator domini,& fortis in prælio,euangelizat verbũ virtute multa. Super hunc equũ nihilominus vibratur haſta & clypeus. Haſta eſt vigilans animi virtus,ſiue conſtãtia,quæ increpat peccatores:ſiue vitia in ſe cõfodienda mortificat. Clypeus verò ſcutũ fidei eſt,in quo oñia tela nequiſſimi ignea poſſit extinguere. Et hæc propter deſinentẽ vſum bellandi,vibrare dicũtur:quæ ſint vtiq; in exercitatione præparata. Nam de talibus armis fulgentibus ita dicitur: In lucẽ iacula tua ibunt,in ſplendorẽ coruſcationis annorũ tuorum.

Feruens & fremens ſorbet terrã.) Feruens fide in ſpiritu, & fremens vt ſaluator:qui quando in vitijs mortuũ ſpiritualiter ſuſcitat,fremit in ſpiritu. Ita hic, inquam,fremet contra inimicos ſuos,ſiue vitia,ſiue etiam apertos perſecutores: D
& ita ſorbet terram ſuam,dum eam de carnali conuerſatione in ſpiritualem conuertit. Sic itaq; fremens ſibiq; plurimũ cum indignatione iraſcẽs,ſorbet eam ſicut dixi,vt illa in ſpiritus ſui affectationem tranſmittat: vbi eſt ille abſconditus cordis homo in incorruptibilitate,quieti & modeſti ſpirit⁹,qui eſt in conſpectu dei locuples.

Nec reputat tubæ ſonare clãgorem.) Tanta animi virtute induitur,vt nullum terrorẽ aduerſariorũ formidet,quãdo ad omnem ſonitũ inimicorum prouocantiũ ſit paratus. Vbi audierit buccinam,dicit:euge. Procul odoratur bellum:exhortationem ducũ,& vlulatum exercitus.) Qui cùm audierit alta voce euãgelium prædicari,gaudet & exultat,quod euge ſignificat. Omnium præpoſitorũ de ſcripturis dominicis fortiſſimorũ virorũ exempla profitentiũ,totius quoq; eccleſiæ congregationẽ,quæ exercitus dei dicitur,vnanimẽ atq; vnius fidei ſonum cùm audierit dicit,euge:& lætus cum exhortatione ducũ,etiam vlulatum audit exercitus. Vlulatus autem hoc loco ille ſignificatus eſt,quando bellatores in acie ſtãtes pugnaturi,ſeinuicem cohortãtur. Sed dicit aliquis: quemadmodũ fieri poteſt,vt vna eademq; res per figurã nunc in bonam partẽ,nunc in malã intelligatur:ſicut hic nos fecimus,vt E
hunc equum per allegoriã diximus,& in malũ & bonũ poſſe ſentire. Ad hoc reſpondeo,vbi ſine epitaſi aliquid nomẽ ponitur in ſcripturis,vt puta mõs tãtũ,& non additur ei,vt dicatur mons Sion,aut mons corruptus,nõ ab re exiſtimo,quin expoſitio de eadẽ re in vtrãq; partẽ ſit libera. Vbi verò cum epitaſi,vt leo de tribu Iuda,aut certè ſedet in inſidijs ſicut leo ibi aut Chriſtus,ſine vlla cunctatione intelligitur,aut diabol⁹ aduerſarius noſter. Et ſi placet demus aliquod exẽplũ,vbi de arbore in euangelio dñs ait ad diſcipulos ſuos:Si habueritis Mat.17.c.
quidẽ fidẽ ſicut granũ ſinapis: dicetis huic arbori,eradicare & trãſplãtare in mari,& obediet vobis. Vbi quidã intellexerũt:quia fides credẽtiũ eradicet inimicũ,atq; euellat de terra eccleſiæ:terra ſcilicet Iudææ atq; cõfeſſiõis: & mare pp̃lorũ, hoĩm videlicet ipſorũ tranſferat: & illi mali ſpũs in euãgelio hoc ipſum ſignificare poſſunt:qui cũ hominibus immundis & peccatoribus porcorũ nomine indicatis:in mare præ- Matt.8.d.
cipitati ſunt. Vbi verò eandẽ arborẽ dominũ ſignificari voluerunt,ita interpretati ſunt, quòd predicatione apoſtolorũ qui gratiã Chriſti & virtutem fidei ſuſceperunt,arbor Chriſtus dñs eradicet quodãmodo de illa gente Iudæorũ, in qua velut ſtirpe generis tenebat, & tranſplantat in mare gentiũ: ſicut ipſe dominus eiſdẽ Iudæis locutus eſt,dicẽs: Auferetur Matt.21.d
à vobis regnum dei,& dabitur genti facienti fructum eius.

a ¶ Nunquid per ſapientiã tuam plumeſcit accipiter: expan F
dẽs alas ſuas ad Auſtrũ.) Cõſequẽs eſt vt hũc accipitrẽ i bonã partẽ intelligamus:ſctm ſcilicet qui ſapientiam per conuerſionẽ acceperit,vt prædari & rapere iã ceſſet carnib⁹ etiã ſeculariũ ſenſuũ viuere deſiſtat:& qui veteris hoĩs exuuias in baptiſmo depoſuerit:plumeſcẽs,quodãmodo renouata ſit ſicut aquilę iuuẽtus eius,maximè cùm promiſſionẽ habẽs prę- Abac. 3.a.
ſentis vitę & futuræ,quę in alis ſignificata eſt,ad auſtrũ,vnde calor fidei eſt,ſe verterit,vnde Chriſtũ veniſſe cognouit: qđ & propheta ita faciẽdũ prędixerat dicẽs: De⁹ ab Auſtro veniet,& ſctũs de mõte vmbroſo & caligoſo. Bethlehẽ nãq; ciuitatẽ dñi reſpiciẽtibus,in Hieruſalẽ in Meridie,quod eſt in Auſtro,poſitã ſcimus:Et ſecũdũ tropicos intellectus hũc calidũ ventũ,vt aromata gratiarũ ferueant,ſponſus inuitat,dicens:Exurge Aquilo,& veni Auſter,perfla hortum meum,& Can.4.d.
perfla aromata mea. Vbi ergo dictum eſt:expandẽs alas ſuas, ad Auſtrũ:alij dixerunt,expanſis pennis immobilis,& reſpiciens Auſtrũ. Intentionem ergo perſeuerantiæ dicit eius,qui per calorem fidei duorũ teſtamentorũ gubernaculis viuens, ſplendorem æternæ beatitudinis contemplatur. b ¶ Nũquid ad præceptum tuum elcuabitur aquila?) Aliquando in bonam partem aquila dicitur,& pro ipſo deo,dicente Moyſe: Sicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos conſidit, vt ſuperius diximus. Hic verò à deo pote- Deut.23.b

a & vlulatum exercitus. Nũnquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter: expandens alas ſuas ad Auſtrum? Nũnquid ad præceptum tuum elcuabitur aquila: & in

b

Psal.16.d. De absconditis tuis adimpletus est venter eorũ. Peccata ergo
G tanq̃ tenebræ abscõdũtur à lumine veritatis. Siue vt iã diximus, loco remoto cordis, diabolus habitat: quod cor vacuum timore dei, patet vanitati & luxui, atq; omnium illecebris vitiorũ. Hęc enim vmbra solẽ nescientis, & calami secreta significant. Alij dixerũt: sub omnimodis arboribus dormit secus iũcũ, & calamũ, & caricem. Omnimodas arbores dicit: quę tamen omnes infructuosę sunt, non habẽtes medullam charitatis dei: nec bonorũ operũ fructus. a ¶Protegunt vmbræ vmbrã eius.) Peccata eius super omniũ impiorum pcã, & impietates eminent: quas protectione quadam malitiæ suę defendit, & contegit. Alij ita dixerunt: inumbrãtur in eo arbores magnæ: vbi hoc mihi videtur dixisse, quòd quãuis maligni spiritus, vel homines ministri diaboli, superbia sint excelsi: tamẽ superet eos magnitudine delictorũ diabolus: quia scelestioris criminis inuẽtor est, q̃ imitator pcĩ. b ¶Circundabunt eũ salices torrentis.) Siue stirpes & virgultũ, vt alij dixerunt. Mũdus iste mortalis propter velocẽ volubilitatẽ suã, torrẽtis nomine appellatur: sicut & propheta ait, cùm
H Psal.109.a de passione dñi prophetaret: De torrẽte in via bibet. Dispẽsatione nãq; illa qua ad nos venire dignatus est, in cruce mortis calicẽ bibit, de quo dixit ad patrẽ: Si fieri potest, trãseat à me calix iste. Huius ergo mundi hominibus, qui sunt sensibus peccatorũ & perfidia infidelitatis amarissimi, tãq̃ folia, fructus bonorũ operũ mentientes, diabolus circũdatur, qui etiã in collegas cõsortiumq; iungũtur. c ¶Et ecce absorbebit fluuiũ, & nõ mirabitur &c.) Multis in locis scripturarũ, fluminis nomine, genus humanũ significari nouerim⁹: de quo &
Ezec.29.a ipsa potestas aduersaria ait: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Huic ergo fluuio, humano videlicet generi, in ima atq; ad inferiora, more fluminis defluentis, desideria cupiditatũ, delectationis, præsentisq; amorẽ mũdi, ita insinuat, vt eũ absorbere possit: & velut inferus deglutire: sic nãq; humanum genus præceps in supradicta vitia defluet: vt possit ab inimico facilè deuorari. Quòd aũt ait: Habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius. Iordanis fluuius, baptismi cõtinet sacramẽtũ: dum in ipso Christus dñs baptizatur, nostrũ baptisma consecratũ est. Cuius secundũ mysticos intellectus, mõtes &
Psal.113.a. colles, arietes, & agni ouiũ exultãt à facie dei Iacob: qui iuni-
Gen.27. or frater credendo, seniorẽ fratrẽ incredulũ supplãtauit. De
Psal.41.b. cuius Iordanis terra: id est ecclesia, propheta ex persona credentis se dicit dñm recordari. A Christo vtiq; mõte modico incipiẽs, qui propter passionẽ modicus factus est, minoratus
Heb.2.c. est ab angelis, obediendo patri vsq; ad mortẽ. Hic ergo Be-
Philip.2.b hemoth nimia elatus temeritate, fiduciã gerit, vt prædictum
I Iordanẽ, sacramẽta videlicet ecclesiæ figurantẽ, ore suo hauriat: & vorandi cupidus, suo eũ vẽtre concludat. Id est, etiam eos quos sanguis Christi per aquã regenerationis, quam Iordanis typicè portẽdit, & ablutione spiritus sancti redemit, de illi⁹ potestate ac durissimo dominatu quærit, vt rursus suos faciat, seu occulta suasione, seu oppugnatione manifesta.
d ¶In oculis eius quasi hamo capiet eũ.) Verba hæc patris de filio sunt, secundũ illã allocutionẽ, de qua superius diximus, vbi ait pater de eo, cùm ei de diabolo sermo cẽt: Ipse est principiũ viarũ dei. Hũc igitur Behemoth, homo diuini numinis carne hominis assũpti vestitus, in oculis eius capiet eũ, inquit, pater de filio, quòd diabolũ esset capiendus. In oculis, ait: id est, in ipso intelligentiæ lumine, vbi est visus sapientiæ, naturæ rationabilis. Ibi, inquã, diuina sapientia captus, dũ per calliditatẽ suã atq; versutiã nõ videt cuius carnẽ mors deuorandã apprehendit. Secundũ igitur hunc modum captus est diabolus. e ¶Et sudibus perforabit nares eius.) Id est, furentẽ sæuitiã atq; in sanctorũ interitũ anhelãtẽ, Christus dominus noster conteret & proturbabit: sanctos verò propter lignũ crucis nõ absurdè hic ĩtelligẽdos puto: sic ĩtaq; hũiliat & cõfringit dominus inimicũ, omnemq; impetũ inuidiæ sæuientis, dũ eum per eosdẽ sanctos ligno suæ crucis retundit.

a secreto calami, in locis humẽtib⁹. Prõtegunt vmbræ vmbrã eius: circũdabunt eũ
b salices torrentis. Ecce absorbebit fluuiũ,
c & non mirabitur: & habet fiduciam quòd
d influat Iordanis in os eius. In oculis eius
e quasi hamo capiet eum: & in sudibus per-
f forabit nares eius. An extrahere poteris
g Leuiathã hamo: & funẽ ligabis lĩguã ei⁹?

f ¶An extrahere poteris Leuiathã hamo.) Commutauit figurã ænigmatis, vt diabolum quẽ superius Behemoth transLato nomine dixerat, eundẽ nunc Leuiathan appellet: sed illic eum quasi bestiã dicit, quę terras inhabitet: hic verò ita illum nominat, qui velut in aquis maris consistat. Vnde & alij K
pro Leuiathan draconẽ dixerũt. Vnde videri potest, quòd horrẽdũ (nescio quod) genus draconũ sit quod Leuiathan dicatur, cuius malitiæ atq; potẽtiæ cõgruè diabolus coaptetur. Behemoth autẽ eo quòd multi cùm sit appellatur. Nã Behemoth Latinè, quasi plures sonare dicitur. Vnde ipse intelligi potest cum socijs & ministris: & rectè, quasi dicatur, qui à deo nõ sunt. Leuiathan verò additamẽtũ quidã aiunt interpretari. Quia ergo in veritate nõ stetit, & excedens præsumptionis modũ: addit sibi superbiã, quasi supra naturæ bonũ in tumorẽ & morbum elationis excedit. Proinde additamẽtum dictus est: vocabulũ enim factum de crimine, operuit conditionẽ naturæ bonæ, quã deus bonus creauerat. Et Esaias pro- Esa.27.a.
pheta de eo vaticinatur dicens: In die illo, siue passionis Christi tẽpore, siue in aduentu iudicij eius. In die ergo illo visitabit dominus in gladio suo duro & grandi, & forti, super Le- L
uiathan serpentẽ vectẽ, & super Leuiathan serpentẽ tortuosum, & occidet cetũ, qui in mari est: secũdum hoc ipsum est, quod alius propheta similiter ait ad deum: Tu confregisti in Psal.73.c.
virtute tua mare. Tu confregisti caput draconũ super aquas. Hic ipse diabolus tanq̃ caput cum suis membris describitur: & corpus eius, & squamæ indissolubili copula cõiunctæ narrãtur. Hunc ergo Leuiathan draconẽ typicũ, ait dominus ad Iob, ne in aquis gentiũ dominetur: tu forsitan de mari populorum extrahere potes, quẽ hamo virtutis meæ, vt suprà dictũ est, per fidẽ credẽtium extrahere & exiccare disposui. Secundũ hunc sensum est illud quod & dominus ait in euange- Matt.12.c
lio: Cùm fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea quæ possidet, & cætera. In primo autẽ aduentu Christi factũ est per gratiã redẽptionis eius, vt de societate diaboli, & dominatione populi eruerentur. In secundo verò aduentu eius, omnis diaboli potestas est auferenda, quãdoquidẽ mare: hoc est, seculũ non erit: genusq; sociorũ illius de terra peribunt. Quando etiã quæretur delictũ illius, & non inuenietur, domino regnãte inæternũ, & in seculum seculi, absorpta morte mortisq; inuentoribus in resurrectionis victoria. Quòd autẽ in hoc libro ait deus, quia hamo extrahat Leuiathan, per aliũ propheta illud loquitur, dicens: Expandã super te rhete meũ Ezec.17.f
in multitudine populorum, & extrahã te in sagena mea. Hami verò & sagenæ differentiã hanc esse existimo: vt hamum M
ipsum saluatorẽ filium dei, carne vestitũ intelligamus. Sagena autẽ dici potest missa prædicatio euangelij, quæ à solis ortu vsque ad occasum latissimo spacio sit expãsa: sicut & propheta ait: Magnus dominus, & cætera. Et deinceps ait, dilatãs Psal.47.
exultationẽ vniuersæ terræ. Quæ sagena prædicatiõis Christi, veteris testamẽti figuris, & significationũ imaginibus multisq; eiusmodi scripturæ testimonijs, veluti nodis illigatis est solidè roborata: quã ceti multi, & dracones sæuissimi mundi istius impij & potentes scindere & rumpere tentauerunt, idq; non potuerunt efficere, quia firmũ fundamentum dei fecit & conuelli nequaquã potest. Quia si deus pro nobis, quis cõtra Rom.8.f
nos? Proinde secundum hanc expositionẽ idem sensus in hamo & sagena dinoscitur. Cùm ergo dixisset dominus ad Iob, extrahere poteris Leuiathan hamo, ait: g ¶Et fune ligabis linguam eius?) Quemadmodum ex pluribus particulis subtegminis funis intexitur, vt fiat vinculum quo possint aliqua colligari: Ita & diabolus de multitudine peccatorum suorum, quasi de resticulorum particulis, vincula sibi sacrilegorum, velut fune blasphemijs, & lingua illius colligat: vt sit os obstructum atque oppilatum loquentis iniquitatem. Et in Prouerbijs Salomonis, de similibus eius scriptum est: Vinculis peccatorum suorum vnusquisque Prou.5.d.
constringitur. Et inde est quòd & dominus in euan-

gelio

Matt.25.e gelio pigrũ & inutilẽ ſeruũ,ligatis manibus & pedibus,mit-
A tendũ dicit in tenebras exteriores:id eſt,vinculis peccatorum
ſuorũ,quę operatus eſt,ſecundũ diuinũ iudiciũ ligatus mitti-
tur in pœnas:quod & ipſe dñs in quodã loco manifeſtiſſimè
Ioan.2.c. demonſtrauit,quando flagellũ de ludæorum reſticulis fecit,
eoſq; inde flagellans de tẽplo eie-
cit. a ¶Nunquid pones circu-
lum in naribus eius : aut armilla
perforabis maxillã eius?) Siue ca
ptapulum,vt alij dixerunt.Et ar-
milla perforabis:ſiue vt alij dixe-
rũt : forcipe pertũdes labrũ eius.
Circuli captatuli,forcipis & ar-
millæ nominibus, intelliguntur
ſermones diuinæ potẽtiæ,quibus
ſuperbus atq; blaſphemus hũiliatus eſt à deo & attrit⁹. b ¶Nũquid multiplicabit ad te preces: aut loquetur tibi mollia?)Siue vt alij dixerunt : Aut loquetur tibi blandè.Soli deo,cuius creaturam ſe eſſe cognoſcit,eſt ſubditus,atq; ei tantũ quẽ ipſa conſcientia pauet animus eius ſuperbus addici-
B tur. c ¶Nũquid feriet tecum pactũ:& accipies eũ ſeruũ ſempi-
ternũ?)Licèt ſit rebellis & nimiũ tumidus:cogitur tamẽ atq; cõpellitur ipſius naturæ bono,quod ei in teſtimonium iuſtæ dãnationis eius ex parte non perit,vt dñm creatorẽ ſuũ,ſaltẽ vt ſeruus malus eſſe fateatur. Hoc eſt pactũ ſiue teſtamentũ, quod ei cum deo inire præceptum eſt. Vnde & ipſe dñs ait: Et accipies eũ ſeruũ ſempiternũ. Hoc enim nulla volũtate animi facit,ſed diuinę poteſtatis imperio:& ideo à deo ſeruus dicitur ſempiternus:quia adoptionẽ filiorũ dei,ſiue primatũ illũ angelicæ dignitatis,nunq; ſit recepturus. d ¶Nũquid illudes ei quaſi aui : aut ligabis eũ ancillis tuis.)Intantum,ait dñs,humiliabitur dracõis iſtius fortitudo,& omnino pro nihilo erit,vt illudendus habeatur : & illudẽdus ſanctis angelis deputetur:ſicut & ſuprà iã dictum eſt.Quòd autẽ quaſi auis illudi perhibetur,quaſi res parua & minima ad potẽtiam dei habeatur,auis nomine voluit demõſtrare : quodq; alligandus ancillis dicitur:illud eſt quod ipſe dñs in euangelio ait ad di-
Luc.10.c. ſcipulos ſuos:Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcãdi ſuper ſerpẽ-
tes,& ſcorpiones,& ſuper omnẽ virtutẽ inimici:& nihil vobis nocebit. Sic itaq; alligatur atq; illuditur à ſanctis animabus dei,quæ ſunt ancillæ Chriſti:dum ab eis ipſi & eius ſocijs
C imperatur : & de corporibus ab eo obſeſſis abire compelli-
tur:cuiq; per vniuerſum mundum quotidie captiua aufertur
Apoc. 20. a. captiuitas:quomodo & ſecundum Apocalypſim per mille annos alligatus dicitur,quod à parte ad totum intelligitur,
1.Ioan.2.c ſecundum apoſtolum,qui ait : Filioli nouiſſima hora eſt:Ex tẽpore aduẽtus domini in carne noſtra.Itaq; alligatus eſt : ne ſeducat Chriſti gratia & redẽptione ſaluãdos.Alij dixerunt: alligabis eum ſicut paſſerem infantulo,quod eſt,ab infantulo teneatur precepto imperij mei,& velut ligatus in poteſtatem
Eſa.11.a. tradetur. Hic eſt ille infans,de quo Eſaias ait:Infans ab vbere in foramine aſpidum manum mittet:qui infans propheta, quãuis ſit centum annorũ puer,per Chriſti gratiã morietur: id eſt,ſanctus & innocens ad deum,de hoc ſeculo emigrabit. Hunc ergo infantẽ accipere debemus vnũquẽq; ſanctorũ,qui de fonte : id eſt de vtero matris eccleſiæ,tanq; infans deo renatus eſt,& præcepta dñi,velut lacteos cibos de eius vberibus ſugit. e ¶Cõcidẽt eum amici:diuidẽt illũ negociatores.) Amici & negociatores iſti,ſancti intelligendi ſunt:oẽs etiam
Ioan.15.b. veritatis prędicatores:quibus Chriſt⁹ filius dei ait:Vos amici
Matt.13.f. mei eſtis. Itẽq; de eiſdẽ per parabolã dicit:Simile eſt regnum cœlorũ homini negociatori,quærẽti bonã margaritã,& cætera. Qui regnũ dei,& æternæ vitæ præmiũ velut precioſiſſimã margaritã in venalib⁹ propoſuerũt mũdo,vt vnuſquiſq; creditorũ vẽdat quæcũq; habuerit,delectationẽ ſcilicet vitæ preſentis,his mercimonijs commutet & emat eã.Igitur à ſupradictis amicis,& negociatorib⁹ corpus huius draconis cõ-

a Nũquid põnes circulũ in naribus ei⁹:aut
b armilla perforabis maxillã eius? Nũquid
multiplicabit ad te preces:aut loquetur ti
c bi mollia? Nũquid feriet tecum pactũ : &
d accipies eũ ſeruũ ſempiternũ? Nũquid illudes ei quaſi aui:aut ligabis eum ancillis
e tuis? Cõcidẽt eũ amici:diuident illũ ne-
f gociatores. Nũquid implebis ſagenas pelle eius:& gurguſtium piſciũ capite illius?
g Põnes ſuper eum manum tuam. Memẽ-
h to belli. Nec vltrà addas loqui. Eccẽ ſpes eius fruſtrabitur eum:& videntibus cunctis præcipitabitur. Cap. XLI.

i NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eũ. Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo: & qs antè dedit mihi vt reddã ei? Oia quę ſub cœlo ſũt,mea ſunt. Non

ciditur atq; diuiditur:dũ per eoſdẽ ad fidẽ Chriſti,perditorũ eius multitudo q̃ plurima ſeparatur. Nã multi de potẽtibus eius,& in malitia fortibus ab eius cõſortio,veluti mẽbra illius ſecernũtur:ſicut & Abacuk propheta ait ad dñm:Præ- Abacuk.3.
cidiſti in ſtupore mẽtis capita potẽtiũ : & de quibus rurſum ſcđm Lxx.
ait ad dñm:Miſiſti in capita inimicorũ mortẽ:mortẽvtiq; vitiorũ,vt iã nõ ſibi viuãt,ſed ei qui p ipſis mortuus eſt,& reſurrexit. Ibidem
Hæc capita inimicorũ dei:id eſt, populorũ impiorũ principes:ipſi ſunt huius ſpũalis draconis reges & nobiles:qui ſecũdũ trãſlationẽ nominũ,& figurã tropi alterius, alligãdi à prædictis amicis & negociatoribus eſſe dicuntur : ſicut
Dauid propheta ait : Vt alligent Pſal. 149.
reges eorũ in manicis : & nobiles b.
eorũ in vinculis ferreis. Hi ergo reges & nobiles,ipſi ſunt & dracones,& mẽbra illius draconis: de quibus draconib⁹,ait prophe-
ta ad deum : Tu cõfregiſti capita Pſal. 37.c
draconũ ſuper aquas. f ¶Nũquid implebis ſagenas pelle eius: E
& gurguſtiũ piſciũ capite illius?)
Oẽs qui conſenſione malitiæ,& imitatione adhærent diabolo,rectè pelles eius eſſe dicũtur.Quos ideo pellis nomine arbitror dictos:eo quòd indiſſociabili connexione ei coniuncti ſunt,& ſeparari ab eo nunq̃,aut certè vix poſſunt.De his ergo dicit dñs ſagenas implẽdas eſſe. g ¶Pones ſuper eum manum tuã.Memento belli:nec vltrà addas loqui.) Sic mihi videtur dixiſſe,victo per me aduerſario tuo,pones ſuper eum manũ tuã,vt poſſis ei & tu illudere. Vel pones ſuper eũ manũ tuã:quaſi dixerit:ſi eius potentiæ & virtutis te eſſe arbitraris : pones ſuper eũ manũ tuã:quod eſt,ſi potes,effice virtute potentiæ tuæ,vt te cõtremiſcat,& paueat ſicut & me,cui ſoli hoc debet : ſed quia id nequaq̃ facere potes,vt tibi draco hic magnus,& in malitia potẽs ſubiectus ſit:memento in hac tribulatione pœnarũ tuarũ,contra q̃ ferũ & trucẽ hoſtẽ bellum habueris ſufficiat tibi aduerſum meverba aſpera locutũ, vbi noſſe te volui:quoniã hũc fortiſſimũ inimicũ tuum,ſuperare ac vincere nequiuiſſes,niſi ex præcepto imperij mei accepta in ea poteſtate iuſtus fuiſſet,& tuã nihilominus animã cuſtodiri à me.Igitur in ditionẽ illius ita datus es,vt nõ amplius te affligeret,q̃ vires tuæ paterẽtur. h ¶Eccẽ ſpes eius fruſtrabitur eũ : & videntibus cũctis præcipitabitur.)Cùm in
conſpectu angelorũ ſanctorũ,& innumerabilis multitudinis F
beatorũ hominũ præcipitatus fuerit in gehẽnã,ignẽq; æternum,ſpem eius,qua ſe fortẽ putat euadere:horrendũ & iuſtũ iudicium meum fruſtrabitur:& caſſa atq; inania cogitans,in irritum deducetur.

Caput XLI.

i NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eũ. Quis enim reſiſtere poteſt vultui meo:& quis antè dedit mihi vt reddam ei?Omnia quę ſub cœlo ſunt,mea ſunt.)Hunc igitur inimicũ non vt crudelis ſuſcitat deus,qui eũ quaſi punire deſiderat:vel quoſcũq; ſanctorũ collocatione eius elidere:cuius naturæ luculentæ potius æterna bonitas cõpetit:ſed ſuſcitare deus nũc Leuiathan hoc modo dicitur:vt eũ cęteris qualis ſit manifeſtet:quẽ velut Pharaonem longa impunitate,diutius inſultare permittit. Hoc enim iuſtiſſimo iudicio ſuo deus fieri ſinit:aut ad exercitationẽ probationemq; ſanctorũ:aut ad iniquorũ pœnã. Quis eñ reſiſtere poteſt vultui meo? Vbi hocvidetur dixiſſe,quòd ſolo aſpectui maieſtatis dei,omnis creatura cedat & tremat. Quis antè dedit mihi vt reddã ei:omnia quæ ſub cœlo ſunt,mea ſunt. Nõ enim, ait,à quoquã poteſtatẽ accepi,quã aliquãdo forſitan non habuerim:vt ei quaſi pro hoc beneficio gratias agã: aut aliquid ei retributionis impendã.Secundũ hunc ſenſum & apoſtolus loquitur: Aut quis,inquit,dedit illi,& retribuetur ei? Vbi in Rom. 11.d
his verbis deus affuiſſe ſemper monſtratur.

Non parcam

a Nō pārcā ei verbis potētibus,& ad depre
b candū cōpositis. Q̄is reuelabit faciē in-
c dumēti ei⁹: & in mēdiū oris eius quis in-
d trabit? Portas vultus ei⁹ quis aperiet? Per
e gyrū dētiū ei⁹ formido: cōrp⁹ illius quasi
f scuta fusilia,& compactū squamis se pre-
* mētibus. Vna vni cōiungitur: & ne spira-
g culū quidē incedit per eas. Vna alteri ad-
h hærebit: & tenētes se nequaq̄ separabun-
g tur. Sternutatio ei⁹ splēdor ignis: & oculi
h eius vt palpebrę diluculi. De orē eius lā-
i pades procedūt sicut tedæ ignis accensæ:
k de nāribus eius procedit fumus, sicut ollę
l succēsæ atq; feruētis. Halitus ei⁹ prunas
m ardere facit: & flāmā de ore eius egredie-
n tur. In cōllo eius morabitur fortitudo: &
o faciē eius pręcedit ęgestas. Membrā carniū
p eius cohærentia sibi. Mittet cōtra eū ful-
q mina: & ad locū alium non ferentur. Cor
r eius indurabitur tanquā lapis: & stringe-
tur quasi malleatoris incus. Cùm sublat⁹
fuerit, timebūt angeli: & territi purgabū-
tur. Cùm

G a ¶Non parcā ei verbis potentibus,& ad deprecandū cōpositis.) Hoc fortassis de diabolo, de cuius verbis hìc loquitur, intelligere possumus: etsi sit rebellis in deū,& contumax, suū tamen tremēs sentiat creatorē: & quāuis immemor cōditionis suæ, tamen tanq̄ seruus nequā, saltē coactus dñm suū obsecrare simulat. b ¶Quis reuelabit faciē indumēti eius?) Hic indumento velatā faciem diaboli
2.Cor.11.c Iob dicit, quia se transfigurat in angelum lucis. Reuelatur autē facies à dño, cùm artes nequitiarū illius detegūtur. c ¶Et in mediū oris eius quis intrabit?) Hic os diaboli, indesinens blasphemia, ei⁹ potest intelligi, quod obstruendū à deo est atq; oppilādū, cùm verbo dñi fuerit penetratū. Siue in mediū oris eius quis intrabit? potest ita sentiri, vt os diaboli, infernus intelligatur: ad quē saluator descendit, vt deuoratos à diabolo homines liberaret. Et ideo quod futurū erat temporis, dixit: In mediū oris eius quis intrabit?
H d ¶Portas vultus eius quis aperiet?) Abditam & multo secreto absconditā fortitudinē hypocriseos diaboli, dicit dñs se patefacturū: quā in passiōe & cruce sua apertè manifestauit: quando cum principibus suis, & potestatibus traductus à filio dei parum fiduciāliter triūphat. e ¶Per gyrū dentiū eius formido.) Voratorē & insatiabilē hūc inimicū dicit, qui velut rapacissima bestia, dentibus omnia cōsumat: & idcirco formido, & timor in gyro dētiū eius, quia ad deuorādū parati sunt. f ¶Corpus illius quasi scuta fusilia,& cōpactū squamis se prementibus. Vna vni coniungitur: & ne spiraculū quidē incedit per eas &c.) Tres hi versus continui, sub diuersorū sermonū repetitione, vnū idemq; loquūtur. Corpus ergo diaboli, omnes consortes eius,& spiritus immūdi intelligendi sunt: quos tāta consensione atq; conspiratione deus dicit illi adiunctos: vt indissociabili connexione sint eidē copulati: quos etiā sub allegorica dictione, squamarū nomine appellauit: quæ ita densatæ sint,& strictæ sibi inuicē cohærētes: vt nullū illis sit spiraculū respirandi ad deū: eo quòd ab illa sui connexione, nequaq̄ ad sanitatē pœnitentiæ relaxentur. Quòd autē dæmones impij ministri diaboli, scutis fusilibus cōparātur: hoc no-
I mine eorū significat dominus, quòd nimiū pertinax & obstinatè rebellās,& fortiter solida ac perennis sit eorū repugna-
Smaragd⁹ tio cōtra deū. Diabolū vetus edictio smaragdi lapidi assimilauit: qui natura asper est, alia attritu leuificās: sed ipse asper esse nō desinens, cuncta cōminuit: diminutionem autē sui non sentiens. g ¶Sternutatio eius, vt splendor ignis: & oculi eius, vt palpebræ diluculi.) Siue vt alij dixerunt: In sternutamēto eius illucescit sol: & oculi ei⁹ vt species Luciferi. Sternutatio sordes cerebri egerit: & vitia ex interno cōcepta depurgat. Diabolus ergo, qui totus sordidus & fœtidus est: in hoc lumine se videtur ostendere, cùm transfigurans se in angelū lucis, malitiæ suæ sordes in pernicię hominū cū delectatione operatur & effundit: & de inuidia: id est, de malorū omniū capite, venena sua cōmouet ac producit. Oculi autē diaboli falsi prophetæ intelligēdi sunt: de qualib⁹ sanctus Esaias
Esa. 29.c ait, cùm ad peccatorē populū loqueretur, dicēs de deo: Claudet oculos vestros: qui instigatione ab eo inspirati loquūtur, quæ vicina videntur lumini veritatis: Sicut palpebræ sunt diluculi, cùm tamē nihil lumīnis dei possideant. Nam etiā si videantur initiū lucis in se ostendere: quæ eis hypocriseos fermento exoritur, mendaciorū tamen tenebras specie veritatis obducunt. h ¶De ore eius lampades eius procedūt sicut tedæ ignis accensæ.) Quemadmodū os domini locutū est: ita & omnes impij & sacrilegi,& blasphemi, os diaboli rectè di-
cuntur: ex quo tedæ ignis accensæ, siue vt alij dixerunt, faculę K
ardentes procedunt: id est, ignis & pœnæ causa suggeritur: &
in Apocalypsi, vbi sub equorū similitudine hi ministri diaboli Apoc.9.a.
describūt: ita de eis dicit: De ore eorum exijt ignis & fum⁹, &
sulphur: nō perspicuè quidē ita exeunt de ore eorū: sed verba
blasphemia sunt ignis & fumus,
& sulphur: sicut ad eum dñs per
pphetā ait: Producā ignē de me- Ezec.28.c
dio tui qui comedat te. i ¶De
naribus eius procedit fumus.) Id
est, superbia. k ¶Sicut ollę succensę atq; feruentis.) Quia vapor aut ipse se aut obtēperātes generet causas ignis æterni. Superbiæ spiritus in anhelitu nariū demōstratur: quibus animi sui tumorē exanhelare se gaudet: sed humiliari ac reprimi à dño superius ita dicitur: Nūquid pones circu- Iob.40.d
lū in naribus,& armilla perforabis maxillam eius? l ¶Halitus eius prunas ardere facit.) Hic est fumus eius è naribus & ex anhelitu eius, vt carbonibus suis ignē sibi ęternū,& fumandū submini- L
stret. Ita em̄ & similibus eius dominus ait: Ambulate í lumine ig- Esa. 50.d.
nis vestri: & in flammis quas succendistis vobis. m ¶Et flāma de ore eius egredietur.) Siue vt alij dixerunt: Flamma verò de ore ei⁹ globatur: ibi idē sensus: quod est, pœnæ blasphemiarū de ore diaboli globatæ egrediuntur. n ¶In collo eius morabitur fortitudo: & faciē eius præcedit ægestas.) Colli nomine: id est, ceruicis, tumorē arrogātiæ diaboli dicit. Cuiq; dicitur per prophetam: Neruus ferreus Esa.48.a.
ceruix tua: in qua prīcipalis peccati malū habitat. Hac igitur superbiæ fortitudine,& propheta verbis illi⁹ loquitur, dicēs: Ezec.28.a
fortitudinē faciā: quē ob hoc dñs increpat & dicit ei: In sapientia tua fecisti tibi fortitudinē. Et iterū ait ei: In negociationibus tuis multiplicasti tibi fortitudinē. Itemq; Eleuatū est cor tuū in fortitudine tua. Quod verò ait: Faciē illius præcedet ægestas: hoc est, quòd vbi appropinquauerit diabolus, ílico omnes ibi vitæ atq; animæ vires exhauriātur, ac substātia cōsumatur. o ¶Membra carniū eius cohærentia sibi.) Mēbra diaboli sunt, quos suprà in squama & scutis fusilibus nominauit. Carniū autē eius mēbra idcirco sunt dicti: quoniā carnalib⁹ ac flagitiosis actibus dedita: ei velut authori malorū cohæreant. p ¶Mittet cōtra eū fulmina: & ad locū aliū M
nō ferentur.) Ordo dicētis dei hoc loco obscuratus videtur, vbi cùm de diabolo dicat, subitò personā cōmutet, dicēs: Mittet cōtra eū fulmina: & ad locū aliū nō ferētur. Credēdū est, quòd hæc fulmina à deo mittātur cōtra diabolū: secūdū illū sensum, vbi dicitur: Pluit dñs à dño. Quod ita hic dictū arbitramur: fecit deus, quod locutus est deus. Fulminatur autē à deo draco diabolus, quādo igneis dei eloquijs de sanctis nubibus increpatur: quæ vtiq; fulmina in locū missa atq; directa, nō frustra iacientur,& ad locum non ferētur: nec se ab eis diabolus gloriabitur impunitū. q ¶Cor eius indurabitur tanq̄ lapis: & stringetur quasi malleatoris incus.) Siue vt alij dixerūt: & stat sicut incus infatigabilis. Cor diaboli durū & inflexibile est: hebetudine quoq; lapidis & rigore. Cōstringitur autem siue stat sicut incus quæ nō producitur. Incus nāq; cęditur, sed nō producitur: superiecta edomat, immobilis aūt ipsa consistit: talis diabolus est. Fideliū enim increpationibus tūditur, pphetarū dictis cæditur, martyrū victoria eliditur: sed manēs rigid⁹, dur⁹, indomit⁹, æternis addictus est pœnis. r ¶Cùm sublat⁹ fuerit, timebūt angeli: & territi purgabūt.) Hoc de primi seculi tēporibus dictū accipi potest: quātū sit malū superbię, iā tūc angeli sancti scire potuerūt, quādo præsumptor tyrānidis cœli arce deiectus est: Quādo etiā pro eo merito quo in veritate, in qua ille nō steterat, steterunt: & in

hoc beati

A hoc beati facti esse credendi sunt, vt certissimi fierent nullius vnq; peccati lapsum sibi esse metuēdum. Igitur quod dictum est: quia sublato diabolo timebūt angeli, & territi purgabuntur: non sic intelligendū est, quòd ad cauēdum peccatum superbiæ, emendatiores futuri sint, territi tantæ damnationis exemplo, cùm vtiq; perspicuū sit, minimè eos beatos fore, si studēdū eis sit cura impensiore ne peccent. Peccatum enim cauere, vel peccato resistere, ad pœnales huius mundi miserias pertinet: non ad futuri seculi gloriā. Hos autē arbitror intelligēdum homines, qui ad consortiū peruenerint angelorū, vtpote quasi noui angeli, dānato diabolo territi purgabūtur: videntes qualē quantūq; hostē, & huiusce modi pœnas horrendæ dānationis euaserūt. Purgabuntur autem: id est, puriores deo reddētur, tāta diuini beneficij circa se cōsolatione perspecta. Id etiā quod dictū est, territi: vel quod scriptū est, timebunt: nō abhorret à sensu, vt rationabilis videlicet creatura: omne B beneficiū atq; omne iudiciū creatoris sui, nō cum pœnali, sed cum honorifico terrore miretur. Et reuera quæ maior purificatio siue purgatio poterit esse ante deū, sicut angelici hominis: q̄ vt semper cū exultatione, quia cui defertur pius est: & cum tremore, quia cui defertur deus est: omne bonū certissimæ securitatis suæ gloriæq; perpetuæ ad laudē sui referat cōditoris. a ¶Cùm apprehēderit eū gladius, subsistere nō poterit: neq; hasta, neq; thorax.) Alij verò manifestius trāstulerūt dicentes: Si occurrerint ei lanceæ, nihil facient ei: id est, nullis metallis terrorū ac increpationibus poterit emēdari. In hasta autē & thorace possunt intelligi: qui iustitię lorica induti, dextera operibus sanctis armati conantur resistere. Ipsum verò punire siue expugnare non valebūt: quia tā fortis & malus est, vt aduersantia cōtēnat, & cōuerti minimè velit. Proinde quicquid est fortitudinis animorum in sanctis, ferri vocabulo appellatur. Quicquid etiā virtutū est, æris splēdore, vel perennitate censetur. b ¶Ille tanq̄ palearū purgamenta: & velut lignū putridū, æs.) Tanta enim se virtute superbiæ induit, vt hæc omnia arma aduersum se suscepta pro nihili pēdat: & ipse potius operetur opera, palearū aceruis similia & lignis infructuosis, & vetustis carieq; fatescentibus, quæ igne inextinguibili sunt vrenda. c ¶Nō fugabit eum vir sagittarius.) Cuilibet sanctorū quāuis pharetram cordis sui, increpationū sermonibus tanq̄ telis cōpungentibus plenā C habeat, ab eis tamē hīc durus & nimium ferreus penetrari nō poterit. Et ideo nō sentiens vulnera cōpunctionū, ab hoc tali sagittario nō fugatur. Alij verò ita dixerunt: nō vulnerat eū sagitta ærea. Verbū dei incorruptibile, & permanens, sagittę æneæ cōparatur, quo nunq̄ potuit diabolus ad pœnitentiam Rom.2.b. vulnerari: secūdū duritiā cordis sui thesaurizat sibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. d ¶In stipulam versi sunt ei lapides fundæ.) Funda potest intelligi quicunq; sanctorū, qui manu domini continētur. Per hos ergo sanctos suos, duros sermones, fortes & asperos velut lapides hunc impiū validè iaculatur, vt eisdē percussus det honorem deo: sed illæ cùm singularis malitiæ sit, eosdē sermones sibi conuertit in stipulā: vt dū eos pro nihili ducit, fiant ei velut stipula quę & fumandos globos tartarei ignis accēdat. Quod & alij eodem sensu dixerūt: æstimat lapides funda iactatos vt fœnum. e ¶Quasi stipulā æstimabit malleū.) Verbum nihilominus diuinū graue scilicet, & forte contūdens eū & atterens vastā duritiā impietatis eius: vt à sanctorum insectatione teneatur, pro stipula æstimabit: malitia nanq; obrutus non sentiet pōdus tundentis desuper: quoniā cor eius factū est sicut lapis, & sicut incus indomabilis: quæ nūquā, licèt supra modum tusa, producitur. f ¶Et deridebit vibrantē hastā.) Siue vt alij dixerunt, tremētē sermonē: Validū cuiuslibet sancti ad se vigore animi ac virtute emissum, non solum non verebitur, verumetiam deridebit, vel eundē sermonē, vel etiam iaculantē. D Hoc totū de diabolo, deus de diuersis modis ac similitudinibus ideo dicit, vt demonstret hominibus quantū mali sit, & q̄ potens, & q̄ sit omnino irreuocabilis. g ¶Sub ipso erunt radij solis: & sternet sibi aurū quasi lutū.) Sol iustitiæ Christus deus est: in cuius pennis est Malach. 4 sanitas. Hi igitur radij: id est, sancti qui sunt filij lucis eius, ab hoc a. principe tenebrarū: in præuaricatione Adam, peccato illius detinentur obnoxij: dum iam redēptos per Christū capitalibus crīminibus suos facit: sibiq; velut captiuos & seruos subdit, & subiugat. Possūt & illi angeli, quos secum diabolus traxit: de quibus in Apocalypsi dicitur: Et traxit se- Apoc. 12. a cum tertiam partē stellarum in terram: hi radij solis intelligi, qui recedentes à deo vero lumine, factæ sunt tenebræ, & principes tenebrarū. Hi ergo sub ipso sunt, quibus diabolus est rex & dominus. Aurum verò secundum hunc sensum quem diximus, ipsi sunt radij solis: quia sub nomine auri, precioſi quiq; & magni intelligūtur: hos sibi ster- E nit quasi lutū, cùm eos sibi subditos peccatis, sordidos & viles efficit. Dicuntur autē dracones in eis locis secretis, & ter- Draco. rarū abditis finib⁹, vel maximè commorari, vbi metallū auri sit. Et ob hoc sub spirituali intelligētia: puto hāc metaphoram conseruatā: eo quòd hic draco rufus, de auro bonorum quos deiecerat sibi cubile sternat: quod est, omnes spirituales mundi huius diuitias: id est, bonorum hominum sanctitatē, iustitiā cęteras q̄ virtutes, velut aurum sub se habebit, cùm eos obdormiētes in fide in lutum immensum redegerit peccatorū. h ¶Feruescere faciet quasi ollam profundū maris &c.) Mare hoc seculum secundum allegoricos intellectus esse didicimus, quod est obscuritate sua, & nimia stultitię cęcitate tenebrosum: quod ita diabolus carnali accendit concupiscentia, vt feruеat ad amāda terrena. Si autem in bonā partem vnguenta intellexerimus, vt gratias sanctorum feruētes hoc loco interpretemur, à cōtrariò diabolus maris istius habitator id agit, vt quomodo spiritualium gratiarū amore, in spiritu sancto feruescunt, ita ad amorē mundi istius homines præsentis vitæ desiderio quasi quibusdam succēsionibus flāmeis ardescant. Alij dixerunt, feruescere facit abyssum, vt vas æneum æstimat sicut delictū, & tartarum abyssi sicut captiuum. Hoc in loco arbitror, quòd ita de diabolo deus dixerit: quia de hoc mundo quasi abyssi nomine dictus est ita diabolus: apud se definiens arbitratus sit, quòd in recordationē o- F mnino non veniat, quòd de memoria diuina deletus sit. Cuius impijssimū sensum in nono psalmo propheta recolit, dicens: dixit enim in corde suo, nō requiret. Itemq̄: dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertit faciem suā ne videat in finem. Tartarum quoq; abyssi: id est, infernum, in quo mundi istius peccatores tenebūtur inclusi: ille velut captiuū sub durissima videlicet dominatione, detrusum vinculis infernalibus detinebat. Exultans igitur, & lætabundus diabolus æstimabat, quòd creaturā dei sui, omnē vtiq; mundū, velut rex & dns essēt perpetuò possessurus, nescięs à domino deo regi in æternū & in seculum seculi: perditis impijs gētibus de terra eius, iudicatos pupillos & hūiles defensos, vt non apponat vltrà homo: id est, ipse diabolus, vt se magnificet super terram. i ¶Post eū lucebit semita.) Iam tunc resipiscens quæret reuerti ad deū, quando ei tēpus pœnitētię non erit. Et hāc puto cōuersiōis eius semitā dixerit, quę obdurato corde & cęco sera pœnitētia illucescat: quando post acceptā ei minimè proderit. k ¶Aestimabit abyssum quasi senescētem.) Siue vt alij dixerunt, quasi deambulacrū. Abyssum diximus superius istum mundū, quē senescentē & inueteratū, in peccatis vtiq; permanētem diabolus arbitratur, nescius aduentu domini à peccatis veteribus liberandum. l ¶Non est super terram potestas quæ comparetur ei.) Nulla creatura est tantæ potentiæ,

a tur. Cùm apprehēderit eum gladius, subsistere nō poterit: neq; hasta, neq; thorax.
b Reputabit enim quasi paleas, ferrum: &
c quasi lignum putridum, æs. Nō fugabit
d eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt
e ei lapides fundæ. Quasi stipulā æstimabit malleū: &
f deridebit vibrantem hastā.
g Sub ipso erūt radij solis, & sternet sibi aurū quasi lutū. Feruescere faciet quasi olla
h profundū maris: & ponet quasi cùm vnguenta bulliūt. Post eum lucebit semita,
i
k æstimabit abyssum quasi senescentē. Nō
l est super terrā potestas quæ cōparetur ei: qui factus

G tentiæ,siue peccatrix creatura tãtæ malitiæ:& ideo in vtraq; re nullus ei poterit comparari. a ¶Qui factus est vt nullum timeret.) Propria voluntate liberi arbitrij sui,in superbiam elatus factus est:id est,ita sui malitia deprauatus est,vt nullum timeret,nec ipsum dominũ deum creatorem suum. Timet quidẽ vt malus seruus,& præuaricator,sed non habet in se dilectionis dei timorẽ. b ¶Omne sublime videt.) In sublime, inquit,atq; in excelsum erigitur: id est,vsq; ad ipsius inæstimabilis superbiæ suæ apicem eleuatur,vt blasphemus ponat in cœlo os suum,dicens:Ponam in cœlo thronum meum,& ero similis altissimo. c ¶Ipse est rex super omnes filios superbiæ.) Id est,caput & princeps omnium superborum,quem imitantes angeli,& homines impij,& præuaricatores,facti sunt filij superbiæ eius.

Esa.14.d.

Caput XLII.

d R Espondẽs autẽ Iob dño,dixit:
H e Scio quia omnia potes.) Id est,qui diabolũ humilias,quomodo vis,& quãdo vis. e ¶Et nulla te latet cogitatio.)Scrutatorem cordis & reniũ latere quis poterit? Vnde apparet sanctum Iob ex his sermonibus quos deo pœnitẽs confitetur, accusare cogitationes suas, quibus se meminit de iustitię suę meritis sibi plurimum tribuisse: & deo quasi rustico,notã iniquitatis obijcere tẽtasse. f ¶Quis est iste qui cælat consilium absq; scientia?) Id est,nemo potest abscondere consilium à conscientia tua. Iam in consequentibus manifestissimè errorẽ suum demõstrat,& insipiẽtiã confitetur,per quam ignorans ad deũ loquendi modum excesserit,ita dicens:

Psal.7.c.

g ¶Ideo insipienter locutus sum:& quæ vltra modum excedunt scientiã meam &c.) Iam nunc deposita insipiẽtia,atq; abiecta stultitiæ præsumptione, per notitiã increpationis diuinæ ad emendationẽ correctus, & presentis castigationis purgatus examine,deum nihilominus audet interrogare dicendo:Audi,clementiã diuinæ indignationis ostendit:& hoc loqui videtur,quòd illã plagã longè alio modo circa eũ deus operatus fuerit,quã ipse antea iudicaret:& hinc est,quòd se à deo doceri cupit:sibiq; hoc ipsũ deposcit ostendi. Accepto ergo Iob,sicut ex sermonibus eius credẽdũ est,diuinæ visitatiõis oraculo,ait ad deũ: h ¶Auditu auris audiui te: nunc autem oculus meus videt te.) Post tentationis probationem,proximior factus diuinę cognitioni:dicit se iam deũ videre,quem antè dum examinaretur audisse se dixit. Audire autem deũ,vel videre,qui est inuisibilis, & incõprehẽsibilis,non istorum est oculorũ,vel istarum aurium,sed potius mẽtis & cordis. Propter quod beati sunt mũdo corde homines,quo deus videtur. i ¶Idcirco ipse me reprehẽdo &c.) Quem locũ alij dixerunt. Ideo despexi memetipsum & distabui,& æstimaui me terrã & cinerẽ. Quòd autẽ in iniuriã sancti Iob,amici eius non rectè locuti fuerint: hìc apertè dño eis imputãte mõstratur: vnde ipse ait ad eos, quòd peccatũ illud exprobrationis eis remitti non possit,nisi beatus Iob pro illis orauerit,& holocaustũ propiciatiõis obtulerit. Vbi aduertimus quòd sacerdotis officio,beatus Iob functus fuerit. Intelligatur hoc loco quòd nulli expediat tum exultatione,& conuicio coarguere in dei castigatione ac tribulationũ laboribus constitutũ. Ait nanq; quòd Iob antè pro eis sacrificiũ offerentẽ,faciẽ eius ad exaudiendũ libenter susceperit. Et addit dominus duplicia. In sequentibus quęritur census eius,qui quemadmodum fuerit duplicatus,libri huius scriptor diligẽter enarrat. Fratres verò & sorores qui ad beatũ Iob post plagã castigationis eius cõuenerãt,omnes cognationes & familię generis eius intelligendæ sunt. Vniuersi etiã noti & amici eius,qui regalẽ potentiã eius singularemq; sapiẽtiã prius nouerãt,veniẽtes ad eũ comederunt cum eo in cõuiuio honoris eius:in quo significatus est, ab eo omniũ sordiũ squalor absterssus. In motu verò capitis, indicatã cõuenientiũ ad eũ lętitiam nouerimus:quiq; muneris gratia, velut inopi,& penit9 nihil habẽti dederũt oues singulas & inaures aureas singulas. In hac cõsolatione,& si parua & priorũ bonorum duplicatione,animaduerti potest quòd grãdis multitudo ad illum cõuenerit:qui cùm à singulis parum acceperit,subitò tantarũ diuitiarũ factus sit dñs. Potuit hoc scriptor libri huius,& per anticipationẽ dixisse,vt post tẽtationẽ illã per cẽtũ quadraginta annos vitæ suæ,benedicẽte dño,cumulatas in duplũ diuitias possideret:filiorũ verò eius duplicatũ numerũ nõ legimus. Vnde arbitror quòd cùm ea quæ omnino perierãt,illa ei in duplum fuerint restituta,etiam filij ei viginti pro decem redditi sint. Hi enim ipsi decẽ primi quos ruina domus labentis oppresserat:apud deũ non putantur extincti. Propter ædificationẽ itaq; fidei nostræ: tantos ei filios à deo redditos,quãtos amiserat,sentiẽdũ est:vt omni bonorũ suorũ substãtia in duplũ sibi à domino reddita,etiã filios in duplum habere se crederet: qui vtpote fidelissimus dei seruus,minimè dubitare deberet eos quos ad deũ præmiserat nõ periisse. Sic vbi per totũ hũc librũ sctm Iob,figurã habuisse saluatoris perspeximus:donãte gratia eius,vt nobis largiri dignatus est exposuim9:& in quibusdã locis,amicos eius significari hæreticos intellexim9: sicut etiã & illũ Heliu gẽtilitatis habuisse imaginẽ,disseruim9. Sed quia per Christũ impiorũ atq; errãtium recõciliatio est:Nõ est em aliud nomẽ sub cœlo,in quo oportet saluos fieri:ideo extincta nũc gẽtilitate atq; abolita,hæretici ad Christũ à deo patre mittũtur:vt per quẽ prius saluati fuerãt, rursum lapsi per eũdẽ mediatorẽ deo recõciliẽtur. In holocausto verò septẽ taurorũ & arietũ:orationũ atq; eleemosynarũ satisfactio, superbiæ & irę emũdatio plenaria,atq; perfecta per laborem atq; innocẽtiã pœnitẽtia demõstrat. Quòd aũt ait: k ¶Dñs autẽ suscepit faciẽ Iob &c.)Illud est quod ait Apostol9:Christus Iesus qui est in dextera dei:qui etiã interpellat pro nobis: secũdũ Ioannẽ apostolũ,aduocatus noster est,& propiciatio apud patrẽ. Sic itaq; facies saluatoris à patre suscipitur:dũ & ipse exaudit,& exauditur. l ¶Et addidit dñs omnia quæcũq; fuerãt Iob duplicia.) Illa igitur addita sunt Christo domino & deo nostro,cùm populo Israël per fidem addita est gẽtium multitudo,& addetur in regno. m ¶Venerũt autem ad eum omnes fratres sui,& vniuersæ sorores suæ &c.) Quòd ait,venerunt:hoc est per fidem ei incorporati sunt,vt intra ecclesiam in vno spiritu cõgregati,essent membra eius omnes credentes in eum. Fratres autem & sorores dicuntur, omnis illa cognatio Iudæorum populi:de quorũ familia natus est Christus. Siue fratres & sorores,generaliter omnium nationum multitudines intelligere possumus: eo quòd de

a b c d e f g h i k l m

Matt.5.a.

Rom.8.g. 1.Ioan.2.a

K L M

A massa humani generis carnē assumpsit: per quā sibi cæteros
Psal. 21.e. fratres dignatus est facere: de quibus ait ad patrem: Narrabo
nomē tuū fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et in
Marc. 3.d. euāgelio ait: Qui enim fecerit voluntatē dei, hic mihi & frater, & soror, & mater est. Et cuncti qui eū prius nouerant, venerunt ad eū: ita & de eis sentiēdū est: quia nouerāt eū prius oēs sancti & prophetæ, qui eum vtiq; videbant in spiritu: quē etiam in carne venturū annunciabāt, sicut
Matt. 13.c ipse dñs dicit: Multi prophetę & iusti cupierūt videre quę vos vidistis, & non viderunt: & audire quæ vos audistis, & nō audierūt. Quē videbāt autē in spiritu, præsentiā aduentus eius in carne vidēre desiderabāt, sicut & sanctus
Ioan. 8.g. Abrahā: de quo ait dñs: Abrahā concupiuit videre diē meū, & vidit, & gauisus est. Itaque prędicti sancti venerunt: quoniā habentes eundē spiritū fidei, prophetauerunt velut iusti ex fide viuētes: & sacramentū incarnationis Christi futurū præuidentes in spiritu,
B in ipsam fidem Christi per eandē pœnitentiā venerunt: id est, ex fide in fidem, vt essent sub Christo capite vnū, & ipsi in corpore ecclesiæ constituti, vbi iā resurrectione glorificato Christo, & ex passionis contumelia in honorē pristinū restituto, nūc in domo eius ecclesia, panē sacramētorū eius comedūt omnes per fidē venientes ad eū. Cum ipso autē panē ideo comedere di-
Matt. vlt. cuntur: quia ipse dixit: Ecce ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Siue quia ipse eorundē mysteriorū est consecrator, in quibus & ipsum benedicentē & cō-
Ioan. 6.e. secrantē accipimus: quia ipse dixit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: & verbum scripturarum, panis est Christi, quo in domo saluatoris ecclesia pascūtur: & exhortatiōe eorum reficiuntur quondam fide inopes: qui in hoc seculo cùm essent alieni à deo, famē sermonis diuini patiebātur: & cuncti qui eum prius nouerāt, venerūt ad eū: id est, qui eum nouerāt in terra, venire ad eū meruerunt in cœlū. Et mouerūt, inquit, scriptura, super eo caput: exultātes videlicet, quòd spiritualibus & sacris Christi conuiuijs effecti essent participes: sicut
Psal. 21.f. dñs ait in psalmo: Vota mea reddā corāvultu timentiū eum: edent pauperes, & saturabūtur: & laudabunt dñm, qui requi-
C runt eum. a ¶Et cōsolati sunt eū super omni malo quod intulerat dñs super eum.) Saluatorē nostrū nō mediocriter cōsolatur, qui passionē eius, quā pro redēptione mūdi susce-
pit, cum gaudio credit, & fideliter oculis fidei cōtuetur: ipse enim tali cōsolatione repletus est: qui cùm vidisset turbā cre-
Luc. 10.d. dentiū, exultauit in spiritu, sicut sancto euāgelista scribēte dicimus. Intulisse autē filio suo deū patrē malum passiōis &
Rom. 8.f. mortis: ita dicimus secundum Apostolum: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Super quod magnā sumimus consolationē, quòd dabit nobis bona sua, qui mala nostra suscepit. b ¶Et dederūt ei vnusquisq; ouē vnā & inaurē aureā vnā.) Vnusquisq; per fidē ad Christum venientiū, offert ei innocentiā suā, mentisq; obedientiā.
Quia & Apostolus ex peccatoribus sanctos effectos, ita viue-
Rom. 12.a re docet, dicēs: Obsecro vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuā, sanctā, deo placentem. Sic itaq; venientes ad Christū, efficiuntur oues dominicæ, oues sanctæ, oues illę rationabiles, ascēdētes de lauacro, geminos fœtus habētes, cùm per obedientiā mādatorū dei renatæ in Christo, innocētes & simplices operarij fuerint & fideles. c ¶Dñs autem benedixit nouissimis Iob magis q̄ principio eius &c.) Principia Christi dei, & dñi nostri, legis Moysi exordia esse significantur. Nouissima verò eius euangeliū esse mōstratur. Vnde Ecclesiastes ait: Meliora sunt nouissima sermonis, q̄ initiū eius. Eccls. 10.c
Proinde meliora sunt mysteria euāgelij reuelata in Christo, D
legis significationibus & figuris: meliora sacrificia cordium cōtritorū, q̄ holocaustomata pecudum. Melior manifestatio veritatis in euangelio, q̄ allegoriarum vmbra in veteri testamento. Sic itaq; benedixit dominus nouissimis Iob magis q̄ principio eius: vt in vtroque populo, Iudæorum & gentiū, gratia abūdaret: quos populos secūdū morum qualitates, quasi sub diuersorum animaliū nominibus hæc scriptura voluit appellare. Quā verò significationem eadem animaliū in se vocabula contineant, in principio operis istius dixisse me memini. Duplicatū verò horum animalium numerum, propter vtrumq; populum puto: siue propter abundātiorem gratiam euangelij: vt iam diximus, de qua
Apostolus ait: Sufficientia nostra 2.Cor. 3.b
ex deo est: qui & idoneos nos fecit, & ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu: litera enim E
occidit: spiritus autem viuificat.

fratres sui, & vniuersæ sorores suæ: & cūcti qui nouerant eū prius: & comederunt cum eo panē in domo eius. Et mouerunt
a super eum caput: & cōsolati sunt eū super omni malo quod intulerat dñs super
b eū. Et dederūt ei vnusquisq; ouē vnā, &
c inaurem auream vnā. Dominus aūt benedixit nouissimis Iob magis q̄ principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim milia ouium: & sex milia camelorum: & mille
d iuga boum: & mille asinæ: & fuerūt ei se-
e ptem filij & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius diē: & nomen secundæ casia: & nomen tertiæ cornu stybij. Nō sunt autem inuentæ mulieres speciosæ, sicut filię Iob in vniuersa terra. Deditq; eis pater suus hæreditatē inter fratres earū. Vixit autē Iob post flagella hęc centum quadraginta annis: & vidit filios suos, & filios filiorū suorum: vsque ad quartam generationē: & mortuus est senex, & plenus dierū.

d ¶Et fuerunt ei septem filij & tres filię.) Quōd septem filios & tres filias refertur habuisse: gratiarum septenarius numerus indicatur, & legis prophetię: & gratiæ vt in principio huius dixi. Quas pater earum moriēs fecit cohæredes fratrum suorum: id est, animas quas per spiritum gratiarum in testamento diuinarum scripturarum incorporat, eas vtique promissionum suarum fecit esse participes. Earum quoque filiarum significanter nomina posita, magnum in se continent sacramētum. e ¶Et vocauit nomen vnius diem: & nomē secūdæ casia: & nomen tertiæ cornu stybij. Non sunt autem inuentę mulieres speciosæ, sicut filiæ Iob in vniuersa terra &c.) Dies ergo lex dei est, quæ ad cognitionem veritatis, humanæ ignorantiæ noctem illuminat. Casia sanctæ vnctionis est donum, Cornu stybij, competentissimè euangelicis copijs ecclesiæq; diuitijs coaptatur: quæ spiritualium rerum thesaurus est. Cornu verò ad insigne regium, & dignitatem ecclesię pertinet: sicut ait propheta: Exaltauit cornu Christi sui. Figurā ergo sanctus Iob ma- 1.Reg. 2.b
nifestè habuit saluatoris: & in hoc quòd ex ditissimo egens 2.Cor. 8.b
& pauper factus est, vt nos locupletaremur. Circa corpus eius
omnem potestatem suam diabolus exercuit: sed nihil profe- F
cit: sicut ipse dominus ait: Veniet enim princeps mundi, & in Ioan. 14.d
me nihil inueniet. Quemadmodum etiam beatus Iob post damnum filiorum infidelium ditatus in filijs est: ita & saluator post amissionem filiorum infideliū ditatus est in gentibus. Per multa ergo sanctus Iob domini nostri passionem quoque & patientiam figurauit, numero filiorum & filiarum nominibus, septiformē gratiam spiritus sancti legis, & prophetarum atque euangelij in saluatorem nostrum plenitudinem portendebat futuram. In quo requieuit spiritus sapien- Esa. 11.a.
tiæ & intellectus: spiritus consilij & virtutis: spiritus scientiæ & pietatis, repleuit eum spiritus timoris dei: quod intelligendum est, plenus dierum. Tandem releuatus lance explanationis onere, velut exposito graui fasce respirās: ad te beatissime pater Vecteri, clausulam sermonis mei dirigo, petens vt si quid in hoc opere dignum probabili veritate perspexeris, etiam circa meam exiguitatem largissima domini nostri dona mireris: obsecro ne aut amico fauore permulceas: aut beniuola excusatione defendas. Quia nolo eminentiam iudicij tui à suæ dignitatis sublimitate deijcias, sed potius sic opusculum meum laudabile facias, dum incondita eius corrigendo retrectas, & perfecta emendatione castigas.

Commentariorum in Iob finis.

OCTAVVS TOMVS COMMENTARIOS IN PSALTERIUM habet. Accessit his Psalterium triplici lingua, Hebraica, Græca, & Latina.

PARISIIS APVD CLAVDIVM
CHEVALLONIVM,

ANNO M. D. XXXIII.

BRVNO AMORBACHIVS

candido lectori.

HIc octauus Tomus, optime lector, commentarios Dauidicorum psalmorum complectitur: qui tametsi non omnino vacant eruditione, diuo tamen Hieronymo hactenus sunt falsò inscripti. Quod in præsentia certis argumentis ostendere, non duximus operę precium: quando hoc in Hieronymianarũ lucubrationum censura, quam in operis frontispicio locauimus, egit Erasmus noster Roterodamus, qui vir, vt ob incõparabilem eruditionem meretur cum priscis illis literarum heroibus conferri, ita in dijudicãdis authorum scriptis (absit inuidia dicto) omniũ est quos ætas nostra habet, primus. Quin præter hos commẽtarios, alios quosdam offendimus in psalmos Hieronymi nomine, sed planè similis farinæ: quos quòd ijsdem nonnunquam verbis eadem complectebantur, adijcere nõ placuit: ne doctum lectorem alijs super alias nugis grauaremus, alioqui plus satis eiusmodi centonibus, etiam præter voluntatem nostram oneratum. Enarrationes quorundam psalmorum, quas esse Hieronymi certum est, in vltimo epistolarum Tomo reperies. Denique psalterium quadruplex ad hunc Tomũ accessit: Hebraicum, & huic opposita veritas Hebraica, cuius author est Hieronymus: Græcum, & huic è regione æditio, quæ vulgò legitur, respondet. Cuius à nobis ratio reddetur peculiari præfatione, nempe proxima. Bene vale candide lector, & nostram operam æqui bonique consule. Basileæ, Idibus Ianuarijs.

Anno M. D. XVI.

DIVI HIERONYMI
PRESBYTERI IN COMMENTARIOS
Psalmorum, prooemium.

PRoximè cùm Origenis psalterium, quod enchiridion ille vocabat, strictis & necessarijs interpretationibus adnotatum, in commune legeremus: simul vterq; deprehēdimus nōnulla eum, vel perstrinxisse leuiter, vel intacta penitus reliquisse: de quibus in alio opere latissimè disputauit: quo scilicet nō putaret rem magnam breui sermone cōcludere. Igitur pro familiaritate quæ inter nos est, studioſè & sedulè postulasti, vt quæcunq; mihi digna memoria videbātur, signis quibusdā potius quàm interpretationibus adnotarem. Et quod solent hi facere, qui in breui tabella terrarum & vrbium situs pingunt, & latissimas regiones in modico spacio conātur ostendere: ita in Psalterij opere latissimo, quasi præteriens aliqua perstringerem: vt ex paucis quæ tetigissem, intelligantur & cætera quæ omissa sunt, quam vim habeant atq; rationem. Non quòd putem à me posse dici quæ ille præterijt: sed quòd ea quæ in tomis vel homilijs ipse disseruit, vel ego digna arbitror lectione, in hūc angustum commentariolum referam. Psalterium Græcum est, & Latinè organum dicitur, quod Hebræi נבל nebel vocant. Psalmus dicit, eo quòd à psalterio nomen accepit, vel pro psallendo. Quanuis Dauid omnes psalmos cantasset, tamen omnes psalmi in persona Christi pertinent: & qui prætitulati esse nō videnť apud Hebræos, pro vno psalmo habentur. Nam per titulū intelligitur vniuscuiusq; psalmi intellectus. Quid
B est titulus, nisi clauis? Vt ita dixerim, in domum non ingreditur nisi per clauem: ita & vniuscuiusq; psalmi intellectus per clauem, hoc est, per titulū intelligitur, in cuius persona cantatur: aut in persona Christi, aut in persona ecclesiæ, aut in persona prophetæ. E

Psalterīū. Psalmus.

LIBER COMMENTARIORVM DIVI Hieronymi presbyteri in Psalterium.

a BEatus vir qui nō abijt in consilio impiorū.) Quidam dicunt hunc psalmum, quasi prærationem esse spiritus sancti: & ideo titulum non habere. Alij in eo quòd primus sit, ordinis sui habere principium: & πλεονασμῶμ esse vitiū eum primum dicere, ante quem nullus sit. Aliter: Apud Hebræos, & primus & secundus vnus est psalmus: quod in apostolorū quoq; Actibus comprobatur. Deniq; quia à beatitudine cœperat, in beatitudine desinit, dicēs: Beati omnes qui confidunt in eum. Aliter: Beatus
C qui non cogitauit, non fecit, non docuit mala. Aliter: Beatus q nō est Iudęus, gētilis, hęreticus. Aliter: Tertulianus in libro de spectaculis, asserit hūc psalmum & de Ioseph posse intelligi, qui corpus domini sepeliuit: & de his qui ad spectacula gentium non conueniunt. b ¶Et in via peccatorū non stetit.) Non dixit, & in via peccatorum non ambulauit. Hoc quippe impossibile est: quia nullus absque
Iob.15. peccato, nec si vnius quidem horæ fuerit vita eius: nullū sine peccato dicit: sed in via peccatorum non stetit: hoc est, qui non perseuerauit in delicto, sed per pœnitentiam ad meliora conuersus est. c ¶Et in cathedra pestilētię non sedit.) Pro pestilentibus in Hebræo delusores habet, quòd scilicet omnes discipulos puersus doctor illudat. Vnde Hieremias:
Hiere.15. d. Non sedi, ait, in consilio ludentiū. d ¶Sed in lege domini voluntas eius.) Tribus duo retulit, vt habeat voluntatem: & voluntati iungat & studium. e ¶Et in lege eius meditabitur die ac nocte.) Meditatio legis est, nō solum in legendis scripturis, sed etiam in his quæ scripta sunt faciēdo. Iustus igitur siue māducet, siue bibat, siue dormiat, in nomine domini omnia faciens, meditatur legem eius die ac nocte.
f ¶Et erit tanquā lignum quod plantatū est &c.) Pro plātatum, trāsplātatum Aquila transtulit. Lignum autē cui vir beatus comparatur, sapientiam puto: de qua & Salomon loProu.3.c. quitur: Lignum vitæ est his qui sequūtur eam. Sapientia autem per Apostolum Christus dei filius declaratur. Christū, 1.Cor.1.d.
ait, dei virtutem, & dei sapientiam: hoc est, Christo filio dei, conformis vtique factus, corpori gloriæ eius. g ¶Quod fructum suum dabit in tempore suo.) Dabit enim fructum non quocunque tempore, sed præscripto: illo scilicet cū deuictis potestatib⁹ principatibús- 1.Cor.15.
que tradiderit regnū deo patri, c.
conformatus claritati corporis sui. Quòd autem se arborē dominus dici voluit, ait: Aut facite Mat.12.c.
arborem bonam, & fructum eius bonum. Quòd lignum, ita dixit:
Si in viridi ligno hoc faciunt, in Lucæ.23.c
arido quid fiet? h ¶Et folium eius non decidet.) Verba doctrinæ quę ad salutem gentibus proficiunt: iuxta illud Apocalypsis:
Et folia ligni huius ad sanitatem Apoc.22.a
gentium. i ¶Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur.) F
Iudæi hunc psalmum dictum esse existimant de Iosia: quòd solus inter prophanos reges non abierit in consilio impiorum, sed sequutus sit legē dei. Verùm hoc quod modo lectum est, & omnia quæcunque faciet prosperabuntur: non solum de Iosia, sed de nullo sanctorum accipi potest, nisi fortè in futuro seculo. Melius igitur de eo intelligimus homine, qui à saluatore nostro assumptus est atque saluatus: non quò alium assumptum esse testemur: sed quò vnus atque idem filius dei & filius hominis, qui ante secula verbum semper fuit, ipse postea & carnē est dignatus assumere. k ¶Non sic impij nō sic.) Id quod secundò dicitur, non sic, in Hebræis voluminibus non habetur: sed ne in ipsis quidem Lxx. interpretibus. Nam in exemplis Origenis in Cæsariensi bibliotheca legens, semel tātum scriptum reperi. Inter impium & peccatorem hoc interest: Impius.
qui impius est, negat deum: qui peccator est, confitet & pec- Peccator.
cat. Sicut iustus vir comparatur ligno, sic impius comparatur pulueri. Qui iustus est, ligno paradisi comparatur: qui autem impius est, pulueri comparatur. l ¶Sed tanquam puluis, quem proijcit &c.) Puluis licèt de terra sit, tamē desinit esse terra. Tā infœlix erit impius, vt nec terrenus quidem sit puluis. Videtur quidem habere terræ substantiam, sed habet suam substantiam: nihil habet solidum, sed quod

a Beatus vir qui non
b abijt in cōsilio impiorum, & in viā peccatorū non ste-
c tit, & in cāthedra pestilentiæ non se-
d dit: Sed in lege domini volūtas eius,
e & in lege eius meditabitur die ac nocte.
f Et erit tanquam lignum quod planta-
g tum est secus decursus aquarum, quod
h fructum suum dabit in tēpore suo: & fo-
i liū eius nō decidet, & omnia quæcūq; fe-
k cerit prosperabūtur. Non sic impij, non
l sic, sed tanquam puluis, quē proijcit ventus à fa-

G habet,ad pœnam habet. Huc illuc; dispergitur, nunquam in vno loco est: quocunque ventus traxerit, illuc eius impetus dirigitur. Sic & impius,qui semel deum negauerit:quocunque illum aura diaboli traxerit,illuc errore perducitur. a ¶Ideo non resurgunt impij in iudicio.) Non quia non resurgant,sed quia in iudicio nō resurgant: iam enim de his præiudicatum est. b ¶Neq; peccatores in concilio iustorum.) Si non resurgunt peccatores in concilio iustorū:diuersa est peccatorum iustorúmque resurrectio. c ¶Quia cognoscit dominus viam iustorum.) Nihil aliud cognoscit dominus, nisi qđ notitia eius dignum est. Cognoscit quippe dominus eos qui eius sunt: & si quis nescit, nescietur. Et ad peccatores dicitur: Discedite à me operarij iniquitatis, nō noui vos. Viam autem iustorum illum puto esse qui loquitur:Ego sum via. De quo & propheta dicit: Videte quæ sit via bona. d ¶Et iter impiorum peribit.) Quàm clementer, non impij peribunt, sed impietas.

2.Tim.2.c. Mat.11.d. Ioā.14.a. Hiere.6.d H

Psalmus II.

e QVare fremuerunt gētes:& populi meditati sunt inania.) Audacis est hunc psalmum interpretari velle post Petrum: imò de eo sentire aliud quàm in Actibus apostolorum dixerit Petrus. f ¶Astiterūt reges terræ: & principes conuenerunt in vnum,aduersus dominum & aduersus Christum eius.) Non solum Herodes rex, sed etiam illi reges aduersus dominum constiterunt, quorum regna ei in puncto temporis diabolus ostendit. g ¶Dirumpamus vincula eorum: & proijciamus &c.) Quatuor præcedentes versus, vel angeli,vel prophetæ sunt loquuti: mirantes quare humana temeritas aduersus dei filium consurrexerit. A quinto autem versiculo dominus ipse respondit, cohortans populum gentilium, & omnes qui sibi ex Iudæis crediturí sunt, vt legalia vincula dissoluant,& graue onus legis abijciant: quod non potuerunt portare patres eorum,sed sequantur eum cuius iugum suaue est,& onus leue. h ¶Qui habitat in cœlis irridebit eos.) Per humanæ sermocinationis exempla, affectus dei discimus:non quò ille quempiam derideat,sed quòd nos derisu digna faciamus. i ¶Et dominus subsannabit eos.) Subsannatio propriè rugata fronte,& contracto naso exprimitur. Absit itaque hoc nos de deo corporaliter existimare, quod etiam in grauibus viris quidam reprehēsione dignum arbitrantur. k ¶Tunc loquetur ad eos in ira sua.) De ira dei,& Lactantius librum pulcherrimum scripsit: & ipse Origenes creberrimè disputat, non tam iram esse,quàm necessariam correptionem:vt patris in filium,medici in ægrotum,magistri in discipulum. Ira autem patientibus videri potest,non quòd deus emendet iratus. l ¶Et in furore suo conturbabit eos.) Sicut in epistola ad Romanos: Reuelatur,inquit,ira dei: vt qui eam venturam intelligunt, studeant deuitare: ita & in præsenti loco benignè, non ait,puniet:sed,turbabit:vt absque pœnis qui turbatus est corrigatur. m ¶Ego autem.) Vox Christi. n ¶Constitutus sum rex.) Pro parte carnis dicitur. o ¶Ab eo.) Deo patre. p ¶Super Sion.) Id est,super ecclesiam. Sion specula vitæ interpretatur. q ¶Montem sanctum eius.) Mons est ecclesia, vel ipse Christus:vt illud: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium. r ¶Prædicans præceptum domini.) Hoc est, doctrinam euāgelij. s ¶Dominus dixit ad me,filius meus es tu:ego hodie genui te.) Iesus Christus est heri & hodie,& in æternum. Rectè autem ei qui natus est in tempore dicitur: t ¶Postula à me,& dabo tibi gētes hæreditatem tuam.) Ac si dicat:Dū iudęi te noluerunt recipere: omnes gentes tibi venient in hæreditatem. u ¶Reges eos in virga ferrea.) In dura disciplina Romanorū. Vel per virgam ferream, disciplina intolerabilis:quia corda illorum tortuosa erant. x ¶Tanquam vas figuli confringes eos.) Vas figuli antequā in testam fuerit obduratū: si dissipeť,reformabile est. Lege Hieremiam. Si autem semel testa fracta fuerit,nequaquam in integrū compingi potest. Verùm quæ apud homines impossibilia sunt, apud deū fūt possibilia. Figulus, Christus:vas,homo: vt est illud: Sicut vas in manu figuli, sic vos in manu mea, dicit dominus. Aliter: Confringitur in pœnitentia hic,vel in die iudicij in ignē. y ¶Nunc reges intelligite.) Reges seculi omnes,vel reges sancti apostoli,intelligite ista supradicta. z ¶Erudimini.) hoc est, vosmetipsos, vel alios. a ¶Qui iudicatis terram.) Sāctam ecclesiam. b ¶Seruite domino in timore.) Timore dixit,vt elationē eis tolleret: quia reges eos appellarat. c ¶Et exultate ei.) Vt eos iterum confortaret:vt illud: Gaudete,& exultate. d ¶Cum tremore.) Vt cū tremore essent:id est, tremore corporis, & timore animæ. e ¶Apprehendite disciplinā, ne quando irascatur dominus.) Pro eo quod in Græco dicit Δράξασθε παιδίας: in Hebræo legitur נַשְּׁקוּ בַר nasku bar, quod interpretari potest, adorate filium. Apertissima itaque de Christo prophetia,& ordo præcepti, adorate filium:ne fortè irascatur dominus,hoc est,pater. f ¶Et pereatis de via iusta.) Iudæis qui noluerunt adorare filium, iratus est dominus,& perierunt de via recta. Via iusta,vel recta, Christus est. In via sumus,quando mandata dei implemus. De via perimus, quando ab eis declinamus. g ¶In breui ira eius.) Hoc est,in exitu vniuscuiusque hominis. Vel breui ira ī die iudicij: vt illud: Cùm enim dixerint homines,pax & securitas:tunc veniet eis repentinus interitus. h ¶Beati omnes qui confidunt in eum.) Non in hominibus,neque in semetipsis,sed in deum. Iste psalmus, vt præfati sumus,in beatitudinem terminatur, vnde superior incipit:& ideo apud Hebræos pro vno habentur. i ¶Psalmus Dauid,quando fugit à facie Absalom filij sui.) Iste psalmus posterior est sequentibus plurimis,qui ad Saulis videntur historiam pertinere. Ante siquidem Dauid à Saūl est passus insidias, quàm Absalom aduersus eum arma corriperet. Sed quia propositum ei erat, vt non tantum de se referret quæ passus est,quàm vt per exemplum sui omnes homines instituere t: ideo primis secunda præposuit, vt tentationum ordinem doceat. Siquidem antè propter peccata corripimur,& postea propter virtutem probamur. In Dauid verò tentationum ordo mutatus est. Sub Saūl persecutione,innocens fuit: sub Absalom, manifestissimè criminis reus

Esa.2.a. K Heb.13.b. Hiere.19.a Mat.10.d. L Ibid.18.a. Matt.5.b. M 1.Thes.5.a. 1.Reg.18. & sequēt. 2.Reg.15. & sequēt.

Domine

A nis reus tenetur, Vria interfecto. Lege quinquagesimi psalmi titulum, & intelliges eum iuxta ordinem priorem esse quàm tertium.

Psalmus III.

a DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi exurgunt aduersum me.) Potest hic psalmus & ad Dauid, & ad Christum, & per eum ad omnes sanctos pertinere. b ¶Exaudiuit me de monte sancto suo.) Montem sanctum puto vnigenitum esse filium dei, ad quem in nouissimis diebus populi confluituri sũt: Esaia & Michea hoc ipsum vaticinantibus. Sed & de ecclesia intelligitur: quia non potest ciuitas abscondi super montem posita. c ¶Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia dominus suscepit me.) Quasi somnus, inquit, & locus eius persecutio fuit. d ¶Non timebo milia populi circundantis me.) Et Dauid potest hoc de Absalom, & exercitu eius dicere: B & dominus de Iudæis frementibus aduersum se, & clamantibus: Tolle, tolle crucifige eum.

e ¶Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.) Percutit dominus, & vineas alienigenarum in grãdine: & saluator, qui pro nobis factus est omnia, percussus à patre scribit. Percutiam pastorem, & oues dispergentur. Pro sine causa autem, maxilla legitur in Hebræo, id est, לחי lechi. Et quia maxillam præmiserat, consequenter infertur: f ¶Dentes peccatorum contriuisti.) Respondeant ergo amici solius historiæ: quomodo deus maxillam percutiet, & cõfringat dentes peccatorum pugilum contra se more certantium. Dentes peccatorum cõtriuisti. Principes Iudæorum: dentes vel hæretici doctores, vel verC ba ipsorum. g ¶Domini est salus.) Hoc est, non ab homine, sed à deo. Ipse sol⁹ potest, & per ipsum à morte in vitam trãsire. h ¶Et super populum tuum.) Hoc est, populum Christianum.

a DOminẽ quid multiplicati sunt q tribulãt me: multi exurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in deo eius. Tu aũ tẽ domine susceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum. Voce mea ad b dominum clamaui: & exaudiuit me de c mõte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia dominus su d scepit me. Non timebo milia populi circũdãtis me: exurge domine saluũ me fac e deus meus. Quoniã tu percussisti oẽs f aduersantes mihi sine causa: dẽtes pec g catorum contriuisti. Domini est salus: & p super populum tuum benedictio tua. h

i In finem in carminibus, psalmus Dauid IIII.

l CVm inuocarẽ exaudiuit me deus m iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: & exaudi orationem meam. Filij hominum n vsquequo graui corde: vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum: dominus exaudiet me cùm clamauero ad eum. Irascimini, & nolite o peccare, quę dicitis in cordibus vestris, & p in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in domino: multi dicũt, quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen q vultus tui domine: dedisti lætitiã in cor r de meo. A fructu frumenti, & vini eorũ repleti sunt. In pace in idipsum: dormiã & requiescam. Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me.

s In finem pro ea quæ hæreditatẽ consequitur, psalmus Dauid V.

t VErba mea auribus percipe domine: u intellige clamorem meum. Intẽde voci orationis meę: rex meus & deus x

ritis mendacium.) Diapsalma. Verbum סלה sela, Lxx. interpretes: Symmachus & Theodotio, diapsalma transtulerunt. Aquila verò, semper: & puto aut musici cuiusdam soni esse signaculum: aut certè perpetuitatem eorum quæ prædicta sunt indicari: vt vbicunque sela, hoc est, diapsalma, siue semper apponitur: ibi sciamus non tantum ad præsens tempus, verùm ad ęternũ, vel quę sequũt, vel quæ præcesserint pertinere. o ¶Quę dicitis in cordibus vestris, & i cubilibus vestris cõpũgimini.) Quod in die cogitando peccatis, nocte expiate p lachrymas. p ¶Sacrificate sacrificiũ iustitiæ, & sperate i domino.) Sacrificium deo immolate iustitiã: & cõsequenter sperabitis in domino. q ¶Signatum est super nos lumen vultus tui domine.) In cuius facie lumen domini signatum est: iste reuelata facie gloriam domini contemplatur. Tale signum & in gementiũ frõtib⁹ in libro Ezechielis prophetæ notari dominus præcepit. E r ¶A fructu frumenti, & vini eorum repleti sunt.) Id quod in plurimis codicibus inuenitur, & olei eorum, cùm vetustum Origenis exemplum psalterij reuoluerem quod ipsius manu fuerat emendatum: nec in Hebræo, nec in cæteris æditionibus, nec apud ipsos Lxx. interpretes reperi. s ¶In finem pro ea quę hæreditatem consequit, psalmus Dauid.) De ecclesia quæ in fine & consummatione mundi hæreditatem consequutura est vniuersis nationibus Christo credentibus, psalmus iste contexitur. Denique & ex persona eius oratio ad dominum dirigitur.

Psalmus V.

t VErba mea auribus percipe domine.) Null⁹ habet hanc fiduciam nisi ecclesia. Qui peccator est, nõ est F ausus dicere, Verba mea auribus percipe domine. qui irascitur & maledicit, non est ausus dicere, Verba mea auribus percipe domine: sed optat vt deus claudat aures suas. u ¶Intellige clamorem meum &c.) Clamor in scripturis non vocis, sed cordis est. Denique ad Moysen dicitur: Quid clamas ad me? cùm Moyses antè non clamaset. Intellige clamorem meum. Et Apostolus: Clamantes in cordibus nostris, abba pater. Vtique qui clamat, non in corde clamat, sed in lingua clamat. Et quomodo dicit Apostolus, clamantes in cordibus nostris? Quando igitur gemitus noster, & conscientia deprecatur, illum clamorem intelligit deus. Vnde dicit & Hieremias: Non fileat pupilla oculi mei. Videte quid dicat: Non taceat pupilla oculi mei: & aliquando pupilla oculi clamat ad deum. Vtique si clamat, lingua clamat, non pupilla oculi. Sed quomodo clamamus in cordibus nostris, quando cum gemitu dominum deprecamur: sic quando lachrymas ad deum fundimus, eo tẽpore pupilla oculi nostri clamat ad dominum. x ¶Rex meus & deus meus.) Ille verè ausus est dicere, rex meus & deus meus: cui nõ regnat peccatum in mortali corpore. Rex meus & deus meus: quia regnas in me, & non regnat peccatũ: propterea deus meus es. Tu es deus meus: quia non est vẽter

D Sela quid. Exo. 14. d. Gala. 4. b. Threno. 2. f. Ezech. 9. b

G deus meus:quia non est aurum deus meus:quia non est libi-
do deus meus. Quoniam tu virtus es,& ego cupio habere
virtutes: propterea tu es deus meus: hoc est,virtus mea.
a ¶Mane exaudies vocem meã.) Quidã simplicius inter-
pretantur:hoc est, exurgo diluculò ad orandum, & depre-
cor te. Et quę est ista interpretatio, qua dicitur: mane nos exau-
dit,vespere nõ exaudit,media nocte non exaudit. Sed videte quid
dicat: Quãdiu in tenebris erroris sum,non me exaudit. Quando
verò sol iustitiæ venerit in corde meo,tunc me exaudit:mane
exaudies vocem meam. nõ dixit,tertia hora:nõ dixit,sexta ho
ra:nõ dixit,plena luce:sed videte quid dicat:Mane,statim vt te-
nebræ fugere cæperint, exaudis: statim in principio boni operis
me exaudis:nõ quæris finem. Est enim meum velle,tuum perfice-
re. b ¶Mane astabo tibi.)Vídete ordinem:mane, nõ vespere:
non in tenebris,sed mane. Mane
H astabo tibi: stabo constanter, &
imitabor Moysen. Mane astabo
tibi:tibi astabo,non alijs. Cùm au
tem mane fuerit,& stetero,& ti-
bi stetero:tunc merebor te vide-
re. c ¶Et videbo.)Subauditur,te videbo. Multi malè le-
gunt, & dicunt: καὶ ἐπόψε με: sed sciamus errorem esse:
sic dicitur, καὶ ἐπόψομαι: hoc est,videbo,vt sit ordo quem
diximus:incipiente lucevirtutum in anima mea,quando sta-
re tibi cœpero:non sedere,non iacere,sed stare: & statues su
pra petram pedes meos:tũc per istos gradus merebor te vi-
dere. d ¶Quoniam tu es deus non volens iniquitatem.)
Propterea non me exaudies plena luce, sed mane: quoniam
non vis deus iniquitatẽ. Cùm enim recedere cœpero ab iní-
quitate,statim merebor exauditionem tuam. e ¶Neque
habitabit iuxta te malignus.) Quando aliquis recedit à no-
bis qui malus est,gratulemur: hoc in nobis fit quod factum
est & in domino. Videte enim quid dicat spiritussanctus:
2.Cor.6.c Neque habitabit iuxta te malignus. Quæ enim communi-
catio luci & tenebris?Qui cõsensus Christo & Belial?Quã-
1.Ioã.2.c do ergo recedunt aliqui ex nobis, dicamus & nos: Exierunt
ex nobis,sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis,
manssissent vtiq; nobiscum. Dicitur ad deum: Non habita-
Deut.4.d bit iuxta te malignus. Si enim deus ignis est,& ignis consu-
I mens,quicunque stipula est, quicunque lignum est:fugit ab
igne,ne consumatur ab igne. f ¶Neque permanebũt in-
iusti ante oculos tuos.) Quando dicitur,neque permanebũt:
ostenditur quòd aliquando manserint. Manserunt autẽ ali-
quando iniusti ante oculos dei: manserunt deo expectantes
pœnitentiam ipsorum: sed quoniam permanserunt iniusti,
propterea non permanserunt ante oculos dei. g ¶Odi-
sti omnes qui operantur iniquitatem.) Infœlix est, quẽ odit
deus. Quis est ille quem odit deus? Qui operatur iniquita-
tem. Si enim omnes peccamus,& quicunque peccat,odio ha-
betur à deo:ergo odio habemur à domino. Si autẽ odio ha-
bemur à domino,quomodo gratia saluati sumus? Odisti o-
mnes qui operantur iniquitatem. Nõ dixit,qui operati sunt
iniquitatem,sed qui operantur iniquitatem. Qui perseue-
rant in peccato,illi odio habentur à domino: qui autem di-
miserunt,illi amantur à domino. h ¶Perdes omnes qui
loquuntur mendacium.)Rem nouam video:Qui malũ ope-
ratur,odio habetur:qui mentitur,perit. Videamus quid sit
plus,odio haberi à domino,an perire. Infœlix quidẽ est qui
odio habetur à domino,sed adhuc viuit. Qui autem loqui-
tur mẽdacium & perit,iam esse desistit. Ergo infœlicior est
qui mendacium loquitur,quàm ille qui operatur iniquitatẽ.
Qui enim operatur iniquitatem,odio habetur: qui autẽ lo-
Sap.1.c. quitur mendaciũ,perit. Os enim quod mẽtitur,occidit ani-

& deus meus. Quoniam ad te orabo do-
a b minc:mane exaudies vocem meam. Ma- b
c d ne astabo tibi & videbo: quoniam non
e deus volens iniquitatem tu es. Neq; ha-
f bitabit iuxta te malignus:neque perma-
g h nebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti
b omnes qui operantur iniquitatem: per-
des omnes qui loquuntur mendacium.
i Virum sanguiuum & dolosum abomi-
k nabitur dominus:ego autem in multitu-
dine misericordiæ tuæ Introibo in do-
l mum tuam:adorabo ad templũ sanctum
m tuum in timore tuo. Domine deduc me
n in iustitia tua prõpter inimicos meos:di-
o rige in cõspectu tuo viam meam. Quo-
p niam non est in ore eorum veritas: cor
q eorum vanum est. Sepulchrum patẽs est
r guttur eorũ:linguis suis dolosè agebant:
s t iudica illos deus. Decidãt à cogitationi-
bus suis:

mam. Et quomodo scriptum est:vt sit deus verax,omnis au- Roma. 3.a
tem homo mendax. Si autem quicunq; loquitur mẽdacium, K
iam perit & occidit animam suam:omnes autem mentimur,
ergo omnes peribimus? Hoc autẽ quod dicit: Perdes omnes
qui loquuntur mendacium:& ex consequentibus psalmi, &
ex ipso ordine intelligere possumus,quia de hæreticis dicit: Qui
enim operatur iniquitatem, suã
tantum animam occidit:qui autẽ
hæreticus est,& loquitur mẽda-
cium, tot occidit homines quot
induxerit. i ¶Virum sanguinum & dolosum abominabitur
dominus.) Vir sanguinũ,omnis hæreticus est: quotidie animarũ
sanguinẽ fundit. Rectè dixit dolosum:& homicida est, & dolo-
sus. k ¶Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domum tuam.)Illi in iniquitate sua egrediuntur de domo tua: ego in tua misericordia ingrediar in domum tuam. Introibo in domum tuam, quæ est ecclesia. l ¶Adorabo ad tẽ- L
plum &c.) Ipsa est domus quæ & tẽplum. m ¶Domine deduc me in tua iustitia.)Ego autẽ cupio intrare in domum tuam, & volo intrare per viam tuam rectam: sed quoniam continuata semitis scandala ponunt inimici mei,& mihi in domũ tuam ire cupienti,laqueos ponunt in itinere:propterea quę-so te,vt tu dirigas pedes meos vsque ad finem. Meum est pedes ponere in via tua: tuum est corrigere gressus meos.
n ¶Propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.) Hoc est,viam tuã rectam fac propter inimicos meos qui insidiantur mihi. Quę est autem ista via? Lectio scripturarum:hoc est, ne in scripturis tuis per quas ingredi cupio in ecclesiam tuam, corruam. Omnis enim qui malè intelligit scripturas,in via dei corruit. o ¶Quoniam non est in ore eorum veritas.)Describũtur hæretici:describitur vir sanguinarius & dolosus, quem abominabitur dominus. Non est in ore eorum veritas. Non habent Christum veritatem in ore suo:quia nec in corde habent. p ¶Cor eorũ vanum est.)Melius habetur in Hebræo: קִרְבָּם cirbom. Verè enim insidiatur cor hæreticorum omnibus quos decipit.
q ¶Sepulchrum patens est guttur eorum.)Infœlices sunt hæretici,qui sepulchra sunt dealbata,plena ossibus mortuorum. Sepulchrum patẽs est guttur eorum. Arius,Eunomius, M
& cæteri hæretici linguas sagittas habent: fauces suas sepulchrum habent, Sepulchrum patens est guttur eorum. Et rectè dixit,patens: Quandocunque enim vult aliquis deceptus intrare,paratus est hæreticus,& susçipit. Nũquam hæretici claudũt os suum,sed semper aperiunt os suum. r ¶Linguis suis dolosè agebant.) Aliud in corde tenebant:aliud in sermone pollicebatur. Pietatem loquebantur,& impietatem cælabant. Christum loquuntur, & occultant Antichristum. Sciunt enim quòd nemo possit induci,si proferãt Antichristum. Lucem proferunt,vt cælent tenebras, vt per lucẽ ducãt ad tenebras. s ¶Iudica illos deꝰ.)Sciũt te iudicẽ:sciunt te respicere res humanas. Qui iudicaturus in fine es,etiã in præsenti iudica. Qui generaliter iudicaturus es,nunc ex parte iudica. Qui patrem sentire nolunt,sentiant iudicẽ. Iudica illos deus. Quare? Qua de causa? Sequitur: t ¶Decidant à cogitationibus suis.)Si enim in præsenti reddideris illis quod merentur,incipiunt recedere à malis cogitationibus suis:quamdiu te iudicem non sentiunt,non timẽt. Decidant à cogitationibus suis. Egregiè dixit, à cogitationibus suis. Quotidie enim hæretici immutãt dogmata sua. Deniq; si vir ecclesiasticus de scripturis eruditus contenderit cõtra eos:& scripturis sanctis coarguerit eos,statim requrunt,quomodo aliud nouum dogma reperiant. Nõ quærũt quomodo saluentur,

A saluentur,sed quomodo superēt. Propterea nunc dixit: Decidant à cogitationibus suis,& te habeāt vnam cogitationē.
a ¶Secundū multitudinem impietatū eorum expelle eos.) Non dixit,vnde eos expellat: de cœlo eos expellat, de terra eos expellat. Vnde eos expellat scriptura nō dicit:sed ὑπερβαλὸμ est, & ὕστερον πρότερον.

Debemus ergo legere: Secūdum multitudinē impietatum eorum expelle eos. Quod dicit, hoc est: ab impietatibus suis multis propter tuam misericordiam expelle eos:hoc est, non sint in multis impietatib⁹ suis. Potest & aliter interpretari: Quoniā plurimum impij fuerunt. & noluerunt decidere à cogitatiōib⁹ suis: & impietates impietatibus augent, & quotidie congregāt, & plures habent impietates:propterea expelle eos Vnde? Ab ea quæ hęreditatem consequitur. Tu expelle eos inde:vt quoniam fidem non habent ecclesiæ,ne versentur in ea.
b ¶Quoniam iritauerūt te domine.) Tu domine per naturam B dulcis es: sed quicūq; peccatores sunt & hæretici,naturā tuæ dulcedinis vitio suo vertunt in amaritudinē. c ¶Et lætentur oēs qui sperant in te.)Illi pereant,& ecclesiastici lætentur. d ¶In æternū exultabunt.)Hìc in æternum,non de præsenti seculo debemus dicere,sed de futuro. Deniq; nō dixit: in seculo exultant,sed exultabunt,de futuro dicitur. Hìc enim tristitia est, ibi verò lætitia. Hæretici de præsenti rident, sed in futuro lugebunt. Nos verò in præsenti lugemus,vt in futuro rideamus. In æternum exultabunt. Quę erit exultatio sanctorum virorū? e ¶Et inhabitabis in eis.)Fœlices erunt qui Christum hospitem habere merebuntur: fœlices qui tabernaculum Christi erunt. f ¶Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū.)Quicunq; diligit deum,gloriabitur in domino. Qui diligunt. Non dixit,qui timēt:sed,qui diligūt. Vbicūq; enim timor est,ibi non est dilectio. Perfecta quippe
1.Ioā.4.d dilectio foras mittit timorem. Quicunq; enim diligunt nomen domini,illi gloriabuntur. Gloriabuntur:Futura est beatitudo nostra: totū quod promittitur de futuro est. Alij regnent,alij possideant,alij glorientur. Nos hìc sumus miseri, C vt postea fœlices simus. Sequamur Christum dominum nostrum. Qui dicit se in Christo credere, debet quomodo ille
Mat.20.d ambulauit,& ipse sic ambulare. Christus dei filius non venit vt ministraretur,sed vt ministraret. Nō venit vt imperaret, sed vt seruiret. Nō venit vt lauarētur illi pedes, sed vt lauaret pedes discipulorū. Non venit vt cæderet, sed vt cæderetur. Nō dedit alapam,sed accepit. Nō crucifixit,sed crucifixus est. Non alios occidit, sed ipse passus est. Pauper fuit, vt nos diuites faceret. Ille accepit pro nobis plagā, vt nos verberati nō doleremus. Quotiēscunq; cædimur, præbeamus maxillam: dorsum opponamus:imitemur Christum. Qui cæditur, Christum imitatur:qui cædit,Antichristū. Hoc totum quare dico? Vt in præsenti seculo quod sustinemus,pro Christo glorificemus nomen domini: Dū loquimur,dū ambulamus,repētè subtrahimur. Ego ipse qui vobis hodie loquor:die crastina quid de me futurū sit,nescio. Si venerit leuis febricula,vbi est ista vox? Vbi est superbia? Repentè ver-
Eccli.10.b titur in cinerē. Quid gloriatur terra & cinis? Secundū corporis naturā,terra & cinis sumus. Terra es, & in terrā ibis: & terra gloriat contra factorē suū. Sequitur: g ¶Quoniam tu benedices iusto.)In futurū ergo differt beatitudo.
h ¶Domine vt scuto bonæ voluntatis &c.) Apud seculum aliud est scutum,aliud corona:apud deū verò ipse est scutū, ipse est & corona,quasi scutū protegit, quasi deus coronat.

a bus suis: secundum multitudinē impie-
b tatum eorum expelle eos,quoniam irita-
c uerūt te domine. Et lętentur omnes qui
d sperant in te:in æternum exultabunt, &
e f inhabitabis in eis. Et gloriabunt in te o-
g mnes qui diligūt nomen tuum:quoniam
h tu benedices iusto. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.
i In finem pro carminibus pro octaua, psalmus Dauid VI.
k Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
l m Miserere mei domine, quoniā in-
n firmus sum:sana me domine,quoniā cō-
o turbata sunt ossa mea. Anima mea tur-
p bata est valde: & tu domine vsquequo,
q Conuertere domine & eripe animā meā: saluum me fac propter misericordiā tuā.
r Quoniam non est in morte qui memor
s sit tui:in inferno autem quis cōfitebitur
t u tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo p
x singulas noctes lectum meum:lachrymis
y meis stratū meū rigabo. Turbatus est à furore ipse est scutū nostrū,ipse est & corona nostra:& ob hoc dicit: Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Protexisti nos scuto tuo,& protectio tua corona nostra fuit: hoc est,corona nostra scutū tuū fuit,id est, nostra victoria. Corona enim victoria interpretatur. Gratias agamus deo,& deprecemur illū,vt in bona volū tate sua ipse sit scutū & corona nostra:vt nunquā recedamus ab eo:vt sequamur illū, & dicamus cum Hieremia: Et post te subse- Thren.1.c quens non laboraui. Domine vt scuto bonæ volūtatis tuæ coronasti nos. Scuto protegimur: & cùm pfecti fuerim⁹,coronamur.
i ¶In finē pro carminibus pro octaua psalmus Dauid.) Iste & vndecimus psalmus, pro octaua inscriptionē habent,resurrectionis & pœnitentiæ:ac per hoc salutis nostræ mysterīū continentes. In quo humanū genus postulat,vt corrigamur quidem & iudicemur à deo,sed nō in ira & in furore eius. Longū est de sacramēto huius numeri plura exem- E
pla reuocare. Octo animæ igres- Gene.7.& sæ sunt in arcā Noë, quæ in diluuio saluatæ sunt. Octauus filius 1.Pet.3.d. 1.Reg.16. Iesse Dauid fuit, qui & desperat b.c. à patre, & à deo solus eligitur. Octauo die circūcidunt primo- Gen.17.b. genita,& immūda esse desistunt. Zacharias quoque pater Ioannis Lucæ.1.f. octaua die circuncisionis filij sui loquitur. Et post dies octo⁹ siue sex(vtrunq; enim in diuersis euangelistis legitur)dominus trāsformatur in monte,vt sic octonarius in sexto numero contineatur:quomodo nunc in sexto psalmo, inscriptio ponitur ogdoadis. Psalmus VI.

k Domine ne in furore tuo arguas me,&c.) Pœnitentiæ psalmus est,& non emēdari refutat & corripi: sed in furore & in ira, quia infirmus sit,& turbata sint ossa eius. Et aliquando prius furor est,& postea ira: sed maximè vnum est. Tamen furor in præsenti,ira in futuro.
l ¶Miserere mei domine.) Vox ecclesiæ. Miserere mei,qa miser sum. Et ipse misericordiā dei inuenit,qui se miserum cōfitetur. m ¶Quoniā infirmus sum,sana me domine.) Ac si dicat:Infirm⁹ sum pro peccato:sana me, quia medicus es:Ego sum ægrotus, tues medicus. Ego habeo infirmitatē, tu habes sanitatē. Ego sum infirmus per peccatum, tu sana F
per misericordiā. n ¶Q̄ cōturbata sunt oia ossa mea.) Ac si dicat:omnes virtutes,quę ossa appellauit,in primo homine trangressæ sunt,siue perditę. o ¶Anima mea exinde turbata est.)Per pœnitentiā vt emendemur. p ¶Et tu domine vsquequo.)Subauditur,vsquequo animā meam quæ est conturbata vehemēter:nō eripis, nō corrigis,non emendas? q ¶Conuertere domine & eripe animā meam.)Nisi animā nostrā antè cōuerterit,non eam potest eruere de periculo. Vel illud:Domine qui auertisti vultū tuū à nobis,conuertere & nos videre dignare,& erue animam nostram.
r ¶Quoniā nō est in morte qui memor sit tui.) Non enim Psal.113.d mortui laudabūt te domine,sed nos qui viuētes sumus: quia nō es deus mortuorū,sed viuorū. s ¶In inferno aūt quis confitebitur tibi?) Nō pro impossibili,sed pro raro posuit. In omnibus enim dei iudicijs delectatur sanctus,& laudat iudicia eius. t ¶Laboraui in gemitu meo.) Miserere mei, quia hæc & hæc quę sequuntur,feci. u ¶Lauabo per singulas noctes lectum meum.)Qui quotidie lachrymis stratum rigat,non potest in cogitatione eius libidinum pompa surrepere. x ¶In lachrymis meis stratū meum rigabo.) Quanta multitudo lachrymarum, vt stratum eius lachrymis rigatūsit. y ¶Turbatus est à furore oculus meus.) Vbi sunt amici literæ? Certè oculus iste corporeus ab ira nō

Conturbatur, nisi fortè in tantam rabiem extollimur, vt vultus quoq; nostri & ora mutentur. Ille itaq; turbatur oculus: qui si scandalizatus fuerit, eruet. Non autem ait, Ab ira mea turbatur oculus meus: sed, ab ira tua. O deus, per quē supplicia mihi timeo præparata: turbata est mēs mea, & totū cordis mei principale contremuit.

Marc.9.g.

a furore oculus meus: inueteraui inter o-
b mnes inimicos meos. Discedite à me oēs
qui operamini iniquitatem: quoniā exau
diuit dominus vocem fletus mei. Exau-
diuit dominus deprecationē meā: domi-
nus orationem meā suscepit. Erubescant
& cōturbentur vehemēter oēs inimici mei:
c cōuertantur & erubescant valde velociter.
d Psalmus Dauid, quē cantauit domino
p verbis Chusi filij Iemini. Psal. VII.
e Domine deus meus in te speraui:
saluū me fac ex omnibus perse-
f quentibus me, & libera me. Ne
quando rapiat vt leo animā meā: dū non
est qui redimat, neque qui saluum faciat.
g Domine deus meus si feci istud: si est ini-
p quitas in manibus meis. Si reddidi retri-
k buentibus mihi mala: decidam merito ab
l inimicis meis inanis. Persequatur inimi
cus animam meam & comprehendat: &
m n conculcet in terra vitā meā, & gloriam
o meam in puluerem deducat. Exurge do-
p mine in ira tua: & exaltare in finibus ini-
q micorū meorū. Et exurge domine deus
meus in præcepto quod mandasti: & sy-
r nagoga populorū circūdabit te. Et pro-
pter hanc in altum regredere: dominus
s iudicat populos. Iudica me domine secū-
dum iustitiam meam: & secūdum inno-
centiam

a ¶Inueteraui in omnibus inimicis meis.) Nō noua aduersum me inimici bella gerunt, meus hostis antiquus est. Aliter: Pubertatem eius hominis qui renouatur de die in diē, nō possum consequi: quia veterem hominē cum vitijs & concupiscentijs eius inimicis meis aduersum me porto pugnantibus. b ¶Discedite à me oēs qui operamini iniquitatē.) Postquam ipse misericordiā consequutus est, cæteros docet, vel cohortatur, vt à se abeant. Non enim vult iniquorū habere cōsortium. Simul autem & illud notandum est, quod iam superius diximus: quòd nō eos qui
H operati sunt iniquitatem: sed qui operantur, à se iubeat recedere.
c ¶Conuertātur & erubescāt valde velociter.) Non cōtra inimicos, sed p inimicis orat: vt cōuertantur & erubescant à peccatis suis: & erubescāt non leuiter, sed vehementer: nec recrastinato tempore, sed citò.

d ¶Psalmus Dauid, quem cātauit domino p verbis Chusi filij Iemini.) Plerique, & maximè hi qui Hebræi sermonis scientiam non habent, hunc psalmum arbitrantur eo tempore esse cantatū, quo Chusi filius Arachi amicus Dauid destruxit consiliū Achitophel: & ad eum nuncios misit, ne in eremo vltrà sederet, sed procul fugeret, ne opprimeretur à filio. Verùm sciendū est vehementer errare. Primùm, q nomen Chusi per ס samech literam scriptū est: hic verò per ש, sin. Deinde quòd nunquam Dauid qui Ioab & cæteris ducibus exercitus sui præceperat, dicēs: Parcite puero Absalon, de morte filij loqueretur: Cōcepit dolorem, &
I peperit iniquitatem: Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quā fecit: maximè qui morte eius audita operuit caput suum, & eiulans clamaret: Filius meus Absalon, filius meus Absalon. Ad extremū quòd illic Chusi amicus Dauid filius Arachi scriptum est: hic verò filius Iemini. Sciendū itaq; Chusi interpretari Aethiopem: & totū psalmum contra Saūl esse conscriptū, qui persequebatur eum: & in fouea quā foderat, ipse incidit. Quem Aethiopē vocat, propter sanguinarios, & tetros, & crudeles mores. Iemini verò familia, quòd ad tribū pertineat Beniamin: de qua Saūl ortus est, Regnorū libri testimonio sunt: in quibus scriptura commemorat: Et erat vir de filijs Beniamin, & nomen eius Cis, filius Abihel, filij Sareth, filij Bechor, filij Aphi, filij viri Iemini, vir potens, & huic filius, & nomē eius Saūl. Semeī quoque ille qui lapides & puluerem in Dauid iaciebat, de familia Saūl, hoc est, Iemineus fuit: sicut in eisdem libris scribitur: Egrediebatur vir de propinquitate domus Saūl, & nomen ei Semeī, filius Gera: de quo postea Dauid loquens inducitur: Ecce filius meus qui egressus est de vētre meo, quærit animā meā: & quāto magis nunc filius Iemini? Aquila hunc locum ita interpretatus est: Pro ignoratione Dauid, qui cecinit domino pro verbis Aethiopis: Symmachus in hunc modū: Pro ignoratione Dauid, quod cecinit domino pro verbis Chusi filij Iemini. Hæc omnia latius executus sum: quia eruditissimi viri putauerunt hunc psalmum non contra Saūl, sed contra Absalon esse cōpositum, quòd pro parte non esse monstraui.

2.Reg.15. g.

2.Reg.18. g.

1.Reg.9.a

2.Reg.17 b.

K

Psalmus VII.

e ¶Domine deus meus in te speraui &c.) Non speraui in gladio meo: non speraui in virtute mea, sed speraui in auxilio tuo. f ¶Ne quando rapiat vt leo animam meā &c.) Hoc cōuenit Sauli, Absalon nō cōuenit. Quomodo enim poterat Absalon leonē vocare, de quo dicit: Parcite puero meo Absalon? Si ibi illū puerū vocat: & quasi infantulū & ignorātē, quomodo hic leonē vocat? Hoc interim secūdum historiā: & multa sunt quæ dicant: & totus psalmus in persona Saūl interpretari potest. Cæterùm quia nobis curæ est, non solum secundum historiā, sed & secundū spiritalem intelligentiā interpretari: Chusi istum Aethiopem non aliū, nisi diabolū interpretamur. Quæritur, iste Chusi quomodo filius sit Iemini, quomodo diabolus Aethiops filius est dextræ? Quòd Aethiops, vitio suo est: q
L filius dextræ est, creat⁹ à deo: rectè de isto dicitur: Ne quādo rapiat vt leo animā meā. Aduersarius noster diabolus quasi leo rugiens, circuit quærēs quē rapiat.

2.Reg.18. b.

1.Pet.5.b.

g ¶Domine deus meus si feci istud.) Ecce venit princeps mūdi istius: & in me non inuenit q quam. h ¶Si est iniquitas in manibus meis.) Quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. i ¶Si reddidi retribuētibus mihi mala.) Saūl bis in manus eius traditus est, quem noluit interficere, dicens: Nō tā-

Ioā.14.d.

Esa.53.c.

1.Reg.24 b.

gam Christū domini. Hoc est ergo nō restituere ei pro malis, mala: qui sibi p bonis mala restituebat. Si, inquit, inimicis meis mala reddidi pro malis, non resurgam: & si pro malis mala quęsiui, illi pro bonis mala restituant. k ¶Decidam meritò ab inimicis meis inanis.) In Hebræo pro inani ריקם recam scribitur. Vnde intelligimus id quod in euāgelio continetur: Qui fratri suo dixerit, raca & fatue, quā habeat interpretationem. l ¶Persequatur inimicus animā meam &c.) Nouissima animæ inimica destructa est mors. m ¶Et conculcet in terra vitam meā.) Non potest conculcari, quia non fecit supradicta. n ¶Et gloriam meam in puluerem deducat.) Si, inquit, inimicis meis mala reddidi p malis, non resurgam. o ¶Exurge domine in ira tua.) Quoniā te non senserunt per beneficia, sentiant per iracundiam. p ¶Et exaltare in finibus inimicorū meorū.) Pro inimicis rogat, vt in inimicorum finibus exaltetur. Cùm inimici esse cessauerint, tunc tu domine exaltaberis in eis.

Matt.5.c.

M

1.Cor.15. d.

q ¶Et exurge domine deus meus in præcepto quod mādasti &c.) Hoc nos dicimus: hoc credentes loquimur. Semper enim personæ mutantur in psalmis. Multum est nunc si velimus dicere in quot, quantæ personæ mutentur. Exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti: hoc nos dicimus, pro nobis passus es, crucifixus es: exurge, & salua nos. Propterea exurge, vt credat in te plurima multitudo. Cùm ergo exurrexeris, quid aliud deprecamur, nisi reuertere ad patrem? r ¶Et propter hanc in altum regredere.) Pro quā? pro synagoga populorū. Quòd mortuus es, pro nobis mortuus es: quòd resurrexisti, nobis resurrexisti: quòd ascēdisti ad patrem, nobis ascendisti. Et propter hanc in altum regredere. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descēdit: filius hominis, qui est in cœlis. s ¶Iudica me domine secundū iustitiā meam &c.) Hoc Dauid dicere non potest: hoc propriè

Ioan.3.b.

A hoc propriè ſaluatori conuenit,qui nõ peccauit. a ¶Cõſumetur nequitia peccatorum,& diriges iuſtum.)Nõ poteſt mea iuſtitia dirigi,niſi illorũ iniquitas impleta fuerit, videlicet Iudæorum. b ¶Niſi cõuerſi fueritis,gladium ſuum vibrabit.)Iſte locus duplicem recipit intelligentiam. Multi enim putãt de deo dictum,vt dicatur ad peccatores. Et quid dicit?Niſi cõuerſi fueritis,gladium ſuũ vibrabit: hoc eſt, niſi egeritis pœnitentiã, dominus vos gladio ſuo percutiet. Sed videamus ſi cõſequẽtia aptari poſſint perſonæ domini. c ¶Arcũ ſuum tetendit,&c.)Hoc poteſt dici de deo. d ¶Et in illum parauit vaſa mortis.) Hoc difficile eſt: Dominus enim non habet vaſa mortis,ſed vaſa vitæ. Sed & hoc poteſt intelligi ſup perſona ſaluatoris.Hoc verò quod ſequit:

a centiam meã ſuper me.Cõſumetur nequitia peccatorũ & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes deus. Iuſtum adiutorium meũ à domino: qui ſaluos facit rectos corde.Deus iudex iuſtꝰ,fortis, & patiens:nũquid iraſcetur per ſingulos dies?
b Niſi cõuerſi fueritis,gladium ſuum vi-
c brabit:arcũm ſuum tetẽdit,& parauit il-
d lum.Et in illũm parauit vaſa mortis: ſa-
e gittas ſuas ardentibus effecit. Eccẽ parturit iniuſtitiam: cõcepit dolorem, & pe-
f perit iniquitatem.Lacũm aperuit & effo-
g dit eum:& incidit in fouẽam quam fecit.
h Cõuertetur dolor eius in caput eius: &
in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcẽdet.
i Cõfitebor domino ſecũdum iuſtitiam
k eius. Et pſallãm nomini dñi altiſſimi.
l In finem pro torcularibus,pſalmus Dauid VIII.

e ¶Ecce parturit iniuſtitiã,&c.) Hoc eſt,vt hæretici in cõtẽptum dei concitarẽtur. f ¶Lacum aperuit,&c.)Quo eos perderet.

B g ¶Et incidit in foueam quã fecit.)In fouea enim mortis quam patefecerat, ipſe prior perijt: ſicut de Ario ſcriptũ eſt: hoc eſt, niſi conuerſi fueritis,niſi egeritis pœnitentiã,ſemper diabolus paratum habet arcũ: emittit ſagittas,quibus nos percutiat. Quorum enim corda ardent libidine, vitijs,& paſſionibus: iſti victi ſũt à diabolo.Sagittas ſuas ardentibus effecit.Pulchrè dixit,ardẽtibus:nõ dixit,arſuris: hoc eſt, qui arſuri ſũt ſagittis ipſiꝰ: ſed quorũcunq; corda ardere viderit,illos percutit. Dicit enim Apoſto-
Ephe.6.c. lus ardentes habere diabolum ſagittas.Ecce parturit iniuſtitiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem.Diabolus ſic cõcipit,ſic parturit,ſic nutrit, ſic exaltat.Lacum aperuit,& effodit eum, & incidit in foueã quã fecit.Diabolus ipſe eſt lacus,ipſe eſt fouea. Lacum aperuit.
Hiere.48 Sed quoniam non poteſt aquam contínere,ſecũdum Hieremiam:propterea lacus illius verſus eſt in foueã. Omnia cõ-
g. C ciliabula hæreticorũ,foueæ diaboli ſunt. Sed quod ſuperius præteriuimus:Scrutans corda & renes deus, iuſtum adiutorium meum à deo:In Hebræo ita ſcriptum eſt:Scrutãs corda & renes deus iuſtus: vt poſtea conſequatur: Adiutorium meum à deo,qui ſaluos facit rectos corde. Nunquid iraſcetur per ſingulos dies? Melius pro hoc in Hebræo habetur: Comminatur in omni die,quod Aquila quoq; tranſtulit. Et pulchrè ait:Cõminans & infrendens in omni die. Quí enim propter patientiam ſuam ita delicta non punit: quaſi iratus & cõminatꝰ,diem vltionis expectat, vt metu corrigat delinquentem.Exequamur ordinem. h ¶Conuertetur dolor eius in caput eius,&c.)Quomodo ſi aliquis mittat in altum lapidem,& non ſit cautus,& lapis venerit in caput eius, ſuo vulnere vulneratur:ſic & diabolus occidit ſua ſuperbia, exaltatur, & corruit.Modo exaltare vult caput,& non poteſt: quoniam cõuertetur dolor eius in caput eius,& deprimit illum.Diabolus ſecũdum regulã ſcripturarũ lectus eſt in Gene.3. neſi:ipſe eſt coluber,ipſe ſerpens,qui loquebatur ad Euam: quoniam totus terræ hæret. Cætera animalia licèt ambulent in terra,tamen non omne corpus in terra iacens habẽt: licèt habeant pedes in terra, tamen aliam partem corporis ſurſum habent.Cæterũm diabolus, hoc eſt,ſerpens & colu-
Eſa.14.g. ber antiquus,ſecũdum Eſaiam totus in terra eſt: & caput & reliquum corpus æquale habet. Reuertetur dolor eius in caput eius:in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet. Vide quid D dicat:& in caput eius,& in verticem capitis. Cùm autẽ iniquitas caput premit,& verticẽ premit, vbi eſt potentia diaboli?Iſte finis diaboli: Reuertetur dolor eius in caput eius, & in verticẽ ipſius iniquitas eius deſcendet. i ¶Cõfitebor domino ſecũdum iuſtitiã eius.) Qui nõ permiſit timentes ſe diſperdi. k ¶Et pſallã nomini domini altiſſimi.)Qui nos à lamentis triſtitiæ, in gaudia ſempiterna perduxit.

l ¶In finem pro torcularibus, pſalmus Dauid.) Tres ꝓ torcularibus pſalmi diuerſorũ hominum preſcribunt:Dauid,Aſaph, filiorum Chore,& qui ad myſterium eccleſiæ pertinent: ꝓpterea octauum & octogeſimum numerum tenent.Quod autẽ octogeſimuſtertius extremus eſt pſalmus, qui pro torcularibus prænotatur:hoc oſtendit,in trinitate ſacramentum reſurrectionis eccleſiæ cõtineri. Pſal. VIII.

m DOmine dñs noſter.) E
Prius nomen dñi apud Hebræos quatuor literarũ eſt,י Iod, ה He,ו Vau,ה He: quod propriè dei vocabulum ſonat:& legi poteſt Iaho,& Hebrei אדני,id eſt,ineffabile opinantur. Secũdum verò אדני, adonai omniũ cõmune eſt,qđ ſæpe & in hominibus ponit. n ¶Quàm admirabile eſt nomẽ tuũ in vniuerſa terra.)Quòd pro nobis homo factꝰ es,quòd mortuus,quòd reſurrexiſti,in cunctis gentibus eſt vulgatum. o ¶Quoniam eleuata eſt magnificentia tua,ſuper cœlos.)Quòd poſt reſurrectionem cœlos cũ triumpho gloriæ conſcendiſti. p ¶Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ.)Licèt per ſeniorum prophetarum doctrinam,multa ſint quæ domini cõtineant laudem: tamen hunc verſiculum in euangelio cõpletũ ipſe dominus eſſe declarat,clamantibus pueris: Oſanna filio Mat.21.a. Dauid. q ¶Propter inimicos tuos.) Ad confuſionẽ Iudæorũ. r ¶Vt deſtruas inimicum & vltorẽ.) Hæreticũ, F qui cũ nequitia ſua impugnat eccleſiã,defendere eam tamen aſſimulat. ſ ¶Quoniam videbo cœlos opera digitorum tuorum.)Cœlos,ſcripturas intelligimus ſanctas:quę per dei digitum,hoc eſt,per ſpiritum ſanctum ſunt prolatæ. Quoniã videbo cœlos opera digitorũ tuorũ. Qui ſe viſurũ eſſe ꝓmittit,necdũ preſentẽ videt. Videbo,inquit. Tuc enim etiã rationẽ operis eius curſumq; cognoſcã. Aliter videt gubernator nauim:aliter medicus ægrotantẽ:aliter picturam pictor,q̃ imperitorũ rudes oculi. t ¶Lunã & ſtellas quas tu fundaſti.) Eccleſiã,vel doctores eius. u ¶Quid eſt homo quòd memor es eius?) Quale meritum ſtat hominis, vt memor eius factus,pro eius redẽptione ſuſcipias carnem.
x ¶Aut filius hominis,quoniã viſitas eum.) Filius dei, factꝰ eſt filius hominis:id eſt, filius virginis Mariæ: qui viſitauit corpus humilitatis noſtræ, quod aſſumere eſt dignatus.
y ¶Minoraſti eũ paulo minus ab angelis.) In Hebræo ꝓ eo qđ eſt,ab angelis,qui dicunt מלאכים malachim, deũ habet, hoc eſt אלהים elohim. Hũc locum Apoſtolus in epiſtola ad Heb.2.b. Hebræos ſup Chriſto interpretat. z ¶Gloria & honore coronaſti eũ.)Gloria,cùm in eius deſcẽſu inferi claruerunt. Honore,cùm vicit mortẽ.Corona,cùm circũdatus ſanctorũ choro,triũphãs rediit ex inferno. a ¶Et cõſtituiſti eũ ſup opera &c.) Vt ſint ei ſubiecta prẽter eũ qui illa ſibi ſubiecit.

Omnia

a nuum tuarũ. Omniã ſubiecíſti pedibus
b eius,oues & boues vniuerſas: inſuper &
c pecora cãpi. V olucres cœli,& piſces ma-
d ris:qui perambulant ſemitas maris. Do-
e mine dominus noſter: quàm admirabile
f eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

g In finẽm pro abſconditis filij,pſal-
mus Dauid IX.

h COnfitẽbor tibi domine i toto cor-
i de meo:narrabo omnia mirabilia
k tua. Lætãbor & exultabo in te:
l pſallam nomini tuo altiſſime. In cõuer-
m tẽdo inimicũ meũ retrorſũ:infirmãbun-
n tur & peribũt à facie tua. Quoniã feciſti
o iudiciũ meũ & cauſam meã:ſediſti ſuper
p q thronũ,qui iudicas iuſtitiam. Increpaſti
r gẽtes,& pẽrijt impius:nomen eorum de-
ſ leſti in æternum,& in ſeculũ ſeculi. Ini-
t mici dẽfecerũt frameæ in finem: & ciui-
u tãtes eorum deſtruxiſti. Pẽrijt memoria
x y eorũ cũ ſonitu: & dominus in æternũ p-
z manet. Pãrauit in iudicio thronũ ſuum:
a & ipſe iudicabit orbẽ terræ in æquitãte:
b iudicabit
c

G a ¶Omnia ſubiecíſti pedibus eius.)Cùm aſcenderet ad cœ
los. b ¶Oues & boues vniuerſas.) Animas ſanctas, fru-
ctum innocentię operantes. c ¶Inſuper & pecora cãpi.)
Inferioris meriti homines. d ¶Volucres cœli.)Qui per
ſuperbiam, iniquitatẽ in excelſo loquũtur. e ¶Et piſces
maris qui perambulant ſemitas
maris.)Qui per nimiã curioſita
tem non contẽplantes cœleſtia:
inter huius ſeculi fluctus putant
eſſe vitam æternam. f ¶Do-
mine dominus noſter,quàm ad-
mirabile eſt &c.)De beatitudine
incipit,vel de laude,& in laudem
terminatur. Hoc admiratur ec-
cleſia, quomodo ſancti voluntá-
rij pro nomine Chriſti patiũtur:
vel quomodo ſumus oẽs à crea-
tore mundi redempti.
g ¶In finẽ ,p abſcõditis filij,pſal
mus Dauid.)Licẽt Aquila ,p ab-
ſcõditis filij, adoleſcẽtiã filij po-
ſuerit:tamen ſciendũ in Hebræo
haberi,pro morte filij. Deniq; &
H Symmachus in hunc modũ trãſ-
tulit,pro victoria de morte filij.
Totus igitur pſalm⁹ per Tropo-
logiã ad Chriſti pertinet ſacra-
mentum. Vnde & Septuaginta
interpretes,Chriſti paſſionem &
reſurrectionẽ, quæ ignota prius
mundo fuit, per verbũ abſcõſio-
nis cælare voluerunt, ne à genti-
bus illo tẽpore facilè noſceretur.
Hic de iſto filio quod ſuperius dixit,non de illo filio ſecun-
2.Reg.15. dum hiſtoriã Dauid,id eſt,Abeſſalon dicit: cuius opera non
& ſequen. occulta,ſed manifeſta & mala fuerunt contra patrẽ: ſed hoc
de vnigenito dei patris intelligitur. Scimus duos aduentus,
primum & ſecũdum. In primo aduentu,& manifeſtus & oc-
cultus venit. Manifeſtus carne,occultus diuinitate. Et in ſe-
cundo aduentu,& occultus & manifeſtus veniet. Occultus,
quia neſcimus diẽ neq; horam. Manifeſtus,quia videbit eum
omnis oculus. Et alio modo occultus, quia neſcimus occul-
tum iudiciũ dei:hoc eſt,quia repudiati ſunt Iudæi, electę ſũt
gẽtes. Aliter: Videmus ſanctos tribulari, & neſcimus an pro
probatione,an pro emendatione,vt ad melius creſcat eorum
gloria. Videmus alios tribulari,quorum pœna hìc incipit,&
in futuro cum ipſis permanet. Videmus alios nec tribulari,
nec iniuriam pati:ſed ſanos corpore, lætitia tẽporali omní-
I bus abũdare. Iſti tales periculoſi ſunt:quia credimus q ipſos
deus nõ viſitat,quia nõ ſunt digni viſitari, vt poſtmodũ ſine
fine puniãtur. Iſte pſalmus totus in perſona eccleſiæ per ,p
phetam de Antichriſto cantatur. Pſalmus IX.
h COnfitebor tibi domine &c.)Vox eccleſię. Trina cõ-
feſſio hic ſonat:id eſt,peccatorũ,martyrũ,confeſſo-
Mat.11.d. rum:gratiarũactio,ſiue laus:vt in euangelio:Confi-
teor tibi pater domine cœli & terrę,& hìc trina dilectio in-
Mat.22.d telligitur:id eſt,diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo,
& ex tota anima tua,& ex totis viribus tuis. i ¶Narrabo
omnia mirabilia tua.)Quomodo dicit, ſe omnia mirabilia
dei narrare:quia nullus homo poteſt nec videre, nec cõpre-
Pſal.18.b. hendere deum? Nã omnia mirabilia dei ſi narrare velimus,
impoſſibile eſt. Cur non poſſumus? quia alio loco dicit: Pro-
Ioã.15.b. nũciabo omnia iudicia. Nec ipſũ poteſt facere homo. Quo-
modo nõ poteſt? quia dominus dicit:Omnia quæcũq; audiui
à patre meo,nota feci vobis. Sed quare nõ narrauit diem iu-
Acto.1.a. dicij,ſed dixit:non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta,
quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Sed in hoc ſoluitur hæc
quæſtio,cùm ſubiunxit,omnia iudicia:poſtea dicit, oris tui:
ac ſi dicat propheta vel vnuſquiſq; ſanctus:Quantũ me do-
cuiſti,tantũ narrabo: quia ſi tantũ narras quãtum intelligis,
omnia mirabilia dei narras,quanuis in ſemetipſa plura ſint.
Vel narrabo omnia mirabilia tua,nõ illa tantũ quòd mortui
reſuſcitant,cæci illuminantur,vel cætera:ſed & quòd per te K
animæ perditæ,ſaluti inſperatæ reddũtur. k ¶Lætabor
& exultabo in te.)Lętabor,in ſpe:& exultabo,in re:iuxta il-
lud apoſtoli:Qui gloriat,in domino glorietur. l ¶Et pſal- 2.Cor.10.
lam nomini tuo altiſſime.)Pſallam,opere cõpleam. Nomini d.
tuo. Nomẽ patris filius eſt,altiſ-
ſimus ipſe eſt deus. Vel pſallã no
mini tuo:hìc laus cum opere.
m ¶In cõuertendo inimicũ meũ
retrorſum.)Qualẽ iuimicũ? Id
eſt diabolũ: quia dominus dixit:
Vade retrò ſatana. Ante aduen- Marc.8.d.
tum Chriſti diabolus dux itine-
ris mortis fuit: ſed poſtea retrò
eccleſiam ſequẽs,eſt quaſi canis.
Vnde alibi dicit:Tu conteres ca- Gene.3.c.
put illius, & illa calcaneũ tuum
obſeruabit:hoc eſt,finẽ vitæ vní-
uſcuiuſq; Mulier eccleſia, ſerpẽs
diabolus. n ¶Infirmabuntur
& peribũt à facie tua.)Impij vti-
que ab impietate ſua peribunt.
Vel ſicut ſuperius dixit ſingula-
riter,ita & hìc pluraliter: id eſt, L
omnes ſatellites ſuos imſimul cõ-
prehẽdit,qui perituri ſunt in die
iudicij. Quare infirmabũtur? qa
prius fortes erant propter pec-
cata noſtra: ſed modo infirmitas
dei nos fecit fortes,& illos infir-
mos: vt dicit Apoſtolus: Quod 1.Cor.1.d.
infirmum eſt dei,fortius eſt ho-
minibus. o ¶Quoniam feci-
ſti iudicium meum.)Vox eccleſiæ,ac ſi dicat: Apertè gentes
elegiſti,& Iudæos reprobaſti. Quando dicit,iudiciũ meum:
hìc apparet quòd eccleſia ex gentibus venit. p ¶Et cau-
ſam meam.)Ac ſi dicat eccleſia:Cauſaſti pro me contra ad-
uerſarios,& vindicaſti me:& feciſti cauſam meam bonam.
q ¶Sediſti ſuper thronũ.)Thronus Græcum eſt,Latinè ſe-
des:quia vnuſquiſq; ſanctus ſedes dei eſt: vt ipſe ait: Cœlum Eſa.66.a.
mihi ſedes eſt. Et alibi:Anima iuſti,ſedes eſt ſapientię. Dicit Sap.7.d.
vnus thronus ex ipſis, id eſt,Paulus: An experimentum eius 2.Cor.13.
quæritis,qui in me loquitur Chriſtus? r ¶Qui iudicas a.
æquitatem.)Hoc eſt,iuſtitiam:iudicaſti iuſtè tu pater cau-
ſam meam,vt me reſuſcitares: quia iniuſtè me tradiderunt
mortí. ſ ¶Increpaſti gentes.) Per prædicatores,q idola
adorabant,ligna & lapides. t ¶Et perijt impius.) Dia-
bolus qui in ipſis lignis vel lapidibus adoratur:vel per præ-
dicationem apoſtolicam increpatæ ſunt gentes, & ab impio M
factus eſt pius. u ¶Nomen eorum deleſti in æternum.)
Id eſt, memoriam eorum. Nõ memorabitur in his vltrà no-
men impietatis:quia credentes in te,acceperunt nomen tuũ
nouum,quod benedicetur in terris. x ¶Inimici defece-
runt frameæ in finem.)Quaſi dicat:arma diaboli, quæ erãt
peccatoribus membra ſua,per quos diabolus alios perſeque-
batur defecerunt. Vel aliter:Inimici defecerũt framea:quaſi
dicat,de framea:quod eſt verbum dei, in futuro iudicio de-
ficient, quando per ipſum verbum iudicandi erunt.
y ¶Et ciuitates eorũ deſtruxiſti.)Id eſt, peccatores. Quot
ſunt vitia peccatorum,tãtæ & ciuitates,hoc eſt,munitiones,
in quibus diabolus regnabat:ac ſi dicat: Defecerunt per tuos
prædicatores. z ¶Perijt memoria eorum cum ſonitu.)
Sonus doctrinæ illorum, vel hæreticorum mala cum ipſis
perijt. Vel cum ſonitu,id eſt, à prædicatione euangelij.
a ¶Et dominus in ęternum permanet.) Et ipſe & ſui ſancti
cum tumultuatione ſua peribunt in ſecula domino perma-
nente,vt diximus, & ſuis ſanctis. b ¶Parauit in iudicio
&c.)Oẽe eñ iudiciũ dedit filio. Parauit i iudicio ſedẽ ſuã: Ioan.5.d.
id eſt,eccleſiã: de qua ipſe iudicabit orbẽ terræ, qđ ſunt oẽs
gẽtes. c ¶In æquitate iudicabit populos &c.) Quod eſt
æquitas,hoc eſt & iuſtitia,id eſt,Chriſtꝰ. Vel iterato ſcilicet
aduentu cum iuſtis præmia, iniuſtis infernum & pœnam.

Et factus

A a ¶Et factus est dominus refugium pauperi.)Inter pauperem & aduersarium,hoc est,diabolum,iudex erit Christus: qui iudicabit inter ecclesiam & aduersarium,hoc est,diabolum. Vnde & in Apocalypsi dicitur:Qui est accusator fratrũ nostrorum. Vel illi pauperes, qui propter eum pauperes facti, diuitias suas in cibos distribuunt pauperũ. b ¶Adiutor in opportunitatib⁹.) Adiutor est ecclesiæ suæ. c ¶In tribulatione.)Quando opportunũ est, vt ait Apostolus: Fidelis de⁹ qui non patietur vos tentari supra id quod potestis:sed faciet cum tẽtatione etiam prouentũ, vt possitis sustinere: ne cum peccatorib⁹ in supplicio damnemur æterno. d ¶Sperent in te.)Id est,non in se,sed in te,& non in cõcupiscentijs seculi. e ¶Qui nouerunt nomen tuum.)Siue potentiã,siue magnificentiam tuã. Vel nomen tuum:id est,filiũ tuum. Quare? propter hoc quod sequitur.

B f ¶Quoniam non dereliquisti quærẽtes te domine.) Ideo sperãt in te:vt illud: Si corpus occidunt,animam autem nõ possunt occidere. Tamen permittit illos tentari,sed non vsquequaque.

g ¶Psallite domino.) Id est,cãtate domino,prędicate,opere implete. h ¶Qui habitat in Sion.)Sion specula,id est,Hierusalem,hoc est,visio pacis:modo ecclesia hic speculatio: quia speculatur de futuro iudicio dei. Sed cùm venerit ad Hierusalem cœlestem, non erit tunc speculatio, sed visio. Vnde dicit Paulus: Videmus nũc per speculum in ænigmate,tunc autem facie ad faciẽ. i ¶Annũciate inter gẽtes studia eius.)Vox prophetæ admonet prædicatores vt prædicent. Annũciate studia eius: hoc est, prædicate mãdata eius. Forsitan illi dicent:Moriemur si ad gentes ambulauerimus:sed adiungit

C propheta: k ¶Quoniam requirẽs sanguinem eorũ.) Et dominus:Nolite timere:quia si occidunt corpus,animam non possunt occidere. l ¶Memoratus est dominus: & nõ est oblitus orationem pauperis.)Ac si dicat propheta: Nõ est oblitus vindicare sanguinem vestrum. Vnde ipse dominus dixit:Deus autem nõ faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte. m ¶Miserere mei domine.) Vox ecclesiæ. n ¶Vide humilitatem meam de inimicis meis: qui exaltas me de portis mortis &c.) Portæ mortis sunt studia parentũ,qui colebant diuersos deos dęmoniorũ. Ipsi erãt portæ mortis:quorum doctrina ad mortem ducebat. Aliter:Portæ mortis,hæreticorum doctrina: de quibus portis exaltata est ecclesia: & missa est in portas filiæ Sion, quæ sunt portæ vitæ. Sicut per malam doctrinã quasi portas mortis intelligimus,quæ nos ad interitum ducunt:ita & portas vitæ intelligim⁹ bonos prædicatores,qui nos per suã doctrinam ad vitam æternã ducunt. o ¶Exultabo in salutari tuo.)Exultabo,id est,gaudebo:In salutari tuo,in Christo tuo. p ¶Infixæ sunt gentes in interitu quẽ fecerunt.) Hoc est, in malis operibus quæ fecerunt, ibi infixæ sunt, de quibus iudicandæ sunt. q ¶In laqueo isto quẽ absconderunt,&c.)Quia vnusquisq; laqueum quẽ alteri parat ad cadendũ,ipse prius in eo cadet. r ¶Cognoscetur dominus D iudicia faciẽs.)Cognoscetur,hoc est, ad iudicium. s ¶In operibus manuum suarũ comprehensus est peccator.)Quia vnusquisq; peccator ipse sibi secũ portat,& funes,& vincula, & tormẽta, vnde sustineat mala. Nam ab alijs nõ est necesse præparari vnde torqueat,cũ ipse sibi præparet quæ ad pœnã pertinent. t ¶Cõuertant peccatores in infernũ.)Id est, qui vltra finẽ seculi viuere volunt, cõuertant in infernum. u ¶Oẽs gentes quæ obliuiscũtur deum.) Hoc est,q dicunt q⁹ deus obliuiscatur,& nõ habeat curã de reb⁹ suis,ipsi obliuiscãtur à domino: quia nõ dicunt verũ q⁹ deus obliuiscatur creaturas suas: quia dicit: x ¶Quoniã non in finem obliuio &c.)Quia si differt,non aufert suũ auxiliũ à sanctis suis.

y ¶Exurge domine, nõ præualeat homo.) Vox ecclesiæ sonat cõtra Antichristũ:Exurge,i iudiciũ:nõ pręualeat homo:id est,homo pctor Antichrist⁹. z ¶Iudicent gentes in conspectu tuo.) Duobus modis. Primùm iam in prescietia dei iudicati sũt.Quare?Quia ad ecclesiã nõ pertinẽt, sed ad Antichristũ: quia dictum est:Qui autẽ non credit, iã iudicatus est. a ¶Cõstitue domine legislatorẽ super eos.) Id est, Antichristũ,qui lator legis malę doctrinæ est,vt ait Paul⁹:Noluerunt recipere veritatẽ,sed cõsenserũt iniquitati. b ¶Sciant gẽtes quoniã homines sunt.) Cùm cõdẽnatæ fuerint, tũc cognoscẽt quia spem in homine posuerunt, & nõ in deũ, qui solus saluare potest. c ¶Vt quid domine recessisti lõgè.)Quare elõgas salutare tuũ cùm nos inflãmati sum⁹ ab expectatiõe aduẽtus tui?Vnde dominus dixit in euangelio: Nisi breuiati fuissẽt dies illi, nõ fieret salua omnis caro. d ¶Despicis in opportunitatib⁹ &c.) Tũc F videt despicere,quãdo opportunũ tẽpus est ecclesiæ vt adiuuet: & nõ statim occurrit illi in tribulatione.Quare?vt illã exerceat secundũ suã voluntatẽ: qa quãto magis differt,tãto magis ecclesia dilatat in desiderio suo. e ¶Dum superbit impius,&c.)Dũ superbit impius, Antichristus:accendit pauper,ecclesia in tribulatiõe, à superbia ipsius Antichristi. f ¶Cõprehẽdunt in consilijs &c.) Ab ipsis enim cogitationibus suis alligant, qui contra deum sunt. g ¶Quoniã laudat peccator in desiderijs &c.) Ab adulatoribus,& nõ à iustis laudat peccator, tũc quãdo peccator peccatorẽ laudat,alius aliũ: dũ se inuicẽ laudãt,occidũt. h ¶Exacerbauit dominũ pctor.)Ipse Antichrist⁹. i ¶Secundũ multitudinẽ iræ suæ.)Quia flagella correptionis nõ accepit. k ¶Nõ quæret.)Vt se quasi deũ adorẽt:hoc est, nõ est dignus vt requirat,sed vt puniat. l ¶Nõ est de⁹ in cõspectu eius.)Quia nihil ei dignũ operat. m ¶Inquinatæ sũt viæ illius &c.) Nõ enim per viã rectã gradit,quæ est Christus. n ¶Auferent iudicia tua &c.)Quia nõ credit in se futurũ esse iudiciũ. o ¶Omniũ inimicorũ &c.)Christianorũ vtiq; ad probãdũ,qui eũ sequi cõtẽnũt. p ¶Dixit enim in corde &c.)Sẽper enim seducã hoies, vt in malis pseuerãtes,volũtati dei resistãt.Dixit enĩ,hoc est,Antichrist⁹: quid dixit?

a iudicabit populos in iustitia. Et factus
b est domin⁹ refugium pauperi: adiutor in
c d opportunitatib⁹,in tribulatione. Et spe-
e f rent in te qui nouerunt nomen tuũ:quo-
niam non dereliquisti quærentes te do-
g mine. Psallite domino qui habitat in Si-
h i on: annunciate inter gentes studia eius.
k Quoniam requirens sanguinem eorum
l recordatus est: non est oblitus clamorem
m n pauperũ. Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis. Qui
exaltas me de portis mortis,vt annunciẽ
omnes laudationes tuas in portis filiæ
o Sion. Exultabo in salutari tuo:infixę sũt
p q gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo isto quem absconderunt,cõprehen-
r sus est pes eorum. Cognoscetur domin⁹
f iudicia faciens:in operibus manuũ suarum comprehensus est peccator. Cõuer-
t u tantur peccatores in infernũ: omnes gẽ-
x tes quæ obliuiscuntur deum. Quoniam
non in finẽ obliuio erit pauperis:patientia pauperum non peribit in finem. Ex-
y urge domine, non confortetur homo:
z iudicentur gentes in conspectu tuo. Cõ-
a stituẽ domine legislatorem super eos: vt
b sciant gentes quoniam homines sunt. Vt
c d quid domine recessisti longè, despicis in
e opportunitatibus in tribulatione: dum
f superbit impius,incẽditur pauper: cõprehenduntur in consilijs quibus cogi-
g tãt. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: & iniquus benedici-
h tur. Exacerbauit dominum peccator: se-
f k cundum multitudinẽ iræ suæ non quæ-
l ret. Non est deus in conspectu eius: in-
m quinatæ sunt viæ illius in omni tẽpore.
n o Auferẽt iudicia tua à facie eius:omniũ inimicorum suorum dominabitur. Di-
p xit enim in corde suo:nõ mouebor à generatione in

G quid dixit? Non mouebor à generatione in generationem sine malo: id est, tanta mala faciam in vna gente, vt antequam veniam ad alteram gentem, antea meam famam audiãt & timeant. Aliter: Non mouebor à generatione carnali, in generationem spiritalem: id est, de terra cum corpore in cœlum cõscendam sine malo: ac si dicat, sine vlla iniuria. Cùm voluerit ascẽdere ad mõtem Oliueti, dominus eũ interficiet spiritu oris sui. Voluit vnus de membris suis Simon magus cœlum conscẽdere, sed interijt. a ¶Cuius os maledictione & amaritudine plenum est. Ac si dicat: Qui se sua iustitia iactat vt sit de⁹, apud deũ maledictus est. b ¶Sub lingua eius.) Sub corde eius.

c ¶Labor & dolor.) Dolor sibi est, & aliorum tẽperat laborem & dolorem. d ¶Sedet in insidijs cum diuitibus.) Id est, diabolus insidiatur per membra sua in quibus præsidet, & alijs nocet.

e ¶Vt interficiat innocẽtem.) H Id est, vt de innocentibus faciat nocentes, & sibi primùm noceat. f ¶Oculi eius.) Id est, oculi Antichristi. g ¶In pauperem respiciũt.) Hoc est, in ecclesiam, quæ est corpus Christi: ad nocẽdum respicit, & non ad adiuuandum. h ¶Insidiatur in occulto, sicut leo in cubili suo.) Diabolus, & leo, & draco potest dici. Draco, quando occultè nocet: & leo, quando apertè persequitur. i ¶Vt rapiat pauperem.) Id est, Christianum.

k ¶Rapere pauperem, dũ attrahit eũ. In laqueo suo humiliabit eũ: inclinabit se, & cadet &c.) Videtur inclinare se quasi ad humilitatem, vt videatur quasi mitis & sanctus: & cùm se inclinauerit, tunc casurus est: quia dum sperat longè se esse à morte, tunc repentinus ei superueniet interitus.

l ¶Dixit enim in corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suã, ne videat vsq; in finem.) Oblitus est: ac si dicat, Mea sunt omnia quamdiu seculum fuerit, & in obliuione tradidit illa deus: & nũquam vsus est illis: sed mea sunt, quia ego deus sum. m ¶Exurge domine.) Hoc est, ad iudicium. Ecclesia dicit contra Antichristum. n ¶Et exaltetur manus tua.) Id est, potentia tua: dum Antichristus se taliter iactat omnia possidere sine fine. o ¶Ne obliuiscaris pauperum in finem.) Dum ille se dicit regnare vsq; in finem. Propter hoc superius dicit:

p ¶Iritauit impius deum.) Id est, Antichristus. q ¶Dixit enim in corde suo, non requiret deus.) Dicit Antichristus: non curat deus de isto præsenti. r ¶Vides quoniam tu laborem & dolorem considerας.) Propheta loquitur ad deum: Quia Antichristus meditatur vt noceat, tu considerας: s ¶Vt tradas eos in manus tuas.) Manus dei illi dicuntur, qui iustam vindictam dei exercent super peccatores. Propter hoc manus: quia p illos vindicatur deus. Aliter: Vt tradas eos in manus tuas, id est, in operibus suis: vt dignè sint tradi, qui indigna gesserũt: quia ipsi sibi suis miserijs tradiderunt: & dimisit illos in omnes voluntates suas. t ¶Tibi enim derelictus est pauper.) Id est, ecclesia. Ac si dicat: tua Pupillus. est ad saluandum. u ¶Pupillo tu eris adiutor.) Pupillus Orphan⁹. dicitur, qui non habet patrem: orphanus, qui nec patrem nec matrem habet. Pupillus dicitur, qui patrem diabolum non Mat. 23. a. habet: vt in euãgelio: Nolite vocare vobis patrem super terram. Et qui non habet matrem, id est, gentilitatem. Ac si dicat: ad istum eris adiutor. x ¶Conterens brachium peccatoris.) Ista ad Antichristum pertinent: quia cõfringet dominus fortitudinem eius. y ¶Et maligni.) Ipse est malignus. z ¶Quæretur delictum eius, nec inuenietur.) Hoc est, ad emendationem nõ est dignus venire. Et aliter: Non inuenietur, vt habeat peccatum: sed sit sicut deus qui peccatum non habet, quantum apud ipsum.

a ¶Dominus regnabit in æternũ sine fine.) Quia tunc erit regnum cum tranquillitate, vt Paulus ait: Cùm tradiderit regnum 1. Cor. 15. c deo & patri, quando erit deus omnia in omnibus. b ¶Peribitis gentes de terra illius.) Qui Antichristũ receperunt, peribũt ab ecclesia: hoc est, de ecclesia, regnãte Christo, gentes criminum à corpore humano depereunt.

c ¶Desiderium pauperum exaudiuit dominus.) Id est, ecclesiã suam exaudiuit dominus vt vindicetur. Exaudiuit, vt eis tribueret regna cœlorum. L d ¶Præparationem cordis eorũ audiuit auris tua.) Hoc est, clemẽtia tua. Aures domini audire dicuntur, cùm exaudire dignatur: id est, æternã vitã, quam ecclesia desiderat, cùm eam ei dederit: vt quod quondam concupierat in spe, tãdem fruatur in specie. e ¶Iudicare pupillo & humili.) Hic enim datiuo, non accusatiuo casu loquitur: hoc est, nõ vt pupillum iudicet, sed vt iudicet pupillo & humili, vt accipiant vitã æternã.

f ¶Vt non apponat vltrà magnificare se homo super terrã.) Vt ex hoc nõ erigatur Antichristus super electos dei, neq; tentet illos: quia oppressus regno filij dei amplius non erit. Nos quoq; M oremus dominum, vt nos ab eius operibus custodire dignetur illæsos: vt ab eo pupilli facti, patrem Christum dominũ cognoscẽtes, ipsum sequamur fide, ipsum retineamus corde, ipsum glorificemus in opere: quia ipsi est cum æterno patre & spiritu sancto, honor, & gloria in secula seculorum, Amen.

g ¶In finem psalmus Dauid.) Decimus psalmus contra hæreticos, & malè credentes canitur. Psalmus X.

h IN domino confido.) Vox ecclesiæ, contra hæreticos, siue Christi contra dæmones. i ¶Transmigra in montem sicut passer.) Vult iustũ ad deserta migrare, vt ibi eum facilius elidat. Vel quia hæretici dolosi sũt, de quibus ait propheta: Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce: Esa. 5. c. ideo volunt ad se seducere iustum, dicentes: ad nos transmigra. Qui respondit eis: In domino est spes mea. Quomodo, inquit, ad vestros mõtes, hoc est, ad vestrã superbiã trãsmigrabo? Quòd autẽ ait, sicut passer: sæpe passerem loco prudentiæ poni legimus. Ideo isti dicũt: Trãsi ad nos sicut prudens, cùm eorũ prudẽtia sit stulta. k ¶Quoniã ecce peccatores intenderũt arcum.) Id est, hæretici ora illorũ cõtra ecclesiã intẽderũt arcũ, potentiã verbositatis suæ. l ¶Parauerũt sagittas suas.) Hoc est, verba. m ¶In pharetra.) In semetipsis. Quia ipsi sũt pharetræ: vbi verba inania, & sẽtentias venenosas quas de scripturis sanctis conficiũt, occultas retinent. n ¶Vt sagittent in obscuro rectos corde.) Nunquam enim in luce pugnant, sed semper in tenebris. Quapropter iustus aiebat: Lucerna pedibus meis, verbum Psal. 118. o tuum

a ratione in generationẽ sine malo. Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor. Sedet in insidijs cum diuitibus: in occultis vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciũt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua. Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eũ: inclinabit se & cadet, cùm dominat⁹ fuerit pauperum. Dixit enim in corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suam, ne videat in finem. Exurge domine deus, & exaltetur manus tua: ne obliuiscaris pauperum in finem. Propter qd iritauit impius deũ: dixit enim in corde suo, non requiret. Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Cõtere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & nõ inuenietur. Dominus regnabit in æternum & in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudiuit dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltrà magnificare se homo super terrã.

In finem psalmus Dauid X.

IN domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montem sicut passer. Quoniã ecce peccatores intenderunt arcũ: parauerũt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.

A tuum domine. Vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Vt cùm viderint in eccleſia imperitos quoſque, vel ſimplices, laqueis doloſis ac occultis illiceant. a ¶Quoniam quæ tu perfeciſti, deſtruxérũt.) Quid eſt quod feciſti? Eccleſiam tuam
Pſal.8.a. in vnitate. Vnde dicit: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudẽ. Hæretici deſtruere volũt hoc & in ſe, & in alijs, quia vnitatem ſcindũt. Aliter: Quem tu perfeciſti Chriſtum de ſpiritu ſancto conceptum, Iudæi occiderunt. b ¶Iuſtus autẽ quid fecit?) Cùm calumniantur hæretici, & diſcordant inter ſe, hoc reſpõdet eccleſia in perſona eccleſiæ. Inter vos diſcordamini, ſed de vobis Chriſtus non tacet:
Ioã.14.d. quia dixit: Pacẽ meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et aliter: Quid fecit iuſt⁹? Hoc eſt, redemit mũdum: & ſeipſum dedit pro mundo. c ¶Dominus in templo ſancto ſuo.) Ac ſi dicat propheta: Quanuis vos hæretici auerſemini eccleſiã, tamen domin⁹ in templo ſancto ſuo ſedet, & in templo erit: hoc eſt, in
2.Cor.6.d eccleſia. Dicit Apoſtolus: Vos eſtis templum dei viui. Dominus in templo ſancto ſuo: In eccleſia quam ſibi exhibuit ſanctam.
d ¶Domin⁹ in cœlo ſedes eí⁹.) In cœlo, hoc eſt, in ſancto prædicatore. Vnde dicit:
Eſa.66.a. Cœlum mihi ſedes eſt: & anima iuſti, ſedes ſapientiæ: in anima iuſti, quę cœleſtia meditatur. e ¶Oculi eius in pauperem reſpiciunt.) Oculi Chriſti aſpectu diuinitatis ad populum Chriſtianum reſpiciunt. Ad quid reſpiciunt? Hoc eſt, ad adiuuandum.
f ¶Palpebræ eius interrogant filios hominum.) Subtilitas diuinitatis, id eſt, iudicia dei occulta, in quibus nos interrogat: quia per hoc cognoſcit quid habet vnuſquiſq;, quia iudicia dei occulta ſunt. Sicut ſcriptura aliquãdo obſcuratur, vt nos infirmitatem noſtram cognoſcamus: Iterum alleuamur, ne deſperemus. Et alio modo: Per proſpera & aduerſa interrogat: quia per hoc probat deus qualis quiſque fuerit. Alio modo: Videmus vnam gentem flagellari, & ſcimus pro qua cauſa flagellatur: hic manifeſta iudicia ſũt. Et alio modo: Videmus flagellari, & neſcimus pro qua cauſa: & hic occulta iudicia. Per hæc ſuperius comprehenſa. g ¶Iuſtum & impium interrogat dominus.) Id eſt, probat. h ¶Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.) Hoc eſt, perdit illam. i ¶Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis &c.) Hoc ſecundum hiſtoriam factum fuit, quãdo dominus pluit
Iudæ.b. ſulphur & ignem ſuper Sodomam. Vt ait apoſtolus Iudas, in exemplum ignis æterni factum fuit. Pluet ſuper peccatores. Duobus modis & hæretici pluunt mala doctrina. Et ſicut vna pluuia irrigat terram fœcundam & aridam, ſic & vna prædicatio eſt à deo, quę infundit terram bonam, id eſt, ſanctos: & terram malam, peccatores, quibus pertinent iſta quæ ſequuntur: Ignis, cupiditas: ſulphur, putredo peccatorũ: ſpiritus procellarum, ſpiritus tempeſtatis. Spiritus procellarum, pœnam æterni iudicij, & verbera indicat peccatorũ:
Pſal.49.a quos ignis exurit, tempeſtas examinat. Et propheta dicit: In circuitu eius tempeſtas valida. k ¶Pars calicis eorum.) Quare dixit partem? Quia vnicuique pro parte ſua, quaſi de calice, id eſt, iuſtam vindictã recipiet prout geſſit miſeriam
Pſal.61.c. & Hiere. 25.d. ſuam: vt ait propheta: Reddet deus vnicuique ſecundũ opera ſua. l ¶Quoniam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatẽ vidit vultus eius.) Quia vnuſquiſque quaſi in ſpeculo cùm venerit in conſpectu eius, videbit iniquitatem ſuã: & ipſe præuidet iniquitatem illorum. Vel præſentia dei videt ſanctos ad regendum. Diligit enim iuſtitiam: quia vnũquenq; ſecũdum opus proprium iudicat. Æquitatem vidit D
vultus eius: vt ſanctis præmia, peccatoribus tribuat pœnam. Qui nos vocatione ſua dignetur dignos efficere: & non ſecundum peccata noſtra, nobis ſupplicia inferat, ſed ſecundũ magnam miſericordiam ſuam veniã largiatur: quia ipſi eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto, honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

a ctos corde. Quoniam quæ tu perfeciſti,
b deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?
c d Dominus in templo ſancto ſuo: dominus
e in cœlo ſedes eius. Oculi eius in paupe-
f rem reſpiciunt: palpebræ eius interrogãt
g filios hominum. Dominus interrogat iu
h ſtum & impium: qui autẽ diligit iniqui-
i tatem, odit animã ſuam. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiri-
k tus procellarum, pars calicis eorum.
l Quoniam iuſtus dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

m In finem pſalmus Dauid pro octaua. XI.

n o p Saluum me fac domine, quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.
q Vana locuti ſunt, vnuſquiſque ad proxi-
r mũ ſuum: labia doloſa in corde & corde
s locuti ſunt. Diſperdat dominus vniuer-
t ſa labia doloſa: & linguam magniloquã.
u Qui dixerunt, linguã noſtrã magnifica-
x y bimus, labia noſtra à nobis ſunt: quis no
z ſter eſt dominus? Propter miſeriã inopũ,
a & gemitum pauperum: nunc exurgam, dicit domi-

m ¶In finem pro octaua, pſalmus Dauid.) Iſte pſalm⁹ de paſſione Chriſti cantatur. Pro octaua, ſicut ſuperius diximus.

Pſalmus XI.

n Saluum me fac domine.) Vox Chriſti ad patrẽ pro parte carnis in paſſione.
o ¶Quoniam defecit ſanctus.) Præter te, nõ ſupereſt qui poſſit ſaluare. p ¶Quoniam diminutę ſunt veritates à filijs hominum.) Quare dixit veritates, dũ vnum ſcimus qui eſt veritas: vt
Ioã.14.a. ait: Ego ſum via & veritas? Sicut multæ eccleſiæ & vna eccleſia, ſic multæ veritates: quia multorum iuſtorũ opera, & multi iuſti qui E
faciunt bonum. Sed quare diminutæ? Quia antè aduẽtum Chriſti, ſiue prophetæ, ſiue patriarchæ, tam bonæ naturæ, quàm qui ex parte deiecti videbantur ſeruire, in multis modis diminuti erant: quia caput, id eſt veritas, qui eſt Chriſtus, nondum venerat. Membra diminuta erant, vſquequo caput eorũ, quod eſt Chriſtus, aduenit. q ¶Vana locuti ſunt &c.) Primùm Petrus, quãdo dixit: Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo, Similiter & omnes diſcipuli dixerunt: Sed hi omnes vana locuti ſunt: dum adimplere quod propoſuerunt, non potuerunt. Et hæretici, mali doctores, qui doctrinam peruerſam docent, vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximum ſuum. Chriſtus dominus qui hæc loquitur, eſt omnium proximus: qui fecit miſericordiam, vt morte ſua alligaret vulnera noſtra. Contra quem Iudæi in vaniloquio exercebantur. r ¶Labia doloſa in corde & corde locuti ſunt.) Symmachus ita trãſtulit, Labia lubrica: in corde aliud eſt, & aliud loquitur. Labia doloſa, bilingues dicuntur, quia duabus linguis loquuntur: quia aliud dicunt, & aliud retinent. Sic labia doloſa qui de corde in cor- F
de loquuti ſunt mala: ſcelus quod conceperunt corde, protulerunt ore, perfecerunt in opere. ſ ¶Diſperdat dominus vniuerſa labia doloſa.) Nunquid maledicendo dicit? Non: quia non eſt mos ſanctorum maledicere, ſed pronunciando quod futurum eſt, dixit: non optando, ſed prophetãdo. Qui ſunt labia doloſa? Hæretici, & mali prædicatores. t ¶Et linguam magniloquam.) Id eſt, qui ſuperba loquuntur. u ¶Qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus.) Hoc eſt, qui ſemetipſos in inuicem laudant, & opera ſua magnificant. x ¶Labia noſtra à nobis ſunt.) Ac ſi dicat: Doctores noſtros ex nobis ipſis habemus, non aliundè. Plaudunt enim in vana verboſitate, di- Ioan.8.c.
centes: Nos filij Abrahæ ſumus, & nemini vnquam ſeruiuimus. y ¶Quis noſter eſt dominus.) Ac ſi dicant: Nullum habemus dominum, quia omnia ſcimus.
z ¶Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum.) Vox patris eſt. Quis erat miſer, niſi humanum genus in ſeculo, quod in iſtam miſeriam venit in qua gemebat in peccatis? Et gemitus erat in inferno, in illis qui in pœnis habitabant. a ¶Nunc exurgam, dicit dominus.) Hoc eſt, mittam filium meum qui eos redimat: & illos qui in miſeria ſunt in mundo, vel eos qui in inferno commorantur. Quod ita factum eſt: Miſit deus pater filium ſuum ad nos miſeros, vt

dicit dominus. Pōnam in ſalutari: fidu-
cialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia caſta: argentum igne examinatum,
probatum terræ, purgatum ſeptuplum.
Tu dñe ſeruabis nos, & cuſtodies nos: à
generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

In finem pſalmus Dauid XII.

VSquequo domine obliuiſceris me in finē: vſquequo auertis faciem tuā à me. Quāmdiu ponam cōſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diē. Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me: reſpice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos nē vnquā obdormiam in morte: nē quādo dicat inimicus meus, prævalui aduerſus eum. Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cāntabo domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini domini altiſſimi. Pſalmus XIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, nō eſt deus.

G miſeros, vt nos liberaret: & illius paupertate diuites eſſem⁹.
a ¶Ponam in ſalutari meo.) Dixit, in ſalutari: & non dixit, quid ponam: ſubauditur, ſalutem gentiū. Et adhuc quid ponam? Contra gemitum, lætitiam: & contra paupertatem, diuitias ſpirituales. b ¶Fiducialiter agā in eo.) Vox patris de filio. Ac ſi dicat: Cum fiducia omnia facio per eū: quia diuinitas firmauit humanitatē: vt ſcriptum eſt, liberè egit. c ¶Eloquia domini, eloqa caſta.) Vtriuſque teſtamenti doctrinam inſimul comprehendit. Tunc caſta ſūt, ſi à bonis prędicatoribus incorruptibiliter & ſine corruptione prædicentur. Tunc erit iſtud: ſi quando prædicant non parentum prouocati amore, non potētū timore, nō propter dona præſentia, nō pro honore vano. Aliter: Qui nec audent addere aliquid amplius, nec minuere tā in veteri, quàm in nouo teſtamēto, ſed fideliter prædicāt. d ¶Argentum igne examinatum.) Hoc
H eſt, ſpiritu ſancto probatū. Non illi eloqa diuina probant: ſed ſpiritus ſanctus illos illuminat, qui ipſa prædicant: ſicut in Eſaia ille angelus, quādo accepit calculum ab altari, & tetigit labia eius, di-
Eſa.6.b. cens: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuū mundabitur. Per argentum, vetus teſtamentum: per aurum, nouum. Sic eſt litera & ſpiritalis intellectus, quaſi ex argento producatur aurum.
e ¶Probatum terræ.) Hoc eſt, eccleſia. Illa eloquia diuina probata ſunt per ſpiritum ſanctum, quem accepit eccleſia. Aliter: Probatum terræ, id eſt, Chriſtus dominus, qui venit in humanitate illa pro parte carnis, quam ex Maria accepit, quaſi terram dominus ſuſcepit. f ¶Purgatū ſeptuplū.) Septem dona quæ in Chriſto fuerunt: non vt ille purificaretur, ſed qui ipſa dona accepturi erant, purificarentur.
g ¶Tu domine ſeruabis nos.) Hoc eſt, in fide: eccleſia rogat. h ¶Et cuſtodies nos à generatione hac.) Omnium malorum turbam ſimul comprehendit: hæreticorum, dialecticorum, & reliquorum. Ab iſtorum generatione dominus
Mat.23.d. ſeparauit eccleſiam ſuam. Vnde & in euangelio: Hæc omnia venient vniuerſæ generationi illi, à ſanguine Abel qui fuſus eſt: vel à ſanguine Zachariæ filij Barachiæ, quem occiderūt inter templū & altare. i ¶In circuitu impij ambulant.) Cùm tranſtulerit nos de præſenti ſeculo in futurū, tunc impij foris ambulant: nec poterunt intrare cum ſanctis, quos tu ſecundū magnitudinem tuā, tua ſolicitudine conſeruaſti. In circuitu impij ambulāt: quia in æternā vitam nō peruenient. Et aliter: Cùm electi recepti fuerint, extra ianuā clamabunt:
Mat.25.a. Domine, domine aperi nobis. Aliter: In circuitu erūt, & dicetur eis. Neſcio vos. k ¶Secundū altitudinē tuā multiplicaſti filios hominū.) Filios dei. Secūdum multitudinē, iuxta abundantiā miſericordiæ tuæ, qua multiplicat eccleſia: hoc eſt, de pietate & miſericordia ipſius: cùm in retributiōe futuræ beatitudinis promiſſa tua pcipiētes, cōformes effecti fuerint corpori gloriæ tuę: in quo tibi eſt cum æterno patre, & ſpiritu ſancto, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amē.
l ¶In finem pſalmus Dauid.) Duodecimus pſalmus vocē cōtinet animæ fidelis, requirentis deum. Pſal. XII.
m VSquequo domine obliuiſceris me in finem?) Vox eccleſiæ. Ac ſi dicat: Quādiu? Quare in finē dicit? Quatuor elementis conſtat homo, igne, aēre, aqua & terra. Terra inferior eſt ab his creaturis, quia finis creaturarum terra eſt: ideo dicit eccleſia: Et ſi vilior ſum, & viliſſima quaſi terra, vſquequo obliuiſceris me? Nō propterea, qa infima ſum, & finis aliarū creaturarum: non propter hoc me K
obliuiſcaris in finem. n ¶Vſquequo auertis faciē tuam à me,) Vt nō habeam notitiam, neq; illuminationem cognitionis tuæ ante terminū vitæ huius? o ¶Quamdiu ponā conſilia in anima mea.) Patior hæc, inquit, quoadusque per ſpiritale conſilium te requiram.
p ¶Dolorem in corde meo per diem.) Per illud ſcilicet lumē nō titiæ tuæ quod diu perdideram, apponā dolorem ſuper tenebras peccatorū meorū: hoc eſt, agam pœnitentiam. q ¶Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Quamdiu ad te conuerſus non fuero, erigitur aduerſus me diabolus, qui eſt humani generis inimicus. Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Quaſi dicat: Quādiu habet aduerſarius dominationē eccleſiæ? Vſque in finem. r ¶Reſpice, & exaudi me domine deus meus.) Oratio eccleſiæ eſt. De trib⁹ perſonis poteſt intelligi: reſpice in tribulatione, vel in auxilio: & exaudi in L
hoc quod deprecor. f ¶Illumina oculos meos.) Id eſt, oculos cordis. t ¶Ne vnquā obdormiam in morte.) Scimus quia nō poteſt homo dormire qui in tormento eſt, ſed dormire pro nocte illa ponit. Vnde ſuperius ait: Mors ſine morte, & defectus ſine defectu. Et dominus dormiuit in Matt. 8.c.
nauí, cùm ſuſcitatur à diſcipulis. Notandū, q̄ dominus dormiebat, quādo fides apoſtolorū titubabat. Vnicuiq; dominus pro fide ſua vigilat, & per fidem excitat. Et ſi nō habeat fides, quaſi dormire videtur. Vnde dicit: Excita fidē tuā, & tūc ſuſcitas Chriſtū. Reſpice, & exaudi me domine de⁹ meus. Illumina oculos meos, ne vnquā obdormiam in morte. Tu es enim lux vera quę illuminas omnē ho Ioan.1.
minē venientē in hūc mundū. Tu enim illuminas oculos cordis noſtri, ne nos æternę mortis obrepat ſomnus. u ¶Ne quādo dicat inimicus meus, prævalui aduerſus eū.) Ne quādo, hoc eſt, in futuro iudicio, dicat inimicus meus, prævalui aduerſus eum: id eſt, ſeduxi eum vt deciperem. Ac ſi dicat: Si nos poteſt aduerſarius in ſomno infidelitatis inuenire, tunc prævalet ſuper nos. x ¶Exultabūt ſi motus fuero.) Ipſi, M
quorum pedes moti: quia in veritate dei nō ſteterūt, ſi meos pedes, hoc eſt, ſenſus, de fide catholica potuerint elōgare: tūc exultabūt, id eſt, gaudebunt: vt ait propheta: Mei autem penè moti ſūt pedes: ſed ego ī tua miſericordia ſpero, vt ſtabiliar in fide. y ¶Exultabit cor meum in ſalutari tuo.) In domino Ieſu Chriſto. z ¶Cantabo domino.) Id eſt, laudabo, prædicabo. a ¶Qui bona tribuit mihi.) Hoc eſt, iſti⁹ vitæ præſentis ſubſidia, quib⁹ ſubſiſtimus: vt deſpectis pōpis ſeculi ſpiritalia mēte conſpicerē. Aliter: Bona tribuit, virtutes eccleſiæ: id eſt, fidē, ſpem, & charitatē: & in futuro vitam æternā. b ¶Pſallā nomini tuo altiſſime.) Hoc eſt, qđ cāto & prædico, opere impleā: Meritò ergo domine Ieſu Chriſte, nomini tuo pſallitur: qui diues pietate, & iuſtis victoriā præſtas, & peccatores vt ad te cōuertāt, inuitas: tibi gloria, & honor cū æterno patre & ſpiritu ſctō ī ſecula ſeculorū, Amē.
c ¶Tertiuſdecimus pſalmus nō habet inſcriptionem, ſed redemptionem noſtram ex Sion proceſſuram eſſe pronunciat. Et primò quidē cōtra impios loquitur: qui cōfidētes in diuitijs ſeculi, deū qui has largitur, ignorant. Pſal. XIII.
d DIxit inſipiens in corde ſuo.) Pro eo qđ eſt inſipiens: in Hebræo נָבָל, Nabal poſitū eſt. Vnde & Abigaīl de vi- 1.Reg.25.
ro ſuo Nabal ait in mōte Carmelo: Verè ſecūdū nomē d.
ſuū inſipiēs eſt. Nō eſt q faciat bonū, nō eſt vſq; ad vnū. Hūc pſalmū de paſſione Chriſti referunt, quādo oēs dominū reliquerunt:

A liqueruntintantũ vt Petrus quoq;,qui apoſtolorũ fuit prin-
ceps,negauerit. Qui dixerunt in corde ſuo,non eſt deus. In
corde dixerũt,nõ in ore. Quare? Quia nõ auſi ſunt: ne fortè
deorum ſuorũ numina violarẽt. Dixit inſipiens,populus Iu-
daicus:qui dicunt in corde,nõ eſt deus:nõ eſt Chriſtus filius
dei. Vnus ex eis nõ ſolũ pro deo
nõ habuit,ſed nec prophetã cre-
Luc.7.f. didit,dũ dixit: Hic ſi eſſet pro-
pheta,ſciret vtique quę & qualis
eſſet mulier quæ tãgit eum, quia
Marc.15.c peccatrix eſt. Et aliter: Si filius
dei eſt,deſcendat nũc de cruce,&
credimus ei. a ¶ Corrupti
ſunt.) Ab illa integritate bonæ
naturę degeneres. b ¶ Abomi-
nabiles facti ſũt.)id eſt,odibiles.
c ¶ In volũtatibus ſuis.)Id eſt,
in factis ſuis. Corrupti ſunt, &
abominabiles facti ſunt in volũ-
tatibus ſuis. Si enim dei notitiam
habuiſſent,corrupti & abomina-
biles non fuiſſent. d ¶ Nõ eſt
qui faciat bonum,non eſt vſq; ad
B vnũ.) Niſi quis cognouerit Chri
ſtum,qui eſt vnicus patris,bonus
prorſus eſſe nõ poterit. Non eſt
qui faciat bonum, non eſt vſq; ad
vnũ. Hic apparet quòd iſte pſal-
mus ad paſſionem pertinet: quia
nullus de diſcipulis, neq; Petrus
q caput eccleſiæ eſt, quia & ipſe
negauit:nullus de hominibus,q̃
totus mundus ad inferiorẽ par-
tem declinauerat, præter vnum
hominem, qui eſt Chriſtus.

a deus. Cõrrupti ſunt,& b abominabiles fa-
c cti ſunt in ſtudijs ſuis: nõn eſt qui faciat
d bonum,non eſt vſq; ad vnum. Dominus
e de cœlo proſpexit ſuper filios hominũ:
f vt videat ſi eſt intelligens aut requirens
g deum. Omnes declinauerũt, ſimul inuti-
h les facti ſunt:nõn eſt qui faciat bonũ, nõ
i eſt vſq; ad vnum. Sepulchrum patẽs eſt
k guttur eorũ: linguis ſuis doloſè agebant,
l venenũ aſpidum ſub labijs eorũ. Quorum
m os maledictione & amaritudine ple-
n num eſt: veloces pedes eorũ ad effunden-
o dum ſanguinem. Cõtritio & infœlici-
p tas in vijs eorum: quoniam viam pacis
q non cognouerunt:nõn eſt timor dei ante
r oculos eorũ. Nonne cognoſcẽt omes qui
ſ operãtur iniquitatem: qui deuorant ple-
t bem meam ſicut eſcam panis: dominum
u nõ inuocauerunt. Illic trepidauerunt ti-
x more, vbi nõ erat timor. Quoniã domi-
y nus in generatione iuſta eſt: cõſiliũ in-
z opis confudiſtis:quoniam dominus ſpes
a ei9 eſt. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſra-
b ël:cũm auerterit dñs captiuitatem plebis
c ſuæ; exultabit Iacob & lætabitur Iſraël.

Pſalmus

c ¶ Dominus de cœlo proſpexit.) Salutem generi humano
dare. Vel,de cœlo,id eſt,de ſanctis. f ¶ Super filios homi-
num.)Quos ſanctos ſuos faciat. Vel,de ſancto ſuo. Super fi-
lios hominum:id eſt,ſuper genus humanum. g ¶ Vt vi-
deat.)Hoc eſt,vt videre ſanctos ſuos faciat: per quos reſpi-
cit,& in quibus habitat. Dominus de cœlo proſpexit ſuper
filios hominum:vt videat ſi eſt intelligẽs aut requirẽs deũ.)
Proſpicit per animas ſanctas,quas ſæpe cœlum diximus: vt
videat ſi ſit ſapiens qui deum mente requirat:nam apud di-
uinam potentiam nihil habetur obtectũ. h ¶ Omnes de-
clinauerũt,ſimul.)Declinauerat totum genũs humanum ad
C inferiorẽ partem. i ¶ Inutiles facti ſuat.) Et ſibi,& alijs.
Omnes declinauerunt,ſimul inutiles facti ſunt. k ¶ Non
eſt qui faciat bonum,nõ eſt vſque ad vnum.)Dicit enim hæc
de gentibus. Sed quia interponit omnes,adiungit Iudæos in-
telligendos,qui ſæpe ſe in volutabris atque idololatrijs gen-
tium miſcuerunt. l ¶ Sepulchrum patens eſt guttur eo-
rum.)Ab hoc verſu vſq; ad eum,vbi dicit: Non eſt timor dei
in conſpectu oculorum eorum:in Hebræis codicibus nõ ha-
betur. Quæritur ergo quomodo Apoſtolus hoc vſus ſit te-
Rom.3.b. ſtimonio in epiſtola quam ad Romanos ſcripſit. Reſponde-
mus Apoſtolum de Deuteronomio ac Pſalterio, & cæteris
ſcripturarum locis hoc teſtimonium texuiſſe. Ibi timuerũt
timore:hoc quod ſequitur, Vbi non erat timor: in Hebræis
voluminibus nõ habetur. Sepulchrum patens eſt guttur eo-
rum. Per ſeductiones ſuas in ora tanquam in ſepulchra ho-
Pſal.123.a mines congeſſerunt. Nam & alibi ſimile huic ponitur: Niſi
dominus fuiſſet in nobis,forſitan viuos deglutiſſent nos.
m ¶ Linguis ſuis doloſè agebant.)Corrũpentes mores bo-
nos colloquijs malis. n ¶ Venenum aſpidum ſub labijs
eorum.)Quia ſicut aſpides, ita obturant aures ſuas,ne præ-
cepta diuinæ legis exaudiant. Venenum enim,dolus iniquo-
rum colloquiorum intelligitur. o ¶ Quorum os maledi
ctione & amaritudine plenum eſt.) Benedictio adulationis,
maledictionẽ infert. Amaritudo enim ad id refert:quia dul-
cia eloquia dei malè ſentiẽdo,in ſuã pernicie amara fecerũt.
Quorũ os maledictiõe & amaritudine plenũ eſt: quia & ſibi
& alijs nocet eorum doctrina, & in futuro condemnat. D
p ¶ Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.)Et
corporaliter & ſpiritaliter occidunt,dũ Chriſtum, qui vita
eſt animæ,ab ipſo effundere deſiderant. q ¶ Cõtritio &
infœlicitas in vijs eorũ.) Cõtritio corporis,infœlicitas ani-
mæ. In vijs eorũ, in operibus eo-
rũ. Sẽper peccatores i via ſua in-
fœliciter cõterunt. r ¶ Quo-
niã viam pacis nõ cognouerũt.)
Quæ eſt Chriſtus dominus: nec
per fidem,nec per operationem.
Quare nõ cognouerũt? Propter
hoc quod ſequit: ſ ¶ Quia nõ
eſt timor dei ante oculos eorũ.)
Non propoſuerũt deũ ante ſen-
ſus eorũ,in memoria & ſancto ti
more. Nõ eſt timor dei ante ocu
los eorum. Nõ enim metuunt fu
turum iudiciũ,ideo nõ obſeruãt
mandata eius. t ¶ Nõnne co-
gnoſcẽt omnes qui operanť iní-
quitatem:) Venturã vltionẽ? Ac
ſi dicat:Si modo non cognoſcũt,
cognoſcent in iudicio quãdo vẽ- E
turus eſt. u ¶ Qui deuorant
plebem meã ſicut cibum panis.)
Hæretici populũ Chriſtianum.
Sicut panis in omnes cibos cur-
rit,& ſine ipſo ſatiari nõ poteſt,
ſed cũ omnibus cibis ſumitur:ſic
& hæretici nunquã ſatiãtur iní-
quitatibus ſuis, niſi de plebe dei,
vel de eccleſia,quos poſſũt capere
inde ſatiantur. Qui deuorant
plebem meã,populũ eccleſiaſti-
cum,ſicut cibum panis: quia non eſt panis viuus, niſi qui de Ioã.6.d.
cœlo deſcendit. x ¶ Dominũ non inuocauerunt.)Si enim &.e.
inuocaſſent,ſalui vtiq; fuiſſent. Aliter: Deũ nõ inuocauerũt.
Quare? Quia multi inuocant,ſed non deum, ſed aliam rem
quam deſiderabant habere pro deo,non ipſum deum.
y ¶ Illic trepidauerunt timore,vbi non erat timor.)Et gen-
tes ſuos timent deos:& ipſos potẽtes Iudęi,quãdo de Chri-
ſto dixerunt:Si dimittimus eum viuere, venient Romani, & Ioan.11.f.
tollent noſtrum regnum & gentẽ. Illic trepidauerunt timo-
re,vbi non erat timor: In Idolis vtiq; & vanis ſimulachrorũ
ritibus. z ¶ Quoniã dominus in generatione iuſta eſt.)
In populo Chriſtiano. Et in Iudæis fuit:quia ex ipſis carnem F
ſumpſit. a ¶ Conſiliũ inopis confudiſtis.)Chriſtũ Iudæi
credere noluerunt:hoc eſt, de aduentu myſterium incarna-
tionis eius credere noluerunt. Inops dicitur Chriſtus, vt ait
Paulus: Quia cũm diues eſſet, inops fact9 eſt, vt illius inopia 2.Cor.8.b
nos diuites faceret. Conſiliũ inopis confudiſtis: id eſt, Chri-
ſti:non intelligẽtes eum à deo proceſſiſſe cũm præberet cõ-
ſilium,dicens: Pœnitentiã agite. b ¶ Quia dominus ſpes Matt.4.c.
eius eſt.)Pater vtique,propter aſſumptam carnem: quia hu- & Lucæ
manitas cõfortata eſt à diuinitate. c ¶ Quis dabit ex Sion 24.g.
ſalutare Iſraël?)Quis niſi deus qui eſt in Sion? ille dedit ſa-
lutem,ipſum Chriſtum in eccleſia ſancta. Aliter: Quis dabit
ex Sion ſalutare Iſraël? Chriſtus dominus,quem habitatores
illius terrenæ Sion non crediderunt. d ¶ Dum auerterit
dominus captiuitatẽ plebis ſuæ.) Iam redẽpti ſumus de illa
captiuitate tranſgreſſionis, ſed adhuc in captiuitate vitæ
iſtius ſumus. Et aliter: De parte Iudæorũ, quòd ipſa auerta-
tur de captiuitate tempore Eliæ & Enoch, vt Paulus dixit:
Cũm plenitudo gentiũ ſubintrauerit, tunc omnis Iſraël ſal- Rom.11.c.
uus fiet. Aliter: Dum auertet dominus captiuitatem plebis
ſuæ,per propriã paſſionẽ. e ¶ Lætetur Iacob,& exultet
Iſraël.) Ipſe eſt Iacob q & Iſraël: ſed hic Iacob,& illic Iſra-
ël. Hic ſupplãtator vitiorũ,& illic videns deũ facie ad faciẽ:
quãdo erit deus omnia in omnib9:q relictis ſecularib9, mẽ-
te dominũ cõtueť. Qui nobis tribuere digneť: vt nos actu la
cob effecti,ſupplãtatis vitijs & verè Iſraëlitę,ipſũ mẽte vide-

re:ipſum

G re:ipſum corde tenere mereamur, cui eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto, honor & gloria in ſecula ſeculorũ, Amen.

a ¶Pſalmus Dauid.) Opportunè quartuſdecimus pſalmus lectus eſt:& ſecundum ordinem ita euenit, vt propemodum de induſtria lectus eſſe videatur. Secundum ordinem lectus eſt pſalmus. Ex diſpẽſatione dei puto factum eſſe: vt quod vobis proderat, in ordine exponẽdi hodie recitaretur. Quartuſdecim⁹ pſalmus lect⁹ eſt, qui præſcribitur, Pſalmus Dauid. Dauid autẽ noſter, Chriſtus eſt, vt ſæpe diximus. Deinde legimus in Exodo:

Exo.12.c. quia quartadecima die agn⁹ immolatur. Quartadecima die immolatur, quando luna plena eſt, quãdo nihil deeſt de lumine. Videte ergo quòd Chriſtus nõ immolatur, niſi in perfecto & pleno lumine. Quoniam ergo quartadecima die immolãdus eſt vobis agnus, nunc propheta miratur, & interrogat:

Pſalmus XIIII.

b Dõmine quis habitabit ĩ tabernaculo tuo?) Vos qui vultis habitare in tabernaculo domini, audite quæ dicit dominus: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Tabernaculum hic pro æternitate accipimus, quãuis in alijs locis opera intelligatur: quia hic in tabernaculo præſenti quod eſt eccleſia, multi habitant corpore & nõ fide: quia hic dum inferiores ſumus, quaſi in tabernaculo conſiſtimus: vſquequo poſt victoriam in domum perueniatur. Aliter: Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? Quis, inquit, terrenus poterit templum dei efficí, & habitare in ciuitate viuentis dei? De qua Apoſtolus multa loquitur.

Heb.12.f. c ¶Aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?) Quis, ait, di-
Rom.9.f. gnus erit conformis fieri imagini filij dei, qui ſæpe mons di-
Dan.2.g. citur? Hic eſt lapis excíſus de monte ſine manibus: hic factus eſt mons magnus: hic impleuit latitudinẽ orbis terræ: in hoc ſanctorum animæ requieſcũt. In hoc ergo nullus accipit requiem, niſi qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã: qui immunis eſt ab omni labe peccati, & præcepta dei inuiolabiliter cuſtodierit. Aliter: Aut quis requieſcet in mõte ſancto tuo? Nõ prius in mõte, & poſtea ĩ tabernaculo: ſed prius

Tabernaculum quid. in tabernaculo, & ita in monte. Tabernaculum non eſt firma domus: tabernaculum non habet fundamentũ, ſed huc illucq; mutatur, & cum tranſmigrante migrat: quia tabernaculũ nõ habet fundamentum, ſed eſt domus incerta: domus autẽ firma habet fundamenta. Mons pro vita æterna ponitur.

I d ¶Qui ingreditur ſine macula.) Hoc eſt, ſine mortalibus peccatis: quia ſine minutis eſſe non poſſumus. Vnde dicitur:

1.Ioã.1.c. Si dicimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Vel aliter: Qui ingredit ſine macula. Videte quid præcipitur. Non dixit: qui peruenit ad finẽ ſine macula, ſed qui adhuc in itinere eſt, & maculam non habet. Dicere aliquis poteſt: Non habeo maculam, non feci malum. Non ſufficit nobis malum non facere, niſi fecerimus & bonum. Deniq; ſequitur: e ¶Et operatur iuſtitiam.) Nõ dixit, operatur caſtitatẽ, operatur ſapientiam, operatur fortitudinem. Et hæ quidem virtutes optimæ ſunt. Sapientia nobis prodeſt: fortitudo nobis prodeſt, vt perſecutionibus reſiſtamus. Deinde temperantia & caſtitas nobis neceſſariæ ſunt, ne perdamus animas noſtras. Iuſtitia ſola magna virtus eſt, & mater omnium. Dicat aliquis: Quomodo iuſtitia maior eſt cæteris virtutibus? Cæteræ virtutes habentem delectant: iuſtitia non delectat habentem, ſed alios. Si ſapiens ſum, ſapientia me delectat: ſi fortis ſum, fortitudo mea me delectat: ſi fuero caſtus, caſtitas mea lætitia mea eſt. Cæterũ iuſtitia non prodeſt habentibus, ſed cæterjs miſeris non habentibus. Vel aliter: Et operatur iuſtitiam, hoc eſt, cuſtodit

Mat.19.e. mandata: vt illud: Si vis ad vitam venire, ſerua mandata.

f ¶Qui loquitur veritatem in corde ſuo.) Multi loquũtur veritatem in labijs, ſed non in corde: qui videntur vera dicere, ſed cor cum labijs nõ conſonat. Aliter: Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: vt vera de veritate cogitet, qui eſt Chriſtus: nec ſe aſſertionibus hæreticis miſceat, quæ falſæ ſemper inueniuntur ac vacuę. Vnde Paulus dixit: Corde creditur ad

Rom.10.b iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. g ¶Qui nõ egit dolum in lingua ſua.) Non protulit doloſè doctrinam catholicam ad decipiendum: ſed quę loquutus eſt ore, compleuit opere. Ille doloſè agit, qui aliud cogitat & aliud dicit: ſicut propheta ait:

Pſal.33.c. Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolũ.

h ¶Nec fecit proximo ſuo malum.) Qui facit miſericordiam, ipſe eſt proximus. Chriſtus dominus fecit miſericordiã, vt nos ſua paſſione redimeret: cuius doctrinam nullus in malum vertat, ſicut hæretici faciunt. Proximus noſter, omnis homo Chriſtianus eſt. Quod tibi nõ vis fieri,

Tob.4.c. alij ne facias. Et alibi dicit: Diliges proximum tuũ, ſicut te-
Mat.22.d ipſum. Et iterum dicit: Declina à malo, & fac bonum. Qui-
Pſal.36.c. dam putant proximum eſſe fratrem, aut vicinum, aut cognatum, aut conſanguineum. Sed dominus noſter docet in euãgelio in ea parabola, vbi quidam deſcendit de Hieruſalem in

Luc.10.c. Hiericho: ſacerdos tranſiuit, leuita tranſiuit, & nõ eſt miſertus: Samaritanus trãſiuit, & miſertus eſt. Et interrogat poſtea dominus, & dicit: Quis horum proximus fuit? Statim dicitur, qui bene fecit. Et infert dominus: Ite, & vos ſimiliter facite. Omnes ergo homines nobis proximi ſunt, & nulli debemus malum facere. i ¶Et opprobrium non accepit &c.) Nunquam à ſuis vicinis, quaſi noxius accuſatur. Timẽtes autem dominum, glorificat. Non diuites glorificat, non potentes, ſed eos tantum qui dominum timent. Et opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos. Opprobrium detractionis de fratre tunc non accepit, ſi prius non credit illa antequam probet. Ac ſi dicat: Qui iſta cuſtodit quæ ſuperius dixit, ille eſt ſine macula, & operatur iuſtitiã. Et iſte habitat in tabernaculo, & reqeſcet in monte ſancto tuo, hoc eſt, in vita æterna. k ¶Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus.) In illius iuſti cõſpectu diabolus. Nam in eccleſia quicunque malus eſt, in cõſpectu ſancti pro nihilo computatur. Ad nihilum deductus eſt: quia apud talem ſanctũ pro nihilo habetur: dum angelus fuit, & refuga fact⁹ eſt: & ſicut fuit factus ex nihilo, poſtea quàm bona perdidit, redact⁹ eſt ad nihilum. Et dum nihil eſt, fortiſſimi ſancti non eum timent.

l ¶Timentes autem dominum magnificat.) Vox eccleſiæ: Qui timent dominum timore ſancto, dominus eos magnificat. Aliter ad ſenſum moralem: Timentes autem dominum magnificat. Scit enim in his habitare deũ, ſicut ait dominus:

Ioã.14.c. Qui vos diligit, me diligit. m ¶Qui iurat proximo ſuo, & non decipit.) Iſte iam minor eſt à perfectione, & ſi bona facit: quia & ſi pro iuramento non decipit, tamen vituperatur pro illo præcepto quo dicitur: Nõ iurare omnino, ne-

Matt.5.e. que per cœlum, neq; per terram: Sit autem ſermo veſter eſt, eſt: non, non. Quia iſta ſententia perfectorum eſt, non iurare. Quia anima quando promittit dei præcepta cuſtodire, ſi proximus corpus eſt: tunc illum decipit, ſi hoc quod promittit, non obſeruat. n ¶Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.) Etſi non peccet quis eo quòd quantum dat, tantum recipit: tamẽ perfectio non eſt: quia dictum eſt: Frãge eſurienti panem tuum. Et beatius eſt magis dare, quàm accipere. Vſquequo ad iſta peruenit, minor eſt à perfectione.

Eſa.58.b. Act.20.g. Aliter: Pecunia domini, eſt prædicatio: Multi nolunt illam donare, ſi exinde precium nõ recipiunt. Tamen licet victum & veſtitum de ipſa prædicatiõe accipere (ſicut ſanctus Paulus dicit) amplius exinde nihil habere, ſicut dicit: Qui euan-

1.Cor.9.c geliũ prædicant, de euãgelio viuere. Et dominus ait: Dignus

Mat.10.b. eſt operarius

Pſalmus XIIII.

a

b Dõmine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in
c monte ſancto tuo? Qui ingredi-
d tur ſine macula: & operatur iuſtitiam.
e Qui loquitur veritatẽ in corde ſuo: qui
f non egit dolum in lingua ſua: Nec fecit
g proximo ſuo malum: & opprobrium nõ
h accepit aduerſus proximos ſuos. Ad ni-
i hilum deductus eſt in conſpectu eius ma
k lignus: timentes autem dominum, glori-
l ficat. Qui iurat proximo ſuo, & nõ deci-
m pit: qui pecuniã ſuam nõ dedit ad vſurã:
n & munera

A est opari⁹ cibo suo. Sed qui pl⁹ requrere voluerit, in vsurā re
1.Cor.9.b putat. Vnde Paulus dicit: Si vobis spūalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Ac si dicat: Nō est magnum aduersus illa spiritualia quae vobis annunciamus. Ha-
1.Tim.6.b bentes autem victum, & vestitum, his contenti simus. Sicut enim visibilis pecunia prohibetur ad vsuram dari: ne is qui commodat, magis spoliet: ita & verbū dei, quod est magna pecunia, non tantum diuitibus qui pascūt & munerāt, verùm etiam indigētibus, & pauperibus gratis debet
Matt.10.a insinuari: domino sic dicēte: Gratis accepistis, gratis date. a ¶Et munera super innocentē non accepit.) Vt non conturbent iudiciū veritatis, munera offerentes. Et aliter: Ne similis Iudæ efficiatur: qui accepto argēti pondere,
vendidit innocentem. Sicut pro-
Esa.33.c. pheta dicit: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit. b ¶Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.) Hęc omnia sicut allegoricè retineri, ita & secundum literam exposita custodiri debent in moribus. Quę si quis irreprehēsibiliter custodierit, non solum à commotione ęterni iudicis securus erit, verùm etiā ipsum mōtē tabernaculūq; cœleste possidere merebitur in Christo Iesu domino nostro: cui est honor & gloria cū ęterno patre & spū sctō in secula seculorū. Amen.

a et mūnera super innocentē non accepit.
b Qui facit hæc, nō cōmouebitur ī ęternū.
c Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.
d Conserua me domine, quoniā speraui in te: dixi dominō, deus meus
e es tu: quōniam bonorum meorum
f nō eges. Sanctis qui sunt in terra eius, mi-
g rificauit omnes voluntates suas in eis.
h Multiplicatæ sunt infirmitates eorum:
i postea accelerauerunt. Nōn congregabo
k conuenticula eorum de sanguinibus: nec
l memor ero nominum eorum per labia
m mea. Dominus pars hæreditatis meæ: &
n calicis mei: tū es qui restitues hæreditatē
o meam mihi. Funes ceciderunt mihi in
p præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Benedicam dominū qui tri-
q buit mihi intellectum: insuper & vsq; ad
r noctem increpuerunt me renes mei. Pro-
s uidebam dominum in conspectu meo
t semper: quōniam à dextris est mihi ne cō-
u mouear. Propter hoc lætatū est cor meū, & exultauit

c ¶Tituli inscriptio ipsi Dauid.) Tituli inscriptio in tumulis, & in sepulchris est, quæ mortuorum corpora tenent. Pro quo Aquila & Symmachus, humilē & simplicem immaculatumq; posuerunt: significātes psalmum ad Christū pro-
Matt.11.d prie pertinere dicentem: Discite à me: quia mitis sum & humilis corde, & mansuetus. Psalmus, vt diximus, regis nostri vocem, quam in assumpto homine profert, sine diminutione retinet deitatis missam à patre. Dauid. i. ipse Christus. Iste psalmus ad passionē pertinet. Tres sunt tituli, qui scribunt: Vnus, super tumulos mortuorum: alius, in liminibus ciuitatis, vel domorum: tertius, in victoria regis. Hic ergo de titulo victoriæ regis dicit: sicut iste rex fuit, hoc est, Christus: & fuit scriptum super caput eius in pascha post victoriā, id est, post victum diabolum, redempto humano genere, tribus lin-
C guis: id est, Græcè, Hebraicè, & Latine. Vnde & Pilatus di-
Mat.27.d xit: Quod scripsi, scripsi. Et posuit super caput ipsius causam Christi: Hic est rex Iudæorum. Psalmus XV.

d Conserua me domine, quoniam in te speraui.) Vox Christi ad patrē in passione, in persona hominis assumpti. Ac si dicat: A patre, à quo exiui, in passione custodiar: quia tu es spes mea. e ¶Dixi domino, deus meus es tu.) Ostendit se hominem in humilitate carnis, cùm equalis sit in omnipotentia maiestatis: quia si dixisset, dominus meus es tu: filium minorem demōstrasset, patrem maiorem. Propterea dixit: Dixi domino, deus meus es tu: quia in diuinitate equalis est patri. f ¶Quia bonorum meorum non indiges.) Eandem lineam & in Iob scriptam legimus. Quid prodest, si tu simplicē facias viam tuam? Vniuersa igitur bona quae dominus secundum formam serui in carne monstrauit: non patri prosunt, sed generi humano. Quoniam bonorū meorum nō eges. Vox Christi. Quae sunt bona Christi? Hoc est, incarnatio, passio, resurrectio, & redemptio nostra. Vel aliter: Bona sunt, cœli & quae in eis sunt: & terra bona, & quę in ea sunt, quae deus creauit. Hæc pater nec postq̄ facta sunt, indiguit: nec antea. Ista patri nō sunt opus, nec necessaria. Sed cui? g ¶Sanctis qui in terra sunt eius.) Istis hæc omnia sunt necessaria. In terra sunt ei⁹, id est, in ecclesia. h ¶Mirificauit omnes voluntates suas inter illos.) Christus per sanctos suos mysteria sua mirificauit: hoc est, magnificauit. D
i ¶Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.) Gentes de quibus nunc ecclesiam congrego: anteq̄ idola eorum multiplicarentur, deum naturaliter nouerant. Sed postquam multiplicata sunt idola, quod Septuaginta infirmitates interpretati sunt: relinquentes ea, ad me celerrimè sunt reuersi. k ¶Non cōgregabo cōuenticula eorum de sanguinibus.) Quia spiritualis est religio noui testamēti. l ¶Nec memor ero nominum eorū per labia mea.) Mutamur quippe in lauachro: & ex filijs hominū, vocamur filij dei. Nec memor ero nominū eorū per labia mea. Vox Christi. Nec memor ero istorum apostolorum nominū, quae prius ante fidem habuerunt, quādo infidelitatē habuerunt. Illa non recordabor: quia crescentibus meritis, nomina addita sunt noua, sicut Abraham, sicut & Sara, sicut Petro, & reliquis: qui antea serui peccati, sed postea amici: si- E
cut dominus dixit: Iam nō dicam Ioan.15.b.
vos seruos, sed amicos. Et sanctus Paulus fuerat, quando dicebat: Fuimus aliquādo & nos stulti, & Titum.3.a
increduli sicut & cæteri: sed misericordiam dei consequuti sumus. Et iterū: Sed abluti estis, sed 1. Cor.6.c
sanctificati estis. m ¶Dominus pars hæreditatis meæ.) Vox Christi ad patrē. Hæreditas Christi, ecclesia est: & dominus est pars corporis sui. Pro parte hominis assumpti dicit: quia ille accepit de nostro humanitatē, & nos de suo immortalitatem. n ¶Et calicis mei.) Quare dixit calicem? Quia per calicē accipit vnusquisq; iuxta mensurā: sed Christus plusq̄ membra sua: vt ait Paulus: Qui est primogenitus Rom.8.f.
in multis fratribus. o ¶Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.) Hoc est quod in euāgelio dicitur: Nemo venit Ioan.6.e
ad me, nisi pater meus traxerit eum ad se. Secundum historiam, Christi hæreditas Iudæi fuerunt, ad quos Christus venit. Sed tunc dissipata est, quando eum crucifixerunt: sed restituetur in futuro, cùm plenitudo gentium subintrauerit. Aliter: Restituet deus pater hæreditatē Christi, quando electos suos, corpus sanctæ ecclesiæ ad illam integritatē attraxerit, vt post resurrectionē acceptis corporibus suis, incor-
rupti & immortales viuāt: quia illam immortalitatē in Adā F
perdiderunt. p ¶Funes ceciderunt mihi in præclaris.) In optimis. Pro vno Israēl, vniuersi orbis hæreditatē sum cōsequutus. Funes in hæreditatē dātur: quia quod dixit, ceciderūt mihi in præclaris: tātūdē est, ac si dicat, in patriarchis, & prophetis atq; apostolis: vel quoscūq; aduocauerit pater, Christ⁹ secū recipit. Propterea dixit, ī præclaris, sanctis vel apostolis.
q ¶Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectū.) Vox capitis cū mēbris. Tribuit itellectū discernēdi inter bonū & malū: inter sensum & literā: inter deū & proximū: inter lucē & tenebras. Benedicā dñm qui mihi tribuit intellectū. Qui sapiē tia dei est, nō indiget ipsa sapiētia: sed secūdū illud accipiēdū quod in euāgelio dicitur: Iesus proficiebat ætate, sapientia & Luc.2.g.
gratia corā deo & hominibus. r ¶Insuper & vsq; ad noctem increpuerūt me renes mei.) Noctē, tēpus significat passionis: ín quo interiori erudita est diuinitate humana fragilitas. Insuper & vsq; ad noctē increpuerūt me renes mei. Delectationes carnales tūc me increpāt, quādo mihi suggerunt vt peccē: quādo delectatur caro. Sed nisi tu fuisses à dextris, forsitā infirmarer. s ¶Prouidebā dominū in cōspectu meo semper.) Filius patrē, ecclesia Christū. t ¶Quoniā à dextris est mihi ne cōmouear.) Ac si dicat: Si tu nō fuisses à dextris, forsitan cōmotus essem de fide ad infidelitatem, de bono ad malū. u ¶Propter hoc lętatū est cor meū &c.) Propter

G resurrectionem lętatus sum: quia per eam liberatus est mundus. Aliter: Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. Propter istud, quòd me adiuuas, cor meum lætatur, lingua mea prædicat. a ¶Insup & caro mea requiescet in spe.) Vox Christi. Pro persona corporis requiescit in spe. Ac si dicat: Ecclesia quæ est caro mea, modo requiescit in spe: id est, in spe resurrectionis: vt vbi caput præcessit, mẽbra sequantur. b ¶Quoniam non derelinques animã meam in inferno.) Non derelinques: quia propterea illuc descendit, vt electos suos exinde eiiceret, & diabolum ligaret. Diabol⁹ antea se taliter iactabat, vt omnia regna mũdi haberet: sed modo non solum illum tenere non potuit: sed potius à Christo ligat⁹ perhibetur. c ¶Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.) Quomodo dicit, nõ dabis videre corruptionem: dum alibi dicit: Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem? Non de corruptione corporis Christi, in sepulchro dicit: sed de cæterorũ sanctorũ. d ¶Notas mihi fecisti vias vitæ.) Vox capitis pro corpore. Vię vitæ, mãdata Christi sunt: vt scriptum est: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. e ¶Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.) Tunc erit plena lætitia, cùm adunatũ fuerit corpus ecclesiæ in regnum dei: hoc est, cùm tradiderit regnum deo patri suo: tunc erit deus omnia in omnibus. f ¶Delectationes in dextera tua vsq; in finem.) Dextera patris, filius est. Delectatio vitæ æternæ in dextera: id est, in prosperitate quę filio datur: vsque in finem: ac si dicat, sine fine: quia finis legis Christus est ad iustitiam omni credenti: quia plenitudo legis charitas: & finis præcepti charitas. Aliter: Delectationes in dextera tua vsq; in finẽ. In illa delectabili potẽtia tua qua tecũ sancti sunt regnaturi, quæ nullo fine cõcluditur. Vnde eos deprecamur, vt ab his nequaq̃ diuiũcti: si nõ meremur vestiri gloria: nõ excludamur à venia. Tibi est enim cũ æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amẽ.

Pſal. 29.c

H

Luc. 19.c.

Rom. 10.a

Rom. 13. a

¶Sextus decimus psalmus orationẽ continet personæ dominicæ cõiuncto sibi corpore, quod est ecclesia. g ¶Oratio Dauid.) Ad tres personas sit elligitur. Hæc oratio in quatuor psalmis habetur. Iste psalmus cãtatur ex persona Christi contra Iudæos: & ex persona ecclesiæ contra hæreticos. Exponunt Hebræi, quòd quando psalmum Dauid cantauit, quia dixit: Exaudi domine iustitiam meã: pro ipsa præsumptione qua se exaudire pro sua iustitia iactabat, cecidisse in crimen.

I

Psalmus XVI.

h EXaudi domine iustitiam meam.) Iuxta Lxx. deus iustitiæ, vel deus iustus natura. Nam exaudi deus iustitiam meã: hic persona Christi datur intelligi. Exaudi deus iustitiam meam: Vox Christi in passione: & vox ecclesiæ in tribulatione. Vel iustitiam dicit ecclesia suam, & non suam. Quid suam, si implet mandata dei in opere. Non suam: quia à deo datur, non à se. Exaudi deus iustitiam meam: quia tibi vsque ad mortem obediens fui. i ¶Intende deprecationem meam.) Differentia est inter orationem & deprecationem. Oratio, sanctorum est pro deuotis, vt perseuerẽt in bono. Deprecatio, pro peccatis suis, vel aliorum. Totius est deprecatio. k ¶Auribus percipe orationem meam.) Hoc est, in hoc quod rogo, auribus percipe orationem meã. Orat enim non diminutio deitatis, sed infirmitas carnis. l ¶Nõ in labijs dolosis.) Sed per puritatem quæ tibi est placita. m ¶De vultu tuo iudicium meum prodeat.) Non in labijs dolosis. Ac si dicat: Exaudi orationem meam, quia ex toto corde oro: non sicut illi qui in labijs dolosis: quia aliud loquuntur, & aliud habent in corde, siue hæretici, siue Iudæi. De vultu tuo iudicium meum prodeat, non in labijs dolosis. Vox Christi ad patrem. Quia qui labia habent dolosa, me iudicant: sed illos tu iudica in futuro. Propheta non optando, sed pronunciando dicit. Hoc ostendit quod facturus est dominus in iudicio. n ¶Oculi mei videant equitatem.) Oculi Christi, sancti predicatores: videant, id est intelligant: æquitatem, id est, æqualitatem: vt iustitiam quam prædicant, opere impleãt. o ¶Probasti cor meum deus, & visitasti nocte.) Etiam in angustijs me probasti: quia tristis, & velut in quadã pressura sum noctis tenebrosæ. Probasti cor meum deus. Vox Christi ad patrẽ. Probasti Christum in passione, & ecclesiam in tribulatione. p ¶Igne me examinasti.) Id est, per ipsam tribulationem peccata mea confudisti. q ¶Et non est inuenta in me iniquitas. Vt nõ loquatur os meum opera hominum.) Qualia sunt opera hominum? Vanitates quas ipsi amãt: vel diuersa negotia, ista sunt hominum opera: sicut in euangelio dominus dicit: Quòd si de verbo ocioso reddit ratio: quanto magis de operibus hominum, quæ ex ipso sensu studioſè loquuntur. r ¶Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.) Propter prædicationem, & propter ea quę promittuntur in cœlis, custodiui vias duras. Quomodo dicit hìc duras, dum in euangelio dicitur: Iugum meum suaue est, & onus meum leue? Suaue est volentibus: durum est nolentibus. Quanuis durum videatur esse ad sanctos propter corporalem tribulationẽ, tamẽ suaue est: quia habent spem vitæ æternæ. Vel aliter: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Ac si dicat: timens futura supplicia, quæ legis transgressoribus comminatus es, duris me laboribus exercui, & subieci corpus animæ potestati. s ¶Perfice gressus meos in semitis tuis.) Sensus meos in mandatis tuis perfice. Vox ecclesiæ. Quia à deo est incipere, & à deo est finire. Gressus, sensus. t ¶Vt non moueantur vestigia mea.) Ab his quorum moti sunt pedes: id est, quicunque malè fecerunt. u ¶Ego clamaui &c.) Quare dixit clamaui? Quia credidit per fidẽ: propterea dixit ego clamaui. x ¶Inclina aurem tuam mihi &c.) Christus aurem inclinat, quando exaudire dignatur. Per similitudinem infirmi rogat, qui in lecto est, vt veniat medicus, & sanet infirmitates suas. Sic & genus humanũ infirmũ erat: quando iacebat in lecto: id est, in peccato. Rogabat vt veniret verus medicus, qui est Christus in carne, & sanaret languores suos. y ¶Mirifica misericordias tuas domĩe: &c.) Nunquid antea non fuerant mirificatæ? Sed tunc mirificauit misericordias suas: quando per sanctos apostolos, & sanctos suos infirmitates curabat. z ¶A resistẽtibus dexterę tuę.) Saluos facis à resistentibus dexteræ tuæ tripliciter: Dæmones deum, Iudæi Christum, hæretici ecclesiã. a ¶Custodi me domine vt pupillam oculi.) Vox ecclesię. Oculus intelligitur corpus ecclesiæ, & pupilla humilitas Christi: per cuius exemplũ viuimus, & videmus. Hoc supplicat ecclesia, vt possit illã humilitatem obseruare quam Christus docuit. Quia si per pupillam non custoditur oculus, nequaq̃ videt. Quia oculi prædicatores intelliguntur, per pupillam sensus spiritualis: Hoc rogat corp⁹ Christi quæ est ecclesia, vt custodiatur sensus prædicatorũ, qui est oculus: ne rapiatur in infidelitate hæ-

Oratio. Deprecatio.

Natt. 12. c.

M

a Sub vmbra alarum tuarum protege me:
b à facie impiorum qui me afflixerũt. Ini-
c mici mei animam meam circundederũt:
d adipem suum concluserunt, os eorum lo-
e cutum est superbiam. Proijcientes me
f nunc circundederunt me: oculos suos sta-
g tuerunt declinare in terram. Suscepérunt
me sicut leo paratus ad prædam, & sicut
h catulus leonis habitãs in abditis. Exurge
domine præueni eos, & supplanta eos:
i eripe animam meam ab impio: frameam
k tuam ab inimicis manus tuæ. Domine à
l paucis de terra diuide eos in vita eorum:
m de absconditis tuis adimpletus est venter
n o eorum. Saturati sunt filijs: & dimiserunt
p reliquias suas paruulis suis. Ego autẽ in
q iustitia apparebo in conspectu tuo: satia-
r bor cùm apparuerit gloria tua.
s In finem puero domini Dauid quæ locu-
tus est domino verba cantici huius, in die
qua eripuit eũ dominus de manu omniũ
inimicorũ eius: & de manu Saul, & dixit:

Psalmus

A litate hæreticorum. a ¶Sub vmbra alarum tuarum protege me.) Vmbra duabus rebus constat: lumine, & corpore. Per lumẽ, diuinitas: per corpus, humanitas intelligitur. Vnde & Marię dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Sub ista vmbra protege me, vt me nõ rapiat miluus. Et sub duabus testamentorum alis: id est, ipsorũ doctrinis quibus viuitur, & custoditur, ac tegitur sicut gallina: quia per gallinam intelligitur sapiẽtia dei patris. Quia sicut gallina subalis pullos suos absconditpropter miluos: sic & sapientia diuina, & duæ alæ, quæ sunt duo testamenta, protegunt ecclesiam à miluo: hoc est, à diabolo. b ¶A facie impiorũ qui me afflixerunt.) Iudæi Christum in passione, & hæretici ecclesiam. c ¶Inimici mei animam meam circundederunt.) Iudæi Christũ in passione. Animã dixi, non corpus: quia diabolus in anima intrinsecus nescit quid cogitet homo, nisi per exteriores motus intelligat: & in quo vnumquemque delectare videt, diuersas suggestiones infert. Istud ad ecclesiam pertinet. d ¶Adipem suũ cõcluserũt.) Quid per adipem, nisi malitia Iudæorum designatur? Quæ in veteri testamẽto adipem manducare prohibetur: quia cor eorum incrassatum erat. Deut.32.b Vnde dixit in cãtico Deuteronomij: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Quare? Quia incrassatus erat de malitia, & recalcitrauit: quia nolebat mandata dei obseruare. Dilectus Exod.16. à deo fuit populus Iudaicus: quia manna diuinum pluit illis: quod ad nos pertinet, quia manducamus Christum. Sed Iudæi contẽpserunt semetipsos: hoc est, obligauerunt se in malitia. e ¶Os eorum locutum est superbiam.) Os impiorũ: quia contra Christũ, & contra ecclesiã faciũt. f ¶Proijcientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerũt declinare in terrã.) Quando Christus passus est, omnis terra tremuit, & sydera obscurata sunt, & petræ scissæ sunt. Sed Iudæi oculos in terram statuerũt, quia hominem solum existimauerunt, & diuinitatẽ non intellexerunt. Vel oculos suos in terram statuerunt: quia de terrenis actibus cogitabant, sed de cœlestibus non meditabantur. g ¶Susceperunt me sicut leo paratus ad prædã, &c.) Sicut leo paratus est ad prædam, sic susceperunt Iudęi Christum in passione. Et sicut catulus leonis. Leo, diabolus: Catulus, filius eius Antichristus. Vel aliud. Leo, diabolus: & filij eius, Iudæi. In absconditis, in eorum cordibus, quasi in obscuro. Diabolus, vel membra illius in quibus diabolus habitat: appellantur loca abscondita. h ¶Exurge domine præueni eos &c.) Vox Christi loquitur ad diuinitatem, vt præueniat animæ suæ: ne rapiatur à principe diabolo, quod ita & fecit. Præuenit eũ, & alligauit, & ad infernum deduxit. Veniebat diabolus aliquid de suo requirere in Christo, sed in eo nihil inuenit, vt dixit in euangelio: Ioan.14.d Venit princeps huius mundi, & in me nõ inuenit quicquam. Et sancta ecclesia rogat antequam supplantetur à diabolo, & in eius insidijs, qui sunt hæretici: vt veniat catholicus noster, qui est Christus, & subuertat astutias inimici: id est, supplantet. i ¶Erue animam meam ab impio, gladium tuum ab inimicis manus tuæ.) Oro, gladiũ manus tuæ erue ab inimicis tuis. Inimicus enim accepit potestatem vt propter peccata nos puniat. Quos tradidi satanę, vt discant nõ blasphemare, 1.Tim.1.d ait Apostolus: Erue animam meam ab impio. Vox Christi ad deum patrem loquitur: Hoc est, erue animam meam à diabolo. Et vox ecclesiæ ad Christum hoc rogat, vt liberetur à diabolo, vel ab hæreticis, & ab vnoquoque homine malo. k ¶Frameam tuã ab inimicis manus tuæ.) Framea de Christo, & de ecclesia intelligitur. Framea dei patris, anima Christi est, de qua facit iustam vindictam. Diabolus framea eius est, de qua framea vindictam facit in mundo. l ¶Domine à paucis à terra diuide eos. &c.) Vox ecclesiæ. A paucis à terra. Vult ecclesia separari à carnalibus, & à zizania, & à paleis ante diem iudicij: sed sine causa: quia à deo accepit responsum, sicut dñs dixit in euangelio: Sinite vtraq; crescere vsq; ad mes- Matt.13.d sem: hoc est, vsque in diem iudicij. Quia hic ecclesia commixta est cum peccatoribus: rogat pro illis qui prædestinati sunt, vt veniant, & separentur ab illis qui non sunt prędestinati, vt dicitur: Multi vocati: pauci verò electi. Mat.22.b Supplanta eos qui in impietate sunt: vt hic emẽdari debeant, aut in futuro supplantentur in vindicta. m ¶De absconditis tuis adimpletus est venter eorum.) Tripliciter hic intelligitur venter. Venter, castitas, intellectus, vt dicit Eucherius. Et angelorũ Eucherius vẽter repletus fuit mysterijs dei antequam cecidissent, & Iudæorum venter de mysterijs legis, & hæreticorum venter de mysterijs ecclesiæ. n ¶Saturati sunt filijs.) Iudæi saturati sunt: quia multiplicati sunt in procreatione filiorum, & in rebus seculi. Quando dicit, saturati, sunt porcina: hoc Iudæorum immũditiam designat. o ¶Dimiserunt reliquias suas paruulis suis.) Hoc est illam iustam vindictam quæ illis debetur. Reliquerunt reliquias suas paruulis suis: hoc est, quando dixerunt: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Et hære- Mat.27.c ticorum filij similiter condemnationem habebunt. Qui sunt reliquiæ eorum? Ipsorum discipuli, qui de illa mala doctrina eorum regenerati sunt. Saturati sunt filijs, & reliquerunt residua paruulis suis. Propter ambiguitatem verbi, quidam pro filijs, porcinam scriptum arbitrãtur, quod Symmachus, Hebræam exprimens veritatem, transtulit, saturabuntur filijs, & relinquent residua paruulis suis. Saturati sunt filijs, & dimiserunt reliquias suas, immundiciam, & iniquitatem: cõculcantes margaritas sermonum tuorum. Et dimiserunt reliquias suas paruulis suis, clamãtes: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. p ¶Ego autẽ cũ iustitia apparebo in conspectu tuo.) Vox ecclesiæ. Cum iustitia: hoc est, mandata tua adimplere. Apparebo in conspectu tuo: hoc est, in præsentia tua in futuro. q ¶Satiabor.) Cœlesti refectione. r ¶Cùm apparuerit gloria tua.) Filius tuus, qui est salus, & vita, & sanctorũ omnium gloria: quia Christus, & salus, & gloria dicitur. Ego autem in iustitia apparebo, deuicta morte. In conspectu tuo satiabor, cœlos ascendens. Cùm apparuerit gloria tua, sanctis & electis tuis qui per me crediderunt: quia meum est quod illis est præstitum. Nam ego in illis sum, & ipsi in me tecum. Nos verò à te redempti domine Iesu, tantam potentiam pietatemq; cernentes, supplices exoramus, vt examinati diuino igne, non simus humanorũ operum detractores, sed in te stabiles fixiq; tuam gloriam iugiter extollamus in opere, proferamus in fide, laudemus in voce. Amen.

s ¶In finem pro puero domini Dauid: quæ locutus est domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum dominus de manu omnium inimicorũ eius, & de manu Saul.) Totus hic psalmus sub persona Dauid ad Christum pertinet. Dauid Christi typum tenet, qui est manu fortis, de cuius semine est noster Dauid, qui est Christus. Puero domini: hoc est, dei patris, sicut ait propheta: Magnũ est tibi vocari filium meum. Esa.49.b. Etenim ecce ego, & pueri mei quos dedit mihi deus. Et pro- Ibi.8.d. & pheta Esaias: Puer datus est nobis, filius natus est nobis. Quæ 9.d.

G locutus est domino verba cantici huius. Et Dauid secundum historiam cantauit istud cãticum cùm persequeretur ab inimicis, & Christus qui est caput nostrum, ad patrem cantauit in passione: ecclesia in persecutione. Eripuit eum dominus: hoc est: & Dauid à persecutione Saul, & Christum in passione de⁹ pater eripuit de manu inimicorũ: hoc est, de manu Iudæorum, & de manu Saul. Saul appetitio interpretatur, quia contra
1.Reg.8. voluntatem dei expetierunt eum regem. Iste Saul typum diaboli gessit. Isti inimici membra diaboli sunt: id est, Iudæi qui persecuti sunt Christum, & dæmones, vel mẽbra eorum qui persequũtur ecclesiã. Psalmus XVII.

a Dlligam te domine virtus mea.) Alij dicunt fortitudo mea, sed vnum est virtus, & fortitudo. Totus hic psalmus sub persona Dauid, ad Christum pertinet: qui est vera fortitudo. Diligã te virtus mea. Vox Christi. Virtus mea: hoc est, di-
H uinitas: virtus hominis assumpti. Et ecclesiæ virtus Christus est, qui dicit: diligam te domine. Si vox Christi est, cùm sint vnũ, & vna substãtia diuinitatis, quia dictum est: Vna potestas, vna volũtas, vna maiestas patris, & filij, & spiritus sancti: quomodo dicit diligam te domine? Pater dicitur eo quòd habet filium, & filius dicitur eo quòd habeat patrẽ. Spiritus sanctus nec pater est, nec filius: sed dilectio quam habet pater in filio, & filius in patre.
Rom. 5.a. Vnde Paulus apostolus dixit: Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis.
b ¶Dominus firmamẽtum meum.) Vox Christi, & vox ec-
Psal.60.a. clesiæ. Firmamẽtum, sicut ait propheta: turris fortitudinis à facie inimici. c ¶Et refugium meũ.) Vox Christi, & vox ecclesiæ. Refugiũ Christi in patre, & refugiũ ecclesię in Christo. d ¶Et liberator meus.) In tribulatione. e ¶Deus meus.) Qui me creasti. f ¶Adiutor meus.) De necessitatibus. g ¶Sperabo in eum.) In ipsum totam spem ponã. h ¶Protector me⁹.) Qui me protegis, vel defendis. i ¶Et cornu salutis meæ.) Cornu salutis: quia infirmitatem nostrã confortauit. Quia ante aduentum Christi ecclesia infirmata
l erat per peccatum, sed postea confortata per Christum, sicut
Luc.1.g. ait propheta: Erexit cornu nobis salutis nostræ. Ac si dicat:
1.Thess.2. c. Dedit nobis regnum forte, vt illud: Et fecit nos regnũ deo patri suo. Non ergo in cornu illud superbiæ, sed in cornu salutis tuæ, adiutorium habere cõfido. k ¶Susceptor meus.) Susceptus est Christ⁹ à patre in humanitate, & ecclesia susci-
pitur in fide. l ¶Laudans inuocabo dominum.) Iusti laudant: quia de omnibus malis liberauit eos. Pro eo quod sequitur. m ¶Et ab inimicis meis saluus ero.) Inuocaui dominum. Christus inuocauit deum patrem: ecclesia Christũ. Et ab inimicis meis saluus ero. Christus à Iudæis, & ecclesia ab hæreticis. n ¶Circundederunt me gemitus mortis.) Vox Christi, & vox ecclesiæ. Circundederũt Christũ illi qui in inferno gemebant, qui in inferno erãt, & ecclesia similiter. o ¶Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me.) Torrẽtes aquas dicit quæ pertranseũt. Torrens dicitur qui nõ de fonte neque de viua aqua, sed à pluuijs, vel de montibus in valles descẽdit, & in mare vadit. Quid per torrentes, nisi vniuersas
Eccl's.1.a. gentes significat, quæ per montem carnis in mare istud descendunt? Vnde scriptum est: Generatio vadit, & generatio venit. Et aliter: Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Turbæ iniquorũ, quę sicut torrentes in hyeme intumescunt, protinus defluentes. p ¶Dolores inferni circundederunt me.) In die detrahentium, quæ mortem infernalem operan-

Psalmus XVII.

a Dlligã te domine fortitudo mea:
b dominus firmamẽtum meum, &
c refugium meũ, & liberator meus. Deus
d meus adiutor meus: & sperabo in eum.
e Protector meus, & cornu salutis meę: &
f susceptor me⁹. Laudans inuocabo domi-
g num, & ab inimicis meis saluus ero. Cir-
h cundederunt mẽ dolores mortis: & tor-
i rentes iniquitatis conturbauerunt me.
k Dolores inferni circundederunt me: præ-
l occupauerunt me laquei mortis. In tri-
m bulatione mea inuocaui dominum: & ad
n deum meum clamaui. Et exaudiuit de tẽ-
o plo sancto suo vocem meam: & clamor
p meus in conspectu eius introiuit in aures
q eius. Commotã est, & contremuit terra:
r fundamenta montium conturbata sunt,
s & commota sunt: quoniam iratus est eis
t deus. Ascẽdit fumus in ira eius: & ignis
u à facie eius exardescet: carbones succensi
x sunt ab eo. Inclinauit cœlos & descen-
y dit: & cãligo sub pedibus eius. Et ascen-
z dit super cherubim, & volauit: volauit super pen-

tur. q ¶Præuenerunt me laquei mortis.) Præuenerunt Christum inimici in passione ante vindictam crucis. Laquei mortis, quos mihi aduersarij intendebant. r ¶Et in tribulatione mea inuocaui dominum.) Humanitas inuocauit diuinitatem, & ecclesia Christum: non oris voce sed cordis. s ¶Et ad deum meũ clamaui, & exaudiuit de tẽplo sancto suo vocẽ meam.) Templum corpus dominicum, vbi exaudita est humanitas à diuinitate, & ecclesia similiter à Christo. In tẽplo, in sancta ecclesia. Et aliud. In corde meo quod sanctificauit: in quo templo sancto inhabitat. t ¶Et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.) Aures eius: hoc est, vis auditiõis. Vis fortitudo est, qua sancti fortiter deprecantur, quia dictũ est: Regnũ cœlorũ vim patitur, & violenti diripiunt illud. u ¶Cõmota est, & contremuit terra.) Secundum historiã factum fuit: quando Moyses accepit legem in mõte Sina. Terra tremuit, quod L præfigurauit passionem Christi: quia in passione Christi omnis terra tremuit: quando noua lex data est populo Christiano. Aliter: Cõmota est terra, quando de infidelitate ad fidem venerunt, & credẽtibus terrenis, factũ est cœlum. x ¶Fundamenta montiũ cõturbata sunt, & cõmota sunt.) Hic montes superbi intelliguntur. Fundamenta eorum, dæmones sunt: sicut & fundamenta sanctorũ, prophetę & apostoli sunt. Vnde dicit sanctus Paul⁹: Aedificati super fundamenta prophetarum, & apostolorum. Fundamẽta montium conturbata sunt, & commota sunt, eorũ superbia qui in hoc mũdo confidũt. y ¶Quoniã iratus est eis deus.) Hoc est, eis montibus, vel persecutoribus: dissipans spem mũdialium voluptatum. z ¶Ascendit fumus in ira eius, &c.) Fumus ex duabus rebus fit: ex igne & aqua. Per fumũ, lachrymæ excitantur, & per ignem compunctio cordis intelligitur, & per lachrymas, aqua. a ¶Carbones succẽsi sunt ab eo.) Quid per carbones, nisi bonæ naturæ genus humanũ, extinctũ per Adam, in aduentu Christi illuminatũ per baptismũ, siue per pœnitentiã designatur? Extinguuntur carbones ab aqua, quæ est cupiditas: & illuminantur per gratiam, quæ est spiritus M sanctus. b ¶Inclinauit cœlos & descendit.) Hoc est quod in alio psalmo ait: Descendit sicut pluuia in vellus: quia humilem se nobis, & in forma serui occultum præbuit, & latẽtem. Vel aliud: Cœli, angeli inclinati sunt, quãdo Gabriel ad Mariam venit, & descendit Christus, & venit in carnem. Vel aliter: Cœli, sancti apostoli, vel imitatores eorum. Inclinauerunt ab altitudine: hoc est, de contẽplatione, vt doceant brutos, & infirmos in ecclesia propter compassionem proximorum. Vel ad cõiugatos, vt sanctus Paulus ait: Vir reddat debitum vxori, & vxor similiter viro. c ¶Et caligo sub pedibus eius.) Inuisibilẽ substantiã dei, & iudiciorũ occulta significat. Vel aliud: Et caligo sub pedibus ei⁹. Caligo: hoc est, profunditas scripturarum: quã dedit deus pedibus suis: qui sunt sancti sui: id est, ecclesiæ suæ: quia in sensu sanctorum ibi est profunditas scripturarũ, & Christus super illos prędidet. d ¶Et ascendit super cherubim.) Hoc est super plenitudinẽ scientiæ. Christus ascẽdit cum corpore suo super omnes angelos, & archãgelos. Cherubim, interpretatur plenitudo scientiæ, quæ est charitas: quia plenitudo legis est dilectio, hoc Rom.13.c est charitas. Christus super hoc ascendit, sicut in euangelio ipse dominus dicit: Maiorẽ charitatẽ nemo habet, q̃ vt animã suã ponat quis pro amicis suis. Quod ita Christus fecit: qui animã suã pro amicis dedit. e ¶Et volauit &c.) Secũdum histo-

Pſal.71.a

1.Cor.7.a

Mat.11.b

Exod.19.d

Matt.27.f & 28.a.

Ephe.2.d.

Ioan.15.b.

a ſuper pennas ventorum. Et pōſuit tene-
bras latibulum ſuum,in circuitu eius ta-
b bernaculū eius:tenebroſa aqua in nubi-
c bus aëris. Præ fulgure in conſpectu eius
d nubes tranſierunt: grandō & carbones
e ignis. Et intonuit de cœlo dominus, &
f altiſſimus dedit vocem ſuam: grando &
g carbones ignis. Et miſit ſagittas ſuas, &
h diſſipauit eos: & fulgura multiplicauit,
i & cōturbauit eos. Et apparuerunt fontes
k aquarum: & reuelata ſunt fundamenta
l orbis terrarum. Ab increpatione tua do-
mine: ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.
m Miſit dē ſummo,& accepit me:& aſſum-
n pſit mē de aquis multis. Eripuit me de
o inimicis mēis fortiſſimis: & ab his qui
p oderunt me, quoniam confortati ſunt
q ſuper me. Præuenerunt me in die affli-
r ctionis meæ: & factus eſt dominus pro-
ſ tector meus. Et eduxit me in latitudinē:
t ſaluum me fecit,quoniam voluit me. Et
u retribuet mihi dominus ſecundum iuſti-
tiam meam:& ſecundum puritatem ma-
x nuum mearum retribuet mihi. Quia cu-
y ſtodiui vias domini:nec impiè geſſi à deo
z meo. Quoniam omnia iudicia eius in
a conſpectu meo: & iuſtitias eius non re-
b puli à me. Et ero immaculatus cum eo:
& obſeruabo me ab iniquitate mea.
c Et retribuet mihi dominus ſecundum
iuſtitiam

A dum hiſtoriam,quod prius eſt,volauit ſuper pennas vento-
rum:quia velocior eſt ventus omnibus creaturis,& dominus
velocior eſt vento:quia penetrat vſq; ad fines terræ,& omnia
ſuauiter diſponit:Quia vltrà ventum ipſe eſt,ideo velocior.
Et ad moralem ſenſum:animam ſignificare voluit vento. Si-
cut vētus iſte inuiſibilis eſt,ita &
anima. Ventus mouet corpus,&
anima mouet corpus ſimiliter.
Sed cur ventum appellauit ani-
mā? Hoc eſt,quia deus inſufflauit
in Adam. Non quòd corporalis
ſit deus pater:ſed tūc inſufflauit,
quādo animam dedit,vt ait pro-
Eſa.57.d pheta: Tu domine creas omnem
flatum. Per hæc intelligimus o-
mnes animas à deo eſſe creatas.
Et volauit: volauit ſuper pennas
ventorū:hoc eſt,virtutes ſanctā-
rum animarū,quia Chriſtus ve-
locior eſt vento,& leuior quàm
anima,& præcelſior angelis,& ſanctis. a ¶Poſuit tenebras la-
tibulum ſuum &c.) Latibulū ſe-
ipſum dixit in ſcripturis. In cir-
B cuitu eius tabernaculū eius. Chri
ſtus in Maria quaſi ſpōſus in tha
lamo,& corpus Mariæ quaſi ta-
bernaculum. Tenebras dicit: eo
quòd nobis obſcura eſt incarna-
tio,vel natiuitas eius. b ¶Tene-
broſa aqua in nubibus aëris.)
Nubes prophetæ ſunt: & aqua,
doctrina eorum,quia obſcuræ
ſunt ſcripturę prophetarū. Quia
ſicut nubes pluuiā portāt,& ter-
ram aridam irrigant,ſic & pro-
phetæ per eorum doctrinam ir-
rigant corda arida. c ¶Præ
fulgure in conſpectu eius nubes
tranſierunt.) Fulgura,illumina-
tio ſpiritus ſancti. Ipſę nubes ſci-
licet prophetæ,trāſierunt de Iudæis ad gentes,ſpiritu ſancto
gubernante. Per fulgura ignis, compunctio cordis intelligi-
tur. d ¶Grando,& carbones ignis.)In grandine,verbera:
in igne,charitatis accenſio oſtenditur:quibus fidelium corda
mouentur ad cognoſcendum deū. e ¶Et intonuit de cœ-
lo dominus.) Per ſanctos ſuos intonuit: quaſi de cœlo per
iuſtorum corda euāgelizauit. f ¶Et altiſſimus dedit vo-
C cem ſuam.) Per euangeliſtas malitiam humanam diſperdi-
dit. Altiſſimus vocem ſuam dedit:hoc eſt,prædicationem,vt
Pſal.76.d ait propheta: Vox tonitrui tui in rota:id eſt,prædicatio eo-
rum in toto mundo. g ¶Et miſit ſagittas ſuas,& diſſi-
pauit eos.)Miſit verba ſua ſancta quaſi ſagittas,quæ pleniter
& malis,& bonis prędicant. Bonos remunerat deus,ſi faciūt:
& malos conterit,ſi audiunt,& non faciūt. Vnde ſanctus A-
2.Cor.2.d poſtolus ait: Alijs quidem ſumus odor vitæ in vitam,& alijs
odor mortis in mortem. Odor vitæ ſunt his,qui audiunt &
faciunt: & odor mortis ſunt his qui audiunt,& non faciunt.
Quia prædicatores neſciunt qui ſunt prædeſtinati:tamen fi-
ducialiter prædicant. h ¶Et fulgura multiplicauit,& cō-
turbauit eos.)Fulgura,miracula,atque claritas virtutis ſuæ.
Conturbauit illos. Per illa miracula apoſtolorum compun-
Acto.2.f cti ſunt,& illi qui dixerunt ad Petrum: Quid faciemus viri
fratres? Et ille: Pœnitētiam,inquit,agite:& baptizetur vnuſ-
quiſque veſtrum. i ¶Et apparuerunt fontes aquarum.)
Fontes apoſtoli,quaſi aquis de vno fonte potati ſunt. De vno
fonte qui eſt Chriſtus,ſatiati fuerunt apoſtoli,ſicut in euan-
Ioan. 4.b. gelio dominus dixit: Qui biberit aquam quam ego dabo ei:
non ſitiet in æternum. Et aliter: Fontes aquarum illi,qui per
baptiſmi ſacramentum facti ſunt peccatoribus fons aquæ vi-
uæ ſalientis in vitam æternam. k ¶Et reuelata ſunt fun-
damenta orbis terræ.) Prophetæ atque apoſtoli ſuper quos
omnium eccleſiarum fundamenta locantur. Reuelata ſunt D
fundamēta orbis terræ,ſecundum hiſtoriam,quando in paſ- Mat. 27.f
ſione velum templi ſciſſum eſt deſurſum vſque deorſum, &
illa quæ in templo erant apparuerūt. Et ad ſenſum de litera
ſenſus ſpiritualis:quia quod ibidē latebat in figura:omnibus
patuit per myſteria. l ¶Ab
increpatione tua domine,ab in-
ſpiratione ſpiritus iræ tuæ.) Ab
increpatione tua domine,cùm di
ceres:Niſi vos filius liberauerit : Ioan.8.d.
moriemini i peccatis veſtris. Ab
inſpiratiōe ſpūs iræ tuę:promit-
tēs i his appropiſquare regnū dei.
m ¶Miſit de ſummo & acce-
pit me.)Vocando me. n ¶Et
aſſumpſit me de multitudine a-
quarum.) Aduerſantium popu-
lorum. Vel aliter:Miſit de ſum-
mo,& accepit me,& aſſumpſit
me de multitudine aquarum.
Deus pater miſit filium ſuum,
ſicut dictum eſt: Verbum caro Ioan.1.b
factum eſt,& habitauit in nobis.
Miſit ſponſus ad ſponſam: verū
ſponſum iunxit ſponſæ:hoc eſt, E
carnem in vtero virginis Marię.
Aſſumpſit me de multitudine a-
quarum: id eſt,de multitudi-
ne populi,eccleſia collecta eſt.
Aquæ multæ, populi multi.
o ¶Eripuit me de inimicis meis
fortiſſimis.) Deus pater eripuit
Chriſtum à Iudæis,& eccleſiam
ab hæreticis. p ¶Et ab his
qui oderunt me,quia confortā-
ti ſunt ſuper me.) Oderunt Iu-
dæi dominum,& hæretici eccle-
ſiam. Quia confortati ſunt ſu-
per me,quaſi vincere potuiſſent.
q ¶Præuenerunt me.) Vt ſu-
perius diximus,ante vindictam
crucis. r ¶Et factus eſt dominus protector meus.) Deus
pater filium ſuū protexit,& filius eccleſiam ſuā. ſ ¶Edu-
xit me in latitudine.)Eduxit eccleſiam de tribulatione,quaſi
de anguſtia:In latitudine:quæ eſt ſpes futuri,vel remunera-
tio vitæ æternæ. t ¶Saluum me fecit, quoniam voluit
me.)Vox eccleſiæ. Qui me voluit,vt exhiberet ſibi eccleſiā.
Quoniam voluit me. Voluntate propria,& non ex meo me-
rito me vocauit,dicente Apoſtolo:Gratia eſtis ſaluati per fi- Ephe. 2.a.
dem:& hoc non ex vobis. u ¶Et retribuet mihi dominus F
ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum innocētiam manuū
mearum retribuet mihi.)Quę autem ſit iuſtitia,& innocen-
tia manuum eius:audi quid ſequitur: Quia,inquit,cuſtodiui,
vt viæ dei cuſtodiantur,& nihil impiè de eo cum hæreti-
cis ſentiatur. x ¶Quia cuſtodiui vias domini:)id eſt,ſua
mandata. y ¶Nec impiè geſſi à deo meo.)Vt ad idolum
conuerterem laudem. z ¶Quoniam omnia iudicia eius
in conſpectu meo ſunt ſemper.) Quatuor ſunt iudicia dei:
duo de præſenti, & duo de futuro. In præſenti, proſperitas
malorum, & tribulatio ſanctorum. In futuro,remuneratio
ſanctorum, & condemnatio peccatorum. Eccleſia adhæret
Chriſto,quia Chriſtus non fecit peccatum: nec inuentus eſt
in ore eius dolus. Et eccleſia Chriſto adhæret,quoniam o-
mnia iudicia eius in cōſpectu meo ſunt ſemper. a ¶Et iu-
ſtitias eius nō repuli à me.)Sed amplexus ſum eas. b ¶Et
ero immaculatus cū eo,& obſeruabo me ab iniquitate mea.)
Perſeuerabo in illa innocentia,in qua vocatus ſum. Et obſer-
uabo me ab iniquitate mea:id eſt,non conuertar ad illā ini-
quitatē vbi prius fui in infidelitate. c ¶Et retribuet mi-
hi dominus ſecundum iuſtitiam meam,& ſecundum puri-
tatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.) Per
oculos, aſpectus diuinitatis intelligitur: quia ipſe aſpicit

iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum ei⁹. Cum sanctō sanctus eris: & cum viro innocente, innocēs eris. Et cum electō electus eris: & cum peruersō peruerteris. Quōniam tu populum humilē saluum facies: & oculos superborum humiliabis. Quōniam tu illuminas lucernam meam: dominē deus meus illumina tenebras meas. Quoniām in te eripiar à tentatione: & in deō meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. Quoniām quis deus præter dominum: aut quis deus præter deum nostrum? Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & super excelsa statuit me. Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare:

G quicquid operatur homo in mandatis dei. In retributione beatorum, quia eam per altitudinem spei considero.

a ¶Cum sancto sanctus eris.) Cum eo qui à te sanctificatur.

b ¶Et cum viro innocente, innocens eris.) Cum eo qui non corruperit vitijs vitam suam.

c ¶Et cum electo, electus eris.) Cum illo quem præscitum scis.

d ¶Et cum peruerso, subuertēris.) Cum hæretico, qui malè intelligendo peruertit diuina eloquia: sicut alibi Iudæis ipse dominus loquitur: Si incesseritis peruersè coram me: incedam & ego peruersus vobis. Cum sancto sanctꝰ eris. Tu Christe sanctus natura es: quem tu sanctificaueris, ab illo cognosceris quoniam tu sanctus es. Vox prophetæ ad Christum: Quem tu innocentem feceris, ab illo cognosceris quòd tu innocens es: quia nulli noces, ideo innocens. Quem tu elegeris, vt sit electus: ab illo cognosceris quòd electus

Philip.3.c es, vt Paulus dixit: Comprehen-

H dam autem à quo comprehensus sum. Peruersi dicuntur, qui de rectitudine declinant ad peruersitatem: vt diabolus, & Iudas, & hæretici, & omnes superbi. Quoties deus facit iustam vindictam, reprehendunt illum: cùm eligit pauperes, & reprobat potentes: cùm elegit piscatores, sicut Petrum, & reliquit nobiles. Hoc peruersum videtur esse apud peruersos, vt propheta ait:

Oseę.14.d Viæ domini rectæ, sed viæ vestræ peruersæ.

e ¶Quoniam tu populum humilem saluum facies.) Quod superius diximus.

f ¶Et oculos superborum humiliabis.) Quoniam tu populum humilem saluum facies, pœnitentiam agentem, & oculos superborum humiliabis: quia elati superbia, pœnitentiam agere dedignantur.

g ¶Quoniā tu illuminas lucernā meā.) Quid est lucerna nisi intellectus animę? Sicut oculi corporis si de lucerna exteriori nō habēt lumē, in tenebris nō vident: ita & in-

I tellectus animę nisi illuminetur ab altero: hoc est à Christo,

Ioan.1.a non videt: sicut in euāgelio dicit: Erat lumē verū, quod illuminat omnē hominē veniētē in hūc mundū.

h ¶Domine deus meus illumina tenebras meas.) Hoc est ignorantiam

Matt.6.c cordis. Vnde scriptum est: Si lumen quod in te est tenebræ

Ephe.5.b sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Et Apostolus ait: Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.

i ¶Quoniam in te eripiar à tentatione.) Vox ecclesię. Nisi à deo eripiar: per me nequaquam possum.

k ¶Et in deo meo transgrediar murum.) Murum dicit ecclesia peccata nostra: quem ædificamus, peccatis peccata augendo. Nisi à deo destruantur illa peccata: non possumus per nos transire ad deum.

l ¶Deus meus impolluta via eius.) Impolluta via: hoc est, incarnatio eius: quia non est ex virili semine, sed de spiritu sancto conceptus. Et aliter: Fides perfecta ecclesiæ, impolluta via eius dicitur per quam deus venit ad nos.

m ¶Eloquia domini igne examinata.) Eloquia domini sua mandata, in hoc deo sunt placita: non quòd ipsa sint examinata ab igne, aut quòd fuissent inquinata, sed qui illa acceperit, faciant eum vt aurum mundum, purificatum per ignem.

n ¶Protector est omnium sperantium in se.) Qui in eum credunt. Deus illos protegit, qui sancto timore illum timent.

o ¶Quoniam quis deus præter dominum: aut quis deus præter deum nostrum?) Hic trinitas intelligitur. Præter dominum quòd dixit, deus pater intelligitur. Præter deum nostrum, filius: & tertia persona: id est, spiritus sanctus: quia deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, vnus est deus.

K p ¶Deus qui præcinxit me virtute.) Per similitudinem, sicut homo præcingit vestimenta sua, vt non noceant pedibus, qui sunt sensus: & manibus, quæ sunt opera. Præcinxit: hoc est, vt restringant sinus cupiditatis, vt suprà dixi, ne impediantur per cupiditatem. Vel aliter: Deus qui præcinxit me virtute: spiritus sanctus qui nos armat aduersus potestates iniquas, se-

Ephe.6.c cundum Apostolum: Induite vos arma dei, & gladiū spiritus sancti, vt possitis resistere diabolo. Conticescant nūc hæretici aspicientes hic trinitatem expressam, & cognoscant filium quem minorem patre dicunt, primùm à propheta prænunciatum, non quasi priorem, sed nihil inferiorem.

q ¶Et posuit immaculatam viam meam.) Hoc est, fidem meam: immaculatam viam meā, ne ab ea violarer.

r ¶Qui perfecit pedes meos tanquā ceruorum.) Sicut cerui calcant pedibus spinas, & transiliunt syluas: ita sancti calcāt spinas, id est, peccata: transiliunt syluas, id est, infidelitatem: & subeunt vsq; ad deum: hoc est, vsque ad altitudinem charitatis. Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, ad transilienda seculi huius impedimenta.

L s ¶Et super excelsa statuit me.) Excelsa, sancta ecclesia est: & Christus super excelsa: id est, super sublime ecclesiæ. Super excelsa statuit me, spem meam in cœlestibus collocauit.

t ¶Qui docet manus meas ad prælium.) Opera mea aduersus diabolum destructorem. Qui docet manus meas ad prælium, ad debellanda facinora.

u ¶Et posuit vt arcum æreum brachia mea.) Arcum æreum: id est, intentio: brachia, fortitudo: hoc est, vt non deficiant bene agere.

x ¶Dedisti mihi protectionem salutis tuæ.) Vox ecclesiæ ad Christum. Salutis: quia ipse est salus nostra, vt dicit: Domini est salus. Dedisti mihi protectio-

M nem salutis tuæ: ne opprimar à malis.

y ¶Et dextera tua suscepit me.) Dextera patris Christus est. Suscepit me ecclesiam per incarnationem.

z ¶Disciplina tua correxit me in finem.) Quem enim diligit dominus, corripit. Erigimur ergo qui prius corrueramus, cùm cæsi à domino fuerimus.

a ¶Et doctrina tua ipsa me docebit.) Necesse est dum sumus hic, sub doctrina esse. Vnde Paulus ait: Omnis, Heb.12.c. inquit, doctrina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mœroris, sed postea in futurum reddit fructum plurimum.

b ¶Dilatasti gressus meos subtus me.) Sensus ecclesiæ sub me, sub potestate ecclesiæ. Dilatasti gressus meos subtus me, in amplitudine charitatis tuæ.

c ¶Et non sunt infirmata vestigia mea.) Vestigia, exemplo ecclesiæ, non sunt infirmata à successoribus: quia impressi sequētibus me. Hinc vox Christi post resurrectionem.

d ¶Persequar inimicos meos, & comprehendam illos.) Iudæos vtique, qui ei iniustè inimici sunt facti. Vel aliter: Persequar inimicos meos, affectus carnales. Et comprehendam illos, antequam ego cōprehendar ab illis.

e ¶Et non conuertar donec deficiant &c.) Non cōuertar pugnare cōtra illos: vel nō cōuertar ab hac intentione donec deficiāt, siue à malitia, siue à cogitatiōibus prauis. Affligam illos in multis malis, sicut iam factum tempore legimus Titi.

f ¶Nec poterunt stare.) Quia iniqui, &

A qui & ſuperbi erecti fuerant. a ¶Cadẽt ſubtus pedes meos.)Siue vt adorent,ſiue vt conculcentur. b ¶Præcinxiſti me virtute ad bellũ.)Contra mortem,ſiue miniſtros eius. Præcinxiſti me virtute, id eſt,fortitudine contra diabolum, vel contra iſta ſupradicta vitia. c ¶Supplantaſti inſurgẽtes in me ſubtus me.) Illos qui ſuper caput meum erigebantur. d ¶Et inimicos meos dediſti mihi dorſum.)Noluerunt enim cõuertere faciem ſuã ad me. Et inimicorum meorum dediſti mihi dorſum. Inimici mei dorſum dant,quando confugiunt,& quãdo poſt me vadunt. e ¶Et odientes me diſperdidiſti.) Ommnes inimicos eccleſiæ: vel ipſa vitia,& peccata diſperdidit deus. Et odientes me diſperdidiſti. Vnuſquiſq; enim in malitia ſua diſperſus eſt. f ¶Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret eos: ad dominum,nec exaudiuit eos.)Quia indigni erant exauditione eius.Clamabunt. Qui clamabunt? Impij dæmones, & Iudæi,& hæretici clamabunt in futuro iudicio: nec erit qui ſaluos faciat eos: quia quando clamauit deus ad illos per prophetas, vel per reliquas ſcripturas: audire noluerunt:propterea illi clamabunt,& nõ erit qui exaudiat eos: Prouer.1.c vt Salomon ait: Vocaui,& renuiſtis:extendi manum meam,& nõ fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum: & increpationes meas neglexiſtis. Propterea, & ego in interitu veſtro ridebo:cùm vobis quod timebatis ſuperuenerit. Subſannabo,cùm irruerit ſuper vos repẽtina calamitas. Tunc inuocabitis me,& nõ exaudiã. g ¶Et comminuam illos,vt puluerem ante faciem venti.)Comminuam illos,id eſt,illos ſupradictos affectus carnales pro nihilo deducam. Et comminuam illos, vt puluerem ante faciem venti:quia aridi,& ſine imbre miſericordiæ fuerunt proiecti, & comminuti ſunt in ſuperbia ſua,& quaſi puluis campi diſperſi. h ¶Vt lutum platearũ delebo eos.) In modũ turbidi luti. i ¶Eripe me de contradictionibus populi:conC ſtitues me in caput gẽtium.)Vox Chriſti ad patrem:Eripies me de contradictionibus populi Iudaici vtique: quia cùm aliquí dicerent,verax eſt:illi contrariò dicebat:non,ſed ſeducit turbam. Erue me de illis populis infidelibus qui mihi cõtradicũt. Tu erue à Iudęis infidelibus,& eorum caput,id eſt, gentium conſtitue. k ¶Populus quem non cognoui ſeruiuit mihi.)Id eſt,gentes quæ me non cognouerunt neq; per fidem,neq; per legem,ſeruient mihi. Populus quem non cognoui ſeruiet mihi. Ignorabã enim eum cùm idolis ſeruiret: nunc credens,cognitus ac ſeruiens factus eſt mihi. l ¶In auditu auris obaudiuit mihi.)Obaudierũt mihi aũribus,quia non viderunt mirabilia,neque meam præſentiam corporalem. Poſtea audierunt,& crediderunt. Imbuentibus prędicatoribus accepit eccleſia aurem ſpiritualem: quia intelligens cuſtodiat præcepta diuina. m ¶Filij alieni.)Hoc idem & Eſa.1.a Eſaias loquitur: Vę genti peccatrici,filijs alienis,populo pleno peccatis. Antiquo vocabulo,Iudæi filij dei appellati ſunt: ſed alienati:quia filij diaboli effecti ſunt. Et idem Iudæi,quorum pater diabolus eſt. n ¶Mentiti ſunt mihi.) Quia in veritate non ſteterunt ſicut & pater eorum. o ¶Filij alieni inueterauerunt.) Hoc eſt,quia noui hominis,non receperunt aduentum: in veteri homine permanſerunt. p ¶Et claudicauerunt à ſemitis ſuis.)Claudicãt:quia patrẽ credũt, & filium non credunt. Vnum pedem habent,& alium nõ habent:inde claudicant in legis litera. Vox eccleſię. q ¶Viuit dominus.) Quem in ſepulchro ſub ſignaculorum poſitione clauſerant. r ¶Et benedictus deus meus.)A deo patre. Viuit dominus,& benedictus deus meus. Nunquid antea non viuebat? Sed hoc pro incarnatione dicit: ſicut ſanctus Paulus dicit:Qui mortuus eſt ad Rom.6.b tempus ex infirmitate carnis,ſed viuit ex virtute dei. Iam enim nõ moritur:mors illi vltrà non dominabitur. ſ ¶Et exaltetur deus ſalutis meæ.) Vox eccleſiæ ad Chriſtum:Quia Chriſtus exaltatus eſt in aſcenſione. Vel aliter: Exaltetur deus ſalutis meæ. In me ſemper excelſus ſit: cuius vocatio ſalus mea eſt:ne quicquã de eo vile ſentiam. t ¶Deus qui das vindictã mihi.)Subuertendo Iudæos: vel ipſum traditorem Iudã. Vel aliter:Deus qui das vindictam mihi. Vox eccleſiæ ad Chriſtum. Dedit deus poteſtatem eccleſiæ ligandi & ſoluendi,& diſciplinam faciendi:vt habuit poteſtatem Petrus,& Pau E lus,per ſpiritũ domini: ſicut dixit: Ecce dedi vobis poteſtatem Luc.10.c calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutẽ inimici. u ¶Et ſubdidiſti populos ſub me.) Sub poteſtate eccleſiæ,ad regendum gẽtes increB dulas. x ¶Liberator meus dominus de gentibus iracundis.) Chriſtus in paſſiõe à Iudæis clamantibus: Crucifige, crucifige Ioan.19.c. eum,& eccleſia ab hæreticis,& anima ab vniuerſis vitijs:quæ appellauit gentes. y ¶Et ab inſurgentibus in me exaltabis me.) Id eſt, à perſecutoribus. z ¶A viro iniquo eripies me.)Id eſt,à diabolo:vt dictũ eſt, inimicus homo hoc fecit. a ¶Propterea confitebor tibi Matt.13.d in populis domine.) Eccleſia dicit:Laudabo te in credentibus:Pſalmũ dicã tibi inter gẽtes:id eſt,laudabo,& operabor. Propterea confitebor tibi in populis domine. b ¶Pſalmum dicam nomini tuo.) Quia ego in his ſum:ego confitebor tibi pater,& pſallam. Vox prophetæ. c ¶Magnificãs ſalutem regis ipſius.) Chriſti domini,quòd reſurrexit. Vel aliter:Propheta ad deum patrem loquitur: Quia ſanitatem F facit,& ſalutem per ſingulos,quia animas attrahit per prædicationem,vt ſit ſalus credentium,qui credunt in ſalutẽ regis ipſius. d ¶Et faciens miſericordiam Chriſto ſuo Dauid.)Hoc eſt,vnigenito ſuo. Dauid manu fortis interpretatur,quod eſt Chriſtus. e ¶Et ſemini eius vſque in finem.) Semen eius: hoc ſunt ſancti eius. Facit miſericordiam dominus ſemper cum ſanctis ſuis ſine fine. Et faciens miſericordiam Chriſto ſuo,Dauid & ſemini eius vſq; in ſeculum: Ipſi mediatori Ieſu domino,& populo eccleſiaſtico, qui per verbum eius credidit. Ipſe fortiſſimus liberator nos ab hoc mundo dignetur eruere,& in fide ſtabilire per euangelium: quia ipſi gloria,& imperium cum æterno patre,& ſpiritu ſancto in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

f ¶In finem pſalmus Dauid.)Pſalmus vocem cõtinet prophetæ de Chriſto loquentis. Iſte pſalmus in perſona Chriſti cantatur per prophetam,& in perſona eccleſiæ.

a ſtare: cadẽt ſubtus pedes meos. Et prę-
b cinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplã-
c taſti inſurgẽtes in me ſubtus me. Et ini-
d micos meos dediſti mihi dorſum, & odi-
e entes me diſperdidiſti. Clamauerunt, nec
f erat qui ſaluos faceret: ad dominum: nec
g exaudiuit eos. Et comminuam illos vt
h puluerem ante faciem venti: vt lutum
i platearum delebo eos. Eripe me de con-
tradictionibus populi: conſtitues me in
k caput gentium. Populus quem non co-
l gnoui ſeruiuit mihi, in auditu auris obe-
m n diuit mihi. Filij alieni mentiti ſunt mihi:
o filij alieni inueterati ſunt, & claudicaue-
p q runt à ſemitis ſuis. Viuit dominus, & be-
r nedictus deus meus: & exaltetur deus ſa-
t lutis meæ. Deus qui das vindictas mihi,
u & ſubdidiſti populos ſub me: liberator
x meus de inimicis meis iracundis. Et ab
y inſurgentibus in me exaltabis me: à vi-
z ro iniquo eripies me. Propterea confite-
a b bor in nationibus domine: & nomini tuo
c pſalmum dicam. Magnificans ſalutes re-
d gis eius, & faciẽs miſericordiam Chriſto
e ſuo Dauid, & ſemini eius vſq; in ſeculũ.
f In finẽ pſalmus Dauid. XVIII.
g Cœli enarrant gloriã dei: & opera manuũ eius annũciat firmamẽtũ. Dies diei

g ¶Cœli enarrant gloriam dei &c.) Ex creaturis conſequenter creator agnoſcitur. Aliter: Cœli enarrant gloriã dei: Terra non poteſt enarrare. Secũdũ hiſtoriã cœlũ & terra cũ cæteris creaturis ſuis gloriã dei narrãt: vt ait Paulus: Per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciũtur: Rom.1.c. id eſt,ab intelligentibus intellecta conſpiciũtur. Cœlũ hoc,

Pſalmus XVIII.

Gen.1. G est firmamentum. Vnde dixit: Et posuit deus firmamentum inter mediũ aquarum, id est cœlum. Aliter secundũ sensum: Cœli apostoli, & quod est gloria, hoc est op⁹: & quod est narrant, hoc est annunciant: quia prædicant gloriam dei. Et vt sciamus quia hoc est firmamentum quod & cœlum, dicit in Genesi: Et appellauit deus firmamentũ cœlum. Annunciãt. Vnde Ioan.15.b. & dominꝰ ad discipulos: Omnia quęcunq; audiui à patre meo, annunciaui vobis. a ¶Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiã.) Paria paribus retulit, quod ex ordine temporum ad dei magis notitiam perueniamus. Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. Dies hesternus diem hodiernum annunciauit, & hodiernus dies crastinum diem. Secundum sensum: dies, Christus. Et aliter: dies, apostoli. Quomodo Christus dies Ioan.8.b eſt, sicut dicit: Ego sum lux mundi: sic & apostoli dies sunt, sicut Matt.5.b. H ait: Vos estis lux mundi. Et vnus dies, duodecim horas habet. Vnde ipse dominus in euangelio dixit: Ioan.11.b Nonne duodecim horę sunt diei? ipsæ intelliguntur duodecim apostoli. Nox nocti. Nox Iudas: nocti Iudeis: indicat scientiam, id Matt.26.c est, quando dixit: Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Aliter: Nox profunditas scripturarum in prophetis, nũciat profunditatem veteris testamenti.

a Dies diei eructat verbũ, & nox nocti indicat scientiam. Nõ sunt loquelæ neque sermones: quorum non audiantur voces
c eorum. In omnẽm terrã exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.
d In solẽ posuit tabernaculum suũ: & ipse
e tãquam sponsus procedens de thalamo
f suo. Exultauit vt gigas ad currendã viã:
g à summõ cœlo egressio eius, & occursus
h eius vsque ad summum eius, & nõ est qui
i se abscõdat à calore eius. Lex domini im-
k maculata conuertẽs animas: testimoniũ
m domini fidele, sapientiãm præstans par-
n uulis. Iustitiæ domini rectæ lætificantes
o corda: præceptum domini lucidum, illu-
p q minans oculos. Timor domini sanctus
r permanet in seculum seculi: iudicia dõmini vera iustificata in semetipsa. Desi-
f derabilia super aurum & lapidem precio-
t sum multum, & dulciora super mel & fa-
u uum. Etenim seruus tuus custodit ea: in
x custodiendis illis retributio multa. Dẽli-
y cta quis intelligit: ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo. Si
z mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero:

b ¶Non sunt loquelæ neq; sermones: quorum non audiantur verba eorum.) Nõ sunt loquelæ: ac si dicat, linguę: neque sermones, quia linguę multi sermones sunt. Siue diuersitates verborum intelliguntur per sermones: ac si dicat: Non fuerunt vllæ locutiones quas apostoli in varietate linguarũ non acceperint, & ideo non fuerunt vllæ linguę quæ sermones apostolorum non audissent: dum dicit: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ, Hoc est, in omnes insulas, vel fines mundi. c ¶In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorũ.) Apostolorum scilicet, atque euangeliorum. d ¶In sole posuit tabernaculum suũ.) In Hebræo ita habet: Soli posuit tabernaculum in eis: id est in cœlis. Deus in sole posuit tabernacu-
I lum suum, & ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo. In sole, in vtero sanctæ Mariæ virginis. Maria interpretatur stella maris. Lumẽ solis magis lucet quàm stellarum. Sol iu-
Malach.4 a. stitiæ dominus, vt ait propheta: Orietur vobis sol iustitiæ: quod est Christus. Illuminauit sol iste stellam, id est, Mariã, vt esset sicut sol. Ideo posuit tabernaculum suũ in sole, quando corpus assumpsit de vtero suo. e ¶Et ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo.) Sponsus, verbum patris: sponsa, caro humana: cum qua de thalamo processit: id est, de vtero virginis. f ¶Exultauit vt gigas ad currendam viam.) Per solem mystice Christus intelligitur. Exultauit vt gigas ad currendam viam. Hic gigas pro fortitudine Christi ponitur, eo quòd ipse alligauit fortẽ diabolum, & vasa eius (quę nos fuimus) diripuit. Ad currendã viam: quia non habuit hic moras. Quomodo? Hic natus venit in passionem, resurrexit & ascendit. g ¶A summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius.) A summo cœlo, id est, à patre, quod est principale nomen: non ideo quòd maior sit filio secũdum diuinitatem: sed pro nomine patris. A summo, id est, ab æternitate egressus eius. Et occursus eius vsque ad summũ eius. Occursus eius: in coæqualitate æternitatis. Quia ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram patris: vbi antea, & semper fuit cũ ipso. h ¶Et non est qui se abscõdat à calore eius.) Nullus quippe est, qui nõ habeat semina intellectus dei. Nec est qui se abscõdat à calore eius. Nullus est qui de calore suo K non habeat aliquid quod ei non dedisset ex multis diuisionibus gratiarum actionum: sicut dixit Paulus: Alij datur sermo 1.Co.12.a sapientiæ: alij sermo scientiæ. Lex domini irreprehensibilis. Lex ipse est Christus, qui non venit legem soluere, sed adim- Mat.5.b. plere. Irreprehensibilis: quia non habuit peccatum. i ¶Lex domini immaculata.) Qui per creaturas deum antè laudauerat: nunc eum per donationem legis incipit prædicare. k ¶Conuertens animas.) De captiuitate in libertatem. l ¶Testimonium domini fidele.) Quale testimoniũ: Nisi quia dixit: Discite Matt.11.d à me: quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris? Fidele: quia non mentitur. m ¶Sapientiã præstãs paruulis.) Paruulis non sensu sed humilitate. Vnde scriptũ Mat.10.d. est: Quia abscõdisti hæc à sapiẽtibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. n ¶Iustitiæ domini rectæ letificantes corda.) L Iustitię, id est, iudicia: Rectę: quia rectè iudicat deus, & à rectis recta habentur. Lætificantes corda, animas sanctorũ. o ¶Præceptum domini lucidum.) nouũ testamentum. p ¶Illuminans oculos.) Hoc est, oculos cordis. q ¶Timor domini sanctus permanet in seculum seculi.) Timor cum charitate: Vnde dixit: Per- 1.Ioã. 4.d fecta charitas foras mittit timorem. Timeat non timore gehennæ, aut timore pœnæ, sed timore sancto, sic timeat: vt quẽ amat non perdat per negligentiam. r ¶Iudicia domini vera iustificata in semetipsa.) Non ab alio: sed à semetipsis. Neminem enim fallit deus. f ¶Desiderabilia super aurũ & lapidẽ preciosum multum.) Super omnes thesauros mundiales dilecta. t ¶Et dulciora super mel & fauum.) Quia nullum metallum preciosum, iudicijs aut sapientię dei comparari potest: neque aurum aut lapis preciosus, neq; quod ad ornamentum & vestitum pertinet: neque mel vnde pascitur. His duabus rebus homo vestitur & pascitur: vt Paulus: Ha- 1.Tim.3.d bentes victum & vestitum, his contenti simus. Si fueris lapis preciosus & probatus sicut aurum: mereberis intelligere iudicia & sapientiam dei. u ¶Etenim seruus tuus custodit M ea, in custodiendis illis retributio multa.) Propter quid custodit ea: nisi in custodiendis illis retributio multa? Si custo- Ioan.15.b. dieritis, inquit dominus, præcepta mea: manebitis in dilectione mea. Quę maior retributio quàm vt quis diligatur à deo? x ¶Delicta quis intelligit?) Qui in delictis est, id est, in peccatis: iudicia dei non intelligit, neque sua peccata: quàmdiu est in delictis. Delicta quis intelligit? Tertia laudis diuisio, qua docet impossibile legis, quo per præuaricationem legis peccatum magis apparuerat in mundo, euãgelij gratia fuisse completum: neq; posse quenquam à cogitationũ sordibus liberari: nisi per aduentum spiritussancti. Delicta quis intelligit: nisi scrutator cordium deus, qui & potest ea dimittere? y ¶Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo.) Ab occultis, id est, præteritis peccatis: & ab alienis, hoc est, quæ futura sunt, & adhuc ad me non venerunt. Vel aliter: Ab occultis, id est, omnibus quæ in me sunt, & ab alienis, peccatis: quia diabolus habuit in occulto superbiam, & proiectus est: postea alienus erat ab Adam antequam ipse Adam peccasset. Sed postquam consensit ei, superbia & voluntate coniuncti sunt, & de vno peccato fecit sibi duo iudicia diabolus, vt dupliciter iudicaretur: quia & se & alium occidit. z ¶Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.) Si ista peccata nõ fuerint mihi dominata: tũc ero immaculatus.

Et emunda-

a lat⁹ ero:& emũdabor à delicto maximo.
b Et erũt vt cõplaceant eloquia oris mei:
c & meditãtio cordis mei in conſpectu tuo
d ſemper. Domine adiutor meus,& redem
ptor meus.
e In finẽm pſalmus Dauid. XIX.
f EXaudiat tẽ dominus in die tribula-
tionis: protegat te nomẽ dei Iacob.
g Mittãt tibi auxiliũ de ſancto: & de
b Sion ſuſcipiat te. Memor ſit omnis ſacri
i ficij tui, & holocaũſtum tuũ pingue fiat.
k Tribuat tibi dominus ſecundum cor tu-
l um:& õmne conſilium tuum confirmet.
m Lætabimũr in ſalutari tuo, & in nomine
n dõmini dei noſtri magnificabimur. Im-
o pleat dominus omnes petitiones tuas:
p nunc cognoui quoniam ſaluum fecit do-
q minus Chriſtum ſuum. Et exãudiet illũ
r de cœlo ſancto ſuo:in potentãtibus ſalus
ſ dexterę eiꝰ. Hi in curribus,& hi in equis:
t nos autem in nomine domini dei noſtri
u inuocabimus. Ipſi õbligati ſunt & ceci-
x derũt:nos autem reſurreximus & erecti ſu-
y mus. Dominẽ ſaluum fac regem,& exau-
z di nos in die qua inuocauerimus te.
In finem Pſalmus Dauid. XX.
a DOmine in virtũte tua lætabitur
b rex:& ſuper ſalutare tuum exul-
c tabit vehemẽter. Deſideriũ cor-
dis eius tribuiſti ei, & voluntate labiorũ
d eius non fraudaſti eũ. Quoniam præuẽ-
niſti eum in benedictionibus dulcedinis:
poſuiſti

A a ¶ Et emũdabor à delicto maximo.)Id eſt à ſuperbia: quia ſuperbia initiũ eſt omnis peccati. b ¶ Et erunt vt cõplaceant eloquia oris mei.)Tunc tibi placebunt eloquia mea. c ¶ Et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.)Id eſt, de recordatione humilitatis. d ¶ Domine adiutor meus, & redemptor meus.) Adiutor in tribulatione,& in neceſſitatib⁹. Et redemptor meus: quia tu me redemiſti ſanguine tuo precioſo. Tu es adiutor humani generis: cùm nos ad te accedere facis. Tu es redẽptor: quia nos tua paſſione ac reſurrectione ab interitu redemiſti: qui nos iugiter in lege tua gradientes cuſtodire digneris:quia tibi eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto, honor & gloria ſæcula ſeculorũ. Amẽ. e ¶ In finem pſalmus Dauid.) Iſtum pſalmũ propheta in perſona eccleſię canit de Chriſto. Prę-uidebat propheta Chriſtum ad redemptionem noſtram venire in carne, & pro inimicis orare.

B Inde dixit : Exaudiat.

Pſalmus XIX.

f EXaudiat te dominus in die tribulationis.) In die tribulationis pro parte carnis dixit. Quidam hunc pſalmum dictum putant ex voce populi ad Chriſtum loquẽtis, vt ad regem pariter & ſacerdotem.

g ¶ Mittat tibi auxilium de ſancto.)Qui formam ſerui acceperat:rectè ei quaſi homini imprecatur auxilium. Mittat tibi auxilium de ſancto:hoc eſt,de ſemetipſo : quia illa diuinitas in ipſo corpore erat. h ¶ Et de Sion ſuſcipiat te.) Hoc eſt, de eccleſia ipſa Sion, quæ & eccleſia: & ipſe eſt in eccleſia. i ¶ Memor ſit dominus omnis ſacrificij tui.) Hoc eſt, vt redimat per paſſionem ſuam. Quia Chriſtus ipſe eſt rex,& ſacerdos, & hoſtia: qui ſemetipſum obtulit in paſſione quia pro nobis ſanguinem ſuum dedit. k ¶ Holocauſtum tuum pingue fiat.) Id eſt, acceptabile ſit deo. Holocauſtum eſt totum combuC ſtum:quia Chriſtus cum corpore & anima aſcendit in crucem. Omnes victimæ tuæ,ſacrificium Chriſti eſt : ſiue quòd ei omnes offerimus deprecando:ſiue quòd pro omnibus ſuũ ipſe ſanguinem fudit. Et eſt ſenſus : Ne patiaris quenquam perire : cùm pro omnibus mortuus ſis,& omnem voluntatẽ
Ioan.17.d tuam impleat pater . Vnde ait: Volo vt quomodo ego & tu vnum ſumus:ſic & iſti in nobis vnum ſint. l ¶ Tribuat tibi dominus ſecundum cor tuum.)Id eſt,ſiue pro humanitate carnis Chriſti:ſiue pro corpore ſuo,hoc eſt eccleſia: vt exaudiatur optat. m ¶ Et omne conſilium tuum confirmet.) Id eſt,cõſiliũ trinitatis. n ¶ Lætabimur in ſalutari tuo.) Vox eccleſiæ. In ſalutem quam dediſti patiendo. o ¶ Et in nomine domini dei noſtri magnificabimur.) Non in nobis : ſed in illo : quia in eccleſia in tuo ſumus nomine congregati . p ¶ Impleat dominus omnes petitiones tuas.) Vſque huc de paſſione dixit : modo de reſurrectione & aſcenſione , & remuneratione . Duæ ſunt petitiões Chriſti cùm dicit : Exaudiat te dominus , & impleat omnes pe-
Ioan.17.a. titiones tuas . Quando dixit Chriſtus ad patrem : Clarifica me pater apud temetipſum claritate quam habui pri-
Ibidem.d. uſquam mundus fieret. Et alibi : Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi , vt quomodo nos vnum ſumus,ſic & illi vnum ſint. q ¶ Nunc cognoui:quoniã ſaluum fecit dominus Chriſtum ſuũ.) Nunc dicit propheta ad tempus quãdo accepit ſpiritum ſanctũ. Tunc cognouit,quòd D ſaluaret deus pater filium ſuum. r ¶ Et exaudiet illũ de cœlo ſancto ſuo.)Id eſt,de ſemetipſo,& de ſancta eccleſia. ſ ¶ In potentatibus ſalus dexteræ eius.)Potentatibus,ſanctæ eccleſiæ:quibus ſalus facta eſt per Chriſtum qui eſt dextera eius,id eſt dei patris: qa habet eccleſia ligandi & ſoluendi poteſtatem,& diſciplinã faciẽdi. Et dominus:Ecce dedi vobis poteſtatẽ Luc.10.c. calcare ſuper ſerpentes,& virtutes omnes inimici. Vnde Paul⁹ dicit:Quid vultis?In virga veniam 1 Cor.4.d ad vos,an in charitate?In potentatibus ſalus dexteræ eius. In illa potẽtia qua victor ab inferis reſurrexit. t ¶ Hi in curribꝰ,& hi in equis.)Curꝰ & equus ſemper in Aegyptijs arguuntur. Alij credant idolis atque dæmonijs : nos confidamus in Chriſto . Vel aliter: Hi in curribus , & hi in equis. Per currus voluptas mundi,ſiue mũdanorum omnium cupiditas deſignatur: quia quaſi rotæ quæ inſtabiles ſunt , ſic ipſi in mente huc illúcque diſcurrunt. Per equos ſuperbi,& ipſi ſunt cu E pidi. u ¶ Nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus.) Nõ in his ſuprà dictis,ſed in nomine domini. x ¶ Ipſi obligati ſunt & ceciderũt.) Qui vitiorũ ſuorũ funib⁹ ligati ſunt, & in ſuperiora non valent aſcendere ſed cadent,vt illud:Et abie- Ioan.18.b. runt retrorſum,& ceciderunt.
y ¶ Nos verò reſurreximus , & erecti ſumꝰ.) Reſurreximꝰ ab iſidelitate:erecti ſumus per fidem: quia tortuoſi fuimus in peccatis.
z ¶ Domine ſaluum fac regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.) Saluum fac regem: hoc eſt,Chriſtum,pro parte carnis. Et exaudi nos. Rogat eccleſia vt exaudiatur tempore opportuno. Domine ſaluũ fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimꝰ te. In Hebræo ita ſcriptum eſt : Domine ſaluum fac regem ; qui exaudiat nos in quacunque die inuocauerimus eum.

Pſalmus XX. F

a DOmine in fortitudine tua lætabitur rex.) Iſte eſt rex,cui & in ſuperiori pſalmo ſecundum formam ſerui oratur ſalus. Chriſtus rex regum,& dominus dominantium. b ¶ Et ſuper ſalutari tuo exultabit vehementer.) Id eſt, in eo quòd ſaluaſti homines : filius tuus qui ſaluator eſt,exultabit. c ¶ Deſiderium cordis eius dediſti ei, & voluntate labiorũ eius non fraudaſti eum.)Iã quippe non ſumus ſerui ſed amici . Quod petiuit expletum eſt. Quomodo ipſe & pater vnum ſunt:ſic & nos in ipſo vnum ſumus. Vel aliter:Deſideriũ animæ eius tribuiſti ei. Deſiderauit filius dei vt veniret genus humanũ redimere. Vnde dixit:Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum, Luc.22.b. antequã moriar. Et voluntate labiorũ eius non fraudaſti eũ. hoc eſt,quoniã domin⁹ dixit:pacẽ meam do vobis: pacẽ meã Ioã.14.d. relinquo vobis. d ¶ Quoniã prꝛeueniſti eũ in benedictionibus dulcedinis.)Hoc eſt à lõgè,quando Melchiſedek bene- Gene.14.e dixit Abrahã. Et deinde quotquot benedictiões ĩ patriarchis vſq; ad aduentũ Chriſti fuerũt:Chriſtꝰ in ipſis benedictꝰ eſt. Quoniã prꝛeueniſti eũ:hoc eſt antè prꝛeuenit eũ ĩ benedictionibꝰ dulcedinis,q̃ à Iudæis fel porrectũ guſtaſſet:qa antea eũ iſtæ bñdictiões prꝛeuenerũt. Guſtauit & noluit bibere. Guſta- Mat.27.d uit:quia de morte noſtra ſuſcepit. Noluit bibere:quia die tertia reſurrexit. Noluit bibere:hoc eſt, nõ permãſit in morte.

¶ Poſuiſti

a posuisti in cãpite eius coronam de lapide
b precioso. Vitam pẽtijt à te,& tribuisti ei:
c lõgitudinẽm dierum in seculum, & in se-
d culum seculi. Mãgna est gloria eius in sa
e lutari tuo: glõriam & magnum decorem
f impones super eum. Quoniãm dabis ei
g benedictionem in seculũ seculi: lætificã-
h bis eum in gaudio cum vultu tuo. Quõ-
i niam rex sperat in domino, & in miseri-
k cordia altissimi non cõmouebitur. Inueniat̃ manꝰ tua omnibꝰ inimicis tuis:dex-
l tera tua inueniat omnes qui te oderunt.
m Pones eos vt clibanum ignis in tempore
n vultus tui: dominus in irã suã conturba-
o bit eos,& deuorãbit eos ignis. Fructũ eo-
p q rum de terra perdes,& semen eorum à fi-
r lijs hominum. Quõniam declinauerunt
s in te mala, cogitauerunt consilia quæ nõ
t potuerunt stabilire. Quõniam pones eos
u dorsum:in reliquijs tuis præparabis vul-
x tũ eorũ. Exaltãre domine in virtute tua:
y cãtabimus, & psallemus virtutes tuas.
z In finẽm psalmus Dauid pro assumptione matutina. XXI.

a Deus dẽus meus respice in me,quare
b me dereliquisti? longè à salute mea verba

G a ¶Posuisti super caput eius coronam de lapide precioso.) Philip.4.a Corona dei: ecclesia ex varijs gentibus congregatio est. De qua Paulus sub persona credentium ait: Gaudium & corona mea. b ¶Vitam petijt,& dedisti ei.) Vt homo mortuus est:vt homo resurrexit. Deus quippe vitam postulare non potuit. c ¶Longitudinẽ dierum in seculum seculi.) Impia synagoga conticeat. Quis hominum viuit in seculum,& in seculum seculi? Dauid & Salomon, non amplius q̃ quadragenis annis regnauerunt. d ¶Magna est gloria eius ĩ salutari tuo.)Impletum est quod ipse in euange- Ioan.12.c. lio postulauit:Pater,glorifica me & 17.a. apud temetipsum. Magna gloria eius in salutari tuo: Ac si dicat: Magna est gloria eius: magnum est hominem assumptum esse ad dexteram dei patris. e ¶Gloriam & magnum decorem impones super eum.)Gloriam, resurrectionis. Decorem,quãdo in mõ Matt.17.a te resplẽduit facies eius sicut sol, H & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. f ¶Quoniam dabis ei benedictionem in seculum seculi.) Quia omnis creatura benedicit eum. g ¶Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.) Hoc est: erit tecum semper ĩ cœlis. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Tunc lætificabis filiũ in gaudio:cùm adunata fuerit illa multitudo sanctorum, & numerus restitutus ei. Gaudebit Christus pro acquisitis,pro quibꝰ passus est. h ¶Quoniã rex sperat in domino.)Secundũ corporis dispẽsationem: vel homo assumptus in diuinitate. i ¶Et misericordia altissimi nõ cõmouebit.)Nec humanitas filij,nec ecclesia primitiua,in finem cõmouebitur. Vsq; huc propheta locutꝰ est in persona ecclesiæ ad deum patrẽ de humanitate Christi:modo loquitur ad diuinitatẽ. Vnde dixit: k ¶Inueniat̃ manꝰ tua omnibꝰ inimicis tuis.)Inueniãt inimici tui potestatẽ tuam,vt reuertantur in bonũ. Inueniat potestas dei illos qui in humilitate noluerunt Christũ credere:inueniat illos in vindicta. l ¶Dextera tua inueniat omnes q̃ te oderũt.) Odientes se,nimia clementia dei vult cõuerti, cùm etiã inimicos I suos inuenire desiderat. m ¶Pones eos vt clibanum ignis in tẽpore vultꝰ tui.)In bonã partem, vt cõburantur illorum peccata. Sicut clibanus intrinsecus ardet,sic illorũ conscientia intrinsecus ardebit:eo quòd bona nõ fecerũt. n ¶Domine in ira tua conturbabis eos.) Et hìc clementia dei nõ punit,sed turbat:vt ad pœnitentiã conuertant. o ¶Deuorabit eos ignis.)A spiritu sancto illorum peccata. Deuorabit ignis,in tempore vultus dei:cùm venerit iudicare mundum. p ¶Fructum eorũ de terra perdes.) id est,ipsos perdes, vel opera ipsorum de sancta ecclesia. Et comedet eos ignis. Iste Luc.12.f. ignis est de quo dominus in euangelio ait: Ignem veni mittere in terrã,& quid volo nisi vt ardeat? De hoc igne & duo Ibid.24.e quibus in itinere scripturas saluator aperuit dicebãt: Nónne cor nostrum ardens erat in via,cùm aperiret nobis scripturas? q ¶Et semen eorum à filijs hominum.)Semen,id est, filios qui generati sunt in mala doctrina: A filijs hominũ, id est,à consortio bonorum,perdes illos. r ¶Quoniã declinauerũt in te mala.)Iudæi quod super se per iustam vindictam recipere debuerant,in Christum declinauerunt,quãdo Ioan.11.f. dixerunt,quòd dignus erat morte:& expedit vt vnꝰ moriatur quàm vt tota gens pereat. s ¶Cogitauerunt consiliũ quod non potuerunt stabilire.)Quando dixerunt ad Pilatũ: Domine recordati sumꝰ,quòd seductor ille dixit adhuc viuens:post diem tertiũ resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque ad diem tertium. At ille: Habetis custodiam: Mat.27.g ite custodite sicut scitis. Et postea posuerunt sigilla:sed mor K tui tenere viuentem non potuerunt. Resurrexit:quod illi nec voluerunt, nec crediderunt. Tunc non potuerunt stabilire consilium quod cogitauerunt. t ¶Quoniam pones eos dorsum.)Duobus modis. Dorsum,quia semper terrena desiderant. Aliter:Dorsum, vt retrò cadant, aut quando respiciunt retrò. u ¶In reliquijs tuis præparabis vultum eorum.) Pro reliquijs ĩ Hebræo,in bonis habet. Sensus itaque iste cõtexitur: Ad similitudinẽ sanctorum quos tibi de omni orbe seruasti: etiã eos qui tormentis purgati sunt, esse facias:vt iuxta vultum sanctorũ: vultus quoque esse incipiant peccatorũ: Hoc est vt tales sint qui peccatores fuerunt: quales & hi qui sancti sunt. Vel aliter: In reliquijs tuis præparabis vultũ eorum:id est, prophetas, quos patres eorum occiderunt. Reliquię L eorum,filij Iudæorum: qui occiderunt caput prophetarum: Vt illa vindicta quę cœpit à prophetis, veniat super illos qui dominum occiderunt. Aliter: In reliquijs tuis præparabis vultum illorum:hoc est,per Eliã & Enoch credituri sunt in finem. Præparabis vultum illorum: ad te credentium: vt illud: Vt conuertat Lucæ.1.b. corda patrũ in filios. x ¶Exaltãre domine in virtute tua.) Vox ecclesiæ. Exaltare in virtute tua:id est,demonstra tuam potestatem, & maiestatem quia prius veniſti in humilitate: sed modo veni in maiestate. y ¶Cantabimus & psallemꝰ virtutes tuas domine.) Cantabimus in corde: psallemus in opere, virtutes tuas annunciamus.

z ¶In finẽ pro assumptione matutina psalmus Dauid.) Matutina assumptio,resurrectionis dominicæ,& ascensionis ad patrẽ significat sacramentum. Hanc inscriptionem Hebræi aliter habent:Pro ceruo matutino:& interpretatiõe peruersa putant de Hester totum vigesimũprimum psalmũ esse cõpositum:quòd videlicet ipsius periculo, & intercessiõe apud regem,sit de periculo Israëliticus populus liberatus. Sed nos ceruum qui interficiat serpentes,& venena consumat, nullũ alium nisi Christum intelligimus,sicut totius psalmi cõtex- M tus ostendit. Psalmus XXI.

a Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti?)Hoc versiculo dominus in cruce pendens vsus est. Ex quo animaduertimꝰ totum psalmum à domino in cruce positum decãtari. Quod autem habet in medio,intende mihi:in Hebræis codicibus non habetur, & appositum vox domini declarat, quæ etiam illud in euangelio prætermisit: Ac si dicat:Quare me dereliquisti? Hìc humanitas loquitur quomodo derelicta fuit in Adã,quando præceptum transgressus est. Vel in passione derelictus Christꝰ pro parte carnis. b ¶Longè à salute mea verba delictorum meorum.)Longè:Hìc diuinitas loquitur. Verba delictorum meorum:quia nostra peccata sua reputat. Nã in salute sua nullum est peccatum:sed à peccatore longè est salꝰ. Vel aliter: Longè à salute mea verba delictorum meorum. Aquila hunc locum sic interpretatus est:Longè à salute mea verba gemitus mei: Symmachus,verba gemituum meorum: Quinta & sexta æditio:verba clamoris mei. Et est sensus iuxta cæteros interpretes:Gemitus mei atque conatus quibus semper populum Israël saluare quæsiui,longè facti sunt à salute mea: quam populo tribuere cupiebam:quia ipsi noluerunt recipere sanitatẽ. Iuxta Lxx. verò interpretes iste sensus est:

verba delictorum meorum. Deus meus
a clamabo per diem & non exaudies: & no
b cte, & non ad insipientiam mihi. Tu autē
c in sancto habitas: laus Israël. In tē sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & nō sunt confusi. Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominū, & abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in domino eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de vētre: spes mea ab vberibus matris meæ in te proiectus sum ex vtero. De vētre matris meæ deus me es tu: ne discesseris à me. Quoniā tribulatio proxima est: & non est qui adiuuet. Circūdederūt me vituli multi: tauri pingues circūdederunt me. Aperuerunt sūper me os suū: sicut leo rapiens & rugiēs. Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factū est cor meū tāquā cēra liquescēs: in mēdio vētris mei. Exaruit tanq̄ testa virtus mea: & lingua mea adhęsit faucibus meis: & in puluerē mortis deduxisti me.

A sus est: Hoc quòd salutem deprecor, quòd me conquerer derelictum: non ex propria persona loquor, sed ex populi, cuius peccata in meo corpore ipse suscepi. Vnde dico: Longè sunt à salute mea, verba ista quæ fundo. Nō enim tā mihi salutem postulo qui deus sum, q̄ populo qui salute indiget.

a ¶ Clamabo per diem, & nō exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.) In die pendens nō exauditur à patre: nocte resurgit ab inferis victor. Aliter: Qui in gaudio non exauditur, exauditur i lachrymis. Vnde ait: Nō in stultitiā mihi, id est, non frustra clamaui. Et Aquila trāstulit ex Hebræo dicens: Et nocte, & non tacebis: Id est, audies me: respondebis mihi: facies quod oraui. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies, & nocte. Clamauit Christus in cruce, & orauit pro suis: exauditus, & non exauditus. Exauditus pro prædestinatis: sicut in octo milibus, vel pro illis centum viginti & quingentis fratri-

B bus. Et nō exauditus: hoc est pro illis qui non erant prædestinati.

Mat.27.c Vnde dixit euangelista: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ergo dies hic pro bonis, & nox pro malis intelligit. Vel dies & nox, prosperitas, & aduersitas in ecclesia. Ecclesia non exauditur in prosperitate, vt non se extollat: & non exauditur in aduersitate, vt amplius mundetur. Et non ad insipientiam mihi: id est filius coæternus patri, scit omnia, cur non sit exauditus in die passionis: id est pro filijs mortis, & prosperitate, & tribulatione ecclesiæ suæ. b ¶ Tu autem in sancto habitas: laus Israël.) Vox prophetæ. In sancto habitas, hoc est in suo corpore, vel in cœlo, siue in ecclesia. c ¶ In te sperauerūt patres nostri domine, sperauerunt & liberasti eos. &c.) Sperauerūt patriarchæ & prophetæ, vel reliqui, & liberasti eos: id est de Aegypto vel de Babylonia. Non sunt confusi: quia quod promisisti adimplesti: hoc est terram repromissionis, & vitam longam. Aliter: In te sperauerunt patres nostri, doctores ecclesiæ. Non sunt confusi: quia spes ipsorum semper es. d ¶ Ego autem sum vermis & non homo.) Hoc pro-

C pter humilitatem assumpti corporis loquitur: Esaia quoq; Esa.41.d. eadem concinente: Ne timeas vermis Iacob. e ¶ Opprobrium hominum, & abiectio plebis.) Quod maius opprobrium quàm crucis? Et despectio plebis: id est Iudaici populi derisus. Cur vermis & non homo: dum dicit in euangelio: Luc.19.b. Venit filius hominis redimere quod perierat? Christus & vermis dicitur & homo. Vermis, vt ait propheta: Noli timere vermis Iacob. Et homo, quia ex Maria natus, assimilatur sua natiuitas vermi: quia vermis qui in ligno nascitur non habet patrem, nisi matrem. Et Christus ex Maria est natus absque coitu viri. Duo habitacula fecit deus, cœlum & terrā. Cœlum habitatio angelorum, & terra habitatio vermium. Fecit deus vermem ascendere in cœlum, & angelum in terram. Christus per humilitatem super omnes angelos ascendit, & diabolus per superbiam proiectus est in terram. Opprobrium hominum, & abiectio plebis. Opprobriū, quā-

Ioan.9.f. do dixerunt Iudæi: Tu discipulus illius sis. Abiectio, quando ciecerunt eum extra ciuitatem, & crucifixerunt eum.

f ¶ Omnes videntes me irridebant me.) Pro parte malorū

Mat.27.e dicitur: sicut & ipsi Iudæi dixerunt: Si filius dei es, descende de cruce: vel, Aue rex Iudæorum. g ¶ Locuti sunt labijs, & mouerunt caput.) Locuti sunt labijs, quia quod habebant in corde, hoc loquebantur in verbis. Mouerunt caput, id est, reliquerunt vnum caput quod est Christus, & fecerunt multa sibi capita dæmoniorū. h ¶ Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum quoniā vult eum.) Vox prophetæ de humanitate loquitur. Sperauit in domino: hoc est, humanitas in diuinitate. Eripiat eum: id est, de Iudæis. Quoniam vult eum: id est deus pater voluit talem filium habere sine peccato, per quem peccata mūdi tolleret: vt ait prophe-

D ta: Ipse infirmitates nostras acce Esa.53.b. pit, & egritudines nostras portauit. i ¶ Quoniā tu es qui eduxisti me de ventre.) Vox humanitatis: Eduxisti me de ventre, id est de vtero sanctæ Mariæ, vel de synagoga, qa per vaticiniū prophetarum cōceptus est, & ad sensum spiritualem, quasi de ventre eductus est. k ¶ Spes mea ab vberibus matris meę &c.) Id est, vbera matris non dedignatus est sugere Christus: id est, ab vberibus Mariæ. Vel vbera matris: lex synagogæ. Duo vbera habere dicuntur, quia literā, & sensum habēt: Sed ipsi, id est Iudęi, vna vbera susceperunt: hoc est quia literā legis tantūmodo obseruant.

E l ¶ De' me' es tu, ne discedas à me.) In die passiōis. m ¶ Quoniā tribulatio proxima est.) Vt ipse dixit: Surgite eamus: ecce ap Ioan.14.d propinquabit qui me traditurus est. n ¶ Non est qui adiuuet.) Neque angelus, neque homo nisi tu pater. o ¶ Circundederunt me vituli multi.) Vituli lasciuientes, id est: Iudæi qui lasciuientes, & incontinētes erāt. p ¶ Tauri pingues circūdederunt me.) Pro pinguibus Symmachus altiles interpretat' est. In Hebræo verbū ponitur כָּבַשׁ quod & ignominia trāsferri potest: quia circundederunt me. Tauri dicuntur, propter superbiam illorum: id est, principes illorum Anna & Caiphas, vel reliqui. Pingues, propter crassitudinem malitiæ. q ¶ Aperuerunt in me os suum.) Quando dixerūt, crucifigatur. r ¶ Sicut leo rapiens & rugiēs.) Id est, quādo de illo cogitabant quomodo eum interficerent. Rapiens, quando cum gladijs & fustibus eum comprehenderunt. s ¶ Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.) Sic voluerunt Iudæi Christum extinguere

F quasi aquam, quæ hauritur, & dispergitur, & non reuertitur. Dispersa sunt omnia ossa mea. Ossa Christi, apostoli dicuntur: quia sicut caro ab ossibus roboratur: ita & corpus Christi, quod est ecclesia, ab apostolis vel doctoribus firmatur. t ¶ Factum est cor meum.) Cor Christi, ecclesia intelligitur, antequam Christus ascenderet in crucem: quæ dura videbantur esse: quia pauci pro nomine illius patiebantur. Vnde dicitur: Pro iusto quis moritur? Rom.5.a. u ¶ Tanquam cera liquescens.) Quia postquam Christus ascendit in crucem: postea omnes sancti cœperunt tribulationē pro ipso sustinere propter spem retributionis futuri muneris. x ¶ In medio ventris mei.) Hoc est in medio ecclesiæ. Factum est cor meum tanquam cera liquescēs in medio ventris mei. Sapientia mea quæ prius non intelligebatur, accensa igni passionis incaluit: & susceptа est ab ecclesia. y ¶ Exaruit tāquam testa virtus mea.) Testa antequā in igne ponatur, infirma est: postquam i igne ponitur, roboratur. Et Christus posteaq̄ in patibulum crucis ascēdit: suā ecclesiā roborauit. Ergo nō aruit sicut fœnū vt caderet: sed quasi testa vt firmaret. z ¶ Et lingua mea adhęsit faucib' meis.) Id est linguę apostolorū obmutuerūt tēpore passionis: licèt vn' locutus est: tamē negando nō confitēdo, id est Petrus. Nā discipuli seruātes præcepta mea: de me in posterum loquuntur. a ¶ Et in limum mortis deduxerūt me.)

Hoc est

a tis deduxisti me. Quoniam circundede-
b runt me canes multi: concilium malignã
c tium obsedit me. Foderunt manus meas,
d & pedes meos: dinumerauerũt omnia os-
e sa mea. Ipsi verò considerauerunt, & in-
f spexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta
g mea, & super vestem meã miserunt sortẽ.
h Tu autem domine ne elongaueris auxi-
i lium tuum à me: ad defensionẽ meam cõ
k spice. Erue à framea animam meã: & de
l manu canis vnicam meam. Salua me ex
m ore leonis: & à cornibus vnicornium hu-
n militatem meam. Narrabo nomen tuum
o fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo
p te. Qui timetis dominum laudate eum:
q vniuersum semen Iacob glorificate eum.
r Timeat eum omne semẽ Israël: quoniam
s non spreuit neque despexit deprecationẽ
t pauperis. Nec auertit faciem suam à me:
u & cum clamarem ad eum, exaudiuit me.
x Apud te laus mea in ecclesia magna: vo-
y tã mea reddam in conspectu timentium
z eum. Edent pauperes, & saturabuntur: &
a laudabunt dominum qui requirunt eum:
b viuent corda eorũ in seculũ seculi. Remi-
c niscent, & cõuertentur ad dñm vniuersæ
d fines terræ: Et adorabunt in cõspectu ei
e vniuersæ familiæ gentiũ. Quoniam do-
f mini est regnũ: & ipse dominabitur gen-
g tiũ. Manducauerunt, & adorauerunt om
h nes pingues terræ: in cõspectu eius ca-
i dent omnes qui descendunt in terram. Et
k anima mea illi viuet: & semen meum ser-
l uiet ipsi. Annunciabitur dño generatio
m ventura:

G Hoc est, in incarnationem, vel in infernũ, quando animas sanctorum exinde deduxit secum. Et in limũ mortis deduxerũt me. Sicut impios quos ventus proiecit. ita me existimauerũt in mortem decidere: tanquam si resurgere non valerem.

a ¶Quoniã circundederunt me canes multi.) Canum proprium est, vt domino suo cõgaudeant, & latronem allatrent. Canes hic Iudæi intelliguntur, qui allatrauerũt Christum, & latroni cõgauisi sunt: hoc est Barrab-
Ioan.18.g. bæ: quando illum petierunt, & Christum occiderũt. Quoniam circundederunt me canes multi: non loquentes recta, sed latrantes iniqua. b ¶Concilium malignãtium obsedit me.) Congregatio Iudæorum. Canes multi. Pro canib⁹ in Hæbreo habet che labim כְּלָבִים, qđ Aqla & Theodotio venatores interpretati sũt. Concilium malignantium obsedit me. Iudæi obsederunt: id est, circundederunt Christum.

H c ¶Foderunt manus meas, & pedes meos.) Præteritum pro futuro ponitur. Foderunt, clauos fixerunt, & fructum magnum inuenerunt: id est, salutem gentiũ. d ¶ Et dinumerauerunt omnia ossa mea.) In cruce distenta conspexerũt membra sua. e ¶Ipsi verò considerauerunt &c.) Dicẽtes: Alios saluos fecit: seipsum
Mat.27.c non potest saluum facere. f ¶ Diuiserunt sibi vestimenta mea.) Facientes vnicuique militi partem suam. g ¶Et super vestem meam miserunt sortem.) Tractantes de tunica: Non scindamus eam: sed sortiamur de ea cuius sit. Vel aliter: Diuiserunt sibi vestimenta mea: & super vestem meam miserunt sortem. Quòd quatuor milites fecerunt quatuor partes, & tunicam non diuiserunt: significabat vnitatem ecclesiæ, quòd nõ scinderetur. Volunt hæretici eam scindere, sed non possunt. h ¶Tu autem domine ne elõgaueris au
I xilium tuum à me.) Humanitas ad diuinitatem loquitur: vt auxilietur ei in tempore passionis. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me, sed protinus me resuscita. i ¶Ad defensionem meam conspice.) Ne quid mihi pars inferni illa voracis præualeat. k ¶ Erue à framea animam meam.) Erue à gladio vel malitia Iudæorum. Vel erue animam meam de illa potestate, quæ seducendo iugulat. l ¶Et de manu canis vnicam meam.) Canes, Iudæi. Vnica: id est, anima Christi. Vnica dicitur, quia non habet peccatum illa anima: & aliæ animæ ab ipsa mundantur. Vel vnica, ecclesia: & de manu canis, de ore inferni: qui more canino auidè deuorat. m ¶Saluũ me fac de ore leonis.) Os leonis, populus Iudaicus: propter fortitudinem malitiæ suæ. n ¶Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.) Vnicornis, ipse populus Iudaicus intelligitur: quia vnum cornu habet: id est vnam legem: vnde ventilabat omnes gentes ante præuaricationem illorum. Et à cornibus vnicornium humilitatem meam. A satellitibus satanæ: per quos homines singulariter in superbia exaltantur. Vsq; huc de passione dixit: iam de resurrectione loquitur cũ dicit: o ¶Nar
rabo nomen tuum fratribus meis.) Vox Christi. Fratres,
Matt.20.c apostoli, postquam resurrexit: vt ipse ait: Ite nũciate fratrib⁹ meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbũt. p ¶In medio ecclesiæ laudabo te.) Hoc est, in vnitate ecclesiæ: in medio credẽtium populorũ. Laudabo te, prædicabo te. q ¶Qui K
timetis dominum laudate eũ.) Omnes sancti qui timore sancto illum timent, laudant eum. r ¶Vniuersum semen Iacob magnificate eũ.) Id est, populus minor, supplantatores vitiorum magnificate illũ: Christianorũ vtiq; semen, cui ser Gene.28.c
uiet maior. s ¶Timeat eũ omne semẽ Israël.) Hoc est oẽs vidẽtes deũ, qui renati per baptismũ, videtis mente deũ. t ¶Quoniã non spreuit neq; despexit deprecationem pauperis.) Meam qui pro vobis fact⁹ sum pauper. Vel populos Christianos nõ spreuit de⁹, sed exaudiuit. u ¶Neque auertit faciem suam à me.) Sed resuscitauit me à mortuis.
x ¶Et cùm clamarẽ ad eum exau
diuit me.) Resp̃dens: Et clarificaui, & iterum clarificabo: Christus exaudit⁹ est in passione, & ecclesia in tribulatiõe. y ¶Apud te laus mea ĩ ecclesia magna.) Id est apud patrẽ: vt dixit: Ego & pa Ioan.10.c.
ter vnũ sumus. Apud te laus mea L
in ecclesia magna: quæ per omnẽ orbem terrarum credulitate diffusa est. z ¶Vota mea domino reddã coram timentibus eũ.) Vota Christi, natiuitas vel passio: vota ecclesiæ, opera bona. Vel mysteriũ corporis ac sanguinis mei offeram: cum his qui in eius timore hæc celebrãt. a ¶Edẽt pauperes & saturabuntur.) Pauperes, apostoli: edent, corpus Christi. b ¶Laudabũt dominum qui requirunt eum.) Per fidem & opera cognoscẽtes, quòd ipse est panis viu⁹ q de cœlo de- Ioan.6.d.
scendit. c ¶Viuent corda eorum in seculum seculi.) Cor, anima ipsorum. Sine fine, quia qui manducauerit ex hoc pane, viuet in eo spiritualis sensus in sempiternum. d ¶Reminiscentur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ.) Hoc est, fecit dominus deus populum Christianum, vt recordaretur in eum: & reuerteretur de vijs suis prauis. Omnis multitudo gentium re- M
cognoscunt se in tenebris inuolutos: ideo accedunt vt illuminentur. e ¶Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium.) Et hic adorant, & in futuro: Quia iuxta Apostolum, ipsi flectentur omnia genua. f ¶Quo- Philip.2.b
niam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.) Regnum diaboli cecidit: & regnum Christi aduenit. Ascendente eo in cœlis, omnia subiecta sunt ei. g ¶Manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites terræ.) Id est, apostoli vel cæteri sancti, manducauerunt corpus Christi, vt dixit superius. Diuites terræ: hoc est in fide, & opere, vel virtutibus: cognoscentes, quia suauis est dominus.
h ¶In conspectu eius cadent vniuersi qui descendunt in terram.) Procident: id est, peccatores in die iudicij in conspectu dei erunt. Descendunt à superbia seculi: vt adorent in sensu humilitatis puræ. i ¶Anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.) Ecclesia, quæ iam non sibi viuit: viuit autem Christus in ea. Vel aliter: Anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi. Anima Christi viuit deo patri, & mors ei vltrà non dominabitur. Rom.8.b.
Vel ecclesia viuet Christo. Semen meum, filij ecclesiæ, seruiet ipsi, populus credentium. k ¶ Annunciabitur domino generatio ventura.) Propheta dicit. Generatio ventura, hoc est, populus gentium: qui venturi erant

A erant antequam Christus veniret in mundum ad credẽdum ei. Vel generatio vẽtura, hoc est in diem iudicij tota integra claritas. a ¶ Annunciabunt cœli iustitiã eius.) Hoc est, apostoli vel doctores. Iustitiam eius, hoc est mandata illius. b ¶ Populo q̃ nascetur.) Hoc est per verbũ prædicationis. c ¶ Quem fecit dominus.) Hoc est, prædestinauit ante secula. Populo qui nascetur, quem fecit dominus. Qui per fidem accedens, per baptismum est renatus in Christo. Qui nobis præstare dignetur in conspectu nostro habere vulnera eius: & cum Ioã.20.f. Thoma palpantes fixuram clauorum illius: vel de omni humilitate passionis eius iugem memoriam facientes: cum suspirio etiam eũ pro peccatis nostris inferna penetrasse recolẽtes, ea sem per agamus in hoc corpore terreno, vt ipsi copulari mereamur in regno. Amen.

d ¶ Psalmus Dauid.) Psalm⁹ iste continet vocem ecclesiæ, collaB dantis Christum.

Psalmus XXII.

e DOmin⁹ pascit me, & nihil mihi deerit.) De isto pastore, & Ezechiel loq-
Ezec.34.f tur: Suscitabo pastorẽ, & pascet eos seruus meus Dauid. Vel aliIoan.10.b. ter: Pastor bonus, qui animã suam pro me posuit: æquo me moderamine regit: ideo nulli⁹ egeo. Vel aliter: Regit me: Ecclesia fiducialiter loquitur per fidẽ: quia ante aduentum Christi, diabolus regebat mũdum: sed modo Christus regit ecclesiam suam. Quod nos dicimus: Domin⁹ regit me: Hebræi dicunt, sicut superius est scriptum: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Qui deum habet: & qui
Psal.23.b. deo adhæret, nihil boni deest ei: vt ait propheta: Nihil deest timentibus eũ. f ¶ In loco pascuæ ibi me collocauit.) Ac si dicat: In vnitatẽ fidei, in vnitatem ecclesiæ. In loco pascuæ ibi me collocauit: In futura beatitudine cõposuit spem meã. Pascua enim, futura intelligitur beatitudo. g ¶ Super aquã refectionis educauit me.) Abluendo per baptismum me enu triuit, vel doctrina patriarcharum, & prophetarũ, siue apoC stolorum. h ¶ Animam meam conuertit.) Ad se cognoscẽdum: id est, animam ecclesiæ: quia antea ad infernum descenderat per culpã primi hominis Adæ: sed modo ad Christum conuersa est per fidem. i ¶ Deduxit me super semitam iustitiæ.) Id est, super semitam mandatorum per artam viam. k ¶ Propter nomen suum.) Non propter meũ meritum. l ¶ Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis.) Per huius seculi obscuritates. m ¶ Non timebo mala, quoniam tu mecum es.) Domine, te corde retineo. Vel aliter: Vmbra duobus modis, id est, à corpore, & à lumine fit. Per corpus, mors intelligitur: per vmbram, peccata & ignorantia. Et tamen quanuis ecclesia inter hæc supradicta ambulet, non timet: quia dominum apud se habet, vt ipse di-
Matt.vlti. xit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Propterea ecclesia non timet.

n ¶ Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.)
Prou.3.b. Quem enim diligit dominus, corripit. Per virgam intelligitur tribulatio vel disciplina patris, aut persecutio ecclesiæ. Et baculus tuus quo filios castigas spirituales. Vel per baculum, sustentatio & consolatio futura. Ipsa me consolata sunt. Erudierunt me cõsolando, non afflixerunt mortificando. o ¶ Parasti in cõspectu meo mensam &c.) Vt iam non lacte quasi paruulus alar, sed solido cibo: id est, vt spirituali dente ruminans scripturas sanctas, possim peruersis resistere. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Mensa, id est scriptura diuina. Sicut post labo- D rem, in mensa inuenitur consolatio, & refectio: sic & sancti per mensam, id est per scripturam diuinã habẽt consolationem, & refectionem, id est, ipem, fidem, & charitatem. Aduersus eos qui tribulant me. Persecutores ecclesiæ: qui sunt dæmones, ludæi, & hæretici. Cõtra istos omnes in scripturis sacris inuenimus consolationem.

p ¶ Impinguasti in oleo caput meum.) Per caput, id est, principale mentis, ecclesia intelligitur. Mens etenim caput vocatur: quia sicut à capite reguntur membra: ita cogitationes mente disponũtur. Per oleum intelligitur consolatio: quia sicut per oleum consolatur corpus: ita & per consolationem scripturarum, mens ecclesiæ. Impinguasti in oleo caput meum: Lætificasti spirituali lætitia mentem meam, quæ caput est totius corporis. q ¶ Et calix meus inebrians quàm præclarus est.) Calix intelligitur verbũ E dei. Inebrians, quia per prædicationẽ compungitur homo in mẽte, quãdo separat hominẽ, id est, patrem à filio: filiũ à patre suo: matrẽ à filia, & filiã à matre sua: & nurum aduersus socrum suam. Tunc nos inebriat, quãdo ista facit. Per calicẽ, mẽsura intelligitur: qua vnicuiq; iuxta quod meret, vel potest capere, sic illi diuidit deus: id est, dat. Vel mystico me calice inebriasti, vt obliuioni traderẽ delectatiões prioris vitæ. r ¶ Et misericordia tua domine subsequet me.) Vox ecclesiæ ad Christũ. Misericordia dei, & præuenit & subsequitur. Præuenit, per fidẽ: subsequitur, in custodiendo mãdata dei. s ¶ Omnib⁹ dieb⁹ vitę meæ.) Quãdiu in hoc corpore dego. t ¶ Et vt inhabitẽ in domo domini.) Ecclesia hìc quasi in tabernaculo consistit. Quia sicut tabernaculũ mutatur de loco in locũ: sic & ecclesia de isto tabernaculo transfertur in domũ, hoc est, in vitam æternam, siue perpetuam: vbi sine fine habitabunt sancti.

u ¶ In longitudinẽ dierum.) Diebus sine fine. Vt inhabitem in domo domini in longitudinẽ dierum: id est, cœlestem. Hie rusalem communiter cum omnibus sanctis congregatis in F me per fidem inhabitem.

x ¶ Psalmus Dauid in prima sabbati.) Psalmus iste continet interdum vocem prophetæ de ecclesia loquentis.

Psalmus XXIII.

y DOmini est terra & plenitudo eius.) Cùm conuersi fuerint qui terrena sapiunt. Domini est terra, hoc est, totus mundus: & plenitudo eius, hoc est, habitatores mundi istius. Vel domini est terra, hoc est, ecclesia: & plenitudo eius, id est, omnes sancti. z ¶ Orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in ea.) Clarificato Iesu, omniũ gentium fides fit vna ecclesia. a ¶ Ipse super maria fundauit eam.) Per maria, fluctuationes istius mundi: quia calcant, & superãt ecclesiam ab initio fluctuationes seculi. Sed fundauit, hoc est, corroborauit ecclesiam suam in fide. Super fluctus huius seculi stabiliuit eã, ne ab his dilabatur. b ¶ Et super flumina præparauit illam.) Per flumina intelliguntur potentes seculi vel cupidi: vt ait Salomon: Omnia flu- Eccl's.1.b.
mina intrant in mare. Sic & ipsi potentes licèt magnum habeant censum, nunquam satiantur. Super ista flumina est ecclesia, vt illis prædicet: & conuertantur qui potestatem habent. Si audire noluerint: super flumina præparauit illam. Super cupiditates huius seculi constituit eam: vt ipsa superior esset, munda sine macula, & ruga.

c ¶ Quis ascendet in montem domini?) Vox prophetæ interrogantis:

a ventura: & ãnunciabunt cœli iustitiam
b c eius: populo qui nascetur, quem fecit dominus.

d Psalmus Dauid XXII.

e f g h i k l m n o p q r s t u x y z a b c DOmin⁹ regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuę ibi me collocauit. Super aquãm refectionis eduxit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecũ es. Virgã tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meũ: & calix meus inebrians quàm præclarus est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meę. Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.

x Psalmus Dauid i prima sabbati. XXIII.

y z a b c DOmini est terra & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitãt in eo. Quia ipse super maria fundauit eũ: & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem domini: aut quis

G interrogantis:id eſt,in cœleſtem Hieruſalem?Quis,pro ra-
Luc.18.d. ritate ponitur. Vel mons hìc pro alta iuſtitia:vt illud: Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus:& habebis theſaurum in cœlis. a ¶Aut quis ſtabit in loco ſancto eius.)Super altiſſimam iuſtitiam eius: ac ſi dicat,qui perſeuerabit: quia multi aſcendunt, & nō perſeuerant. b ¶Innocens manibus, & mundo corde.) Purus in opere: quia per manus, opera intelliguntur: & mundo corde, id eſt mundis ſermonibus. Vel mūdo corde, ſanctus in cogitatione. c ¶Qui non accepit in vanum animam ſuam.) Qui nullis eam fecib⁹ peccaminum poſt baptiſmum maculauit. Ille in vanum non accepit animam ſuam, qui opera bona agit. d ¶Nec iurauit in dolo proximo ſuo.) Ille in dolo non iurat proximo ſuo: qui quæ cogitat, hæc prædicat, & in opere implet. Multi ſunt enim qui doloſè iurāt, vt decipiant proximum: quod abominatur pater luminum deus, dicente Petro: Non es hominibus mentitus, ſed deo. Ergo qui ſe ab his cuſtodierit maculis, e ¶Hic accipiet benedictionem à domino: & miſericordiam à deo ſalutari ſuo.) A Chriſto æquali patri, cuius morte ſaluatus eſt. Vel aliter: Hic accipiet benedictionem à domino. De iſto ſupradicto dicit: Qui non iurat in dolo proximo ſuo, accipiet benedictionem à domino, quando dicturus erit: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Et miſericordiam à deo ſalutari ſuo. Miſericordiam à deo conſequitur, qui ſe putat eſſe miſerum. f ¶Hæc eſt generatio quærentium dominum.) Superius ſingulariter dixit, hic accipiet benedictionem: modo pluraliter, quia eccleſia ex pluribus perſonis congregatur: & tamen vna dicitur, propter vnitatem fidei. Generatio hæc, id eſt, populus Chriſtianorum: quæ in tenebris iacens, verum dominum ſaluatorémque quæſiuit. g ¶Requirentium faciem dei Iacob.) Id eſt, populus Chriſtianus requirit faciem dei Iacob. Vnde dictum eſt: Maior ſeruiet minori: quia poſterius nato primatum dedit. Intercedit diapſalma, vt immutet perſonam. Ipſe enim dominus nunc cœleſtia regna repetens, nunciatur. Aſcendente ergo cum angelis, hi qui præcedebant ſiue comitabātur, alijs eorum principibus acclamabant, h ¶Tollite portas principes veſtras: & eleuamini portæ æternales.) I Hoc eſt, referate cœleſtes aditus: pateat æternalis ingreſſus. Vel tóllite portas principes veſtras: Vox angelorū bonorum, ad angelos malos: quorum princeps diabolus eſt. Portas principes veſtras, id eſt, cupiditatem & timorem. Bene coniunxit cupiditatem, & timorem: quia quicunque per cupiditatem congregat, per timorem & malitiam cuſtodit, vt non perdat. Et qui timorem, & cupiditatem, & malitiam habet: ſpiritum malignum de ſe non deijcit. Et eleuamini portæ æternales: id eſt, fides & charitas. Aeternales dicuntur: quia ab Adam vſque ad Chriſtum in imo iacuerunt: & ideo eleuari dicuntur. i ¶Et introibit rex gloriæ.) Hoc eſt, Chriſtus, quia per fidem, & charitatem introiuit Chriſtus in eccleſiā. Et introibit rex gloriæ: Chriſtus dominus immenſæ claritatis retinens regnum. Hi quoque attoniti, & mentis ſtupore perculſi dicunt: k ¶Quis eſt iſte rex gloriæ?)Vox maiorum dæmonum. Ac ſi dicerent: Nos noſtrum regem habemus diabolum: iſte rex gloriæ quis eſt? Quis, inquit, eſt iſte rex gloriæ? Reſpondet qui loquitur: l ¶Dominus fortis & potens.) Vox angelorum bonorum. Fortis eſt, qui alligauit fortem principem veſtrum. Fortis, cùm ſuſcepit mortem: potens, cùm vicit infernum. m ¶In prælio.) Cùm ſpoliato Tartaro, reduxit ſecum multitudinem captiuorum. Clamat iteratò, & dicit: n ¶Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.)Eleuentur æthereæ ianuæ: aperiantur æternarum ædium valuæ. o ¶Et introibit rex gloriæ.) Quia non ſolum poſt reſurrectionem, immenſam poſſedit claritatem: verumetiam & illam quam æqualem cum patre habuit priuſquam fieret mundus. Adorantes igitur hi tantæ gloriæ vnicam ſingularémque potentiam, aiunt:

a aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innō-
b cens manibus, & mundo corde: qui nō ac-
c cēpit in vano animā ſuam: nec iurauit in
d dōlo proximo ſuo. Hic accipiet benedi-
e ctiōnem à domino: & miſericordiā à deo
f ſalutari ſuo. Hæc eſt gēneratio quæren-
g tium dominum: quærentium faciem dei
h Iacob. Attōllite portas principes veſtras,
i & eleuamini portę æternales: & introibit
k rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? do-
l minus fortis & potens, dominus potens
m in prælio. Attōllite portas principes ve-
n ſtras, & eleuamini portę ęternales: & in-
o trōibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex glo-
p
q rię: domin⁹ virtutum ipſe eſt rex glorię.

P ¶Quis eſt iſte rex gloriæ?) Reſpōdetur his: q ¶Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.) Pluraliter hìc virtutum, Chriſtus intelligitur: quia ſuper nouem virtutes cœlorū ſedet. Vel virtutum dicit: quia ſup omnes virtutes diaboli, dominus eſt. Vel virtutum dicitur: quia diabolus nouem ordines angelorū ſub ſua habuit dominatione, ſiue bonos, ſiue malos. Tollite portas. Vox angelorum bonorum. Vel vox dominica angelos bonos. Tollite portas, hoc eſt: quia quando Adam peccauit, portæ paradiſi Gene.3.d. clauſæ fuerunt: & data eſt romphęa ignea angelo Seraphim, vt eum cuſtodire deberet. Sed poſtquam Chriſtus venit in L mundum, & luctauit cum diabolo, aperuit infernum: & animas ſanctorum ſecum eduxit: & cum angelis bonis ad cœleſtia remeauit. Tunc portæ paradiſi quæ antè clauſæ fuerant, apertæ ſunt. Vel portæ æternales, angeli dicuntur: per quorum cuſtodiam, ad cœleſtia conſcendimus. Eleuatæ dicuntur: quia antea omnes animæ ſanctorum ad infernum deſcendebant. Sed poſtquam Chriſtus aſcendit vnà cum corpore ſuo ſuper omnes virtutes cœlorum, poſtea angeli lætati ſunt: quia animas ſanctorum apud ſe illuc deduxit. Quis eſt iſte rex gloriæ? Vox angelorum, qui apud patrem ſemper fuerant: Ac ſi dicerent: Nos patrem, & filium ſemper inſimul eſſe videmus: iſte rex gloriæ quis eſt? Pro parte carnis dicebant: Tollitè portas. Vox prophetæ de Iudæis, Tollite portas: id eſt, ſuperbiam, & cupiditatem, & auaritiam: quia per has tres, omnis homo ad infernum deſcendebat. Vel eleuate portas principes veſtras: pro quo in Hebræo poſitum eſt: Leuate portæ capita veſtra: recto ferantur itinere. Ad perfectum mundiciæ dicit hominem venire non poſſe: & quenquam ad perfectū mundiciæ venire non valere. Portæ æternales quas dicit eleuari, fides, charitas, & caſtitas eſt: quia per has tres Chriſtus eccleſiam ingreditur. Quis eſt iſte rex gloriæ? Humana fragilitas reſpondit: Quis eſt iſte? Ac ſi dicant: Iſte eſt quem M nos crucifiximus, & improperauimus, ac pro nihilo habuimus. Reſpondent: Domin⁹ virtutum, id eſt, qui mortuus eſt ad tempus ex infirmitate carnis: ſed nunc viuit ex virtute dei. Vel virtus fuit, quando dixit Thomæ: Infer digitum Ioā.20.g. tuum in locum clauorum: & mitte manum tuam in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Dominus virtutum dicitur, ſicut Paulus ait: Quis nos ſeparabit à charitate Roma.8.g Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an perſecutio: & reliqua. Item: Tollite portas principes veſtras, Vox angelorum, qui cum Chriſto ad infernum deſcenderūt: ad ſubiectos diaboli dicunt. Oſtendunt ſe principem illorū ligatum ducere. Tollite portas: quia fractæ ſunt portæ, id eſt, poteſtas illorum tunc abſtracta eſt. Et eleuamini portæ æternales. Et tūc eleuatæ ſunt æternales, id eſt, animæ ſanctorum de inferno. Aeternales dicuntur: quia ſemper ſine fine apud deum regnaturi ſunt. Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ. Pro domino virtutū: in Hebræo legitur, dominus ſabaoth: quod in alio loco Septuaginta interpretes, omnipotentem tranſtulerunt. Merito virtutum dominus, qui pro nobis homo factus eſt: morti traditus, infernalibus eſt tenebris addictus: quod clementer ſuſcepit, patienter tolerauit, fortiter vicit, mirabiliter cōſummauit. Qui cum virtute propria calcans inferos: cum triumpho rediens ad ſuperos: cum gloria

aſcendit

A ascendit ad cœlos: sedet nunc ad dexteram dei patris omnipotentis, interpellans nostris iugiter pro delictis. Amen.

a ¶ Psalmus Dauid.) Vigesimus quartus psalmus mediatoris nostri missam ad patrem continet vocem: interdum habet ecclesiæ supplicantis clamorem.

Psalmus XXIIII.

b AD te domine leuaui animam meam.) Hic vox ecclesiæ intelligitur ad Christum. Leuaui dicit, id est, eleuaui: quia pri⁹ in valle lachrymarum, vel in imo iacebat ecclesia, antequam Christus veniret in mundum. In quid eleuauit? Hoc est, in spe, fide, & charitate, per sanctificationem: quia triticum si in imo iaceat, computrescit: si sursum eleuatur, custoditur. Sic & anima si in peccatorũ putredine, hoc est, si in imo iaceat, computrescit & perit. Nam si sursum eleuatur in his supradictis, spe, fide, & charitate, custoditur à deo. Vel ad te domine le

B uaui animam meam, per crucem.

c ¶ Deus meus in te confido.) Ecclesiæ confessio est. In te confido: non in me, sed in te.

d ¶ Non erubescã.) Quia in homine non confido: de quibus dic-

Hier.17.a tum est: Maledictus homo qui

Psal.33.b. spem suam ponit in homine. Et: Benedictus vir q confidit in domino. Non sit dilatio resurrectionis, quæ opprobrium generet inter credentes. e ¶ Neq; irrideant me inimici mei.) Qui me irriserant prius cùm dicerẽ:

Matt.26.f Possum destruere templum: & hoc in triduo reædificare. Neque irrideant me inimici mei: id est, illi qui in homine tantummodo confidunt, quia posteaquam ille defectus fuerit, inimici ipsorum irrident ei: & inimici ecclesiæ, sunt dæmones, hæretici, vitia & peccata. f ¶ Etenim vniuersi qui te expectant.) Qui te sustinent. g ¶ Non cõfundentur.) Neque hìc, neque in futuro: apostoli, vel hi qui crediturí sunt per verbum eorum in te. h ¶ Confundantur iniqua agentes superuacuè.) Propheta non optando, sed prophetando

C dicit: Confundantur in die iudicij, illi qui vsque in finem in malitia ipsorum perseuerant: illi qui super perpetratum in

Mat.27.g me scelus illud addiderunt, vt sigillis tumulum communirent. Vsque huc dominus de passione sua: hinc vox succedit ecclesiæ: quæ post resurrectionem dominicam se supplicat edoceri. i ¶ Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.) Illas per quas venitur in regnum tuum. Vel vias tuas: hoc est, mandata tua: notas fac, hoc est, demõstra mihi. Semitas tuas edoce me. Semita minor est quàm

Matt.7.b. via: per semitam intelligitur arta & angusta via, quę ducit ad vitam. k ¶ Dirige me in veritate tua.) Vox ecclesiæ. Dirige me, quia ego tortuosus sum. In veritate tua: hoc est, in Christo tuo: edoce me, vt nihil peruersè agam. l ¶ Quia tu es deus salutaris meus.) Tua enim resurrectione, meum salutare mihi collatum est. m ¶ Et te sustinui tota die.) Hoc est, toto tempore. Videbant me pro te sustinere per omne vitæ huius tempus. Audieram enim per voces prophetarum te venturum esse in mundum. Sustinui autem per lumen fidei, donec me vocares. n ¶ Reminiscere miserationum tuarum domine &c.) In quib⁹ vt nos redimeres, homo factus es. Vel populus Christianus loquitur: vt rectos eos fa

Psal.118.u ciat de sua miseratione: vt illud: misericordiæ tuæ multæ

Ibidem.g. sunt domine. Et: Misericordiæ tuæ à seculo sunt, Et: misericordias tuas ab initio seculi promisisti nobis. o ¶ Delicta

a Psalmus Dauid XXIIII.

b AD te domine leuaui animã meã:
c deus meus in te confido non eru-
d bescam. Neque irrideant me ini-
e mici mei: etenim vniuersi qui sustinent
f te, non cõfundentur. Confundãtur iniqua
g agentes: superuacuè. Vias tuas do-
h mine demõstra mihi, & semitas tuas edo-
i ce me. Dirige me in veritate tua, & doce
k me: quia tu es deus saluator meus: & te su-
l stinui totã die. Reminiscere miseratio-
m nũm tuarum domine: & misericordiarũ
n tuarum quæ à seculo sunt. Delictã iuuẽ-
o tutis meæ: & ignorantias meas ne memi-
p neris. Secundum misericordiam tuã me-
q mento mei tu: propter bonitatem tuam
r domine. Dulcis & rectus dominus: pro-
s pter hoc legem dabit delinquentibus in
t via. Diriget mansuetos in iudicio: doce-
u bit mites vias suas. Vniuersæ viæ domi-
y ni misericordia & veritas: requirentibus
z testamentũ eius, & testimõnia eius. Pro-
a pter nomen tuum dñe propiciaberis pec-
b cato meo: multum est enim. Quis est ho-
c mõ qui timet dominum: legem statuit ei
d in via quam elegit. Animã eius in bonis
e demorabitur: & semen eius hæreditabit
f terram. Firmamentũ est dominus timen-
g tibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur

iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris domine.) D Illa quæ in adolescentia gessi, priusquã de domo patris iniqui procederem. Aut delicta iuuentutis, ante baptismum: & ignorantiæ meæ, hoc est, post baptismum. p ¶ Secundum magnam misericordiam tuam memor esto mei de⁹.) Id est, non secundum merita, sed secundum tuam misericordiam. Immẽsa est enim misericordia tua: qui vocas ea quæ non sunt tanquam quæ sunt. q ¶ Propter Rom.4.c bonitatem tuam domine.) Qua prouocas peccatores ad pœnitentiam. r ¶ Dulcis, & rectus dominus.) Dulcis, quia est panis vitæ. Dulcis, quia promittit prę-mia futura. Rectus, quia reddit vnicuique secundum opera sua. s ¶ Propter hoc legem dabit delinquentibus in via.) Legem charitatis: per quam dimittẽtes offensas, reconciliamur deo. Delinquentibus in via, peccatoribus in ista vita. t ¶ Diriget mites in iudicio.) Mites & humiles corde diriget in iudicio: hoc est, discre E tionem facit hìc in præsenti inter corpus & animam: vt se inuicem corrigant in vijs mandatorum dei. Vel illud quod superi⁹ scriptum est: Peccata adolescentiæ meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris. Istum & ætas excusat, & ignorantia. Vnde intelligimus eum qui peccat in adolescentia, & non ignorat, veniam non habere. Seruus quippe qui Lucæ.12.f nouit voluntatem domini sui, & non facit: vapulabit multum. Omnes viæ domini, misericordia & veritas: quia & ipsa misericordia, æquis est librata ponderibus. u ¶ Docebit mansuetos vias suas.) Misericordiam & veritatem: & vt se ex toto corde diligant, quæ est vera via. Sic enim sequitur: x ¶ Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.) Misericordia, quia nos redemit: & veritas, quia impios iudicabit. Dulcis & rectus dominus: Quia qui se miserum confitetur, miseretur illi deus. y ¶ Requirentibus testamentum eius.) Illis facit misericordiam, qui requirunt nouum testamentum: quo nos sanguine suo re- F conciliauit deo patri. z ¶ Et testimonia eius.) Prophetas & apostolos: quorum testimonijs est ecclesia congregata. a ¶ Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo.) Non propter mea merita, sed propter tuam misericordiam. b ¶ Multum est enim.) Grande est peccatum meum. Grande est, inquit, generale peccatum: quod nisi deus per baptismum delere dignetur, aliter non abluetur. c ¶ Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.) Vt ad ea quæ elegit, deflectatur. Simile huic per Moysen ad populum dominus protestatur, dicens: Ecce hodie statui ante oculos tuos Deut.30.c ignem & aquam, bonum & malum, vitam & mortem: elige vitam, & viues. d ¶ Anima eius in bonis demorabitur.) Si elegerit vitã. e ¶ Et semen eius hæreditabit terram.) Per opera iustitiæ, hæreditatem capiet in regione viuorum. Vel anima eius in bonis demorabitur: id est, sperabit in præmijs futuris: & semen eius hæreditate possidebit terram. Semen eius, opera eius: possidebunt terram, id est vitam perpetuam. f ¶ Firmamentum est dominus timentibus eum.) Nos infirmi, & imbecilles sumus: sed ab illo hortamur ne ab huius seculi fluctibus quatiamur. g ¶ Et testamentum ipsius vt manifestetur illis.) Hoc est nouum testamentum. Lex quæ eum annun-

G eum annunciauit per literam velata, in Christo manifestatur. a ¶ Oculi mei semper ad dominum.) Oculi cordis
Eccli.2.b. intenta mente ad deum: de quibus dicitur: Oculi sapientis in capite eius. b ¶ Quia ipse euellet de laqueo pedes meos.) Hoc est, de laqueo diaboli sensus meos, à quo prius per voluptates seculi capiebar.

c ¶ Respice in me, & miserere mei.) Respice, in adiutorium: & miserere, quia miser sum.
d ¶ Quia vnicus & pauper sum ego.) Ad Christum pertinet: qa Christus vnicus sine peccato: vt
Esaię.53.c ait propheta: Qui peccatum non fecit. Pauper pro nobis, vt Paulus
2.Cor.8.b dicit: Qui cū diues esset, pauper factus est: vt illius inopia, nos diuites essemus. Vel vnicus, populꝰ Christianus. Sed bene se vnicum dicit, quia vnigenitus est patris. Qui pauper natus in carne, factꝰ est vnicum precium mūdi. Quia vnicus & pauper sum ego. Sic &
3.Re.18.d Elias solus remansit: & Hieremias solus sedit & fleuit, à malis
Hier.15.d H omnibꝰ separatꝰ. Vnde & Dauid
Psal.67.a alibi dicit: Habitare facit vnius moris in domo. e ¶ Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.) Per passionem. f ¶ De necessitatibꝰ meis erue me.) Necessitates meæ sunt, vt homo pro hominibꝰ moriar: & ideo à te eripiar, vt resurgā. g ¶ Vide humilitatem meam.) Per quam carnem suscepi. h ¶ Et laborem meum.) Quo morti subdor. Vel aliter: Vide humilitatem meam, & laborē meum. Ecclesia loquitur ad Christum. Humilitatem, quia humiliant eam peccatores. Laborem, in tribulatione.

a nifestetur illis. Oculi mei semper ad do-
b minum: quoniā ipse euellet de laqueo pe-
c des meos. Respicē in me, & miserere mei:
d quia vnicus & pauper sum ego. Tribula-
e tiones cordis mei multiplicatæ sunt: de
f necessitatibus meis erue me. Vide humi-
g litatem meam & laborem meū: & dimit-
i tē vniuersa delicta mea. Respice inimi-
k cos meos, quoniam multiplicati sunt: &
l m odio iniquo oderunt me. Custodi animā
o meam, & erue me: non erubescam, quoni-
p am speraui in te. Innocentes & recti ad-
q hæserunt mihi: quia sustinui te domine.
r Liberā deus Israël, ex omnibus tribulationibus suis.

f Psalmus Dauid XXV.

t IVdicā me domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in dominō sperans non infirmabor. Proba
u x y mē domine, & tenta me: vre renes meos
z & cor meū. Quoniam misericordia tua
a ante oculos meos est: & complacui in ve-
b ritate tua. Non sedi cum concilio vanita-
c tis: & cum iniquā gerentibus non introi-
d bo. Odiui ecclesiam malignātium: & cum
f impijs non sedebo. Lauabo inter innocē
g tes manus meas: & circundabo altare tuū
h domine. Vt audiam vocem laudis tuæ: &
i enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuæ: & locū habitationis

i ¶ Et dimitte omnia peccata mea.) Populi delicta, quæ in me suscepi. k ¶ Respice inimicos meos.) Iudæos vtiq; vt confundantur. l ¶ Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt.) Vox ecclesiæ de persecutoribus. m ¶ Odio iniquo oderunt me.) Iniquum odium, ad distinctionem iusti dicitur. Si enim non odissent me, nō vtiq; condēnassent mor
I te. n ¶ Custodi animam meam, & eripe me.) Ecclesia supplicat vt custodiatur, & eripiatur ab omni malo. o ¶ Non
Psal.30.b. confundar, quia inuocaui te.) In manus tuas commendo spiritum meum. Non confundar, neq; hic, neq; in futuro, qa inuocaui te. p ¶ Innocentes & recti adhæserunt mihi.) Innocentes, qui puritatē vitæ ab exordio natiuitatis custodierunt. Sicut collo adheret caput, & membra in eodem corpore continentur: sic & ecclesia per iustitiam adhæsit Christo: & membra eius in eodem corpore continentur. Innocentes, id est, successores apostolorū, vel cæteri sancti & recti: quorum cor non fuit peruersum post deos alienos. Adhæserunt mihi, reuertenti ex inferis. q ¶ Quoniam sustinui te domine.) Impleui pater voluntatem tuā. r ¶ Libera me deꝰ Israël, ex omnibus tribulationibus meis.) Vt mihi mors vltrà
Rom.6.d. non dominetur: sicut Apostolus ait: Scitote quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Sciendum tamen quòd humilitas orationis non ad diuinitatem, sed ad humilitatem assumptæ carnis est referenda. Nos verò deprecemur dominum, vt viuentes immaculati, ab infernalibꝰ angustijs liberari mereamur. Quia sustinui te domine. Libera me deꝰ Israël. Israël, id est, animarum videntium deum. Ex omnibus angustijs, ex omnibus tribulationibus meis.

s ¶ In finē psalmus Dauid.) Psalmꝰ iste de homine & Christo testatꝰ: & omnis ecclesię in Christo perfectę cōtinet vocē.

Psalmus XXV. K

t IVdica me domine, quoniam ego in innocētia mea ingressus sum.) Vt sit mihi per iudicium tuum misericordia: quoniam per innocentiæ gradior viam. Superius dictum est: Iudica me domine. Vox ecclesiæ ad Christū. Iudicá me, non quòd iudicium futurum roget à deo, sed discretionem: de
qua in alio psalmo legimus: Iu- Psal.42.
dica me deus, & discerne causam meam: hoc est, vt non me iudices in futuro, sicut cæteri peccatores iudicandi sunt. Quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Pro parte sua dicit ecclesia. Ac si dicat: Parata sum innocenter viuere: quia nulli nocuit, nec nocere desiderat ecclesia. Ingressus sum, id est, inter peccatores: vbi vsque in finem habitat. u ¶ Et in domino sperās nō infirmor.) Sed firmor in fide. Nō infirmor, id est, inter hos peccatores: propterea quia in te spero, nō in me.
x ¶ Proba me domine, & tenta L
me.) Probari se rogat ecclesia: vt se noscat, & ab alijs cognoscatur probata. Sicut Iob probatus est: vt se cognosceret, & alij eum cognoscerent: sicut illi reges fecerunt qui eum visitauerunt. Proba me domine, in tentationibus: & tenta me, ne aliquid in me delicti remaneat. y ¶ Vre renes meos, & cor meum.) Quid renes sonent, in corde significat: quia misericordia tua in conspectu oculorum meorū est. Sic petit iudicium, vt misericordiæ recordet. Vre renes meos, & cor meū. Spiritum sanctum adhibe delectationibꝰ, & cogitationibꝰ meis:
qui vtraque exurens, me dignum efficiat. Vre, hoc est, igne spiritus sancti: de quo igne dicit: Ignem veni mittere in ter- Luc.12.f.
ram. z ¶ Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.) Vt ab hoc igne arguar, & non exurar. a ¶ Et cōplacui in veritate tua.) In Christo tuo: vt nō in meo mendacio, sed in tua veritate placerem. b ¶ Non sedi in concilio vanitatis.) Non sum coniunctus his qui contra te Christum meum vanum agebant concilium. Non sedi in concilio vani- M
tatis: id est, qui de terrenis cogitant semper, non sedit ecclesia in eorum concilio. c ¶ Et cum iniqua gerentibus non introibo.) Non posui cum his absconditam conscientiam meam. d ¶ Odiui ecclesiam malignantium.) Iudęorum, siue hæreticorum. e ¶ Et cum impijs non sedebo.) Pactum cum his non inibo. Et cum impijs non sedebo: id est non solum cogitauerunt in verbo, sed perfecerunt in opere.
f ¶ Lauabo inter innocentes manus meas.) In bonis operibus lauabo manus meas, quæ peccatis antè sordebant. Manus lauabo, id est opera. Lauat per lachrymas, per baptismum, & pœnitentiā. g ¶ Et circūdabo altare tuum domine.) Amplectar sublimia tua, vt discam laudare te. Altare, id est, fides. Circundabo, id est, operibus bonis. Vnusquisque sanctus altare domini in se habet: quod est fides.
h ¶ Vt audiam vocem laudis tuæ: & enarrem vniuersa mirabilia tua.) Vt cùm didicero, exponam cæteris miraculum illud: qualiter pro nobis vel passus es, vel resurrexisti. Et enarrem vniuersa mirabilia tua, laudis tuæ: id est, quicquid boni agimus, à deo reputatur esse: & quicquid mali facimus, à nobis est. Laus dei perfecta est: & laus hominum imperfecta. i ¶ Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.) Pulchram effeci mentē meā, vt esset tibi commoratio digna: in qua habitās glorifices me
gloria tua.

A gloria tua. Domus domini, est ecclesia. Sacerdotes & habitatio gloriæ tuæ, ipsi sunt in quibus habitat deus. a ¶ Ne perdas cum impijs animam meã.) Cum his qui per impietatem, mitem tradiderunt. b ¶ Et cum viris sanguinum vitam meam.) Qui dolosè insidiantes, effuderunt sanguinẽ tuum. c ¶ In quorum manib⁹ iniquitates sunt.) Hoc est, i operibus eorum. d ¶ Dextera eorum repleta est muneribus.) Abstinendũ à muneribus docet: culpans eos qui accipiunt munera: q iniquitatem agentes, quæstũ huius impietatis lucrũ aliquod arbitrati sũt: sicut ipse proditor Iudas fecit. Dextera eorum repleta est munerib⁹. De sinistra fecerũt sibi dexteram: quia vita futura, dextera dicitur: & sinistra, vita præsens. Illi pro dextera, habuerunt sinistrã: vt est illud: Est munus à lingua, & est munus à manu, & est munus ab obsequio. A lingua, laus: hoc est, fauor humanus. A manu, à rebus terrenis. Ab

B obsequio, seruitium indebitè impensum. Sed melius est, quod ait

Esa.33.e. propheta: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitat. e ¶ Ego autem in innocẽtia mea ingressus sum.) Ecclesia loquitur pro parte bonorum: Per studium sanctæ vitæ à priorib⁹ delictis. Ingressus, inter peccatores. f ¶ Libera me.) De tribulatione. g ¶ Et miserere mei.) Quia miser sum. h ¶ Pes enim meus stetit in via recta.) Sensus meus in Christo: quia ipse est via. Pes enim meus, ne mihi præualeant, stetit in via recta: ille scilicet, in quo ad te accedere cœpi per iustitię viam. i ¶ In ecclesijs benedicam dominum.) De vnitate congregationis dicit. In ecclesia, non in latebris, sed in conuenticulis populorum te benedicẽs. Prędicabo dilectionẽ illã, qua tuo me sanguine redemisti: baptismo abluisti: ac pane cœlesti, & sacris dapibus adimpletũ, innocentiæ me melioris vitæ restituisti.

k ¶ In finem psalmus Dauid anteq̃ vngeret̃.) Ter vnctus est

1.Re.16.c. Dauid: Semel sub patre suo Isse in Bethlehẽ: secũdò, in He-

2.Re.2.a. bron: tertiò, quando regnauit super omnẽ Israël in Hierusa-

Ibidẽ.5.a. lem. Quære ergo cui potissimũ hic Psalmus conueniat vn-

C ctioni. Sciendum autem quòd anteq̃ vngeretur, in Hæbreis voluminibus nõ habetur. Sed de istis trib⁹ vnctionibus, media ad istum pertinet psalmum. Dauid figuram Christi tenet: quia & ipse vnctus est in baptismo, quando in specie co-

Matt.3.d. lumbæ spiritus sanctus super eum venit. Dauid à prima vnctione non accepit regnum: sic nec Christus secundum carnẽ tempore passionis accepit regnum, nisi posteaquam ascẽdit.

Psalmus XXVI.

1 DOminus illuminatio mea: & salus mea quem timebo.) Nullis tenebris obtegi formidat, quem dominus illuminat semper & saluat. Domin⁹ illũminatio mea: & salus mea quem timebo. Vox ecclesię ad Christũ. In omnibus psalmis verba spiritus sancti sunt. Sicut oculi corporis illuminantur ab alia luce: sic & oculi cordis nostri à virtute fidei, hoc est, à Christo illuminantur. Vnde dictum

Ioan.1. est: Qui illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum. m ¶ Dominus defensor vitæ meæ à quo trepidabo.) Ipse est enim fidelis animæ protectio: idcirco non metuit inimicum. Defensor est ipse qui & salus: sed tamen defensor, adiutor dicitur: A quo trepidabo? Dicit ecclesia: A nullo, nec à diabolo, neque ab hæretico, neque à persecutore, dum ipsum habeo defensorem. n ¶ Dum appropinquant super me nocentes: vt edant carnes meas.) Accedũt: vt excitatis in me prioribus delictis, corpus meum rabido

a bitationis gloriæ tuæ. Ne pẽrdas cum im
b pijs animam meam: & cum viris sãgui-
c num vitam meam. In quorũm manibus
d iniquitates sunt: dextera eorũm repleta
e est muneribus. Egõ autem in innocentia
f mea ingressus sum: redimẽ me, & misere-
g rẽ mei. Pes ẽnim me⁹ stetit in directo: &
h in ecclesijs benedicam te domine.
i In finẽ psalmus Dauid antequam vn-
k geretur. XXVI.
l DOminus illuminatio mea: & salus
m mea quem timebo. Dõmin⁹ protector vitæ meę: à quo trepidabo.
n Dũm appropiant super me nocentes: vt
o edant carnes meas. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderũt.
p Si consistant aduersum me castra: non ti-
q mebit cor meũ. Si exurgat aduersum me
r prælijũ: in hoc ego sperabo. Vnam petij à
s domino, hanc requiram: vt inhabitẽ min
domo domini omnibus diebus vitę meę.
t Vt videam voluntatem domini: & visi-
u tem tẽplum eius. Quõniam absconditme ī tabernaculo suo, in die malorũ: prõ-
x y z texit

dente dilacerent. Vel dum appropinquant super me nocentes, vt edant carnes meas: id est, dæmones vel persecutores. Carnes verò, id est, affectus carnis: quia hoc est cibus ipsorum. Et tamen dantur illis carnes edere, id est, corpora sanctorum ad persequendum. Sed habent sancti consolationem à domino: vt ait in euangelio: Nolite timere eos qui occidunt Mat.10.c. corpus: animam autem non possunt occidere. o ¶ Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.) Quia dominus illuminatio mea est: q tribulant me inimici mei, dęmones, vel persecutores: ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Tunc infirmati sunt, quando Christus nostram suscepit humanitatem. p ¶ Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.) Dominus enim bellator fortis, ipse pugnabit pro me. Si consistant aduersum me castra: id est, fortitudo dęmoniorum, vel persecutorum. Castra dicit, secundum illud: Castramentati sunt. Num.33. Non timebit cor meum. Eccle- E sia dicit, propter illud quod dominus dixit: Ecce ego vobiscum Matt.vlti. sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

q ¶ Si exurgat in me prælium, in hoc ego sperabo.) Et si moueantur aduersus me pugnæ, cõfidens sum in his: eo quod possit deus, qui est spes mea, iniqua tela in inimicorum ora detorquere. Si insurgat in me prælium. Ista supradicta prælia, pugna dæmoniorum. Ego, dicit ecclesia, in auxilium tuum, & defensionem tuam sperabo. r ¶ Vnam petij à domino: hanc requiram.) Quidam putant vnam charitatem siue gratiã, aut certè vnam petitionem dici: cum אחת, achat verbum Hebræum, absolutè vnum neutrali genere sonet: & legatur: Vnum petij à domino, id est, ipsum dominum. Hunc requiram, id est, ipsum dominum. s ¶ Vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.) In domo domini, in vita perpetua: quia quanuis ecclesia hic dicatur domus: tamen non propriè, sed nuncupatiuè. Vnde dicit: Beati qui habitant in domo tua domine. Psal.83.a.

t ¶ Vt videam voluntatem domini.) Id est, dilectionem F dei: vt illud: Videbimus eum sicuti est: sed hic per specu- 1.Ioan.3.a lum. Vnam petij à domino, hanc requiram. Videamus quæ est vna petitio: Vt inhabitem, inquit, in domo domini omnibus diebus vitæ meæ: vt in hac vita mortali, templum sanctum efficiar: in quo deus inhabitare dignetur.

u ¶ Et visitem templum eius.) Eis qui in terris positi, cœlestem vitam agunt, particeps fiam. Et protegar in templo sancto eius: id est protectionem ab ipso suprà dicto habeam. x ¶ Quoniam absconditme in tabernaculo suo.) In quo per fidem inhabitet mecum: ne mihi tentationum obuiarent procellæ. Tabernaculum diuinitatis, humanitas Christi est. Absconditecclesiam in tabernaculo suo: quia caput nostrum Christus est: & nos membra illius. Absconditergo ecclesiam apud se, vt dictum est: Mor- Colos.3.a. tui enim estis: & vita vestra absconditaest cum Christo in deo. y ¶ In die malorum.) Nunquid dies mali sunt? Non, sed in nostris operibus mali dicuntur, vt Paulus dicit: Quoniam dies mali sunt. De istis præsentibus diebus Ephe.5.d. dicit. Quia quanuis caput sursum sit, membra tamen adhuc deorsum sunt vsque in finem. Quia & hoc puto significari, quando ipse solus in monte: nauicula in mari iacta- Matt.8.c. batur fluctibus: & ideo ab ipso protectione indigent. In die malorum: in insidiantium felicitate. z ¶ Protexit me in absconditotabernaculi sui.) In corde credenti ad iusti-

texit me in abscondito tabernaculi sui.
a In pẽtra exaltauit me: & nunc exaltauit
b caput meum super inimicos meos. Circũ
c cuiui & immolaui in tabernaculo ei⁹ ho-
d stiam vociferationis: cantãbo & psalmũ
e dicam domino. Exaudi domine vocem
meam qua clamaui ad te: miserere mei, &
f exaudi me. Tibi dixit cor meum, exqui-
siuit te facies mea: faciem tuam domine
g requiram. Ne auertas faciem tuam à me:
h ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor
i meus esto ne derelinquas me: neq; despi-
k cias me deus salutaris meus. Quoniam
pater meus, & mater mea dereliquerunt
l me: dominus autem assumpsit me. Le-
m gem pone mihi domine in via tua, & di-
n o rige me in semita recta propter inimicos
p meos. Ne tradideris me in animas tribu-
q lantium me: quoniam insurrexerunt in
me testes iniqui: & mentita est iniquitas
r sibi. Credo videre bona domini: in terra
s viuentium, expecta dominum. Viriliter
t u age, & confortetur cor tuum, & expecta
x dominum.
y Psalmus ipsi Dauid. XXVII.

G tiam. a ¶In pẽtra exaltauit me.) In Christo exaltauit per
1.Cor.10.a fidem. Petra, Christus: vt Paulus ait: Petra autem erat Chri
stus. In petra exaltauit me: In se qui est stabilis petra, ac ve-
rissimum fundamentum. b ¶Et nunc exaltauit caput
meum super inimicos meos.) Nunc, in præsenti: super ini-
micos, id est super istos suprà di
ctos, exaltatum est caput nostrũ,
quod est Christus: super omnes
inimicos ecclesiæ. Et nunc exal-
tauit caput meum, super inimi-
cos meos, super motus carnales,
qui me sæpe humiliabant, ne cœ
lestia contemplarer. c ¶Circu-
ibo & immolabo in taberna-
culo eius hostiam tribulationis.)
Circuibo, id est, exercitabor in
creaturis dei: considerans orbem
in Christo credentem. Quia con
siderat creaturas dei: cùm ali-
quis cœlum & terram, vel mare
H cum suis ornamentis conspexe-
rit: inuenit quid immolet deo,
hoc est, laudẽ. Circuibo, hoc est,
per quatuor partes mundi exem
pla sanctorum inquiro: & ibi in-
uenitur laus dei. Et immolabo in
tabernaculo eius hostiam vocife
rationis. Quod pro nobis ad tẽ-
pus humilitatem sustinuit, gau-
dens prædicabo: quia talibus ho-
stijs delectatur. Hostiam iubila-
tionis, hoc est, prædicationis.
Iubilus. Iubilus dicitur, qui nec per lite-
ras, nec per syllabas, nec verbis
potest comprehendere magnitu
dinem laudationis dei. Hostia dicitur, quæ per partes diui-
Hostia. ditur: & sanguis circa altare effunditur: & ipsa hostia foris
Sacrificiũ. comburitur. Sacrificium dicitur vinum & oleum, & mediũ
Holocau- animal. Et holocaustum, totum combustum: & victima, ante-
stum. quam occidatur. Vnde Paulus: Hostiam viuam. d ¶Can
Victima. tabo & psalmum dicam domino.) Cantabo, prædicabo: psal-
Rom.12.a mum dicam, opere compleam: vel laudes spirituales mente
concinam dilatata. e ¶Exaudi domine vocem meam qua
clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.) Per interioris e-
nim hominis clamorem deprecor vt exaudias me. f ¶Ti
bi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam do-
mine requiram.) Meritò cor iusti, vultum viuentis dei re-
Matt.5.a. quirit: quia eum videre posse confidit. Beati enim mundo
I corde: quoniam ipsi deum videbunt. Quæsiuit facies mea
faciem tuam, hoc est, ecclesia mea faciem tuam requisiuit:
hoc est: præsentiam tuam. g ¶Ne auertas faciem tuam à
Psal.50.b. me.) Alibi dicit: Auerte faciem tuam à peccatis meis. Et hoc
orandum est. Sed hic dicit: Ne auertas faciem tuam, id est ne
Rom.1.d. dimittas me in propria voluntate: sicut dictum est: Tradi-
dit illos deus in reprobum sensum: hoc est, permisit.
h ¶Ne declines in ira à seruo tuo.) Seruus si dominum ter-
renum offendit, cum pauore & metu est: quanto magis ho-
mo, si deum cœlestem offendat? Ergo hoc rogat ecclesia, vt
illam hic corripiat: & illam videat. Vt non ab illa cum ira
discedat, sed vt illa gerat ea à quibus non declinet: sed facie
propiciata respiciat. i ¶Adiutor meus esto domine, ne
derelinquas me, neque despicias me deus salutaris meus.)
Adiutor in præsenti. Esto tam de præsenti, quàm de futu-
ro pertinet. Ne derelinquas me: neque hic, neque in futuro.
Neque despicias me deus salutaris meus. Salutaris noster
Christus est: & hoc rogat ecclesia, vt non despiciatur ab illo:
id est, non committat illud peccatum per quod à deo despi-
ciatur. Ne derelinquas me: cùm crucifigo carnes meas cum
vitijs & concupiscentijs. Neque despicias me deus salutaris
meus: quia & si mortalis sum, tamen cœlestia quæro.
k ¶Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerũt me.)
Pater diabolus: mater, Babylonia vel gentilitas: antequam
Christus veniret in mundum, parentes nobis fuerunt. Modo K
pater noster, deus est: & mater nostra, Hierusalem cœlestis:
vt ait Paulus: Hierusalem quæ est mater nostra. Quoniam Gal.4.d.
pater meus, & mater mea dereliquerunt me: dominus autẽ
assumpsit me. Regnum mundi, & ciuitates huius seculi quę
me genuerunt, & caduca promit
tebant, reliqui, & à te assumptus,
ab his sum derelictus. Quia pa-
ter me⁹, & mater mea dereliquerunt me. Potest & de Dauid sim
pliciter accipi, quòd minimus inter fratres, à parentibus con-
temptus: à deo electus est per Samuelem. In commune verò, pa-
rentum in filijs amor morte finitur: dei amor crescit in tempore.
l ¶Legẽ mihi constitue domine.) Legem, temetipsum, quia ipse est lex. m ¶In via tua.) Id
est, mandatis tuis. Quæ sunt illa mandata? Vt non declines ad
dexteram, neque ad sinistram, & non respicias retrò, vt illud: Ne- Luc.9.g.
mo ponens manum suam in aratro, & aspiciens retrò, aptus est L
regno cœlorum. Et item: Memo Luc.17.g.
res estote vxoris Lot. Et ea quæ
sursum sunt quærite, non quæ su
per terram. Legẽ pone mihi do-
mine in via tua. n ¶Et dirige
me in semita recta.) Vt non de-
clinem à dextris & sinistris, sed
tua sequens mãdata, viamque re-
giam gradiens, terrã repromis-
sionis ingrediar. o ¶Propter
inimicos meos.) Carnales motus, dæmones, hæreticos per-
secutores. p ¶Ne tradideris me in animas persequentiũ
me.) Vt non satietur anima eorum de aduersitatib⁹ quæ ac-
cidunt mihi. q ¶Quoniã insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.) Insurrexerunt in me, dicẽ-
tes mendacium: sed cùm in te confiderem, destructi sunt in
mendacio suo. Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui.
Contra Christum testes iniqui surrexerunt, quando dixe-
runt Iudæi: Hic dixit: destruite templum hoc, & in triduo Matt.26.f
reædificabo illud. Vel contra ecclesiam dicunt aduersarij.
Mentita est iniquitas sibi: id est, sibimetipsis mentiti sunt, &
non mihi: quia vniuscuiusque vitium in suum recurrit au- M
thorem. Et mentita est iniquitas sibi. Testes flagitiosi, in eo
quòd contra alios mentiuntur: sibi mentiũtur, dum in se sup
plicia præparant: putantes deum non vindicare mendacia.
r ¶Credo videre bona domini, in terra viuentiũ.) Vox ec-
clesiæ. In terra viuentium, quia pignus nostrum illuc sursum
habem⁹, quod est Christus. Ille accepit de nostra terra mor
tale corpus, & nos ab ipso accepimus spem & fidem, & per
spem & fidem credentes, peruenimus in terram viuẽtium:
in qua sancti capiẽt hæreditatem regni cœlorum. s ¶Ex-
pecta dominum.) Id est vsque in finem seculi quicquid tibi
acceserit, pro Christo patienter sustine. t ¶Viriliter
age.) Id est fortiter age: vt dixit angelus ad Iesum: Con- Iosuæ.1.b.
fortare, & esto robustus. u ¶Et confortetur cor tuum.)
Hoc est, anima tua. x ¶Et expecta dominum.) Hoc
est, sustine dominum. Propheta hic hortatur fidelem illum,
qui vsque nunc locutus est, dicens: Expecta primùm, vt con
tra certamina mundi à deo conforteris. Expecta deinceps,
vt victor ab eodem domino coroneris: quia non coronabi-
tur, nisi qui legitimè certauerit. Nos verò deprecemur do-
minum: vt ipso confortante, sustinendo viriliter mundialiũ
fluctuum procellas, expectemus per fidem: quoadusque ve-
niat reddere, quæ dignatus est polliceri.
y ¶Psalmus ipsi Dauid.) Psalmus vocẽ habet ipsius media-
toris, passionis in conflictu loquentis ad patrem. Quæ autẽ
inimicis optantur: non malitiæ est, sed ratio prophetię præ-
dicentis:

dicentis,quæ eis pro malis suis immineant. Vel vox hominis
A Marc.15.c assumpti in diuinitate:Clamauit Iesus in cruce,& dixit: Eli, Eli.

Psalmus XXVII.

a Ad te domine clamaui deus meus.) Vt me clarifices
Ioan.12.c. illa claritate quã habui apud te priusq̃ mũdus fieret:quia nũc hominem assumpsi. b ¶Ne sileas à me.) Sed loquaris:quia æqualẽ tecum habeo æternitatẽ.Ne sileas à me: hoc est, non me derelinquas.
c ¶ Et ero similis descendentib⁹ in lacum.)Id est,in miseriã istius vitę:quia si diuinitas ab eo recessisset,similis nobis in miseria fuisset. Si silueris, ero similis perentib⁹:tamẽ si taceas,nõ cognoscêris. d ¶Exaudi vocẽ deprecationis meę dũ oro ad te.)Orauit Christus in cruce ꝓ toto mũdo,& pro Iudæis,& pro apostolis. e ¶Dũ extollo man⁹ meas ad templum sanctum tuũ.)Extollo manus meas, id est extendi eas in cruce. Ad templũ sanctum:id est ad hoc extendi: vt templũ tibi
B præparare:hoc est,corpus ecclesiæ. Et assimilabor descendentibus in lacũ. Lacus significat infernum:locum videlicet eorum qui sub custodia retinentur. Et alibi
Exod.12.d scribitur:Vsq; ad captiuam quæ erat in lacu. Exaudi vocẽ deprecationis meæ, dum oro ad te, dũ extollo manus meas ad tẽplũ sanctũ tuũ,in cruce scilicet pro credẽtib⁹,q templũ tuũ futuri sunt.
f ¶Ne simul tradas me cũ peccatorib⁹.)Peccatores,latrones iter quos pendebat: vt ait propheta:
Lucę.22.d Et inter iniquos deputatus est.
g ¶ Cum operantibus iniquitatem ne perdas me.) Id est, in die iudicij cũ his latronibus,aut cæteris malis.Tã ad Christũ, q̃ ad ecclesiã pertinet:vt nõ sic peream mortẽ suscipiens, sicut operarij iniquitatis. h ¶Cũ his qui loquuntur pacem cum proximo suo:mala autem &c.) Loquebantur Iudæi pacem
Mat.22.b cum Christo dicentes:Magister,scimus quia verax es,& quia à deo veniſti magister:& viam dei in veritate doces.Mala au
C tem sunt in cordibus eorum,quando interrogabant eum: Li
Marc.12.b cet tributum dari Cæsari,an non? i ¶Da illis secundum opera eorum.)Qui te non intelligunt per beneficia, intelligãt per cruciatus:vt malè agentes,bona tua inuenire nõ possint.Propheta non optando,sed pronunciando,dicit:Ac si diceret:Daturus es illis vindictam in die iudicij. k ¶Et secũdum nequitiam adinuentionum ipsorum &c.) Studia eorum sunt,vt mihi noceant,& laqueos tentationum intẽdant: ideo iustum est,vt in his ipsi deficiant. l ¶ Redde retributionem eorum ipsis.) Ipsi enim reddiderũt mala pro bonis, te non intelligentes. m ¶ Quoniã non intellexerũt opera domini &c.)Machinæ eorum quæ contra ecclesiã meam eriguntur nihil præualeant. n ¶Benedictus domin⁹.) Pater. o ¶Quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.)
Ioan.12.c. Respondens ante passionem:Et clarificaui,& iterum clarificabo. p ¶Dominus adiutor meus.)In passione. q ¶Et protector me⁹.)In morte. r ¶Et in ipso sperauit cor meum.)Humanitas in diuinitate. s ¶Et adiutus sum.)In tribulatione,vt resurgerem. t ¶Et refloruit caro mea.) Caro Christi in resurrectiõe refloruit. Vel refloruit caro mea: refloruerunt apostoli: quia post negationem, ad fidem venerunt. Refloruit caro mea, procedens è tumulo incorrupta. Et refloruit caro mea. Pro carne, Theodotio cor interpretatus est. Aliter:Quippe resurreximus cum Christo. Et

a Ad tẽ domine clamabo de⁹ me⁹,ne
b sileãs à me:ne quãdo taceas à me:
c & assimilabor descendentibus in
d lacũ. Exãudi domine vocẽ oratiõis meæ
e dum oro ad te: dũ extollo man⁹ meas ad
f templum sanctũ tuum. Ne simul trãdas
g me cum peccatoribus:& cum operantib⁹
h iniquitatem ne perdas me. Cum his qui
loquuntur pacem cum proximo suo:mala autem in cordibus eorum. Da illis se
i cundum opera eorum,& secũdum nequi
k tiam adinuentionum ipsorum. Secũdum
l opera manuum eorum tribue illis: redde
m retributionem eorũ ipsis. Quoniam non intellexerunt opera domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos. Benedictus dominus: quo
n o niam exaudiuit vocẽ deprecationis meę.
p q Dominus adiutor meus,& protector me
r s us,& in ipso sperauit cor meum, & adiu
t u tus sum. Et refloruit caro mea, & ex vo
x y luntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebi suæ, & protector saluationũ
z Christi sui est. Saluum fac populum tuũ
a domine,& benedic hæreditati tuæ, & re
b gẽ eos & extolle illos vsq; in æternum.

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. XXVIII.

c d Afferte dño filij dei, afferte domino filios arietũ. Afferte dño gloriam & honorem: afferte dómino gloriam
e f g

de resurrectione dicitur: Ossa vestra vt herba orientur. Esa.66.e.
u ¶Et ex voluntate mea confitebor illi.)Ipsi patri: vt illud: D
Confiteor tibi pater domine cœli & terræ: quia abscondi- Matt.11.d
sti hæc à sapientib⁹,& prudentibus,& reuelasti ea paruulis.
Et ecclesia Christo: vt illud, Prouidentes gregem, non coa- 1.Pet.5.a.
ctè:sed voluntariè: Et item: Vo- Psal.53.b.
luntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo. Et ex voluntate mea cõfitebor ei, non ex necessitate. Confitebor tibi per baptismum. x ¶Dominus fortitudo plebi suæ.)Populo Christiano. y ¶Et protector salutarium Christi sui est.)Quicunque in Christo baptizatus est, & ipse Christus vocatur. Sciendum autem,quòd & iste psalmus, excepta vna litera, in Hebræis voluminibus scriptus sit secundum ordinem literarũ.Protector,hoc est,defensor.Salutarium Christi sui est.Pluraliter dicit:quia omnes virtutes Christi,diuinitas custodit. z ¶Saluum fac populum tuum domine.) Hoc est, po
pulum Christianum. Vel saluam E
fac plebem tuã domine, quã mor te mea redemi. a ¶Et benedic hæreditati tuę.)Quam per corporis & sanguinis mei mysteriũ in ecclesia congregasti.Hæreditas Christi,sua ecclesia:de qua dixit:Dabo tibi gentes in hæredi- Psal.2.b.
tatẽ tuam. b ¶Et rege eos,& extolle illos vsq; in seculũ.) Rege illos, ac si dicat: Tu rege,non diabolus,nec peccatum. Et extolle eos vsque in seculum: hoc est, defende eos vsque in seculum, in vita æterna. Tu domine rege,& eleua nos: quia populus tuus sumus:vt in hac vita quæ tibi sunt placita facientibus,ab hac mortalitate in immortalitatem te commutante extollamur:id est,in cœlestibus eleuemur, regnaturi cum sanctis tuis.
c ¶ In finem psalmus Dauid,in consummatione tabernaculi.)Quando arca de captiuitate Philistinorum reducta est, 1 Reg.4.5
pro qua multa mala habuerunt:dimissa est in Silo,& Dauid & sequen.
ædificauit ei tabernaculum:in quo hortatur populum, vt of F
ferant sacrificia deo. Dauid apertissimè figuram Christi tenet, & arca figuram ecclesiæ.Sicut Dauid reduxit arcam de captiuitate:sic & Christus reduxit arcam,hoc est, sanctã ecclesiam de captiuitate:id est,de potestate diaboli.Psalmus ergo vocem continet prophetæ,loquentis de perfectione ecclesiæ in hoc seculo congregatæ.

Psalmus XXVIII.

d Afferte domino filij dei.) Qui per gratiam in adoptionem filiorum vocati estis. Vox Christi prædicatores admonet: Afferte prædicationem,& exemplum,vel fidem & opera. e ¶Afferte domino filios arietum.)Quos per euangelium duces gregum apostoli genuerunt. Arietes,apostoli dicũtur. Arietes in capite duo cornua habent. Et sancti apostoli duo cornua habuerunt:id est, duo testamenta prædicauerunt. Filij arietum, successores apostolorum sunt: quos genuerunt per verbum prædicationis. Cõ summatio tabernaculi,secundum sensum, perfectio ecclesiæ est: coniuncta de Iudæis, & gentibus hìc in præsenti,
f ¶ Afferte domino gloriam & honorem.) Vt per opera vestra glorificetur æternus deus per verbum & exemplum. Vnde dicit:honorificabant,& glorificabant. Filios generant
vt diximus,per prædicationem, vt Paulus dixit: Per euan- 1 Cor.4.d
geliũ ego vos genui. Hoc est gloria,& honor dei. g ¶Afferte domino gloriam nomini eius.)Glorioſum per vos no-

a gloriam nomini eius: adorate dominū in
b atrio sancto ei⁹. Vox domini super aquas:
c deus maiestatis intonuit, dns super aquas
d multas. Vox domini in virtute, vox do-
e mini in magnificentia. Vox domini cō
f fringentis cedros, & confringet dominus
g cedros Libani. Et comminuet eos tāquā
h vitulum Libani, & dilectus quemadmo-
i dum filius vnicornium. Vox domini in-
k tercidentis flammam ignis: vox domini
l concutientis desertū, & cōmouebit do-
m minus desertū Cades. Vox domini præ-
n parantis ceruos, & reuelabit condensa: &
o in templo eius omnes dicent gloriā. Do-
p minus diluuium inhabitare facit, & sede-
q bit dominus rex in æternum. Dominus
r virtutem populo suo dabit: dominus be-
s nedicet populo suo in pace.

t Psalmus cātici in dedicatiōe do-
u mus Dauid. XXIX.

x Exaltabo te domine quoniam susce-
y pisti me: & non delectasti inimicos
z meos super me. Domine clamauj ad te
a & sanasti me. Domine eduxisti ab in-

G men eius in cunctis innotescat. Nomen patris, filius est: gloria Christi, ecclesia est. a ¶ Adorate dominū in atrio sancto eius.) Dilatate cor vestrum in sanctificatione perfecta in qua deus habitet: id est, in ecclesia, vel in cōscientia: vbi vnusquisq; ipsum adorare debet. b ¶ Vox domini.) Prædicatio domini. c ¶ Super aquas.)

Apo.17.d Super populos. Vt illud: Aquæ multæ, populi multi. Vel vox domini super aquas: id est, i baptismo

Matt.3.d. super Christum: vt dicit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Super aquas: quia populus qui ibidem aderat, vocē audiuit. Vel super aquas, vt apostolis ait: Ite baptizate omnes gētes in nomine patris & filij & spiritussancti. d ¶ Deus maiestatis.) Deus potestatis. e ¶ Intonuit dominus super aquas multas.) De tabernaculo corporis assumpti, terribiliter populis con-

Matt.3.a. uersionē prædicauit, dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Sicut tonitruum à nube procedit, ita &

H Christus intonuit à nube: hoc est, de corpore suo, quādo dixit: Pœnitentiam agite. f ¶ Vox domini in virtute.) In credentibus

Ioan.11.f. potens facta, quādo dixit: Lazare veni foras. Vel in virtute, qua in vnoquoque sancto loquitur. g ¶ Vox domini in magnificentia.) Quando magnificatur per opera sanctorum. Magnificentia, ecclesijs dilatata. h ¶ Vox domini confringentis cedros.) Cedri dicūtur omnes sublimes, & excelsi, vel superbi. Confringet illos, aut per pœnitentiam, aut in die iu-

Lucæ.3.b. dicij in vindicta. Cedros, superbos quosq;. Ecce securis ad radices arborum posita est. Confringētis cedros: humilians superbos. Sciendum quòd Cedrus duas habet intelligētias, sicut & vnicornis: hoc est, si ad bonam partem, iustos: si ad malā, peccatores ac superbos ostendit. i ¶ Et confringet dominus cedros Libani.) Conteret per pœnitentiam elationes

1.Cor.1.d. eius: ac collidet dum ignobilia elegit: vt fortia conterat, & confundat. k ¶ Et comminuet eos vt vitulos Libani.) Ramus earum, & virgulta calcibus verberans. Pro hoc in Hebræo habet, & vitulus Libani. Excisa superbia ac petulantia, adducit eos ad imitationem humanitatis suæ: quia tanquam vitulus immolatus est. Iste vitulus est saginatus qui occisus

I est, hoc est, Christus pro salute mundi. Sicut confringit vitulus de cornibus virgulta tenera: ita Christus confregit iu-

Matt.3.c. dæos. Vnde dixit: Iam securis ad radices arborum posita est. l ¶ Et dilectus quemadmodū filius vnicorniū.) Factꝰ est dilectus filius dei per assumptionē corporis, filius Iudęorum, & contriuit eos qui per superbiam singularem, suā erigere iustitiam conabantur. Christus est filius Iudæorū: quia ex stirpe eorum secundum carnem fuit. Iudæi vnicornes dicuntur, pro vna lege quam habuerunt, per quam in superbiā se extulerunt. m ¶ Vox domini intercidentis flammam ignis.) Pœnitentiam Ioannes in deserto prædicans, omnem gehennæ restinguebat ardorem. Intercidentis, id est, diuidētis persecutorum furentem iracundiam: cùm alij dicerent,

Ioan.7.b. hic est Christus: alij autē dicebant, non: sed seducit turbam. Ille verò præcidens hunc furorem, credentes asciuit charitati suæ: incredulos autem reliquit. Post flammam sonus venit: ita & post prædicationem persecutio. Vox domini intercidentis, id est, auxilium illius inter persecutores: quia suis sanctis subuenit. Intercidentis flammam: illam flammam idoli, vbi tres pueri fuerunt. Vel quotidie in vnoquoq; nostrum, flammam libidinis per confessionem, & gratiam sancti spiritus intercidit, id est, per orationem sacerdotis facit

Num.16.g cessare: sicut legimus per Aaron, deum fecisse in deserto.

n ¶ Vox domini concutientis desertum.) Anima quæ deserta fuerat occupantibus antè se vitijs, ad verba pœnitentię K commouebitur: vt exeuntibus vitijs ab illa, habitabilis deo fiat. Vox domini concutientis desertum. Ad fidem commouens gentes desertas: in quibus nullus sulcus prædicationis impositus erat ad suscipiendum verbum dei. Vel gentes quæ desertæ erant, conuertę sunt de infidelitate ad fidem, per verbum prædicationis. o ¶ Et cō mouebit dominus desertum Cades.) Tunc celebrabunt hac mundi solitudine verba sancta legis, quæ prius à Iudæis nō intelligebātur: quia Cades, interpretatur Cades. sancta. Vel aliter: Commotio tineæ. Bene illos tineæ cōparauit: quia sicut tinea pannos comedit: sic conscientia eorum eos comedebat. Commotio tineæ dicitur: eo quòd commouit illos de illorum conscientia praua, ad fidem ecclesię. p ¶ Vox domini preparantis ceruos.) Ceruos volunt quidam quasi separatores venenosarum linguarum in ecclesia. Cerui, prædicatores. Præparauit illos, quando misit ipsos prædi- L
care. Cerui transeunt, & calcant spinas vel serpentes, sic & prædicatores venenā diaboli, & spinas peccatorum transeunt, & ad altiora fugiunt: id est, ad theoricam vitam. q ¶ Et reuelabit cōdensa.) Obscura diuinarum scripturarū siue mysteriorū cœlestiū, per spiritūsanctū patefecit. Vnde in euāgelio illi duo qbus ipse apparuit, dicebāt: Nónne cor nostrum ardēs erat in nobis cùm loqueret in Luc.24.c via, & aperiret nobis scripturas? r ¶ Et in templo eius.) Hoc est, in ecclesia. s ¶ Omnes dicent gloriam.) Collaudant claritatem dei. Vel gloria patri, & filio, & spiritui sancto. t ¶ Dominus diluuium inhabitare facit.) Aridā terram deus non possidet. Simul attende vim verbi: quòd nō diserit aquas, sed diluuiū: vt abūdantiā gratię spiritualis ostēderet: tanquā in arca Noē sanctos à fluctibus seculi huius protegens. Et modo inhabitat diluuiū in cōscientia per abundātiam spiritussancti, per quē delentur peccata. u ¶ Et sedebit dns rex in æternū.) In ecclesijs, vel in sanctis, qui sedes eius effecti sunt: vel humanitas Christi ad dexterā dei patris. Reges, sancti dicuntur, qui se regūt. x ¶ Dns virtutem populo suo dabit.) Id est, virtutem fidei. Populo suo, populo Christiano: dimicāti cōtra huius mundi turbines ac procel- M
las. y ¶ Et benedicet populo suo in pace.) Populo Christiano benedicet & hic & in futuro, quādo dicturus erit: Ve- Matt.25.c
nite benedicti patris mei. In pace, in semetipso: quia ipse est Ephes.2.c
pax nostra, qui fecit vtraq; vnū. In seipso nos benedicit pax vera Christus dominus, qui sumus ecclesiastica plebs.

z ¶ Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.) Psalmus cantici, laus cum opere: dedicatio domus Dauid, resurrectio saluatoris intelligitur, in qua omnia vitæ corpora dedicantur. Dauid figurā Christi tenet. Domus Dauid, domus Christi, id est, humanitas, domus est diuinitatis. Tunc ædificauit domū, quādo humanitatē carnis assumpsit. Et tūc dedicauit, quando à mortuis eum resurgere fecit. Et modo ædificat domus Dauid, id est, Christi: hoc est, ecclesia vsq; in finē ædificatur, sed in resurrectione dedicat, quādo immortalitatē acceptura est. Vocē redemptoris nostri cōtinet: qui per resurrectionē corporis sui ecclesiam (quæ omnium mater est) acquisitam suo nomini dedicauit.

Psalmus XXIX.

a Exaltabo te domine quoniam susce-
pisti me.) Excelsè te glorificabo pater: quoniā susceptisti me de morte. Exaltabo te domine. Vox Christi ad patrē, & vox ecclesię ad Christum. Exaltabo te, laudabo te. Quoniam susceptisti me: id est, Christum ad dexteram patris. Et Christus susce-

pit eccle-

A pit ecclesiam, quando humanitatem carnis assumpsit.
a ¶ Nec delectasti inimicos meos super me.) Vt meo iucundarentur interitu. Quomodo dicit, nec delectasti inimicos, dum & Iudæi Christum crucifixerunt, & conspuerunt, & flagellauerunt, & persecutores delectantur super ecclesiam, quãdo persequuntur? Sed nec Iudæi delectati super Christũ fuerunt: quia non potuerunt eum extinguere sicut voluerunt. Sed hic non intelligendum de hominibus, sed de dæmonibus: quia delectari cœperunt, quando æstimauerunt eum cum latronibus ad infernum ducendum: sicut in
Lucę.4.a. montem se permisit ab eodẽ duci. Sed non fuerunt delectati dæmones: quia tunc & principem, & suos subiectos ligauit: ita nec super ecclesiam erũt delectati in die iudicij, quando dicturi erunt
1Cor.15.g sancti: Vbi est mors aculeus tu⁹: vbi est mors victoria tua? Absorpta est mors ĩ victoria: id est,
B in victoria sanctorum disrupta est. b ¶ Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me.) Domine deus me⁹. Oratio Christi, siue ecclesiæ. Sanasti me, resurgere me fecisti: vt corpus mortalitati obnoxium, non corrumperetur à morte. c ¶ Reuocasti ab inferis animam meam.)

a pisti me: nẽc delectasti inimicos meos super me. Domine b deus meus clamaui ad
c te: & sanasti me. Domine ĉ duxisti ab in-
d ferno animam meam: saluasti mẽ à descẽ-
e dentibus in lacum. Psallite ẽ domino sancti eius, & confitemini memoriæ sanctita-
f tis eius. Quoniam irã f in indignatione eius: & vita in voluntate eius: Ad vespe-
g rũm demorabitur fletus: & ad mãtutinũ
i lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum. Domine
k in voluntate tua præstitisti decori meo
l virtutem. Auertisti faciem tuam à me: &
m factus sum conturbatus. Ad tẽ domine clamabo: & ad deum meum deprecabor.
n Quæ vtilitas in sanguine meo: dum de-
o scendo in corruptionem? Nũnquid confi-
p tebitur tibi puluis: aut annunciabit veri-
q tatem tuam? Audiuit dominus & misertus est mei: dominus factus est adiutor
r meus. Cõuertisti planctum meũ in gau-
s diũm mihi: cõscidisti saccum meum, &
t circundedisti

Id est, animam Christi cum alijs animabus sanctorum deus de inferno reuocauit. Ipse se resuscitatum à patre pronun-
Rom.4.d ciat, sicut ait Apostolus: Qui crediderit quòd deus illũ suscitauit à mortuis, saluus erit. d ¶ Saluasti me à descendentibus in lacum.) Id est, de miseria istius vitæ præsentis. Vel de lacu inferni, vbi animæ peccatorum sunt: ne sicut illi, præceps caderem in mortem. Hinc tam immensum miraculum propheta cernens, exultat & dicit: e ¶ Psallite dño sancti ei⁹ &c.) Quòd memoratus vestri sanctificauit vos, vocãdo ad agnitionem nominis sui. Psallite domino sancti ei⁹. Propheta hortatur sanctos, vt laudent illum à quo saluati sunt. Et confitemini memoriæ sanctitatis eius. Memoria, id est, vt memores sitis beneficiorum eius: qualiter vos de pec
C cato redimere venit. f ¶ Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate ipsius.) Non quòd ira aut indignatio in deo sit, sed iusta vindicta. Indignatio dei fuit, quando Adam peccauit. Ira, iusta vindicta intelligitur: quando eum à paradiso deiecit. Et vita in voluntate ipsius, id est sicut per deum iusta vindicta super ipsum Adam venit: ita per ipsum, id est, deum, vita restituta est, quando humanitatẽ carnis assumpsit. Quoniam ira in indignatiõe eius: cùm se de impijs vindicat. Et vita in voluntate ipsius: vt qui fecerit voluntatem eius, maneat in æternum. g ¶ Ad vesperum demorabitur fletus.) Cùm in passiõe eius tenebris obtecta omnia essent, apostoli in fletu, & gemitu morabãtur. h ¶ Et ad matutinum lætitia.) Futuram domini gloriam, quæ matutina eius resurrectione præfloruit, figurauit. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Vesper post meridiẽ
Gene.3.b. dicitur: Post meridiem Adam in paradiso vocem domini audiuit deambulantis, & sub arboris folijs se contexit: tremefactus, eo quòd pactum transgressus esset. Vespera, tota ista vita præsens intelligitur: quia per peccatum Adæ, omnes vsque in finem seculi gemunt. Fletus, quia fletum habet homo, quando recordatur bona paradisi quæ perdidit in Adam. Et ad matutinum lætitia: id est, in resurrectione, quando simul iam ad libertatem restitues. Vel vesperum, quando flebat Maria & apostoli in passiõe domini. Et mane lætitia, quan-
Matt.26. & 28.c. Ioan.20.f. do resurrexit, vt dictum est mulieribus: Ite nunciate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Et dixerunt mulieres ad apostolos: Vidimus dominum, & hæc dixit nobis. Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Potest hoc & de tempore passionis, sicut superius, & de resurrectione, & consummatione seculi accipi. i ¶ Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.) Hæc redemptus populus dicit: Iam nullam à te satiatus pa
D tior egestatem: neque in te defixus, commoueor. Ego autem dixi in abundantia mea, nõ mouebor in æternum. Vox Adam in paradiso: quia sine fine ibidem se putabat esse. Et dum sic cogitasset, & tanta bona ei dedisset: cœpit cogitare quid esset causæ, cur præcepisset ei deus ne contingeret de pomo vetito. Hoc verò, inquit, probare volo. Ei cõtigit, & probauit: quia proiect⁹ est. k ¶ Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.) Et ipsa est vox Adæ postquam proiectus est de paradiso pro sua culpa. Tunc cognouit q̃ sapientia lucis ab eo recessisset: & quòd à deo in paradiso collocatus fuerat abundantiæ, non à
E semetipso. l ¶ Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cõturbatus.) Tunc auertit faciem suam deus ab Adam, quando peccauit. Et tunc conturbatus est, quando sub maledictione de paradiso proiect⁹ est. Et vnusquisque homo quando de suis conturbatur peccatis. Vel aliter: Domine in voluntate tua, & non ex mea: præstitisti decori meo, corpori assumpto: virtutem, vt te cognoscerem. Auertisti faciem tuam à me, cùm peccarem: & factus sum conturbatus. Ignorabam enim adhuc lumen veritatis tuæ.
m ¶ Ad te domine clamabo, & ad deum meũ deprecabor.) Christus dominus hoc dicit, qui pro redempto populo interpellat ad patrem. Christus clamauit in cruce: & ecclesia in persecutione. n ¶ Quæ vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem.) Si non resurrexero: nam quia effusus est sanguis meus, surgam & sit vtilitas: vt acquiram omnes gentes resurrectione mea. Humanitas Christi ad patrem loquitur: ac si dixisset: Nulla est vtilitas quòd sanguinem effudi, nisi resurrexero à mortuis. Vel quæ vtilitas in sanguine meo, id est, in gente mea? Iudæorum nulla est vtilitas: quia non credunt, nisi hominem purum tantum. Non
F solum non crediderunt, sed etiam latus eius aperuerunt. o ¶ Nunquid confitebitur tibi puluis.) Non poterit turba impiorum, quæ adhuc velut puluis omni vẽto doctrinæ mouetur, iustificari, si ego non resurgam. Si ego non resurrexero, non confitebitur tibi puluis. Puluis, id est impij, vel infructuosi. p ¶ Aut annunciabit veritatem tuam.) Id est, Christum tuum: ac si dicat: Si non resurrexero, non annunciant. q ¶ Audiuit dominus, & misertus est mei.) Audiuit dominus, deus pater, & misertus est mei. Vox Christi, quia resurgere me fecit à mortuis. r ¶ Dominus factus est adiutor meus.) Defensor meus, qui me fecit primogenitum mortuorum. s ¶ Conuertisti planctum meũ.) Cùm dicerem: Tristis est anima mea vsque ad mortem. t ¶ In Mar.14.d
gaudium mihi.) Cùm resurgens dixi: Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Sed hæc sicut à Christo, ita etiam ab ecclesia dicuntur: cuius planctus resurgente domino, in gaudium est conuersus: & quæ deinceps cum ipso domino, & ad ipsum dominum iam mundata agni sanguine dicit: u ¶ Conscidisti saccum meum.) Velamẽtum peccatorum meorum: quia saccus, & cilicium ad peccatores pertinet. Dum ergo dicit: conscidisti saccum meum, & alibi dicit: Induebam me cilicio, & humiliabam in ieiu- Psal.34.b
nio animam meam: & quidem Christus non est vsus isto indumento. Quid est saccus Christi, nisi mortalitas quam

G de nobis assumpsit? Tunc conscissus est iste saccus, quando resurrexit, & immortalis effectus est. Et licèt habuit saccum, sed non habuit opus sacci: id est, peccatum: de quo scriptum
Esa.53.c. est: Qui peccatū non fecit: nec dolus inuentus est in ore eius. Nobis ergo necesse est saccum & cilicium induere: quia op⁹ sacci habuimus: id est, peccatum.

a ¶ Præcinxisti me lætitia.) Id est, lętitia resurrectiōis, siue Christum, siue ecclesiam ī futuro: induens me stola prima immortalitatis per resurrectionem tuam.
b ¶ Vt cantet tibi gloria mea.) In his qui crediderūt gloriæ resurrectionis. c ¶ Et non compūgar.) A stimulis peccatorum. Neque Christus: quia nullū habuit peccatum. d ¶ Domine deus meus in æternum cōfitebor tibi.) Id est sine fine laudabo te: In his, vt iam dixi, tibi concinam atque confitear: qui in me cōgregati sunt per resurrectionē meā. Omnia enim quæ in hoc psalmo humiliter de Christo dicuntur: ad assumptionem corporis magis referenda sunt, quàm ad potentiam deitatis. Nos quoq; supplices deprecamur, vt conuertat dominus in gaudium planctum nostrum remissa mole facinorū: ac mysterio resurrectionis suæ lætificatos, attollere dignetur in cœlū: pro quibus descendere dignatus est in infernum.

H

a circundedisti mē lætitia. Vt cantet tibi
b gloria mea, & non cōpungar: domine
c deus meus in æternum confitebor tibi.
d
e In finē psalmus Dauid pro
Ecstasi. XXX.
f
IN te domine speraui, non cōfundar in
g æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam:
h
i accelera vt eruas me. Esto mihi in deum
k protectorem, & in domum refugij, vt sal-
l uum me facias. Quoniā fortitudo mea,
m & refugium meū es tu: & prōpter nomen
n tuum deduces me, & enūtries me. Educes
o mē de laqueo hoc quem absconderūt mi-
p hi: quoniam tu es protector meus. In ma
q nus tuas commendo spiritum meum: re-
r dēmisti me domine deus veritatis. Odi-
s sti obseruantes vanitates, superuacuè.
t Ego autem in domino speraui, exultabo
u & lætabor in misericordia tua. Quoniā
x rēspexisti humilitatem meam: saluasti
y de necessitatibus animam meam. Nec
z conclusisti me in manibus inimici:
statuisti

e ¶ In finē psalm⁹ Dauid &c.) Psalm⁹ ipsius mediatoris intiò continet vocem: deinde redempti sanguine eius populi, gratias agētis, ex ipsius interponitur persona prophetæ. Ait ergo redemptor ad patrem. Psalmus XXX.

f IN te domine speraui, non confundar in æternum.) In te pater spes est corroborationis meæ, dum mihi tanquam cæteris hominibus insultant aduersarij, vel illudunt. Vel vox prophetæ ex persona ecclesiæ dicit, non confundar: quia rectè confiteor fidem trinitatis. In te domine speraui: In te, non in me. Non confundar in æternum: quia qui illum integrè confitentur, non confundentur neque hìc, neq; in futuro.
g ¶ Et in tua iustitia libera me &c.) De fouea quam statuerunt animæ meæ. Quia nisi à deo iustificemur, per nos non
Iob.9.c. possumus iustificari. Vnde scriptum est: Qui se iustificat,
Rom.10.a ipse se cōdemnat. Vnde & Paulus de quibusdam dicit: Suam
I quærentes statuere iustitiam: iustitiæ dei non sunt subiecti.
h ¶ Inclina ad me aurem tuam.) Vox ecclesiæ ad Christum. Per aurem benignitas dei intelligitur. Inclinat Christus aurem, quando exaudire dignatur. Vel tunc inclinauit deus aurem suam, quando misit verbum suum, & nos exaudiuit in
Ioan.8.a. mundo: & intantum inclinauit, vt nostra peccata digito in terra scriberet. i ¶ Accelera vt eripias me.) Accelera: id est, festina: vt eripias me. Vult sācta ecclesia liberari de cor-
Philip.1.c. pore, vt ait Paulus: Cupio dissolui, & esse cum Christo.
k ¶ Esto mihi in deum protectorem.) Vox ecclesiæ. In deū protectorem, in deum defensorem: quia multi sunt dij noci-
1.Cor.8.b ui, qui non prosunt. Vnde Paulus dicit: Sunt quidem dij multi, & domini multi: nobis tamen vnus deus, vna fides, vnum baptisma. Esto mihi in deum protectorem, tanquā proxim⁹.
l ¶ Et in domum refugij, vt saluum me facias.) Quia ecclesia tempestate persecutionis, ad deum habet refugium. Vt saluum me facias à peccatoribus. Domus autem refugij ipse
Psal.138.b est in quo pater inhabitat. Multi volunt fugere à præsentia dei: sed non possunt euadere, vt ait propheta: Et à facie tua quò fugiam? Sed nos, dicit ecclesia, in simul in domo habem⁹ refugiū: hoc est, in ipso qui est deus. m ¶ Quoniā firmamentum meum, & refugium meū es tu.) Ad sustinendos eos qui in me sæuiunt. Vel firmamentum fidei, & refugium meū es tu: refugium meū dicit: quia ecclesia in Christo habet refu K
gium, vt ait propheta: Domine refugium factus es nobis. Psal.89.a.
n ¶ Propter nomen tuum educes me.) Vt hoc notum faciā gentibus crediturris. Propter nomē tuū dux mihi eris: Quādo ego facio aliquid boni, nomē domini ex hoc glorificatur.
o ¶ Et enutries me.) Aggregatis paulatim sanctis, educas ecclesiā tuā, quæ in me fundatur. Et enutries me. Tunc enutriuit ecclesiā, quando nostrā carnem susceptit.
Vnde & Paulus: Nemo enim car Ephes.5.f
nem suam odio habet, sed nutrit & fouet. Et enutriuit nos, vt fortes simus. p ¶ Et educes me de laqueo quē absconderunt mihi.) Laque⁹ dicitur captio: quia q̄diu in via es: hoc est, in Christo, non times in laqueum cadere: quia la
queī secus viam ponuntur. Via, Christus est: sicut ipse ait: Ego Ioan.14.a⁹
sum via. Et tu si es in via, hoc est, in Christo, nō times cadere in laqueum diaboli: qa omnis laque⁹ ab ipso est. q ¶ Quoniam tu es protector meus: in manus tuas cōmendo spiritum meum.) Vox L
Christi ad patrē ī passione: quādo commendauit animam suam, & dixit: Pater, in man⁹ tuas com Lucæ.23.f
mendo spiritum meum. Quòd commēdatur, saluum recipitur. Et ipse dixit: Potestatem habeo Ioan.20.d
ponēdi animā meam, & potestatem habeo iterū sumendi eā. Tu es protector meus. Vox ecclesiæ: In manus tuas cōmēdo spiritum meum: hoc est, in potestatē tuam cōmendo animam meam. Hoc exemplū accepit ecclesia à Christo. Hoc & sanctus Stephanus fecit: hoc & san
cti orant, quando exeunt de corpore: vt illud: Fideli creatori Acto.7.g.
commēdant animas suas in benefactis. Hoc in cruce positus dominus dixit, quòd in patris manus spiritum commendauerit: citò eum ipso resuscitante sumpturus. Dicat nunc populus redēptus sanguine agni: r ¶ Redemisti me domine deus veritatis.) Qui es veritas & vita: quia quod promisit deus, non mentitur. Sicut promisit per seruos suos prophetas: ita & venit, & redemit nos sanguine suo. Vnde & Paulus
dicit: Empti enim estis precio magno. s ¶ Odisti omnes 1.Cor.6.d
obseruantes vanitatem, superuacuè.) Superuacuè dicit: non quòd deus odiat quenquam. Absit hoc sentire. Sed qui istā tantummodo vitam præsentem amant, & cœlestia contemnunt: sperantes inaniter in beatitudinem seculi seducentis, M
odit illos deus. Non quòd odium, sicut dixi, in deum cadat: sed odire deus, qui sic faciunt, dicitur: id est, repudiare: quia repudiat illos deus. t ¶ Ego autē in te domine speraui.) Vox ecclesiæ. Non in me, sed in te speraui & spero: expectās resurrectionē tuā. u ¶ Exultabo & lætabor in misericordia tua.) Pro quo exultabo, & pro quo lætabor? Pro hoc qđ sequitur: x ¶ Quia respexisti humilitatē meā.) Exultabo corpore, lætabor mente. Tunc respexit, quando carnem susceptit: quia contemptibilis, & captiua, & despecta erat ecclesia. Exultabo & lætabor in misericordia tua: pro tantę pietatis commodo, vt me tua morte redimeres: quia respexisti humilitatem meam, in spe illa positam: per quam ea quæ nō videntur desiderantur. y ¶ Saluasti de necessitatib⁹ animam meam.) Necessitates corporis multæ sunt: id est, manducare, bibere, dormire, vel aliud quod necessariò est faciēdum: sed necessarium animæ, omnino vnum: id est, vita æterna. Saluauit deus animam de sua necessitate; quia dedit ei vitam æternam, quod est sua necessitas. Proinde saluasti de necessitatibus mortis perpetuæ animam meam, quæ tibi erat charitate deuincta. z ¶ Nec conclusisti me in manus inimici.) Illi concluduntur in manus inimici, qui perseuerant in peccatis suis. Sed ego, dicit ecclesia, non concludar:
quia non

A quia non volo perseuerare in malis. a ¶ Statuisti in loco spacioso pedes meos.) Dilatasti vnitatem ecclesiæ in toto mundo. Quomodo dicit, in loco? Nunquid localis est deus? Et localis, & non localis. Localis est ad se venientibus: & non localis, quia vbique est: sed inuenitur in loco purè quærentibus. Vt illud: Et motus est locus in quo erant sedentes. In loco spacioso pedes meos. Pedes, sancti prædicatores: qui portant verbū prædicationis in toto mū do: vel in ecclesiā, quam tua resurrectione dilatasti in amplitudinem libertatis. b ¶ Miserere mei domine, qm tribulor.) Miserere mei: ac si dicat: Fac in me misericordiā, quoniā tribulor. Illorū vox, qui tribulantur à qualibet tribulatione. Miserere mei domine, quoniā tribulor. Non iā mortem timens, sed insectationē metuēs vitiorum. c ¶ Cōturbatus est in ira oculus meus.) Ecclesia cōturbatur de vitijs & peccatis, tam de suis, q̄ & de aliorū.

B Sed orandum est, vt ira nō vertatur in odium, neque de festuca fiat trabs. Vel conturbatur oculus de futuro iudicio. Conturbatus est in ira oculus meus, quo te mente cernebam. d ¶ Anima mea.) qua te diligebā. e ¶ Et venter meus.) Quo tui recordabar. Hæc omnia cōturbata sunt, propter priora delicta.

f ¶ Quoniam defecit in dolore.) Ideo in dolore: quia ecclesia non potest emendare malos: nec segregare malos à sanctis vsque in finem. Vnde dominus
Matt.13.d dixit: Sinite vtraque crescere vsque ad messem, & in tempore messis dicā messoribus: Colligite primùm zizania, & colligate fasciculos ad cōburendum. g ¶ Vita mea & anni mei in gemitibus.) Quandiu est hic in præsenti vita, habet gemitum & fletum vnusquisque homo. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitib⁹: Donec persecutionem patior propter nomen tuum. Præsens vita deficit, quia mihi tempora sunt, perpetuitatem confiteri. h ¶ Infirmata est in paupertate virtus mea.) Vox ecclesiæ. Infirmata est ecclesia inter homines malos, iter quos habitat hic ī præ-
C senti vita: quia plures sunt peccatores, & pauci sunt sancti. Vel aliter: Infirmata est in paupertate virtus mea. Sanitas hui⁹ corporis, inter cruciatus passionum. i ¶ Et ossa mea conturbata sunt.) Fortitudo vtique mea. Ossa: fortes sancti: vel ossa, virtutes ecclesiæ, vel sanctorum. Conturbata sunt, ab illo. Vnde superius dicit secundum Apostolum:
Rom.8.c. Scimus quia omnis creatura congemiscit: non solum illa, sed & nos intra nos gemimus. k ¶ Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium.) Qui me propter tuum nomen persequuntur. Factus sum opprobrium vicinis meis. Vox Christi: & vox ecclesiæ. Domino Iudæi multa opprobria dixerunt, & hæretici, & persecutores, dicunt ecclesiæ. l ¶ Et vicinis meis valde.) Qui ad credendum appropinquabit. m ¶ Et timor notis meis.) Quia amici mei propter metum inimicorum, à me longè recesserunt. Totus psalmus, & super Dauid iuxta historiam, & super dominum iuxta prophetiam intelligi potest. Nimium & timor notis meis: id est, apostolis: qui timuerunt in passione. Vel noti, mali Christiani: qui dicunt se credere in deum, & operibus negant, & despiciunt vitam sanctorum. Vicini dicuntur, per fidem: & noti, propter Christianitatem.

n ¶ Qui videbant me, foras fugiebant à me.) Id est, apostoli: qui viderunt Christum comprehendi in passione, &
Matt.26.f relicto eo, fugerunt. Vel Iudæi fugiunt sacramenta mysterij ecclesiæ: id est, corpus & sanguinem Christi. Omnes qui D videbant me, foras fugerunt à me: nō intelligentes interiorem spem meam, pro qua patior: ad exteriora visibilia fugiebant. o ¶ Excidi tanquam mortuus à corde.) Oblitī sunt me corde, tanquam si fuerim iam defunct⁹. Excidi tanquam mortuus à corde: Id est, sic habuerunt Iudæi Christum, quasi hominē mortuum pro nihilo. p ¶ Et factus sum sicut vas perditum.) Sic habuerunt Iudæi Christum quasi vas perditum: id est, hominem mortuum in suo peccato. Sic sunt sancti apud hæreticos, velut homo perditus. q ¶ Quoniam audiui vituperationem multorum.) Id est, Christi à Iudæis, & ecclesiæ ab hæreticis. r ¶ In circuitu inhabitantium.) Id est, in circuitu Christi, & in circuitu ecclesiæ: quos ipsi supradicti circundederunt. Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Erant vituperantes me, positi in per- E egrinatione huius terræ: sequentes circuitum temporum, & ad patriam æternam redire nolentes. s ¶ Dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.) Cōgregati sunt persecutores, & fecerunt consilium, vt acciperent animam meam, ad consentiendum sibi in sceleribus mortis. Vt acciperent animam meam: id est, Iudæi Christum: & hæretici, ecclesiam. Consiliati sunt mala consilia, & non bona. Consiliati sunt, vt quærerent & vt tollerent animam Christi, Iudæi: & hæretici, animam ecclesiæ. t ¶ Ego autem in te speraui domine: dixi deus meus es tu.) Qui solus fortis es ad liberandum. Vel vox ecclesiæ. In te speraui: in te, non in me. Et peccatores dicunt: In te speraui. Sed sancti, & fidem, & opera habent. Peccatores sperant in deum, & non timent illum. u ¶ In manibus tuis sortes meæ.) Id est, gratia spiritussancti. Non per memetipsum, sed à te actio vitæ huius, quæ in hoc seculo geritur. x ¶ Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.) Ne mihi prævaleant. y ¶ Illustra faciem tuam super seruum F tuum.) Illustra, hoc est, cerne & discerne quicunque sit melior de sanctis tuis. z ¶ Et saluum me fac in misericordia tua: domine non confundar, quoniam inuocaui te.) Illuminatio respectus tui super me refulgeat: vt non confundar, sed saluer ab his persecutoribus. a ¶ Erubescant impij, & deducantur in infernum.) Erubescant impij, dæmones, hæretici, vel qui non credunt resurrectionem. Erubescant tunc, quando illos sanctos quos in despectionem habuerunt, videbunt coronatos, & se condemnatos. Vel qui relinquentes verum deum, ligna adorant, ac lapides venerantur. b ¶ Muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia & in abusione.) Crucifixum irridentes, & ignorantes resurgentem. Ista cernens propheta, exclamat exultans & dicit: c ¶ Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine: quam abscondisti timentibus te.) Quia multifariè copiosa dulcedo tua est, quam reseruasti timentibus nomen tuum. Nec eam in his tentationibus ostendisti: ne accepta securitate, excederemus à via iustitiæ. Vel quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine: id est, quantam gloriam, quanta præmia præparasti ecclesiæ tuæ, vt esset semper cum angelis sine fine in æternum mansura. Quam abscondisti timentibus te: id est, bona sanctorum in temetipso abscondisti.

a statuisti in loco spacioso pedes meos. Miserere mei domine, quoniam tribulor: cōturbat⁹ est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt. Super omnes inimicos meos factus sum opprobriū vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: & obliuioni datus sum tanq̄ mortuus à corde. Factus sum tanquā vas perditum: quoniā audiui vituperationē multorum commorantium in circuitu. In eo dū cōuenirēt simul aduersum me: accipere animā meam consiliati sunt. Egō autē in te speraui domine: dixi deus meus es tu, in manib⁹ tuis sortes meæ. Eripe me de manu inimicorū meorum: & à persequentibus me. Illustra faciem tuam super seruū tuū, saluū mē fac in misericordia tua: dñe non cōfundar quoniā inuocaui te. Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa. Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in superbia & in abusione. Quàm magnā multitudo dulcedinis tuæ domine: quam absconditi timentibus

a timentibus te, Perfeciſti eis qui ſperant
b in te: in conſpectu filiorum hominũ. Ab-
c ſcondes eos in abſcõdito faciei tuæ: à cõ-
d turbatione hominum. Proteges eos in ta
bernaculo tuo: à cõtradictione linguarũ.
e Benedictus dominus: quoniam mirifi-
f cauit miſericordiam ſuam ī ciuitate mu-
g nita. Ego autem dixi in exceſſu mentis
h meæ: proiectus ſum à facie oculorũ tuo-
i rum. Ideo exaudiſti vocẽ orationis meę:
k dum clamarem ad te. Diligitẽ dominum
omnes ſancti eius: quoniam veritatem
requiret dominus: & retribuet abundan-
l ter facientibus ſuperbiam. Viriliter agi-
m te, & confortẽtur cor veſtrum: omnes qui
ſperatis in domino.

n Intellectus Dauid. XXXI.

o BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.
p Beatus vir cui non imputabit do-
q minus peccatum: nec eſt in ore eius dol⁹.
r Quoniam tacui inueterauerũt oſſa mea:
ſ dũ clamarẽ tota die. Quoniam die ac no
t cte grauata eſt ſup me man⁹ tua: cõuer-
u ſus ſum in ærumna dũm configitur mihi
ſpina.

a ¶ Perfeciſti eis qui ſperant in te.) Perfeciſti: ac ſi dicat, perfecturus eris. b ¶ In conſpectu filiorum hominum.) Qui non erubuerunt confiteri quod credunt, ante reges & Pſal.118.f. poteſtates, vt ait propheta: Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Quam abſcondiſti timentibus te: Quia hic per tribulationem pleniter non accipiunt præmium, ſed in futuro expectant. Et perfeciſti eis qui ſperant in te. Conſummata ſpe, retribuiſti expectata in ſpecie. In cõſpectu filiorum hominum: qui humana, & non cœleſtia quæſierũt. Vel cùm ibunt in ſuppliciũ æternum: iuſti autem in vitã æternam. c ¶ Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ, à conturbatione hominum.) Illuminatio enim vultus tui teget eos: ne ab humana malitia conturbentur. In abſcondito vultus tui, ſcilicet iuſtitiæ tuæ abditis: hoc eſt, in ſecreto tuo, ſicut Iob, & ipſe & omnia quæ habuit, abſconſa fuerunt H in deum. A cõturbatione hominum, à perſecutiõe peccatorum. d ¶ Proteges eos in tabernaculo tuo, à contradictione linguarũ.) In tabernaculo fidei: à ſtrepitu malarum linguarũ velantur, qui dicunt: Quis nouit hæc: aut quis rediuit ex inferis? e ¶ Benedictus dominus.) Cui benedicit omnis creatura. Quomodo dicit: Benedictus dominus? Nunquid illi opus eſt noſtra benedictio? Non, ſed vt nos ab ipſo benedictionem accipere mereamur. f ¶ Quoniam mirificauit miſericordiam ſuam in ciuitate munita.) In ciuitate Hieruſalem, in medio mundo. In ciuitate munita dicitur, eo quòd firmata vel robuſta ſit, & in gyro omnes gentes illam circundant. In circuitu eccleſiæ toti⁹ diffuſæ: ibi mirificauit miſericordiam ſuam dominus: quia ibi natus, ibi paſſus, ibi reſurrexit, & inde aſcendit Pſal.73.c. ad cœlos, vt ait propheta: Operatus eſt ſalutẽ in medio terræ. Vel aliter: Hieruſalem cœleſtis munita de congregatione angelorum, & hominum. g ¶ Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ.) Eccleſia quando recordatur de paradiſo, quomodo immortalis poterat eſſe, & cogitat qualiter ibi- I dem poterat eſſe: & meminit qualis eſt, & qualiter deus per Gene.3. angelum Adæ loquebatur, & quomodo oculis interioribus deum videbat: quando iſta cogitat, tunc in exceſſu mentis eſt eccleſia. h ¶ Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: proiectus ſum à facie oculorum tuorum.) Populus hæc dicit ille conuerſus ad Chriſtum: Exiſtimaui me, inquit, profectum eſſe à contemplatione luminum tuorum: & expaui, cùm me tanta propter nomen tuum pati permitteres. Vel proiectus ſum à vultu oculorum tuorum. Adam, quando Ibidem. tranſgreſſus fuit mandatum dei, tunc proiectus eſt à facie dei: & ipſe, & nos, & omnis poſteritas ſua poſt eum.
i ¶ Ideo exaudiſti vocem deprecationis meæ, dum clamarem ad te.) Ideo, dicit eccleſia, exaudiſti vocem orationis meæ: quia cognoui, vbi poteram eſſe: & cognoſco, vbi modo ſum. Exaudiſti vocem interioris hominis, te in mentis ſplendore precantis, & amouiſti horribiles tribulationes.
k ¶ Diligite dominum omnes ſancti eius: quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.) Humiliatis his, ſtatuet ſanctos ſuos in magna conſtantia. Diligite dominum omnes ſancti eius. Diligite: id eſt, amate illum. Quoniam veritatem requiret dominus, qui perſeuerant vſque in finem in bonitate, vt dictum eſt: Mat.24.c Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit.
l ¶ Viriliter agite.) Hoc eſt, immobiliter. m ¶ Et confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in domino.) Cor K veſtrum: hoc eſt, anima veſtra: in domino ſemper. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum: omnes qui ſperatis in domino. Fortiter atque conſtanter cuſtodite propoſitum, vt fructum metatis in Chriſto. Quem ſupplices deprecamur vt inſinuet mentibus noſtris curam ſe diligendi, pro nobis paſſum ſugiter confiteri, vt mereamur contra iniquam ſuperbiam, humilitatis armis viriliter repugnare.
n ¶ Intellectus Dauid.) Intellectus Chriſti. Duplex intellectus eſt in iſto titulo, maximè de illo publicano, & phariſæo qui in tẽ- Luc.18.b. plo orabant: quia vnus ſe iuſtificabat, & alius ſe condemnabat: id eſt, accuſabat. Pſalmus vocem continet prophetæ, oſtendentis hominẽ non proprijs meritis ſed dei gratia poſſe ſaluari, ſi confiteatur admiſſa.

Pſalmus XXXI.

o ¶ BEati quorum remiſſæ ſunt L iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.) Beat⁹, immortalis, laudabilis ſiue glorioſus. Sed tamẽ nullus poteſt apud ſe eſſe beatus, niſi ab illo accipiat qui iuſtificat impium: hoc eſt, deo. Vnde & Paulus dicit: Cre- Rom. 4.d denti autem in eo qui iuſtificat impium: deputatur fides eius ad iuſtitiam. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: quorum peccata per confeſſionem à domino diluuntur. Quibus modis remittuntur peccata? Tribus. Remittũtur per baptiſmum: teguntur per charitatem: non imputantur per martyrium. Et quorum tecta ſunt peccata, per charitatem: ſecundũ illud: Charitas operit multitudinem peccatorũ. Vel quorum te- Iacob.5.d. cta ſunt peccata: hoc eſt, vt hic velentur per pœnitentiam: ne in iudicio reuelentur. p ¶ Beatus vir cui non imputabit dominus peccatum.) Qui ſe in hoc ſeculo diligenter potuerit expurgare, vel per martyrium. Quod tegitur, non videtur: quod non videtur, non imputatur: quod non imputatur, nec punietur. q ¶ Nec eſt in ore eius dol⁹.) Hoc eſt in illius ore qui ſe confitetur eſſe peccatorem, ſicut Nathanaël. Vnde dominus dixit: Ecce verè Iſraëlita: in quo dolus non Ioan.1.g. eſt. Et de illo publicano, de quo ſuperius diximus: qui ſe con M fitebatur eſſe peccatorem dicens: Deus propitius eſto mihi Luc.18.b. peccatori. Nec eſt in ore eius dolus, ſed in veritate credens deũ. Hoc corde retinuit, quod ore cõfitebatur. r ¶ Quoniam tacui inueterauerunt in me omnia oſſa mea.) Nõ protuli confeſſionem ad ſalutem: ideo omnis fortitudo mea in carnis infirmitate conſenuit. Quoniam tacui inueteraũerunt in me omnia oſſa mea, dum clamarem tota die. Tacui, vox malorum eſt. Tacui: id eſt, tacent illorum peccata, & in confeſſione nolunt dicere. Inueterauerunt oſſa: id eſt, virtutes quas debuerant habere, inueterauerunt per peccatum. Dum clamarem: id eſt, clamant. Si aliquid boni habent: per vanitatem demonſtrant, vt ille phariſæus impius faciebat qui dicebat: Deus gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines: raptores, adulteri. Dum clamarem tota die: in iſtius vitæ momento. ſ ¶ Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua.) Potentia tua. Cùm eſſem impius, & blaſphemus, grauata eſt ſuper me manus tua: id eſt, poteſtas tua: quia qui hic non emendant: grauatur ſuper illos manus dei: id eſt, poteſtas vindictæ in die iudicij. t ¶ Conuerſus ſum in ærumna.) In aſſidua tribulatione flagellorum tuorum.
u ¶ Dũ configitur mihi ſpina.) Stimulus cõſcientiæ peccatricis. Conuer-

A tricis. Cõuersus sum in ærumna dum configitur mihi spina: ærumna: id est, miseria. Dum configitur mihi spina: id est, dũ pungit me conscientia peccati. a ¶Delictũ meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas non abscondi.) Sed confessus sum, & patefeci omnia. Scio enĩ te citò remittere delicta, cùm tibi fuerint integrè reserata, & ideo dixi: b ¶Confitebor aduersus me iniustitias meas domino.) Nõ enim aduersus dominũ, sed aduersus me has pronunciaui vt iustificarer. Dixi pronunciaui aduersus me iniustitias meas domino, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. In persona illorum dicit propheta qui conuertũtur, sicut ille filius qui peregrè profectus est, & dixit: Ibo ad patrem Luc.15.d. meũ. Dixit in corde, vbi deus videtur. c ¶Et tu remisisti impietatẽ peccati mei.) Quæ prius gesseram: misericorditer indulsisti. d ¶Pro hac impietate orabit ad te omnis sanctus in tẽpore oportuno.) Tempus oportunum ad exorãdum pro peccatis, hæc vita est: in qua ideo sancti orant: quia nemo est à peccatis immunis. Pro hac, iniquitate, vel p hac remissione, quod superi⁹ dixit: beati quorum remissę sunt iniqtates, & quorũ tecta sũt peccata. Omnis sanct⁹: hoc est, p baptismum, & qui post baptismum peccat, postea dimittitur illi per pœnitentiã, aut per martyrium.

a spina. Delictum meum cognitũm tibi feci: & iniustitiam meam non abscõdi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiam
b c meam domino: & tũ remisisti impietatẽ
d peccati mei. Prõ hac orabit ad te omnis
e sanctus in tempore oportuno. Vẽrun tamen in diluuio aquarum multarum: ad
f eum non approximabunt. Tu es refugiũ meum à tribulatione quę circũdedit me,
g h exultãtio mea erue me à circundantibus
i me. Intellectum tibi dabo, & instruam te
k in via hac qua gradieris, firmabo super te
l oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In cam mõ & freno maxillas eorum constringe,
m n qui nõn approximant ad te. Multa flao p gella peccatoris: sperantem autem in do-
q mino misericordia circundabit. Lætami-
r ni in domino & exultate iusti: & glõriamini omnis recti corde.

f In finem psalmus Dauid. XXXII.

B E Xultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Cõfitemini dño in
t u x cithara: in psalterio decem chorday z rũ psallite illi. Cantatẽ ei canticũ nouũ: bene psallite in aduersis semper laudãt. Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Vt gloria vestra ad eum referatur, sicut ait Apostolus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Quẽ supplices deprecemur, vt obtectis per indulgentiam peccatis, nec reputatis vltrà delictis, mereamur sanctorum exultationis perpetuæ esse participes.

f ¶In finem psalmus Dauid.) Psalmus iste vocem continet prophetæ ad deum hortantis populos: atq; monẽtis iustos in quem debeant exultare. Psalmus XXXII.

t E Xultate iusti in domino.) Propheta hortatur sanctos, vt laudẽt deũ. Exultate iusti. Alibi dicit: Gaudete: sed vnũ est. Alij exultant in rebus huius seculi: alij in circo: alij in theatro: Sed tu, dicit propheta vnicuique sancto: in domino exulta, & non in prosperitatibus mundi. u ¶Rectos decet collaudatio.) Rectos dicit, qui in regulam veritatis corda illorum dirigunt, non iniquos, dicente propheta: Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Esa.5.e.

x ¶Confitemini domino in cithara.) Cithara deorsum habet cauamen, & sex chordas habet. Opera sanctorum intelliguntur per citharam, quæ sunt sex opera misericordię. Et de illis chordis aliæ bene cantant: aliæ murmurant. Sic & sancti: alij sic, alij verò sic. Confitemini domino in cithara. In carne vitijs & concupiscentijs mortificata per crucem dominicam. y ¶In psalterio decem chordarum psallite ei.) In decalogo mãdatorum. Psalterium desursum habet cauamen: prædicatio vel mandata intelligitur in sanctis, quæ de supernis veniunt. Vnde dixit: Omne datum optimum, & omne domum perfectum, desursum est descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, vel vicissitudinis obumbratio. Decem chordarum: id est, decem verba legis. Tria mandata in vna tabula, quæ ad fidem trinitatis pertinent hæc sunt: Primùm: Audi Israël, dominus deus tuus Deut.6.a. deus vnus est. Secundum: Non habebis nomen dei tui inuanum. Tertium: Obserua diem sabbati. Septem in altera tabula, ad dilectionem proximi pertinent. z ¶Cantate ei cãticum nouum.) Id est, psallite ei nouum canticum: id est, nouam vitam: quia nouus homo venit in mundum: nouam

C tibus me: quomodo dicit, redime me: cùm ille qui redimitur in captiuitate est, & illi qui exultant, redemptione non indigent? Hoc ad sensum pertinet. Vox illorum est, qui cum deo sunt, & rogant pro illis qui in ista captiuitate tribulantur. l ¶Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris.) Qualem intellectum dat deus ecclesiæ suæ. Vt intelligat pro qua causa anxiatur sanctus, & facit prosperare peccatores. Intellectum dabo tibi, & instruam te in via hac qua gradieris. In via scilicet confessionis istius doceam te sapientiam, vt non recedas ab ea. Intelligere te faciam, & docebo te in via hac qua gradieris. Vox domini loquentis inducitur, & docẽtis: quomodo homo suũ mereatur auxilium, si dei videlicet præcepta custodiens recto feratur itinere. Itaq; ad perfectũ munditiæ dicit hominẽ venire non posse. Et quanq̃ ad perfectũ munditiæ venire non valeat: tamẽ in animaliũ modũ pronus non feratur in vitia. k ¶Firmabo super te oculos meos.) Vox Christi ad ecclesiã. Firmabo super te oculos meos: id est, aspectum diuinitatis. Firmabo super te oculos meos, vt in dilectione luminis mei permaneas. l ¶Nolite fieri sicut equus &c.) Qui nõ dei voluntate, sed proprio motu se regere volunt, & effrenes in luxuriam decidũt: hos propheta coërcet verbis terribilibus dicens: m ¶In camo & freno maxillas eorum constringe.) Freno & camo moderationis suæ, deus coartat impiorũ superuacuas blasphemias. Equus, indomitus: mulus, piger. Hoc rogat ecclesia deum patrẽ, vt per frenum, id est prędicationẽ, populum gentilẽ, quos equos nominauit, de lata via & spaciosa seculi huius, faciat ad se appropinquare: & populũ Iudaicũ, quos mulos nominauit, qui piger est ad deum credendũ: per camũ, id est, contritionẽ cordis, faciat ad se venire. n ¶Qui nõ approximãt ad te.) Sed per superbiam elongantur. o ¶Multa flagella peccatorũ.) Quia aliqui peccatores sũt, quorũ in ista vita initiantur flagella, quæ postea in futuro habebũt fine fine. Multa flagella peccatorũ: quia pœnitentiam agere noluerunt. p ¶Sperantes autem in domino misericordia circundabit.) Illa misericordia, vt vitã mereantur æternã. Qui rectam spem & fidẽ in deo habent: ipsos misericordia dei circundabit, vt illud: Misit angelum dominus in Psal.33.b. circuitu timentium eum. Et alibi: Custodit dominus omnes di- Ibi.144.d ligentes se. q ¶Lætamini in domino & exultate iusti.) Propheta hortatur ecclesiam lætari de spe vitæ æternæ & regenera- E tionis: Tamen lætatur & hic ecclesia in tribulatione. r ¶Et gloriamini omnes recti corde.) Vt Paulus: Qui gloriatur, in do- 1.Cor.1.d. mino glorietur. Recti corde dicuntur: quibus omnia iudicia dei placent, & se accusant de suis peccatis: & deum, siue in prosperis, siue in aduersis semper laudãt. Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde. Vt gloria vestra ad eum referatur, sicut ait Apostolus: Qui gloriatur, in domino glorietur. Quẽ supplices deprecemur, vt obtectis per indulgentiam peccatis, nec reputatis vltrà delictis, mereamur sanctorum exultationis perpetuæ esse participes.

f ¶In finem psalmus Dauid.) Psalmus iste vocem continet prophetæ ad deum hortantis populos: atq; monẽtis iustos in quem debeant exultare. Psalmus XXXII.

t E Xultate iusti in domino.) Propheta hortatur sanctos, vt laudẽt deũ. Exultate iusti. Alibi dicit: Gaudete: sed vnũ est. Alij exultant in rebus huius seculi: alij in circo: alij in theatro: Sed tu, dicit propheta vnicuique sancto: in domino exulta, & non in prosperitatibus mundi. u ¶Rectos decet collaudatio.) Rectos dicit, qui in regulam veritatis corda illorum dirigunt, non iniquos, dicente propheta: Væ his qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce. Esa.5.e.

x ¶Confitemini domino in cithara.) Cithara deorsum habet cauamen, & sex chordas habet. Opera sanctorum intelliguntur per citharam, quæ sunt sex opera misericordię. Et de illis chordis aliæ bene cantant: aliæ murmurant. Sic & sancti: alij sic, alij verò sic. Confitemini domino in cithara. In carne vitijs & concupiscentijs mortificata per crucem dominicam. y ¶In psalterio decem chordarum psallite ei.) In decalogo mãdatorum. Psalterium desursum habet cauamen: prædicatio vel mandata intelligitur in sanctis, quæ de supernis veniunt. Vnde dixit: Omne datum optimum, & omne domum perfectum, desursum est descendens à patre luminum: apud quem non est transmutatio, vel vicissitudinis obumbratio. Decem chordarum: id est, decem verba legis. Tria mandata in vna tabula, quæ ad fidem trinitatis pertinent hæc sunt: Primùm: Audi Israël, dominus deus tuus Deut.6.a. deus vnus est. Secundum: Non habebis nomen dei tui inuanum. Tertium: Obserua diem sabbati. Septem in altera tabula, ad dilectionem proximi pertinent. z ¶Cantate ei cãticum nouum.) Id est, psallite ei nouum canticum: id est, nouam vitam: quia nouus homo venit in mundum: nouam

G uam legem instituit nobis, & nouã ecclesiam per baptismũ. Cãtate ei canticum nouũ, quia resurrexit, quia sedet ad dexterã patris. a ¶Bene psallite ei.) Ille bene psallit: qui implet in opere quod cantat: id est prædicat. b ¶In iubilatione.) Iubilus dicitur: quòd nec verbis, nec syllabis, nec literis, nec voce potest erũpere, aut comprehendere quantum homo deum debeat laudare. Bene psallite ei in vociferatione. Per iubilationem quondam sacerdotum, Iubilus Iosuæ.6. Hiericho mundi figurã retinens corruit: nunc per nostram orationem, eius concupiscentiæ eliduntur. c ¶Quoniam rectus est sermo domini.) Nec in aliquo curuatur, sed prosperabitur in his ad quæ dirigit illum.

d ¶Et omnia opera eius in fide.) Sicut ait in euangelio: Si habueritis fidem integram, & dixeritis huic monti, transfer te & mitte te in mare: fiet. Et omnia quęcunq; fideliter petieritis: credite quia accipietis, & veniẽt vobis. Matt.17.c H Quia rectus est sermo domini, & omnia opera eius in fide. Rect⁹ est in rectis. Opera eius in fide: in fide sanctorum: quia quod promittit deus sanctis suis, nõ mentitur. e ¶Diligit misericordiam, & iudicium dominus.) Quomodo dicit, diligit misericordiã, cùm in alio loco dicat: Ne miserearis pauperi in Exo.23.a. iudicio: id est, non propter pauperem nec propter diuitem, non propter proximum & longinquum, non propter cognitum & incognitum, declines à recto iudicio: sed prius iudica rectum iudicium, & postea subueniat misericordia. Diligit misericordiam, qui nos assumpta carne redemit: & iudiciũ, qui inter impios iustosq; discernit. f ¶Misericordia domini plena est terra.) Totus mundus. Vel terra, sancta ecclesia de misericordia dei plena est: quia sicut illevbiq; est, & sua misericordia cum illo, & ab illo inseparabilis est: quia nõ tãtum vt iustos custodiat descendit, sed vt peccatores redimeret, vel saluos faceret. g ¶Verbo domini cœli firmati sunt.) Verbũ patris, filius est. Cœli firmati sunt: sancti apostoli per ipsum in fide. Verbo domini cœli firmati sunt. In ipso verbo, quod erat in principio apud deum: siue visibiles cœli, siue apostoli sũt creati. Verbo dñi cœli firmati sunt, & I spiritu oris eius omnis virtus eorum. Trinitatis maiestas manifestissimè declaratur: dominus, verbum, spiritus domini. h ¶Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.) Paracleto scilicet cooperãte, horum virtutes cœlorum creatæ sunt. Nam in domino pater, in verbo filius, in spiritu oris, spiritus sanctus declaratur. Et quia dicit, oris eius: non procedens quasi minor credatur. Nam sicut filius à patre, & æqualis patri: ita & spiritus sanctus æqualis patri habetur ac filio. Vel spiritu oris eius omnis virtus eorum: id est, per spiritum sanctũ virtutes illorum. Quia per spiritum sanctum habuerunt diuersas gratias: id est, virtutes. Nam per nos nihil boni habuim⁹, nisi per ipsum. i ¶Congregans sicut in vtre aquas maris.) Clausum littoribus mare ostendit. Congregans sicut in vtre aquas maris. Per aquas, seculi tribulationes significat, & persecutiones sanctorum: quia sicut homo in vtre aquas stringit, & quando vult spargit: sic dominus tribulationes ecclesiæ, vt 1.Cor.10.e ait Paulus: Fidelis deus qui non patietur vos tentari super id quod potestis ferre, sed faciet etiam prouentũ vt possitis sustinere. Congregans sicut in vtre, in nouo ecclesiæ homine: a- Mat.9.b. quas maris, seculi populos, vt sint vinum nouum, sicut dominus ait, in vtres nouos: id est euangelicum præceptum, reconditum in cordibus credentium. k ¶Ponens in thesauris abyssos.) O magna creatoris potentia, recondens in thesauris abyssos: producens de thesauris ventos. Tamen hic abyssos, mysteriorum cœlestium altitudinem intelligimus, iuxta illud Apostoli: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei. Vel in thesauris: id est, in absconditis dei. Thesaur⁹: id est, largitas: hoc est, profundum scripturarũ. Vnde alio loco dicit: Qui producit ventum de thesauris suis. Nam quantũ voluit per seruos suos nobis demõstrare: tãtum per nos intelligere potuimus: ipsam profunditatem scripturarũ nequaq; possumus. l ¶Timeat dominũ omnis terra.) Qui terrena sapiunt, ipsum potius, & nõ creaturam, adorẽt. m ¶Ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.) Hæc quidam de futuro arbitrãtur iudicio, sed ad sequẽtem expositionem magis respiciũt. Ab ipso autem commoueantur vniuersi, omnes qui inhabitant orbẽ. Ab ipso deo commoueantur vniuersi: id est, de infidelitate ad fidem. Vel vniuersi: omnes creaturæ ab ipso veniunt, & non sicut peccatores dicunt, quòd tempus illas adducit, & non deus: quia & tẽpora, & dies, & annos, vel etiã momenta deus constituit. L n ¶Quia ipse dixit & facta sũt: ipse mandauit & creata sunt.) Ideo ipsum cuncta timeant: quia ab ipso vel facta sunt, vel creata. Ipse dixit: hoc est per filium, qui verbum est dixit: Mandauit, per imperium: hoc est, inenarrabiliter. o ¶Dominus dissipat consilia gentium.) Secũdũ illud: Non est consilium, non est prudentia, non est sapiẽtia, Prou.21.d non est fortitudo contra deũ. Dominus dissipat consilia gentium: Iudæorum scilicet, qui tanq; increduli cõtra deũ Christum susurrant. Vel dissipat consilia eorum, qui turrim ędificare voluerunt destruxit, vt illud: Venite cõfundamus ibi- Gen.11.b dem linguas eorum. p ¶Reprobat autẽ cogitationes populorum.) Hoc est Iudęorum consilia, quia non potuerũt illa facere nisi quãtum à deo præfinitum fuit. Reprobat autẽ cogitatiões populorum: Phariszorum, & Sadducæorum, vel reliquarũ potestatũ genera. q ¶Et reprobat cõsilia principum.) Hoc est Annæ, & Caiphæ, quia ipsi principes erant ipsorum sacerdotũ qui primatũ tenebãt huius sceleris. Hos omnes cum suis cõsilijs dñs resurgẽdo destruxit. r ¶Cõsilium verò domini manet in æternũ.) Consiliũ domini fuit, vt resurgeret à mortuis, sicut & fecit. Istud cõsiliũ, Iudæi, vel M principes illorum destruere non potuerunt. s ¶Cogitationes cordis eius in generatione & generationem.) Nihil ex eis diminuetur, iuxta illud: Cœlum & terra transibunt: ver- Mat.24.e ba autem mea non præteribunt. t ¶Beata gens cuius est dominus deus eius.) Hoc est, qui credũt quòd dominus creauit illas creaturas, vnde superius mentionem fecit: non quòd tempus illas adducat. Vel beata gens Christianorum, cuius dominus deus eius. Dominum enim elegit habere deũ, idolis derelictis. u ¶Populus quem elegit dominus in hæreditatem sibi.) Ipsum populum Christianum in hæreditatẽ sibi, vt dixit in alio psalmo: Dabo tibi gẽtes in hæreditatẽ tuã, Psal.2.b & possessionem tuam terminos terræ. Et alibi: Domin⁹ pars ibi.15.b. hæreditatis meæ. Et item: Portio mea domin⁹. In hęreditatẽ ibid.118.h sibi. Repulsis Iudæis nos sumus in hæreditatem asciti.

x ¶De cœlo respexit dñs: vidit omnes filios hominum.) Vt omnibus misereatur: quia nũq; respectus eius sine misericordia fuit. Vel domin⁹ de cœlo prospexit: hoc est, misertus est nobis. Super filios hominũ. Filij hominũ: filij Adam. Vel filij hominum: successores apostolorum. y ¶De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui inhabitant terrã. Qui finxit sigillatim corda eorum.) Vt alij detur sermo scientiæ, alij interpretatio sermonũ, alij genera linguarũ: & reliqua: quæ operatur vnus atque idem spiritus. Vel qui finxit per sin-

a b c d e f g h i k l m bene psallite ei in vociferatiõe. Quia rectum est verbum domini: & omnia opera eius in fide. Diligit misericordiam & iudiciũ dominus, misericordia domini plena est terra. Verbo domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Cõgregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.

n o p q r s t u x y Quia ipse dixit & facta sũt: ipse mãdauit & creata sunt. Dñs dissipat cõsilia gẽtiũ: reprobat aũt cogitatiões populorũ, & reprobat cõsilia pricipũ. Cõsiliũ autẽ dñi in ęternũ manet: & cogitatiões cordis ei⁹ in generatione & generationem. Beata gens cuius est dominus deus eius: pop̃ulus quem elegit in hæreditatem sibi. De cœlo respexit dominus: vidit omnes filios hominum. De pręparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorũ: qui intel-

a qui intelligit omnia opera eorum. Nō sal
b uabit̄ rex per multam virtutem:& gigas
non saluabitur in multitudine virtutis
c suæ. Fallax equus ad salutem:in abundā-
d tia autē virtutis suę non saluabitur. Eccē
e oculi domini super metuētes eū: & in eis
qui sperant super misericordia eius. Vt
f eruat à morte animas eorum: & alat eos
g in fame. Anima autē nr̄a sustinet do-
h minū:quoniam adiutor & protector no-
i ster est. Quia in eo lætabitur cor no-
k strum:& in nomine sancto eius sperauī-
l mus. Fiat misericordia tua domine super
nos:quemadmodū sperauimus in te.
m Psalmus Dauid cùm immutauit vultum
suum coram Abimelech: & dimisit eū &
abijt. XXXIII.

n BEnedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.
o In dño laudabitur anima mea: audiant

A per singulos corda eorum. Quidam hunc locum mendaciter ad illud referunt, quòd animam ex anima existiment esse generatam: & in Adam, omnium animas cōtineri: quia id quod Græcè dicitur καταμόναις, non vnum, sed per multos quenq; significet. Qui finxit sigillatim corda eorum. Qui finxit: id est, fecit. Sigillatim. Per singulos omnes intelligit, & insimul omnes recognoscit. Corda illorum: opera illorum. a ¶Qui intelligit omnia opera eorum.) Ipse est enim speculator prospiciens de die in diē actus humanos. Qui intelligit omnia opera eorum: hoc est, qualiter donum dei vnaquæq; anima habeat ipse dispensat. b ¶Nō saluabitur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.) Sed per iustitiam, & auxilium dei. Nam & Goliæ fortitudinem confudit deus per manum Dauid pueri sui. Nō fit saluus rex per multitudinem virtutis suæ. Quare? quia alibi dicit:
1.Reg.17.
B Domini est salus. Nec gigas saluus erit in multitudine fortitudinis suæ. Gigas pro suæ fortitudine dicitur. Nec ipse saluus esse potest per fortitudinem suā, sicut superius de Golia & Dauid.
Psal.3.b
c ¶Fallax equus ad salutem, in abundantia autē virtutis suæ non saluabitur.) Nisi deus fuerit ascensor eius. Fallax equus ad salutem: Equus, corpus humanum, iumentum est animæ, ideo fallax. In abundantia autem virtutis suę, non erit saluus: id est, nec gigas, nec rex. d ¶Ecce oculi domini super timentes eum.) Oculi dei, aspectus diuinitatis. Super timentes eum, qui eum timent timore sancto. Deus enim sperantes in se inspectione cœlesti protegit ac defendit. e ¶Et in eis qui sperant in misericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum.) Id est, in hoc sperant in misericordia eius: id est dei, vt à morte perpetua eruat animas eorum. Vel à morte: hoc est à diabolo. f ¶Vt eruat à morte animas eorum: Et alat eos in fame.) Cùm alij verbi dei penuriam patiuntur: isti ab eo viuificantur. g ¶Anima autem nostra sustinet dominum.) Id est, patiēs est in domino. Quicquid acceſserit ei siue bonum, siue malum, sustinet propter deum, vt ait Paulus:
1. Co.10.g
Exo.16.g.
Psal.36.d.
C Omnia mihi placent. Vel alat eos in fame: id est, pascit eos. Vnde dixit: Et aluit eos quadraginta annis in deserto. Quia quotiescunq; homines habēt famem: deus pascit seruos suos: licèt de cibo terreno, sed tamē plus est, vnde pascit eos de cibo spirituali: id est, de sua doctrina, & suo verbo. Anima autem nostra sustinet dominū: quoniam adiutor & protector noster est. Et in ipso lætabitur cor nostrū, & in nomine sancto eius sperauim⁹. Scimus enim quòd nullus sperauit in eū, & confusus abscessit. h ¶Quoniam adiutor & protector noster est.) Hoc est, quia ipse est & adiutor & defensor ecclesiæ. i ¶Et in ipso lætabitur cor nostrū.) Id est, anima nostra lætabitur de spe futuræ remunerationis: & lætabitur ecclesia in tribulatione. k ¶Et in nomine sancto eius sperauimus.) Nomen patris filius est. l ¶Fiat misericordia tua dñe super nos: sicut sperauimus in te.) Oratio ecclesię est: tamē istū versiculū cogitare debet vnusquisq; anteq̄ legatur, vt fideliter dicat, sicut sperauimus in te: ne alibi vacet mens sua. Fiat domine misericordia tua super nos: sicut sperauimus in te. Vt qui nos per baptismum abluisti, spiritus sancti infusio-
Act.2.a.
ne confirmes, sicut in Actibus apostolorum cernimus esse factum. Qui nunc in nobis venire dignetur, vt per eius lumen effici mereamur hæredes gloriæ sempiternæ. Amen.
m ¶Psalmus Dauid cùm mutauit faciem suam coram Abimelech: & dimisit eum, & abijt.) Mutatio faciei, in verborum
1.Reg.21.d.
mutatione mōstratur: quando à Saul se missum esse simulauit. Aut si veram mutationem vultus volumus intelligere: Abimelech sciamus dictū esse pro Achis. Nec in nomine error est: cùm ex patre generatus, etiā Abimelech potuerit appellari. Abimelech quippe interpretat̄ pater me⁹ rex. Quomodo dicit, cōmutauit vultum suū corā Abimelech? Quia in Regum sic legimus: quòd in Geth ciuitatē ad regē Achis
1.Reg.8.b
fugit in Philistijm. Vel quomodo ausus fuit ibidem ambulare, quia inimicus illorū erat, & ipse interfecit antea Goliam principem illorū? Propterea illuc ambulauit, pro hoc quòd mulieres dixerunt: Percussit Saul mille, & Dauid decē milia: & postea intrauit diabolus in Saul per inuidiam, & dixit: Quid superest ei, nisi tantum vt regnum habeat? Et peruenit Dauid ad regem Achis. Sed postea Achis misit missos suos vt Dauid ad se ducerēt, vt eum interficeret. Et cùm inuenissent eum ad portam ciuitatis, cognouit Dauid quòd ipsum interficere volebant, necessitate compulsus ad arcem declinauit. Misericordia dei prouidente, cecidit spiritus sanct⁹ super ipsum: & cœpit labi, & saliuam mittebat super suam barbam. Et cùm adduxissent eum ad regem, dixit illis rex: Pro qua causa adduxistis istum hominem arreptium, & furibundum super me? Dauid pulcher homo erat, & quando eum apprehenderunt, tympanizabat ad portam ciuitatis, & in manibus suis ferebatur. Et cùm eum dimisissent, & fugisset, istum psalmū cantauit: qui totus circa pietatem, totus circa inspectionem diuinam, totus circa compescendas sanctorū tribulationes cōmemoratur. Dauid figuram Christi tenet: Saul figuram diaboli. Abimelech interpretatur regnum patris mei. Achis interpretat̄, quomodo est, vel ignorātia, vel niger. Dauid venit in Geth ad regē Achis: & dūs venit in regnū patris sui: hoc est, ad regnū iudęorum. Mutauit vultū suū corā Abimelech: hoc est, corā regno patris sui. Vnde ſctūs Paulus dixit: Qui
Phil.2.
cùm in forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed formam serui accepit: in simílitudinem hominū factus: & habitu inuentus vt homo: humíliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem. Vel aliter: Mutauit vultum suum: id est, in sacerdotium. Tunc commutauit, quādo Mel-
Gene.14.e
chisedech obtulit panem & vinum. Immutauit vultum: quia quantum aduentus Christi appropinquabat, tantum illæ figuræ apertæ erant: quia antea hostias offerebant, sed postea spiritualiter impletum fuit in nouo testamento secundum ordinem Melchisedech: nō dixit, secundum ordinem Aaron, sed secūdum ordinē Melchisedech. Tympanizabat ad portam ciuitatis. Tympanum de corio extenditur. Et dominus extendit manus suas in cruce. Porta ciuitatis, initiū fidei nostræ intelligitur, quando credimus incarnationem Christi. Per saliuam, infirmitatem carnis quam dignatus est suscipere. Illa barba, fortitudo diuinitatis. Dimisit eum & abijt. Dimisit Christus Iudæos, & venit in gentibus. Vnde dictum est:
Act.13.g.
Quia indignos vos iudicastis vitæ ęternæ: nos ex hoc ibimus ad gentes.

Psalmus XXXIII.

n BEnedicā dominū in omni tēpore &c.) Cùm ait: omni tempore & semper, docet nos, nec in aduersis succūbere debere, nec in secundis extolli, sed tam prospera q̄ cōtraria equanimiter ferre: ac beatum ante oculos proponentes, in omnibus quæ acciderint, dei benedicere nomē. Benedicā dñm in omni tēpore. Benedicā, id est, laudabo dñm. In omni tēpore: in prosperis & aduersis. Fecit hoc Dauid, & modo ecclesia. Sēper laus eius in ore meo. In ore & corde, in-tēta mente deū semper laudare. o ¶In dño laudabitur anima mea.) Hoc est, vita mea. Cùm huic studio aīa dedita, aspera mūdi equo aīo sustinuerit: ab his q̄ sunt dñi, collaudat̄.

Audiant

G a audiãt mãsueti. b et lætentur. c magnifi-
d cate dominum mecum: & exaltemus no-
e men eius in idipsum. Exquisiui dominũ,
f & exaudiuit me: & ex omnib⁹ tribulatio-
g nibus meis eripuit me. Accedite ad eum,
h & illuminamini: & facies vestræ non cõ-
i fundẽtur. Iste pauper clamauit, & domi-
k nus exaudiuit eum: & ex omnibus tribu-
l lationibus eius saluauit eũ. Immittet an-
m gelus domini in circuitu timentiũ eũ:
n & eripiet eos. Gustate & videte, quoniam
o suauis est dominus: beatus vir qui sperat
p in eo. Timete dominũ omnes sancti eius:
q quoniam non est inopia timẽtibus eum.
r Diuites egerunt & esurierunt: inquirẽ-
tes autem dominum nõ minuentur om-
f ni bono. Venite filij audite me: timorem
t domini docebo vos. Quis est homo qui
u vult vitã: diligit dies videre bonos. Pro-
x hibe linguam tuam à malo: & labia tua
y ne loquantur dolũ. Diuerte à malo, & fac
z bonum: inquire pacem & persequere eã.
a b Oculi domini super iustos: & aures eius
c in preces eorum. Vultus autem domini
d super facientes mala: vt perdat de terra
e memoriam eorum. Clamauerunt iusti, &
dominus exaudiuit eos: & ex omnibus
f tribulationibus eorũ liberauit eos. Iuxtà
est dominus his qui tribulato sunt corde:
& humiles

a ¶ Audiãt mãsueti.) Id est, sancti. b ¶ Et lætentur.) Nõ de terrenis, sed de cœlestibus: qui nõ habent pugnã vitiorum in se, illi qui glebam corporis sui tali tentamento coërcent. Mat.5.a. Beati enim mãsueti: quoniã ipsi possidebũt terrã. c ¶ Magnificate dñm mecũ. Patrẽ dominum laudate. d ¶ Et exaltemus nomẽ eius in idipsum.) Ac si dicat propheta: Quomodo ego amo, & vos sic facite. Vel, exaltemus nomen eius in idipsum: Filiũ cui pater dedit nomẽ, quod est super omne nomẽ. e ¶ Inquisiui dominum.) Spiritũ sanctum. f ¶ Et exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.) Consumens corruptelam carnis: quæ mihi tribulationes peccaminum ingerebat, ne eũ attẽtius deprecarer. g ¶ Accedite ad dominum.) Credite in eum.) Accedite ad dominum, nõ loco, sed fide, & opere. h ¶ Et illuminamini.) Id est, in mẽte intelligite: quia nisi crediderit is, nõ intelligetis. Esa.6.b. i ¶ Et facies vestræ non confundentur.) In iudício quo impij confundentur in condemnationem, in die iudicij. k ¶ Iste pauper clamauit.) Christus dominus qui pro nobis pauper factus est, ad patrẽ in passione clamauit. Vel, iste pauper, id est, Dauid clamauit quãdo dixit: Domine deus, vanum fac consilium Achitophel. Et ecclesia clamat modo. 2.Reg.16. g. l ¶ Et dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulatiõibus eius liberauit eum.) Resuscitans illum à mortuis. m ¶ Emittit angelum dominus in circuitu timentium eum, & eripiet eos.) Hoc est, angelum magni consilij dedit illis. Haud dubium est, timentes dominum ab angelis custodiri: sicut ipse dominus per euangelium docet: Amẽ amen dico vobis: quia angeli eorum quotidie vident faciem patris mei qui est in cœlis. Mat.18.b. Vallantur ergo præsidio angelico, qui de cordis puritate timuerint deũ. n ¶ Gustate &c.) Gust⁹ per fauces discitur: visus per oculos, quia per oculos videtur. Propheta dicit, gustaui. Et quomodo gustauí: sic inueni per fidem, per spem, & per opera bona. I o ¶ Beatus vir qui sperat in eũ.) Quare beatus? Quia illum habet qui omnia habet: hoc est, deum. Ergo hìc dicitur gustus, vt cùm quis cognouerit deum, timeat illum: quia tanq̃ Psal.110.b de gustu ita alibi dixit: Initium sapiẽtiæ timor domini. Cùm autem timere cœperit, tunc præcepta custodit: & tunc sciet quia suauis est dominus: quia ipse est panis viuus qui satietatẽ dat huic mundo. Beatus vir qui sperat in eum, & nõ in incertò diuitiarũ. p ¶ Timete dominũ omnes sancti eius.) Qui firmi statis in promissis eius timete, ne accepta securitate decipiamini. q ¶ Quoniã nihil deest timẽtibus eum.) Quorũ deus est Christus, nihil deest eis: id est, nihil boni deMatt.6.d. est eis. Quærite regnũ dei, & iustitiam eius, & cætera apponũtur vobis. Iustitia enim dei omnia præstat. r ¶ Diuites egerũt & esurierunt: inquirentes autẽ dñm non minuentur omni bono.) Multi sunt mũdi locupletes, & egẽt gloria dei: Luc.16.c. de quibus fuit, & dives ille, ante cuius ianuam Lazarus decũbebat: qui sitiens in tormentis, quia nõ fecerat misericordiã, non meruit accipere guttam. Inquirens autem Lazarus non purpuras, sed cœlestia regna, meruit in sinu Abrahę bonis omnibus adimpleri. f ¶ Venite filij audite me: timorẽ domini docebo vos.) Mos est propheticus, vt discipulos filios Gal.4.c. nuncupet, sicut Paulus: Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Hos docet, vt primò omniũ sapientia: id est timore domini imbuantur. Venite filij audite me. Vocat Christus ecclesiam ad se venire: id est, per fidem. K Sancti filij dei dicuntur: iuxta quod dictum est in euangelio: Quotquot autem receperũt eum, dedit eis potestatem filios Ioan.1.b dei fieri. Et Ioannes dicit in epistola sua: Nũc filij dei sumus. 1.Ioan.3.a Timorem domini docebo vos. Vt illud: Initium sapientię timor domini. Et alibi dicit: De timore nascitur compunctio salutaris. Ad hoc debet vnusquisq; venire, vt timorẽ domini debeat habere. t ¶ Quis est homo qui vult vitam.) Aeternam vtique. u ¶ Et cupit dies videre bonos.) In quibus cum sanctis iocũdetur in regno dei. Vel vox prophetæ interrogando: & alius dicit, ego volo: & ille dicit: Si vis, fac ergo quod sequitur, & videbis vitam: hoc est, habebis vitam æternã: & dies bonos, hoc est, dies æternos. x ¶ Prohibe lĩguã tuã à malo, & labia tua ne loquanť dolũ.) Prohibe linguam tuã, id est, à detractione, vel ab amaritudine: quia dictum est: Mors & vita in manibus linguæ. Quia qui custodit linguã suã, custodit animã suã. Et alibi dicit: Custos iustitiæ, silẽtiũ & pax. Si quis putat se esse religiosum, non refrenans linguã suã huius erit vana religio. Et labia tua ne loquãtur dolum: ne aliud ore assimiles, aliud corde retinẽas. y ¶ Diuerte à malo, & fac bonum.) Hoc est, destrue vitia & ædifica virtutes. Nihil prodest, si destruis, & nõ ædificas. Hoc est, si destruis vitia, & non ædificas virtutes. Ac si dicat: Quis est homo, qui sine hisvelit vitam? Nullus. Quia in eo nullum bonum fuit, qui nullũ malũ destruit. Diuerte à malo, & fac bonum. Mala omnia à diaboli instinctu procedunt, sicut bona à dei. Relinque ergo quæ instigat diabolus, & operare quæ præcipit Christus. z ¶ Inquire pacem & persequere eam.) Secundum Apostolum pacem sequimini & sanctimoniã, sine qua nemo videt regnum dei. Vel Heb.12.d. Iudæi quæsierunt pacem: id est, Christum ad occidendũ, non ad imitandum: quia sequi, imitari dicitur. Inquire pacem, & sequere eam, id est, Christũ: quia ipse est pax nostra. Vel sequere, imitare. Vnde in euangelio dictum est: Qui vult post Luc.9.c. me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Inquire pacẽ, & sequere eã. Non sufficit malũ fugere, nisi bonũ quoq; feceris. M a ¶ Oculi domini super iustos.) Pietatis enim inspectione eos iugiter contemplatur. b ¶ Et aures eius in preces eorũ.) Quia quæ iusta sunt postulãt. Oculi domini: id est, aspectus diuinitatis, super iustos. Et aures eius ad preces eorũ. Quicquid rogant sancti de bono, exaudit illos: quia de⁹ & audit, & videt nos: propterea nos faciamus volũtatem illius. c ¶ Vultus autẽ domini super facientes mala.) Iste psalmus in persona bonorum, & in persona malorum curriţ. Propter quid vultus dei super eos qui mala faciunt? d ¶ Vt disperdat de terra memoriã eorũ.) Hoc est, de terra viuentium: vt ait propheta: Deleãtur de li- Psal.68.e. bro viuentiũ. Vultũ hìc furorẽ intelligimus, qui minãdo irã, memoriam peccati à terra disperdit, vt radices benignitatis suæ (vnde eã exciderat) plantet. Quæ de auribus, oculis, ac de vultu dicuntur: nõ ad corporationẽ deitatis, sed ad maiestatis potentiã referenda sunt. e ¶ Clamauerunt iusti, & domin⁹ exaudiuit eos: &c.) Quia de puritate cordis integra clamauerũt. Vel tres pueri inter flãmas clamauerũt: & domin⁹ Daniel.3. exaudiuit eos. Filij Machabæorũ, vel modo vnusquisq; sanctus: & illos, & modo vnũquenq; ex omnibus tribulationibus liberat. f ¶ Iuxtà est dñs his q tribulato sunt corde.) Nũq̃

elongatur

A elongatur ab eis qui propter illum ſuſtinēt. Cum ipſis eſt in tribulatione: non loco, ſed auxilio: quia deus non eſt localis.
a ¶ Et humiles ſpiritu ſaluabit.) Vt eis regna cœleſtia largiatur. Humiles ſpiritu: id eſt, mites: vt illud: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Vel illud: Beati enim pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnū cœlorū. b ¶ Multæ tribulationes iuſtorū.) Ergo qui tribulationem nō patitur, iuſtus non eſt. Mors peccatorum peſſima eſt. Iuſtorū tribulatio morte finitur: peccatorum verò ſupplicia poſt mortem incipiunt. Vel, multæ tribulationes iuſtorum: & de omnibus his liberauit eos dominus. Tentātur enim, vt probati manifeſti fiant. Sed in tempore erit reſpectus ipſorū, cùm iudicauerint nationes, & dominati fuerint populis. c ¶ Dominus cuſtodit omnia oſſa eorū.) Id eſt, virtutes eorum. d ¶ Vnum ex his non conteretur.) De ſanctis ſuis in futuro iudicio, quomodo dicit: vnum ex his nō conteretur:
B quia multi habent oſſa fracta, ſicut legimus de ſanctis martyribus. Sed hic oſſa, firmamentū, vel virtutes animę intelligūtur. Dominus cuſtodit omnia oſſa eorū: vnū ex his non cōteretur. Aeternitatem perpetuæ vitæ dicit, quā per ſpem fidei gerunt, ſiue fortitudinem quam in ipſo habēt deo cuſtodire: ne in his tribulationibus tepeſcant, aut contĕrātur in aliquo. e ¶ Mors peccatorū peſſima eſt.) Quia & hic initiātur, & in futuro ſine fine torquētur. f ¶ Et qui oderunt iuſtum, delinquent.) Chriſtum, vel teſtamētum eius Iudæi oderunt. Oderunt iuſtum, id eſt, Chriſtum, & ſine cauſa. Delinquent, hoc eſt, peccabunt. Vel qui odit modo iuſtū: hoc eſt, vnumquēq; ſanctū, peccat. g ¶ Redemit dominus animas ſeruorum ſuorum.) Redemit nos Chriſtus ſanguine ſuo precioſo: & modo per ſingulos dies redimit. Vel redemit dominus animas ſeruorū ſuorū, de poteſtate ſecūdæ mortis.
h ¶ Et non derelinquet omnes qui ſperant in eum.) Qui in deo ſperant, non derelinquet eos neq; hic neq; in futuro: ſed cum ipſis eſt ſecundum promiſſionem ſuam vſq; ad cōſummationem ſeculi. Qui nobis præſtare dignetur, vt ſit iugiter
C laus eius in ore noſtro: eiuſq; doctrina mediocriter vtentes, nec extollere proſpera, nec incommoda valeāt inclinare.
i ¶ In finē pſalmus ipſi Dauid.) In finem, id eſt, in Chriſtum: vt illud: Finis legis ad iuſtitiam omni credenti. Vel finis, perfectio Chriſti. Vnde & apoſtoli dixerunt: Domine, oſtende nobis patrē, & ſufficit nobis. Et dominus: Qui me videt, videt & patrem meum: quia ego in patre, & pater in me eſt. In hoc eſt perfectio Chriſti. Dauid, fortis manu interpretatur, ſiue deſiderabilis. Et dominus manu fortis: quia tetigit loculum, & ſurrexit iuuenis filius viduæ. Vel fortis, per quem facta ſunt omnia. Deſiderabilis, quia intantum deſiderant ſancti videre Chriſtum: vt etiam corpora ſua pro ipſo tradant in martyrium. Vel paſſionis dominicæ pſalmus cōtinet ſacramentum. In quo notandum eſt, q̄ ea quę in humilitate, fletu ac lamentatione dicuntur: non diuinitati, ſed aſſumptæ carni conueniunt. Orat ergo dominum patrem, dicens: Pſalmus XXXIIII.

k IVdica domine nocentes me: expugna impugnantes me.) Iudæos & principes ſacerdotum, qui in carne poſitū dominum ſæpe impugnantes, nocere voluerunt. Iudica domine nocentes me. Vox Chriſti in paſſione, & vox eccleſię in tribulatione. Iudica: hoc eſt, iudicio diſcretionis. Vel iudica, id eſt, diſcerne inter me & Iudæos: inter eccleſiā & perſecutores. Expugna impugnātes me. Ac ſi dicat: Tu fac vindictā pro me: ſicut dicitur per ſanctū Paulū: Mihi vindictā, & ego retribuā. Et itē: Si deus pro nobis, quis cōtra nos? l ¶ Apprehēde arma & ſcutū, & exurge in adiutoriū mihi.) In armis, cœleſtia adiutoria: in ſcuto, diuinā protectionē deſignat, quā ſecūdū infirmitatē carnis ſibi poſtulat miniſtrari. Sed & nos ſpiritualibus defendit armis ac munit, ſecundum Apoſtolum: Induite vos arma dei. Arma dñi, protectio diuinitatis. Quid fortius, quid pulchrius q̄ Chriſtum armatū ſtare pro ſuis ſanctis? ſicut ſctūs Stephanus vidit quādo dixit: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtātē à dextris dei patris. Stare, pugnātis vel aduerſantis eſt. Tu non potes mutare tua arma: Dñs accedens de armis facit ſcutū. Et nos debem⁹ arma accipere, vt poſſimus reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare. m ¶ Effunde frameā & conclude aduerſus eos qui perſequuntur me.) Vt effuſus iræ tuæ gladius ſuper eos decidat, eoſq; cōcludat: ne ad nocēdū valeant euagari. Per frameam intelligitur anima dominica: per quā facit deus pater iuſtā vindictā. Vel framea intelligitur anima vniuſcuiuſq; ſancti: quia deus per animas ſanctas facit vindictā: ſicut per Petrū fecit de Anania, & Sapphira, & per Eliā de quinqua genarijs viris. n ¶ Dñe dic animæ meæ, ſalus tua ego ſū.) Vox eccleſiæ. Dic animæ meæ, vt te intelligat, q̄ tu es deus meus: tu es ſalus animæ meę. Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. A me erit, inquit, poſt mortē viuificanda. o ¶ Cōfundātur & reuereātur quærentes animā meā, vt auferāt eā.) Cùm me reſuſcitaueris, tunc hi cōfundātur. p ¶ Auertātur retrorſum & erubeſcāt qui volūt mihi mala.) Nō vt proficiāt in antè, ſed retrorſum cōuertātur, vt pereant: id eſt, dæmones, Iudæi, vel perſecutores eccleſiæ, auertātur in futuro iudicio. Cōfundātur & reuereātur gentiles de idolis: cōfundātur de infidelitate ad fidē Chriſti. Vnde Paulus dicit: Qualē ergo fructū habuiſtis tūc in his, in quibus nūc erubeſcitis? Vel, reuereātur retrorſum, id eſt, illi qui malū curſum habuerūt: ſicut dñs ait ad Petrū: Vade poſt me ſatana. q ¶ Fiant tanq̄ puluis ante faciē vēti: & angelus dñi perſequēs eos.) Id eſt, angelo perſequēte diſperdantur: vt nihil prorſus ex his vel exiguū relinquatur. Puluis, leues & infructuoſi homines dicti ſunt: quia ſicut puluis ante ventū, ſic peccatores ante ſentētiā diuinā in die iudicij. Et angelus dñi perſequens eos. Angelus dñi: id eſt, ſpūs malus. Si malus, cur dñi? Si dñi, cur mal⁹? Domini: quia dñs illū creauit, & dñs illū habet in poteſtate. Malign⁹: nō natura, ſed ſua adinuentione. Diabolus habet voluntatē nocendi, ſed nō habet poteſtatē faciendi: vt ait propheta: Immiſſiones per angelos malos: id eſt, tantā habet poteſtatē, quātū dominus ei permittit. r ¶ Fiant viæ illorum tenebrę & lubricum.) Tenebræ, ignorantiæ. Lubricū, id eſt, luxuria. Quia qui iſtis mēte eſt deditus, diabolus illum perſequitur. Vel aliter: Non cognoſcant veritatis lumen, nec firma ſtatione cōſiſtant: ſed lubrici fiant greſſus eorum qui in hac paſſione graſſantur, atq; ab angelo claritatis dominicæ affligantur. s ¶ Quoniam gratis abſconderūt mihi interitum laquei ſui.) Bene ſui: quia quem putabant domini interitū, eorum effectus eſt laqueus. Quoniam gratis abſconderūt mihi interitum. Gratis, id eſt, ſine cauſa tā Iudæi Chriſtū q̄ perſecutores eccleſiam. Ipſi ſemetipſos laqueauerūt in vindictā. t ¶ Superuacuè exprobrauerūt animā meā.) Nihil enim vtile habuit exprobratio eorum. u ¶ Veniat illis laqueus quē ignorāt.) Excidiū illud minatur, quod tēporibus Veſpaſiani ſuper eos aduenit.

Vel vnuſquiſq;

a & hūmiles ſpiritu ſaluabit. Multæ tribu-
b lationes iuſtorum: & de omnibus his libe-
c rabit eos dominus. Cuſtodit dominus o-
d mnia oſſa eorum: vnūm ex his non cōte-
e retur. Mors peccatorum peſſima: & qui
f oderunt iuſtum, delinquent. Redemit do-
g minus animas ſeruorum ſuorum: & non
h derelinquet omnes qui ſperant in eum.
i In finē pſalmus ipſi Dauid. XXXIIII.
k IVdica domine nocentes me: expugna
l impugnantes me. Apprehēde arma &
ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.
m Effunde frameam, & conclude aduerſus
n eos qui perſequuntur me: dic ānimę meę,
o ſalus tua ego ſum. Confundāntur & re-
uereantur quærentes animam meam. A-
p uertantur retrorſum, & confundātur co-
q gitantes mihi mala. Fiant tanquā puluis
ante faciem venti, & angelus domini per-
r ſequens eos. Fiant viæ illorum tenebrę &
lubricū: & angelus domini perſequēs eos.
s Quoniam gratis abſconderunt mihi in-
t teritū laquei ſui: ſuperuacuè exprobraue-
u runt animā meā. Veniat illis laqueus quē
ignorant:

Rom.12.d
Ibid.8.f
D
Ephe.6.b.
Acto.7.g.
Acto.5.a.
4.Re.1.b.
Rom.6.d.
Mat.16.d.
F
Pſal.77.c
Matt.11.d
Ibi.5.a.
Rom.10.a
Ioan.14.a
Luc.7.c.

G Vel vnuſquiſq; peccator funiculis vitiorũ ſuorum conſtringitur in die iudicij. a ¶Et captio quam abſcondit apprehendat eos:in laqueum cadant in ipſo.) In mortẽ vtiq; repẽtinam:quã occultè ipſi domino noſtro moliebantur:vt illud:
Pſal.56.b. Foderunt ante faciẽ meã foueam,& ipſi inciderunt in eam. Et
Pro. 26.d item dicit: Foueã quã fratri tuo praueras,in eã cades. b ¶Anima autẽ mea exultabit in domino.)Et Chriſt⁹ in patre,& eccleſia in Chriſto. c ¶Delectabitur ſuper ſalutari eius.) Cùm ab eo reſuſcitatus fuerit. Vel delectabitur,hoc eſt,lætabitur ſuper ſalutari eius.Salutaris noſter Chriſtus eſt: quia in ipſo delectatur eccleſia: vt ait Salomon:
Cant.3.c. Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata, & innixa ſuper fratruelem ſuũ? d ¶Omnia oſſa mea dicent:domine quis ſimilis tibi?)In oſſibus,æternitas, ſiue fortitudo intelligitur, quod ad apoſtolos refertur: vt quibus viſa fuerint primùm verba reſurrectiõis qua
H ſi deliramenta,nunc collaudẽt & dicant:Quis ſimilis tibi?hoc eſt, quis vt tu potuit de morte reuocare? Vel oſſa, fortiores ſancti, vel virtutes ſanctorum. Quis ſimilis tibi?Ac ſi dicat,nemo.Alio
Pſal.70.d loco dicit:Deus quis ſimilis tibi? id eſt,nullus. e ¶Eripiẽs inopem de manu fortiorum eius.)
2.Cor.8.b Inops Chriſtus pro nobis,vt illius inopia nos diuites faceret. De manu fortiorũ:id eſt,de manu Iudæorũ liberauit eum deus pater. Inops Chriſtus,ex perſona membrorũ ſuorum loquitur. f ¶Egenum & pauperem a diripientibus eũ.) A poteſtatibus tenebrarum. Quorum maxima virtus eſt, vt poſſint diripere pauperes tuos. g ¶Exurgentes teſtes iniqui:quæ ignorabant interrogabant me.) Euangeliũ falſos teſtes dicit:propheta ,iniquos. Et falſi quos euãgeliũ vocat,interrogantur:de quibus verò prophe ta loquitur,interrogant. Vnde intelligendũ eſt q⁹ principes ſacerdotũ ſunt iniqui teſtes:qui interrogauerunt quę neſcie-
Mat.26.f. bant,dicentes: Adiuramus te per deum,vt dicas nobis ſi tu es filius dei. Dicẽte autẽ illo,ego ſum,ſciderunt veſtimẽta ſua: & quaſi in teſtimoniũ clamauerunt:Ipſi audiſtis blaſphemiã:
I quid adhuc quærimus teſtes? Falſum enim erat teſtimoniũ, vt dicerẽt eum blaſphemaſſe,qui dixerat veritatẽ. h ¶Et retribuebant mihi mala pro bonis:ſterilitatem animę meæ.) Exhibente me vitã,condẽnauerunt me morti:& fœcunditatẽ bonorum cœleſtium promittenti,vitæ penuriã intulerũt. Sic fecerunt Iudęi Chriſto:pro bonis mala reddiderunt. Sterilitatẽ animæ meæ:id eſt,quomodo illorũ animæ ſteriles erant de bono,& plenæ de peccato: ſic voluerunt vt anima Chriſti fuiſſet. i ¶Ego autẽ cùm mihi moleſti eſſent,induebar cilicio.) Hæc ſunt arma ſanctorum. Totus autem pſalmus ex perſona Chriſti eſt:& per Chriſtũ ad omnes ſanctos referri poteſt. k ¶Induebar cilicio. Et humiliabã in ieiunio ani-
Mat.4.a. mã meã.)Legimus illius ieiuniũ,non legimus ciliciũ. Sed per ciliciũ peccatores:quia veſtitus pœnitẽtiæ eſt. Induebar cilicio. Ac ſi dicat:Induit ſe diuinitas carne,& de peccato dãnauit peccatũ. Ego autẽ cùm mihi moleſti eſſent induebar cilicio:& humiliabã in ieiunio animã meam,& oratio mea in ſinu meo cõuertetur. Induit enim dominus aſperitatẽ paſſionis,& luctũ de duritia populi nõ credentis:celebrauit ieiuniũ vſq; ad veſperã,cùm in veſpera mundi oblatus eſt,pro mundi ſalute. Conuerſa eſt oratio eius in ſinũ patris , cùm in nihilo
Mat.21.b. eſt fruſtratus à patre:& pater non quaſi minori præſtitit,ſed
& Marc.11 vt aſſumptũ hominẽ declararet. Chriſtus non carnaliter ſed
b. ſpiritualiter ieiunauit. Eſuriens venit ad arborem fici:ſitiens venit ad fontẽ. Eſuriebat ſalutẽ humani generis:ſitiebat fidẽ eccleſiæ. Eſuriebat in paſſione,quando omnes,maximè apoſtoli,negauerũt:niſi tãtũ latro in cruce cõfeſſus eſt. l ¶Et oratio mea in ſinu meo conuertetur.) Hoc eſt,in ſecreto dei patris agebat. Et ſancti orant in ſecreto: id eſt,in corde, vbi deus videtur:vt in euãgelio:Cùm oras,intra in cubiculũ tuũ,& ora patrẽ tuum in abſcõdito. Et Anna orabat in tẽplo. m ¶Quaſi proximũ,quaſi fratrẽ noſtrum.) Si ex perſona Dauid pſalmũ accipimus,proximũ accipim⁹ Saulẽ. Si ex Chriſti,ludam proditorem proximum vocat. Vel proximus,& frater Chriſtus Iudæis: quia de ipſis humanitatẽ attraxit. n ¶Ita cõplacebã.)Id eſt, deo patri:frater ac proxim⁹ erat propter generationẽ corporeã. o ¶Quaſi lugẽs,& contriſtatus, ſic humiliabar.) Lugebat enim, cùm confortante angelo, guttæ ſudoris eius tanq; ſanguis defluebant ad terram. Et contriſtatus
L eſt cùm diceret: Triſtis eſt ani-
Mat. 26.d ma mea vſque ad mortem. Tanq; lugens & contriſtatus. Lugebat Chriſtus pro parte noſtra:vt illud: Videſ,inquit,ciuitatem,fle-
Luc.19.f. uit ſuper eã. Ita humiliabar:quia Chriſtus humiliat⁹ eſt in paſſione. Vel ſic cõplacebam: quia cõplacebat patri per fidẽ,& ſpem. p ¶Et aduerſũ me lætati ſunt.) Lætati ſunt Iudæi,quãdo Chriſtum apprehenderunt,vt eũ crucifigerent. q ¶Et conuenerũt in vnum.)Ad hoc cõuenerunt,vt Chriſtũ crucifigerẽt,non vt crederent. Vel aduerſus me congregati ſunt,& cõuenerũt,cùm traditionis meæ promiſſionẽ haberent. r ¶Congregata ſunt in me flagella.)
Mat.26.c. Flagellauerũt Chriſtũ,ſicut dixit:Cum gladijs & fuſtibus ad me veniſtis.Et Pilatus dixit:Dimittã eũ emendatũ:id eſt,flaLuc.23.e. gellatum dimittam. ſ ¶Et non cognoui.)Quid non cognouerit,quæritur. Quidã putant dolorẽ vulnerum quæ patiebatur in cruce. Sed melius ad peccata refertur , quòd non habuerit conſcientiam peccatorum , quare crucifixus ſit. Et ignoraui,non quòd ignoret Chriſtus aliquid : ſed ignoraui, quia propter quod iſtud mihi accidit,non cõmiſi. Vel ignorauerũt,quòd deus ſub carnis velamẽto lateret. t ¶Diſſipati ſunt.) A vinculo charitatis. M
u ¶Nec compuncti.)Vt agerent pœnitẽtiã. x ¶Tẽtauerũt me.)Multis modis tẽtauerunt Iudæi Chriſtum,ſicut dixit vnus ex ipſis:Magiſter,
Mat. 22.d quod eſt primum mãdatũ? y ¶Subſannauerũt me ſubſannatione.) Deludentes atque dicentes: Aue rex Iudæorum.
Ioan.19.a. z ¶Frenduerũt ſuper me dẽtibus ſuis.)Clamãtes,crucifige eũ. Per motus corporis,oſtenditur motus animæ. Per dentes intelligitur malitia:quia per malitiam ipſum crucifixerunt, & in hunc dentibus ſtriderunt. a ¶Domine quãdo reſpicies.)Propheta ex perſona eccleſiæ dicit. Ac ſi dicat:Reſpice malorũ iniquitatẽ,& meã iuſtitiã ab ipſis diſcerne. b ¶Et reſtitues animã meã à malignitate eorũ , à leonibus vnicam meã.)Leones ipſos perſecutores dicit,qui animã eius deglutire ore nitebãtur:ſed eius reſurrectiõe cõfuſi ſunt. Ecce cõuerſa eſt oratio eius in ſinũ eius,cùm vnica,id eſt,ipſa anima integra corpori reſtituta eſt. Et quis,inquis,eã reſtituit? Ipſe
Ioan.10.d. cum paterna voluntate,qui dixit: Poteſtatem habeo tollendi animã meã,& poteſtatẽ habeo iterũ ſumẽdi eã. Et à leonibus vnicã meã. Leo ipſe populus Iudaicus,propter fortitudinem malitiæ ſuę. Vnicã meã:quia vnica fuit aĩa Chriſti ſine pecca
Eſa.53.c. to,ſecũdũ prophetã:Qui pctm̃ nõ fecit,nec dolus inuẽtus eſt in ore ei⁹. c ¶Cõfitebor tibi dñe in eccleſia magna.)Id eſt, in toto mũdo diffuſa. d ¶In pp'o graui laudabo te.)Id eſt,

a ignorant: & captiõ quam abſcondit apprehendat eos: & in laqueũ cadant in id-
b ipſum. Animã autẽ mea exultabit in do-
c mino: & delectãbitur ſuper ſalutari ſuo.
d Omniã oſſa mea dicent: domine quis ſi-
e milis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenũm & pauperem à di-
f ripientibus eum. Exũrgentes teſtes iniqui, quæ ignorabant interrogabant me.
g Rẽtribuebant mihi mala pro bonis: ſte-
h rilitatem animæ meæ. Ego autem cùm
i mihi moleſti eſſent: induebãr cilicio, Et humiliabam in ieiunio animam meam:
k & oratiõ mea in ſinu meo conuertetur.
l Quãſi proximum, quaſi fratrem noſtrũ,
m ſic complãcebam: quaſi lugens, & contri-
n ſtatus, ſic humiliabar. Et aduerſum me
o lætati ſunt, & cõuenerunt: cõgregata
p ſunt ſuper me flagella, & ignoraui. Diſſi-
q pati ſunt, nec cõpuncti: tentauerũt me:
r ſubſannauerũt me ſubſannatione: fren-
ſ duerũt ſuper me dentibus ſuis. Domi-
t nẽ quãdo reſpicies: reſtituẽ animam me-
u am à malignitate eorum: à leonibus vni-
x cam meam. Confitebor tibi in eccleſia
y magna: in populo graui laudabo te.

in populo

a Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & b annuunt oculis. Quoniam mihi quidem c pacificè loquebantur: & in iracundia dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me d os suum: dixerunt, e euge euge viderunt f oculi nostri. Vidisti domine, ne sileas: g domine ne discedas à me. Exurge h domine, & i intende iudicio meo deus meus, & k domine mi deus meus in causa mea. Iudica me secundum iustitiam tuam: domine deus meus, l & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: m nec dicant, deuorabimus eum. Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis n meis. Induantur confusione & reuerentia, o qui maligna loquuntur super me. Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & p dicant semper magnificetur dominus, qui q volunt pacem serui eius. Et lingua mea r meditabitur iustitiam tuam, totam die laudem tuam.

In fine seruo domini psalmus Dauid. XXXV.

s Dixit iniustus, vt delinquat sibi: non t est timor dei ante oculos eius. Quoniam u dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius, & odium. Verba x oris eius iniquitas & dolus: noluit y intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: z astitit omni viæ non a bona: malitiam autem non odiuit. Domine b in cœlo misericordia tua, & c veritas tua usque ad nubes. Iustitia tua sicut montes dei, d iudicia tua abyssus multa. Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus. e Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. f Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. g Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. h Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam rectis corde. i Non veniat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. k Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potuerunt stare.

A in populo Christiano, ibi te laudabo. Grauis dicitur: quia nō est leuis ad peccandum. Non leui, quem ventus vt puluerem à facie terræ proijciet: sed in graui, & supra petram fundato, firmiterq; præcepta custodiente. Hinc iterū recordatur passionis suæ quo potius eis iudicium mortis adnunciet, dicens:

a ¶Non supergaudeāt mihi qui aduersantur mihi iniquè.) Iudæi Christo, & persecutores ecclesię. b ¶Qui oderūt me gratis, & annuunt oculis.) Hæc dicit vt non sit iterata passio: quia nec redemptio veniet iterata. Et annuerunt oculis: quia nihil boni in opere ostenderūt. c ¶Quoniā mihi quidē pacificè loquebantur.) Vt
Mat.22.b. illud: Magister licet tributū dari Cęsari, an non? Vel quando dixe-
Mat.22.b. runt: Magister, scimus quia verax es, & in veritate viam dei doces. Sed hæc pacifica, plena erant dolo & ira. d ¶Et in ira dolos cogitabant.) Sic loquebantur, sed cogitabant, vt apprehenderēt eū, & ligarēt eum: sicut postea fecerunt. In ira hoc fecerunt, sicut Iacobus ait: Ira viri iustitiā dei non
Iaco.1.c. operatur. Et sicut alibi dicit: Ira-
* Psal.4.a. scimini & nolite peccare. Sol nō
Ephe.4.f. ôccidat super iracūdiam vestrā. e ¶Dilatauerunt super me os suum.) Dilatauerūt, quando accusauerūt in blasphemijs. Et dilatauerunt super me os suū: quia non solū peccauerunt in me: sed
Mat.27.c etiam insultauerunt, dicentes: Si filius dei est, descendat de cruce, & credimus ei. f ¶Dixerunt euge euge.) Sicut dicit in euange-
Luc.19.c. lio: Euge serue bone, & fidelis. Vel vox Iudæorū est: ac si dicāt: Bene, bene videmus quod expectauimus, illæ virtutes quas faciebas, q; nihil erant. Vel dixerunt, bene, bene: sed dolosè. g ¶Viderunt oculi nostri.) Quia non accipis personam hominis: nec est tibi cura de aliquo. h ¶Vidisti domine.) Pater, illusiones eorum. Ac si dicat: Vidisti illos ad iudicandum. i ¶Ne sileas domine.) Ne taceas. Tacet modo, & non tacet: id est, non tacet mandatum, tacet iudicium. Te in testimonium aduoco, cùm iudicauero mundum. k ¶Ne discedas à me.) Quia pater à filio non discessit in passione. Sed tuæ adhæream dexteræ, donec digna vltione puniātur. l ¶Exurge domine, exurge.) Hoc est, in adiutorium. m ¶Intende iudicium meum.) Id est, discerne inter me, & Iudæos. Intende iudicium meū: quia par est pœna, & dispar est culpa. Id est, quando cum illis latronibus pendebat: quia ipse innocens pendebat. Exurge & intēde iudicium meū, quàliter iudicantes cōdemnauerunt me morti. n ¶Deus meus, & dominus meus in causa mea.) Vox humanitatis ad diuinitatem: pro parte carnis loquitur. Iudica me secundum magnam misericordiam tuam. Vnde dixit, intende iudicium mæum: id est, fac discretionem inter me, & illos. o ¶Iudica me secundum iustitiā tuam domine deus meus.) Iudicaui ego adulteram, vt non condemnaretur: iudicauerunt, & isti me innocentē, dignū morte: ideo vnusquisq; secundū opus propriū iudiciū mereatur. p ¶Nō supergaudeāt mihi inimici mei: ne dicāt in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: nec dicāt deuorabimus eū.) Nō patefiat vltrà os eorū ad me deuorandū, ne dicant, deuorauimus eū. Deuorat homo quod in os mittit. Sed in hoc dicit deuorare: quia peccatores volūt illos sanctos deuorare: id est, vt vnū corpus efficiantur. q ¶Erubescant & reuereantur simul qui gratulātur malis meis.) Id est, dæmones, Iudæi, hæretici, & persecutores, qui gratulantur malis meis: hoc est, nō solū qui faciunt, sed eā qui cōsentiūt facientibus. r ¶Induantur cōfusione & reuerētia qui maligna loquūtur aduersum me.) Isti supradicti cōfusione æterna. Vnde dicit: Discedite à me maledicti in ignē æternū. Vt qui me quasi hominē iudicauerūt: vt deū videant iudicātem. Hinc propheta ad patrē loquitur. Mat.25.d

s ¶Exultent & lætentur qui volunt iustitiā meā.) Christū expectantes, qui est iustitia patris. Vel exultent & lætētur qui volūt iustitiā meā: id est, sancti qui volūt iustitiā dei implere, ipsi exultent & lętētur de remuneratione vitę æternæ. t ¶Et dicant, semper magnificetur dominus: qui volūt pacē serui eius.) Ipse domin⁹ est pax nostra: iuxta Apostolū. Serui Ephe.2.c. eius: id est, Christi: qui est seruus dei patris. Vnde dicit: Magnū est Esa.49.b. tibi vocari seruū meū: pro parte carnis. u ¶Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuā.) Lingua mea sancti sunt, qui meditātur mādata Christi. x ¶Tota die laudē tuā.) Tota die, toto tēpore laudare deum. Sed & lingua mea meditabitur iustitiā tuam: quia pro vita populi mortuus, nō es in tartaro derelictus. Tota die laudem tuā: quia deuicta triumphās morte in cœlis es susceptus à patre: cum quo tibi & spiritu-sancto est honor & gloria. Amē.

y ¶In finem puero domini psalmus Dauid.) Iste psalmus personā peccatoris designat, superbiā notat, fontē ętērni luminis monstrat. Psalmus XXXV.

z Dixit iniustus, vt delinquat sibi) Id est, sibimet ipsi. Iniustus, hoc est, diabolus cum suis satellitibus. i. populis Iudæorū: vel reliquis suis membris sibi deliquit. Nec alius quisq; per iniustitiā sic loquitur vt peccet: sicut ille qui dixit: Ponā soliū meū super sydera, & ero similis altissimo. Esa.14.c. Sēper enim iniquitas proprio se cōfodit iaculo: iuxta illud: Fili, si mal⁹ euaseris, solus hauries mala. Vel aliter: Dixit iniquus vt delinqueret sibi: id est, decreuerit se peccare debere. Prou.12.a

a ¶Nō est timor dei ante oculos eius.) Si enim timorem dei ante oculos haberet, nūq; execrabilia, & abominādā cōmitteret. Nō est timor dei ante oculos eius. i. ante populū Iudaicū: qui si timorē domini habuissent ante oculos cordis, nūq; tāta mala fecissent. b ¶Quoniā dolosè egit in cōspectu eius.) Diabolus, & Iudæi ante cōspectū dei. Vel, dolosè egit in conspectu eius, iniquæ cōcupiscentiæ flāma stimulatus. c ¶Vt inueniatur iniquitas eius & odiū.) Dū cōcupiscet cōtra iustitiā iniquitatem, dū auferre nō potest, odiū possedit. Sed & ad Iudā proditorē hæc pertinere sequētia docēt. d ¶Verba oris eius iniquitas & dolus.) Dixit autē: Aue rabbi, & o- Mat.26.c sculo magistrū tradidit inimicis. Ecce verba oris, plena dolo atq; iniquitate. Verba oris eius iniquitas, & dolus: & in diabolo, & in populo Iudæorū. e ¶Noluit intelligere vt bene ageret.) Id est, diabolus & sui satellites: quia aliud est non posse, aliud est nolle. Et Iudas videbat quotidie cū apostolis Christū multa mirabilia operātē, sed nō intelligebat. In ma- Sap.1.a. liuolā enim animā nō ingreditur sapiētia. f ¶Iniquitatē meditatus est in cubili suo.) In cordis secreto, in quo cōpungi debuit iniquitatē meditatus est, vnde iā superius mentionē fecimus. In cubili, id est, in corde eorū. g ¶Astitit omni viæ non bonæ.) Quia ibi astitit, ideo ad nullum iustitiæ fructum potuit peruenire. h ¶Malitiam autē nō odiuit.) Sed dilexit: quia non solum non oderūt, sed amplexati sunt. i ¶Domine in cœlo misericordia tua.) Id est, in sanctis angelis, qui

G gelis,qui ibidē firmati fuerunt,& non ceciderunt. Vel in cœlo misericordia tua:id est,in sancta ecclesia. Domine in cœlo misericordia tua. Christus dominus,qui humanos miseratus labores descendit de cœlo: vt colligaret vulnera nostra.

a ¶Et veritas tua vsq; ad nubes.) Veritas,Christus est:vt il-
Ioan.14.a lud:Ego sum via,& veritas. Nubes,sancti prædicatores. Vnde di-
Esa.5.b. citur: Mandabo nubibus meis,vt non pluant imbrem super eam. Quia sicut nubes pluuiam portant:& irrigant terram:sic sancti prædicatores pluuiam,id est,doctrinam euangelij portant,& irrigant corda arentia. Et veritas tua vsq; ad nubes. Qui spiritualiter scripturas nolunt intelligere:querendum est ab eis,quomodo veritas dei sit vsque ad nubes.

b ¶Iustitia tua sicut mōtes dei.) Mons dei sapientia:mons dei iudiciū:mons dei sanctificatio est. Sunt & huiusce modi mōtes plurimi,in quibus reconduntur arcana dei:quæ difficilè humanitas

H potest inuestigare:iuxta Apostolū:Quam inscrutabilia sunt iu-
Rom.11.d dicia eius:& inuestigabiles viæ eius. Vel aliter: Iustitia tua sicut montes dei. Iustitia tua,mandata tua. Montes dei,sancti maioris meriti: sicut sanctus Ioannes,vel cæteri apostoli. Montes prius à sole illuminantur,& postea valles. Sed mōtes,id est,sancti non à semetipsis nisi à sole,id est,à
Malach.4 a. Christo. Vnde dixit:Orietur vobis sol iustitiæ.

c ¶Et iudicia tua velut abyssus multa.) Abyssus multa,iudicia dei occulta:quia vnum reprobat,& a-
Ibid.1.a lium assumit:sicut dixit:Iacob dilexi,Esau odio habui. Vel iudicia sunt,quibus vel iustis beatitudo,vel impijs pœna infertur. Quę ideo abysso comparantur:quia in noui veteriscq; testamenti profunditatibus contēplantur.

d ¶Homines,& iumenta saluos facies domine.) Ratiōabiles irrationabilesq;
Rom.1.a. personas:iuxta illud Apostoli: Sapientibus,& insipientibus debitor sum.

e ¶Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam deus.) Ab initio quidem profluа fuit misericordia tua:sed tūc multiplicata est,cùm nos cruore proprio redemisti.

f ¶Filij autem hominum in tegmine alarum
I tuarum sperabunt.) Nō progenies viperarum,sed illi qui ad imaginem dei mente perfecti sunt,sperant sub crucis tuę defensione muniti. Vel filij hominum,id est,filij Christi: quia ipse hominis filius est,& sancti filij hominum. In protectione alarum tuarum,vel in tegmine. Duæ alæ,duo testamenta: quia inde tegūtur sancti à Christo.

g ¶Et inebriabūtur.) Id est,ipsi filij:inebriabūtur quidem ab vbertate domus tuæ, à pinguedine gratię spiritus sancti. Domus tuę,sanctę ecclesiæ. Vel inebriabuntur,vt oblitis flagitijs,virtutibus copulētur.

h ¶Ab vbertate domus tuæ.) Ab intellectu dogmatū ecclesiasticorum.

i ¶Et torrente voluptatis tuæ potabis eos.) Torrens voluptatis dei,spiritus sanctus est: qui irrigat omnem animam spiritualibus fluentis: vt fructum exhibeat sanctitatis.

k ¶Quoniam apud te domine est fons vitæ.) Et tu es,& apud te est origo omnium bonorum:& tu prestas baptismum:per quod ablutis facinoribus,vitā largiaris ęternā. Vel fons vitæ:quia doctrina dei,animæ vita est.

l ¶In lumine tuo videbimus lumen.) Lumen patris Christus est. In Christo patris lumine,lumen spiritum sanctum videmus. Lumen tuum pater est:cuius voluntatem faciens,venisti illuminare occulta tenebrarum:vt in te,qui es lux mundi,mereremur illud lumen cernere in gratia mentis puræ. Sic enim
Ioan.14.b ait ad Philippum: Qui videt me,videt & patrem meum. In lumine eius:id est,in Christo,videbimus lumen:id est spiritū sanctum,qui super apostolos in specie ignis illuminantis apparuit. Et in lumine tuo videbimus lumē:id est,à Christo illuminabimur:vt ait in euāgelio:Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Acto.2.a. K
Ioan.1.a

m ¶Prætende misericordiam tuam scientibus te.) Qui te venturum in mundum nouerūt. De quibus postmodum in euangelio dicis: Multi iusti & pro-
Matt.13.b phetæ cupierunt videre quæ videtis,& non viderunt. Nō superbis,& subdolis,sed mundis corde. Vel,ostende misericordiam tuam scientibus te: id est,qui te sciunt,& te intelligunt,ipsis ostende misericordiam tuam domine.

n ¶Et iustitiam tuā his qui recto sunt corde.) Iustitiam tuam,mandata tua. Qui recto sunt corde:id est,qui non habent duplicitatem cordis.

o ¶Non veniat mihi pes superbiæ.) Ne elatus vanitate,incidā in laqueū diaboli,& euadere non possim.

p ¶Et manus peccatorum non
L moueat me.) Id est opera malorum me nō moueant de bono in malum. Non me moueat,vt à te diuellar.

q ¶Ibi ceciderunt omnes qui operātur iniquitatē.) In hac superbia atq; vanitate contra quam stare debuerāt,cecide-runt.

r ¶Expulsi sunt.) A regno dei.

s ¶Nec potuerūt stare.) Expulsi sunt dæmones de cœlo: nec potuerunt stare. Cœlum eos nō potuit tenere: quia in pedes superbiæ iam corruerāt. Nos verò oremus dominum,vt nobis nominis sui timorem insinuet,misericordiam de cœlo solitè largiatur:superbiam à nobis bonis suis inimicam auferat,atq; omnem dolū auertat:nosq; sacrosancti luminis sui cognitione illuminatos,regno suo dignos efficiat. Amen.

t ¶Psalmus Dauid.) Trigesimusse xtus psalmus personam iusti glorificat,iniusti notat:mores instruit,bonitatē dei docet,prauitatem euellit.

Psalmus XXXVI.

u NOli æmulari in malignātibus.) Multas habet æmulatio interpretationes,quæ loco suo debent vel intelligi,vel exponi. Nam hic dicit:noli particeps esse malignis:neq; ad zelū,neq; ad inuidiam,quia zelus ira est,
M secundum illud quod per prophetam dominus ait: In indi-
Zach.8.a. gnatione magna zelatus sum Sion. Inuidia autem liuor est: iuxta illud:Occidi adolescentulū in liuore meo.

x ¶Neq; zelaueris facientes iniquitatē.) Nō imiteris eos qui per iniquas fraudes diuitias congregant,honoremq; requirunt: sed deū attendens,bonitatē apostolicā quęre.
Gene.4.d

y ¶Quoniam tanq; fœnum velociter arescēt:& quemadmodū holera herbarum citò decident.) Rectè hæc carnalis gloria,& mundana potentia,fœno(iuxta Esaiam)comparatur. Omnis,inquit,
Esa.40.b. caro fœnum,& omnis gloria eius sicut flos fœni. Aruit enim fœnum,& flos eius decidit. Huic sententiæ addidit Iacobus apostolus:Ita & diues in itineribus suis marcescet. Simili ra-
Iaco.1.b. tione,& de holeribus sentiendum est:quia non omnia holera
Rom.14.a infirmis sunt oportuna.

z ¶Spera in domino & fac bonitatem.) Tanquam ægro tibi loquitur sermo diuinus:vt inter reliquas gratias quæ sunt fructus spiritus exhibeas bonitatem. Spera in domino:spem habeas semper in domino. Et fac bonitatem:hoc est,adimple mādata.

a ¶Inhabita terram.) Sāctam ecclesiam:vel corpus tuum. Tu dominare carni:non caro tibi.

b ¶Et pascēris in diuitijs eius.) In sacris voluminibus. Si hæc terra fructum exhibeat sanctitatis,tunc & tu iocundaberis in diuitijs dei.

c ¶Delectare in domino,& dabit tibi petitiones cordis tui.) Cor semper sapiētiam petit. Ergo si admissis his iocunditatibus in domino delecteris,dabit

a nes cordis tui. Reuela domino viā tuā, & b c d spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi e f lumen iustitiā tuā, & iudiciū tuū tanquā g meridiē: subditus esto domino, & ora h eū. i Noli æmulari in eo qui prosperatur i via k l m sua: in homine faciente iniustitiā. Desine n o ab ira, & derelinque furorem: noli æmu- p lari vt malignēris. Quoniam qui mali- q gnant, exterminabūtur: sustinentes autē r dominū, ipsi hæreditabunt terrā. Et adhuc pusillū & non erit peccator: & quæ- s rēs locum eius, & nō inuenies. Mansueti u autē hæreditabunt terrā: & delectabūtur x in multitudine pacis. Obseruabit pecca- y tor iustū: & stridebit super eum dentibus z suis. Dominus autē irridebit eū: quoniā a prospicit quòd veniet dies eius. Gladium euaginauerūt peccatores: intenderūt arcū b suum. Vt decipiāt pauperē & inopem: vt c d trucident rectos corde. Gladius eorū intret in corde ipsorum: & arcus eorum cō- e fringatur. Melius est modicum iusto, su- f per diuitias peccatorū multas. Quoniā g brachia peccatorū conterent: confirmat h autē iustos dominus. Nouit dominus vi- i as immaculatorū: & hæreditas eorum in k æternum erit. Non cōfundentur in tem- pore malo: & in diebus famis saturabun- l m tur: quia peccatores peribūt. Inimici ve- n rò dñi mox vt honorificati fuerit & ex- o altati, deficientes quemadmodū fumus deficient.

A ris, dabit tibi thesauros sapientiæ suæ, vel quicquid petieris
Mat.15.c. per fidem. Vnde dixit: Quia si duo ex vobis cōsenserint super terram, de omni re quam petierint à patre meo, fiet eis.
a ¶ Reuela dño viam tuā.) Quomodo dicit, reuela: nūquid aliquid nescit deus? Nō, sed tu quod habes in corde, patefacere debes deo in sermone per cōfessionem tuā. Cōfitere ei actiones tuas, & spera in eum semper, & ipse tibi dimittet peccata tua.
b ¶ Et spera in eū.) Quòd possit remittere delinquenti.
c ¶ Et ipse faciet.) Et qd, inquis, faciet? d ¶ Et educet quasi lumen iustitiā tuā.) Ad claritatem qua eū credidisti. Iustitiā tuā: id est, i claritate opera tua e ¶ Et iudiciū tuum.) Quo ea quę bona sunt elegisti. f ¶ Tanquā meridiem.) In pleno splendore gratiæ suæ, cùm reuelat corā angelis suis. Vel meridies, opera sanctorum intelligunt. g ¶ Subdit⁹ esto domino.) Non peccato, sed humilis esto corā dño. h ¶ Et
B ora eū.) Pro delictis præsentib⁹ & antiquis. Vnde Paulus dixit:
1.Tim.2.a Primò omniū fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarūactiones: pro regibus & omnibus qui in sublimitate sunt.
i ¶ Noli æmulari in eo.) Ne inuidus ei sis, sicut superius: Et iudicium tuum tāquam meridies.
Matt.13.f. Tūc enim iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorū: & erūt clara omnia quæ nūc absc̄dita sūt. Vel noli æmulari in eo qui prosperè agit in via sua. Non te terreat impij fœlicitas breuis. Quiesce ab ira, & derelinque furorē. Noli ęmulari vt malefacias. Depone iram, ne iniqua patiēs, vicē reddere compellaris. k ¶ Qui prosperatur in via sua.)
Qui fœliciter agit in hoc seculo. l ¶ In homine faciente iniustitiam.) Ipse enim se peccando præcipitat, ne cum illo esse desideres qui iniquitatem facit. m ¶ Desine ab ira.)
Iacobi.1.c Quę dei iustitiā nō operatur. n ¶ Et derelinque furorē.)
Prou.19.b Qui secundū Salomonē etiam sapientes perdit. Vel desine,
C cessa ab ira animi, & furore corporis. o ¶ Noli æmulari vt malignēris.) Ne alios prouocando ad nequitiam, ipse nequā efficiaris. p ¶ Quoniā qui malignātur exterminabūtur.) Quia non habēt radicē pietatis. Vel exterminabuntur de terra viuentiū. q ¶ Sustinentes autē dominum, ipsi hęreditabūt terram.) Id est, terrā repromissionis, quæ fluit mel & lac. r ¶ Adhuc pusillum, & non erit peccator.) Modicè expecta, & non erit peccator, qui tollet hinc: quia diuina opprimet vltione. s ¶ Et quæres locū ei⁹, & nō inuenies.) In futurū non erit: neq; locū quietis accipiet. Et quæres locū eius, & non inuenies. Si locus diaboli peccatū est, erit tempus quando peccatū nō erit. Hoc autē tunc erit, cùm exultauerimus in multitudine pacis. t ¶ Māsueti autē hæreditabūt terrā.) Quos nullus turbo furoris exagitat: neq; cōcupiscentiæ ignis inflāmat. Hæreditabūt terram illam viuentiū: quia mites, & humiles possidebūt terram: hoc est, vitam ęternam.
u ¶ Et delectabuntur in multitudine pacis.) Delectabuntur: id est, lætabūtur, in multitudine pacis: id est, in Christo: cùm in regno Christi cōiūcti fuerint, q est pax nostra. x ¶ Obseruabit peccator iustū.) Vt inuento loco noceat ei: quia per illa opera sanctorum ipsi cruciātur, & torquent in ista præsenti vita: id est, in mente intus malitia & inuidia, quā habēt.
y ¶ Et stridebit super eū dentibus suis.) Nequitię & malitię dētibus, quibus eum nititur deuorare. Per motum corporis, vt diximus, ostendit motum animæ. z ¶ Dominus autem D
irridebit eū: quia prospicit quòd veniēt dies ei⁹.) Dies vltionis iræ dei. Nunquid dominus aliquē irridet? Non, sed quia digni sunt ipsi vt irrideantur in vindicta. Quoniā prospicit q veniant dies eius: hoc est, dominus scit quādo veniet perditio eius. a ¶ Gladiū euaginauerūt peccatores, &c.) Gladi⁹ siue sagittæ peccatorū, verba seductiōis sunt. Arcus verò vel vagina, mens est eorū de quibus ꝓferuntur. Vel gladiū euaginauerunt peccatores: id est, gladium persecutorū in persecutione. Intenderūt arcum: id est, tendicula ipsorū contra sanctos. b ¶ Vt decipiāt pauperem, & inopem.)
Non diuitē mūdi, sed pauperem Christi. c ¶ Vt trucident rectos corde.) Vt eos qui bene credunt seducēdo interimāt. Quia tūc animæ sanguis funditur, cùm quis blādè seducitur, & cadit in peccatum. Sed hæc ad hæreticos referenda sunt, cōtra quos debemus fortes stare: vt eis qđ ꝓphe E
ta adiecit, aduenīat. d ¶ Gladius eorū intret corda ipsorum, &c.) Vnusquisq; enim qui cōtra deum loquit: aut cuius mens in stulta arrogantiæ vanitate supfluit: nec scripturis spiritaliter intendēs, vitiosa eas interpretatione corrumpit: ipse se proprio interimit pugione. Et sicut ad apostolos pax eorū, si indigna sit Mat.10.b.
domus, reuertit: ita & in corda istorū gladius, si cōtra insontem euaginet, infigit. Vel gladius eorum intret in corda ipsorū: hoc est, vindicta in animas ipsorum. Et arcus eorū cōfringatur, tēdicula ipsorum. e ¶ Melius est
modicū iusto super diuitias peccatorū multas.) Metuit enim illud quod dominus ait in euāgelio: Quid prodest homini, si Mat.16.d.
mundū vniuersum lucret: animæ autē suę detrimentum patiatur? Modicū autem quod dixit, fides est. Quæ quanquam grano synapis cōparet, magnā tamen habet virtutē. Melius Luc.17.a.
est modicū iusto, super diuitias peccatorū multas. Quanuis parua sint, meliora sunt: quia dixit Salomon: Melior est exi- Eccl's.4.b
gua portio cum requie, quàm plena manus cum iniquitate. F
f ¶ Quoniā brachia peccatorū cōterentur.) Brachia, id est, fortitudo illorū conteret in vindicta, ne innocētibus noceāt.
g ¶ Cōfirmat autē iustos dominus.) In fide conuersantium infirma corroborat. h ¶ Nouit dominus vias immaculatorū.) Id est, cōuersationē illorum. Nouit dominus qui sunt 2.Ti.2.c.
eius: immūdos autē & eos qui eū ignorāt, nescit. Omnis enim 1.Cor.14.
ignorans ignorabitur. i ¶ Et hæreditas eorū in æternum g.
erit.) In Christo, qui est perpetuus & æternus. Vel in ęternū erit: hoc est, in vita æterna. k ¶ Non cōfundent in tēpore malo, &c.) Tēpus malum, iudicij tēpus ostendit: in quo cùm iusti nō patiant famem: de peccatoribus dicit: Væ vobis qui Lucæ.6.d.
saturati estis, quoniā esurietis. Non confundentur in tēpore malo. In tēpore discussionis, quod impijs malum erit. Et in dieb⁹ famis saturabunt: & si desināt esse ministratores verbi dei, hi in Christo qui panis est viuus, reficient. Vel in diebus famis saturabunt: hoc est, quādo illi peccatores erūt vacui, tunc sancti saturabūtur de gratia dei. l ¶ Quia peccatores peribunt.) Quia nō custodiunt mandata dei, si non emēdauerint. m ¶ Inimici verò dñi mox vt honorificati fuerint,) In potestate terrena. n ¶ Et exaltati,) In vana gloria. o ¶ Deficiētes quemadmodum fumus deficient.)
Aduenīente autē morte, omnis gloria eorū tanquam fumus

G aut nebula tabeſcet: quia citò omnia trãſeũt.
Luc.19.d. a ¶Mutuabitur peccator, & nõ retribuet.) Quia non reſtituet pecuniã domini cum vſuris. Mutuũ accepit à domino: id eſt, quinq; ſẽſus corporis, vel diuitias, & nõ gratias agit deo. b ¶Iuſtus autẽ miſeretur & cõmodat.) Id eſt, & in ſe facit miſericordiã, & in alijs: hoc eſt, diſcernit ipſos quinq; ſenſus corporis. Vel iuſtus miſeret & cõmodat. Accepit verbũ, & ſpiritualib⁹ ſpiritualia ſubminiſtrat: vt nõ ſolũ ſe, ſed alios lucrifaciat. In hoc verò verſiculo, etiã miſeratio pauperũ itelligẽda eſt. c ¶Quia benedicentes ei hæreditabũt terram.) In qua bona dei repoſita ſunt. Qui ſemper deũ laudant, & ipſi poſſidebunt terram: id eſt, & iſtam terram ſolent poſſidere: & poſtea terram viuentiũ poſſidebunt. d ¶Maledicẽtes autem ei diſperibunt.) Promittẽte domino: Inimícus ero inimícis tuis, & affligã affligẽtes te. e ¶Apud dominũ greſſus homínis dirigent.) Quibus ad eum tranſire conatur. Sic & Rebecca abijt interrogare nõ de loco ad locũ, ſed de vita ad vitam: & Moyſes ſolutis vinculis pedũ, tranſiuit vídere rubũ. Et tu ſi apponas animũ vt trãſeas à morte ad vitam: non pedũ greſſibus, ſed animi virtute, dirígunter à domino greſſus tui. Ad dominũ greſſus hominũ dirigentur, ſenſus vniuſcuiuſq; vt ait Salomõ: Hominis eſt præparare viam ſuã, ſed dominus dirigetgreſſus ſuos. f ¶Et viam eius volet.) Vt ad ſe veníat q eſt via, veritas & vita. Vel mandata eius deſiderat. g ¶Cùm ceciderit nõ collidetur.) Quare? h ¶Quia dominus firmat manum eius.) Id eſt, opera eius. Cùm ceciderit propter infirmitatem carnis: quia ſepties cadit iuſtus, & reſurgit: nõ collídetur, quia dominus ſupponit manũ ſuam. Agenti pœnitẽtiam, ſtatim miſeretur. Sic & Dauid & Petrus, cognitum lachrymis purgauerunt delictũ, & à domíno confirmati ſunt. i ¶Iunior fui, & ſenui, & non vidi iuſtum derelictum.) Nolite, inquit Apoſtolus, pueri effici ſenſibus veſtris, ſed malitia paruuli eſtote. Ergo iſte ab initio ætatis ſuæ paruulus ín malitia, ſed ſenex in virtute diuina: íntellexit nunquam poſſe iuſtũ à domino derelinqui, nec ſemen eius quærẽs panẽ doctrinæ cœleſtis: de qua verbum inſipientibus præbuit.
k ¶Nec ſemen eius quærẽs panem.) Semẽ eius, opera eius. Quærẽs panem, id eſt, verbũ dei. l ¶Tota die miſeretur & cõmodat.) Dies eſt, cùm vnuſquiſq; bonũ exercet. Iſte ergo omnibus diebus vitæ ſuæ fœnerat domini ſui pecuniã, nõ ad lucra mũdana, ſed ad cœleſtia conquirenda. Tota die, omni tẽpore. Miſeretur à deo: id eſt, qui alijs miniſtrat doctrinam dei. m ¶Et ſemen eius in benedictione erit.) Opera quæ geſſit, vel doctrinã quam docuit, à domino benedicent. Sed & ſemen ad Chriſtianũ refertur populum, qui in eccleſia aſſidua benedictione ditat. Et ſemen eius in benedictione erit, ín abundãtia & gloria. n ¶Declina à malo.) Opere. o ¶Et fac bonum.) Quod deus præcepit. Declina à malo, & fac bonũ. Declina à malo: à diabolo, vel à peccato. & fac bonum: hoc eſt, ímple mãdata. p ¶Et inhabita in ſeculũ ſeculi.) In eccleſia, in vnitate fidei, eſto cum eo perpetuus.
q ¶Quia dñs amat iudiciũ.) Rectũ iudiciũ, quo iuſtos imimpíoſq; diſcernit. r ¶Et non derelinquet ſanctos ſuos.) Qui ín eũ totã ſpem locauerunt. ſ ¶In æternũ cõſeruabuntur.) Hoc eſt, in perpetuum, quia æterna concupierunt.

a deficiẽt. Mutuabitur peccator, & nõ ſoluet: b iuſtus autem miſeretur & retribuet.
c Quía benedicentes ei, hæreditabũt terram: d maledicentes autem ei, diſperibunt.
e Apud dominũ greſſus hominis dirigentur: f & viam eius volet. Cùm ceciderit, g nõ collidetur: h quia dominus firmat manum
i ſuã. Iunior fui, & ſenui: & non vidi iuſtũ
k derelictũ, nec ſemẽ eius quærens panem.
l Tota die miſeretur & commodat: m & ſemẽ
n illius in benedictione erit. Declina à ma-
o lo, & fac bonũ: & inhabita in ſeculũ ſecu-
p q li. Quia dominus amat iudicium: & nõn
r derelinquet ſanctos ſuos: in ætérnũ conſeruabuntur. Iniuſti punientur: & ſemẽn
ſ t impiorum peribit. Iuſti autem hæreditabu
x y bunt terram: & inhabitabũt in ſeculum
z ſeculi ſuper eam. Os iuſti meditabitur ſapientiã: & linguã eius loquetur iudiciũ.
a b Lex dei eius in corde ipſius: & nõn ſupc d plãtabunt greſſus eius. Cõſiderat pece f cator iuſtũ: & quærit mortificare eũ. Dominus autẽ nõ derelinquet eũ in manib⁹
g eius: nec dãnabit eum cùm iudicabit illi.
h Expecta dominũ, & cuſtodi viam eius: &
ſ exaltabit te vt hereditate capias terram:
k cùm perierint peccatores videbis. Vidi
l impium ſuperexaltatũ, & eleuatum ſicut cedros Libani. Et trãſiui, & ecce nõ erat:
m & quæſiui eum, & nõ eſt inuentus locus eius.

t ¶Iniuſti puniẽtur.) In vindicta. u ¶Et ſemẽ impiorũ peribit.) Semẽ impiorũ: hoc eſt, opera illorũ cũ ipſis puniẽtur in tormentis: & omne opus eorũ diſperdet, quia iniquũ eſt. x ¶Iuſti autẽ hæreditate poſſidebunt terrã.) Terram viuẽtium. y ¶Et inhabitabunt in ſeculũ ſeculi ſuper eã.) Sup illã quæ eſt ſine fine: de qua fugit dolor & gemit⁹. z ¶Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam.) Id eſt, Chriſtũ: vnde dicit: Et in lege Pſal.1.a. eius meditabit die ac nocte. Cùm ait, meditabitur, futurũ ſignificat tempus, quod in regno dei intelligitur agendũ: in quo non vino luxuriæ, neque cibis voluptuoſis, ſed ſapiẽtia dei, iuſtorum ora replebuntur. a ¶Et lingua eius loquet iudiciũ.) Cùm omnia põderatè, & nõ fraudulenter, neque cum ira, ſed iuſto iudicio, quę de deo ſentit, enarrat. In quo enim abũdat gratia ſpiritualis, omnia perſcrutatur, etiam alta dei.
b ¶Lex dei eius in corde ipſi⁹.) Hoc eſt, in mẽte inſti. Nõ ſolũ in ore ac lingua, ſed etiã ĩ alto cor- L
dis eius fructificabũt, per legem dei, opera ſanctitatis. c ¶Et non ſupplãtabunt.) Ab aduerſario. d ¶Greſſus eius.) Quib⁹ ad deũ peruenire nititur. Vel nõ ſupplãtabunt greſſus eius. Senſus eius à diabolo, vel à peccato.
e ¶Cõſiderat peccator iuſtum, &c.) Intuebatur emĩ populus Iudæorum iuſtum filiũ dei, & ſtridebat ín eum: quia grauis ei erat etiã ad vídẽdum. Sic & nũc ínimícus cõſiderat vnumquenq; noſtrum vt perdat. Sed ſi vígilater reſiſtat, eueniet quod ſequitur.
f ¶Dominus autem nõ derelinquet eũ ín manibus eius. In poteſtate vtiq; illius. g ¶Nec damnabit eum cùm iudicabitur illi.) Dat iudiciũ impius, vt pereat iuſtus: & dominus nõ dãnat eũ, quia cuſtodiuit legem eius. Sed illum iuſtũ non cõdemnat ín die iudicij, cùm impiũ iudicat. h ¶Expecta dominum, & cuſtodi vías eius.) Per ſpem firmam & indeficiẽtẽ mãdatorum cuſtodiã expectat deus: ideo nõ debemus cõfundi in diuerſis mundi tẽtationi- M
bus. Expecta dominum: Quicquid tibi accidat in proſperis & ín aduerſis, patiẽter expecta: id eſt, ſuſtine. i ¶Exaltabit te, vt hæreditate capias terram.) Illã vtiq; æternæ beatitudinis tellurẽ: in qua iuſti poſt terminatos labores exaltabũtur.
k ¶Cùm perierint peccatores, videbis.) Tũc iuſti peccatores perire videbunt, cùm fructũ mercedis domino tribuente percipient. l ¶Vidi impium exaltatũ, & eleuatum ſuper cedros Libani. Et trãſiui, & ecce nõ erat.) Cùm mundi huius pelagum trãſierimus, tunc videbimus nõ eſſe diabolum: & locum eius nequaquã apparere peccatum. Cedrus duas habet interpretationes, ſed in hoc loco eius explanatio hæc eſt: Sicut enim cedrus ſuper excelſos montes apparet exaltata, & ímpulſu ventorum ſæpe delabitur: ita & impius qui relicto deo in diuitijs mundi confidit: quãlibet floreat, quãlibet extollat & eleuetur, nõ inuenietur cùm ab hoc mundo migrauerit. Sed & ad Iudã traditorẽ iſta referunt. Vel cedrus Libani, ſancti, ppter altitudinẽ meritorum ipſorũ: & ſacerdotes, odore boni operís. Impij ſuper ipſos ſunt: quía calcãt & opprímunt illos. Trãſiui, & ecce nõ erat. Dicat hoc apoſtolicus cœtus, quia trãſiuit procellã paſſionis Ieſu: & illo reſurgente, hic non erat: quia abijt, & laqueo ſe ſuſpendit. Mat.27.a
m ¶Quæſiui eum, & nõ eſt inuẽtus locus eius.) Quòd autẽ nõ ſit inuẽtus locus eius, & habitatio eius deſolata remãſerit: Petrus ín actibus apoſtolícis prodidit, cùm Matthiam ín Acto.1.d.
eius ordi-

A eius ordinem ſubrogauit. Vel, tranſiui, & ecce nō erat: quæſiui eū, & nō eſt inuentus locus eius: id eſt, ipſius impij. Non eſt inuentus locus eius: pro tanta velocitate qua deficiunt.
a ¶ Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem.) Si nulli noceas: ſi cum nullo litigioſus fis, videbis Chriſtum: quia ſicut via, veritas & vita, ita & æquitas intelligitur. b ¶ Quoniā ſūt reliquiæ homini pacifico.) Qui hic pacificè vixerit, vt filius dei vocetur: huius reliquiæ, hoc eſt, corp⁹ mortale, reſeruat ad gloriam reſurrectionis: iuxta illud
1.Cor.15.g. Apoſtoli: Oportet mortale hoc ſuduere immortalitatē. Reliqæ impiorū peribunt. Pro reliquijs, in Hebræo nouiſſima habet.
c ¶ Iniuſti autē &c. reliquię impiorū peribūt.) Non reſeruātur eorū reliquiæ ex ſuperbia, vt in æternum viuāt: ſed vt in pœnā gehēnę ignis intereāt. d ¶ Salus autem iuſtorum à domino.) Per quē & præſentē vitam capiūt: & adipiſci præſtolantur æternam.
B Salus autem iuſtorū à domino. Ipſe eſt noſtra ſalus. e ¶ Et protector eorum eſt in tempore tribulationis. Adiuuabit eos, &c.) Propterea ſaluos faciet eos, & protector eorum eſt in tempore tri-
Matt.7.b bulationis, cùm per artam viam, quæ ad vitam ducit incedūt, plenam doloribꝰ & erumnis. Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos à peccatoribus: ſaluos faciet eos, quia ſperauerūt in eum, cùm ad perfectionē puræ mentis perducit. Ad eum venire meruerūt: quoniam ſperauerunt in eum. In omnibus enim anguſtijs in eum
Deut.32.f ſpem locauerunt, qui dixit: Ego ſum deus, & abſq; me non eſt alius. Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo. Qui ſanet oēs infirmitates mētium noſtrarū: nobiſq; præſtet toto corde erigere ſpem noſtram, & in ſe tribuat collocari: vt à peccatis liberati, mereamur ipſo diſtribuente, etiam æternitatis præmium adipiſci.
C f ¶ In finem pſalmus Dauid in rememoratione diei ſabbati.) Sabbatum requies interpretatur: hoc eſt, quando requieſcunt ſancti: id eſt, quando requieſcit eccleſia in illa requie paradiſi quam perdidit in Adam. Iſte pſalmus oſtendit, vt ſi accidat infirmitas corporeæ fragilitati, non deſiſtat requiri medicina cœleſtis. Pſalmus XXXVII.

g DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.) Totus pſalmus ex perſona pœnitētis eſt: ſed ad Chriſtum referri poteſt, ſicut & ſexageſimuſoctauus. Domine ne in furore tuo arguas me: neque
Ira. Furor. in ira tua corripias me. Ira eſt, vt ſæpe diximus, commotio animi. Furor verò vindicta irrationabilis, cum fellis amaritudine. Ideo iſte qui ſe peccatorē ſcit: non ira, ſed per miſericordiam: nec in furore, ſed per patientiam ſe arguí poſtulat. h ¶ Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.) Verba doctrinæ quæ vt iaculum tranſuerberarunt cor meum, vt agerem pœnitentiam. i ¶ Et confirmaſti ſuper me manum tuam.) Vt tanquam bonus magiſter verberibus caſtigationis afflictum redderes emendatum. k ¶ Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ.) Vidi faciem iræ tuæ, & non ipſam irā: hoc eſt, intellexi per ſcripturas ſanctas, quanta minabaris peccatoribus: & extabui, petēs ne ipſa ſuper me ira deſcenderet. l ¶ Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.) Nullam quietem indulſi, vel oſſibus, vel membris meis donec ea pœnitētdo purgarem. m ¶ Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum.) Inualuerunt enim mihi, vt ſequitur: n ¶ Sicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.) Non eſt enim mihi leue peccatum meū, ſed recognoſco, quia graue mihi iudicij pondus impoſuit: & ſuper vertice capitis mei excreuit. Sicut pōdus grande, ſic peccata mea ſuper me. o ¶ Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ.) Porcorum mos eſt, cœno aut ſtercoribus pro bonis odoribus vtí: nec intelligūt ſe in his ſordidiſſimè volutari. Nam mihi fœtent, & computreſcunt vulnera peccatorum, deſiderantérq; expeto medicū. Et cur, inquis, cōputruerunt? p ¶ A facie inſipiētiæ meæ.) Quia nolebam agere pœnitentiam. A facie inſipiētiæ meæ. Per hoc putruerunt, ſcilicet per inſipientiā meā: vt Paulus dicit: Quod infirmum
1.Cor.1.d. eſt dei, fortius eſt homínibus.
q ¶ Miſer factus ſum, & curuatꝰ ſum vſq; in finem.) Vſq; dū confitendo purgarer: quia ſine confuſione & mœſtitia nō dimittūtur peccata. r ¶ Tota die cōtriſtatus ingrediebar.) Indignū me eſſe iudicās, qui vel oculos ad cœlum leuare auderem: ſed percutiēs pectus meum, aiebā: Deus
Luc.18.c. propicius eſto mihi peccatori.
f ¶ Quoniā lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, &c.) Illís illuſionibus ſe profitetur eſſe infirmatum, atq; repletū, quibus diabolus humanum genus allicit vt delinquat. Deꝰ tu cognouiſti inſipientiam meam: quia lūbi mei impleti ſunt illuſionibꝰ. Se vnuſquiſq; conſideret, & titillantem corporis intelligat voluptatem: & tunc dicere poteſt cum Paulo apoſtolo: Miſer ego homo, quis
Rom.7.d me liberabit de corpore mortis huius? Et illud: Neq; enim quod volo, hoc facio: ſed quod nolo. t ¶ Incuruatus ſum, & humiliatus ſum nimis.) Ad pœnitentiam. u ¶ Rugiebam à gemitu cordis mei.) Petens cum luctu remiſſionem.
Aliud eſt gemitus corporis, & aliud gemitus cordis. Gemitus corporis, eſt propter res terrenas, vel propter mortem gemere. Gemitus cordis, propter ſua peccata, vel aliorū. Sed Chriſtus nō habuit quod gemeret: quia non fecit peccatum.
x ¶ Et gemitus meus nō eſt abſcōditus à te.) Id eſt, quicquid habet homo, deꝰ ſcit. Quicquid deliqui, quicquid mali geſſi, omnia tibi cum gemitu reſeraui: ſciens quia tibi non occultantur occulta. y ¶ Cor meū conturbatum eſt in me, dereliquit me virtus mea.) Quia iram quā ſuperius memoraui, incurrere expaueſco. z ¶ Et lumē oculorum meorū nō eſt mecū.) Quia poſtpoſito veritatis lumine, in tenebras deciderā peccatorū. Sic enim prophetā omnē ordinē huius pſalmi ex peccatoris perſona proſecutū fuiſſe, anteriores noſtri docuerūt. Sentiant illi quod libet. Ego verò ab illo loco, vbi ait: Amici mei & ꝓximi mei, vſq; ad finem pſalmi, video dominū meum Ieſum Chriſtum à Iudæis circundari: in cruce ſuſpendi, & ex inferno reſurgere. Ait ergo ipſe dominus de paſſione ſua: a ¶ Amici mei & proximi mei aduerſus me appropinquauerūt & ſteterunt.) Amici dicuntur Iudæi, propter Abrahā. Proximi, eo q; ab eorū generatione aſſumpſerit carnem, qui appropiauerūt ei, vt comprehenderetur. Amici mei & noti mei contra me ſteterunt. Poteſt & de diſcipulis accipi, qui in paſſione metu territi, à domino receſ-
Mat.26.f. ſerunt:

G serunt: ĩtantũ vt etiam eum Petrus denegaret. Vel steterũt, causantes cõtra eum. a ¶Et qui iuxta me erant, de longè steterũt.) Apostoli vel reliqui discipuli, de quibus ait euLuc.23.f. angelista: Cùm autem apprehendissent eum, stabant oĉs noti eius à longè. b ¶Et vim faciebãt qui quærebant animam meã.) Faciebãt vim, nõ noti, sed
Luc.22.f. Iudei: vel Petro, cùm diceret: Nã
Mar.14.c & tu ex illis es. Vel Iacobo: qui cùm traheretur, relicta syndone, nudus aufugit ab eis. Et vim faciebãt qui quærebãt animã meã: scilicet Iudæi, quasi illorũ fortitudo esset: & à deo ipsam potestatem nõ accepissent. c ¶Et qui quærebãt mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.) Multos quidem dolos meditati sũt: cùm interroga-
Mat.22.b. rent, si deberent dare censũ Cæ-
Ioan.8.a. sari, an non: aut si mulier deprehensa lapidaretur. Sed tũc apertè dolum ingerũt, cùm falsos testes adducũt. Vel, qui inquirebãt
H mala mihi, locuti sunt vanitatẽ,
Luc.11.b. quando dixerunt: In Beelzebub eijcit dæmonia. d ¶Ego autẽ tanquã surdus non audiebam, & sicut mutus nõ aperiens os suũ.) Semper quæ exprobrabãt, sustuli, & iugiter silui. Hoc & Pilatus
Ioan.19.b. manifestat, cùm dicit: Mihi non respõdes? An nescis quia potestatem habeo dimittere te? Ego autem tanquã mutus non aperiens os suũ. Et apud Pilatũ dominus nõ est locutus. Et Esaias de eodẽ
Esa.53.c. loquitur: Tãquã agnus ad victimam ductus, non aperiẽs os suũ. e ¶Et factus sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo redargutiones.) Nã cùm me sputis linirent, arũdine verberarẽt: illuderentq; genu flexo, nihil eis motus respõdi. Et non habens in ore suo redargutiones. Sic tacui accusatus, quasi non habens quid p me respondere deberem. Christus in omnibus exemplum dedit, vt homo flagella & correctionẽ patienter portare debeat. f ¶Quoniã in te domine speraui: tu exaudies me domine deꝰ meus.)
I Vt me resuscites. Vel tu exaudies me: hoc est, vide illorũ superbiã, & meã humilitatem. g ¶Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei, & dum commouentur pedes mei.) Pedes Christi in passione: Vel sancti apostoli, qui pedes Christi esse debuerant: cõmoti sunt de fide ad infidelitatem. Cõmoueri possunt pedes mei à stabilitate sua, & inimici in me insultare: si in hac crucis morte humiliatus, non resurre-
Mat.27.c. xero. h ¶In me magna locuti sunt.) Dicẽtes: Si filius dei es, descende de cruce. i ¶Ego autem in flagella paratus sum.) Præparo me ad sustinẽdam crucem, lanceam, fel, acetũ, vt per hanc mortem meo sanguine redimã populũ pereuntẽ, quia Christus ad hoc venit, vt passionẽ sustineret. k ¶Et dolor meus in cõspectu meo semper.) Donec eijciam victoriam in iudicium. l ¶Quoniã iniquitatem meã annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.) Sicut eñ maledictioni subiacuit, vt nos à maledicto legis erueret, ita & peccatorem se p̃fitetur, q̃ peccata nostra portauit, vt pio cogitatu ac misericordię cõsilio, nos ab eisdẽ erueret. Et solicitus ero p̃ pec cato meo. Peccatũ Christi, humani delicta sunt generis: propter quæ & patri dicitur nunc esse subiectus. m ¶Inimici autẽ mei viuunt.) Quia nõ sunt statim vltione diuina puniti. n ¶Et cõfirmati sunt super me.) Confirmati sunt in legis litera: in qua spiritualiter nũciatum nõ intellexerunt. o ¶Et multiplicati sunt, qui oderũt me iniquè.) Certè iniquè & non rationabiliter: quia in hac litera, semen suum, ceu K astra cœli multiplicari credebant. p ¶Qui retribuebant mihi mala pro bonis.) Dulcedinem æternæ vitæ afferentem, aceto potauerunt, ac felle. q ¶Detrahebant mihi.) Dicẽtes: Alios saluos fecit: semetipsum non potest saluum facere. Luc.23.d.
r ¶Quoniam sequebar bonitatem.) Vt implens voluntatem patris, pro vita populi susciperem mortem. s ¶Nõ derelinquas me domine deus meus: ne discesseris à me.) Cùm profunda inferni penetrauero. t ¶Intende in adiutorium meum, domine deus salutis meæ.) Manifestum est domine Iesu, quia intẽdit in te pater suscitans te à mortuis tertia die, & collocãs ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum & potestatem: dans tibi nomen quod est supra omne nomẽ. Ergo quia graues sunt pugnæ carnis, tu domine intende in adiutorium nostrum, & esto nobis salus in tempore tribulationis. L
u ¶In finem pro idithun canticum Dauid.) Idithun, trãsliẽs Idithun.
eos interpretat. Iste psalmus patientiam docet: vt refrenans homo os suum, obseruet ne per fatuitatem verborũ, incidat in peccatum: quia scit propheta etiam de verbis ociosis rationem esse Mat.12.c.
reddendam. Docet etiam vt ea thesaurizemus in seculo, quæ ad profectum pertineant animarũ.

Psalmus XXXVIII.

x DIxi custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.) Non aliter scio vitæ meæ custodire vias: nisi vt nõ loquar fatua, ac diuersa, siue ociosa. Ex verbis, inquit dñs, tuis iustificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis. Dixi custodiam vias meas: id est, disposui custodire opera mea: scilicet quinq; sensus corporis. Vt non delinquam in lingua mea. Non delinquam, non peccem: quia qui custodit linguam suam, custodit animam Prou.18.d
suam: quia mors & vita in manibus linguæ. Et item: Cultus Esa.32.d.
iustitiæ, silentium & pax. y ¶Posui ori meo custodiam.) M
Iuxta illud: Pecuniam & aurum tuum alliga bene, & facito Eccli.28.d
ori tuo ostium & seram. Beatum enim hominem, oris custodia facit: cùm non profert inania, sed quæ deo sunt digna. z ¶Cùm consisteret peccator aduersus me.) Id est, diabolus, qui iustis maledicit ac detrahit: & instigator eorum est, qui sanctis insidiantur. a ¶Obmutui.) Ne obsurgantibus me obstreperem. Obmutui, & non aperui os Esa.53.c.
meum, quia tu fecisti. Ideo patienter fero: quia te scio ad p̃bationem me tentationibus reliquisse. b ¶Et humiliatus sum.) Ad sustinenda eorum improperia. c ¶Et silui à bonis.) De bona conscientia procedebat mihi securitas: ideo me non iustificaui coram hominibus: neque bona quæ in me erant, diuulgaui: quia scio quòd pater qui vi-Mat.6.a.
det in absconso, reddet mihi. d ¶Et dolor meus renouatus est.) Nondum enim veneram ad perfectũ virum. Nam Coloss.1.d
etsi sustinebam cum dolore improperia, non tamen sciebam maledicentibus benedicere. Vel dolor meus renouatus est. In hoc dicitur dolor Christi: quia illi non fuerunt digni audire verba mysterij, vt ait propheta: Væ mihi, quia tacui. Esa.6.b.
Vel illud: Adhærere faciam linguam tuam palato tuo, quia Ezec.3.g.
dominus exasperans est. e ¶Concaluit cor meum intra me.) Dicit ecclesia. A recordatione delictorum priorum.

Et in medi-

meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te: Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed frustra conturbatur. Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea. Et nunc quæ est expectatio mea, nonne dominus: & substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci: in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius: veruntamen vanè conturbat omnis homo. Exaudi orationem meã domine: & deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas ne sileas. Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer: priusquam abeam, & amplius non ero.

In finem psalmus Dauid XXXIX.

EXpectans expectaui dominum: & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis, Et statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum nouum, carmen deo nostro. Videbunt multi & timebunt, & sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam: deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non occultaui misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. Complacere domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me respice. Confundantur & reuereantur simul qui quærunt animam meam vt auferant eam. Auertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala. Reuelentur statim confundentes me qui dicunt mihi, Euge euge. Exultent & lætentur super te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum. Ego autem mendicus sum & pauper: dominus sollicitus est mei. Adiutor meus & protector meus es tu: deus meus ne tardaueris.

a ¶Et in meditatione mea exardescet ignis.) Quid, inquis, meditabaris? Illud nempe, qualiter ignē illum reperire possim, qui peccata consumeret, mentem illuminaret, qui est spiritus sanctus, de quo Cleophas & qui cum eo erat, dicebant: Luc.24. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cùm loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? b ¶Locutus sũ in lingua mea.) Hoc est, prædicaui omnibus hominibus, vt illud: Si nõ annũciaueris iniquo iniquitatem suam, Ezech.3. sanguinem eius de manu tua requiram. c ¶Notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est?) Non istius vitæ finem quærit sibi notum fieri propheta: sed illum in quo euacuatis potestatibus, ac destructa morte, Christo iungatur qui est finis legis. Neq; istorum dierum numerum vult scire, sed illorum de quibus dicit Ioan.14.a. dominus: Apud patrem meum mansiones multæ sunt. Et numerum dierum meorum quis est? Hoc est, numerus sine numero, B dies sine die, tempora sine tẽpore. Quis est? Qui semper est. d ¶Vt sciam quid desit mihi.) Hoc est, vt me facias intelligere omnia bona: vt cùm hæc nota habuero, sciam quid adhuc in seculo degenti desit ad palmam beatitudinis consequendam. Perfectus enim erat Paulus qui dicebat: 2.Tim.4.b. Certamen bonũ certaui: cursum consummaui. Nunc autem deest mihi corona iustitiæ, quam dominus retribuet mihi. Quòd autem non de suis diebus hæc loquatur, sequentia docent. e ¶Ecce mensurabiles posuisti dies meos.) Secundum veterem hominem vsque nunc fuerunt: nunc nouum desidero, illũ quem Ioan.8.g. Abraham vidit & gauisus est. In quo alibi hortamur lætari, in quo deus dominus illuxit nobis. Qui non à sole, neque à luna illuminabitur, sed ab ipso domino perpetua luce refulget. f ¶Et substantia mea tanquam nihilum ante te.) Su- C scipiens altiori mente claritatem tuam: pro nihilo iudicaui substantiam meam. g ¶Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.) Si peccator est, & in delitijs fluxerit, vanitati subsistit. Si iustus, & desiderat dissolui, & cum Christo esse, vana est ei nihilominus vita præsens. h ¶Veruntamen in imagine dei pertransit homo, sed frustra conturbatur.) Omnis homo ad imaginem dei factus est. Si ergo in ea ambulare videatur, & in rapinis versetur atque concupiscentijs, cõturbatur in actione. i ¶Thesaurizat, & ignorat cui cõgregabit ea.) Sæpe enim plerique thesaurizant, & congregant multa, quæ aut desidia filiorum euertit, aut fi- Matt.6.d. scus occupat, aut diripiunt alieni. Beatus autem ille est, qui ibi thesaurizat, vbi fures non effodiunt, nec furantur, vbi Mat.25.d audire mereatur. Quamdiu feci stis vni ex minimis istis, mihi feci stis. k ¶Et nunc quę est expectatio mea, nonne dominus? & substantia mea apud te est.) Relictis omnibus, te domine præstolabor: quia substantia vitæ istius non comparatur ad illam beatitudinem sempiternam. l ¶Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.) Præteritis, præsentibus, & futuris. m ¶Opprobrium insipienti dedisti me.) Dum peccator fui, opprobrium factus sum insipienti diabolo, qui est omnium criminum, & incentor, & accusator. Ideo purgari cupio in hoc seculo, ne ille me accuset in iudicio tuo. n ¶Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.) Cùm me conuitijs, iracundijs, ac diuersis imD properijs lacesseret: cogitans me à te factum, nihil ad ea quæ inferebãtur, respondi. o ¶Amoue à me plagas tuas.) Quia me sentio emendatum. p ¶A fortitudine manus tuę ego defeci.) Incumbente manu vindictæ, virtus delicti defecit, sicut Paulus apostolus ait: Cùm au 2.Cor.12. tem infirmor, tunc potens sum. c. q ¶Ab increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem.) Increpatur omnis homo propter iniquitatem, quem perdere nõ vult diuina maiestas. Flagellat autem omnem filium Heb.12.b. quem recipit. r ¶Tabescere fecisti sicut araneam animam eius.) Tabescit anima, cùm caro à luxurijs & concupiscẽtijs refrenatur. Hoc est tabescere, obstupescere de anterioribus delictis. Ille verò qui ea agit quæ mundanæ vanitati sunt apta, telas texit aranẽæ, iuxta Esaiã prophetam: hoc est, die noctúque in o- Esa.59.a. pere vano vacat: & non vtilia, sed dissolubilia & corruptibilia operatur. Sed quia propheta ani- E mam ceu araneam tabescere dicit: hoc intelligendum est, vt ad tantam subtilitatẽ per abstinentiam decoquatur, vt ad instar filiorum illorum deducatur: scilicet vt nihil crassũ, durúmue peccati contineat. s ¶Veruntamen vanè conturbatur omnis homo.) Viuens in vanitatibus huius seculi. Sed & qui in deo viuit, vana est ei & inutilis hæc mundana conturbatio. t ¶Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam: auribus percipe lachrymas meas.) Pro eo q à te peregrinor, & desideriũ habeo dissolui, & ad te trãsire. u ¶Ne sileas, quoniam aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.) Incolam atque peregrinum se dicit, sicut omnes sancti: quia sicut & illi dum erant in corpore, peregrinatur à domino. x ¶Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero.) Hic remitte domine si quid deliqui: quia in F inferno nulla est remissio: quia nec confessio valet. Qui nos ab huius seculi ereptos peregrinatione, facere digneris ciues sanctorũ & domesticos dei patris, vt ædificati super firmissimum fundamentum in templum sanctum, effici mereamur conformes corpori gloriæ tuę, Amen.

y ¶In finem psalmus Dauid.) Hic psalmus in exordio vocem habet populi ex gentibus in hæreditatem vocati, inde ipsius mediatoris ad patrem. Psalmus XXXIX.

z EXpectans expectaui dominũ.) In promissionibus prophetarum, in quibus me illuminauit: quia præuidebat propheta Christum per spiritum sanctum venturum esse in carne. a ¶Et intendit mihi.) Per splendorem euangeliorum, in quibus me illuminauit. b ¶Et exaudiuit preces meas.) Quia prophetis & patriarchis se abdidit, sicut ipse postmodum dixit: Quia multi prophetæ Luc.10.d. & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt. Ipse mihi in nouo testamento refulget. c ¶Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis.) In quibus immersus eram, cùm simulachra muta adorarem. Vel de luto fecis: quia adhæseram terrenis desiderijs. d ¶Statuit supra petrã pedes meos.) Supra petram: hoc est, super Christũ. Pedes meos, sensus meos, vt illud: Petra autem erat Christus. In se, qui 1.Cor.10. est stabilis petra, confirmauit me: ne ab huius seculi nutarem a.

G impulsibus. a ¶Et direxit gressus meos.)Ne ad eum veniens,post tergum respicerē.Et direxit gressus meos:id est, sensus bonorum operum, ecclesiæ dirigit: quia vnusquisq; per se tortuosus est. b ¶Et immisit in os meum canticū nouū.) Laudem vtiq; suam:quia nouus homo venit in mūdum,nouam legem dedit mūdo.

c ¶Carmen deo nostro.) Laudem deo nostro,vt iam nō sonos turpes & theatrales cōcinam,sed in dei viuentis hymnis per harmoniā noui testamenti delecter. d ¶Videbunt multi.)Annūciatum venisse. e ¶Et timebūt.) Qui se intelligunt peccatores. f ¶Et sperabūt in domino.)Vt eis pristina remittantur delicta. g ¶Beatus vir cuius est nomen domini spes ipsius.)In qua bonis omnibus impleatur. Fœlix illa anima,quæ habet fidem firmam, & spem directam in Christo.

h ¶Et non respexit in vanitates
Eccl's.1.d. & insanias falsas.)Omnia quę in
H mundo sunt,iuxta Salomonem: vanitas est. Insaniæ autem falsæ sunt,iræ,rixæ,direptiones,& reliqua:in quibus homines insaniGala.5.c. unt vt peccent:quæ Apostolus opa carnis esse dicit. i ¶Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.) Ostēdisti patribus nostris mirabilia tua multa,quæ nō credidērunt. Reuelasti eis te v̄turum in lege,& non intellexerūt: nos verō credidimus. Vsq; huc credētium populus:hinc ipse dominus ad patrem ita exorsus est:

k ¶Annunciaui & locutus sū.)
Matt.3.a. Dicens:Pœnitentiā agite,appropinquauit enim regnū cœlorū.

l ¶Multiplicati sunt super numerum.) Iudæi in malitia sua. Vel,super numerū: hoc est,peccatores super numerum,& foris numerum sunt:quia non sunt di
I gni numerari in numero iustorum. m ¶Sacrificium & oblationes noluisti:aures autem perfecisti mihi. Holocausta & pro peccato nō postulasti.)Apertè hæc Apostolus declarat:quòd aduenientē domino, cessauerint sacrificia Iudæorum. Impossibile est,inquit,sanguine hircorum, aut tauro-
Hebr.10.a rum, auferri peccata. Ideo ingrediens mundum,dicit: Hostiam & oblationē noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustum & pro peccato non tibi placuit:nisi meipsum pro totius mundi delicto,tibi sacrificium exhiberes. n ¶Tūc dixi ecce venio.In capite libri scriptum est de me.) Quia sacrificia & ceremonias Iudæorum,& sabbata,& superstitiones legis veteris,spiritualis euangelij religione mutasti: propterea lætus in mundum venio, & de mescribitur:In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Tunc dixi ecce venio,vt assumam carnem in qua patiar. In capite libri scriptum est de me. Caput libri testamenti veteris,tale sumit exordium: In principio fecit deus cœlum & terrā:id est,in Christo domino. Hoc mysterium
Ioan.1. & Ioannes cernens, sic euangelium inchoauit: In principio, inquit erat verbum,& verbum erat deus. Nam & ipse interIoan.8.d. rogantibus Iudeis qui esset, respōdit:Principium. Caput ergo libri, intellige principium: quod est Christus Iesus, qui in hoc libri capite nunciatus est. o ¶Vt faciam voluntaIbid.6.d. tem tuam deus meus volui.)Descendi enim de cœlo: non vt faciam voluntatem meam,sed tuam pater. Non volūtas est

a trā pedes meos:& direxit gressus meos.
b Et immisit in os meum canticum nouū:
c carmen deo nostro. Videbunt multi & ti
d mebunt: & sperabunt in domino. Be-
e f g atus vir cuius est nomē domini spes eius:
h & non respexit in vanitates & insanias
i falsas. Multa fecisti tu domine deꝰ meus
mirabilia tua:& cogitationibus tuis nō
k est qui similis sit tibi. Annunciaui & lo-
l cutꝰ sum: multiplicati sunt super nume-
m rum. Sacrificium & oblationem noluisti:
aures autē perfecisti mihi. Holocausta &
n pro peccato nō postulasti: tūnc dixi ecce
venio. In capite libri scriptum est de me,
o vt facerem voluntatem tuam deus meus
p volui:& legem tuā in medio cordis mei.
q Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia
r magna:ecce lābia mea nō prohibebo,do-
mine tu scisti. Iustitiam tuā non absconditi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Nō absconditi misericordiam tuam & veritatem tuam:à consilio
s multo. Tu autem domine ne lōgè facias miserationes tuas à me:misericordia tua & veritas tua semp susceperūt me. Quoniam circundederunt me mala quorum
t non est numerus: cōprehenderunt me iniquitates meæ:& non potui vt videre.
u Multiplicatæ sunt super capillos capitis
x y mei: & cor meum dereliquit me. Cōplaceat tibi domine vt eruas me:domine ad
z adiuuandum me respice. Cōfundantur
a & reuereantur simul qui quærunt animā
b meam,vt auferant eam. Auertantur retrorsum & reuereantur: qui volunt mihi
c mala. Ferant confestim cōfusionem suā: qui dicunt

carnis,sed patris:vt pro vita hominum moriar. p ¶Et legem tuam in medio cordis mei.)Quam nō veni soluere, sed K Mat.5.b.
adimplere. q ¶Annūciaui iustitiam tuam in ecclesia magna.)Gratias tibi ago saluator mundi,quòd magnam fecisti ecclesiam tuam,à quatuor mundi partibus euangelica prædicatione vocatam, tua passione collectā,tua resurrectione mundatam. In ecclesia magna,in toto mūdo diffusa. r ¶Ecce labia mea non prohibebo, domine tu scisti &c.) Non silui,nihil clam locutus sum, sed omnem virtutem tuam quòd iustus, quòd verax,quòd misericors,quòd salus omnium es: non solum in ecclesijs populorum,sed etiam in synagogis Iudęorum incessabiliter prædicaui. Ecce labia mea non prohibebo. Labia Christi, sancti sunt. Non prohibet illos prædicare, sicut sanctus Paulus dicit:
Verbum dei non est allīgatum. 2.Ti.2.b.
Tu cognouisti:tu scis quòd non feci:id est,non prohibui. Iustitiā L
tuam nō abscondi in corde meo: hoc est, mandata tua. Veritatem tuam,& salutare tuum dixi. Veritas & salutare, Christꝰ est: hoc prædicāt sancti. Non cęlaui misericordiam tuam, & veritatem tuam synagogæ multæ: id est,in tota plebe annunciaui. s ¶Tu autē domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circūdederunt me mala quorum non est numerus.)Quòd misericordiam patris postulat,quòd à Iudæis se circundatum & iniquitates super se multiplicatas dicit:quòd à corde derelictus,rursum patris præsidium deprecatur:omnia ad infirmitatem carnis sunt referenda: vt sicut verus deus,ita verus homo credatur. Tu autem domine ne longè facias misericordias tuas à me. Non longè,sed propè. Miseri- M
cordia tua & veritas tua semper susceperūt me. Misericordia facit peccata dimittere. Veritas reddit vnicuiq; quod fecit. t ¶Comprehenderunt me iniquitates meæ,& nō potui vt viderem.)Id est,genus humanum circūdatur originalibus peccatis,& non potui vt viderem:quia abstracta fuerat illa lux veritatis. Vnde dictum est: De terra excæcaberis, & de terra illuminaberis. u ¶Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei.)Id est,ipsæ iniquitates super genus humanum. x ¶Cor meum dereliquit me.)Quando homo peccat,cor suum nō habet, Vnde Dauid dixit: Inuenit seruus 2.Reg.7.
tuus cor suum. Ergo antea quando peccauit, non habuit il- d.
lud. y ¶Complaceat tibi domine,libera me domine.) Ecclesia rogat ad Christum: Hoc tibi complaceat, vt me liberes. In auxilium meum respice. Infirmitas voluntatem habet impetrandi,non potestatem habet. z ¶Confundantur.)In cogitationibus prauis:vt ea quæ sunt recta,percipiant: Aut hic emendent,aut in futuro. a ¶Et reuereantur.) Hoc est, vt reuerentiam habeant. b ¶Auertantur retrorsum.)Qui malum cursum habuerunt. c ¶Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge,euge.) Misericorditer eos deprecatur confundi, vt confestim cognoscant iustitiam. Portent confusionem suam,qui se non emendauerint. Qui dicunt mihi euge, euge. Duos hostes habet ecclesia, adulationes,& blasphematione.

Exultent

a qui dicunt mihi euge, euge. Exultent &
lætentur super te omnes quærentes te: &
b dicant semper magnificetur dominus,
c d qui diligunt salutare tuum. Ego autem
mendicus sum & pauper: dominus soli-
e citus est mei. Adiutor meus & protector
meus tu es: deus meus ne tardaueris.

f In finem psalmus Dauid. XL.

g Beatus qui intelligit super egenum
h & pauperem: in die mala liberabit
i eum dominus. Dominus conseruet
k l eum, & viuificet eum, & beatum faciat e-
m n um in terra: & non tradat eum in manus
o inimicorum eius. Dominus opem fe-
p rat illi super lectum doloris eius: vniuer-
sum stratum eius versasti in infirmitate
q eius. Ego dixi, domine miserere mei: sa-
na animam meam, quia peccaui tibi. Ini-
r mici mei dixerunt mala mihi: quando mo
f rietur & peribit nomen eius. Et si ingre-
diebantur vt viderent, vana loquebatur
t cor eorum, congregauerunt iniquitatem
u sibi. Egreddiebantur foras: & loquebatur
x in idipsum. Aduersum me susurrabant
omnes inimici mei: aduersum me cogi-
y tabant mala mihi. Verbum iniquum co-
z stituerunt aduersum me: nunquid q dor-
a mit non adijciet vt resurgat? Etenim ho-
mo pacis meæ in quo sperauí: qui ede-
b bat panes meos, magnificauit super me
supplantationem. Tu autem domine mi-
serere mei:

A a ¶Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam.) Hoc est, fidem & opera. b ¶Et dicant semper magnificetur dominus.) Magnificetur populus sanctorum. Vnde di
Matt.5.b. xit: Videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrũ qui in cœlis est. c ¶Qui diligunt salutare tuum.) Id est, Christum tuum. Hæc pro-
pheta dicit de his, quib⁹ ipse do-
Ioan.15.a. minus per euangelium ait: Si di-
lexeritis me, & verba mea in vo-
bis manserint: omnia quæcunque
petieritis, fient vobis. d ¶Ego verò egenus & pauper sum, deus adiua me.) Egenus & pau
per Christus: cùm diues esset, e-
genus factus est. Egenus, dicitur
qui aliquid habet, & aliquo indi
get. Et pauper dicitur, qui nihil
habet. Inops: id est, sine ope.
e ¶Adiutor & liberator meus
esto domne, deus meus ne tarda-
ueris.) Et hæc ad trepidationem
corporalem sunt referenda. Nã
diuinitas quæ fuit in assumpto
homine, nulli est obnoxia passio-
B ni, sed in eadem potẽtia qua fuit:
& permanet, & permanebit: &
nunc, & tunc in secula seculorũ,
Amen.
f ¶In finem psalmus Dauid.) Istum psalmũ propheta per spiritum sanctum in persona Chri-
sti cantauit. Psalmus vocem cõtinet prophetæ de Christo pro-
nunciantis in initio: deinde ipsius mediatoris loquentis ad pa-
trem: quæ maximè sunt in euan-
gelijs impleta.

Psalmus XL.

g Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.) Qui cognoscit Christum in assumpta carne venisse: in qua
pro nobis pauper factus est & egenus, hic beatitudinum cœ-
lestium opes capit. Ipse autem dominus factus est pauper:
Lucæ.9.b cùm non haberet, vbi caput reclinaret. Egenus, cùm se in e-
gentibus, refici demonstrauit. Beatus qui intelligit. Beatus
& fœlix qui intelligit super egenum & pauperem. Christus
egenus & pauper factus est pro nobis, vt illius inopia nos di-
C uites faceret. Qui intelligit: id est, qui intelligit illum ve-
rum deum, & verum hominem esse. h ¶In die mala li-
berabit eum dominus.) In die iudicij, in qua Iudæos non in-
telligentes, damnabit Christus. Aderit tibi dies mala: si non
intellexeris super egenum & pauperem. i ¶Dominus
conseruet eum.) Ne ab hoc intellectu recedat in præsenti.
k ¶Et viuificet eum.) In hac sapientia perseuerantem, trã-
ferat à morte in vitam. l ¶Et beatum faciat eum.)
Cum sanctis suis in regno cœlorum. m ¶In terra.) In
sancta ecclesia, vel in die æternitatis. n ¶Et non tradat
eum in manus inimicorum eius.) Id est, in potestatẽ diabo-
li, qui credulitati nostræ semper inimicus exístit.
o ¶Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.)
Opem ferat illi: hoc est, adiutorium præstet illi. In lecto do-
loris, in infirmitate carnis. Vel de illo paralytico potest in-
Matt.9.a. telligi, quando dominus dixit: Surge, tolle lectum tuum: quia
Sapiẽ.9.d corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & inhabitatio
terrena deprimit sensum multa cogitantem. In huius cor-
poris ægrotatione, in quo anima tanquam in lectulo requie-
scit, ope dominici præsidij consoletur. p ¶Vniuersum
stratum eius, versasti in infirmitate eius.) Corpus, vt dixi-
mus, quod pro strato accipitur: in diuersis tribulationibus
inquietasti, vt probatum, atque ab illecebris expurgatum,
assumeres. Hic propheta immutat ordinem, & profert vo-

cem dominici hominis dicentis: q ¶Ego dixi, domine D
miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi.) Quæ
mœsta vsque ad mortem: non ab originali facinore, sed pro
delictis populi contristatur. Vel miserere mei, ecclesia di-
cit: quia multi sunt qui peccata committunt, sed verba ex-
cusationis prętendunt. Vnde ec-
clesia dicit: Ego me accuso pro
meis peccatis, quia ego peccaui.
r ¶Inimici mei dixerunt ma-
la mihi: quãdo morietur & per-
ibit nomen eius.) Quando vide-
bant cæcos illuminari, leprosos
mundari, sabbata dissolui, Laza-
rum resuscitari, quando dice-
bant: Ecce mundus totus post eũ Ioan.12.c.
abijt: quid aliud poterant cogi-
tare, nisi vt morte ei hæc vir-
tus eriperetur? Nam & vnus ex
illis Caïphas nomine, licèt nesci-
ens quæ diceret, aiebat: Expedit
vt vnus moriatur pro populo, vt
non tota gens pereat. Quando
morietur? Hoc est, quòd in eu-
angelij parabola scribitur, colo- E
nis dicentibus: Iste est hæres, ve- Mar.12.a.
nite interficiamus eum: & nostra
erit hæreditas, & non memore-
tur nomen eius amplius.
f ¶Et si ingrediebantur vt vi-
derent, vana loquebatur cor eo-
rum.) Introeuntes prætorium,
loquebantur de corde malo, di-
centes: Omnis qui se facit regẽ, Ioan.19.c.
contradicit Cæsari. Vel ad hoc
ingrediebantur, vt extinguerent
ecclesiam, & explorarent, sicut
Paulus dicit: Falsi fratres q sub- Gala.2.a.
introierunt explorare liberta-
tem nostram. Vana locutum est
cor eorum: lingua ficta in dile-
ctione, vt illud: Magister, scimus Matt.22.b
quia verax es, & viam dei in ve-
ritate doces. Hoc vanum est. t ¶Congregauerunt ini-
quitatem sibi.) Clamantes, quid ad nos? Tu videris. Sanguis
eius super nos, & super filios nostros. u ¶Egrediebantur foras.) Foras, cum Pilato. x ¶Et loquebantur in id-
ipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: ad-
uersum me cogitabant mala mihi.) Adhibentes testes ini-
quos, & quærentes me interficere. Aduersum me susurra- F
bant: id est, murmurabant. Omnes inimici mei cogitabãt ma
la mihi: supradicti Iudæi, vel modo contra ecclesiam hære-
tici. y ¶Verbum iniquum constituerunt aduersus me.)
Aientes: Nobis non licet occidere quenquam: sed tu accipe, Ioan.18.f.
& crucifige eum. Vel quando dixerunt: In Beelzebub eijcit Luc.11.b.
dæmonia: & non solum super viuum, sed etiam super mor-
tuum falsos testes miserunt. z ¶Nunquid qui dormit,
non adijciet vt resurgat?) Sic me interficere festinabant,
quasi post mortẽ resurgere non haberẽ. Hoc est dicere: qui
ab iniquis iniustè somno mortis opprimitur, non resurget?
Sicut alius propheta dixit: Nunquid qui cadit, non resur- Hiere.8.b
get? Cecidit enim granum frumenti, & messis copiosa sur-
rexit. a ¶Etenim homo pacis meæ in quo sperauí, qui
edebat panes meos, magnificauit super me supplantationẽ.)
Manifestissimè hic Iudam denunciat proditorem, sicut ipse
dominus in euangelio ait: Cui ego panem intinctum dede- Ioan.13.c.
ro, ipse est, Et alibi: Leuabit aduersum me calcaneũ. Quòd
autem ait: Qui edebat: hoc est, qui cœlestem cibum, vitam
huic mundo dantem sumebat, & alijs distribuebat, cùm esset
apostolus: ipse hanc vitam morti, propter cupiditatis pre-
cium destinauit. b ¶Tu autem domine miserere mei:
& resuscita me, & retribuam eis.) Resuscitatus est dominus
noster virtute paterna, ad cuius dexteram sedet. Antequam

G resurgeret, anticipauit vltio Iudã, cùm eum interitus debit⁹ fugillauit. Quòd autem ait: retribuam illi, futurum ei iudicium comminatur. a ¶In hoc cognoui quoniam voluisti me.) Resuscitans me. b ¶Quoniam non gaudebit inimicus meus super me.) Diabolus: cuius instinctu hæc Iudęi sunt operati: nõ est gaudisus eum retinendo in inferis. c ¶Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in cõspectu tuo in æternum.) Maxima est hæc innocentia, cùm iustus pro impijs moritur: qui nõ sua, sed nostra peccata portauit. Propter quam innocentiam, & à patre deuicta morte, cum assumpta carne susceptus est in cœlestibus. d ¶Benedictus dominus deus Israël à seculo, & vsque in seculum fiat fiat.) Pro fiat, fiat, in Hebræo scribitur אמן אמן amen, amen: quod Aquila, περισσῶς: id est, verè, siue fideliter transtulit. Et sciendum primum librum psalterij hic esse finitum. Secundũ verò esse à quadragesimoprimo, vsque ad septuagesimumprimum. Tertium à septuagesimosecundo, vsque in octogesimumoctauum. Quartum ab octogesimonono, vsque in centesimumquintum. Quintum verò à centesimosexto, vsque ad finem.

Psalmorũ libri quinq.

H

e ¶In finem intellectus filijs Core, psalmus.) In finẽ, in Christo: intellectus: hoc est, intellect⁹ spiritualis. Filijs Core: id est, filijs Christi, qui sunt credentes. Psalmus vocem continet ecclesiæ, siue fidelis viri deum desiderantis.

Psalmus XLI.

f QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus.) Primùm enim intelligendum est, quare vel qualiter desiderat ceruus ad fontes aquarum. Mos est enim eius, vt inuentum serpentem naribus hauriat: & post hæc exardescens, extinguat sitim. Ergo homo ecclesiæ, qui diu in actu venenoso degebat: vbi se perspicit cœno fornicationis, idololatriæ fœtore repletum: desiderat venire ad Christum, in quo est fons luminis: vt ablutus baptismo, accipiat donum remissionis. Scit enim, quia nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu sancto, non habebit vitam æternam. Sed & si quis hodie nostrum extinctis vitijs ignescat in desiderium dominicæ cõtemplationis, potest & ipse dicere: quia desiderat anima mea ad te deus: hoc est, relicto seculo, ad te desidero transire. g ¶Sitiuit anima mea ad deum fortem viuum.) Non ad mortua simulachra, sed ad illum qui dixit: Viuo ego, dicit dominus: quia mihi flectetur omne genu. Viuus, quia ipse dicit: sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui credit in me, & ipse viuet propter me. h ¶Quãdo veniam & apparebo ante faciem dei mei?) Ac si diceret: Quando erit tempus, vt illa gloria qua efficiũtur sancti conformes gloriæ tuæ, ego in claritate cum illis appaream? Vel, quando veniam: id est, quando erit illud tempus, quo ecclesia vult dissolui à corpore, & esse cũ Christo? Et parebo ante faciem dei mei: id est, ante conspectum diuinitatis, & tunc videbimus eum sicuti est. i ¶Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.) Quomodo potest de lachrymis panis fieri? Potest: quia sicut corpus satiatur de pane, ita anima de lachrymis: quia exinde sperat remissionem peccatorum habere. Fletus ac gemitus erant mihi ac lamẽtatio, ob desiderium tui. k ¶Dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus.) Siquidem pagani deos suos digito ostendunt, & ob hoc ingerunt mihi improperia. Vnde sciant, quia ego mente deum meum recõditum teneo, & per interiorem hominem cum ipso habito. l ¶Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam.) Dum hoc improperiũ quotidie sustinens memorarẽ, liquefacta est in me anima mea, & tabui in tractatu: cùm neque in cœlo, neq; in terra deũ meũ cernere possim visibiliter: sed inueniens eum in mente mea gubernantem me, ac dirigentem in illo tabernaculo sempiterno, de quo loquor. m ¶Quoniã transibo in locũ tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.) Tabernaculum dei, ecclesia est, quæ adhuc peregrinatur à domino: per quã ad æterna tabernacula: id est, ad cœlestem Hierusalem, quæ est mater omnium nostrũ, venitur. In qua sunt multi admirabiles; & virtutibus sacris pollentes: quia ædificati super fundamẽtum apostolorum, tanquam vna domus habentur. In quam iste mente ingrediens, qui relicta idololatria, iam cognouerat baptismi sacramenta admirans harmoniã cantici spiritualis, per suauitatem æternæ dulcedinis, accessit ad domũ dei, quod est sanctasanctorum. Et quasi diceretur ei: Quis te huc adduxit: vel, qualiter huc venisti: vel, quo delectatus es, vt huc accederes? Respondit: n ¶In voce exultationis & cõfessionis, sonus epulantis.) Exultatio, confessio, & epulatio hæc, nõ musicis artibus adimplẽtur, neq; inchoãtur, & prætereũt: sed iugiter angelicis vocibus, & sanctorũ cõcẽtibus celebrãtur. Quod dũ iste adhuc in seculo positus, mẽte suspiceret: ingemiscẽs cur adeo hęc differẽt habitatio, mœstę animę ait: o ¶Quare tristis es anima mea: & quare cõturbas me?) Quia, inquit, suauitatẽ hanc præsens nondum accepi, & insidiator meus adhuc contra me vigilat, adhuc mihi laqueos intẽdit. Et ille inquit: p ¶Spera in domino.) Per patientiam sustine. Vel, spera in deo. Anima semetipsam hortatur: vel interior homo hortatur exteriorẽ. q ¶Quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.) Confessus sum iã delicta: cõfitebor deinde laudẽ ei⁹, per quã me saluauit à morte peritura, vel illicit ad æterna. r ¶Ad me ipsũ anima mea cõturbata est.) Ob recordationẽ delictorũ priorũ. s ¶Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm, à mõte modico.) Iordanis p baptismo accipit: Hermon, anathema interpretat. Igit iste qui erat peccator, q sicut ceruus desiderabat fontes aquarũ, memor fuit in humilitate pœnitẽtiæ, & baptismi ablutione abluit vetera delicta: anathematizauit peccata sua, & non se extulit magnũ gloriando, sed effecit paruulum pœnitendo. t ¶Abyssus abyssũ inuocat.) Multę sunt de abysso opiniones, quę opportunis locis explanabunt. Nã hic abyssus abyssum inuocat: cùm vel vetus testamentũ nouum annũciat: vel nouum, vetus in testimoniũ vocat. Vetus annunciat nouum, cùm dicit Moyses: Prophetam vobis suscitabit deus de fratribus vestris. Nouum verò vetus in testimoniũ vocat, cùm dicit Paulus: Bibebant de sequenti petra: petra autem erat Christus. Propter profunditatem enim intelligentiæ, dicũtur abyssus. u ¶In voce cataractarum tuarum.) In voce prophetarum, quæ aduentum domini annũciauit. Ideo enim cataractæ dicuntur, quia obscurus in eorum prophetia aduentus do-

Omnia

Ioan.3.a.

Nu.14.d. Philip.2.b Ioan.6.f.

Deut.18.c

1.Cor.10.a.

A uentus domini fuit, nec à Iudæis est intellectus. Annunciat enim hæc vox iudicium futurum, vel de beatorum meritis, vel de supplicijs impiorum. a ¶Omnia excelsa tua, & fluctus tui, super me transierunt.) Excelsę sunt atque potentes hę minæ, per quas mortis iudicium minabaris: quia non statim decidunt propter immẽsam patientiam tuam. Fluctus autem sunt: dum ea aduenient, quę fuerunt comminata. Ideo iste dicit ea super se ingressa: cùm in desiderijs mortalibus degens, verberatus plagis, eruditus est, vt desideret dominum viuum.

b ¶In die mandauit dominus misericordiam suam.) Quia per lucem eam scripturarũ sanctarum promisit. c ¶Et nocte canticum eius.) In tribulationibus posito eã ostẽdit: d ¶Apud me oratio.) Mea, & non extra me. e ¶Deo vitæ meæ.) Vt ei merear liber ab hoc seculo quandoq; coniungi. f ¶Dicam deo, susceptor meus es.) Licèt in tribulationibus exercear: semper tamen à te peto protegi ac defendi. g ¶Quare oblit⁹ es mei?) Et quare me repulisti? Cur tam diu differs, vt non inducas me in illum locum tabernaculi admirabilis? h ¶Quare cõtristatus incedo, dum affligit me inimicus?) Diabolus, qui multas mihi tetẽdit insidias, vel persecutores ecclesiã. i ¶Dũ confringuntur ossa mea.) Dum fortiores ecclesiæ, scãdalis ac diuersis iurgijs cedere video. Vel ossa, virtutes ecclesiæ: quasi confringuntur per illas tribulationes, quas sustinent sancti.

k ¶Exprobrauerũt me inimici mei.) Vel in martyrib⁹, vel in alijs confessoribus. l ¶Dum dicitur mihi per singulos dies: vbi est deus tuus?) Cùm ego te per pœnitentiam & afflictionem corporis, animæq; placare desiderarem: inimici mei quasi incassum hæc facerem, dicebant: Vbi est deus tuus? nescientes illa occulta quę præparauit deus diligentibus se. m ¶Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?) Quia meum desiderium prolongatur.

n ¶Spera in deo, quoniã confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.) In ipso nostra sit spes semper attẽta: ipse oẽs fluct⁹ mitiget: ipse nos in tẽtationib⁹ cõseruet: ipse sitim nostrã sua cõtẽplatione satiet, nosq; vult⁹ sui salutari viuificet.

o ¶Psalmus Dauid.) Iste psalmus licèt in aliquibus versiculis passionem dominicam signet: tamẽ vocem habet animæ fidelis, lucem huius mundi, id est Christum, desideran-

Psalmus XLII.

p IVdica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta.) Expeto iudiciũ tuum, quia misericors es. Tu autem discerne me à paleis inter quas ĩ hoc seculo ingemisco, superuestiri cupiens: vt absorbeatur quod mortale est à vita. Sed & domini vox est, quibus prius dixerat: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum: & nõ impleuerunt. q ¶Ab homine iniquo & doloso erue me.) Nemo magis iniquus atque dolosus, quàm ille qui iniquitatis inuentor, atque æmulator est sanctitatis: id est, diabolus, q introiit in cor Iudæ vt traderet Christum. Sed & homo ille fidelis quem prius diximus, hæc ait: r ¶Quia tu es deus fortitudo mea.) Scio me infirmum & fragilem: nec sentio me aliquam habere fortitudinẽ in qua eruar, nisi tu saluaueris. s ¶Quare me repulisti?) Fortitudo nostra, Christus est: qui tũc nos repellit, cùm peccauerimus. t ¶Quare tristis incedo, dũ affligit me inimicus.) Tristis sum propter peccata mea, & ideo affligor in tẽtationib⁹ varijs ab ipso inimico, q superi⁹ homo iniquus dictus est. Vnde quia me conturbãt tenebræ peccatorum: ad te qui lux es mundi, confugio supplex. u ¶Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.) Tu es lux, qui dixisti: Ego sum lux mũdi. Tu es veritas qui dixisti: Ego sum via, veritas & vita, qui nos illuminare digneris: vt relinquentes mendacium diaboli, sequamur veritatem tuam. x ¶Ipsa me deduxerũt.) Ab errore peccati. y ¶Et adduxerunt in montem sanctum tuum.) In ecclesiam tuam.

z ¶In tabernaculum tuum.) In illã cœlestẽ Hierusalem, de qua alius psalmus ait: Quàm dilecta sunt tabernacula tua domine. Psal.83.a.

a ¶Introibo ad altare dei.) Mei, vbi non iam vitulos, & arietes, sed meipsum exhibeam hostiam viuam placentem illi.

b ¶Ad deum qui lætificat iuuẽtutem meam.) Cùm expurgato fermento veteri in nouo me homine tanquam iuuẽculum cõsolatur. c ¶Confitebor tibi in cithara deus deus meus.) Per mortificationẽ carnis: quia crucifixus est mihi mundus, & ego mundo. d ¶Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?) Quia desidero videre, ĩ quo spem posui. e ¶Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, &c.) Ipsum cõfitet: ab ipso peccata sua dimitti postulat. Ipsum salutare vultus sui dicit: ipsũ inuocat & adorat. Quẽ & nos cõfitẽtes exposcimus: vt mereamur ei⁹ luce illuminari, via dirigi, veritate corrigi, vita locupletari: Vel, salutare vultus mei deus meus. Saluatio animę meę de⁹ meus est: & vultus, hoc est, aspect⁹ animę meę deus meus est.

f ¶In finem pro filijs Core, intellectus.) Core, interpretat decaluatio, & dominus in mõte Caluariæ fuit crucifixus. Filij Core, filij Christi: sancti apostoli, vel martyres sũt. Vnde dictum est: Non possunt filij sponsi lugere, quãdiu cum illis est sponsus. Intellectus: hoc est, vt intelligam⁹ illum, qui initium sumpsit secundum carnem ex tẽpore, & ante secula est genitus. Vel, intellectus est: vt intelligamus de prosperitate præsenti peccatorum, & de tribulatione præsenti sanctorũ. Psalmus non anteriora facta docet, sed ecclesiam in Christo renasci pronũciat, ac fideles in ea prouocat ad agonẽ: ostendens neminem posse, nisi qui legitimè certauerit coronari: in quo etiã plerunq; voces martyrũ, pferunt. Psal. XLIII.

g DEus auribus nostris audiuimus.) Per spirituale sensum cognouimus, iuxta illud dñi: Qui habet aures audiẽdi, audiat. h ¶Et patres nostri.) Apostoli & ꝓphetæ, quorum prædicatione renati sumus ad vitam.

i ¶Annũciauerũt nobis. Opus qđ operatus es ĩ dieb⁹ eorũ, & in dieb⁹ antiquis.) Annũciauerũt ꝓphetæ quæ sunt gesta illorũ tẽpore. Annũciauerunt apostoli, quę te viderunt operantẽ. k ¶Man⁹ tua gentes disperdidit, & plantasti eos.) Disperdidisti ab ecclesia onera vitiorũ, & plãtasti ornamẽta virtutũ: id est, homines iustos, q fructũ exhibeãt sanctitatis.

Afflixisti

Leuiti. 20. b.

Ioan. 8. b. &. 14. a.

Matt. 9. b.

Lucæ. 8. a.

afflixisti populos, & expulisti eos. Nõn enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum nõ saluauit eos. Sed dextera tua & brachium tuum, & illumi natio vultus tui: quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & deus meus: qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Nõ enim in arcu meo sperabo: & gladius meus nõ saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos cõfudisti. In deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur tibi in seculũ. Nunc autem repulisti & confudisti nos: & nõn egredieris deus in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimi cos nostros: & qui oderũt nos, diripiebãt sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum, & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine precio: & nõn fuit multitudo in commutationibus nostris. Posuisti nos opprobriũ vicinis nostris: subsannationẽ & derisum his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentibus: cõmmotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè nõn egimus in testamẽto tuo. Et nõn recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomẽ dei nostri: & si expandimus manus nostras ad deum alienum. Nonnẽ deus requiret ista? Ipse enim

a ¶Afflixisti populos,& expulisti eos.) Illos,qui te relicto ad idololatriam declinabant. b ¶Nõ enim in gladio suo possederunt terram.)Sed in mansuetudine mentis:quia beati mansueti,ipsi hæreditabunt viuentium terram. c ¶Et brachium eorum non saluabit eos: sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio faciei tuæ.) Dextera patris, Christus est:vt illud: Dextera eñ sua exaltauit nos: id est, brachiũ: sicut alibi: Et brachiũ domini cui reuelatum est?Ipse & illuminatio: vt ibi:In lumine tuo videbimus lumẽ. Hic est igitur missus à patre,vt liberaret suos. Et cur eos liberauerit,adiecit: d ¶Quoniam complacuisti in eis.) Vult enim deus:vt sicut ei beneplacitũ est in filio,ita & nos beneplacentes simus in ipso,si volum⁹ liberari. e ¶Tu es ipse rex me⁹.) Qui in me regnas,& non peccatũ. f ¶Et deus meus.)A quo sum acquisitus. g ¶Qui mãdas salutes Iacob.)Hoc est,populo Christiano:q supplantato seniore, mãdatum salutis per doctrinam propheticam atq; apostolicã suscepit. h ¶In te eñ inimicos nostros ventilabimus cornu:& in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nobis.)A cornib⁹ aliquid ventilatur,vt Sedechias,q factis duob⁹ ferreis cornibus dicebat:Sic ventilabis totã Syriam. Cornu verò nostrum, Christus est. Idem & nomen patris,in quo aduersarij nostri,vel ventilantur, vel spernuntur. i ¶Nõ enim in arcu sperabo, & gladius meus non saluabit me.) Sed virtus tua. k ¶Saluasti enim nos à tribulantibus nos.) Quia in armis meis sperare non debeam:hæc causa est,quòd saluasti nos semper à persequentibus,& absque nostra virtute, nostroq; gladio custodisti. Saluasti enim nos de affligentibus nos,& odientes nos confudisti: auersæ sunt potestates, quibus confusis, à Christo domino liberati sumus. l ¶In deo laudabimur tota die.) Quia ipse est laus, & gloria nostra. m ¶Et in nomine tuo confitebimur tibi in seculum.) Quòd à te Christo, Christiani vocamur. n ¶Nunc autem repulisti & cõfudisti nos.) Cùm ait, nunc: præsens tempus ostendit. Ergo in præsenti tempore ad exercitationem repellimur,vt in æternum glorificemur. Sæpe enim & martyres in tempore dicunt: o ¶Et nõ egredieris deus in virtutibus nostris.) Vt nos in posterum perpetua virtute corroborares. p ¶Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros.) Sic & Petrum dominus retrorsum conuertit,vt in melius repararet. Ergo & nos debemus retrorsum conuerti, ne in vijs prauis perduret iter nostrum. Debemus & inimicos nostros ante nos habere, vt sciamus quid cauere debeamus. Quòd & si post Christum conuertimur vt Petrus: habentes eum ante nos, nihil vltrà metuemus. q ¶Et qui oderunt nos, diripiebant sibi.) Propter nomen enim tuum diripiebant nos: cùm in carceribus, in plagis,in reliquis nos vexarent tormentis. Sed non nos separauit à charitate tua illa tribulatio. r ¶Dedisti nos tanquam oues escarum.) Sicut enim dominus tanquam ouis ad occisionem ductus,datus est esca populis,cùm dicit: Nisi manducaueritis carnem filij hominis,non habebitis vitam in vobis:ita & sancti, sicut superius diximus, in multis tribulationibus dati,facti sunt pabulum gentibus:vel cùm alimẽta æternæ vitæ ministrant: vel dum rapacitatem eorum de suis erumnis exatiant. s ¶Et in nationibus dispersisti nos.)Vt ad tempus dominarent nostri. t ¶Vẽdidisti populũ tuũ sine precio.) Vsq; nunc de se locuti sunt martyres:nũc de Iudeorũ populo dicit,quibus dictũ est:In peccatis vestris venditi estis. Et ideo sine precio: quia nõ est effusus agni sanguis pro eis. u ¶Et nõ fuit multitudo in cõmutationib⁹ nostris.)Vilior eñ erat merces quæ fuit vẽdita:ideo non est commutatio facta. Nam dominus populũ quem emit: nõ auro neque argento,sed precioso ac proprio eum sanguine cõparauit: sicut ait Petrus apostolus. x ¶Posuisti nos opprobrium vicinis nostris:subsannationẽ & derisum his qui in circuitu nostro sunt.) Vicini dicti persecutores,propter cohabitationem mundanam qui sæpe exprobrant irridendo, dicentes: Veniat deus vester: & eruat vos de manibus nostris. y ¶Posuisti nos in similitudinem gentibus.)In tuam vtiq; similitudinem:vt sicut te mundus odio habuit prius,ita & nos deinceps odiret. z ¶Cõmotionem capitis in populis.) Sicut enim in passione tua transeuntes mouebant capita sua,ita & ĩ martyribus tuis faciũt.Sed & si quis nũc in te piè voluerit viuere: protin⁹ iniqui blasphemant cũ irrisione, vel capitis cõmotione. a ¶Tota die verecundia mea cõtra me est: & cõfusio faciei meæ cooperuit me.) Dominus hæc in assũpta loquitur carne ,qui p nobis verecundiam patitur,maledicit, atq; confunditur, vsq; ad ipsum etiam patibulũ crucis. b ¶A voce exprobrantis & obloquentis.)Cùm ei diceretur:Si filij⁹ dei es,descende de cruce. c ¶A facie inimici.) Iudæ. d ¶Et persequentis.) Populi Iudaici. e ¶Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te.) Martyres ista dicunt:quia omnia quæ tu domine Iesu pertulisti, & nos eadẽ pertulimus, sed te semper confessi sumus. f ¶Et iniquè nõ egimus in testamẽto tuo.)Sed veraciter te prædicauim⁹. g ¶Et nõ recessit retrò cor nostrum.) Vt errores phanaticos vnde digressi fuim⁹, requeremur. h ¶Et declinasti semitas nostras à via tua.) Actio nostra nõ est à tuis iustificationibus separata. i ¶Quoniã humiliasti nos in loco afflictiõis.) In corpore isto,in quo versamur & affligimur p te. k ¶Et operuit nos vmbra mortis.) Bene vmbra mortis in hoc seculo opprimit,& nõ ipsa mors:quia martyres vel reliqui sancti,& si affligũtur,& si morti destinantur, viuunt tamen deo,& hæc mors vmbra eis est,& non veritas mortis. l ¶Si obliti sumus nomẽ dei nostri.) Id est,Christum. m ¶Et si expandimus manus nostras ad deũ alienum.)Ad idolum. n ¶Nonne deus requiret ista?ipse eñ nouit abscõdita cordis.)Quòd cognoscat deus cogitationes hominũ,ipse in euãgelio ,pdit ad pharisæos dicens:qd cogitatis nequã ĩ cordib⁹ vestris? Sic & martyres dicũt:Si alicubi excessimus

Matt.5.a. Esa.53.a. Psal.35.c. 3.Reg.22.b. Ioan.6.f. Esa.50.a. 1.Pet.1.c. 2.Para.32.d. Lucæ.5.c.

A bi exceſſimus à vijs dei:ipſe qui arcana cordis nouit,inquirat. a ¶Quoniam propter te mortificamur tota die.) In diuerſis tribulationib⁹ opprimimur propter te:ſed ſpōte præbem⁹ colla cędentibus. b ¶Aeſtimati ſumus vt oues
Mat.10.b. occiſionis.) Dixeras enim,q̄ miſſurus nos eſſes tanquā oues in medio luporum: Nunc autem quia ab his tentationibus elōgatus es,&
Matt.8.c. tanquam ſi in naui dormiens,non nos à tempeſtate defendis,excitamus te domine, cōfeſſione ſupplici deprecantes:
c ¶Exurge quare obdormis domine,exurge & ne repellas in finem.) Vt qui mortuus es pro nobis,& reſurrexiſti: exciteris in cordib⁹ eorum, qui te mortuum confitentur,& reſurrexiſſe non credunt:vt tandē deſinentes nos perſequi, non vſque in finem æternæ mortis intereant.
d ¶Quare faciem tuam auertis.) Auertit enim deus faciem ad tempus, vt probet electos ſuos. e ¶Obliuiſceris inopiæ
B noſtræ,& tribulationis noſtræ.) Patimur inopiam,pro nihilo habentes huius mundi diuitias, regnum cœleſte deſideramus. Tribulamur enim,cùm elongat deſiderium noſtrum. f ¶Quoniā humiliata eſt in puluere anima noſtra.) Vt ab illis inclinaremur,quos ventus vt puluerem à facie terræ proijcit. g ¶Cōglutinatus eſt in terra venter noſter.) Ac ſi diceret: Caro infirmatur: ſed ſenſus in cœleſtibus eſt attentus. h ¶Exurge domine adiuua nos,& redime nos propter nomen tuum.) Iam tuum in tribulationibus auxilium mereamur,vt liberemur ab his preſſuris: nō propter meritum noſtrum,ſed propter nomen tuum.
i ¶In finem pro his qui commutabuntur,filijs Core,ad intellectum,canticum pro dilecto.)Pro quo in Hebræo ita habet: לַמְנַצֵּחַ עַל שֹׁשַׁנִּים לִבְנֵי קֹרַח מַשְׂכִּיל שִׁיר יְדִידוֹת Lamnazeah,alſoſannim libne Corah maſkil ſir Ididoth:q̄d nos in Latinum vertimus. Victori pro filijs liliorum Core, eruditionis canticum amantiſſimum.Quòd autem ait, pro dilecto,totus pſalmus refertur ad Chriſtū:de quo pater lo-
C quitur in euangelio:Hic filius eſt meus dilectus in quo mihi
Mat.17.a. complacui. Vel pſalmus ſpiritualium nuptiarū continet ſacramentum:id eſt,coniunctionem Chriſti cum eccleſia. Initiatur ergo à voce paterna: Pſalmus XLIIII.

k ERuctauit cor meum verbum bonum.)Non de cōiunctione corporea,ſed de corde ꝓtulit æquale ſibi ver-
Ioan.1.a. bum per quod facta ſunt omnia. Bonum eſt enim hoc verbum:quia quod factum eſt in eo,vita eſt. l ¶Dico ego opera mea regi.)Loquor ipſi verbo,regi filio,& cuncta perficiūtur. m ¶Lingua mea calamus ſcribæ,velociter ſcribentis.)Sicut enim quæ ſcribuntur non ſunt leuia neque facilia,ſed vtilia atque ſalubria:ſic & dei eloquium tanquā ſcribatur, ita perficitur.De velocitate verò, hoc eſt, quòd non tardantur quæ dixerit,ſed velociter adimplentur,ideo calamus dicit.Et ad quid pertinet calamus?Aut quomodo comparat calamus Chriſto? Quia ſicut pertinet petra ad Chriſtum,leo,dextera,mons,vel alia his ſimilia:ſic pertinet & calamus,ſcilicet quia menſurator & ſcriptor eſt. Vnde dixit in
Ezec.40. propheta:Surge,& accipe calamum:& metire tēplum & ciuitatem.Calamus ſcribæ:Scriba ipſe eſt Chriſtus. Vnde di-
Matt.13.g xit in euangelio:Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum,ſimilis eſt patrifamiliàs. Velociter ſcribentis.Quia nullus tā citò ſcribit,ſicut ipſe dominus in cordibus ſanctorum ſcribit.Quid ſcribit,niſi fidem,ſpem,& charitatem ſuam,verbū prædicationis tribuit? n ¶Speciosus forma præ filijs hominū.)Vt non ex æquo,vt alius homo,ſed eum homine dei D
filius intelligatur:& ideo pulchrior dicit præ alijs filijs hominum.Forma autem de qua loquitur,non magnitudini deputanda eſt,ſed decori. Vel quomodo ſpecioſus,cùm Eſaias dicit: Vidimus eum non habētem ſpeciem,neq; decorem:ſed Eſa.53.a.
quaſi deſpectum,& humiliatū, & percuſſum,& flagellatum à deo?Propheta Eſaias ex perſona Iudæorum dicit hoc:quia illi humanitatem carnis,quaſi purum hominem eſſe crediderunt. Sed hic propheta ſecundum diuinitatem loquitur. Item Eſaias ꝓpheta præſciebat per ſpiritumſanctum illam humanitatē à foris quam viderunt Iudæi:ſed intrinſecus diuinitatem nō potuerunt intelligere. o ¶Diffuſa eſt gratia ī labijs tuis.)Cùm morbos verbo curas,cùm mare quieſcere facis, cùm vētis ſilentium indicis,cùm febrem diſcedere iubes,cùm Lazarum vocas,& venit:patrem interpellas,& audit: & non ſolum audit,ſed etiā reſpondet:& omnia quæ loqueris, E
gratia labiorum tuorū perficiūtur. Diffuſio gratiæ in ſcripturis ſanctis gratia ſpirituſſancti eſt,vel Chriſti. Diffuſa eſt gratia ſpirituſſancti in baptiſmo,in ſpecie columbæ:cùm deſcēdit in capite,venit in barbam:deinde in oram veſtimenti eius. Caput noſtrum, Chriſtus eſt: barba, ſancti apoſtoli:ora veſtimenti eius,ſancti prædicatores:ſicut aīt
Pſal.132.a propheta:Sicut vnguentum in capite,quod deſcendit in barbam Aaron:& quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Gratia in labijs tuis:quia lex per Moyſen data eſt: gratia & ve-
Ioan.1.b. ritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. p ¶Propterea benedixit te deus in ęternum.)Ob hanc gratiam. Nam cùm ſemper Chriſtus dominus in patre fuerit benedictus,in aſſumpta benedicitur carne:cùm deſcendēte ſpirituſancto ſuper eum
Matt.3.d. in baptiſmo,dicit pater: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.Vel benedixit pater deus filium ſuum,& Chriſtū ſuam eccleſiam. q ¶Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſſimè.)Gladium circa fœmur. Per gla- F
dium,verbum:per fœmur,incarnatio. Accingit homo gladium ad pugnandum.Sed accingere gladium potentiſſimè. Ac ſi dicat propheta:Tu Chriſte indue carnem:pugna contra diabolum,& libera genus humanū de inferno. Accingere gladio,verbo prædicationis,qui diuiſit filium à patre:filiam à matre,nurum à ſocru. Circa fœmur tuum,ſuper carnē aſſumptā. Potentiſſimè,non ſegniter,neq; leuiter,ſed viriliter.
r ¶Specie tua & pulchritudine tua.)Sanctitate atq; iuſtitia: vel ad diuinitatē pertinet. ſ ¶Intende proſperè,ꝓcede & regna.)Si tibi intēdis,ſemper tibi proſpera erunt. Procede: id eſt,de cœlo veni.Et regna:quia regnū diaboli antea erat.
Luc.11.a. Vnde dicimus in oratione dominica: Veniat regnum tuū in nobis,& diſcedat regnū diaboli.Intēde,ꝓſperè: vide fœliciter.Procede,de thalamo vteri virginalis: & regna, oppreſſo mortis imperio. t ¶Propter veritatē,& manſuetudinē, & iuſtitiā,) Veritas,ipſe Chriſtus: quia ipſe eſt veritas. Vn-
Ioan.8.a. de de illa muliere dixit ad Iudæos: Qui ſine peccato eſt veſtrū,prior in illam lapidē mittat. Manſuetudo,quādo dixit: Nec ego te condemnabo. Iuſtitia,quādo dixit: Vade mulier, & amplius noli peccare. Propter veritatem:qua illa quæ per prophetas ꝓmiſeras,adimpleſti.Et manſuetudinem:quia ſicut ouis pro vita populi immolaris. Et iuſtitiā:cùm nō poteſtate,ſed humilitate eripuiſti hominem. u ¶Et deducet te mirabiliter dextera tua.) Potentia, ſiue virtus. Vel poteſtas deducet te,ſcilicet in cœlum. x ¶Sagittæ tuę acutæ.)

Prędicationes,

a Ipſe enim nouit abſcōdita cordis. Quōniam propter te mortificamur tota die:
b æſtimati ſum⁹ ſicut oues occiſionis. Exurgē quare obdormis domine, exurge &
d ne repellas in finem.Quarē faciem tuā
e auertis,obliuiſcēris inopiæ noſtrę & tri-
f bulationis noſtræ.Quōniam humiliata
g eſt in puluere anima noſtra:cōglutinatus eſt in terra vēter noſter.Exurgē
h domine adiuua nos,& redime nos propter nomen tuum.
i In finem pro his qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum,canticū pro dilecto. Pſalmus XLIIII.
k ERuctauit cor meū verbū bonū:di-
l cō ego opera mea regi.Linguā mea
m calamus ſcribæ,velociter ſcribētis.
n Speciosus forma prę filijs hominū:diffu-
o
p ſa eſt grātia ī labijs tuis, propterea bene-
q dixit te deꝰ in æternū. Accingere gladio
r tuo ſup fœmur tuū,potentiſſimè.Specie
s tua & pulchritudine tua:intende,ꝓſperè,
t ꝓcede & regna.Propter veritatē & mā-
u ſuetudinē,& iuſtitiā, & dēducet te mira-
x biliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ: populi

a pōpuli ſub te cadēt in corda inimicorum
b regis. Sēdes tua deus in ſeculum ſeculi:
c d virga directiōis virga regni tui. Dilexi-
e ſti iuſtitiā,& odiſti iniquitatē: propterea
f vnxit te deus deus tuus: oleo lætitiæ præ
g cōſortibus tuis. Mirrhā & gutta & caſia
h à veſtimētis tuis,à domibus eburneis: ex
quibus delectauerunt te filiæ regū in ho-
i nore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis in
k l veſtitu deaurato: circundata varietate.
m Audi filia & vide,& inclinā aurem tuā,
n o & obliuiſcere populum tuum,& domum
p patris tui. Et concupiſcet rex decorem
q r tuū:quoniam ipſe eſt domin⁹ deus tuus.
ſ t Et adorabunt eum filiæ Tyri in mune-
ribus: vultum tuum deprecabuntur o-
u mnes diuites plebis. Omnis glōria eius
x filię regis ab intus:in fimbrijs aureis,cir-
y cumamicta varietatibus. Adducentur
regi virgines poſt eam:proximæ eius af-
z ferentur tibi. Afferentur in lętitia & ex-
a ultatione: adducentur in templum re-
b gis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij:
c cōſtitues eos principes ſuper omnem
terram.

G Prædicationes, corda hominum transfigentes. Acutæ, quia vſque ad interiora cordis penetrant. a ¶ Populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.) A compunctione prædicationis,in corda corruunt: vt non ſuperbiant,ſed humiliter credant. Qui fuerant non credendo inimici regis,fiant credendo amici. Quia qui Chriſti inimici erant, poſtea amici effecti ſunt.

b ¶ Sedes tua deus in ſeculum ſeculi.) Non temporalis,ſed æternæ. Vel ſedes dei,ſancta eccleſia eſt,aut anima: quia anima iuſti,eſt ſedes ſapientiæ.

c ¶ Virga directionis,virga regni tui.)Per virgā,correptio diſcipline:quia per ipſam regulam veritatis,corda illorum dirigūtur,quæ tortuoſa erant.

d ¶ Dilexiſti iuſtitiam,& odiſti iniquitatem.)Id eſt, mādata dei patris impleuiſti. Et odiſti iniquitatem,non quòd odium cadat in deū:ſed odire deus dicitur,id eſt, repudiare. Iniquitas ipſe diabo-
H lus intellīgitur. Vel virga, diſciplina cœleſtis accipitur:per quā iniquam tortuoſitatem noſtram quam odiuit,ad ſuam direxit iuſtitiam. e ¶ Propterea vnxit te deus deus tuus.)Deum,inquit Apoſtolus & Chriſtum:deus illū fecit. f ¶ Oleo lętitiæ prę cōſortibus tuis.)Alij reges qui typū illius prętulerūt,& regnando cōſortes dicti ſunt,oleo corruptibili ſunt inuncti: hic verò filiꝰ dei à deo patre, oleo exultatiōis:hoc eſt, reſurrectionis, aſcēſionis,dominationisq; eſt delibutus:quia Chriſtus natura vnctus,nos per gratiā:quia in illo pleniter fuit diuinitas: nam in ſanctis per partes datur. g ¶ Mirrha & gutta & caſia à veſtimentis tuis. Mirrha pro ſepultura ponitur:gutta, cōtra venena accipitur. In caſia,homo qui ſæpe arbor dicitur,demonſtrat. Ergo defluxerunt hæc à veſtimentis eius: id eſt,ab aſſumpta carne,qua velut veſtimentum ſe diuinitas circundedit. Stillauit odor mirrhæ, cùm eſt traditus ſepulturæ. Fluxit gutta, cùm compreſſo ſerpentis veneno, tartarea reſtinxit incendia. Prodiuit & caſia: cùm in eo homine per quem euicit inferos,aſcendit in cœlos. h ¶ A domibus eburneis,ex quibus delectauerunt te filiæ regum in ho-
I nore tuo.)Domus eburneas,propter magnitudinē elephan-
Mat.7.b. torum, domus amplas accipimus: Ampla eſt enim via quæ ducit ad perditionem. Sed ebur niſi radatur limis,diuidatur ſerris:ac ſubulis perforetur,obſcurum & horribile eſt:ſic & apoſtoli erant antequam vocarentur & inhabitarentur. Sed poſtquā vocati ſunt,ſerris ſecti,vngulis raſi,ſcalpellis ſcalp ti,flāmis igniti:ac diuerſis ſupplicijs elimati,facti ſunt domus dei: in qua ipſe Chriſtus dignaretur inhabitare. Horū exempla ſequentes martyres,effecti ſunt ſuorum corporum reges. Iſtorum regum ſunt filiæ,animæ ſanctæ:quæ Chriſtū delectatæ ſunt,honorādo nomē maieſtatis eius, & præconādo miſericordiam eius. A domibus eburneis:de quibus lętificauerūt te. Multi per errorem pro domibus,graues dicūt: quia apud Græcos βάρεως vtrunq; ſignificat. i ¶ Aſtitit regina à dextris tuis.)Quia nihil eſt in regno tuo ſiniſtrū.

k ¶ In veſtitu deaurato.) Spiritualis credulitatis ornamento. l ¶ Circundata varietate.)Gentium ac populorū. Ipſi nunc eccleſiæ propheta loquit. Regina,eccleſia eſt. Vnde di
Cant.3.c. cit in cātico canticorū:Quę eſt iſta quæ aſcēdit dealbata,innixa ſuper fratruelē ſuum? Regina dicitur:quia regit ſua vi-
Mat.25.d tia & peccata. A dextris tuis. Vt illud:Statuet quidem oues
Ibidem. c. à dextris ſuis:quando dicturus erit: Venite benedicti patris mei,percipite regnum quod vobis paratū eſt ab origine mūdi. In veſtitu:id eſt,nō nuda,ſed veſtita ſenſu ſpirituali. Circūamicta varietate. De ſeptuaginta & duabus linguis: id eſt, K de diuerſitate gentium, vel gratiarum actione. m ¶ Audi filia & vide.)Crede vt mūderis. Filia,quia ab eo renata. Spōſa,quia ipſi es ſociata. Vel Chriſtus vocat eccleſiam ſuā per fidem filiam. Filia dicit: vt caſta ſit mente & corpore.

n ¶ Et inclina aurem tuam.) Humiliter ac ſapienter auſculta, vel deſidera. Et audi,aure cordis,vt illud:Qui habet aures au- Luc.8.a.
diendi,audiat. Et vide: hoc eſt, oculis cordis vnde deus videtur, vt ait: Beati mundo corde, Matt.5.a.
quoniam ipſi deum videbunt.

o ¶ Et obliuiſcere populū tuum &c.)Cōſortia dæmoniorum, vel vitia,& peccata, & domū patris tui diaboli qui te priꝰ genuerat: quia totus mūdus in maligno poſitus erat: ideo inclina aurē tuā. 1.Ioā.5.d.

p ¶ Quoniam concupiuit rex decorem tuum.) Chriſtus Ieſus à quo regeris,quia nigra eras in domo patris:nunc autem aſcēdis poſt baptiſmum, vel vitijs abluta, vel gratia fidei candida. L

q ¶ Quia ipſe eſt dominus.) A quo redempta es. r ¶ Deus tuus.)Quem nunc relictis ſimulachris,excolis,& adoras. Quomodo dicit ſpeciem & pulchritudinem tuam: cùm non tā pulchra,nec ſpecioſa, q̄ antea fœtida,& deformis erat eccleſia? Sed poſtea pulchra & ſpecioſa per la
uacrū baptiſmi: qa iuſtus p impijs mortuus eſt: id eſt, Chriſtus:mundans eā per lauacrū ſanguinis ſui, vt ait Apoſtolus: Non habentem maculam aut rugam. ſ ¶ Et adorabunt Ephe.5.f.
eum filiæ Tyri.) Tyrus, interpretatur anguſtia. Filiæ Tyri, Tyrus.
filiæ anguſtiæ. Ipſi adorant Chriſtum,qui ſunt in anguſtia. Vel animæ credentes ex gentibus. t ¶ In muneribus vultum tuum deprecabuntur diuites plebis.) Iſtæ recondentes theſauros ſuos,de corde te mundo requirunt: quia vbi ſunt theſauri eorum, ibi erit & cor eorum. Fecerunt hoc Matt.6.c.
magi,qui cum thure,& mirrha,& auro venerunt: quia non Matt.2.b.
tantum verbis, ſed etiam muneribus adorauerunt Chriſtū.

u ¶ Omnis gloria eius filiæ regis.) Animæ fidelis.

x ¶ Ab intus in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.)Superius diximus, varietate gentium: hic, gratiarum. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus:id eſt, ſeniores eccle- M
ſiæ,vel reges & potentes: qui habent modo ſpem, fidem, & charitatem:ipſi obtulerunt ab intus: hoc eſt in conſcientia eccleſiæ. In fimbrijs aureis circumamicta varietate. Non ſolum litera,ſed etiam ſenſu ſpirituali, illi qui intrant,obtulerunt,vel varietate virtutum repleti ſunt. y ¶ Adducentur regi virgines poſt eam proximæ eius.) Per vnam eccleſiam,apoſtolica inſtitutione fundatam,multi conuertūtur ad Chriſtum. z ¶ Afferentur tibi in lætitia & exultatione.)Non in triſtitia peccati,neque in lachrymis pœnitentiæ:ſed in lætitia virtutum,& exultatione gratiarum.

a ¶ Adducentur in templum regis.) Vidit enim Ioannes Apoc.21.
Hieruſalem ciuitatem ſanctam deſcendentem de cœlo, habentem claritatem dei:ſed templum in ea non vidit: dominus,inquit, eſt templum eius. Inducentur ergo in hoc templum virgines iſtæ: hoc eſt, animæ ſanctorum: vt conformes efficiantur corpori gloriæ eius. b ¶ Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.)Fuerunt ô eccleſia apoſtoli patres tui: quia ipſi te genuerunt. Nunc autem quia illi receſſerunt à mundo, habes pro his epiſcopos filios, qui à te creati ſunt. Sunt enim & hi patres tui: quia ab ipſis regeris.

c ¶ Conſtitues eos principes ſuper omnē terram.)Conſtituit Chriſtus ſanctos ſuos ſuper omnes populos. In nomine enim dei dilatatū eſt euangelium in omnibus finibus mūdi:

in quibus

A in quibus principes ecclesiæ,id est,episcopi,constituti sunt.
a ¶Memores erũt nominis tui,in omni generatione & generatione.)Ideo memores erunt:quia nunquam obliuiscuntur,sed semper te prædicabunt,siue ædificabunt in generationibus sanctorum. b ¶Propterea populi confitebuntur tibi in æternum,& in seculum seculi.) Ob eorum prædicationem semper tibi delicta populi confitentur: tuam gloriam enarrabunt,tuam laudem annũciabunt.
c ¶In finem pro filijs Core ,p arcanis,psalmus.)Pro arcanis:id est,pro occultis de vocatione gẽtium,& de reprobatione Iudæorum.Psalmus docet nos spem nostram in illũ debere ponere, qui solus potest de tribulatiõibus liberare. Psalmus XLV.
d DEus noster refugiũ & virtus:adiutor in tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.)Plenus est enim mundus erumnis atq; pressuris:ideoq; qa
B sunt alia adiutoria regum,virtutes potẽtium,refugia ciuitatum; nostra munitio Christus est, qui nos ab his potenter eripere potest. e ¶Propterea non timebimus.)Quia in ipso credulitatem habemus. f ¶Dum turbabitur terra.)Generatio Iudæorum , qui terrena sapiunt.
g ¶Et transferentur montes in cor maris.) Prædicationes apostolicæ in corda gentilium huius
Mat.17.c. mundi,sicut in euangelio: Si habueritis,inquit,fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti: trãsi,& faciet.In corde maris: id est,in gentilitate. h ¶Sonuerũt,& turbatæ sunt aquæ eorũ.) Aquæ, populi: motus, dæmones intelliguntur. Qui tunc turbati sonum dederunt:cùm euersoribus simulachrorũ,vel restiterunt, vel mortem parare voluerũt. i ¶Cõturbati sunt montes in fortitudine eius.)Excelsiores seculi potestates.
k ¶Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei.) Post euersos
C cultus dæmoniorum,ablutio baptismi, vel irrigatio spiritus sancti lætificat animam ciuitatem dei,siue ecclesiam,quæ est
Matt.5.b. ciuitas dei,quæ super montem posita, non absconditur.
l ¶Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.) Congregationem fidelium,in qua per fidem habitat. m ¶Deus in medio eius non commouebitur.)Sed firmatur, vt ait:Ne
Lucæ.1.c. timeas Maria:vel ecclesia in tribulatione. n ¶Adiuuabit eam deus mane diluculò.)Inspectione sancta,qua mundũ
Matt.5.a. promerebitur cor. Beati enim mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. o ¶Conturbatæ sunt gentes.)Vitiorum ac criminũ. p ¶Et inclinata sunt regna.)Potestates dæmoniorum,sub potestate Christi. q ¶Dederunt vocem suam.)In prædicationibus. r ¶Mota est terra.) Obstupuerunt gentes in incredulitate sua:hoc est,gentilitas de infidelitate ad fidem Christi. s ¶Dominus virtutum nobiscum.)Per assumptionẽ carnis, particeps factus est nobis. Ideo & Emanuel:hoc est,nobiscum deus. Dominus virtutũ, angelorum & hominum. t ¶Susceptor noster deus Iacob.)Ipse virtutum dominus,qui vicit diabolum.Ipse susceptor noster,vt nos in æternum conseruet. Adiutor deus Iacob.Per Iacob,supplantatio vitiorum. u ¶Venite & videte opera domini.)Christus vocat suam ecclesiam ad fidẽ, vel ad credulitatem. Videte,id est,intelligite:opera domini,
Dañ.2.g. virtutes domini. Vel opera domini:quia iuxta Danielem,lapis excisus de monte sine manibus,comminutis regnis mundi occupauit latitudinem omnis terræ. x ¶Quæ posuit prodigia super terram.)Multa enim signa, vel ante aduentũ corporeum,vel post illum ostendit in populis. y ¶Auferens bella vsque ad fines terræ.)Omnia bella in aduentu domini quieuisse, multorum narrant historiæ.Sed & nunc in ecclesia sua quotidie bella coërcet, vt non sæuiant,vel hæretici, vel Iudei. Vel auferens,tollens bella: hoc est,pugnam: quia semper est pugna vitiorum & peccatorum. Vsq; ad fines terræ, vsq; ad finẽ seculorũ. Dominus aufert à nobis istam pugnam: nam per nos non possumus. z ¶Arcũ cõteret.) Occultas malorum insidias a ¶Et cõfringet arma.) Præsẽtes pugnas. b ¶Et scuta comburet igni.)Insanas diabolicæ protectionis phantasias,quæ omnia illo igni spirituali consumit:de quo ait: Ignem veni mit- Luc.12.f.
tere in terrã: hoc est,in ecclesiã.
c ¶Vacate & videte quoniam E
ego sum dominus.) Ego feci ,& Esa.46.b
ego ferã:ego creaui,& ego sustineam:redimam vos,& dimittam peccata vestra,ait dominus. Vacate ergo vt me cognoscatis: & non in aliud conturbemini.
d ¶Exaltabor in gẽtibus.)Quę fuerint ad credulitatem conuersæ. e ¶Exaltabor in terra.) Si ex Iudæorum gente ad me reuersi fuerint: quos nõ terrena sapere manifestum est. f ¶Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus Iacob.) Sẽper enim cum credentibus dignanter inhabitat: sicut apostolis post resurrectionem polliceri dignatus est, dicens: Ecce ego Matt.vlti.
vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.
g ¶In finem pro filijs Core,psalmus.)Filij Core,filij calui. Vox deridentis est. Hoc de illis quadraginta duobus pueris dicit,qui Helisæum deriserunt,& dixerunt: Ascende calue, 4.Re.2.d
ascende calue: & maledixit eos in nomine domini. Et egressi duo vrsi, comederunt eos. Helisæus figuram Christi tenet:illi pueri figuram Iudæorum,qui dixerunt: Aue rex Iudæorum. Vnde Paulus dicit: Nolite pueri effici sensibus,sed 1. Cor.14.
malitia paruuli estote. Venit medicus sanare ægrotos,sed d.
ægroti occiderunt medicum. Vrsi propriè dæmones intelliguntur : quia deuorauerunt corda illorum.Psalmus vocem continet apostolicam,admonentem, vt in ipso solo lætemur,cuius sumus sanguine liberati.

Psalmus XLVI.

h OMnes gentes plaudite manibus.) Spiritus sanctus per prophetam vocat ad fidem omnes gentes venire . Omnes gentes: id est, totus mundus , simul plaudite manibus. Plaudere, laudare . Plausus nanque laus dicitur.Gaudete,in bonis operibus. i ¶Iubilate deo in voce exultationis.)Voce sublimi dominum confitemini in ipso corde,& omni membrorũ officio exultate.Propter magnitudinẽ lætitiæ dicit. Vox exultationis est: quòd nec ver- Vox exul-
bis,nec literis,nec syllabis potest homo cõprehendere, quãtationis.
tum deum laudare debeat. k ¶Quoniam deus excelsus terribilis.)Ille qui quondã iritabatur à Iudæis obtentis gẽtibus excelsus cœlos ascendens,terribilis factus est,residens ad dexteram patris . l ¶Et rex magnus super omnem terram.) Non solum super Iudæorum gentem, sed super omnes na-

a terram. Mémores erunt nominis tui domine:in omni generatione & generatione. b Propterea populi confitebuntur tibi in æternum:& in seculum seculi.

e In finẽm pro filijs Core pro arcanis, psalmus XLV.

d DEus noster refugium & virtus:adiutor in tribulationib9 quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non
e f g timebimus dũ turbabitur terra, & trãsferentur montes in cor maris. h Sonuerũt,
i & turbatæ sunt aquæ eorum: cõturbati
k sunt mõtes in fortitudine eius. Fluminis
l impetus lætificat ciuitatem dei:sanctificauit tabernaculum suum altissimus .
m Deus in medio eius non commouebitur:
n adiuuabit eam deus mane diluculò. Cõ
o p q turbatæ sunt gentes,& inclinata sunt re-
r gna : dedit vocem suam, mota est terra.
s t Dominus virtutum nobiscum:susceptor
u noster deus Iacob. Vẽnite & videte opera domini quę posuit prodigia super ter-
x y rã:auferens bella vsq; ad fines terrę. Ar-
z a cũ conteret,& cõfringet arma: & scu-
b c ta comburet igni. Vacate & videte quo-
d niam ego sum deus: exaltabor in gẽtib9,
e f & exaltabor in terra. Dominus virtutũ nobiscum:susceptor noster deus Iacob.

g In finem p filijs Core,psalm9 XLVI.

h Mnes gentes plaudite manibus:
i iubilate deo in voce exultatiõs.
k Quoniã dominus excelsus, ter-
l ribilis:rex magnus super omnẽ terram.
Subiecit

G omnes nationes terræ. Vel ſuper omnem terrã, id eſt, ſuper omnem eccleſiam, quia eccleſia terra dicitur: Chriſtus ſuper eam: quia data eſt ei poteſtas in terra & in cœlo. Vel de quo nunc apoſtoli dicunt: a ¶Subiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris. Elegit nobis hæreditatem ſuã.) Subiectas ſibi à Chriſto gẽtes, & populos dicunt: quorum malitia conculcata, dignos in hæreditatem Chriſti fecerunt. Vel hæreditas Chriſti, ſãcta eccleſia eſt.

Pſal.15.b. Vnde dixit in alio loco: Domin⁹ pars hæreditatis meę. Et nos ſua,

Ibid.118.h. & ille noſtra: ſecundũ illud: Portio mea dominus. b ¶Speciẽ Iacob quã dilexit.) De pulchritudine eñ Iacob elegit apoſtolos, qui ab eius ſtirpe deſcẽdẽtes, hæc dicunt. Quòd autem eũ diligat,

Malac.1.a. audi prophetã: Iacob dilexi, Eſaũ autem odio habui. c ¶Aſcẽdit deus in iubilo.) Claruit enim aſcenſio eius: in qua multitudo angelorũ cum magna iubilatione

Pſal.23.b. dicebat: Tollite portas principes H veſtras: iam redit victor ex prælijs. d ¶Et dominus in voce tubæ.) In qua duo angeli tanquã tuba, illo aſcẽdẽte apoſtolis cla-

Acto.1.b. mauerũt. Hic Ieſus qui receptus eſt à vobis, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum euntẽ in cœlũ. Vel poſt victoriã, qua vicit diabolũ, ſic aſcendit. Vnde dicit in alio

Pſal.23.b. pſalmo: Tollite portas principes veſtras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex glorię. Vel ſicut legimus in Actib⁹

Acto.1.b. apoſtolorũ, quando aſcendit de monte Oliueti: Viri Galilæi quid ſtatis aſpiciẽtes in cœlum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum: ſic veniet quemadmodum vidiſtis eũ euntem in cœlũ. e ¶Pſallite deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite.) Qui oppreſſo mortis dominatu: carnem cum qua iacuit in tumulo, euexit ad cœlum. f ¶Quoniam rex omnis terræ deus.) Quia iam non ſolum in Iudea & Hieruſalem notus, ſed in omni terra fidei lumine declaratus. g ¶Pſallite ſapienter.) Vt quę canitis per literam, intelligatis ſpiritualiter dicta. h ¶Regnabit dominus ſuper omnes gentes.) Quas in hæreditatem accepit à patre.

Pſal.2.b. Vnde & in alio pſalmo dicit: Dabo tibi gentes hæreditatem

Ibid.112.a tuam, & poſſeſſionem tuã termínos terrę. Vel, Excelſus dominus ſuper omnes gentes, & ſuper cœlos gloria eius.

I ¶Deus ſedet ſuper ſedẽ ſanctã ſuã.) Ad dexteram patris. Vel angeli pro innocentia eorum dicuntur ſedes, quia non

Eſa.66.a. peccauerunt. Inde dixit: Cœlum mihi ſedes eſt. Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam: hoc eſt, in eccleſia. Vnde dictum

Sap.7.d. eſt: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. k ¶Principes populorum.) Apoſtoli. l ¶Congregati ſunt.) Ad iudicãdum Vel principes populorum: id eſt, ſeniores Chriſtianorum: quorum figuram tenebat centurio: Vel modo illi qui tenẽt

Matt.8.b. ipſam fidem, quam habuit Abraham. Vnde dictum eſt: Multi venient ab Oriente & Occidente: & recumbẽt cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum. m ¶Cum deo Abraham.) Deus Abrahæ, deus verus eſt, qui eſt deus viuẽtium, cum quo iuſti iudicium facient. Sic enim & dominus

Matt.19.d in euangelio ait: Cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuę: ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſraël. n ¶Quoniam dij fortes terrę, vehementer eleuati ſunt.) Dij, ſancti ſunt: ſicut ait idem pro-

Pſal.81.b. pheta: Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi omnes. Eleuati ſũt vehementer. Eleuati ſunt, per fidem & prædicationem. Vel illi qui eleuati ſunt in ſuperbia: & relictis cœleſtibus, terrena concupierunt: quibus dicitur: Sicut homines moriemini: iſti à deo Abrahæ, vel apoſtolis eius ſunt iudicandi. Nos verò oremus dominum, vt depoſito omni tumore ſuperbiæ, ita illi coniungamur in hoc ſeculo: vt in iudicio à ſiniſtra' parte diſiuncti, non inueniatur in nobis quod damnet in pœnã: ſed quod pietate multiplici prouehat ad coronam. K

o ¶Pſalmus cantici filijs Core ſecunda ſabbati.) Per pſalmum, opus vel prædicatio intelligitur. Per canticum, ſcientia & laus. Filij Core, ſancti apoſtoli, vel martyres. Prima ſabbati, fecit lucem: ſecunda ſabbati, fecit firmamentum. Lucem, angelos: firmamentum homines. Habet inde aliquid in nouo teſtamẽto. Prima ſabbati, reſurrexit lux Chriſtus. Vnde dicit in euangelio: Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Secũda ſabbati, firmata eſt eccleſia in fide, quando dixit dominus: Et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Pſalmus totus circa ſãctam plebem, totus circa eccleſiaſtica myſteria commoratur.

Ioan.1.

Mat.16.c.

Pſalmus XLVII.

p MAgnus domin⁹ & laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri, in mõte ſancto ei⁹. Fundat exultatione vniuerſæ terræ mons Sion, latera Aquilonis: ciuitas regis magni. Deus i domib⁹ eius cognoſcet: cùm ſuſcipiet eam. Quoniã ecce reges terrę cõgregati ſunt: cõuenerũt i vnũ. Ipſi vidẽtes ſic admirati ſũt, cõturbati ſũt, cõmoti ſũt: tremor apprehẽdit eos. Ibi dolores vt parturientis: in ſpiritu

L

p ¶Magnus domin⁹ & laudabilis nimis.) Vox eccleſiæ. Magnus dicitur, non pro comparatione, ſed pro magnitudine gloriæ ſuæ: Quaſi interrogaretur, vbi magnus, vbi laudabilis? Reſpondet:

q ¶In ciuitate dei noſtri.) Anima ſancta: cuius ciues atq; domeſtici, boni actus intelligunt. r ¶In mõte ſancto eius.) In aſſumpto dominici hominis corpore. ſ ¶Fũdatur exultatione vniuerſæ terræ.) Terram quæ prius peccatis & maledictionibus ſubiacebat, aſcenſione ſua occupauit, atque in ea credulitatis ſuæ exultationem ac lætitiam dilatauit. Vel fundata fuit & eſt eccleſia, in toto mundo in fide.

t ¶Mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.) Ad hunc montem: id eſt, ad Chriſtum dominum, acceſſerũt duo populi ex Sion: vnus de lateribus Aquilonis, qui eſt ex pręputio, alter ex circunciſione. Chriſtus ergo dominus qui eſt pax noſtra: abſtulit maceriam inimicitiæ de medio, & fecit vtraque vnum: & collocauit in eccleſia ſua, quæ eſt ciuitas regis magni, hos populos per fidem. Vel mons Sion: hoc eſt, ſancta eccleſia. De latere Aquilonis: quia de malis eſt congregata. Vnde dictum eſt: Ab Aquilone exorientur malaquę ſunt ſuper terram. Hic Aquilo diabolus: cui dicitur: M Veni Aquilo, perfla hortum meum: hoc eſt, eccleſiam tentationibus. Vnde Apoſtolus dicit: Oportet hæreſes eſſe: vt qui probati ſunt, manifeſti fiant in vobis. Vel ciuitas regis magni: hoc eſt, ſancta eccleſia.

Hiere.1.c.

Cant.4.d

1.Cor.11.d

u ¶Deus in domibus eius cognoſcetur cùm ſuſcipiet eam.) Suſcepit eam per gratiam. Cognoſcitur autem in gradibus eius: id eſt, in apoſtolis, vel reliquis prædicatoribus: per quos eccleſiæ fides annunciata eſt. Gratia enim ſumus ſaluati per fidem: & hoc non ex nobis. Dei donum eſt, vt nemo de ſe glorietur. Vel in domibus: id eſt, in ſancta eccleſia. Cùm ſuſcipiet eã in fide: quia antea inter malos erat.

x ¶Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt.) Principes ſeculi, quorum regnum in cultu idolorum atque dæmoniorum erat. Ex lateribus aquilonis, id eſt, diaboli accedentes. Vel congregati ſunt, & conuenerunt in vnum: id eſt in vnitatem eccleſiæ.

y ¶Conuenerunt in vnum.) Lapidem ſummum angularem in fundamento fundatum.

z ¶Ipſi videntes ſic admirati ſunt.) Gloriam ac potentiam redemptoris. Vel virtutes apoſtolorum admirati ſunt: & cõmoti ſunt de infidelitate ad fidem.

a ¶Conturbati ſunt & cõmoti ſunt, tremor apprehendit eos.) A conſcientia delictorum: quia dictũ eſt: A timore tuo cõcepimus, & peperimus ſpiritũ ſaluti ſ.

Eſa.26.c.

b ¶Ibi dolores vt parturiẽtis: in ſpiritu vehemẽti.)

Cùm corpora

A Cũm corpora exercere per abſtinentiam cœperint: in ſpiritu fortiſſimo,id eſt,ſancto. a ¶Cõterens naues Tharſis.) Humilians ſuperbiam gẽtium:quia Tharſis in principio ſuo à nauigatione negociatorum ſuperba ac præcellẽs facta eſt. Ideo hic comparantur huic nauigio,qui in huius ſeculi fluctibus circũferuntur omni vẽto luxuriæ atq; vanitatis:Ipſi nũc in ea credẽtes dicunt: b ¶Sicut audiuimus.) Per prophetas.
c ¶Sic vidimus in ciuitate domini virtutum,in ciuitate dei noſtri:deus fundauit eam in æternum.)Vidimus in euãgelio, quæ eſt ciuitas virtutum. Vidimus in eccleſia,quę eſt ciuitas dei in illo regno magno fundata. d ¶Suſcepimus de⁹ miſericordiã tuam in medio templi tui.)In eccleſia tua ſuſcepimus ſanctum ſpiritũ, ſicut & illi prius ſuper quos in Acto.2.a. Actibus apoſtolorũ eſt effuſus.
e ¶Secũdum nomen tuũ deus, ſic & laus tua in fines terræ.) Cùm accepto ſpiritu ſancto,cũctarum gentium locuti ſunt linB guis.Sed & in amplitudine fideliſ populi:ſemp tua laudatio cõmorat. f ¶Iuſtitia plena eſt dextera tua.)In his qui i iudicio in dextera parte ſunt collocãdi.
g ¶Lætetur mons Sion.) Eccleſia in Chriſto. h ¶Et exultẽt filiæ Iudæ.) Animæ confeſſorũ: quia Iudas confeſſio interpretat.
i ¶Propter iudicia tua domine.)Quia cuſtodierũt ea vt pœnitentiã agerent. Vel iudicia tua, iudicia dei occulta: quia reprobati ſunt Iudæi,& electæ ſunt gẽtes in fide. k ¶Circũdate Sion.)Id eſt,defendite eccleſiam in credulitate veſtra. l ¶Et cõplectimini eam.) In charitate.
m ¶Narrate in turribus eius.) Laudẽ & gloriã Chriſti. Narrate:hoc eſt,prædicate. Turres, hi ſunt principes eccleſię tuæ:quia turris fortis eſt,& vndiq; ſpeculatur. Sic & ſancti & fortes, & ſpeculatores debent eſſe in gẽte humana. n ¶Ponite corda veſtra in virtute eius.)
C Ne ſeparemini à charitate quam docuit. Ponite:hoc eſt,intelligite. In virtute eius,in charitate eius: quia nõ ſolum docere,ſed etiam quod prædicant,opere debent implere.
o. ¶Et diſtribuite domos eius.) O vos doctores eccleſiarũ: diſtribuite gradus ordinationum,canonicè & ſanctè:nõ prẽmijs corrupti,non perſonarum acceptione per adulationem decepti. p ¶Vt enarretis in progenie altera.) Non ſolũ his qui credunt,ſed & his qui crediturí ſunt. Sed quid, inquís,enarremus? q ¶Quoniam hic eſt deus noſter in æternum,& in ſeculũ ſeculi:& ipſe reget nos in ſecula.)Deus, quia per ipſum facti ſumus. Rex,quia ab ipſo regimur. Ipſe enim lubricos & tortuoſos greſſus noſtros direxit in ſe, qui eſt via pacis,& pax noſtræ ſalutis.
r ¶In finem pro filijs Core,pſalmus.)Filij Core,ſancti apoſtoli vel martyres ſunt. Iſtum pſalmum ſpiritus ſanctus per prophetam in perſona prædicatorum cãtauit. Vel ideo iſte pſalmus, eo quòd doceat mundi diuitias cum vanis honoribus ſpernendas:cauendas etiam ſerpentis aſtutias,& omnem orbem ad audiendum dei verbum inſtanter admonet dicens:

Pſalmus XLVIII.

ſ AVdite hæc omnes gentes:auribus percipite qui habitatis orbem.) Sapienter intelligite in ſpiritalibus auribus,quas dominus ad audiendum elegit. In euangelio aurem cordis requirit,vnde deus auditur. Qui habitatis orbem: id eſt,corpora veſtra. t ¶Quiq́ue terrigenæ & filij hominum:in vnum diues & pauper.) Intelligẽdum eſt quòd omnes habitatores terræ ad audiendum dei verbum vocat:ſcilicet vt nulli hominum occultentur diuina,vel iudicia,vel mandata. Vel ſimul in vnum diues & pauper:hoc eſt, ſeruus & liber. Vel pauper:vnde dixit: Beati pauperes ſpiritu:quoniam ipſorum eſt regnum cœlorũ. u ¶Os meũ loquetur ſapientiam.)Loquetur illam ſapientiam quæ occulta eſt ab huius ſeculi ſapientibus,& reuelata eſt paruulis:hoc eſt,vt cognoſcant paruuli eccleſiæ, quia Chriſtus eſt ſapientia patris: de quo omnes prophetæ loquũtur. Vel,os meum loquetur ſapientiam:id eſt, Chriſtũ quem prædicat eccleſia. x ¶Et meditatio cordis mei prudẽtiam.)Semper in corde meditabar,vt relinquentes homines ſtolidam vanitatem, Chriſti prudentiam ſequerentur. y ¶Inclinabo in parabolam aurem meam.)Quia ſcit propheta Chriſtum dominũ E venturum in mundum,qui in ſimilitudine loquatur: ideo ſe ad audiendum præparat:id eſt,ſpiritaliter intelligendum. Vel inclinabo aurem cordis ad humilitatem. In parabola:id eſt, in ſimilitudine intelligam.
z ¶Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.)Hoc propono, vt quod ille decalogus prædixit,ſi cuſtodiatur, cœleſtia regna largiuntur. Vel quod propoſui in corde,prędicabo in ſermone & intelligam. a ¶Cur timebo in die mala?)In die iudicij. b ¶Iniquitas calcanei mei circundabit me.) Quia in calcaneo quiſquis peccauerit, labitur. Sed & iniquitas calcanei, originale peccatum accipitur ex Adam:vt dictum eſt ad mulierem:Inimicitias ponã inter Gene.3.c. te & ſerpentem,& ſemen tuum,& ſemen illius. Tu obſeruabis:id eſt, conteres caput ſuum, & ipſe calcaneum tuum.
c ¶Qui confidunt in virtute ſua:& in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur.)Iſti labuntur in calcaneo:quia per illum non incedunt qui eſt via veritas & vita: vel, qui confidunt in virtute ſua:quiq; in abundantia diuitiarũ ſuarũ gloriantur. d ¶Frater nõ redemit,redimet homo.) Si Chri Mat.12.d. ſtus nõ redemit,qui ſe fratrem dixit apoſtolorum:& reſurgendo factus eſt primogenitus reſurgentium: non redimet Adam,quia primus homo mortuus non reſurrexit. Nã frater noſter Chriſtus eſt deus & homo, qui nos redemit. Vel quod non redemit Moyſes,redemit Chriſtus. e ¶Nõ dabit deo placationem ſuam.)Qui non agit pœnitentiam, per quam placatur deus. f ¶Et precium redẽptionis animæ ſuæ.)Non fecit eleemoſynam per quam peccata delentur.
g ¶Laborauit in æternũ.) In tormentis perpetuis poſitus.
h ¶Et viuet in finem.) Quia non interficitur, ſed ſemper reparatur ad pœnam. i ¶Non videbit interitum.) Non intelligit imminere ſibi mortem. k ¶Cùm videris ſapiẽtes morientes.)Si viderit hominem ſapientem in deo ab hoc mundo migrare, dicit: Quid huic ieiunia? Quid caſtitas? Quid eleemoſynæ profuerunt? Nonne & ipſe mortuus eſt? Tale quiddam & redemptori noſtro Iudæi inſultantes, dicebant: Nunquid tu maior es patre noſtro Abraham qui Ioan.8.g. mortuus eſt,& prophetæ mortui ſunt? l ¶Simul inſipiens & ſtultus peribunt: & relinquent alienis diuitias ſuas.)

Inſipiens

G Insipiens est,qui dei notitiã habere contemnit:de quo Apo-
1.Cor.14. stolus ait:Omnis ignorans ignorabitur. Stultus verò est qui
g. in diuitijs & non in deum sperat. Perdunt ergo ambo diui-
tias:quia ibi congregant,vbi fures effodiunt & furantur.
a ¶Sepulchra eorum domus illorũ in æternum. Taberna-
cula eorum in progenie & progenie.)Hæc illis erit ppetua ha-
bitatio:quia nõ resurgent, vt habeant æternam vitam: sed vt da-
mnentur in pœna. b ¶Vocauerũt nomina sua in terris suis.)
Sæpe enim pagani super defun-
ctorum epulantes sepulchra,atq;
in nomine eorũ qui mortui sunt
bibentes: inania cum quodã mo-
dulamine cantant:sed nihil pro-
dest in inferno damnatis.
c ¶Homo cùm in honore esset,
non intellexit.)Esse se ad imagi-
nem dei formatũ. d ¶Cõparatus est iumentis insipientibus,
& similis factus est illis.)Depo-
sita forma cœlesti:fact9 est in si-
militudinem insipientiũ iumen-
H torum. e ¶Hæc via illorum
scandalum ipsis.)Quia de iudi-
cio ad pœnam eos deducit.
f ¶Et postea in ore suo cõpla-
cebunt.)Sed nihil proficit confe-
ssio in inferno. g ¶Sicut o-
ues in inferno positi sunt: mors
depascet eos.) Meritò à morte
depascuntur,qui Christum no-
luerũt habere pastorẽ. h ¶Et
dominabuntur eorũ iusti in ma-
tutino.) In resurrectione.
i ¶Et auxilium eorũ veterascet
in inferno.)Habuerunt diuitias,
sed cùm descenderent in infernũ
euanuerũt. k ¶A gloria sua.)
Quia non quæsierunt gloriam
Christi,qui nunc de se loquitur.
l ¶Verũtamen deus redimet a-
nimam meã de manu inferi cùm
Philip.2.a acceperit me.) Homo deus non
rapiuam arbitratus est esse se æ-
qualẽ deo: sed semetipsum exi-
naniuit formam suscipiens serui. Susceptа etiam morte, re-
I suscitatus paterna virtute:hominẽ qui corruerat reparauit.
m ¶Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm
multiplicata fuerit gloria domus eius &c.) Diues effect9 est
Iudas proditor vendendo magistrum: sed nihil precij quod
assumpserat secum cùm moritur deportauit. Sic ergo nunc
vnusquisque oppresso paupere diues efficitur & multiplica-
tur. Noli timere:citò præterit,& nihil secum de his quæ ra-
Luc.12.c. puerat tollit:domino in euangelijs sic dicente: Stulte hac no
cte animam tuam repetent à te:quæ autẽ parasti cuius erũt?
n ¶Quia anima eius in vita ipsius benedicetur.)Benedici-
tur à stultis propter potentiam: sed victus affluentia ac po-
tus,proferunt non de bene viuente,sed de bene pascente sen-
tentiam. Sed non hæc excusant à pœna. o ¶Confitebitur
tibi cùm benefeceris ei.) Tunc gratias agit,quando aliquid
lucri conquirit. p ¶Et introibit vsque ad progenies pa-
trum suorum:in æternum non videbit lumen.) Magis in di-
uitijs quàm in deo sperauit, sicut parentes eius: ideóque de
Mat.25.c. eo dicitur: Eijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fle-
tus & stridor dentium. q ¶Homo cùm in honore esset,
non intellexit:comparatus est iumentis insipientibus, & si-
milis factus est illis.)Nõ cognouit,quia hæc omnia ei à deo
fuerant attributa: idcirco insipientia eius iumentis insen-
sibilibus comparatur. Nos verò deprecemur dominum, vt
ipse nobis tribuat intellectum: vt dum ea quæ videntur,ab-

a Et relinquent alienis diuitias suas:& sẽ-
pulchra eorum domus illorum in æter-
num. Tabernacula eorum in progenie &
b progenie: vocauerũt nomina sua in ter-
c ris suis. Et hõmo cùm in honore esset,
d non intellexit: comparatus est iumentis
insipiẽtib9,& similis factus est illis. Hæc
e f via illorum scandalum ipsis: & postea in
g ore suo complacebunt. Sicut oues in in-
ferno positi sunt:mors depascet eos. Et
h dominabũtur eorum iusti in matutino:
i & auxilium eorum veterascet in inferno
k l à gloria eorum. Veruntamen deus redi-
met animam meam de manu inferi cùm
m acceperit me. Ne timueris cùm diues fa-
ctus fuerit homo: & cùm multiplicata
fuerit gloria domus eius. Quoniam
cùm interierit non sumet omnia: neque
n descendet cum eo gloria eius. Quia ani-
o ma eius in vita ipsius benedicetur: cõ-
p fitebitur tibi cùm bene feceris ei. Introi-
bit vsque in progenies patrum suorum:
vsque in æternum non videbit lumen.
q Homo cùm in honore esset non intelle-
xit: comparatus est iumentis insipienti-
bus,& similis factus est illis.

r Psalmus Asaph. XLIX.

f Deus deorum domin9 locutus est:
e & vocauit terrã. A solis ortu vs-
u que ad occasum: ex Sion species
x decoris ei9. Deus manifestè veniet: deus
y z noster & non silebit. Ignis in cõspectu
a eius exardescet: & in circuitu eius tẽpe-
b stas valida. Aduocauit cœlũ desursum:
c & terrã discernere populũ suũ. Cõgre-
d e gate illi sanctos eius, qui ordinant testa-
f mentum

K
Asaph.

r ¶Psalmus Asaph.) Asaph interpretat congregatio. Psal-
mus discernit iustos ab impijs: cœlestes à terrenis,sanctos à
peccatoribus protestatur. In quo nõ propheta se locutũ,sed
ipsum dominum pronunciat,dicens: Psal. XLIX.

f Deus deorũ dominus lo-
cutus est.) Deus in trí-
nitate,pater,& filius,&
spiritussanctus,vnus deus: Deo-
rũ deus: quia credentes deos vo-
luit nũcupari. Dedit enim eis po Ioan.1.b.
testatem filios dei fieri: his qui
credunt in nomine eius. Domí-
nus autem est: eo quòd omnium
dominãtium dominetur. Et vti-
que ipse qui dudum in patriar-
chis loquebatur atq; prophetis,
ipse nũc loquitur. Et quid inquis
loquitur? t ¶Et vocauit ter-
ram.)Non partem aliquam: sed
audi quid adiecit: u ¶A solis
ortu vsq; ad occasum.)Nihil re-
liquit,quod non sua vocatione fa
ceret dignũ. x ¶Ex Sion spe-
cies decoris eius.) Quæ est fides L
atq; credulitas quæ ex Sion inci-
pit. Vnde dominus in euangelijs:
Oportebat enim hæc Christum Lucæ.24.
pati,& resurgere à mortuis ter- g.
tia die: & prædicari in nomine
eius pœnitẽtiam & remissionem
peccatorum in omnes gentes:in-
cipientibus ab Hierusalem, quæ
est Sion. y ¶Deus manife-
stè veniet.) Non occultus. Vel
deus manifestè veniet: hoc est,in
die iudicij,quia omnis homo eũ
videbit:vt in Apocalypsi ait: Et Apoc.1.b.
videbit eum omnis oculus.
z ¶Deus noster & non silebit.)
Quia ad iudicandum veniet:iu-
xta illud:Tacui,nunquid semper Esa.42.b.
tacebo?Modo tacet, Tamen & si
tacet iudicio, non tacet manda-
to. In primo aduentu tacuit:quia
humilis apparuit. a ¶Ignis in
conspectu eius ardebit.) Dupli-
cem hic ignis intelligitur habere virtutem. Illuminat enim, M
& exurit. Gaudeant iusti:quia illuminantur ex eo. Timeant
peccatores,q exurendi sunt ab eo. b ¶Et in circuitu eius
tempestas valida.)Quæ flagellat & corrigit peccatores,tri-
ticumq; secernit à paleis. Et quos ignis exurit,tempestas in-
uoluit. Et in alio loco dicit:Purgabit aream suam, & cõgre- Lucæ.5.d.
gabit triticum in horreum:paleas autem comburet igni in-
extinguibili. c ¶Et vocauit cœlum desursum.) Apostо-
los vel reliquos sanctos, qui despectis terrenis quæ sursum
sunt sapiunt. d ¶Et terram discernere populum suum.)
Discernit autem & terrenos:vt cùm cœlestes ponuntur ad
dexteram,hi ad sinistram collocentur. Vel discernet popu-
lum suum,in futuro iudicio quando dicturus erit: Ite male- Mat.25.d
dicti in ignem æternum. Et ad sanctos:Ite in vitam æternã.
e ¶Congregate illi sanctos eius.)O quàm mirabiliter hæc
euangelio sancto conueniunt. Dominus enim post dispo-
sitionem finis:audi quid dicit: Mittet filius hominis angelos Mat.24.c
suos cum tuba & virtute magna:& congregabũt electos eius
à quatuor ventis,à summo cœlorum. Et hic dicit: Congre-
gate illi omnes sanctos eius. Intelligite ergo per hæc, vnum
veteris nouiq; testamenti esse dispositorem. f ¶Qui or-
dinant testamẽtum eius super sacrificia.)In quorum mise-
rationibus deus super omnib9 sacrificijs delectatur. Vel or-
dinant,prædicant & implent testamẽtum nouum super ve-
tus:quia transeunt vetera,& ecce facta sunt omnia noua. 2.Cor.5.d

Et annuncia-

A a ¶Et annunciabunt cœli iustitiam eius.)Euãgelistæ,vel lex Moysi. b ¶Quoniam deus iudex est.)Qui separare facit bonos à malis. Vel cœli,sancti:annunciabunt,prædicabũt:vt
Psal.18.a illud:Cœli enarrant gloriam dei. Iustitiã eius,mandata eius. Quoniam deus iudex est:quia ipse est iudex viuorũ & mortuorum. Et aduocat⁹ noster est, & iudex est, & deus noster est. c ¶Audi populus meus:& loquar tibi:Israël,)Vox dei patris, ad populum Iudaicum loquitur: Audi populus meus. Aurẽ cordis requirit: Vnde ait propheta:
Psal.84.b Audiã quid loquatur in me do-
Deut.6.a. minus deus. Et alibi: Audi Israël: dominus deus tuus,deus vn⁹ est. Vel accipe aures audiendi,vt intelligas Israël. d ¶Et testificabor tibi.) Si mente spirituali perspexeris. Vel testificabor tibi:id est,per patriarchas & pro-
Exod.3.d phetas:sicut dixit: Ego sum qui sũ. e ¶Quoniã deus deus tuus ego sum.) Deus sum,omnipotẽtia:tuus sum autẽ deus ,per gra-
B tiam: non simulachra muta & surda,quę hactenus veneratus es. Vel ego sum, qui semper sum ipse. f ¶Non in sacrificijs tuis arguam te.)Quia corde contrito delector. g ¶Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.) Si odorẽ rectæ orationis, tanquam suauitatis incẽsum, ad me vsq; direxeris. h ¶Non accipiã de domo tua vitulos:neq; de gregibus tuis hircos.) Ista enim spreui:quia sanguis veri agni effusus est pro peccatis populi mei. Vel non accipiam de domo tua vitulos:id est,incontinẽtes & superbos. Neq; de gregibus tuis hircos:Hircos,qui fœtidi sunt in peccato. i ¶Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum: iumenta in montibus & boues.)Irrationabiles,& diuersis motib⁹ vacãtes homines:quos oportet vocatione filij dei saluos fieri. k ¶Cognoui omnia volatilia cœli.) Siue hæreticos,siue diuites huius mũdi:qui per
C mundanam superbiam,& irrationabilem scientiam extollũtur. l ¶Et species agri mecum est.)Quia vbi voluero,rerum omnium copia,vel diffunditur,vel negatur. Vel species agri mecũ est:virtus sanctæ ecclesiæ. Volatilia cœli quæ mihi offers,turtures & columbas,ego tibi dedi: & omnia anteq̃ fiant,apud deum viuunt:& quali loco essent,& quali tempore venerint:& in põdere,& in mensura omnia apud deũ sunt:
Luc.12.a. vt ait in euãgelio:Nam & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Vel volatilia cœli,sancti angeli. m ¶Si esuriero, non dicam tibi.)Esurire dei est,non in escis corruptibilibus, sed vt faciat quis voluntatem eius:sicut ipse ait in euangelio:
Ioan.4.c Meus cibus est,vt faciam voluntatem patris mei. Ergo tacet Christus suam esuriem:quia expectat peccatores ad pœnitẽtiam. n ¶Meus est enim orbis terræ,& plenitudo eius.) Totus mundus. Vel orbis terræ,sancta ecclesia. Ac si diceret, suo eam esse sanguine redemptam. o ¶Nunquid manducabo carnes taurorum,aut sanguinẽ hircorum potabo?) Vetera hic sacrificia euacuanda esse declarat:Ideoq; in moribus bonis sacrificium requirit,dicens: p ¶Immola deo sacrificium laudis:& redde altissimo vota tua.)Hoc est sacrificiũ acceptabile:hoc est holocaustum pingue:vt laudetur deus ab homine quẽ creauit,quẽ redemit: cui & regnũ cœleste promittit. Vel vox prophetæ admonet sanctos immolare spiritualiter:& vota reddere,vt ait:In me sunt deus vota tua:quæ

a mentum eius,super sacrificia. Et annũ-
b ciabunt cœli iustitiam eius:quoniã deus
c iudex est. Audi populus meus,& loquar
d tibi: Israël & testificabor tibi: deus deus
f tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis ar-
g guam te:holocausta autem tua in conspe-
h ctu meo sunt semper. Non accipiã de domo tua vitulos:neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes ferę syl-
i k uarũ:iumẽta in mõtib⁹ & boues. Cognoui omnia volatilia cœli:& pulchritudo a-
l m gri mecum est. Si esuriẽro non dicam tibi:meus est enim orbis terrę,& plenitudo
n o eius. Nunquid manducabo carnes taurorum:aut sanguinẽ hircorum potabo? Immola deo sacrificiũ laudis:& redde altissi-
p q mo vota tua. Et inuoca me in die tribulationis tuæ:& eruam te,& honorificabis
r me. Peccatori autem dixit deus:quare tu enarras iustitias meas, & assumis testa-
f mentum meum per os tuum? Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones
t meos retrorsum. Si videbas furem currebas cum eo: & cum adulteris portionẽ
u tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.
x Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris: & aduersus filium matris tuæ po-
y nebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.
z Existimasti inique quòd ero tui similis:
a b arguam te,& statuam contra faciem tu-
c am. Intelligitẽ hæc qui obliuiscimini de-
d um: nequando rapiat,& non sit qui eri-
e piat. Sacrificiũ laudis honorificabit me:

& illic

q ¶Inuoca me in die tribulatio- D
nis tuæ &c.)Tentamur,vt probemur: perseueremus in fide: inuocemus in tribulatione:magnificemus eum cùm fuerimus à periculis liberati. r ¶Peccatori autem dixit deus:quare tu enarras iustitias meas: & assumis testamentum meum per os tuum?)Audiant hæc doctores vel episcopi ecclesiarum:qui peccata populorum resecant prędicando. Vnde sanctus Paulus dicit:Manifesti sunt qui præceptũ 1.Tim.5.d
Christi non sustinuerunt:id est, non implent in opere quod prædicãt. Vnde dominus dixit apostolis: Quæ dixerint vobis,face- Mat.23.a.
te:secundum opera verò illorum nolite facere. s ¶Tu verò odisti disciplinã:& proiecisti sermones meos retrorsum.) Quæ prędicabas in ecclesia:non custodiebas in vita. t ¶Si videbas furem,currebas cum eo: & cum adulteris portionẽ tuam ponebas.)Cucurristi cum fure,participatus es adultero: quando eis, vel in adulatorijs laudibus:vel in E
consentaneis voluptatibus es adiunctus. Quod dixit superius, portionem tuam ponebas:id est, portionem quã cum deo & angelis habere debueras, ponis illã in inferno. u ¶Os tuum abũdauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.) Illo malè agẽte:tu nequiter ac dolosè bene agere collaudabas. Vel lingua tua concinnabat dolum:id est, Iudas contra Christum. Os suum abũdauit nequitia,quãdo consilium fecit cum Iudæis,vt eum crucifigerent. x ¶Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris,& aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.) Filius dicitur Christus:quia de synagoga processit. Vel Iudas frater domini
dicit:vt ait propheta:Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Vel Psal.21.e
aliter:Fratres,fortiores sancti:filij,simpliciores. Vnde sanct⁹ Paulus dixit:Nos qui firmiores sumus,debemus infirmiores Rom.15.a
fratres sustinere. Sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris: qui F*
tibi in baptismo est renatus. Et aduersus filiũ matris tuę ponebas scãdalũ:quem ecclesia dei sicut teipsum per fidem exhibuit Christo. y ¶Hæc fecisti,& tacui.)Quia examinãda ea in futuro iudicio reseruaui. Et tacui: quia non statim vindicaui,sed sustinui. z ¶Existimasti inique quòd ero tui similis.)Dum nõ vindico in præsenti:arbitratus es ea mihi placere,sicut tibi placent tua mala & aliorum. a ¶Arguam te.)Cùm in sinistra parte sedis fueris collocatus,in futuro iudicio. b ¶Et statuam illa contra faciem tuã.) Vt his confusus dãneris in morte perpetua:hoc est,per illa mãdata quæ non custodisti:vel tua peccata,& aliorum,quę post te reliquisti,vt illud: Quia si non annunciaueris iniquo ini- Ezec.3.e.
quitatem suam: sanguinem eius de manu tua requirã. Vtinã nos in hoc seculo poneremus ante nos peccata nostra:& non deus ea in iudicio statueret ante faciẽ nostrã:vbi iam non castigatio,sed iudicium mortis accedit. c ¶Intelligite nunc hæc qui obliuiscimini deũ.) Vox prophetę admonet vnumquenq;,vt non ponat dominum in obliuione,nec sua mãdata. d ¶Ne quando rapiat,& non sit qui eripiat.) Ne quãdo rapiat ad mortem,vel ad diem iudicij:vnde dixit:Et nõ est qui Iob.10.b
de manu tua possit eruere. Vel rapit ille:hoc est, in mortem præcipitat obliuiscentes se:& nemo erípere potest. e ¶Sacrificiũ laudis honorificabit me.)Quia de omni bono quod

1. Co.10.g G Matt.5.b. Luc.12.a

sancti faciunt,deus honoratur. Vnde dixit Paulus: Omnia quæcunque facitis in verbo aut in opere:omnia in gloriã dei facite:vt & in euangelio: Vt videãt vestra opera bona,& glorificent patrem vestrum,qui est in cœlis. Ob hoc me honorat ille coram angelis:quia ego eum honorificaui coram hominibus in sacrificijs laudis:impleuiq; quod in euãgelijs est locutus: Qui me confessus fuerit coram hominibus,ego eum confitebor coram patre meo,& angelis eius. a ¶Et illic iter est.) Christi iter per opera sanctorũ est. b ¶In quo ostendam illi salutare dei.) Salutaris dei patris,filij est. In hoc sacrificio indicat viam,quæ ducit ad vitam: id est, ad Christum. Qui nobis præstare dignetur, vt discreti à paleis,impleti fructu sanctificationis offeramus ei sacrificiũ laudis:vt ipso illuminãte intelligere mereamur viam nostræ salutis. Amen.

H

c ¶In finẽ psalmus Dauid,cùm venit ad eum Nathan propheta: quando intrauit ad Bethsabeæ.) Iste quinquagesimus psalmus vocem continet pœnitentis personæ:ostendens,vt qui ceciderit in crimine:confitendo mala sua redeat ad salutem. Psalmus L.

d

Miserere mei deus,secundum magnã misericordiam tuam.) Confiteor immensam miseriam: ideo peto magnã misericordiã. Quia qui se miserum putat esse de suis peccatis:cùm illo facit deus misericordiam magnam. Quia minor misericordia est hic in præsẽti:hoc est,quia homo cùm non esset,ex nihilo creauit illum deus vt esset,& regit,& gubernat. Maior misericordia dicitur:quãdo ipsum hominem quem creauit,in futuro remunerat. e ¶Et secundũ multitudinem miserationum tuarũ &c.) Confugio ad miserationes tuas:vt grauibus vulneribus tyriacam remissionis infundas. Miserationum dicit:quia multa sunt peccata mea,& miserationes tuæ multæ. Vnde dicit propheta in alio loco: Miserationes tuæ multæ sunt domine. f ¶Amplius laua me ab iniquitate mea,& à peccato meo mũda me.) Expeto vt ea

Psal.68.d

I

abluas fonte misericordiæ: qui non vis in æternum peccati vulnera reseruare. Ac si dicat: Tu potes plus mihi remittere, q̃ ego intelligam rogare. g ¶Quoniam iniquitatem meã ego cognosco.) Ante faciem enim meam eas pono. Si tu pronũcias in cõfessione tua peccata,deus ignoscet tibi. h ¶Et peccatum meum contra me est semper.) Quia mea peccata à tuæ bonitatis diuitijs separant. Quia non trado illud in obliuionem,propono illud semper ante oculos meos. Quia si tu ponis illud ante te:deus illud non ponit ante se. i ¶Tibi soli peccaui,& malum coram te feci.) Tibi enim delinquit quisq; cùm peccauerit: quia tu solus sine peccato es:dicente

Rom.3.a

Apostolo: Est deus verax:omnis autẽ homo mendax. Vel dicit Dauid: Ego peccaui,& tu solus sine peccato es,sicut dicit

Esa.53.c Ioan.8.f Ioã.14.d

Esaias: Qui peccatum non fecit:nec inuentus est in ore eius dolus. Vel illud: Quis arguet me de peccato? Et item dicit: Venit princeps mundi huius:& in me non inuenit quicquã. k ¶Vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cùm iudicaris.) Quia tu rectũ iudicium iudicas. Propter nos transgressores,& peccatores ille fuit iudicatus,& damnatus. Vnde dictum est: Iustus ab iniquis iudicatus est. Sed ille in futuro iudicio,erit alios iudicaturus,& cõdemnaturus. Iustificatus es domine Iesu in sermonibus tuis:cùm ductus pro populi peccatis ad mortẽ,nõ est inuentus dolus in ore tuo. Vicisti iudicatus:cùm in te nihil dignum morte princeps tenebrarũ inuenit. Cõsuetudo prophetę est,vt acta pro agendis loquatur. l ¶Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum:& in peccatis cõcepit me mater mea.) Hic versiculus totius generis humani casum exponit: sicut in Iob: Nec si vnius diei sit super terrã,potest esse mundus à sorde peccati. Cõcipitur autẽ & nascitur in originali peccato,quod ex Adam trahitur: sed baptismo per gratiam Christi purificatur. Vel vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cũ iudicaris. Hunc locũ diligẽtius in epistola ad Romanos Paulus edisserit:quòd deꝰ

K

Iob.15.b &.25.b

Rom.3.a

cùm possit de nobis iudicis authoritate discernere, nõ hoc facit: sed nobiscum vult iudicari, vt magis iustitia appareat iudicantis. In peccatis concepit me mater mea. Obscurꝰ locus,& altius retractandus. m ¶Ecce enim veritatem dilexisti.) Cùm per prophetam peccãtem famulum increpasti,veritatem dilexisti. Veritas Christus est:quia pater diligit filium suum: vel diligit confessionem ex ore peccatoris. n ¶Incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.) Hoc est,quod i alio loco ait:

L

Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua. Incertum & abditum mihi erit,si remittis tale facinus. Sed manifestum est:cùm ignoscere dignatus est delinquenti. Sapientiæ enim tuæ est,vt prius increpes,sic remittas. Nã & Niniuitis occulta erat sapiẽtia pietatis tuæ,cùm

Psal.118.g.

dicerent: Quis scit si conuertatur deus à furore suo,& non

Ionę.3.d

peribimus? Vel deus per Nathan prophetã incerta,& occulta manifestauit:id est,narrauit Dauid:quando dixit: Dimissum est peccatũ tuũ:sicut Niniuitæ conuersi sunt de malo in bonũ:per prædicationẽ Ionæ. o ¶Asperges me domine hyssopo,& mundabor.)Sicut enim hyssopus terrenus,curãdis pulmonibus aptus est,vt auertat inflationem: ita cœlesti quis respersus hyssopo:id est,humilitate cordis:ab omni superbiæ malignitate purgatur. p ¶Lauabis me,& super niuẽ dealbabo.) Vt quia peccata mea sunt phœniceo similia, quasi nix dealbentur. Tu,inquam,domine potẽs es peccatum piceum in lacteum cãdorem transferre:fuliginosumq; hebenum in crystalli fulgorẽ conuertere. Vel lauabis me:hoc est, per pœnitentiam & baptismum. Et super niuem dealbabor, sicut dixit Esaias: Si fuerint peccata vestra sicut phœniceum, velut niuem dealbabor. q ¶Auditui meo dabis gaudium & lætitiã.)Cùm iacens in infirmitate peccati,audire meruero: Homo dimissa sunt tibi peccata tua. Vel auditui dicit: quando dixit Nathan:dimissum est peccatũ tuum. r ¶Et exultabunt ossa humiliata.)Id est,virtutes quæ prius fuerant peccatis humiliatæ. Vel æternitas spei meæ,quę peccante me humiliata fuerat:te indulgẽte persultat. s ¶Auerte faciẽ tuã à peccatis meis,)Nec ea sic aspicias vt reuertantur in cõmemorationẽ tuã. Auerte faciẽ tuã. Ac si dicat:ne videas,nec recorderis illa. t ¶Et omnes iniquitates meas dele.)Præteritas,præsentes,atq; futuras. u ¶Cor mũdũ crea in me deus.)Quo te videã. Sicut rogabat Dauid: ita & vnusquisq; debet facere. Cor mũdũ crea in me deus. Propterea rogabat, vt mundus fieret à peccato. x ¶Et spiritũ rectũ innoua in viscẽribus meis.)Quo te rectè confitear. Vel spiritum rectũ ad videndum,& discernendum:sicut antea rectus fuit in me. y ¶Ne proijcias me à facie tua.)Sicut Cain,vt exul à te efficiar. A facie tua:id est à præsentia tua. z ¶Et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me.) Sed ab eo cõsũptis delictis,tuo statuas cõspectui. Spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me:Id est,spiritum pro-

Iob.15.b &.25.b

Rom.3.a

Mat.2.a. &Luc.5.e

Esa.1.c

Gen.4

A ritum prophetiæ. a ¶Redde mihi lętitiam ſalutaris tui.) Chriſti tui:illam exultationē quam in eo habui prius q̄ peccauerim. Salutaris dei patris, Chriſtus eſt. Ac ſi dicat:ſicut antea prędidebam per ſpiritum, Chriſtum in carne venturū: & modo ſic faciā. b ¶Et ſpiritu principali confirma me.) Vt ipſe in me:& non vitia principentur. Tu verò qui legis ſanctam ſcripturā:ſanctam hic trinitatem intellige. Vel confirma me, in regno. Spiritum rectū:hoc eſt, innouādo ſpiritū ſanctū: hoc eſt, ſpiritum prophetiæ. Spiritū principalem, patrem. Spiritū rectum, filium: ſpiritum ſanctum, ſpiritum ſanctum. c ¶Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertētur.) Vt declinantes à vijs prauis:pœnitentiam agentes miſericordiam conſequātur: ſicut & ego à te miſericordiam conſecutus ſum. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur:hoc eſt, ponam meipſum, vt meum exemplum alij imitentur. d ¶Libera me de ſanguinibus deus.) De peccatis multis:

1.Cor.15.f De quibus & Paulus ait:quia caro, & ſanguis regnū dei non poſſidebūt. e ¶De⁹ ſalutis meę.) A quo poſt peccatum viuificor. Quia alius nullus poteſt hoc facere. f ¶Et exultabit lingua mea iuſtitias tuas.) Per quas punito in me peccato, miſericordiā prębuiſti. Vel prædicabit mea lingua mandata tua. g ¶Domine labia mea aperies:& os meum annunciabit laudem tuam.) Si aperias os meum ſicut Moyſi quondam: ego præconabo quia ſanctus, quia pius, quia miſericors es. Vel clauſa erāt per peccatum:nec locus erat, nec tempus, nec perſona, nec exēplū

Eccli.15.c. poterant dare: quia non eſt pulchra laus in ore peccatoris. h ¶Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiq;, holocauſtis non delectaberis.) Audiant Iudęi ſacrificia ſua ceſſaſſe:intelligant etiam per alium prophetam deum loquētem:

Eſa.1.d Sabbata, holocauſta neomeniasq; veſtras odiuit anima mea. Quid ergo tu homo offeres? Audi quid ſubiecit: i ¶Sacrificium deo, ſpiritus contribulatus:cor cōtritum & humi-

C liatum deus non ſpernit.) Meritò inter reliquas beatitudines euangelicas: beatitudo hæc continet principatum. Beati, in-

Mat.5.a quit, pauperes ſpiritu: quoniā ipſorum eſt regnum cœlorū. Qui non in vanitatibus ſeculi inflantur: ſed à deo accipiunt ſpiraculum vitæ:atq; contritionem animi cordis in eū refundunt, qui pro nobis humilis factus eſt. Vel multi habent cor contritum, ſed non habent humiliatum: quia plangunt quod fecerunt:& poſtea ad ipſum reuerti deſiderāt, quod antea fecerunt:& de præterito nolunt pœnitere. k ¶Benignè fac domine.) Hoc eſt, placitam fac ſpem noſtram. l ¶In bona voluntate tua Sion.) Qua te contemplamur. m ¶Et ędificentur muri Hieruſalem.) Munitiones fidei charitatisq; illius quas in eccleſia poſiti in te collocauimus. n ¶Tūc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta.) Cùm vel te pro nobis offers patri: vel à nobis laudes, & gratiarum accipis actiones. Vel muri Hieruſalē, vírtutes animæ, vel eccleſiæ. Tunc acceptabis ſacrificium: id eſt, cōfeſſionem ex ore peccatoris. Oblationem: hoc eſt, laudationem, & holocauſta. o ¶Tunc imponēt ſuper altare tuum vitulos.) Altare, fides: quia quicquid offers, per fidem offerre debes. Vitulum, laudes, vel cogitationes, vel victimas ſcilicet, vt meipſum offerā

Rom.12.a & Philip. 4.d hoſtiam viuam, ſanctam, placentem tibi. Nos quoque famuli tui ſupplices deprecamur domine Ieſu Chriſte: vt pietatis cō filio, magnis facinoribus noſtris, immenſam miſericordiam

a Reddē mihi lætitiā ſalutaris tui: & ſpiri-
b tū principali cōfirma me. Docebo iniquos
c vias tuas: & impij ad te conuertētur. Li-
d e berā me de ſanguinibus deus, deus ſalu-
f tis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiā
g tuā. Dominē labia mea aperies: & os me-
h um annūciabit laudem tuam. Quoniam
ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtiq;, ho-
i locauſtis non delectaberis. Sacrificium
deo, ſpiritus contribulatus: cor contritū
& humiliatum deus non deſpicit. Beni-
k l gnè fac domine in bona voluntate tua
m Sion: & ædificentur muri Hieruſalem.
n Tūc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ ob-
o lationes & holocauſta: tūc imponent ſu-
per altare tuum vitulos.

p In finem intellectus Dauid, cùm venit ad eum Doēc Idumæus, & nunciauit Sauli: & dixit ei: venit Dauid in domū Achimelech. Pſalmus LI.

q r Vid gloriaris i malitia: quī po-
f tens es in iniquitate? Tota die
t iniuſtitiā cōgitauit līgua tua:
u ſicut nouaculā acuta feciſti do-
x lum. Dilexiſti mālitiā ſuper benignitatē:
iniquitatē magis, q̄ loqui æquitatem. Di-
y lexiſti ōmnia verba præcipitationis lin-
gua doloſa.

largiaris: nosq; per contritionem cordis humiliati, mactando vitia, iugulando delicta, dignum tibi acceptabileq; præparet holocauſtum. Amen.

p ¶In finem intellectus Dauid, cùm venit ad eū Doēc Idumæus, & annunciauit Sauli, & dixit: Venit Dauid in domum Achimelech.) In regnorum Libro, & in ipſo Hebraico pſalterio, Abimelech, ſcriptum eſt: ſed quoniam beth ב & caph כ apud Hebræos literæ, modico apice diſtinguūtur: ideo error facilius obrepſit. Abimelech interpretatur regnū patris mei. Dauid interpretatur fortis manu. Venit in domum Abimelech: & Chriſtus venit in regnum Iudęorum. Per Saul intelligitur mors: per Dauid vita. Quid eſt quòd mors perſequitur vitam: niſi quòd ab initio ſeculi ſemper mors perſequitur vitam noſtram? Quia qui iſta pręſentia amant: perſequuntur ſanctam eccleſiam: id eſt, illos qui cœleſtia diligūt. Pſalmus vocem cōtinet prophetæ peccata Iudaici populi exprobrantis: ad ipſum enim hæc loquitur, dicens: Pſalmus LI.

q Vid gloriaris i malitia.) Cur monitis diuinis obuiās, prophetas interficis? r ¶Qui potēs es in iniquitate.) Nam cūm ope dei creſcens, interficis prophetas eius: hoc ad cumulū auxiſti malitiæ, vt ipſum dominū traderes necī. Vel quid gloriaris in malitia: hoc eſt Adā, & diabolus: quia quod deus ædificauit, illi deſtruxerūt in ſemetipſis: imaginem dei, & angelorum. Qui potens es in iniquitate. Non in bonitate, ſed in iniquitate. f ¶Tota die.) Omne tempus vitæ tuæ in quo hæc malitia vſque ad effuſionem dominici ſanguinis propagata eſt. t ¶Iniuſtitiā cogitauit lingua tua.) Cogitatio ſapientium, corde concipitur, & ore profertur. Nam in ore ſtultorum, cor eorū. Ac ſi di- Eccli.21.d ceret: Non tractauit corde, quod vomit ex ore: ideo hæc ad cogitationem detulit linguæ. Vel hic lingua pro corde ponitur: ſecundum illud: Tu qui dixiſti in corde tuo, in cœlum Eſa.14.d aſcendam, ſuper aſtra cœli ponam ſedem meam, in mōte te- F ſtamenti, in lateribus Aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero altiſſimo. u ¶Sicut nouacula acuta feciſti dolum.) Dolus eſt cùm aliud agitur, aliud ſimulatur. Et Dolus. nouacula ſi aſſimulet agere vultus nitorem, & genas vulnere ſuo ſauciet, dolum faciet. Quia cùm ait acutā: indicauit dolo verſutam. Sic & Iudæi dominum, quem colere debuerant, nō ſolum non coluerunt: ſed diuerſis dolis ſuperare nitentes, interfecerunt. Vel aliter: Nouacula perſecutores intelliguntur: quia nouacula capillum incīdit: ſed per capillum ſuperfluitas diuitiarum intelligitur. Sicut nouacula acuta feciſti dolum. Ille facit dolum, qui in negocio circumuenit fratrem ſuum. Vnde Paulus ait: Nemo circumueniat, aut ſupergre- 1.Theſſ.4 diatur in negocio fratrem ſuum: quia de his omnibus vindex a. eſt dominus. x ¶Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.) Dilexit populus ille malitiam, cùm eum qui benignitate propria ad liberandum venerat interemit. Sed & nunc ipſi Iudæi falſa de eo in quē non crediderūt proloquūtur. y ¶Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa.) In excelſum enim iniquitatē loquētes, ipſi ſe præcipitant in laqueū damnationis. Verba præcipitatiōis dicit: quia ſemetipſos præcipitauerūt: ſicut diabolus de cœlo, ſicut & Adam de paradiſo. In lingua Gen.3. doloſa: quia aliud habuerunt in ſermone, aliud in corde.

G a ¶Propterea deus destruet te in finem:& euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo:& radicem tuã de terra viuentium.)Omnia hæc in Iudaico impleta sunt populo:quia & à legis litera destructus,& euulsus de ciuitate:migratúsque est de tabernaculo dei. Sed & de his hæc intelliguntur, qui non credũt dominici corporis tabernaculum: quia exterminabuntur à consortio claritatis eius: ac de beatæ sedis habitaculo:vel de viuentium terra quam sancti hæreditabunt. Vel destruet te deus in finem:hoc est memoriam diaboli. Psal.9.g. Vt alibi: Vt nõ apponat vltrà magnificare se homo super terrã. Vnde sanctus Paulus apostolus dixit: 1.Co.15.c In finem seculorum inimica destruetur mors: id est, diabolus. Euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo,& radicem tuam de terra viuentiũ. Vt mors in Adã data est: ita omnibus eius filijs dominatur. Vnde dictũ est: Gen.3.d Terra es,& in terrã ibis. Diabolus,& Adam eradicauerunt se:& H vnusquisq; sic facit quando peccat. b ¶Videbunt iusti,& timebunt.) Ne talia appetant. c ¶Et super eum ridebunt.)De vltiõe calamitatis eius. Videbũt: hoc est,intelligent eorũ pœnã:& timebũt sicut ſctũs Paulus dicit: Gal.6.a Vide ne & tu tenteris. Vel timebunt:id est,nescient exitũ illorũ. Eccl's.9.c. Vnde dictum est: Nescit homo finem suum. Adhuc. Et super eũ Ibidẽ.3.a. ridebũt. Duo tempora sunt:Tẽpus flendi,& tempus ridẽdi. Hìc habẽt sancti tempus flendi,& in futuro tẽpus ridendi. d ¶Et dicẽt:ecce homo qui non posuit deũ adiutorẽ suũ:sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ:& prævaluit in vanitate sua.) Ideo super eum hæc vindicta descendit. Vel de illo diuite dicit,qui in inferno torquebatur,quia bona receperat ĩ vita sua: & de illo alio,cui dicit: Luc.16.c Luc.12.c Stulte hac nocte animã tuã repetũt à te:quæ autẽ parasti cuius erunt?Sic est qui sibi thesaurizat,& non est in deũ dives. Nunquid malũ sit diuitias habere,tãtũ vt de iusto habeãtur: & deo gratię referãtur,qui eas dedit?Non,sed malũ est spem Psal.61.c in diuitijs ponere:cùm in alio psalmo dicat:Diuitiæ si affluant, I nolite cor apponere. Diuitias licet habere ad necessitatẽ, & non licet possidere ex amore. Nam & Abraham,& reliqui boni diuitias habuerũt: sed spem in diuitias non miserunt. e ¶Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei.)Comparat se propheta oliuæ fructiferæ per pinguedinẽ sapientię:vt in ecclesia dei collocatus,viuens in legis allegoria,euangelica proferat poma. Vnus est enim deus veteris nouiq; testamenti prolator. Oliua fructifera,sancta ecclesia est:vt illud:Prom- Psal.143.c ptuaria eorum plena,eructãtia. Hìc in bonam partem. Item Hier.11.c oliua nõ fructifera:sicut ait propheta:Vocauit dominus nomen tuum,à voce loquelæ grandis exarsit ignis in ea:& com- Ibidem busta sunt fruteta eius. Et illud: Oliuam vberem,pulchram, fructiferã,speciosam:sed conuersa es in oleastrum. Itẽ in bo- Rom.11.c nã partẽ dicit:Tu autẽ cùm oleaster esses,insertus es in bonã oliuam:id est,in fidem patriarcharũ. f ¶Sperauí in misericordia dei in æternũ,& in seculũ seculi.)Quia non est humanæ fragilitatis facultas, vt per se quis saluus fiat, sed per misericordiam dei. g ¶Cõfitebor tibi in seculũ quia fecisti.)Deprecans vt in hoc seculo,quod verbo creasti,cõfessionẽ merear,& illud clemẽtia solita largiatur. h ¶Et expectabo nomẽ tuũ:quoniã bonũ est in conspectu sanctorũ tuorũ.)Nomen illud ante cuncta secula benedictũ, quod reddit debitũ prẽmium. Quod propheta sitiens postulat:vt in conspectu eius æternæ beatitudinis accipiat sortem. Qui nobis præstare dignetur,vt ab omni dolo liberi,ab omni iniquitate mũdati,filiũ dei æqualem patri spirituiq; sancto cõfessi, mereamur sicut oliua fructifera in Hierusalẽ cœlesti plãtari.

a gua dolosa. Propterea deus destruet te in finem:euellet te,& emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti & timebunt: & b c d super eum ridebunt,& dicent:ecce homo qui non posuit deum adiutorem suũ. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ:& prævaluit in vanitate sua. Egó autem e sicut oliua fructifera in domo dei: f sperauí in misericordia dei in æternum, g & in seculum seculi. Cõfitébor tibi in sé- h culum quia fecisti: & expectabo nomen tuum: quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

i In finem intellectus Dauid,pro Mahalath. Psalmus LII.

k l m n o p Dixit insipiens in corde suo: non est deus. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonũ. Deus de cœlo prospexit super filios hominũ: vt videat si est i- q telligens,aut requirens deũ. Oẽs declinauerunt,simul inutiles facti sunt: nón est r qui faciat bonũ,nõ est vsq; ad vnũ. Nónné scient oẽs qui operãtur iniquitatẽ:qui s deuorãt plebẽ meã,vt cibũ panis. Deũ nõ t inuocauerũt: illic trépidauerunt timore u vbi nõ erat timor. Quoniã dissipauit x ossa eorũ qui hominibus placent:cõfusi sunt quoniam deus spreuit eos.)Meritò spernitur à deo qui reliquerit deum:

i ¶In finem pro Amalech,intellectus ipsi Dauid.)Amalech interpretatur dolens,siue parturiẽs:corpus Christi intelligitur. Et dominus doluit pro peccatis nostris: quia verum corpus fuit, & parturiuit filios. Et ecclesia corpus Christi,dolet pro peccatis suis,& aliorum: & parturiuit filios per verbum prædicationis: vt illud:Per euangelium ego vos 1.Co. 4.d genui. Et ítem: Filioli mei quos Gal.4.c iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Hic psalmus vocem continet prophetę,peccatores atq; impios increpantis. Amalech. K

Psalmus LII.

k Dixit insipiens in corde suo:non est deus.)Dixit insipiẽs,populus Iudaicus,siue diabolus,nõ est deus:Ac si dicat,nõ est Christus filius dei. L l ¶Corrupti sunt.) De lege bonæ naturæ. m ¶Abominabiles facti sunt.)Hoc est,odibiles facti sunt. n ¶In iniquitatibꝰ suis.) Hoc est,in desiderijs suis. Deum stulti cùm ore negare ausi non sint:corde tamẽ dicũt eũ nõ esse: in quo malo horribiles, & abominabiles deo fiunt. o ¶Non est qui faciat bonũ:nõ est vsq; ad vnũ.)Non de omnibus,sed de his omnibus tantũ,qui deum negant propheta dicit: quia aliquotiens bona loquuntur:nunq̃ tamen faciunt. p ¶Dominus de cœlo prospexit super filios hominum:vt videat si est intelligens, aut requirens dominum.) Id est,vt inueniret quos eligeret: sicut quondam in prophetis patriarchisq; fecit:inuentumq; tanq̃ proprium manciparet alumnum. Prospicere & videre, ignorantis & quærentis est. Nunquid deus aliquid ignorat? Non,sed cœli sancti sui sunt:vt ait propheta: Cœli enarrant Psal.18.a gloriam dei. Et alibi iuxta Apostolum:Nostra autem cõuer- Philip.3.d satio in cœlis est:quia spiritus sanctus facit sanctos amare,& diligere deum,& ipse spiritus sanctus deus est. Prospicit deus per suos sanctos:quia ille prædicat,& loquitur per illos: M vt dominus ait:Non enim vos estis qui loquímini:sed spíri- Mat.10.c tus patris vestri,qui loquitur in vobis. q ¶Omnes declinauerunt,simul inutiles facti sunt.) Hi insipientes, quia non requirebant deum,omnes declinauerunt in passiones, simul inutiles facti sunt. Inutilis dicitur,qui non operatur aliquid boni. Vnde dicit in euangelio:Tollite talentum ab eo,& inu- Ibid.25.c tilem seruum proijcite in tenebras exteriores,ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Sibimetipsis sunt inutiles,qui mandata dei adimplere non volunt. r ¶Non est qui faciat bonũ:nõ est vsq; ad vnũ.) Nullus enim ex his implet volũtatẽ patris cœlestis. f ¶Nónne cognoscent omnes qui operãtur iniquitatem:qui deuorãt plebem meam sicut escam panis. Deũ nõ inuocauerunt.)Cognoscunt enim se impiè agere:& non solũ non emendant,sed etiã dei populum deuorant dentibus malitiæ suæ:deumq; inuocare contemnunt. t ¶Illic trepidauerũt timore,vbi nõ erat timor.) Idola ac simulachra mortua timuerunt:qui deum timere debuerant. u ¶Quoniã deus dissipauit ossa eorum,qui hominibus placent.) Conteret enim spem æternitatis eorum deus,qui in eius contumeliam magis sibi q̃ illi placuerunt. Sibi placentes confusi sunt, id est,qui hominibus placẽt,& non deo. x ¶Confusi sunt, quoniam deus spreuit eos.)Meritò spernitur à deo qui reliquerit deum:

A querit deum:& qui eum relinquit,dignè tanq̃ ignotus ab eo
1.Co.14.g confunditur,dicente apostolo:Omnis ignorans ignorabitur.
Esa.2.a a ¶Quis dabit ex Sion salutare Israël.)De Sion,vt ait propheta,exibit lex:& verbum domini de Hierusalem.Quis dabit?Deus pater dedit filium suum in Sion:hoc est,in sanctam ecclesiam. Salutare Israël. Salutaris noster Christus est. Quis dabit nisi dominus in aduẽtu suo per quem gloriã æternitatis speculamur? b ¶Cùm auerterit dominus captiuitatẽ plebis suę.) Ipse quoq; auersa captiuitate vitiorum,erexit nos in libertatem virtutum. De qua captiuitate dicit:Iam redempti sunt de peccato Adæ :sed tamen adhuc in captiuitate detinemur, quia nõ est
2.Cor.5.b integra libertas:quia dum sumus in corpore, peregrinamur à do-
Rom. 7.d mino. Et itẽ dicit:Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius ? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Sed in die iudicij quando
1.Cor.15.c inimica destruetur mors,tũc erit
B vera redemptio. c ¶Exultabit Iacob, & lætabitur Israël .) Vtrũq; Christianus populus audit : qui est Iacob,dum supplãtat
Gen. 27.d Iudaicum populum, benedictionemq; eius accipit:& Israël,dum deũ fidei oculis intuetur. Igitur & nos supplices deprecemur deũ vt declinantes à loquacitate superflua,ipso instruente intelligamus omnia in eius dominatione consistere:qui dignetur ablata captiuitate vitiorum,erigere nos in libertatẽ virtutũ.

a sunt,quoniam deus spreuit eos.Quis dabit ex Sion salutare Israël: cùm auerterit
b deus captiuitatem plebis suæ , exultabit Iacob,& lætabitur Israël.
d In finem in carminib9,vel hymnis intellectus Dauid,cùm venissent Ziphęi & nunciassent Sauli:nónne Dauid,absconditus est apud nos?

Psalmus LIII.

e DEus in nomine tuo saluũ me fac,
f & in virtute tua iudica me. Deus
g exaudi orationem meam : auri-
h bus percipe verba oris mei. Quoniam a-
i lieni insurrexerunt aduersum me,& for-
k tes quæsierunt animam meã:& non pro-
l posuerunt deum ante conspectum suum.
m Ecce enim deus adiuuat me , & dominus
n suscep-
o tor est animæ meæ. Auertẽ mala inimicis meis,& in veritate tua disperde
p illos. Voluntariè sacrificabo tibi,& con-
q fitebor nomini tuo domine,quoniam bo-
r num est. Quoniam ex omni tribulatiõe eripuisti me , & super inimicos meos despexit oculus meus.
f In finẽ in carminibus intellect9 Dauid.

Psalmus

d ¶In finẽ in carminibus intellectus Dauid,cùm veniũt Ziphæi,& dicunt Saul:Dauid absconditus est apud nos in spe-
Ziph lunca.) Ziph vicus est,& inde Ziphæi dicuntur. Ziphæi interpretantur florentes,id est,peccatores,qui quasi florentes,
Esa.40.b. & virides sunt in præsenti vita,vt ait propheta : Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius,sicut flos agri : quia quod siccũ est,igni reseruatur. Isti deputantur in pœnã:sancti ad regnũ. Sicut herba hodie quasi viridis videtur esse,vsquequo fuerit æstus:sic peccatores qui videnť florere,in die iudicij arescẽt: & sancti qui hìc videntur quasi aridi & sicci,tunc erunt flo-
Psal.91.c rentes,& virides. Vnde dictum est : Iustus vt palma florebit.
C Dauid fuit absconditus in inferiori parte terræ : & dominus in vtero sanctæ Mariæ:& in vna gẽte Iudæorum,& diuinitas in carne Christi. Iste psalmus orationem dominici hominis continere dinoscitur,formam serui accipientis,accedentisq; ad passionem in forma serui. Psalmus LIII.

e DEus in nomine tuo saluum me fac.)Postulat hęc à patre,vt ostendat carnis infirmitatẽ. In nomine tuo:hoc est ĩ illo nomine hũilitatis,quod est saluatio. f ¶Et in virtute tua iudica me.) Vult se iudicari,vt illud honorabile maiestatis nomen diuinitate conscendat. Humilitas fuit, quãdo venit de cœlo in vterum,de vtero in præsepe:& sustinuit multa,id est,alapas,sputa & reliqua. Virtus fuit,quando resurrexit,& ascendit in cœlos quadragesimo die,& quin-
quagesimo die venit spiritussanctus super apostolos,& prædicauerunt doctrinã euãgelij in toto mundo. Vnde dictũ est:
Phil.2.b Et dedit illi nomẽ quod est super omne nomen:vt in nomine Iesu omne genu flectatur,cœlestium,terrestrium & infernorum:& omnis lingua confiteatur:quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Et qui mortuus est ad tempus ex infirmitate carnis,viuit ex virtute dei. Et item dicit Apos-
1.Cor. 2.a tolus:Nihil existimaui me scire inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. Vel iudica me. Vox ecclesiæ,discretionẽ rogat. g ¶Deus exaudi orationem meam.)Et hoc rogat, vt mereatur à deo exaudiri. Nouerat enim ille solus orare

constanter , nec ignorare,vt homo quid peteret : iuxta illud D
Apostoli:Nã quid oremus,sicut oportet,nescim9. h ¶Au-
Rom.8.c ribus percipe verba oris mei.) Vox ecclesiæ. Aures domini dicuntur,quando exaudire dignatur. i ¶Quoniam alieni insurrexerunt aduersus me.)Hoc est Iudæi,qui cùm peculiares dei essẽt,alienos se per trãsgressionẽ ab eo fecerunt:non cognitione,sed vita & operib9. Vnde dicit : Filij alieni mentiti sunt
Psal.17.g. mihi. Et si filij,quomodo alieni ? De vna tribu erant : sed alieni erant,quia eius vitam qui illos venerat viuificare volebant tollere. k ¶Et fortes quæsierunt animam meam.) Herodes principesq; sacerdotum mundanam habẽtes fortitudinem. Et dominus dicit:Non haberes in me vllã
Ioan.19.b. potestatem,nisi tibi desuper datũ fuisset. Sic & hæretici persecutores super sanctam ecclesiam.
l ¶Non proposuerunt deũ ante cõspectum suum.) Non intellexerunt sub persona corporea latere diuinitatẽ. Diapsalma interpositum, orationẽ immutat : E
vt eũ qui prius precabatur quasi homo:ostendat effectum orationis obtinuisse. Ideóque subiecit:
m ¶Ecce enim de9 adiuuat me.) Quia dominus descẽdit in mortem. n ¶Et dominus suscep-
tor est animæ meæ.) Citò eum redditurus. Vel deus pater suscepit filium suum , & Christus suã ecclesiam in fide. o ¶Auerte mala inimicis meis,& in veritate tua disperde illos.) Qui me nõ intellexerunt per malitiam suam,dispergantur in veritate tua:sicut nunc cernim9 factum. Dispersi sunt enim in regionibus. Veritatem dicit : quia verus est,id est,reddet vnicuique secundum opera sua. Disperde illos in die iudicij,& in tua iusta vindicta: hoc est, diabolum & membra sua. p ¶Voluntariè sacrificabo tibi.)Bene voluntariè:quia propria voluntate ipse sacerdos,& hostia pro delictis populi se obtulit patri,vt hoc sacrificium vitam tribueret mundo. Voluntariè sacrificabo tibi. Vox ecclesiæ. Voluntariè dicit,id est,non necessitate aut coactè,sed voluntariè, secundum illud: Prouidẽtes gregem non coactè, 1.Pet.5.a
sed spontaneè. q ¶Et confitebor nomini tuo,quoniã bonum est.)Confessus sum in mundo :quia descendi de cœlo, F
non vt faciam voluntatem meã,sed tuam quia bona est.Con- Ioan.6.d.
fitebor : hoc est laudabo nomen tuum:hoc bonum est.
r ¶Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me : & super inimicos meos despexit oculus meus.)Quia orationem mũdam fudit in principio psalmi:ideo vt deus omnia præuidẽs, ereptum se à tribulationibus , & inimicos despectos inspectione paterna pronunciat:scilicet vt illa eum intelligas regnare potentia,qua post resurrectionem victor remeauit ad astra. Quem nos supplices deprecamur,vt eius adiutorio ab inimicis saluati,à tribulationibus mũdanis erepti,ipsum caput nostrum dominum Iesum Christum quem in cœlis suspicimus,mente & opere prosequamur.
f ¶In finem in carminibus intellectus Dauid.)In finem , in Christo:vt illud:Finis enim legis Christus ad iustitiam omni Rom.10.a
credenti. In finẽ,semper de Christo intelligitur. Vnde & sancti apostoli dixerunt:Domine ostẽde nobis patrem,& suffi- Ioan.14.a
cit nobis. Non potes legẽ implere,nisi ab ipso impleatur. Omnis scriptura sctã de illo est. In carminibus,id est,in laudibus:Sicut carmina seculi sũt,sic & carmĩa ecclesiæ:vnde laus dei cantatur:& consolatio sanctorũ est:quia dictũ est : Tunc Ioan.14.a
iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum:æquales angelis. Psalmus vocem continet mediatoris , qui cùm deus esset, Mat.13.f
formam seruilem pro nostra libertate suscepit.

G

Psalmus LIIII.

a EXaudi deus orationem meam,& ne despexeris deprecationem meam: intende mihi,& exaudi me.) Triplex hęc deprecatio ideo ostenditur: quòd primam homo deus in statu seruili manens,à conscientia sanctitatis emittit. Secundam: quia se scit iustum, obediẽtiam nõ despici postulat. Tertiã, propter infirmitatẽ carnis, vt sibi intendatur exorat. Qua ratione intellige ô homo: quia nisi pura conscientia depreceris, à deo prorsus nõ exaudieris. b ¶ Cõtristatus sum in exercitatione mea.) Quam pro mundi vita susceperi: quia semper exercitatio ad res vtiles ac necessarias agitur. c ¶ Conturbatus sum à voce inimici.) Qui me Samaritanum,& dæmonium habentẽ, Matt.12.b cùm deus essem ante secula, increpabant. Vel vox ecclesiæ. Duos inimicos habet ecclesia. Vnum apertè,& vnum occultè. Vnũ debet diligere, & alium odire. Diligere proximum, vt illud: Diligite inimicos vestros: benefacite Luc.6.d his qui oderunt vos. Et aliũ contemnere & odire: id est, diabolũ qui occultè venit per suggestiones & delectationes. d ¶ Et à tribulatiõe peccatoris.) Qui mihi semper tribulationum insidias intendebat. Propter hoc tribulat deus peccatores: aut vt emendẽtur, aut vt per illos corrigat bonos. e ¶ Quoniam declinauerunt in me iniquitates.) Populus vtiq; declinat ad iniquitatẽ: qui mendacium profert super proximũ. Vel Iudæi super dominũ, Matt.12.b sicut dixerũt: In beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. f ¶ Et in ira molesti erãt mihi.) Persequẽtes me in inuidia sua. Et in ira molesti erant. Molestus, id est, sęuus. In ira, festuca, trabs, odium. Ira conturbat: Psal.6.b trabs excæcat: vt illud: Turbatus est præ ira oculus meus. I g ¶ Cor meum conturbatum est.) Secundum hominem, sed virtute diuina confortatum est. Nam & angelus, inquit, euãLuc.22.e. gelista, accedens confortabat eum. h ¶ Et formido mortis cecidit super me:) Timor animæ, & tremor corporis. i ¶ Timor & tremor venit super me.) Si quidem ipse dixit. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Mat.26.d k ¶ Contexerunt me tenebræ.) Tenebrę dicuntur mali homines, qui per1.Ioan.2.b sequuntur ecclesiã,& qui tegunt ipsam in odio, quia qui odit fratrem suum, in tenebris est. Et contexerunt me tenebrę: sed Ioan.1.b. quia lux eram, non me cõprehenderunt. l ¶ Et dixi: quis dabit mihi pennas sicut columbæ,& volabo,& requiescam.) Non ab alio sumam euolationem euadendæ mortis, nisi à me Ioan.10.d. ipso. Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatẽ habeo iterum sumendi eam: vt de tenebris ad cœlestia reuertar. In columba autem spiritualem naturam designat, sicut in baptismo ostensum est. Columba simplex animal est absque felle,& à malitia fellis alienũ: quia osculum charitatis animæ significat: quia ecclesia duas pẽnas habet, hoc est, duo præcepta charitatis: dilectionẽ dei videlicet,& proximi. m ¶ Ecce elongaui fugiens.) A Iudæis. Longè est enim à peccatoribus salus. Psal.118.u n ¶ Et mansi in solitudine.) Cum gentibus incredulis: quas aduentu meo florere feci. De quibus alius ait Esa.35.a. propheta: Lætetur & floreat desertum. Ecce elongaui fugiens,& mansi in solitudine. Colũba fugit à conuersatione humana: & sancti fugiunt à consortio hominum, non corporaliter sed spiritualiter: hoc est, in cõscientia: quia cogitãt, quomodo se cõtra suggestiones diaboli, vel hæreticorum defendere debeant. o ¶ Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate.) Expectat in corpore positus, nõ solum saluationem patris, vt à diuersis tempestatibus eruatur: sed etiam, vt vltionem de inimicis accipiat. Sequitur: p ¶ Præcipita domine & diuide linguas eorum.) In aqua aliquis sæpe præcipitatur. Ergo hi ita demergantur sicut in di- Gen.7. luuio: & dispergãtur diuisis linguis, ceu factum est in ędificatio- Ibid.11. ne turris. Sed cur ista fiant adiecit: q ¶ Quoniam vidi iniquitatem,& contradictionem in ciuitate.) Iniquitatem, cùm nõ crediderunt. Contradictionem, cùm exprobrant, contradicẽtes: Nónne hic est filius Ioseph fabri? Et Marc.6.a. alia multa. r ¶ Die ac nocte.) Id est, omni tẽpore. Die, cùm doceret turbas, & illi non crediderunt. Nocte, cùm pateretur,& illi blasphemarent. Ergo taliter circundata repletaq; est eorũ ciuitas, id est, Hierosolyma: vt supra muros redundaret iniquitas eius. s ¶ Et nõ defecit de plateis eius vsura & dolus.) Omnia enim quæ in lege prohibita sunt, ad augendi peccati cumulum excreuerũt. In lege enim vsuræ ac- Deut.23.d cipi prohibentur. Vsura est plus accipere q̃ dare. Vnde propheta dicit: Nõ fœneraui, neq; fœnera- Hier.15.e. uit mihi quisq̃. Et sivis quod tibi Matt.6.b. dimittatur, dimittite. t ¶ Quoniã si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.) Non hic tantum de passione dominus queritur: sed & de discipulo proditore. Nã legimus in euangelijs: quia absconderit se à Iudęis. A Iuda au- Ioan.8.g tem non se abscondit: sed eum etiam conuiuio sancto asciuit, sicut sequitur. u ¶ Tu verò homo vnanimis.) Qui cum alijs coniunctus eras apostolis. x ¶ Dux meus.) Ad prædicandum cum cæteris missus. y ¶ Et notus meus.) Quia me per legis mysterium cognoueras esse venturũ. Dux meus & notus meus. Vox Christi de Iuda. Vnanimis dicit: quia videbatur ab alijs quasi bonus. Dux dicit, propter quod Christum tradidit, dux mortis fuit. Notus, quãdo misit eos binos Luc.10.a ante faciem suam in prædicatione. z ¶ Qui simul mecũ dulces capiebas cibos.) Cùm mandatis vitæ,& voluntate patris plerumq; refectus es. Cibus enim dulcis est, patris facere voluntatẽ: vt illud: Qui intingit mecum manũ in paropside, Mat.26.b leuabit cõtra me calcaneũ suum. Vel cibus dulcis, id est, corpus,& sanguis Christi: quod ipse accepit indignus. a ¶ In domo dei ambulauimus cum consensu.) Sæpe enim cum ipso domino in tẽplo Salomonis cum prædicatiõis cõsensu abijt. b ¶ Veniat mors super illos,& descendant ad infernũ viuẽtes.) Vt maiorẽ sui cordis dolorẽ secundũ hominẽ ostenderet: ideo quasi in maledictione quæ eis erãt vẽtura prædixit. Veniat mors super illos,& descendãt ad infernũ viuẽtes. Factũ fuit hoc de Dathan,& Core,& Abirõ,& simul venit ignis Num.16.c & mortui fuerũt,& terra absorbuit eos viuos. c ¶ Quoniã nequitia in habitaculis eorum in medio ipsorũ.) Etenim tam opere q̃ cogitatione, nequitia pleni sunt. d ¶ Ego autem ad dominũ clamaui,& dominus saluabit me. Vespere & mane,& meridie.) Vespere, cùm passionẽ susceperit: mane, cùm resurrexit:

Psalmus LIIII.

a EXaudi deus orationem meam,& ne despexeris deprecationem meam:
b intende mihi,& exaudi me. Contristatus
c sum in exercitatione mea,& conturbatus
d sum à voce inimici,& à tribulatione pec-
e catoris. Quoniam declinauerunt in me
f iniquitates, & in ira molesti erant mihi.
g Cor meum cõturbatum est in me,& for-
h i midõ mortis cecidit super me. Timor &
k tremor venerunt super me: & cõtexerũt
l me tenebræ. Et dixi: quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Eccem elongaui fugiens,& mansi in
n o solitudine. Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tem
p pestate. Precipita domine, diuide linguas
q eorum: quoniam vidi iniquitatem, & cõ-
r tradictionẽ in ciuitate. Die ac nocte circundabit eam super muros eius, iniquitas & labor in medio eius,& iniustitia. Et nõ
s defecit de plateis eio vsura & dolo. Quo-
t niam si inimicus meus maledixisset mihi, sustituissem vtique. Et si is qui oderat me super me magna locutus fuisset: abu scõdissem me forsitan ab eo. Tuu verò ho-
x y mo vnanimis: dux meus, & notus meus.
z Qui simul mecũ dulces capiebas cibos:
a in domo dei ambulauimus cum cõsensu.
b Veniat mors super illos,& descendant in
c infernum viuentes. Quoniam nequitia in habitaculis eorum: in medio eorum.
d Ego autem ad deum clamaui, & dominus saluauit me. Vespere & mane,& meridie

a ridie narrabō & annunciabo,& exaudiet
vocem meam. Redimet in pace animam
meam, ab his qui appropinquant mihi:
b quoniam inter multos erāt mecum. Ex-
c audiēt de⁹,& humiliabit illos: qui est an-
d te secula. Non enim est illis commutatio,
e & non timuerūt deum:extendit manum
f suam in retribuendo. Contaminauerunt
g testamentum eius:diuisi sunt ab ira vul-
h tus eius,& appropinquauit cor illi⁹: Mol-
i liti sunt sermones eius super oleum,& ipsi
k sunt iacula. Iacta super dominum curam
l tuam,& ipse te enutriet:nō dabit in eter-
m num fluctuationem iusto. Tu verò deus
n deduces eos in puteū interitus. Viri san-
o guinum, & dolosi non dimidiabunt dies
p suos,ego autem in te speraui domine.
q In finem pro populo qui à sanctis lon-
r gè fact⁹ est,ipsi Dauid,in tituli inscri-
s ptionem,cùm tenuerūt eum Allophy-
t li in Geth. Psalmus LV.

u MIserere mei deus,quoniā conculcauit me homo: tota die impu-
x gnās tribulauit me. Cōculcauerūt me inimici mei tota die:quoniā mul-
y s ti bellantes aduersum me. Ab altitudine
a diei timebo:ego verò in te sperabo. In deo
b laudabo sermones meos:in deo sperabo,
c non timebo quid faciat mihi caro. Tota
d die verba mea execrabantur: aduersum
e me omnes cogitationes eorum in malū.
Inhabitabunt

docuit dicēs: n ¶Iacta in dominū curā tuā,& ipse te enutriet.)Vt ab eo educatus inimicis fortis resistas. o ¶Non dabit in æternū fluctuationē iusto.) Si enim iustus fueris,nō te patitur ab iniquis fluctibus fatigari. Qui fluctuat,in mari est:Per mare,mundus iste intelligitur:in quo sancti fluctuāt. p ¶Tu verò deus deduces illos in puteū interitus.)Vt qui nolue runt bibere de fonte aquæ viuæ: in puteū interitus demergantur. In puteū interitus: hoc est,in infernū,iusta vindicta super illos. q ¶Viri sanguinum & dolosi.) Qui sunt effusores sanguinis redēptoris nostri. r ¶Non dimidiabūt dies suos.)Nō solū non impleuerunt æternitatis dies,sed nec ad dimidiū tēporis eius venire meruerunt. In modico enim spacio in vltiōe dominica ab hostibus trucidati sunt. s ¶Ego autē sperabo in te dñe.)Vt pleni inueniātur dies mei. Et nos supplices deprecamur,vt à te domine exauditi:nec peccati oleo delibuti,à te enutriti:à te ab hui⁹ seculi fluctib⁹ liberati,à te mereamur longitudinē dierū pro bonis actibus adipisci. Amen.

t ¶In finē pro populo,qui à sanctis lōgè fact⁹ est: Dauid in tituli inscriptionē,quādo tenuerūt eū alienigenæ in Geth.)In Hebræo ita habet: Pro colūba muta lōgitudinū Dauid humilis atq; perfecti, cùm tenuissent eum Philistijm in Geth. Columba muta,& Dauid humilis atque perfectus, Christus in passione monstratur. Psalmus LV.

u MIserere mei deus,quoniā cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.) In homine atq; bellante:diaboli vel reliquarū nequitiarū spiritualiū ostēdit immissionē:quorū instinctu dominus passus est. In die autē corporalē ætatē mōstrat. Miserere mei domine. Ac si dicat:Fac in me misericordiā. Quoniā conculcauit me homo,id est,Christus à Iudæis in passione cōculcatus est,& ecclesia à persecutorib⁹. Homo vnus pro multis dicitur:& plures pro vno dicūtur. Vnus:hoc est,pro vnitate malitiæ. Duæ ciuitates sunt in mundo: Babylon,& Hierusalē. Per Babyloniā intelliguntur mali,qui persequūtur sanctos: Sic & Hierusalē,id est,anima electa,nō cessat orare pro inimicis. Tota die impugnans tribulauit me. Tota die,toto tēpore pugnæ. x ¶Conculcauerunt me inimici mei.)Iudei vtiq;. y ¶Tota die.)A tempore carnis assumptæ. z ¶Ab altitudine diei timebo.) Duos sensus habet hic. Vnū,quasi dicat ecclesia in rogando,Non timebo altitudinē,superborum. Alium affirmando,Timebo altitudinem: hoc est,altitudinem diuinitatis: quia qui non timet, præsumptuosè agit. a ¶Quoniā multi bellantes aduersum me.)Ab altitudine diei timebunt:quia nō in deum,sed in rebus transitorijs posuerunt spes suas. b ¶Ego verò,in te sperabo: in deo laudabo sermones meos.) Quia in eius ope præsidioq; confido,sicut dominus dixit:Mea doctrina nō est mea,sed eius qui me misit patris. Quāto magis nos qui omnia ab illo accepimus, & illū accepimus: ipsum semper laudare debemus. c ¶In deo sperabo,non timebo quid faciat mihi homo.)In ipso confirmatus,non timebo bella quæ mihi aduersarius mouet:quia dictū est:Si corpus occidunt:animam autē non possunt occidere. d ¶Tota die verba mea execrabantur aduersum me.)Cùm dicerent:non est hic propheta,sed seducit turbā. e ¶Oīa cōsilia eorū in malū.)In

A resurrexit:meridie,cùm omni claritate virtutis sue adimpleta,cœlos ascendit,sedet ad dexteram patris. a ¶Narrabo & annunciabo:& exaudiet vocem meā. Redimet in pace animam meā,ab his qui appropinquant mihi.) Narrat scilicet: quòd eū velociter pater exaudiuit: quòd eū de tribulationibus mortis eripuit:quòd in pace animā eius ab inimicis,qui ei ob inferēdam mortē propinquauerant,liberauit. Vel narrabo,quasi minora,& annūciabo,quasi maiora. Liberauit in pace animam meam:In pace:hoc est,in semet-
Ephes. 2.c ipso,vt Paulus dixit:Ipse est pax nostra,qui fecit vtraq; vnum. Ab his qui appropinquāt mihi. Appropinquāt corpore: nō vita nec merito. b ¶Quoniam inter multos erāt mecum.)Inter multos,sed non in paucis. In multis verò,id est,in baptismo,& in fide non ficta. In paucis non sunt:hoc est,in fide firma:& spe,& charitate. Inter multos credentes erāt mecū,& nō credebāt. c ¶Exaudiet deus.) Me benedicentem,
B non illos maledicentes. Exaudiet deus:sanctos suos. d ¶Et humiliabit eos.)Hoc est,superbos. e ¶Qui est ante secula.) Pater vtiq;,quem in me manere nō cognouerunt:qui est ante secula,& manet in æternum. Ille qui initiū sumpsit ex Maria,ante secula genitus est. f ¶Non est enim illis commutatio.)De malo in bonum:nō commutantur,nō transferuntur secundum euangeliū de morte in vitam. g ¶Et nō timuerunt deū.) Ideo causa ad vltionem descendit,sicut sequitur: h ¶Expandit manum suā in retribuendo.)Quia cùm eis ad auxiliū porrecta fuisset:non eā receperunt. Nō timuerunt deū: propterea non declinauerūt de malo in bonum:quia non cognouerūt. Et extendit manū suā,in retribuendo illis. Extēdit
Esa.65.a manū suā,vt ait propheta: Tota die expandi manus meas ad populū non credentem,& contradicentē mihi:ideo quia non credit opera mea,& potentiā meam. In retribuendo illis:hoc
C est,in vindicta in die iudicij:præsertim cùm Abrahæ dixit:In
Gen. 22.d semine tuo benedicētur omnes gētes terræ,id est,in Christo:
Psal.2.b & in alio loco: Et dabo tibi gentes hæreditatē tuā,& possessionē tuam terminos terræ. Christus per nouū testamentum acquisiuit hæreditatē suā. i ¶Cōtaminauerunt testamētū eius.)Quia non intellexerūt dominū Iesum sanctorū virorū præconio repromissum. k ¶Et diuisi sunt ab ira vultus eius.)Ab spirituali prouidentia,diuisa est contēplatio eorū: ideo pars eorū cum infidelibus posita est. Post eorum exprobrationē ad Iudam sermo refertur dicēs:Et appropinquauit cor illius,vt impletū à diabolo traderet Christū. Cōtaminauerūt testamentū eius:& diuisi sunt ab ira vultus eius:id est, hæretici,qui voluerunt contaminare testamentum dei,diuisi
Mat.25.d erunt in die iudicij quādo accipiēt sententiā damnationis:Ite maledicti in ignē æternum. l ¶Et appropinquauit cor illius.)Volūtas eius:quia quod intelligūt de scripturis,in malum vertūt:quia de fide trinitatis,nō rectè credūt. Vnde di-
1.Cor.11.d cum est:Oportet esse hæreses:vt qui probati sunt,manifesti fiant in vobis. m ¶Molliti sunt sermones eius super oleū, & ipsi sunt iacula.) Cùm ait, molliti sunt:de plurib⁹ dicit,cū prius de vno locutus fuisset. Ergo intellige diabolū nūcupatū,& Iudā:qui leniores oleo fecit sermones suos,cùm ait: Aue
Mat.26.e rabbi,& osculatus est eū. Tale oleū renuētes,vt in tribulationibus positi,dei petamus auxiliū, ipse nos deus suo exemplo

G malum enim eis conuersa sunt: cùm eos diuina vltio post dominicæ passionis scelera verberauit. Omnia consilia eorum in malum: Iudæi contra Christum: & peccatores contra sanctos. a ¶ Inhabitabunt.) Vnanimiter. b ¶ Et abscondent.) Laqueos nequitiæ suæ. c ¶ Ipsi calcaneum meũ obseruabunt.) Vt me supplantare possint, sicut voluerũt: vel in nu-
Luc. 20.c. miſmate cẽsus: vel in muliere de-
Ioan. 8.a prehensa. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Iudæi finem Christi, & peccatores finem ecclesiæ:
Pro. 24.c quia septies in die cadit iustus, & resurgit. Vel calcaneum meũ obseruabunt: sicut dictum est de il-
Gen. 3. la muliere, & serpẽte. Per caput, initium suggestionis malę: & per calcaneum, finem vitæ. Vel hæretici in qualicunq; sermone, finem obseruare quærunt. d ¶ Sicut sustinuerũt animam meam.) Vt captum in verbis accusarẽt apud principes. e ¶ Pro nihilo saluos facies illos.) Saluantur enim pro nihilo, cùm non commutan-
H tur ad gloriam, sed ad supplicia transferuntur. Pro nihilo saluos facies illos: quia non fecit Christus propter quod sustinuit, sed expetiuerunt Iudæi vt illũ interficerẽt. f ¶ In ira populos cõfringes.) Quia impacti sunt in pe-
1. Pet. 2. b tram offensionis, & lapidẽ scandali. Post hanc vltionẽ propheta gaudens, præuidens futura decãtat. g ¶ Deus vitam meam annunciaui tibi.) Tu es enim vita mea, omnisque populi: qui ad redemptionem venturus es mundi.

Inhabitabũt, & abscõdent: ipsi cãlcaneum meum obseruabũt. Sicut sustinuerunt animam meam, prõ nihilo saluos facies illos, in ira populos confringes. Deus vitam meam annunciaui tibi: posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo, sicut & in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum. In quacũq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es. In deo laudãbo verbũ: in domino laudabo sermonem: in deo speraui, nõ timebo quid faciat mihi homo. In mẽ sunt deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapsu: vt placeam coram deo in lumine viuentium.

In finem, ne disperdas, ipsi Dauid, in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saul regis Israël in speluncam.

Psalmus LVI.

Miserere mei deus, miserere mei: quñ in te confidit aia mea. Et in vmbrã alarum tuarum sperabo: donec trãseat iniquitas. Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi. Misit dẽ cœlo & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Misit dẽus misericor-

Vnusquisq; debet nunciare per cõfessionem: sicut Paulus fe-
1. Tim. 1.c cit: quando dicebat: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiã consecutus sum: quia ig-
Gal. 2.d norãs feci in incredulitate. Et item dicebat: Viuo autem iam nõ ego: viuit verò in me Christus. h ¶ Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua. Tunc cõuertentur inimici mei retrorsum.) Promissiones tuæ erant, vt veteres lachrymas, conuersis post tergũ inimicis, in gaudia nouella transferres: meq; cum sanctis ceteris tua gloria mu-
I nerares. Posuisti lachrymas meas in cõspectu tuo: hoc est, au-
Esa. 43.d disti, & vidisti. Sicut in promissione tua. Deus promisit sanctis suis bona: sed tamen dicit: Confitere tu prius iniquitates
secundum tuas, vt iustificeris. Tunc cõuertẽtur inimici mei retrorsum.
Lxx. Optando dicit ecclesia: vt qui currũt ad infernum, conuertãtur ad deum. i ¶ In quacunq; die inuocauero te: ecce cognoui quoniã deus meus es.) In omni enim necessitate tu deus assistis: misericordiam præstans tuis. In quacũq; die inuocauero te, id est, aut in prosperis, aut in aduersis: Ego cognoui quoniã deus meus es tu. Vox ecclesię. Aliqui cognoscunt, per
Rom. 1.c creaturã cœli, & terræ: sicut sanctus Paulus dicit: Per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et alij per deũ, qui inspí-
Ioan. 20.g rat in animas illorũ: sicut Thomę dixit: Infer digitũ tuũ huc: & mitte manũ tuã in latus meũ, & cognosce loca clauorũ: & noli esse incredulus, sed fidelis. Et ipse recordatus dicit: Domine meus, & deus meus. k ¶ In deo laudabo verbum, & in domino laudabo sermonẽ: in deo sperabo, non timebo quid faciat mihi homo.) Laudat iterũ propheta verbum illud, siue sermonem, qui erat in principio apud patrem: quia sperãs in eum, non metuit aduersarij minas, dicens: l ¶ In me sunt deus vota tua: quæ reddam laudationes tibi.) Hæc sunt vota prophetæ, vt laudem dominicam celebret: sicut alibi dicit:
Psal. 49.c Immola deo sacrificium laudis. Et cur hæc faciat adiecit. m ¶ Quoniam eripuisti animam meam de morte.) Secunda vtiq;. n ¶ Oculos meos à lachrymis.) Ne iam necesse esset peccata deflere: vt illud: Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum in die iudicij: quia dictum est: Beati qui lu-
K gent, quoniam ipsi consolabuntur. o ¶ Pedes meos à la-
Matt. 5.a. psu.) Ne vltrà laberẽtur in peccatis. Pedes meos: hoc est, sensus: à lapsu: quia non erit tunc suggestio mala, nec tribulatio.
p ¶ Vt placeam corã deo in lumine viuentium.) Lumen viuentium Christus est: secundũ illud: Ego sum lux mũdi. Et item: Erat
Ioan. 8.b lumen verũ quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc
Ibid. 1.a mundum: Sicut in Apocalypsi de illa sancta ciuitate: Lucerna non
Apoc. 21.g erat ibi, quia dominus deus omnipotẽs illuminauit eã: & lucerna eius est agnus, quo sancti ab huius mundi tenebris eruti clarificantur. Hæc propheta nõ pro se tantũ, sed & pro nobis orat. Vnde nos deprecemur, vt compressis bellis corporeis, superatis seculi tentamentis, mereamur Iesu Christo in ipso lumine complacere. Amen.

q ¶ In finẽ ne disperdas, ipsi Dauid, in tituli inscriptione, cùm fugeret à facie Saul regis Israël, in speluncam.) Ipsi Dauid, in tituli inscriptiõe ne disperdas: hoc est, ne corrumpas tituli inscriptionẽ: quando scripsit Pilatus super
Ioan. 19.d. domini crucẽ linguis tribus: Iesus rex Iudęorũ. Et illi: Noli scribere rex Iudæorũ: sed quia ipse dixit rex sum Iudæorũ. Et Pilatus dixit: Quod scripsi, scripsi.
1. Reg. 24 Dauid in spelunca absconditus: hoc est, in inferiore parte terræ: figurabat corpus humanum, vbi illa maiestas fuit abscondita in corpore Christi: vt illud: Traditus sum, & nõ egrediebar.
Psal. 87.b Et Paulus dicit: Si enim intellexissent, nũq; dominum gloriæ
1. Cor. 2.b crucifixissent.

Psalmus LVI.

r Miserere mei deus, miserere mei: quoniã in te confidit anima mea.) Geminata postulatiõe misericordiæ, confidentiã suã quam in patre habet adiũgit, vt facilius audiatur. Quoniã in te cõfidit anima mea. Quasi vnus homo dicit: sed vnus pro multis: quia dictũ est: A fini-
Psal. 6.a bus terræ ad te clamaui domine. Et alibi: Erat illis animavna
Act. 4.f & cor vnum. s ¶ Et in vmbra alarũ tuarũ sperabo.) Id est, M in protectiõe paterna. A calore vmbra quæritur: sed per calorem persecutio, vel tribulatio intelligitur, & per vmbram protectio diuinitatis: vbi semper cõfugere debemus. Sed duæ alæ, duo testamenta, vel duo præcepta charitatis. t ¶ Donec trans eat iniquitas.) Insultatio iniquorũ. Docet enim per hæc in spiritualium alarum sperare protectionẽ. Hinc propheta loquitur: u ¶ Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.) Hæc sunt quę post dinumerata bona sequuntur. Donec trãseat iniquitas: hoc est, diabolus cum suis membris, vel suis satellitibus. Clamabo ad deum altissimũ. Clamauit Christus ad deum patrem, & orauit pro falsis fratribus. Et ecclesia pro inimicis orat. Et ad deum qui benefecit mihi: id est, fecit me ex nihilo ad suam imaginem, & dedit mihi omnia bona præsentis vitæ, & postea in futuro vitam æternam promisit. x ¶ Misit de cœlo, & liberauit me.) Misit filium suum de cœlis, vt hominem à peccato erueret: vel genus humanum de potestate diaboli, vel de inferno. y ¶ Dedit in opprobrium conculcantes me.) Impios & peccato obnoxios, quiverbũ propheticũ negligebãt. Vel vt alibi:
Luc. 10.c Dedit apostolis potestatẽ calcãdi super serpẽtes, & scorpiones, & super omnem virtutẽ inimici. z ¶ Misit deus misericordiam suam, & veritatem suam.) Misericordia & veritas Christus est. In vno continentur: nec vna sine altera.

Si sola

A Si sola misericordia fuisset,licentia fuisset peccare: & si sola veritas,nō potuisset homo sustinere. a ¶Animā meā eripuit de medio catulorū leonū.) Leones, principes Iudæorū: Luc.10.c. catuli,plebs subiecta:qui clamabāt,crucifige eū. Leo diabol⁹, 1.Pet.5.b. iuxta epistolam Petri: Aduersarius vester diabolus circuit quasi leo, quærēs quem deuoret. Propterea ipse dñs misericordia ac veritas intelligit, qui missus à patre,animas nostras eripuit de dæmonum potestate:qui nos ceu seculi leones deuorare nitebant: Qui & nunc loquitur,dicens:

b ¶Dormiui cōturbatus.) Dormiuit enim in somno passiōis cū diceret: Nūc anima mea turbata Psal.3.b. est:quia dictū est: Ego dormiui, & soporat⁹ sum,& exurrexi:quīa domin⁹ suscitauit me: secundū il Ioan.10.c. lud: Potestatē habeo ponēdi animam meā, & potestatē iterū sumēdi eā. c ¶Filij hominū dentes eorū arma &c.) Inimicorum dentes quasi arma impugnātium esse dicit quos dñs sua resurrectione confregit. d ¶Exaltare B super cœlos deus &c.) Null⁹ est modus exaltationis diuinæ. Nos verò nihil aliud de cœlis q̄ quæ vidimus nouimus. Nā cùm ait,super cœlos: notitiam excedit humanā. De gloria autē quæ super terrā est, illud intelligitur quod Matt.vlti. alibi ipse dominus ait: Ecce ego vobiscū sum omnibus dieb⁹ vsq; ad consummationē seculi: Hinc iterum dominus: e ¶Laqueū parauerunt pedibus meis.) Cùm mihi interrogationes inferebant dolosas. f ¶Et incuruauerunt animam meā.) In morte, sed non fuit perpetualiter subdita morti. Sic voluerunt Iudęi Christum incuruare: vt non nominaret nomen eius. g ¶Foderunt ante faciem meam foueam:& ipsi inciderunt in eā.) Cùm post resurrectionem inimicis traditi, capti, interfecti atq; dispersi sunt. h ¶Paratum cor meū deus,paratum cor meū: cantabo,& psalmum dicam domino.) Exultat & cōcinit de triC umpho mortis illius liber. Cantabo, prædicabo: psalmū dicam, opere cōplebo. i ¶Exurge gloria mea, exurge psalteriū & cithara:exurgam diluculò.) Diluculò enim resurrexit, mane cū adhuc tenebræ essent super terrā. Sic enim psalteriū & cithara:hæc enim dictio Dauidica cecinerat:exurge psalterium & cithara. Quid significant ista organa? Vnū de supernis: aliud de terrenis. Quid intelligitur psalterium? Matt.11.a. Christus intelligitur, vt illud: Ite dicite Ioanni quæ vidistis, & audistis: Ad lumen redeunt cæci, mortui resurgunt: pauperes euangelizantur:& beatus qui in me non fuerit scandalizatus: hoc est diuinitas operata per carnē. Cithara de terrenis: hoc est lassescere, dormire, egere, esurire, sitire vel cætera. Aliter: Psalteriū ad nos pertinet: spes, fides, charitas, lōganimitas, bonitas, vel alia his similia. Per citharā, sex opera misericordiæ intelliguntur, quæ debem⁹ implere: id est esuriui, sitiui, hospes erā, nudus, infirmus, in carcere. Itē psalteriū: id est, in tribulatione gratias agere deo: de supernis venit per quē sustines. Cithara, persecutio & tribulatio quę in corpore sustines. Exurgā diluculò. Respōdit Christus ad patrem. Vnde superius dixit: exurge gloria mea. k ¶Cōfitebor tibi in populis domine:& psalmum dicam tibi in gentibus.) Quas per prophetas vel per apostolos vocaui. Cōfitebor tibi in populis domine: hoc est postquam resurrexero. Psalmum dicam tibi inter gētes: id est, prædicare, opere implere. l ¶Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua.) Mea enim resurrectione pacificata sunt omnia tibi, quæ in cœlo, & quæ in terra sunt. m ¶Et vsque ad nubes veritas tua.) Complens per prophetas quæ nobis prædixeras. Cœli, sunt sancti quando de supernis contemplant: nubes, quādo irrigāt corda humana de prædicatione.

misericordiam suam,& veritatē suam: & a eripuit animam meam de medio catulob rum leonum, dormiui conturbatus. Filij c hominū dentes eorū arma & sagittæ, & d lingua eorū gladius acutus. Exaltare super cœlos de⁹, & super omnē terrā gloria e tua. Laqueū parauerunt pedibus meis:& f incuruauerunt animam meam. Foderunt g antē faciem meam foueam: & inciderunt h in eam. Paratum cor meum deus, paratū cor meum: cātabo & psalmum dicam doi mino. Exurgē gloria mea: exurge psalterk riū & cithara: exurgam diluculò. Cōfitebor tibi in populis domine:& psalmum l dicam tibi in gētibus. Quoniam magnificata est vsq; ad cœlos misericordia tua: m & vsquē ad nubes veritas tua. Exaltare n supēr cœlos deus, & super omnem terro rām gloria tua.

p In finē ne disperdas, Dauid, in tituli inscriptione. Psalmus LVII.

q Si verè vtiq; iustitiā loquimini: recta r iudicate filij hominum. Etenim in f corde iniquitates operamini in terra: iniustitiam manus vestræ cōcinnant. t Alienati sunt peccatores à vulua: erraueu runt ab vtero, locuti sunt falsa. Furor illx lis secundū similitudinē serpētis, sicut ay spidis surdę, & obturātis aures suas. Quę nō exaudiet vocē incantātiū: & venefici z incātantis sapienter. Deus cōteret dētes eorū in ore ipsorū: molas leonū cōfringet a dñs. Ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens:

n ¶Exaltare super cœlos deus.) Propheta hæc dicit de glorioſa Christi ascensione. o ¶Et super omnē terrā gloria tua.) Cùm effuderis donū spiritus sancti in omnē carnem. Quod & nūc nobis præstare digneris, vt in cūctis pressuris ac tribulationibus vniuersis mittas spiritū tuū sanctū: cuius ope ac præsidio siue munitione protecti, ad æterna gaudia præparari, & ad cœlestia trāsferri præmia mereamur. Amen.

p ¶In finē ne disperdas, Dauid, in tituli inscriptione.) Vos suggeritis falsitatem, ego non corrūpā veritatem: quod scripsi, scripsi. Ioan.19.d. Psalmus vocem cōtinet prophetæ de iudicijs atq; iustitia cōmonentis. Psalmus LVII. E

q Si verè vtiq; iustitiā loquimini, recta iudicate filij hominum.) Edocet vt quisquis mortaliū iudicio vsus fuerit publico, si verum loquitur, & verū iudicet: nec ponat blanditijs sermonum muscipulam deceptiōis, per quam occultè interimat innocētes. Si verè vtique iustitiam loquimini: iusta iudicate filij hominū. Iudæi iusta loquebātur ad Christū, quando dicebāt: Magi- Mat.22.b. ster scim⁹ quia verax es, & in veritate viā dei doces. Non iudicabāt iusta, quādo petierūt Barrab- Ioan.18.g. bā filium mortis, & interfecerūt Christū filiū vitæ. Vel aliter: Iusta iudicate: id est, vos qui iudicatis iustitiā bonā esse, recta iudicate: hoc est, quod tibi nō vis, alteri ne facias. r ¶Etenim in corde iniquitates operamini in terra.) In hac terra quā habitatis, cogitatiōe mala, dū bona videmini loqui. f ¶Iniquitatē man⁹ vestræ cōcinnāt.) Opera enim vestra quę secū- F dū Allegoriā man⁹ accipiunt, iniqtate repleta sūt. t ¶Alienati sunt peccatores à vulua.) Quidā de descensu animæ in corpus, alij verò de Iudæis intelligūt: quòd abalienati sunt à deo: ex quo Maria genuit saluatorē. u ¶Errauerūt ab vtero, locuti sunt falsa.) Præscius futurorū deus: iniquitatē ipsam, pri⁹ q̄ nasceret exterminat. Ideo peccatores falsa loqui dicit, eósq; errare atq; alienari prophetat, sicut quondam de Esaū qui prius q̄ gigneretur ab hæreditate dei est repulsus. Mala.1.b. x ¶Furor illis secundū similitudinē serpētis.) Illis q obiter & Ro.9.c. per iram deuorare veneficis morsibus dei famulos volunt, & per pœnitentiā negligunt. y ¶Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas &c.) Diabolum, vel satellites eius dicit: qui cùm quotidie noceant, & eis vtique qui canticum per inuocationem dominici nominis indicamus: illi obturato aurium aditu, sæuire non desinunt. Aspis genus serpentis. Ille homo qui incantat, Marsus dicitur, & trahit illas de tenebris ad lumen. z ¶Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet dominus.) In dentibus, aperta persecutio: in molaribus significatur abscondita. Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: ne lacerare valeant iniquis morsibus seruos eius. Molas leonum confringet dominus. Malarum nequitiarum insidias: qui quasi molares leonum dentes ad validiorem morsum habentur. a ¶Ad nihilum Aspis. Marsus.

G nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.) Sicut enim aqua decurrẽs, aut absorbetur à terra, aut in mari deficit: ita & isti ad hoc deducũtur vt pereant. Sicut aqua quę ab initio seculi in gyro vadit: ita ipsorũ est doctrina. Aqua decurrẽs, quod est torrẽs: hoc est, aqua quæ de montibus decurrit in valles. Vel sicut aquæ hyemales cùm veniunt, statim siccantur: sic isti citò trãseunt. Vnde dictum

Psal.109.a est: De torrente in via bibit. Dñs de torrente in via bibit: quia de nostro accepit. a ¶ Intẽdit arcum suũ donec infirmẽtur.) Per arcum, irę & comminationes dei

Psal.7.c. intelligunt. Vnde dixit: Nisi conuersi fueritis: id est, de superbia ad humilitatem: arcum suum vi-

Acto.9.a. brauit, sicut Paulus audiuit: Saule, Saule quid me persequeris? Intendit arcũ suũ, futurum iudiciũ: donec infirmentur: hoc est, vsque dum euanescant insidiæ eorum.

b ¶ Sicut cera quæ fluit, auferent.) Sicut enim cera igne dissoluit, ita & isti futuro iudicij igne

H pdent. c ¶ Supercecidit ignis.) Iudicium mortis. d ¶ Et non viderunt solẽ.) Non intellexerũt Christũ dominũ, q est sol iustitiæ, de quo in iudicio dicturi sũt

Sapi.5.b. impij: Et sol iustitię nõ luxit nobis. Cecidit ignis, & non viderũt solem. Peccatores Christũ ignẽ vident, iusti solẽ iustitiæ. Aliter: Qui comminationibus scripturarũ territus agit pœnitentiam: huic per ignẽ supplicioru̇, sol verus ostẽditur. e ¶ Antequam intelligant spinæ vestræ rhamnũ.) Quasi viuos, quasi in ira absorbet eos. Antequam peccata vestra ad finem vsque perueniant, & cogitationum spinæ in arborem ebulliant peccatorum: deus vos corripiet non iratus, sed quasi iratus. Non est quippe dei ira, sed emendatio: & corripiet vos non vt viuos, sed quasi viuos. Qui enim spinas habent delictorum, viui non merentur vocari. Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnum. Hæc ad populum peccantem loquitur:

Rhamnus. Rhamnus, sentium genus est asperrimum aculeis, & flore gratissimũ. Vnde intelligitur duplam habere virtutem: vltionis, & bonorum retributionis: Id est, iustis floret ad or-

I natum, peccatoribus præbet spinas ad confringendum.

f ¶ Sicut viuentes, sicut in ira absorbet eos.) Velociter eos

Ioan.3.c. absorbet pœna: quia qui non crediderit, iam iudicatus est.

Viuentes: id est, sapientes mundi: qui per illorum sapien-

1.Cor.1.c. tiam putant se quasi viuentes sint. Sed sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Sed ira dei quam dicit, iusta vindicta est. g ¶ Lætabitur iustus cùm viderit vindictam.) Impiorum: quia quando illi damnantur in pœnis, isti lætificantur in præmijs. h ¶ Manus suas lauabit in sanguine peccatorum.) Quia difficilis est hic versiculus ad intelligẽ-

Hilarius. dum: ipsa verba quæ anteriores tractauerunt, educam. Hilarius beatus antistes, & vt ita dicam, iuter procellas mundi magnus sustentator ecclesiæ, ita de eo dicit: Iustus manus suas, non peccatorum sanguine abluit, sed cùm peccatores in sanguine sint, quia rei sunt sanguinum: manus suas ille ab omni reatu sanguinis continebit ablutas. Tunc lauat iustus manus in sanguine peccatorum, cùm vindictam de ipsis viderit non procurantibus sanctis: & tunc lætabitur, cùm post exitum eorum, eius opera glorioſè refulgent. i ¶ Et dicet homo si vtique est fructus iusto.) Tunc enim erit eius fructus, cùm ei Christus dominus cœlorum regna participauerit. k ¶ Vtique est deus iudicans eos in terra.) Illi ante iudicium finis in hac terra iudicantur, de quibus superius diximus: Qui non crediderit, iam iudicatus est. Et nos si in præceptis dei, aures non obturamus: si sanctorum monita, cum innocentia exequamur: si nostrorum spinis facinorum non affligamur: si manus ab omni sanguine immunes cum innocentibus abluamus: honorabit nos Iesus dominus dignis præmijs: quibus sancti cum ipso perpetualiter collætantur. Amen. K

a decurrens: intendit arcũm suũ donec in-
b firmentur. Sicut cera quæ fluit auferentur:
c d supercecidit ignis, & non viderũt solem.
e Priusquã intelligerẽt spinę vestrę rhamnum: sicut viuẽtes sic in ira absorbet eos.
f g Lętãbitur iustus cùm viderit vindictam:
h manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si vtiq; est fructꝰ iusto:
i k vtiq; est deus iudicans eos in terra.

l In finem ne disperdas Dauid, in tituli iscriptiõe: quãdo misit Saul & custodiuit domũ eiꝰ, vt interficeret eũ. LVIII.

m Eripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.
n Eripe me de operantibus iniquitatẽ: & de viris sanguinũ salua me. Quia ecce
o ceperũt animã meã: irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatũ meũ
p q domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.
r Exurge in occursũ meũ, & vide: & tu dominẽ deus virtutum deus Israël. Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. Cõuertantur ad vesperã, & famem
s t patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo: & gladiꝰ
u in labijs

l ¶ In finem ne disperdas Dauid inscriptione tituli: quando misit Saul custodire domum eius vt interficeret eum.) Iste psalmus quia Dauid docet per titulum custodire, dominicę passionis declarat mysterium dicens:

Psalmus LVIII.

m ERipe me de inimicis meis deus meus: &c.) Per hos inimicitiarum gradus vsque ad effusionem ascenditur sanguinis. Inimici etenim fuerunt Iudæi Iesu Christo domino nostro, cùm ei inuidebant occultè. Insurrexerunt contra eum, cùm præceptis eius obuiauerũt. Operarij iniquitatis effecti sunt, cùm manus armauerunt ad interfe- L
ctionem. Viri facti cruoris, cùm sanguinẽ iusti super se suos; filios futurum esse dixerũt: Mat.27.c
n ¶ Quia ecce ceperũt animam meam: irruerunt in me fortes.) Vt me traderent morti.

o ¶ Neque iniquitas mea neque peccatum domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.) Non hæc Dauid de se dicere potuit, qui se in alio psalmo plenum peccatis esse cognouit: sed de eo qui peccata nostra portans, sine vllo iniquitatis pondere vsque ad exitum corporeæ mortis cucurrit. Sine iniquitate cucurri, & direxi. Et iste psalmus ex persona domini intelligi potest. Ait quippe: Venit princeps mundi istius, & inuenit Ioan.14.d
in me nihil. Vel certè cucurrit: id est, de cœlo venit in verum: de vtero in præsepe: de præsepi in crucem: de cruce in sepulchrum: de sepulchro ad inferos: de inferis victor remeauit ad cœlos. Et direxit, non sensus suos, sed nostros: quia praui erant, & tortuosi. Vnde propheta dixit: Et e- Esa.14.a.
runt praua, in directa, & aspera in vias planas. p ¶ Exurge in occursum meum.) Ad patrem hæc loquitur, à quo se in euangelijs clarificari precatur. Qui & tanquam occur- M
rens, manumque porrigens, respondit dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Quem occursum vsque ad visitationem gentium extendi postulat, dicens: Sed exurge in occursum mihi: id est, fac illos intelligere de illo cursu quẽ habui, quòd ego æqualis tibi. Vnde ait: A summo cœlo egres- Psal.18.b.
sio eius, & occursus eius vsque ad summum eius: hoc est, deus pater super omnes creaturas spirituales. q ¶ Et vide.) Ac si dicat: vt facias tu eos videre: id est, vt credãt me æqualem tibi. r ¶ Et tu domine deus virtutum, deus Israël: intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.) Vt cùm iustos visitatio diuina respicit, illos peccati pœna constringat. Et tu domine deus virtutum: id est, angelorum & hominum. Deus Israël: hoc est, deus animarum videntium deum. Christus ad patrem: Intende ad visitandas omnes gentes: non solum in Iudæa, sed etiam & in gentibus. s ¶ Conuertantur ad vesperum, & famem patientur vt canes.) Vsque ad exitũ vitæ suæ, famem verbi dei patiẽtur: nec arguuntur in diuersis malis, vt pœnitentiam agerent. t ¶ Et circuibunt ciuitatem.) Sed nullam solennitatum iocunditatem ac sacrificiorum in ea reperiunt. Vel de his loquitur, qui in fine ex Iudæis credituri sunt. Cùm enim subintroierit plenitudo gẽtiũ, tũc omnis Rom.11.c.
Israël salus erit. u ¶ Ecce loquent in ore suo: & gladius in labijs eorum.)

A bijs eorum.) Blasphemiæ & infidelitates eorum, gladio com paratæ sunt. a ¶ Quoniã quis audiuit.) Nemo enim hominum audit, cùm hi a domino irridentur, sicut sequitur: b ¶ Et tu domine deridebis eos.) Qui te in risu, & despectu habent. c ¶ Pro nihilo deduces omnes gentes.) Illas quæ te resurrexisse non credunt. Nã sunt in his multi credentes: qui non irridentur à deo. Vel omnes gentes, qui ligna, & lapides adorabant: nullis meritis præcedentibus, adducit illos de⁹ ad cognoscendam veritatem. d ¶ Fortitudinem meam ad te custodiã.) Id est, omnes virtutes meas ad te custodiam: non ad me, sed ad te: quia semp in ipsis tibi laudes refero, non meis viribus. Vnde Paulus dicit: Si enim accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? e ¶ Fortitudinem meam ad te custodiã, quia deus susceptor meus es.) Fortitudinem illam custodiam dicit: quia animam eius nemo auferre potuit, ipso dicente: Nemo eam auferet à me: sed ego potestatẽ habeo tollendi, resumendiq; eam. f ¶ Deus meus, misericordia eius præueniet me.) Preuenit illum misericordia patris: cùm prius centurio eum deũ cõfessus est, quàm videret ab inferis resurrexisse. Sed & multi percutientes pectora sua, reuertebantur dicentes: Verè filius dei erat iste. g ¶ Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscantur populi mei.) Vt & si non credant, tamen intelligant eum esse deum, iuxta illud: Et videbit omnis caro salutare dei nostri. Et non occidas illos, ne fortè obliuiscant nominis tui. h ¶ Disperge eos in virtute tua.) Noli penitus delere Iudæos: quia populus tuus semper est appellat⁹, sed in toto eos orbe disperge, vt saltem sic emẽdati, superbire desistant, vt vel in hac dispersione scelus suum pœnitendo deplorent. i ¶ Et depone eos protector meus domine. Delictum oris eorum sermones labiorum ipsorum.) Destruantur in malitia sua: propter verba, quibus Christum tuum negauerunt, & tamen filios Abrahæ se esse iactitant. k ¶ Comprehendantur in superbia sua.) Hoc est, humiles fiant. l ¶ Et de execratione, & mendacio annunciabuntur in consummatione.) Execrabantur enim dominum: cùm eum filium Ioseph fabri dicebant: Innectebant mendacium: cùm eũ dæmonium habere aiebant. m ¶ In ira consummationis, & non erunt.) Vt non possint perseuerare in malitia sua, sed in ea consumantur. n ¶ Et scient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ.) Nam sunt nonnulli qui se descẽdere ab Iacob genere gloriantur. Et finium terræ: id est, omnium gentium. o ¶ Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.) Post diapsalma, iterat sententiam, qua inimici famem patientur vt canes: dum legis literam cum circuncisione carnali, & sacrificia de nece pecudum prosequũtur. Sed quia in peregrinatione hæc celebrant, nec ab his reficiuntur spiritualiter murmurant contra deum. Hinc pro-

a in labijs eorum, quoniam quis audiuit.
b Et tu domine deridebis eos, & ad nihilũ
c deduces omnes gentes. Fortitudinẽ meã
d ad te custodiam: quia deus susceptor me-
e us es: deus meus, misericordia eius præ-
f ueniet me. Deus ostendit mihi super ini-
g micos meos, ne occidas eos: nequando ob-
h liuiscantur populi mei. Disperge illos in
i virtute tua: & depone eos protector meus
domine. Delictum oris eorum sermonem
k labiorũ ipsorum: & cõprehendantur in
l superbia sua. Et de execratione, & mẽdacio annunciabuntur in consummatione:
m in irã consummationis, & non erunt. Et
n scient quia de⁹ dominabitur Iacob, & fi-
o nium terræ. Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibũt ciuitatem. Ipsi disperguntur ad manducandum: si verò non fuerint saturati, &
p murmurabunt. Ego autem cantabo for-
q titudinem tuam: & exultabo mane mise-
r ricordiam tuam. Quia fact⁹ es susceptor meus, & refugium meũ: in die tribulatio-
s nis meæ. Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es: deus meus misericordia mea.
t In finem pro his qui cõmutabuntur in tituli inscriptione, ipsi Dauid in doctrinam, cùm succendit Mesopotamiã Syriæ, & Syriam Sobal: & conuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia. LIX.

u DEus repulisti nos, & destruxisti
x nos: iratus es & misert⁹ es nobis.
y Commouisti terrã, & cõturbasti
z eam: sana contritiones eius, quia cõmota
a est. Ostẽdisti populo tuo dura: potasti nos
b vino cõpunctionis. Dedisti metuentibus
c te significationẽ: vt fugiant à facie arcus.
d Vt liberẽtur dilecti tui: saluum fac dextera tua

pheta dominicæ mysterium resurrectionis contuens, exultat & dicit p ¶ Ego autem cantabo fortitudinem tuam domine.) Quia vicisti mortem. Vel fortitudinem diuinitatis: quomodo vicit diabolum, hoc prædicabo. q ¶ Et exultabo mane misericordiam tuam.) Quia diluculò surrexisti. Mane, hoc est, quando conuertit in iuuentute. Vel mane, initium fidei catholicæ: vel mane, vt dixi, resurrectionem. r ¶ Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.) Suscepisti me protectione præsidij tui, ne cum his coniungeretur conscientia mea. s ¶ Adiutor meus tibi psallam: quia deus susceptor meus es: de⁹ meus misericordia mea.) Ipsi se domino propheta pollicetur iugiter psallere, cuius ope adiutus atque susceptus est. Qui & nobis præstare dignetur, vt adiutorio eius muniti, misericordia adiuti, resurrectione glorificati, mercamur i eccleſia facta, laudes ei⁹ im maculatis sensib⁹ exaltare. Amẽ. E t ¶ In finẽ pro his qui cõmutabũtur in tituli inscriptione, ipsi Dauid in doctrinã, cũ succẽdit Mesopotamiã Syriæ & Syriam Sobal: & cõuertit Ioab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim milia.) Quærit vbi hæc historia scripta sit. In Regnorũ libris, quę hîc manifestissimè legitur. Sed ibi pro valle Salinarum, Lxx. iterpretes ipsa Hebrea verba posuerũt, גיא מלח ge melah. Sed quia interpretatum nõ est, ab his qui Hebræi sermonis nõ habent notitiã, quid significet ignoratur. Psalmus LIX.

u DEus repulisti nos, & destruxisti nos.) Pertinet ad populum Iudaicum. Quando illũ permittebat de⁹ tribulari: quasi tunc videbat repellere. Et modo eccleſiã videt repellere, quãdo illã permittit tentari per tribulationem. Nam ali F ter non repellit: qa dixit sanctus Paul⁹: Nõ repellit de⁹ plebẽ suã, quam præsciuit. Vnde & vox ad Hieremiã prophetã ait: Vade, & destrue, & dissipa, & euelle. & ædifica. Ac si dixisset: Destrue vitia & peccata, & ædifica virtutes. Repellit nos ac destruit, cùm peccamus. Miseret & ædificat, cùm ad eũ pœnitendo reuertimur. x ¶ Iratus es, & misertus es nobis.) Ira dei, iusta vindicta dicit. y ¶ Cõmouisti terrã.) Corporis vtiq; nostri. z ¶ Et conturbasti eã.) Cùm tribulos produceret & spinas. a ¶ Sana cõtritiones ei⁹, quia cõmota est.) Mota est enim à malitijs: vt fructũ exhibeat sanctitatis. b ¶ Ostẽdisti populo tuo dura.) Vt te attentius quæreret. Castigas enim omnẽ filiũ quẽ recipis. Heb.12.b. Ostẽdisti populo tuo dura: hoc est, tribulationẽ. Vnde sanct⁹ Paulus dicit: Qui volunt piè viuere in Christo, persecutionẽ 2.Tim.3.c patiuntur. c ¶ Potasti nos vino compunctionis.) Vt confusi in facinoribus, compunctio sit ad te reuertendi. Per vinum, lex populi dei intelligitur, & ipsa compunctio gratia dei est. d ¶ Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.) Præbuisti baptismum: quo abluti, fugeremus à futura ira: per quod non solum peccatores, sed etiam dilecti tui liberantur. e ¶ Saluum fac dextera tua.) Christo tuo, qui est salus

1.Cor.4.b
Ioan.10.d.
Marc.15.d
Lucæ.3.b.
Ioan.8.c.
Mar.6.a.
Matt.9.b.
Hier.1.b.
2.Re.8.d.

G salus nostra. a ¶ Et exaudi me.) Cùm te inuocauero. Dextera patris, filius est. Saluum fac. De illis dicit qui saluandi erunt: quando filius tuus mittet me in dexteram tuam in die
Psal.117.c iudicii. Vnde in alio loco dicit: Dextera domini fecit virtutem. b ¶ Deus locutus est in sancto suo.) Pater in deo homine, de quo Gabriel ad Mariã
Lucæ.1.d. ait: Quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius dei. Vel vt sanctus Paulus dicit:
2 Cor.4.d Deus erat in Christo, mundum recõcilians sibi. c ¶ Lætabor & diuidã Sicemam, & conuallem tabernaculorum metibor.) Quidam Sicemam Samariam putant: conuallem verò tabernaculorum, hanc habitationem terrenã. Ergo cùm venerit dominus in lętitia splendoris æterni iudicare mundum, diuidet Samariam: ac conuallem tabernaculorũ dimetietur. Tunc aliam partẽ ad beatitudinẽ trãsferet: aliam verò quam iniustam reperiet, cum infidelibus puniet.
d ¶ Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo
H capitis mei.) In Galaad atque Manasse, totum sibi subiectum indicat mundum. In Ephraim verò populi futuri: id est, ecclesiæ congregãdæ speciem signat: propter benedictionem Iacob, quam in eũ
Gen.49.c effudit. Fortitudinem autem ipsam, ecclesiam dicit: cuius factus est caput. Meus est Galaad, meus est Manasses. Vniuersa hęc de gentium vocatione dicuntur: quarum diuersæ virtutes, sub singulorum nominum interpretatione referendæ erunt. e ¶ Iuda rex meus.) Quia ex tribu Iuda ortus est Christus. Quia non deficiet princeps
Ibidem.b de stirpe eius: donec veniat dominus, vt dixit Iacob: Iuda te laudabunt fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Tu dominaberis super fratres tuos. Christus intel-
Apoc.5.b: ligitur per Iudã, vt illud: Vicit leo de tribu Iuda.
f ¶ Mo-
Gene.19.g ab olla spei meæ.) Moab in Genesi maledictionis susceptus op-
Deut.23.a probrium: qui post decem generationes recipitur in ecclesia dei. Ideóque & olla spei, quasi post conuersionem vrens crudelitate peccati. Spes enim dei de peccatoribus hæc est, vt decoctis peccatis, conuertantur & viuant. Inde dicit Hie-
Hiere.1.c. remias propheta: Vidi ollam succensam, & facies eius à facie
Ibidem. Aquilonis. Et alibi dicit: Ab Aquilone exardescẽt mala, quę
I sunt super terram: id est, tribulationes veniunt à diabolo su-
Rom.5.a. per terram, quæ est ecclesia, sicut Paulus dicit: Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes verò non confunditur: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spíritum sanctum qui datus est nobis. g ¶ In Idumæam extendam calciamentum meum.) Vsque in regionem Esaü, apostolorum pedes dirigendos esse pronunciat: quia in calciamentis, pedes: in pedibus
Naum.1.d verò gressus apostolici intelligũtur, iuxta illud: Quàm spe-
Rom.10.c cioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.
Idumæa. Idumæa interpretatur, sanguinea, siue terrena. Ac si dicat: In istos tales ostendam calciamentum meum: id est, mea exempla. h ¶ Mihi alienigenæ subditi sunt.) Alienigenæ: id est, gentes: subditæ sunt ecclesiæ. In Allophylis, alienarum gentium prauitates ostendit: qui vsque ad aduentum Christi, in ignorantiæ tenebris residebant. Nunc autem subditæ: id est, humiliter auscultantes prophetiam, quæ Christum annun-
Esaię.9.a. ciat: per fidem suam, lucem vident magnã. i ¶ Quis deducet me in ciuitatem munitam.) Christus dominus qui auertit impietatem ab Iacob: ipse deducet nos in ciuitatem Hierusalem: in qua sancti diuinam circunstant maiestatem. Vel in ciuitatem munitam: hoc est, in ecclesiam: quæ munita est per fidem. k ¶ Aut quis deducet me vsque in Idumæã.) Ille qui se superius calciamenta extendere repromisit. K Ipse enim prophetam: id est, prædicationem propheticã dirigi iubet in eam. l ¶ Nónne tu deus qui repulisti nos?) Vt probatos agnosceres. Repulisti, propter transgressionẽ nostram: vel peccatum Adæ: hoc est, destruxit idololatriam, vel nostra vitia & peccata.

a ra tua, & exaudi me. b Deus locutus est in
c sancto suo: lętabor & partibor Sicemam:
& conuallem tabernaculorum metibor.
d Meus est Galaad, & meus est Manasses: &
e Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda rex
f meus: Moab olla spei meæ. In Idumæam
g extendam calciamentũ meum: mihi alie-
h nigenę subditi sunt. Quis deducet me in
i ciuitatem munitam: aut quis deducet me
k vsque in Idumæam? Nónne tu deus qui re-
l pulisti nos: & nõn egredieris deus in vir-
m tutibus nostris. Da nobis auxilium de tri-
n bulatione: & vana salus hominis. In deo
o faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

p In finem in hymnis, psalmus Dauid. LX.

q EXaudi deus deprecationem meã: in-
r tẽde orationi meę. A finib⁹ terrę ad
s te clamaui: dũ anxiaretur cor meũ, in
t petra exaltasti me. Deduxisti me, qa fact⁹
u es spes mea: turris fortitudinis à facie ini
x mici. Inhabitãbo i tabernaculo tuo i secula: protegam.

m ¶ Et non egredieris deus in virtutibus nostris.) Quia peccatis infirmi sumus. n ¶ Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.) Audiant hæc qui spes suas in potẽtatibus hominum, vel in terrenarum diuitiarũ splendoribus ponunt: quia vana est salus hominis: & deus solus, opportunum tribulationibus nostris præstat auxilium. o ¶ In deo faciem⁹ virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.) In ipso sit virtus nostra: in ipso omnis gloria, & ipse ad nihilum rediget tam vitia, quæ nos tribulant: quàm inimicos, qui nos impugnant: & à spe æternitatis reuocare conantur. L

p ¶ In finem in hymnis, psalmus Dauid.) Vocem continet gratulantis prophetæ de æternitatis beatitudine.

Psalmus LX.

q EXaudi deus deprecationem meam.) Fiducialiter se audiri postulat, qa scit se sanctum. r ¶ Intende orationi meæ.) Ac si diceret: Vide eã si iusta vel pura sit, vbi tu solus audis & vides in corde: sicut ad Moysen dictum est: Quid clamas ad me? Nunquid voce Exo.14.d.
clamoris dicit? Non: sed voce cordis clamat. s ¶ A finib⁹ terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum.) Nõ de extremis terræ terminis, sed de hui⁹ corporis habitaculo quod superindui cupit: & ex intimi cordis dolore clamauit: vt absorbeatur hoc quod mortale est à vita. A finibus: id est, à quatuor partibus mundi: quasi vnus homo clamet. Vel vn⁹ homo, est vna ecclesia. Propter vnitatem dicitur vna. Vnde & in Canticocanticorum dicitur: Vna est columba mea: Cant.6.c.
id est, ecclesia in toto mũdo diffusa. Dum anxiaretur: id est, propter transgressionem aliorum. Vel finem meum: dum nescit homo exitum suum. t ¶ In petra exaltasti me: deduxisti me quia factus es spes mea.) In Christo se exaltatum M
dicit, qui secundum Apostolum, & petra stabilis, & credentium spes nominatur. In petra exaltasti me: hoc est, in temetipso, vt illud: Petra autem erat Christus. Petrus de pe- 1.Cor.10.a
tra. Vnde dominus dixit: Tu es Petrus: & super hanc petram Matt.16.c
ædificabo ecclesiam meam. Et alibi: Venerunt flumina, & fla- Ibidẽ.7.d
uerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram, quæ est Christus. Deduxisti me: id est, in temetipso: quia tu es dux meus, tu es viator meus. Quia factus es spes mea. Vox ecclesiæ ad Christum. Ac si dicat: Quomodo tu resurrexisti immortalis, & nos sic credimus resurgere. u ¶ Turris fortitudinis à facie inimici.) Hæc enim spes, Christus dominus: turris nobis factus est à facie diaboli, vel nequitiarum eius, vt nos ab eius insidijs muniat: ac defendat. Sed & deus pater factus est nobis turris fortitudinis: exaltans nos in petra: id est, in Christo suo. Tu Christe turris fortitudinis: qui vicisti diabolum, & dignatus es pati propter nos. Sunt ergo turres infirmitatis: id est, illi qui confidũt in virtute sua, sicut in euãgelio dicitur: Si quis vult turrem ædificare: & non com- Luc.14.f.
putat sumptus eius: & reliqua: postea qui viderint, illudent ei dicentes: Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. x ¶ Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula.) In illo vtique, vbi sine fine mansuri deum iugiter contemplabimur.

A bímur. a ¶Protegar in velamento alarum tuarum &c.) Dũ adhuc cõmoror in hoc corpore, tua muniar protectiõe. Protegar:id eſt,defendar. In velamento alarũ. Alæ duæ, duo teſtamenta ſunt:quibus protegit eccleſia. Vel ſub protectione diuinitatis. b ¶Dediſti hæreditatẽ timentibus nomen tuum.)Id eſt, in regno cœlorum præſtitiſti eis,vt vitam æternam hęreditẽt. c ¶Dies ſuper dies regis.)Regi æterno:id eſt,Chriſto domino,dies æterni ſunt, qui quotidie ſuper dies augentur: eo quòd claritatem eius nulla diſcriminet nox. d ¶Adijcies annos eius vſq; in diem generatiõis & generationis.) Generatio igitur huius regis prima eſt: qua de deo patre ineffabiliter naſcit. Secunda,qua factus eſt primogenitus mortuorũ, quæ extendit vſq; ad illam generationẽ futuri iudi
Matt.19.d cij,de qua domin⁹ ait: Vos q̃ ſecuti eſtis me in regeneratiõe,cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos sup
B ſedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Iſraël.Ergo adijcientur inter iſtas generatiões regis huius,& dies & anni:cùm cõgregatis electis, ſupplantatiſque inimicis ſub pedibus: tradiderit regnũ deo patri, ipſis ſimul congregatis ſanctis, ſicut ſequitur:
e ¶Permanet in ęternũ in cõſpectu dei.) Manebit enim æternus in his,quos tradidit deo patri in regnum cœlorum,& fecit cohæredes,& conformes ac participes ſibi nullo iã in his mortis dominio dominante. In conſpectu dei: id eſt:vbi non erit mutabilitas.
f ¶Miſericordiã,& veritatẽ ei⁹ quis requiret.)Miſericordia eſt: quia idulget noſtra peccata. Veritas,vt amplius nõ peccemus, vt peccatum ſuper peccatũ nõ inducamus. Quis, propter quid hic dicit?Quia pauci ſunt q̃ aliq̃d boni habeãt, & deũ requirãt,ſed plus dicunt eorũ virtute vel ſuis viribꝰ, q̃ dei donũ. Miſericordiã & veritatẽ quis requiret eius? Nõ eius requi-
C ritur miſericordia ac veritas ab eis,qui in plenitudine dei cõſiſtũt:Sed nec his quicquã deeſt,iuxta illud oraculum ſaluaIoan.16.e. toris:In die illa nihil rogabitis patrem. In hac ergo plenitudine propheta ſpem ponens,ſubiecit: g ¶Sic pſallam nomini tuo deus in ſeculũ ſeculi.) Vox eccleſiæ. Pſallam,prædicabo:& opere complebo. h ¶Vt reddã vota mea de die in diem.)Vt reddam vota mea:id eſt, quicquid ſpopõdimus deo cuſtodire. De die in diẽ:hoc eſt, & hic te ſemper laudare,& in futuro ſine fine. Pſallet aſſiduè, & vota iugiter red-
1.Cor.15.f det,cùm corruptio corporis huius induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ,& refulſerit. Quod & nobis præſtare dignetur, vt conformes facti gloriæ ſuæ: eruti à corruptione mortis ſecundæ,pſallere mereamur nomini eius in ſpiritualium oblatione votorum.
i ¶In finem pro Idithun pſalmus Dauid.) Iſte pſalmus plenum in deo affectum prophetæ edocet, dicens:

Pſalmus LXI.

k NOnne deo ſubiecta erit anima mea: ab ipſo enim ſalutare meum.) Poteſt hoc & homo ille dicere: qui relictis vanæ delyramentis philoſophiæ, ac erroris idololatriæ cœno, mundo ſe corde domino ſubdidit.
l ¶Nã & ipſe deus meꝰ,& ſalutaris meꝰ.) Scit enim ſalutare mundi, Ieſum Chriſtum hominis formam ſuſcepiſſe: qui ſe tranſferat à morte in vitam. Ab ipſo enim deo ſalutare meum:ſicut dixit Symeon:Quia viderunt oculi mei,ſalutare tuum. Et in alio loco dicit: Salutare vultꝰ mei deus meus. Lucæ.2.c
m ¶Adiutor meus,non mouebor amplius.)Firmiter enim ſe in eo ſtaturum confidit. Adiutor meus in præſenti,ſuſceptor in æternitate. Ipſe poſtea non timet cadere. Non habet vbi currat amplius, niſi vſque ad deũ. Apoſtoli dixerunt ad Chriſtum: Domine, oſtende nobis patrẽ,& ſufficit nobis. n ¶Quouſque irruitis in hominem, interficitis vniuerſi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?) Non vult acquieſcere iniquis, qui tenues hominum ac vitioſas mentes, in noua facinora inclinare compellunt. Interficietis vos omnes. Qui voluntatem habet occidendi: etiam ſi nõ percutiat, occidit. Quaſi parieti inclinato,& maceriæ depulſæ. Cùm ego paſſionẽ pati aduenerim, vos quaſi inuitum mori cogitis. Aliter, iuxta Symmachi tamen interpretationem, Naturalis in vobis inuerſus eſt ſenſus:vt cùm recti ſitis creati, proni ad ruinam feramini. o ¶Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere: cucurri in ſiti.) Declinat à talibus: qui nõ ſolum peccatores impugnant,ſed etiam iuſtis honorem auferre nituntur. Ideo currit in ſancta ſiti:q̃ beati ſunt qui eſuriunt, & ſitiunt Matt.5.a. iuſtitiam. Cucurri in ſiti. Cucurrit Chriſtus de cœlo, venit in vterum, de vtero in præſepium: vel cætera his ſimilia. Cucurrit ſitiens,venit ad fontem: eſuriens venit ad arborem. Vel ſitiuit: id eſt, in cruce ſalutem humani generis ſitiuit. Vnde dictum eſt: De torrente in via bibit. Et ſanPſal.109.a cti currunt & ſitiunt. Currũt,vt Paulus dicit:Curſum cõſummaui,fidẽ ſeruaui. Sitiunt,vt dic- 2.Ti.4.b. tum eſt:Beati qui eſuriũt,& ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi Matt.5.a. ſaturabuntur. p ¶Ore ſuo benedicebãt:& corde ſuo maledicebant.)Proferebant ad ſeducendum ore venefico bona, cùm mala cordibus retinerent. q ¶Veruntamẽ deo ſubF iecta erit anima mea:ab ipſo enim ſalutare meũ. Nã & ipſe deus meus,& ſalutaris meus,adiutor meus non emigrabo. In deo ſalutare meũ,gloria mea deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt.)Poſt interiectionem diapſalmatis profitetur ſe ſiue adiutorium,ſiue gloriam ab ipſo habere:qui nobis de his omnibus à paſſionis ſuæ cõtumelia reliquit exẽpla. r ¶Sperate in eo omnis congregatio populi.) Ipſe eſt & auxilium, & ſpes:in quo omnis cœtus eccleſiaſticus ſperare debet ac deprecari,ſicut ſequitur: ſ ¶Effundite coram illo corda veſtra:deus adiutor noſter in æternum.) Si cum fletu ei occulta cordiũ reſeramꝰ,vt oẽs faciunt ſancti: adiutoria eiꝰ adipiſcemur. Nã qa hæc peccatores omittũt,adiecit: t ¶Verũtamẽ vani filij hominũ:mendaces filij hominũ in ſtatheris vt decipiãt,ipſi in vanitate in idipſũ.)Qui ſub iuſtitię põderatiõe atq; eloquẽtię vanitate,decipiũt innocẽtes. Filij hoĩs,fi
lij Adã,filij trãſgreſſoris. Vnde dicit:Filij hoĩmvſq; quo gra Pſal.4.a. ui corde. Mẽdaces filij hominũ i ſtatheris. Salomon dicit:Põ Prou.20.b dus & pondus, mẽſura & menſura:vtrũq; abominabile apud deũ. Et in alio loco dicit:Stathera doloſa abominabilis dño: Ibidẽ.11.a. & pondꝰ æquũ volũtas eius. u ¶Nolite ſperare in iniqtate:& rapinas nolite cõcupiſcere:diuitię ſi affluant, nolite cor apponere.)Quia qui in his ſperauerit,regnum capere cœleſte non poteſt. Vnde dicit Apoſtolus ad Timotheũ: Præcipe 1.Tim.6.d diuitibus

G diuitibus huius ſeculi non ſperare in incerto diuitiarum,ſed in deo viuo:qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum. a ¶Semel loquutus eſt deus,duo.)Quòd ait ſemel, firmitatem dictorum oſtendit:q; duo,noui veteriſq; teſtamẽti vnum demonſtrat authorem.Semel loquutꝰ eſt deus duo, hæc audiui.Semel non ad numerum referendum eſt,ſed ad ſentẽtię firmitatem. Quæ ſunt autem quæ duo pariter audiuit?Et poſſe deũ omnia,& in ſui iudicij veritate miſereri. Quidam ita dicunt: Semel deus loquutus eſt in lege:& eadem rurſꝰ in euangelio præcipit. b ¶Hæc audiui, qa poteſtas dei eſt.)Per hęc duo teſtamenta, poteſtatem, miſericordiam, iuſtitiamq; dei cognouit:ſicut ſequitur: c ¶Et tibi domine miſericordia:qa tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.)
Ioan.5.d. Ipſe enim omne iudiciũ accepit à patre:vt negligentibus damnationem, pœnitentibus miſericordiam,iuſtis præmia præparet: q
H nos à iudicio mortis eripiat:noſq; ſibi quaſi alumnos proprios ſubdat:conformẽſq; corpori ſuo factos,æternitati ꝓpetuæ dignãter adſciſcat. Quia poteſtas dei eſt. Poteſtas fuit:quia oẽs creaturas ex nihilo creauit. Miſericordia, in regendo,& gubernando.
Gene.7.& 8. Poteſtas fuit in diluuio: miſericordia liberauit Noë. Quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua: bona bonis,mala malis. Damnas peccatores:remuneras iuſtos.
d ¶Pſalmus Dauid cùm eſſet in deſerto Idumææ.) Dauid figurã
Dauid. tenet Chriſti. Dauid interpretatur fortis manu, ſiue deſiderabi-
Idumæa. lis. Idumæa interpretaꝫ ſanguinea, ſiue terrena. Deſertũ,hoc eſt,derelictum:id eſt,ipſe populus Iudaicus:vel gentilis, qui in ſanguine vel terrenis videntur commorari. Pſalmus aduẽtus dominici declarat myſterium:de quo ſe propheta quaſi illuminatum cernens, exultat & dicit: Pſalmus LXII.

e I Deus deus meus, ad te de luce vigilo.) Licèt omnes ſancti in deo die noctuq; vigilent:hic tamen in oratione ſua, pleno diuinæ lucis ſplendore refulget.
f ¶Sitiuit in te anima mea,q̃ multipliciter tibi caro mea.In terra deſerta,& inuia,& inaquoſa.)Sitit in deo,& animæ,& cordis affectu: nihil dubium, nihil aduerſum in ſe retinens: ſed inter ariditates ac ſolitudines iſtius ſeculi,eum tota mente deſiderat: illum habens ardorem,quo iuſtitia dei ſitit. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Anima quidem deſiderat deum:ſed ad deſideratum finẽ carnis laboribus peruenitur. Ideo multipliciter caro deũ quærit:quia multis afficitur iniurijs. Deſcribit iuſti viri egeſtatem,tormẽta,vigilias,ægrotationem. Sitiuit dominus fidem eccleſiæ: & eſuriuit ſalutem humani generis. Sic & eccleſia
Matt.5.a. quotidie ſitit Chriſtum. Vnde dicitur: Beati qui eſuriunt,& ſitiunt iuſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. Multipliciter caro:quia plus ſuſtinet caro,q̃ anima. Quanuis anima per cogitationem crucietur in corpore:corpus tamen ſuſtinet à foris tribulationem. Vult liberari:id eſt, deponere mortalitatem. In terra deſerta,in inuio & inaquoſo. In deſerto,vbi nõ eſt via neq; aqua,mũdus intelligitur. Deſertum,propter peccatores dicitur. g ¶Sic in ſancto apparui tibi.)In hac ſiti degens,ſanctus apparebo tibi. Hìc propheta propter ſpem ſuam,futurum pro præterito poſuit. h ¶Vt viderẽ virtutem tuam,& gloriam tuam.) Chriſtum vtique qui, iuxta

in iniquitate:& rapinas nolite cõcupiſcere:diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.Semel loquutus eſt deus duo,hęc audiui,quia poteſtas dei eſt,& tibi domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

d Pſalmus Dauid cùm eſſet in deſerto Idumææ. LXII.

e Deus deus meus,ad te de luce vigi
f lo. Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea. In ter
g ra deſerta,inuia & inaquoſa,ſic in ſanctõ
h apparui tibi:vt viderem virtutem tuam,
i & gloriam tuã. Quoniam melior eſt mi-
k ſericordia tua ſuper vitas:labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea:
l & in nomine tuo leuabo manus meas. Si-
m cut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& labijs exultatiõis laudabit os meum. Si memor fui tui ſuper ſtratũ meũ,
n o in matutinis meditabor in te: quia fuiſti
p adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tua-
q rum exultabo: adhæſit anima mea poſt
r te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi verò in
ſ vanum quæſierunt animã meam:introibunt in inferiora terræ:tradẽtur in
u manꝰ gladij,partes vulpium erunt. Rex verò lætabitur in deo: laudabuntur omnes
a qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

h In finem pſalmus Dauid. LXIII. Exaudi

a Semel loquutus eſt deus duo,hęc audi-
b ui,quia poteſtas dei eſt,& tibi domine mi-
c ſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua.

d Pſalmus Dauid cùm eſſet in deſerto Idumææ. LXII.

e Deus deus meus,ad te de luce vigi
f lo. Sitiuit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea. In ter
g ra deſerta,inuia & inaquoſa,ſic in ſanctõ
h apparui tibi:vt viderem virtutem tuam,
i & gloriam tuã. Quoniam melior eſt mi-
k ſericordia tua ſuper vitas:labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea:
l & in nomine tuo leuabo manus meas. Si-
m cut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& labijs exultatiõis laudabit os meum. Si memor fui tui ſuper ſtratũ meũ,
n o in matutinis meditabor in te: quia fuiſti
p adiutor meus. Et in velamẽto alarũ tua-
q rum exultabo: adhæſit anima mea poſt
r te: me ſuſcepit dextera tua. Ipſi verò in
ſ vanum quæſierunt animã meam:introibunt in inferiora terræ:tradẽtur in manꝰ gladij,partes vulpium erunt. Rex verò lætabitur in deo: laudabuntur omnes
a qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

h In finem pſalmus Dauid. LXIII. Exaudi

1.Cor.1.d. Apoſtolum,patris & virtus,& claritas eſt. Virtutem: quia vicit diabolum, & liberauit genus humanum. Virtutem di- K
cit:quia quod infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus. Sic in ſancto apparui tibi:id eſt,in ſancto deſiderio. Et gloriam tuam:id eſt gloriam reſurgentis à mortuis,ſedentis ad dexteram patris. i ¶Quia melior eſt miſericordia tua ſuper vitas.) Miſericordia tua vitã præſtat æternam. Vita præſens ſæpe mortem operatur. Miſericordia tua, qua liberaſti nos de poteſtate diaboli. k ¶Labia mea laudabunt te domine. Sic benedicam te in vita mea.) Bene in vita ſua labijs deum laudat, qui in eo viuit: quia ſcit alibi dictum: Non Pſal.113.d.
mortui laudabunt te domine. Poſt miſericordiã, laus:hìc orãdo, illìc laudando. l ¶Et in nomine tuo leuabo manꝰ meas.) Perfecti operis bono à te ſublímabor. Chriſtus tota die expan- Eſa.65.a.
dit manus in cruce ad populum non credentem, & contradicentem ſibi. Velut Paulus in perſo- 1.Tim.2.c
na ſanctorum leuans manus puras ſine ira, & diſceptatione. Per L
manus, opera intelliguntur.
m ¶ Sicut adipe, & pinguedine repleat anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.) Non in adipe ac pinguedine hircorum vel agnorum: ſicut priſcorum holocauſtomatum mos eſt: ſed corde puro, & ore mundo concinam nomini tuo. Sicut illud holocauſtum in anterioribus acceptum tibi fuit: ſic repleatur anima mea de pinguedine gratiæ ſpiritus ſancti. Labijs exultationis laudabit os meum. Hic orationes, & illic laudationes,& lætitia ſempiterna. n ¶Sic memor fui tui ſuper ſtratũ meũ.)In lectulo pudicitię atq; ſanctitatis memor ſum tui: quia immemor ſum delectationis mundanæ. Sic memor fui tui. Dicit hæc eccleſia:& in requie, & in tribulatione,nõ tui fui oblitus. o ¶ In matutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meꝰ.)Meritò cõfitetur adiutorem:quia per integritatem fidei,matutina eiꝰ delectatur reſurrectione. Vtinã & M
nos per ſplendorẽ puri pectoris mereremur ĩ eo in ſpirituali lætitia delectari. p ¶Et in velamento alarum tuarũ exultabo.)Cœleſtis auxilij protectione ſe tutandũ putat: ideo in eo exultat. q ¶Adhæſit anima mea poſt te:me ſuſcepit dextera tua.)Relicto ſeculo dei dextera:id eſt,ab eius ſalutari ſe ſuſceptũ teſtaꝫ. r ¶Ipſi verò.) Hoc eſt,inimici. ſ ¶In vanum quæſierunt animã meam.) Quia incaſſum ei nocere voluerunt. t ¶Introibunt in inferiora terræ.) In inferno dãnabuntur. u ¶Tradẽtur in manus gladij.)In perpetuitatẽ tormentorũ,qbus detruncandi ſunt. x ¶Partes vulpium erunt.)Sortẽ Herodis,qui à dño vulpes dictus eſt, ſu- Lucæ.13.g
ſcepturi. y ¶Rex verò lætabiꝫ in dño.)Chriſtus in patre poſt reſurrectionem. z ¶Et laudabunꝫ omnes qui ſperãt in eo.)Qui ſuſcepta ſacramẽta eius inuiolabiliter ſeruauerũt. a ¶Quia obſtructũ eſt os loquẽtiũ iniqua.)Iudæorũ & principum ſacerdotum os reſurgente dño oppilatum eſt, creſcente teſtimonio veritatis. Et nos deprecemur dominũ: vt in eius lucem vigilantes, ipſum iugiter ſitientes, mereamur eo largiente bonis operibus adimpleri.
b ¶In finẽ pſalmꝰ Dauid.)Pſalmus vocẽ cõtinet prophetæ deũ iugiter deprecãtis: vt nõ ſolũ ſua peccata,ſed & alia malorũ venena ipſo protegẽte poſſit euadere. Sed & nos intelligere debemꝰ id quod in eo canit,in credẽtibꝰ poſſe impleri.

Pſalmus

A Psalmus LXIII.

a EXaudi deus orationē meā cùm deprecor: à timore inimici eripe animā meā.) Credenti deum, multa sunt tentamenta, secundū Apostolum: Omnes, inquit, qui volūt
2.Tim.3.c piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patiuntur. Vnde intentè nos in oratiōibus vigilare oportet, vt repugnare possim⁹ vitijs. A timore inimici: id est, diaMatt.10.c boli persecutoris: vt illud: Nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autem nō possunt occidere: sed potius eum timete, q potest corpus, & animā perdere in gehennam. b ¶Protexisti me à cōuentu malignantiū, à multitudine operantiū iniquitatem: quia exacuerūt vt gladiū linguas suas.) Malignātur iniqui, & acuunt linguas suas, vt blasphement: sed sanctus hic non cōturbatur: quia à deo protegitur. A conuētu malignantium: id est, Iudæorum, vel persecutorū. Exacuerunt vt gladiū linguas suas. Alio loco di
Psal.56.a. cit: Lingua eorū gladius acutus.

B c ¶Intenderūt arcum suū.) Doctrinam suam. d ¶Rem amaram.) Vt doctrinis dolosis decipiant paruulos Christi: siue neophytū in baptismo, siue illū qui adhuc ignorat mysteriū doctrinæ cœlestis. e ¶Subitò sagittabunt eum, & nō timebunt.) Cū eū dolosè venenosi sagittant. Subitò, quasi ex improuisò: id est, in excessu. Et nō timebunt: hoc est, deum & iudiciū eius. f ¶Firmauerunt sibi sermonē nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerūt, quis videbit eos?) Cùm se in hac malitia firmāt, vt hos deceptionis laqueos huic rudi intendant: nō putāt hoc deum posse cognoscere: cui nihil occultum latet: qui & nostras quoque animas potens est à sagittis eorū largis pietatis suæ armis defendere. g ¶Scrutati sūt iniquiC tates: defecerunt scrutantes scrutinio.) Hæretici quoque scrutātur scripturas sanctas: & non spiritualiter tractantes, vanas exinde proferunt quæstiones: q̄bus nos per iniquitatem, & dolum cupiunt illaqueare. Sed nil prꝙualentes, ipsi potius à deo scrutati atque exinaniti, relicti sunt vacui. h ¶Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur deus.) Si cum sapientia dei ad alti cordis intellectū quis accedens ista discriminet: id est, veritatem ac falsitatem discernat, tunc deus exaltabitur. Qui cùm sit altissimus, tamen de eo quando rectè sentimus, sublimatur in nobis.

i ¶ Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.) Intelligentes enim iusti cùm viderint hunc paruulum quem superius exposuimus, ab hoc persuasionis veneno infici: cùm eleuauerint vocem suam vt eum corrigant, protinus erunt iniquis verba eorum quasi plagæ. k ¶Et infirmata est contra eos lingua eorum.) Nullam capit stabilitatem elocutio eorum: sed dolus eorū reddet eos infirmos. l ¶Cōturbati sunt omnes qui videbant eos.) Confusi & conturbati sunt, qui se simili errore implicitos recognoscūt. m ¶Et timuit omnis homo.) Iudicium sibi imminere diuinum.

n ¶Et annūciauerunt opera dei: & facta eius intellexerūt.) Cōpuncti enim corde, intelligūt, annunciantq; mirabilia dei.

o ¶Lætabit iust⁹ in dño, & sperabit in eo.) Sicut impi⁹ pro infidelitate sua formidat: ita iustus per spem æternitatis suæ D exultat in dño. p ¶Et laudabūtur oēs recti corde.) Quia deum visuri sunt. Beati enim mundo corde: qm̄ ipsi deū vi- Matt.5.a
debunt. Qui nobis præstare dignetur: vt à sagittis inimicorū liberi, ab arcu falsitatis erepti, mereamur ab eo protegi: q sanctis omnibus pro spe salutis, gloriā tribuit immortalitatis.

q ¶In finē psalmus Dauid, canticū Hieremię & Ezechiel, & populi de captiuitate.) Iste psalmus in persona Christi cātatur: & de reuersione Babyloniæ in Hierusalē: & de nostra ad cœlestē Hierusalem. Psalmus LXIIII.

r TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddet votū in Hierusalē.) Nō theatralibus neq; simulachrorū templis, sed tibi omnipotens, laus ac votū iugiter est reddēdū in Sion: id est, in ecclesia, tuā gloriā specu lante: vel in cœlesti Hierusalē dign⁹ commemoraris inhabitator. Reddetur ergo tibi laus, quia de⁹ es: votum, quia redemptor es. E

s ¶Exaudi orationem meā.) Per spiritum sanctum: qui gemitibus inenarrabilibus interpellat pro nobis. t ¶Ad te omnis caro veniet.) Ac si diceret: Ad te conuertet omnis homo. u ¶Verba iniquorum.) Dogmata philosophorum, fatuitatesq; gentiliū.

x ¶Prævaluerūt super nos.) Cū te nescīremus, quomodo Hieremias dixit: Verè mendaciū & va Hier.16.d
nitatem loquuti sunt patres nostri, & non profuit eis. y ¶Et impietatib⁹ nostris tu propiciaberis.) Vsq; in finē nos fuissemus in errore, nisi tu propitius fuisses nostri: qui nos sanguine proprio mercatus es. Sic & Paulus apostolus ait: Qui nos recōciliauit deo 2.Cor.5.d
patri per crucem. z ¶Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.) Vocat deus omnes: nec vllum spernit, sed pauci sequuntur. Ergo qui se F
dignum eius electioni præbuerit, cohabitat ei cū apostolis sanctis in tabernaculis sempiternis. a ¶Replebimur in bonis domus tuę.) Id est, ecclesiæ, quæ diuersis munerum spiritualium exuberat bonis. b ¶Sanctum est templum tuū.) Homo ille in quo plenitudo diuinitatis inhabitat: de quo dicit ad Mariā: Et quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei: Lucæ.2.d
cùm in ea dñs carnem assumpturus inhabitabit. c ¶Mirabile in æquitate.) Quia non credētibus Iudæis, mirabiliter ipse dominus veritatē aperuit. d ¶Exaudi nos deus salutaris noster: spes omniū finium terræ: & in mari longē. Prouidens propheta, terræ, maris, ac finiū omnium, spem Christum esse annunciauit. Quòd autem se ab eo exaudiri postulat: sic intelligitur, ac si diceret: Iā veni, vt per te saluari merear. e ¶Præparans montes in virtute tua, accinctus potē tia.) Ipse dominus verbū caro factū est in assumpto homine. Accinctus potentia, celsitudinem mōtium diabolicæ dominationis oppressit: & sempiternis ignibus præparauit. Accinctus dei contrahit vestimentum. Non enim possumus expansam fortitudinis suæ vestem cognoscere. f ¶ Qui conturbas profundum maris.) Seculi huius profundam iactantiam, prædicatione apostolica commouens. g ¶Sonum fluctuum eius.) Quis sustinebit? In euersione enim simulachrorum

a EXaudi de⁹ orationem meam cū deprecor: à timore inimici eripe animam meā. b Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt c gladium linguas suas: intenderūt arcum d suum, rem amaram, vt sagittent in occul e tis immaculatum. Subitò sagittabunt f eum, & non timebunt: firmauerūt sibi sermonem nequam. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerūt, quis videbit eos? g Scrutati sunt iniquitates: defecerūt scrutantes scrutinio. h Accedet homo ad cor i altū: & exaltabitur de⁹. Sagittę paruulo- k rum factæ sunt plagæ eorum: & infirmā- l tæ sunt contra eos linguæ eorum. Cōturbati sunt omnes qui videbant eos: & m timuit omnis homo. Et annunciauerūt n opera dei: & facta eius intellexerunt. Lętabitur iustus in domino, & sperabit in o eo: & laudabuntur omnes recti p corde.

q In finem psalmus Dauid, canticū Hieremiæ, & Ezechielis, & populi peregrinationis: vel trānsmigrationis cùm inciperet proficisci. LXIIII.

r TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusa- s lem. Exaudi orationem meam: ad t ē omnis caro veniet. Verba iniquorum u x præualuerunt super nos: & impietati- y bus nostris tu propiciaberis. Beat⁹ quem z elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in a atrijs tuis. Replebimur in bonis domus b tuæ: sanctum est templum tuum, mira- c bile in æquitate. Exaudi nos deus salu- d taris noster: spes omnium finium terræ, & e in mari longè. Præparans montes in virtu- f te tua accinctus potentia: qui conturbas g profundū maris, sonum fluctuum eius.

Turbabuntur

G cognoſcamus in terra viam tuam. Hoc autem petimus, vt illumines vultum tuum: hoc eſt, imaginem tuã ſuper nos, quæ apud te ſemper abſcõdita fuit: & quaſi in ſecreto, & tenebris erat myſteriorum tuorum: ſecundum illud quod ſcriptum
Pſal.17.b. eſt: Poſuit tenebras latibulum ſuum. Hoc petimus, vt illumines ſuper nos: vt myſterium quod à generationibus abſcõditum fuit, iuxta Apoſtolum, reueletur in nobis. Hoc autem totum quare poſcimus, quare deſideramus? Niſi illuminaueris imaginem tuam ſuper nos, viam tuam, & ſcientiam tuam noſſe nõ poſſumus: vt maieſtatem tuam quæ in cœlis nota eſt, notam habeamus & in terra. Vt cognoſcamus
Ioan.14.a in terra viam tuam. Ego ſum, inquit, via, vita, & veritas. Vt cognoſcamus in terra viam tuam. In terra cognoſcamus: Fiat
Matt.6.b. voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: vt quem angeli adorãt in cœlis, homines quoq; adorent in terra. Sed dicet aliquis:
Pſal.75.a. quia nota erat via dei: Notus enim in Iudæa deus: in Iſraël magnum nomen eius. Notus erat deus, ſed dei via non erat nota in Iudæa. Quoniam ergo via dei patris non erat nota
H in Iudæis, propterea nunc dicit: In omnibus gentibus ſalutare tuum. Non in vno populo, ſed in cunctis gentibus. In omnibus gentibus ſalutare tuum. Vbi nos habemus in Latino, ſalutare: in Hebræo, Ieſus dicitur: Denique & angelus hoc lo
Lucæ.1.c. quitur: Et vocabis nomen eius Ieſum. Hic enim ſaluabit populum ſuum. In omnibus gentibus ſalutare tuum. Ecce completum eſt, quod apoſtoli deprecati ſunt: In omnibus gentibus notum eſt ſalutare eius. Quocunque humanus ſermo eſſe poteſt, ibi Ieſus reſonat. a ¶ Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.) Confiteantur tibi populi, Iudæorum? Non: ſed populi omnes confiteantur. Quomodo omnes gentes, ſic & omnes populi. Confiteantur tibi populi deus. Quid confiteantur? Vtique peccata ſua: vel certè confiteantur imaginem tuam eſſe in te. In filio te confiteantur: in illo te videant: in illo te adorent. b ¶ Letentur & exultent gentes.) Quoniam de captiuitate diaboli liberatæ ſunt: quoniam quæ antè incuruabantur ad adoranda idola, ligna & lapides, nunc erecto vultu cœlos reſpiciũt. c ¶ Quoniam iudicas populos in æquitate.) Vbicunq; æqtas eſt atque iudicium: ibi non lætitia, ſed formido eſt peccatorum. Et quomodo dixit: Deus miſereatur noſtri, & benedicat nos: & nunc dicit: Lætentur & exultent gentes: quoniam iudicas populos in æquitate? Videtur ſibi eſſe contrarius. Si enim miſericordia indigent, quomodo lætãtur & exI ultant: quoniam iudicas populas in æquitate. Vbicunq; enim miſericordia eſt, ibi non eſt iudicium: vbi autem iudiciũ eſt & æquitas iudicij, ibi procul eſt miſericordia. Sed iſte ſenſus eſt: Lætentur & exultent gentes. Quare lætentur? Quoniam iudicas populos in æquitate: quoniam nequaquam accipis perſonam vnius gentis, ſed omnium deus es. Non tibi ſoli Iudæi placent: ſed omnis mundus tuus eſt. Dicat aliquis: Vim facis ſcripturæ, non hoc ſenſu dixit. Interpretatur ſeipſa ſcriptura, quæ loquit: Quoniã iudicas populos in æquitate. Quos populos & gentes in terra dirigis: Gentes quæ antè non recto pede gradiebantur, feciſti eas vt ambularent in viam tuam. Vt cognoſceremus in terra viam tuam: vt ambularem⁹ in via, nõ in inuijs, & per vnam viam veniremus ad te, de quo naſcitur via. Non enim imus ad patrem, niſi per filium. Dicat aliquis: Arianorum dogma eſt. Ergo per filium venitur ad patrem. Ego hoc dico: quoniam per imaginem imus ad faciem: & in lumine videmus lumen: in filio videmus patrem. Myſterium & diſpenſatio eſt quę loquitur: Cæterùm ſi quis putat eſſe blaſphemum: quoniam viam diximus eſſe filium: & per viam imus quaſi ad deum: videamus hæc ipſa via qd
Ioan.6.e. dicat: Nemo venit ad me, niſi pater meus adduxerit eum ad me. Quomodo ergo filius ducit ad patrem: ſic & pater ducit ad filium. Hæc humana verba ſunt. Cæterùm & filius ducit ad patrem, & pater ducit ad filium: & vna natura,

a nibus gẽtibus ſalutare tuum. Cõfiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi po
b puli omnes. Lætẽtur & exultent gẽtes:
c quoniam iudicãs populos in æquitate: &
d gentes in terra dirigis. Cõfiteantur tibi populi deus, cõfiteantur tibi populi om-
e nes: terrã dedit fructum ſuum. Benedicat
f nos de⁹ deus noſter, benedicat nos deus:
g & metuant eum omnes fines terræ.

In finem

& vna ſubſtantia eſt. d ¶ Confiteantur tibi populi deus K confiteantur tibi populi omnes.) Iã ſuprà dixerat: & in iſto paruulo pſalmo, hos duos verſiculos iterum repetit. Dixerat enim ſuprà: Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes: Lætentur & exultent gentes, & cætera: & nunc rurſus repetit hos verſiculos, quaſi apoſtoli præcinant cunctis gentibus. Sæpe ex- Pſal.128.
pugnauerũt me à iuuentute mea, dicat nunc Iſraël: Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Vídete quomodo illi præcinunt: & omnium gentium turba reſpondet. Sic & nunc dicentibus illis in principio: Confiteantur tibi populi omnes: & præcipientibus apoſtolis, & dicentibus: Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes: quoniam illos vident reticeſcere, propterea idipſum iterant, & dicunt: Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Semel diximus, non audiſtis: iterum dicimus, vt canatis. Hoc autem totum quare diximus, & ſemel, & ſecundò vt confiteantur populi deo? Quare hoc dicimus: quare hoc præcipimus? Quoniam iudicas populos in æquitate. Iudæos, qui præ nimietate ma- L
litiæ, populi accipiuntur: iuxtà illud: Populi meditati ſunt Pſal.2.a.
inania. Et gentes in terra dirigis. Diriget eas in via vitæ, data peccatorum remiſſione. Cùm dicitur, omnes: non ſolum pro gentium populo, ſed etiam pro Iudæorum orat, vt & ipſi conuerſi, confiteantur Chriſtum filium dei. e ¶ Terra dedit fructum ſuum.) Terra, ſancta Maria: de noſtra terra, de noſtro ſemine: de hoc luto, de hoc limo, de Adam. Terra es, Gene.3.d.
& in terram ibis. Terra iſta dedit fructum ſuũ. Quod perdidit in paradiſo, inuenit in filio. Terra dedit fructum ſuũ. Primum dedit florem. Dicit & in Canticocanticorũ: Ego Cant.2.a.
flos campi, & lilium conuallium. Iſte igitur flos, fructus factus eſt: vt nos illum comederemus: vt nos manducaremus carnes eius. Vultis ſcire quis ſit iſte fructus? Virgo de virgine: dominus de ancilla: deus ex homine: filius ex matre: fructus ex terra. Videte quid dicat ipſe fructus: Niſi granũ fru- Ioan.12.d.
menti ceciderit in terram, & mortuum fuerit, non poteſt facere fructus multos. Terra dedit fructum ſuum: dedit granum frumenti. Quod granum frumenti cecidit in terram, & mortuum eſt: & ideo multos fructus affert. Multiplicatum eſt in ſpica: quod vnum ceciderat, in multis reſurrexit. Cecidit enim granum tritici in terram: & ſeges copioſa ſurrexit. Terra dedit fructum ſuum. Propterea confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes. Terra dedit fructum ſuum. Quis eſt iſte fructus? f ¶ Benedicat nos M
deus deus noſter, benedicat nos deus.) Deus, pater: deus noſter, filius. Ipſe enim deus noſter. Et vocabis, inquit, nomen ei⁹ Emmanuel: id eſt, nobiſcum deus. Deus noſter benedicat nos: deus ſpiritus ſanct⁹. Videte myſterium trinitatis in vno verſiculo comprehenſum. Terra dedit fructum ſuum. In iſto fructu, trinitatis myſterium continetur. Benedicat nos deus deus noſter. Qui deus eſt omnium per naturam, noſter propriè factus eſt deus. Benedicat nos deus. Expellat veterẽ maledictionem. Maledictio nos eiecit de paradiſo: reducat benedictio. g ¶ Et metuant eum omnes fines terræ.) Non
dixit: Diligant eum omnes fines terræ. Perfecta quippe di- 1.Ioã.4.d.
lectio, foras mittit timorem. Timere incipientium eſt: diligere, perfectorum. Qui adhuc timet, in initio eſt poſitus: nõ habet perfectam & plenam fidem. Qui autem diligit deum, omnia ei prouenient in bonum. Videtur breuis, & ſimplex eſſe ſententiola. Sed ventilemus eam: & in iſtis ſimplicibus verbis, ingentia myſteria reperiemus. Inueniemus intrinſecus, quod forinſecus latet. Diligentibus autem dominum, omnia cooperantur in bonum. Iob vir ſanctus tentatus eſt: perdidit filios & filias: domus ipſius corruit: vniuerſa perdidit: omnia repentè perdidit: nec pater: nec dominus. nihil enim illi remanſit in corpore ſanitatis, niſi ſola lingua per quam blaſphemare poſſet. Videte tentatorem diabolũ.

A planta,

A planta,inquit,pedis vsque ad verticem percussit eum vulnere pessimo:hoc est,elephantia. Inde toto corpore vermes
Iob.1.d. fluebãt,& sanies,& putredo. Solam linguam integram ei reseruauit,vt posset dominum suum blasphemare. In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Videte magnitudinem tẽtationis:videte magnitudinẽ virtutis. Videte & considerate sententiam Apostoli esse completam:
Rom.8.c. Diligentibus autem dominũ,omnia cooperantur in bonum. Eo tẽpore quo perdebat res suas, quo filios amittebat, videbantur quidem ei esse contraria quæ accidissent: sed quoniã diligebat dominum: illa mala quæ ei infert, cooperantur illi bona. Illi verò vermes corporis,præparabant ei cœli coronam. Antequam tentaretur, deus ei nũquam loquutus fuerat: postquam autem tentatus est, venit ad eum deus: & familiariter loquitur,quasi amicus cum amico suo. Veniant plagæ, omnia pœnarum genera, dũ post plagas,Christ⁹ adueniat. Egressi
B sumus de psalmo, sed non inutiliter: quia dixeramus: Et metuant eum omnes fines terræ:& dixeramus,quoniam metuere paruulorum est: cæterũm diligere, perfectorum: & dixeramus ad hoc comprobandum de Apostolo: Diligentibus autem dominum, omnia cooperantur in bonum. Et timeant eum omnes fines terræ. Nequaquam sola Iudæa,sed omnes fines terræ. Secundum Tropologiam autem, omnes fines terræ: non medietas terræ: Non illi qui in terra sunt media, sed qui in fine terræ sunt: qui relinquunt terram, & ad cœlos ire festinant. Hoc igitur quod apostoli dixerunt in principio,nos dicamus in fine. Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri: & notam faciet in terra viam tuam. Cùm manifestus in claritate venerit Christus, tunc omnibus notum faciet: cur tanta carnis humilitate descenderit. Terra dedit fructum suũ: Maria genuit saluatorem.

a In finem psalmus cantici Dauid. LXVII.

b c d e f g h i k Exurgãt deus, & dissipentur inimici eius: & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. Sicũt deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereãnt peccatores à facie dei. Et iusti epulẽtur,& exultẽnt in conspectu dei: & delectentur in lætitia. Cantate deo,psalmum dicite nomini eius: iterũ facite ei qui ascendit super occasum: dominus nomen illi.

l m n o p q r s t Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine: similiter eos qui exasperant,qui habitant in sepulchris. Deus cùm egredereris in conspectu populi tui: cùm pertransires in deserto terrã mota est: etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai: à facie dei Israël.

a ¶In finem psalmus cantici Dauid.)Psalmus, opera: canticum,intelligentia mentis spiritualis. Sexagesimusseptimus psalmus si intelligatur spiritualiter, refertus legis euangeliorúmque reperitur sacramentis: qui sic inchoat ex voce
C prophetica: Psalmus LXVII.

b Exurgat deus,& dissipentur inimici eius.)Et specialiter intelligitur iste psalmus, & generaliter. Specialiter de ipso domino,vt resurgat à mortuis: & disperdat inimicos suos: hoc est,diabolum & exercitum ei⁹,aut Iudæos. Generaliter autem, quando in tribulatione sumus & angustia,
Psal.43.d & dicimus: Exurge,vt quid dormitas domine? Exurge & adiuua nos. Quomodo & apostoli in nauicula excitant dominum dormientem,dicentes: Magister,salua nos: perimus.
Matt.8.c. c ¶Et fugiant qui oderũt eum à facie eius.) Non dixit,pereant: sed,fugiant: quia peccatores in conspectu dei non possunt stare. Præuidens propheta orat: vt eo exurgente,diabolicæ dominationes effugiant: quia & nunc indubitanter credendum est, quòd ad inuocationem eius nominis stare non possint. d ¶Sicut deficit fumus,deficiãt.) Nõ vt in nihilũ reducantur,sed vt quiescant à peccatis suis. e ¶Sicut fluit cera à facie ignis.)Sicut cera soluitur,& non perdit naturam suam,sed mollescit: sic & isti non pereant, sed deponant malitiam suam: & sic conuertantur ad pœnitentiam & saluentur. f ¶Sic pereant peccatores à facie dei.) Quia peccatores non sunt digni videre deum. g ¶Et iusti epulentur.) Qui permanẽt in sua iustitia, qui vitia nõ habent,delectẽtur in domino. Vel aliter: Pœna eos iudicij prosequatur: vt quasi fumi tenuitas deficiant: & vt cera ante ignis faciem dissol-

uantur,epulantibus sanctis in cœlestibus bonis. h ¶Exultent in conspectu dei,& delectentur in lætitia.) Grãdis fiducia est,exultare in conspectu domini. Sicut dispẽsator creditam sibi à domino substantiam si malè tractauerit & perdiderit, timet domini præsentiam: ita & qui bene dispensauerit, exultat in domini præsentia. Exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia: non solum de vindicta, sed etiam de beatitudine sempiterna. i ¶Cantate deo,psalmũ dicite nomini eius.) Cantare,in theoria semper significat scriptura: hoc est, considerare mysteria, & sensum diuinæ scripturæ. Psallere autem in bono ope significat scriptura: verbi gratia, vt auditus suum opus præstet. Similiter & os, & oculi, & manus,& omnia mẽbra,si consentiunt, & ita percutiunt psalterium in virtutibus. Largitori lætitiæ sempiternę canite: cumq; vocibus honorate. k ¶Iter facite ei q ascendit super occasum: dominus nomen est illi.) Docet E
vt compressis peccati tumorib⁹, plenam ei in cordibus nostris viã per iustitiam præparemus: qui super occasum mortis ascendẽs, victor remeauit ex inferis. Si nõ nobis ôccidat sol iniquitatis,non potest nobis oriri sol iustitiæ, cuius sanitas in cœlis est.
l ¶Exultate in conspectu eius.)In eius enim nos conspectibus gaudere oportet: & non in huius seculi illecebris delectari. m ¶Turbabuntur à facie eius patres orphanorum, & iudices viduarum.)Illi qui se nunc tutores, & iudices dicunt: & hac occasione decipiunt res inopum: confundentur, cùm respicere cœperit altissimus. n ¶Deus in loco sancto suo.) In anima fideli. Semper deus in sanctis suis habitat. Vbicunque sanctitas est, ibi habitaculum dei est.
o ¶Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo.) In ecclesia,in qua fideliter consistentibus spiritum charitatis infundit: qui vnius moris sunt,& non mutantur. Siquidem iustus non mutatur: quia semel iudicauit in iustitia permanere. Peccator autem mutatur. Insipiens enim sicut luna mu- Eccli.27.
tatur. In Hebræo autem habet: Domin⁹ inhabitare facit monachos in domo: id est, in quibus non cohabitat peccatum. b
p ¶Qui educit vinctos in fortitudine.)Ipse deus sua virtute educit eos, qui ligati sunt à diabolo in peccatis: sicut illa F
mulier in euangelio,quæ ligata fuerat decem & octo annis à Luc.13.b.
diabolo. q ¶Similiter eos qui exasperant, qui habitãt in sepulchris.)Deus natura dulcis est. Qui autem ad amaritudinem eum adducunt,peccatores sunt,& faciũt sibi amarum deum. Non naturam suam mutant,sed ipsi sibi peccatores faciunt amarum deum. Qui habitãt in sepulchris. Alligatum infra domum suam fortẽ: id est,diabolum: qui peccatis vincti tenebantur,absoluit: & illos qui idolis dediti, deum iritauerant: & tanquam in sepulchris iacebant mortui, liberauit: sicut illud in euangelio: Væ vobis scribæ & pharisæi: Matt.23.c
quoniam similes estis sepulchris dealbatis. Sicut sanctus,templum dei est: sic sepulchrũ sibi efficitur peccator. r ¶Deꝰ cùm egredereris in conspectu populi tui.) Hoc secundũ historiam,quando deus antecedebat populum suum egredien- Exod.14.
tem de Aegypto. s ¶Cùm pertransires in deserto.) Deus non immoratur in deserto, sed pertransit. t ¶Terra mota est: etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai: à facie dei Israël.)Cœli distillauerunt: hoc est,manna. Sinai interpre- Exod.16.
tatur,tentatio. Ergo deus in eis habitat,qui tentantur & superant. In eis autem qui in delitijs sunt, non inhabitat. Etenim cœli distillauerunt à facie dei Sinai, à facie dei Israël. Vnum noui veterisq; testamẽti hic designat authorem. Nam qui coram Israëlitico populo in deserto præcessit, ipse in

Exod.16. G euangelijs deserta gentium visitauit. Et per quem tunc in Sina huic generationi manna defluxit: ipse Christianæ genti corporis sanguinisq; sui manna in ecclesia subministrat.

a ¶ Pluuiam voluntariam segregabis deus hæreditati tuæ.) Prædicationem sanctam, quæ per apostolos in corda hominum profluа irrigatione descendit. Vel de lege dicit, quæ data est per Moysen. b ¶ Etenim infirmata est.) Vel cùm Paul⁹ iudicium mortis in se habuit: vel cùm Petrus dominum ter negauit: siue cum reliqui apostoli, relicto in passiõe domino fugerũt. Infirmata est lex: quoniam nemo potuit implere eam, nisi domin⁹ Matt.5.b. qui dixit: Non veni soluere legẽ, sed adimplere. Et secundũ Apo- Gala.4.a. stolum: impossibilitatem enim legis in quo infirmabatur, deus filium suum misit: factum ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant, redimeret.

c ¶ Tu verò perfecisti eam: animalia tua habitabunt in ea.) Re- H surrectio enim tua quod titubabat auertens, ita hãc prædicationem ad perfectum duxit: vt in ea gentes quæ prius tanquam irrationabilia habebantur animalia, commorarentur. Animalia tua habitabunt in ea: hoc est, in hæreditate. Animalia autem dixit eos, qui in deo viuunt: hoc est, sanctos. Vel aliter: Pluuiam voluntariam segregabis. Pluuiam voluntariam aut præcepta, aut mãna debemus accipere. Et infirmata est: tu verò perfecisti eã. Lex quæ per transgressionem Iudæorum fuerat infirmata, euangelij gratia veniente completa est. d ¶ Parasti in dulcedine tua pauperi deus: dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.) In Hebræo habet: Quę euangelizantur: hoc est, mulieri- Matt.28.c bus: quæ euangelizabant apostolis: vbi dicitur: Euntes dicite fratribus meis, & cætera. Aut animas significat, quæ crediderũt in Christo. Secũdũ septuaginta aũt interpretes, ad apostolos dicitur: quia dominus dedit eis virtutem prædicandi euangelium. Hæc dulcedo pluuiæ, quæ mellis ac faui saporẽ vincit: in pauperibus: id est, in sanctis dei defluxit: quæ ab ore apostolorum iubente deo, cum multa virtute processit.

e ¶ Rex virtutum dilecti dilecti.) Virtutes dilecti dei: id est, Christi, apostoli sunt. Dominus ergo qui est rex virtutũ dilecti, dabit euangelizantibus virtutem multam in prædican- I do: vt ecclesiæ deuictis hostibus, Iudæis, siue dæmonibus, spolia partiantur. Pulchritudo domus, ecclesia est: cuius diuisa referuntur spolia: id est, cùm credentes diuisi ab idolis, diuersos ministeriorum gradus in ea sortiti sunt: distribuente ipso dilecto patris, & cooperante paracleto. Rex virtutum dilecti. Rex, pater: virtutum: hoc est, sanctorũ. Dilecti, filij. Ec- Matt.17.a ce filius meus dilectus, ipsum audite. Dilecti. Si quis aliquem diligit, semper in ore eum habet. Ergo spiritus sanctus propter amorem quem habet in filium, frequẽter eius meminit.

f ¶ Et speciei domus diuidere spolia.) Ipsi apostoli diuidũt in ecclesijs spolia, quæ acceperunt de idolis. g ¶ Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in pallore auri.) Cùm duobus credideris testamentis, inuenies in vtroque spiritum sanctum. Et licèt sit pulchritudo etiã iuxta literam, scire quæ legas: tamen vis decoris omnis in sensu est. Exterior itaque verborũ ornatus in argẽti nomine demonstratur: occultiora verò mysteria in reconditis auri muneribus continentur. Si dormiatis inter medios cleros: hoc est, si quiescatis inter nouum, & vetus testamentũ: inuenietis in duobus testamentis gratiam spiritus sancti. Cleri dicuntur singuli libri: hoc est, Genesis, Exodus, Iudicum, Euangelia, Apostolus. Pennæ columbę deargentatæ. Deargentatæ, clarum verbum significat diuinæ scripturæ. Et posteriora dorsi eius in pallore auri: hoc est, in

a Israël. Pluuiãm voluntariam segregabis
b deus hæreditati tuæ, & infirmãta est: tu
c verò perfecisti eam. Animalia tua habi-
d tabunt in ea: pãrasti in dulcedine tua pau
peri deus. Dominus dabit verbum euan
e gelizantibus, virtute multa. Rex virtu-
f tũ dilecti dilecti: & speciei domus diuide-
g re spolia. Si dormiãtis inter medios cle-
ros pennæ columbæ deargentatæ, & po-
h steriora dorsi eius in pallore auri. Dum
discernit cœlestis reges super eam, niue
i dealbabũtur in Selmon: mons dei mons
pinguis. Mons coagulatus, mõs pinguis:
k vt quid suspicamini montes coagulatos.
l Mons in quo beneplacitum est deo habi-
m tare in eo: etenim dominus habitabit in
n finem. Currus dei decem milibus multi-
o plex miliã lætantium: dominus in eis in
p q Sinai in sancto. Ascendisti in altum, cepisti

interioribus, spiritualiter mysteria intelliguntur. Si vsq; ad K consummationem vitæ præsentis, quæ sæpe somnus accipitur, inter duo testamenta: id est, nouum vetúsque testamentum quiescatis: inuenietis in his spiritum sanctum: cui⁹ pennæ in prædicatoribus deargentatæ, pro eloquij pulchritudine resplẽdẽt. In posteriora verò, quæ scapulæ dicũtur, eo quòd pectus operiant, bonæ conscientiæ fructus ostenditur: quæ post peractum euangeliũ in auri specie: id est, in honore regio cõmutantur. h ¶ Dũ discernit cœlestis reges super eam niue dealbabũtur in Selmon.) Reges dixit sanctos, qui repugnant suis passionibus. Isti ergo sancti diuidũtur in ecclesijs: sicut Paulus in gẽtibus, Petrus in circũcisione. Cœlestis dominus, separatos hos ab idololatrijs quos superius diximus, cõstituit in illius dom⁹ pulchritudine reges. Sed prius niue dealbabũtur in Selmon. Hoc est quod dicit, licèt sancti sint: sed tamen in isto seculo sunt quasi vm L bra, ex parte cognoscentes. Selmon, vmbra interpretatur. Cùm igitur rex cœlestis Christ⁹ in ecclesia sua cœperit apostolos, & principes constituere atque diuidere: nõ habebunt plenam lucem, sed partẽ aliquam scientiæ: quia nunc ex parte videm⁹, 1.Cor.13. & ex parte prophetam⁹. l ¶ Mons dei, mons pinguis: mõs coagulatus, mons pinguis.) Iste est mons ad quem & in Esaia Esaiæ.2.a. & in Michea: vt ascendentes pergant, se inuicẽ cohortantur. Mich.4.a Quod autem ait, coagulatus: apostoli cõgruit verbis, qui ait: Lac vobis potum dedi, nõ escam. Vel mons, qui in Ezechiele 1.Cor.3.a. vulnerat principem Tyri. Montem autẽ dicit ipsum domi- Ezec.26. num. k ¶ Vt quid suspicamini montes coagulatos.) Hoc ad Iudæos dicit, qui existimant Moysen, & prophetas similes esse saluatori. l ¶ Mons in quo complacuit deo habitare in eo.) Sensus iste est: Nõ debetis existimare plures esse ecclesias, quæ habeant vbera doctrinarum: & possint credentes scientiæ lacte nutrire. Vna est ecclesia, & vnus Christus sponsus ecclesiæ. In nullo enim alio inhabitabit iugiter spiritus sanctus, nisi in saluatore, Ioanne dicente: In quem vide- Ioan.1.c. ris spiritum descendentẽ, & manentem in eo: ipse est qui exciſus sine manibus, impleuit latitudinem omnis terræ: id est, dominicũ hominem. m ¶ Etenim domin⁹ habitabit in finem.) In corpore, quod accepit de sancta Maria: quia cũ eo M est euectus in cœlum. n ¶ Currus dei decem milibus multiplex.) Hyperbolicè dicit administratorias potestates & sãctos: qa innumerabiles sunt, sicut dixit in Daniele: Mille mi- Danie.7.c lia ministrabant illi: & decies centena milia assistebant ei. Et in Ezechiele describit, Cherubim quatuor pennarũ, in qua- Ezech.1. tuor angulis habere quatuor personas: cuius auriga deus est. & 10. Cherubim autem interpretatur, scientiæ plenitudo. Significat autem persona leonis, regalem: hoc est, regnare passionibus: persona hominis, rationabilem: persona vituli, in opere: persona Aquilæ, in contemplatione: hoc est, in theoria: quæ nos exaltat in virtutibus. Simul autẽ vt dicamus: Thron⁹ dei in sanctis est. Decem milibus multiplex. Multa enim milia curruum secularium, deuicerunt euangelizantes Christũ in vniuerso mundo. o ¶ Milia lætantium dominus in illis.) Ministeria diuina hic esse indicat. p ¶ In Sinai in sancto.) Hoc est, in sanctis est deus quando tentantur: & post tentationẽ sequitur sanctitas. Impossibile est enim aliquem, licèt sanctus sit, sine tentatione transire in hoc seculo, secundum Iob: Tentatio est vita hominis super terram. q ¶ Ascen- Iob.7.a. disti in altum, cepisti captiuitatem.) Ascendisti in cœlos: captiuasti nos, qui captiui tenebamur à diabolo. Qui quõdam in Sinai descendens, populo legem distribuit: ipse nunc in sancto, id est, in assumpto homine, de quo angelus ad Mariã:

Quod

Lucæ.1.d. A Quod naſcetur ex te,ſanctum vocabitur) cœlorum excelſa conſcendens:eos qui in captiuitate diaboli tenebantur, abſoluit:ac poſt ſe tãquam captiuos deductos æternæ vitæ reſtituit. Sic & carnem aſſumptam, quaſi captiuam euexit ad ſydera. a ¶ Accepiſti dona in hominibus.)Bene dixit,accepiſti. A patre accepit: accepit vt homo,dat vt deus:& quod accepit, hominibus accepit vt det. Ipſe enim plenus eſt, & nihil indiget. Dedit dona ſpiritualium gratiarum hominib⁹: qui per fidem ad eum deinceps acceſſerunt. b ¶ Etenim non credentes,inhabitare dominum deũ.)Et his hominibus:id eſt, ex gentibus populo largitus eſt Chriſtus: qui non credebãt deum inhabitare poſſe mortalibus:& hos ſaluaſti,q non credebant quòd poſſibile eſt deũ habitare ĩ homĩib⁹:hoc eſt,ſaluatorem accipere carnẽ. Vel etiã eis miniſtrauit bona,qui erãt ſine ſpe quòd in eccleſia eius inhabitare poſſint. c ¶ Benedictus domin⁹ die quotidie.) Qui pro- B ficit, quotidie poteſt benedicere deum. Quid enim mihi prodeſt, ſi heri benedixi:& hodie nõ poſſum benedicere? Et pro ſuperioribus beneficijs: & quod nũc nobis ad ſe veniendi planũ prꝑarat iter,aſſiduè eſt benedicendus. d ¶ Proſperũ iter faciet nobis deus ſalutariũ noſtrorum.) Quia ab ipſo ſaluamur. Proſperum iter faciet nobis deus ſalutariũ noſtrorum. Securus eſto peccator:noli dubitare q̃ quotidie poſſis benedicere deũ. Ecce enim dicit: Proſperum iter faciet nobis deus. Ergo deus adiuuat nos, & cooperatur nobis. Salutarium noſtrorũ. Bene dixit pluraliter, ſalutariũ: q̃ quanta peccata commiſim⁹,tot & ſalutes habemus. Diapſalma in Hebræo habet סֶלָה ſela:hoc eſt,ſemper & iugiter. Ergo de⁹ ſemp nos adiuuat. e ¶ Deus noſter.) Quia præter ipſum aliũ neſcimus. f ¶ Deus ſaluos faciendi:& domini dñi exitus mortis.)Prẽſto eſt enim vt ſaluos faciat pereuntes:quia pro redẽptione noſtra natus.Et domini domini eſt exitus mortis:quia prior mortis exitum patefecit,dicente Apoſtolo:Factus eſt,inquit, primogenitus mortuorum:quoniam ipſe reſurrexit à mortuis,& nos ſimul fecit reſurgere. Aliter:Diabolus introitus eſt mortis: domin⁹ verò educit. g ¶ Veruntamẽ deus cõfringet capita inimicorum ſuorũ.)Ab exitibus mortis egreſſus confregit capita C diaboli,& omnes virtutes eius. Tu cõfregiſti capita draconis in aqua. Quot peccata ſunt,tot capita habet diabolus:Principatus & poteſtates quæ tanquã caput cunctis eminebant: hoc eſt, diabolicas dominationes. h ¶ Verticem capilli perambulantiũ in delictis ſuis.)Summitatem extollẽtiæ eorum qui pœnitentiam negligentes,perdurãt in peccatis. Intantum enim confringitur caput eius,vt non remaneat in eo aliqua virtus qua ſtimulet peccantes. Summum capitis,capillus eſt:& capilli,vertex. Ergo hoc dicit,quòd nec minimum remaneat in diabolo,quod non frangatur. i ¶ Dixit dñs ex Baſan cõuertam:cõuertã in profundũ maris. Vt intingat pes tuus in ſanguine,lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipſo.) Baſan. Baſan,confuſio interpretatur. De cõfuſione igitur nos conuertit deus. Hoc autem ideo,quia crucẽ ſuſtinuit:& pes eius proprio cruore perfuſus eſt,clamãtibus contra eum Iudeis Ioan.19. atque dicentibus:Crucifige,crucifige eum. Qui Iudæi ſtimulati fuerunt ab inimicis Chriſti:hoc eſt,à dæmonibus. Vt autem hoc totum fieret,ipſius ſaluatoris voluntas fuit qui hæc paſſus eſt fieri. Vel de confuſione huius ſeculi conuertam humanum genus:hoc eſt per paſſionem meam,& crucem: quæ iſti putant ſtultitiam,& confuſionem. Conuertam Baſan,populum meum. Conuertam in profundũ maris:id eſt,de profundis vitijs,& peccatis ſeculi iſtius:de commotione, & fluctibus cõuertam populum meum. Vt intingatur pes tuus in D ſanguine. Quoniam pes ipſius intinctus eſt in ſanguine ſuo. Torcular calcaui ſolus:& de gentibus vir non fuit mecũ. Et Eſa.63.a. iterum:Quis eſt iſte qui aſcendit ex Edom:fuluida veſtimẽta eius ex Boſor. Edom interpretatur ſanguis: Boſor caro. Ibid.53.a. Edom. Ipſum dominum noſtrũ ſignificat crucifixum. Boſor.

a piſti captiuitatem: accepiſti dona in ho-
b minibus. Etenim non credentes, inhabi-
c tare dñm deum. Benedictus dñs die quo-
d tidie: proſperũ iter faciet nobis de⁹ ſalu-
e tarium noſtrorum. Deus noſter deus ſal-
f uos faciẽdi:& domini domini exit⁹ mor-
g tis. Verũtamen deus confringet capita
h inimicorũ ſuorũ: verticem capilli peram-
i bulantium in delictis ſuis. Dixit domin⁹
ex Baſan,conuertam: conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in
k ſanguine: linguã canum tuorũ ex inimi-
l cis ab ipſo. Viderunt ingreſſus tuos deus:
ingreſſus dei mei, regis mei qui eſt in ſan-
m cto. Præuenerũt principes cõiuncti pſallẽtibus: in medio iuuenculatũ tympani-
n ſtriarũ. In eccleſijs bñdicite deo: dõmino
o de fontibus Iſraël. Ibi Beniamin adoleſcẽ-
p q tulus: in mẽtis exceſſu. Principes Iuda
r ſ duces eorum: principes Zabulon, & principes

k ¶ Lingua canum tuorũ ex inimicis ab ipſo.) Canes dicit ipſos Iudæos: vt ſuperius. Qui clamauerunt, crucifige,crucifige talem:non habem⁹ regem niſi cæſarem. Ex inimicis autem ſubmiſſi à dæmonibus negare ſaluatorem,& blaſphemare eum. Aliter: Quoniam ipſe tua voluntate veniſti & paſſus es: & tua voluntate crucifixus es à Iudæis. Tinctus eſt enim pes domini in ſanguine,cùm caro aſſumpta ĩ qua diuinitas latebat,lãcea verberatur. Ab ipſo igitur ſanguine, & eorum lingua tincta eſt,qui dixerũt: En ſanguis eius ſuper nos, Mat.27.e & ſuper filios noſtros. Sed poſt glorioſum dominicæ aſcenſionis triumphum,vltione dominica,& hoſtium pes in eorum ſanguine E tinctus eſt:& canina ſcilicet inimicorum rabies ab eo eſt ſatiata.

l ¶ Viderunt ingreſſus tuos de⁹, ingreſſus dei mei,regis mei qui eſt in ſancto.) O quàm admirabiliter in hoc pſalmo vetus teſtamentum cum euangeliorum dictis concordat. Viſa ſunt enim itinera Chriſti in ingreſſu maris rubri: viſa ſunt & in euangelijs ipſius regis noſtri: cùm in ſancto homine eleuatus, cœlis inuectus eſt. Exod.14. Ioan.20. m ¶ Præuenerunt principes coniuncti pſallẽtibus: in medio & Acto.1. iuuencularum tympaniſtriarum.) Et quidem in illo maris tranſitu præuenerunt principes: id eſt, prius egreſſi ſunt vel Moyſes vel reliqui ſeniores,& coniuncti ſunt iuuenculis cœleſti itinere. Præuenerunt principes angelorum ſanctorum animas, qui laudes domini mortificato corpore concinebãt, dicentes: Tollite portas principes veſtras: quia iam redit tri- Pſal.23. umphator inferni. Ideo autem tympaniſtriarum: quoniam mortuum eſt corpus ipſorum peccato. Et Maria ſoror Moyſi,& Aaron tenens tympanum in Exodo, antecedebat pſallentes & dicebat: Cantemus domino, glorioſe enim ho- Exod.15.a norificatus eſt. Aliter: Præuenerunt principes iuncti pſallẽtibus in medio iuuencularum tympaniſtriarũ. Apoſtoli cum eccleſijs,iunctopariter præceſſerũt gradu. Bene eos præueniſſe teſtatur: quia principes fidei de Iudæis ſunt. n ¶ In F eccleſijs benedicite dominũ.)Manifeſtius eſt loquutus, quas ſuprà dixerit tympaniſtrias. o ¶ Dominum de fontibus Iſraël.)Quia ſalus ex Iudæis eſt:& inde prima eccleſia. Ex adumbratione enim legis,eccleſiæ doctrina proceſſit: in qua nunc dominus,qui ex Iſraëliticæ ſtirpis propagine carnẽ ſuſcepit benedicitur. p ¶ Ibi Beniamin.) Paulus apoſtolus qui ex tribu Beniamin deſcendit. Ibi, in eccleſia. q ¶ Adoleſcentulus.) Nouiſſimus omnium apoſtolorum. r ¶ In mentis exceſſu.)Quem pertulit in Damaſcum cùm iret. Acto.9. ſ ¶ Principes Iuda duces eorum.) Apoſtoli ſunt principes Iuda: hoc eſt domini, quemadmodum dicit Iacob: Iu- Gen.49.b da te laudabunt fratres tui. t ¶ Principes Zabulon, & principes Neptalim.) Zabulon interpretatur fluxus no- Zabulon. ctis. Neptalim latitudo. Quando liberati fuerimus de paſ- Neptalim. ſione libidinis: hoc eſt illius fluxus: tunc incipimus latitudines virtutum. Vel aliter: Principes Zabulon,& principes Neptalim. Petrum & Andream apoſtolorum principes monſtrat: qui in craſſitudine tenebrarum illius lucem magnam annunciantes, doctores ſunt euangelij conſtituti, iuxta illud: Terra Zabulon,& terra Neptalim: via maris trans Eſaiæ. 9.a Iordanem Galilææ gentium, populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.

a cipes Neptalim. Manda deus virtuti tuę:
b confirma hoc deus quod operat⁹ es in no
c bis. A templo tuo in Hierusalem: tibi of-
d ferunt reges munera. Increpa feras arun-
e dinis, congregatio taurorū in vaccis po-
f pulorū: vt excludāt eos qui probati sunt
g argento. Dissipa gentes quæ bella volūt:
h venient legati ex Aegypto: Aethiopia
i præueniet manus eius deo. Regna terræ
k cantate deo: psallite domino. Psallite deo
qui ascendit super cœlum cœli ad Orien
l tem. Ecce dabit voci suę vocem virtutis,
m date gloriam deo: super Israël magnifi-
n centia eius: & virtus eius in nubibus. Mi-
o rabilis deus in sanctis suis, deus Israël: ip-
p se dabit virtutem & fortitudinem plebi
q suæ: benedictus deus.
r In finem pro his qui commutabuntur psalmus ipsi Dauid. LXVIII.
f Saluum me fac deus: quoniam intra-
t uerunt aquę vsque ad animam meā.
u Infixus sum in limo profundi: & nō
x est substantia. Veni in altitudinem ma-
y ris: & tempestas demersit me. Laboraui
z clamans, raucæ factę sunt fauces meę, de-
a fecerunt oculi mei dum spero in deū me-
b um. Multiplicati sunt super capillos ca-
pitis mei: qui oderunt me gratis. Con-
fortati sunt qui persecuti sunt me inimi-
c ci mei iniuste: quæ non rapui tunc exol-
d uebam. Deus tu scis insipientiam meā: &
e delicta mea à te nō sunt abscondita. Non erubescant

G a ¶ Manda deus virtuti tuæ.) Christo tuo. b ¶ Confirma hoc deus quod operatus es in nobis.) Vt donum baptismi quod contulit: spiritus sancti infusione confirmet. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis: hoc est, salutare quod donasti nobis per tuam passionem confirma, & da auxilium: quoniam homines sumus, & non possumus incedere in virtutibus, si non adepti fuerimus auxilium tuū. c ¶ A templo tuo quod est in Hierusalem: tibi offerent reges munera.) Reges dicit, qui regnant sibimetipsis, secundum quod scriptum est:
Prou.12.a Cor regis in manu dei. Ipsi offerent deo munera. Virtutes sanctorum, munera sunt dei. Vel à templo illo corporali, quod bene viuendo sanctum fecerūt. Reges in quibus peccatum vltrà nō regnat, offerent in cœlesti Hierusalem quæ est primitiuorum ecclesia, munera regi æterno: scilicet
Rom.12.a seipsos offerētes hostiam viuam, placentem deo in conspectu
H omnium angelorum. d ¶ Increpa bestias calami.) Bestiæ calami, dæmones sunt, fragilis infirmæq; virtutis. Vel hæretici sunt, qui tractant, & scribunt cōtra te vt decipiant nos. Oportet enim & hæreses esse i nobis. Ferę enim dicuntur ab eo quòd capiunt animas, & interficiunt. Vel increpa feras arundinis: iudęorum beluinam superbiam. e ¶ Congregatio taurorum in vaccis populorum.) Ipsos hæreticos significat: quia neminem possunt decipere nisi simpliciores, & paruos: hoc est, vaccas minores. Tauros enim non possunt decipere: hoc est magnos. f ¶ Vt excludant eos qui probati sunt argento.) Et propterea simpliciores decipiunt: hoc est, multitudinem, vt veniant vsque ad sanctos, & excludant eos de regno cœlorum. Vel in tauris, duces Iudæorum: qui persecutionem in dominum vel in sanctos eius intulerunt, indicat: vt illud:
Psal.21.c. Tauri pingues obsederunt me. In vaccis verò stultas populi
I sequentis animas demonstrat. Quod ibi ostenditur, cū vac-
3.Re.12.f. cas aureas in Samaria sub Hieroboam adorauit. Ergo consilium eorum quod habent, vt sanctos de via iustitiæ retra-
Psal.36.c. hant: in eorum animabus requiescat, iuxta illud: Gladius eorum iatret in cor ipsorū, vt hi non excludantur à regno dei, qui per multas tribulationes tāquam argentum probati, inuenti sunt iusti. Tale consilium præuidebat Iacob cùm dice-
Gen.49.a ret: In consilio eorum non introëat anima mea. g ¶ Dissipa gentes quæ bella volunt.) Hæreticos, vel Iudæos, qui plerunque contra ecclesiam certamina parant. h ¶ Venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius deo.) In tribulationibus ac erroribus idololatriæ positi: vel q peccatis nigri siue tenebrosi sunt: credentes quòd Christus dominus ipse est deus filius dei: offerunt ei munera: id est, men-
Rom.5.d. tes puras, auro argentóque lucidiores: Quia vbi abundauit peccatum: superabundauit gratia. i ¶ Regna terræ cantate deo, psallite domino.) Vos vtique qui prius terrenum regnum diligentes ignorabatis deum: nunc euicto carnali liuore, cœlestia regna penetratis. k ¶ Psallite deo qui ascēdit super cœlos cœli ad Orientem.) Illi vtique qui quōdam mortis occasu ascenderat in crucem, inuectus est nunc super sydera: victórque mortis residet gloriosus. Ad Orientem autem vsque: siue quia ipse Oriens sit dictus: siue quia per eum omnes oriantur ad vitam. l ¶ Ecce dabit voci suæ vocem virtutis suæ.) Voci domini tunc dabitur vox virtutis, cùm quod præcipit efficitur: quam mortui cùm audierint resurgent. m ¶ Date gloriam deo super Israël.) Magis deum quàm carnalem Israël honorate. Aliter: Non labijs vt Israël, sed corde honorate deum. n ¶ Magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.) In apostolis & prophetis. Vnde dicit: Mandaui nubibus meis: ne pluant super Israël imbrem. Esa.5.b. o ¶ Mirabilis deus in sanctis suis.) In hoc mirabilis est deus: quoniam ita dilexit humanum genus vt signa faciat in sanctis suis. In istis magis mirabilis est de⁹ quàm in cæteris creaturis, quòd eos post multas tribulatiōes euexit in sublimitatem cœlorum. p ¶ Deus Israël ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ.) Ad tolerandas passiones mūdanas, vel spirituales nequitias. q ¶ Benedictus deus.) Qui nos à morte in vitam, à corruptione in incorruptionem demutare dignetur, vt L
sanctis eius participes facti, sempiternis in eum gaudijs exultemus. Amen.

r ¶ In finem pro his qui commutabuntur psalmus ipsi Dauid.) Iste psalmus de passione Christi sonat: & ex persona membrorum suorum: licèt quidam in eo putent ei minimè conuenire. Pro his qui commutabuntur. Commutauit se Christus: dum æqualis patri erat, formam serui accipiens. Vel nos commutamur de infidelitate ad fidē: quia vt diximus, iste psalmus vocem continet dominici hominis venientis ad passionem.

Psalmus LXVIII.

f Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.) Saluare eam patrem, secūdum infirmitatis conditionem postulat: quoniam quidem motus populi sæuientis irruerunt in eum. t ¶ Infixus sum in limo profundi.) In veteribus peccatis huius populi.
u ¶ Et non est substantia.) Per quam exinde euadam: nisi tu M
salues. x ¶ Veni in altitudinem maris.) In profundum seculi istius. y ¶ Et tempestas demersit me.) Procella Iudæorum. z ¶ Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ.) Licet à peccatoribus vrgeatur: clamare tamen salutaria præcepta non definit. a ¶ Defecerunt oculi mei, dum spero in deum meum.) Secundum imbecillitatem carnis, sperauit vt ab eo calix iste transiret: sed secundum diuinitatem impleuit voluntatem patris. b ¶ Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Confortati sunt &c.) Ideo super capillos capitis mei, multiplicantur atque confortantur: quia semper maior est iniquorum numerus quàm iustorum. c ¶ Quæ non rapui tunc exoluebam.) Non enim erat debitor mortis atque peccati, sed in passione hostiam vtramque compleuit. d ¶ Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.) Scit pater quòd non ea de cœlis attulit, sed de nobis assumpsit, vt ait propheta: Ipse iniquitates nostras ac- Esaię.53.b
cepit, & ægritudines nostras portauit. Et Paulus dicit: Quia 1.Cor.1.d
quod stultum est dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Delicta mea à te non sunt abscondita, vt illud: Delictum meum cognitum tibi Psal.31.b.
feci. e ¶ Non erubescant in me qui expectant te domine. &c.) Non euacuetur spes credentium de passione mea: sed

cognoscant

erubescant in me qui expectant te domine: domine virtutum. Non confundātur
a super me: qui quærūt te deꝰ Israël. Quōniam propter te sustinui opprobriū: operuit
b confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis: & peregrinus
c filijs matris meæ. Quōniam zelus domꝰ
d tuæ comedit me: & opprobria exprobrā-
e tium tibi ceciderunt super me. Et operui
in ieiunio animam meam: & factum est
f in opprobrium mihi. Et posui vestimēn-
tum meum cilicium: & factus sum illis in
g parabolam. Aduersum mē loquebantur
h qui sedebant in porta: & in mē psallebāt
i qui bibebant vinum. Ego vērō orationē
k meam ad te domine: tempus beneplaci-
ti deus. In multitudine misericordię tuę,
l exaudi me in veritate salutis tuæ. Eripe
m mē de luto vt non infigar: libera me ab
n his qui oderūt me, & de profundis aqua-
o rūm. Non me demergat tempestas aquæ:
p neque absorbeat me profundum: neque
q vrgeat super me puteus os suum. Exau-
r di mē domine, quoniam benigna est mi-
sericordia tua: secundum multitudinem
miserationum tuarum respice me. Non
f auertas faciem tuam à puero tuo: quoni-
t am tribulor, velociter exaudi me. Inten-
u dē animæ meę, & libera eam: propter ini-
x micos meos eripe me. Tu scis improperium meum, & confusionem meam: &
y reuerentiam meam. In conspectu tuo
z sunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum, & miseri-
a am. Et sustinui qui simul contristaretur,
& non fuit: qui consolaretur, & non in-
b ueni. Et dederunt in escam meam fel:
c & in siti mea potauerunt me aceto. Fiat
d mensa eorum coram ipsis in laqueum:
& in retributiones, & in scandalum.
e Obscurentur oculi eorum ne videant:
& dorsum

A cognoscant quia voluntatem tuam facere veni, sicut sequitur:
a ¶Quoniam propter te sustinui opprobriū: operuit &c.) Propter voluntatem patris, malorum improperia supportauit, & verecundia tectus est, cùm in assumpta carne colliditur: quia vna voluntas fuit patris, & filij quòd sustinuit passionem. Vel operuit confusio: quando negauerunt apostoli.
b ¶Extraneus factꝰ sum fratribus meis: &c.) Filius enim erat synagogæ sicut & illi, secundum ordinem corporationis terrenæ: à quibus exter, & hospes habitus est: quia illi sceleribus erant pleni: hic verò expers peccati. Extraneus factus sum fratribꝰ meis. Fratres domini, apostoli. Vn-
Psal.21.c. de dixit: Nunciabo nomen tuum fratribus meis. Peregrinus filijs matris meæ. Christus peregrinꝰ,
Luc.24.c vt ait Cleophas: Tu solꝰ peregrinus es in Hierusalem. Solus, quia solus & primus resurrexit immortalis. Et mater, synagoga.
c ¶Quoniam zelus domus tuæ comedit me.) Quia fecerūt eam
B spelunсam latronum. d ¶Et opprobria exprobrantiū tibi ceciderunt super me.) Exprobrationum enim iurgium super eum proiecerunt, cùm eum & Samaritanum, & dæmonium habētem vocarēt. Vnde Iudæi cōtra Chri-
Mat.27.c stum dicebant: Si filius dei es: descende de cruce, & credimus tibi. Alios saluos fecit: seipsum nō potest saluum facere. Qui exprobrant filiū, & patrem exprobrāt: quia qui non credit filiū, nec patrem habet. e ¶Operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobriū mihi.) Opprobriū enim ei inferre conabatur:
Matt.4.a cùm tentans eum satanas ait: Dic vt lapides isti panes fiant. Vel quando dixerunt discipuli: Rab-
Ioan.4.d. bi manduca. Ille dixit: Ego cibum habeo manducare quem vos ne-
Ioan.6.c. scitis. Et in alio loco: Operami-
C ni cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Sed esuriebat Christus salutem humani generis. Vel esuriebat fidem ecclesiæ: quia nullum cibū à Iudæis inueniebat. f ¶Posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.) In sacco luctus ostenditur vel fletus: quo in morte Lazari vsus, in parabolam fa-
Ioan.11.e. ctus est Iudæis, cùm eo flente dicerent: Ecce quomodo amabat eum. Alij verò: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere, vt & hic nō moreretur? g ¶Aduersus me exercebantur qui sedebant in porta.) Illi scilicet qui habentes clauem scientiæ: neque introibant, neque alios introire permittebant: scribæ & pharisæi qui discernebant causas, cùm sederent in publico iudicio. h ¶Et in me psallebant qui bibebāt vinum.) Repleti enim vino iniquitatis, qualiter eum interficerent concinebant. Stultè enim psallit, q in deū molitur insidias. Sciens enim propheta stultum in aliquibus esse psallere: audi qualiter doceat quosdam: Psallite, inquit, sapienter. Vel ebrij erant de vino, quādo operiebant caput eiꝰ,
Luc.22.g & dicebāt: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? i ¶Ego verò orationem meam ad te domine.) Non enim vincor his passionibus: quia tecum sum in oratione. Ego verò orationem meam ad te deus. Iudæis mihi maledi-

centibus atque dicentibus: Crucifige, crucifige eum: ego pro
D eis orans loquebar: Pater ignosce eis: non enim sciunt quid
Luc.23.c. faciunt. k ¶Tempus placendi deus.) Tempus placendi,
Matt.3.d. tempus est passionis: in quo pater aiebat, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. Tempus beneplaciti deus in multitudine misericordię tuæ. Omnia enim tempora tua beneplacita sunt, sed præsertim hoc tempus quo mea passione genus humanum redimis, quodammodo plus beneplacitum facis.
l ¶Exaudi me domine in veritate salutis tuæ.) Vt post veram mortem, resurrectionis veritas approbetur. m ¶Eripe me de luto, vt nō infigar.) Quære iuxta quosdam ne forsitan lutū, carnis quam suscepit significet vilitatem. Orat vt non in luto & puluere, sicut omne humanum genꝰ dissoluitur, corrumpatur.
n ¶Libera me ab his qui oderūt me.) Apertè hæc de Iudæis, qui eum nunquam dilexerunt, dicit.
o ¶Et de profundis aquarū. Nō me demergat tempestas aquæ.)
E Hæc passionis tempestas non eū in profunditate abyssi retineat infernalis. p ¶Neque absorbeat me profundum.) In quo dū per mortem descendit: non deuoretur ab eo. q ¶Neque vrgeat super me puteus os suum.) Aditꝰ inferni, siue diabolꝰ. r ¶Exaudi me domine quoniā benigna est misericordia tua: secūdū multitudinem miserationum tuarū respice me.) Hæc secundum infirmitatem humanā postulat dicens: Qui alios mea passione redimis: me præcurrente misericordia contemplare. f ¶Nō auertas faciem tuā à puero tuo.)
F Vox Christi ad patrem, qui formam serui accepit, vt ait prophe-
Esa.49.b ta: Magnum est tibi vocari puerum meum. t ¶Quoniam tribulor velociter exaudi me.) Vt resumam spiritū: quem tuis manibus commendaui. u ¶Intē de animę meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.) Vt me resurgente ab inferis, confundantur: vnde Christus dixit: Potestatē habeo ponendi ani-
Ioan.10.d mam meam. x ¶Tu scis improperium meum, & confusionem meā &c.) Quā in assumpta sustineo carne. y ¶In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me.) Tu vides quales mihi tribulationes inferant, & ostendant illusiones.
z ¶Improperiū expectauit cor meum, & miseriā.) Improperium passionis: & miseriam: id est, contumeliam crucis.
a ¶Sustinui qui simul contristaretur &c.) Nullus de tanta multitudine iniquorum, aut compassus est doloribus meis: aut extitit consolator. b ¶Dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.) Hoc iam completū esse, in euangelijs legimus: cùm sitiente domino in cruce, acetum
Ioan.19.f. cum felle mixtum bibere porrexerunt. Et ex hoc, & ex alio testimonio intelligitur: q ad Christū psalmꝰ referri debeat.
c ¶Fiat mēsa eorū corā ipsis.) Dicta legis, & prophetarū: ad quā sæpe conuenientes reficiebant. d ¶In laqueū, & in retributiones, & in scandalū.) Vt non intelligāt inibi dñm nunciatū. Nā & dñs in euāgelijs dixit: Moyses vos accusat in quē
Ioan.5.g. speratis. De me enī ille scripsit. e ¶Obscurētur oculi eorū ne videāt.)

G ne videant.)Diuinitatem ſub fragilitate latentẽ. Vt non videant. Hoc erat quod precabatur, menſam eorũ fieri in laqueũ:ne legis ſcilicet ſacramẽta cognoſcerẽt. a ¶Et dorſum eorũ ſemper incurua.) Vt Romanis ſeruiant ſemp. Vel ſub onere legis: quod ſecundum literam ferre potuit nemo.

b ¶Effunde ſuper eos irã tuã,& furor iræ tuæ comprehẽdat eos. Fiat habitatio eorũ deſerta &c.) Hæc omnia in euerſione Hieroſolymæ ſub Tito, & Veſpaſiano completa ſunt. Vel hoc eſt quod
Matt.23.d ait:Dimittetur vobis domus veſtra deſerta. Recedente de Iudæa Chriſto,omnes pariter cum illo receſſerũt virtutes: c ¶Quoniã quem tu percuſſiſti ipſi perſecuti ſunt.)De ſe hęc Chriſtus ad patrẽ loquitur,ſicut in alio propheta ex perſona patris legimus
Eſa.53.c. dictum: Propter peccata populi
Zach.13.c percuſſi eum. Et iterũ: Percutiã paſtorẽ,& diſpergẽtur oues gregis. Percuſſus eſt enim vt nos reſurgeremus: vulneratꝰ eſt,vt nos
Ioã.19.f. ſanaret. Sed & ſanguis, & aqua
H quæ de vulnere lateris eius exijt, martyrij baptiſmiq; prætulit typum,per quod itur ad cœlum.

d ¶Et ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.) Cũm vel eccleſiam vel apoſtolos perſecuti ſunt. e ¶Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.)Sicut enim quòd me non crediderunt, ad iniquitatem eis eſt reputatũ: ita quòd me perſecuti ſunt,iniqtati huic adijciatur. f ¶Et nõ intrent in iuſtitia tua.) Cœlorũ cum iuſtis non capiant regna.

g ¶Deleãtur de libro viuentiũ: & cum iuſtis non ſcribanꝫ.)Duos hìc libros indicat ſcriptos:viuentium ac iuſtorum. Vnde animaduertendũ eſt quòd ille ſit viuentſum,in quo ante aduentũ dei prophetæ ac patriarchæ ſcripti ſunt. De quo Moyſes peccãte po
Exod.32.g pulo ait: Si non dimittis eis noxam: dele me de libro quem ſcripſiſti. Iuſtorũ verò dicit illũ, de
I quo dominus ad eos qui per fidẽ
Luc.10.d. ſecuti ſunt ait:Gaudete & exultate:quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo. Perſecutores ergo iſti,& à primo libro deleti ſunt,& in ſecũdo nõ ſunt ſcripti. h ¶Ego ſum pauper & dolẽs.)In paſſione. i ¶Et ſalus tua deꝰ ſuſcepit me.) Reſurgentẽ. Hinc iã propheta loquitur:Ego ſum pauper,&
2.Cor.8.b dolens:Cũm enim eſſet diues,pro nobis pauper factus eſt,& compeditos ſuos non deſpexit. Poſſumus hoc verſiculo vti:ſi quãdo in laudes martyrũ peroramus. Quidã & de animabꝰ hoc intelligi putant,quòd clauſæ corporibꝰ nõ deſpectę ſint à deo. k ¶Laudabo nomẽ dei mei cum cãtico:magnificabo eũ in laude.)Quòd vel de diabolo triũphauerit,vel vicerit mundũ. l ¶Placebit deo.)Id eſt,patri. m ¶Super vitulũ nouellum.)Qui ſeipſum obtulit genitori. n ¶Cornua producentem.)Fortitudinem eccleſiæ dantẽ. o ¶Et vngulas.) Quibus ſacrilegia conculcet gentium ac diuellat. p ¶Videant pauperes & lætẽtur.) Quod humiliata ſuperſtitione gentiliũ eccleſiæ dñi extollitur regnũ. q ¶Quærite dominum,& viuet anima veſtra.)Quę nunc mortua eſt peccatis. r ¶Quoniam exaudiuit pauperes dñs.) Vt eos reſuſcitaret. ſ ¶Et vinctos ſuos non deſpexit.)Quia diſruptis diaboli nexibus eos regno ſuo aſciuit. t ¶Laudent illum cœli & terra:mare & omnia reptilia in eis.) Ipſi omK nia genu flectant,cœleſtium,terreſtrium,& infernorum. u ¶Quoniam deus ſaluam faciet Sion.) Cœleſtẽ Hieruſalem,in qua electos ſuos pro meritis adunabit in vno corpore illius matris cœleſtis.

a & dorſum eorum ſemper incurua. Effunb de ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehẽdat eos. Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit c qui inhabitet. Quoniam quẽ tu percuſſid iſti ipſi perſecuti ſunt: & ſuper dolorẽ vul e nerum meorum addiderunt. Appone inf quitatem ſuper iniquitatem eorũ: & non g intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuentiũ:& cum iuſtis non ſcribanh tur. Egoi ſum pauper & dolens: ſalus tua k deus ſuſcepit me. Laudabol nomen dei mei cum cãtico:magnificabo eum in laum de. Et placebit deo ſuper vitulum nouel lum cornua producentẽ, & vngulas. Vin deant pauperes & lætẽtur:quærite deum, r & viuet anima veſtra. Quoniam exaudiuit pauperes dominus: & vinctos ſuos t non deſpexit. Laudent illum cœli & teru ra:mare & omnia reptilia in eis. Quoniã x deus ſaluam faciet Sion: & ædificabũny tur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi: & hæreditate acquirent eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius,habitabunt in ea.

z In finẽm pſalmus Dauid,in rememoratiõe,eo ꝙ ſaluũ fecit eũ dñs. LXIX.

a DEus in adiutoriũm meũ intende: b domine ad adiuuandum me feſtina. Confundanturꝫ & reuereãtur, c qui quærũt animam meam. Auertantur retrorſum & erubeſcant,qui volunt mihi d mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes, q e dicunt mihi euge euge. Exultent & letẽf tur in te omnes qui quærunt te:& dicant g ſemper magnificetur dominus: qui dilih gunt ſalutare tuum. Ego verò egenus,& i pauper ſũ:deꝰ adiua me. Adiutor meꝰ. & liberator meus es tu:dñe ne moreris.

Pſalmus

a ¶Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.) Animæ ſanctorum, quę per confeſſionem in templũ ſanctum tanquam viui lapides deferuntur. y ¶Et inhabitabũt ibi,& hæreditate acquirent eam, & ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam &c.)Sancti vtique qui in eam tranſferuntur. Vel ſemen eorum: id eſt, qui per eos conuerſi ſunt. Sed quia titulus pſalmi pro his qui commutabuntur inſcribitur: oremus dominum vt nos à gentilitate conuerſos, in Iudæ ciuitates ædificet, & à iugo diaboli abſolutos, vt ſoboles diligat proprias: Vt quos redemit per fellis amaritudinem,per aceti aſperitatem, per crucis ſupplicia, per clauorũ vulnera, per mortis contumeliam, per gloriam reſurrectionis: ſic cuſtodire L dignetur in ſeculo,vt faciat participes ſanctis ſuis in regno. Amen.

z ¶In finem pſalmus Dauid in rememoratione,eo quòd ſaluum fecit eum dominus.) Iſte pſalmꝰ ex perſona domini incorporati canitur, deprecantis præſidium patris. Pſalmus LXIX.

a DEus in adiutorium meũ intende: domine &c.) Noſtrum adiutorium Chriſtus eſt: qui nunc patris auxilium poſtulat ad confutandos eos qui ſibi aduerſant. b ¶Cõfundantur & reuereantur q quęrunt animam meam vt auferant eam.) In hoc enim confunduntur, cũm eum cuius animam auferre voluerunt,reſurrexiſſe cognoſcunt. c ¶Auertantur retrorſum,& erubeſcant qui volũt mihi mala.)Non immutentur in M reſurrectione cum ſanctis, ſed retrorſum conuerſi erubeſcentes: quia quem vt hominem iudicauerunt:iudicare vt deum cernunt. d ¶Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge.)Irridentium hæc vox eſt, quæ ad eos refertur qui dicebant:Si filius dei es, deſcende de cruce. Et Mat.27.c iterum: Confidit in deum: liberet eum ſi vult. Poſt impiorum verò pœnam, ad gloriam conuertitur beatorum.

e ¶Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te.)Qui per lachrymas pœnitentiæ te qui miſericors es,requirunt. f ¶Et dicant ſemper magnificetur dominus.) Accepta indulgentia peccatorum. g ¶Qui diligunt ſalutare tuum.) Diligentes te: eo quòd ſis omnium vita. h ¶Ego verò egenus ſum & pauper, dominus &c.) Chriſtus dominus ſe crebrò egenum, & pauperem vocat: cuius cura in paternæ pietatis amore conſiſtit. i ¶Adiutor meus,& protector meus es tu,deꝰ meus ne tardaueris.)Hinc enim paſſionis tẽpore diſcipulo dixit: Quod facis,fac celeriꝰ: ſcilicet vt paſ- Ioan.13.c. ſionem corporis velox reſurrectionis adiutorium præueniret. Qui vulneratus eſt propter peccata noſtra, & reſur- Rom.4.d rexit propter iuſtificationem noſtram: ipſe nobis nunc auxilium in tempore tribulationis miſeratione ſolita largiatur, vt cum ſanctis eius exultantes, eum magnificare atque extol-

A que extollere valeamus. Amen.

a ¶Psalmus Dauid,filiorum Ionadab,& priorum captiuorum.)Iste psalmus vocem continet prophetæ:de illa redemptoris humilitate corporea conquerentis,ac de eius resurrectione glorioſa canentis.

Psalmus LXX.

b IN te domine ſperaui,non cõfundar in æternum.)Orat ergo mediator noſter,vt hæc cõfuſio mortis non ſit,vt cæterorũ omniũ,diuturna. c ¶Et in tua iuſtitia libera me,& eripe me. Inclina &c.)Iuſtitia enim tua eſt vt qui fecerit voluntatẽ tuam,tranſeat à morte in vitã:per quam & ego nũc eripi deprecor. Vel aliter: Inclina ad me aurẽ tuam,& ſalua me. Aures domini dicũtur, quando exaudire dignatur: quia Philip.2.b formã ſeruí accipiens, factus eſt obediens patri vſq; ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. d ¶Eſto mihi B in deũ protectorẽ,& in locũ munitum:vt ſaluũ me facias.)Quia abſq; te neq; refugiũ neq; munitio:neque protectio à quoq; præſtari poteſt.Nunquid deus localis eſt?Licèt localis ſit ad ſe venientibus: ſed non eſt localis: quia vbiq; eſt. e ¶Quia firmamẽtum meum,& refugium meum es tu.)Firmamentũ,cùm æqualis in eo conſiſtit ſubſtãtia.Refugium: ſuxta imbecillitatem corporeã. f ¶Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu &c.) De poteſtate populi Iudaici, qui me vẽturũ in lege non intellexit. g ¶Et iniqui.)Semper malignãtis. Non omnes peccatores etiam iniqui.Peccatores ſunt trãſgreſſores:id eſt,Iudæi,& mali Chriſtiani:qui vetus,& nouum teſtamentũ trãſgrediũtur. Iniqui qui Rom.2.b. nõ credũt,vt Paulus ait:Qui ſine C lege peccauerũt,ſine lege & peribũt. h ¶Quoniã tu es patiẽtia mea domine.) Quia pro tua patior volũtate. i ¶Spes mea à iuuẽtute mea.)Ab initio ætatis corporeæ. Ideo ſpes nõ cõfundi- Ibidẽ.5.a. tur: quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris:per ſpiritum ſanctũ qui datꝰ eſt nobis. k ¶In te cõfirmatus ſum ex vtero.)Legis vtiq;,ex quo initiaui credere. l ¶De vẽtre matris meę.)Synagoge de qua proceſſi. m ¶Tu es protector meus domine. In te cãtatio mea ſemper.)A te protegar in paſſione,& tuũ in gentibus nomen cõcinã. n ¶Tanq; prodigiũ factus ſum multis.)Dicebant enim illi:Samaritanus es tu,& dæmonium habes. o ¶Et tu domine adiutor fortis.)Dixiſti mihi:Hic eſt filius meꝰ dilectus,in quo mihi bene complacui:ipſum audite. p ¶Repleatur os meũ laude tua,vt cantẽ gloriã tuã,tota die magnitudinẽ tuã.)Vnus dies eſt ſanctis tuis in hoc mũdo,quẽ nulla obſcurat nox:in quo & cum quibus,laudẽ,gloriã,magnificẽtiamq; concino tuã: quia ego in his ſum.Ego cano tibi. Sed & nunc ipſe dominus aperit os noſtrũ:vt poſſimus eius gloriam nunciare,atq; laudem D eius diſſerere. q ¶Ne proijcias me in tempore ſenectutis, cùm deficiet &c.) In conſummatione vtique ætatis iſtius. r ¶Quia dixerunt inimici mei mihi.)Dicentes,hic nõ eſt de Ioan.9.e deo,qui ſabbatũ non cuſtodit. ſ ¶Et qui cuſtodiebãt animam meã,conſiliũ fecerũt in vnũ dicẽtes:Deus dereliquit eũ &c.) Hæc dixerũt impij,& errauerũt: obcæcatum enim eſt malitia eorũ. Sed & in ipſa paſſione quaſi derelicto à deo dicebant: Si- Mat.27.f ne veniat Elias,& liberet eum. t ¶Deus ne elongaueris à me: deus meus &c.)Vt alligato forte victor redeã ex inferno. u ¶Cõfundãtur & deficiant detrahẽtes animæ meæ,operiantur &c.)Cũ ego reſuſcitatus fuero. x ¶Ego aũt ſemper ſperabo in te domine:&c.) Vt quæ tibi lex offerre præcepit in ſacrificijs ſuis viſibilibus,redemptus populus deportet in moribus. y ¶Os meum annũciabit iuſtitiã tuam,tota die ſalutare tuũ.)Reſurgẽs eñ congregabo eccleſiã in qua tuas con- E cinã laudes. z ¶Quia nõ cognoui literaturã,introibo in potentias dñi.)Cognouit ille negociationẽ qui magiſtrũ vendidit. Nã ego te clarificaui ſuper terrã Ioan.17.a. opus conſummaui, quod dediſti mihi vt facerẽ. a ¶Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.) Paternæ eum iuſtitiæ memorem propheta dicit, ſicut & ipſe in euãgelio ait:Ego quæ audiui à pa Ioan.8.d tre meo,hęc loquor. b ¶Deus docuiſti me à iuuentute mea,& vſq; nunc pronũciabo mirabilia tua, & vſq; in ſenectã,& ſenium deus:ne derelinquas me.) Nunq; eñ eſt derelictus à patre,ſed ſem per teſtimonium perhibuit, quia verax eſt. c ¶Donec annũciẽ brachiũ tuum generationi omni &c.)Hæc omnia Chriſtianæ generationi annunciauit: quam ſuo F ſanguine acquiſiuit,& p qua paſſus eſt quæ ſequũtur: d ¶Quę feciſti magnalia deus:quis ſimilis tibi.)Qui me miſericordi cõſilio ad redẽptionem humanã miſiſti. e ¶Quãtas oſtendiſti mihi tribulatiões multas,& malas:& cõuerſꝰ viuificaſti me.)Multę quidẽ ei tribulatiões in carnis infirmitate oſtenſę ſunt ob ſalutẽ humani generis,ſed omnia viuaciter toleravit. f ¶Et de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.) Hoc eſt,de profunditate inferni. Dicant nunc Iudęi,qui hũc pſalmum in ſolum Dauid canere vo-

a Psalmus Dauid,filiorum Ionadab,& priorum captiuorum. LXX.

b IN tẽ domine ſperaui nõ confundar in
c æternum: & in iuſtitiã tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuã,
d & ſalua me. Eſtõ mihi in deum protectorem:& in locum munitum,vt ſaluum me
e facias. Quoniam firmamentum meum:
f & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris:& de manu cõ
g tra legem agentis,& iniqui. Quoniam tu
i es patiẽtia mea domine:dominẽ ſpes mea
k à iuuentute mea. In te cõfirmatus ſum
l ex vtero:de ventre matris meę,tu es pro-
m tector meus. In te cantatio mea ſemper,
n tãquam prodigium factus ſum multis:
o & tu adiutor fortis. Repleatur os meum,
p laude vt cãtem gloriam tuam:& tota die
q magnitudinem tuam. Ne proijcias me in tempore ſenectutis: cùm defecerit virtus
r mea ne derelinquas me. Quia dixerunt
ſ inimici mei mihi:& qui cuſtodiebant animam meam,conſilium fecerũt vnum.
Dicentes,deus dereliquit eũ: perſequimini,& comprehendite eum:quia nõ eſt qui
t eripiat eum. Deus ne elongaueris à me:
deus meus in auxiliũ meum reſpice. Cõ-
u fundãtur & deficiant detrahentes animæ meæ:operiantur confuſione & pudo-
x re, qui quærunt mala mihi. Ego aũtem ſemper ſperabo in te:& adijciam ſuper o-
y mnem laudem tuam. Os meum annũciabit iuſtitiam tuam: tota die ſalutare tuũ.
z Quoniam non cognoui literaturam,in-
a troibo in potentias domini: dõmine me-
b morabor iuſtitiæ tuæ ſolius. Deus docuiſti me à iuuentute mea: & vſq; nunc pronũciabo mirabilia tua. Et vſq; in ſenectã,
c & ſenium:deꝰ ne derelinquas me. Donec annũciem brachium tuũ: generationi omni quę ventura eſt. Potentiam tuam,&
d iuſtitiam tuam deꝰ vſq; in altiſſima: quæ feciſti magnalia, deus quis ſimilis tibi.
e Quãtas oſtẽdiſti mihi tribulationes multas,& malas:& cõuerſus viuificaſti me:&
f de abyſſis terræ iterũ reduxiſti me. Multiplicaſti magnificẽtiã tuam:& conuerſus conſolatus es me. Nam & ego confite
h bor tibi in vaſis pſalmi, veritatem tuam
i deus:pſallã tibi in cithara ſanctus Iſrael.
k Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi, & anima

lunt:quando de profundo abyſſi eſt eductus. g ¶Multiplicaſti magnificentiam tuam deus,&c.)Cùm hi qui in inferno tenebantur,mecum redierunt. h ¶Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi.)Qui de illo vino nouo euangelicæ & apoſtolicæ prædicationis repleti:in pſalmis me intelligũt præconatum. i ¶Veritatem tuã deus pſallã tibi in cithara deus ſanctus Iſraël.)In his qui te mẽte retinẽt. k ¶Exultabũt labia mea &c.)Hæc ad clauſulã pſalmi propheta dicit.

Et anima

a & animã mea quam redemisti. Sed & lin-
b guã mea tota die meditabitur iustitiam
tuam: cùm confusi & reueriti fuerint
qui quærunt mala mihi.

c In Salomonem. LXXI.

d Deus iudiciũ tuũ regi da: & iusti-
e tiam tuam filio regis. Iudicare po
f pulum tuum in iustitia, & pau-
g peres tuos in iudicio. Suscipiant mõtes pa-
h cem populo: & colles iustitiam. Iudicabit
i pauperes populi, & saluos faciet filios
k pauperum, & humiliabit calumniatorẽ.
l Et permanebit cum sole, & antẽ lunam
m generationis generationum. Descẽdet si-
n cut pluuiã in vellus, & sicut stillicidia stil-
o lantia super terrã. Orietur in diebus eius
p iustitia, & abundantia pacis: donec aufe-
q ratur luna. Et dominabitur à mari vsque
r ad mare, & à flumine vsque ad terminos
s orbis terrarũ. Coram illo procident Ae-
t thiopes: & inimici eius terrã lingent.
u Reges Tharsis, & insulæ munera offe-
x rent: reges Arabum, & Saba dona addu-
cent. Et adorabunt eum omnes reges ter-
y ræ: omnes gentes seruient ei. Quia libe-
z rabit pauperem à potente: & pauperem
cui non erat adiutor. Parcet pauperi, &
a inopi, & animas pauperum saluas fa-
b ciet. Ex vsuris & iniquitate redimet ani-
c mas eorum: & honorabile nomen eorum
d coram illo. Et viuet, & dabitur ei de au-
e ro Arabiæ: & adorabunt de ipso semper:
f totã die benedicent ei. Erit firmamen-
g tum in terra in summis montium: su-
h perextolletur super Libanũ fructus eius,
i & florebunt de ciuitate sicut fœnum ter-
k ræ. Erit nomen eius benedictum in se-
l cula: antẽ solem permanet nomen eius.
m Et benedicentur in illo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

a ¶Et anima mea quam redemisti.) Ne ei mors secũda dominaretur. b ¶Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuã: cùm confusi, & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.) Siue vitia, siue potestates aëreæ, quę mihi iniquas inferũt immissiones. Nos verò deprecemur dominum, vt repleto laudibus eius ore humano: ea semper meditemur in cordibus, quæ ei placitis vocibus proferamus.

c ¶In Salomonem.) Et hic psalmus propriè ad Christum refertur. Salomon quippe pacificus: & pacificus est Christus: & permanet cum sole, & ante lunam generationis generationum. Si super Salomone iste psalmus intelligitur: hoc penitus stare non potest. Salomõ quippe, nec cum sole, nec cum luna permansit. Si verò volum⁹ intelligere de Christo: quærendum quomodo Christus non habeat finem: cùm sol, & luna, & cœlum, & omnia veterascere, & trãsire dicant. Sed iste septuagesimus primus psalmus quẽ propheta cecinit: filium dei in mundum venturum ostendit: eúmque post assumptæ carnis iniurias liberatośq; pauperes de manu potentis: cœlis redditum, à patre omne sumpsisse iudiciũ. Tale igitur sumit exordium.

Psalmus LXXI.

d Deus iudiciũ tuũ regi da.) Loquitur ergo, vt dixim⁹, propheta ad patrem, vt iudicium filio donet: nõ quòd eum in vna deitate subsistẽtem nõ habeat, sed vt in corpore venturum ostendat. e ¶Et iustitiã tuam filio regis.) Populo qui in adoptionem filij assumptus, per baptismum in eo renatus est. Nam congruè conuenit, vt populus iustitia viuat: rex autem iudicium, quod à patre susceperit exerceat quod sequens confirmat versiculus. f ¶Iudicare populũ tuum in iustitia.) Quẽ per passionẽ ac
I resurrectionem illius acquisisti.
g ¶Et pauperes tuos in iudicio.) Vt post præsentes ærũnas: consolationẽ capiant sempiternã. h ¶Suscipiant montes pacẽ populo, & colles iustitiam tuã.) Mõtes colleśq; duplam habere intelligentiã, sæpe monuimus: id est, partis deificæ, & aduersæ. Ergo hi qui seducente aduersario, fauentibus diuitijs, in modum collium montiuḿq; eleuati sunt: subditi nunc deo, illã pacem iustitiaḿq; suscipiant, quam populus quẽ superius adoptiuũ diximus tenet: id est, Christũ, qui est pax nostra, & iustitia. i ¶Iudicabit pauperes populi.) Vt pro eo pauperes facti: cœlestibus regnis locupletẽtur. k ¶Et saluos faciet filios pauperũ.) Qui per eos cõuersi sunt. l ¶Et humiliabit calumniatorẽ.) Largito iustis præmio, humiliat diabolũ: qui nunc eis calumniator existit. m ¶Et permanebit cum sole.) Cum claritate paterna. Nam huic soli aptari ista non possunt: quia cùm hoc mũdo dissoluetur. n ¶Et ante lunã generationis generationũ.) Prior enim stabit ante omnẽ congregationem ecclesiæ: manebit́q; in sempiternum.
Iudic.6.g. o ¶Et descendet sicut pluuia in vellus.) Sicut enim in vellus Gedeonis pluuia descendẽs, cum terra arida defecit: ita & hic illapsus est in vterũ virginalẽ per infusionem spiritus sancti. p ¶Et sicut stillicidia stillãtia super terrã.) Arida enim erat terra humani corporis cùm aduenit, nec vllum fructũ exhibere poterat sanctitatis: sed ipse eã prædicationis suæ stilli-
cidijs fœcundatam, fructibus replcuit æternis. q ¶Orietur in diebus eius iustitia, & abundãtia pacis.) Quod in diebus Augusti Cęsaris est impletum, cùm dominus de thalamo virginali processit. Nã ita his diebus omnia bella quieuerũt: vt etiam illud impleretur, quod alius propheta cecinit, dicẽs:
Esa.2.a Conuerterunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Dies autem eius sunt cùm concipitur, cùm nascitur, cùm nutrítur. Dies eius sunt: cùm opera patris operatur: cùm patitur, cùm ad inferna descendit: cùm resurgit: cùm se discipulis præbet, cùm cœlos ascẽdit. r ¶Donec auferatur luna.) Eleuetur ecclesia. s ¶Et dominabitur à mari vsq; ad mare, &c.) Totum hunc mundum sua passione acquisitum atque subiectum Christo domino propheta testatur. t ¶Coram illo procident Aethiopes.) Peccatis tenebrosi. u ¶Et inimici eius terram lingent.) Iuxta illud: Te adorabunt, & puluerẽ pe-
Esa.49.g. dum tuorum lingẽt. x ¶Reges Tharsis, & insulę munera offerent: reges Arabũ, & Saba dona adducent. &c.) Omne hic mundiale imperium, honores, & ordines, ad Christum dominum accedere: eíq; colla submittere: bonoruḿq; morum dona deferre, propheta pronunciat: quod ex magorum muneribus intelligimus inchoatum. Ipsi enim gẽtiũ reguḿq; typum tenuisse monstrantur. y ¶Quia liberauit pauperem à potente.) Populũ fidelẽ à potestate diaboli. z ¶Et pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi, & inopi, &c.) Qui abiectis mundi diuitijs pœnitentiam egerunt: parcitur his, & saluabũtur. a ¶Ex vsuris & iniquitatib⁹ redimet animas eorum.) Ne de pereũtibus vsuris in terra constituant thesauros: sed in cœlo collocent sacculos qui non veterascãt. Sed & vsurę pec-
M cata sunt, cũ malitia à satana accepta multiplicatur. b ¶Et honorabile nomẽ eorũ corã illo.) Corã deo patre. c ¶Et viuet.) In sanctis suis, sicut & Paulus dicebat: Iã nõ viuo ego:
Gal.2.d viuit autem in me Christus. d ¶Et dabitur ei de auro Arabiæ.) Offerent ei mentis puritatem: tanquam aurũ Arabicum, splendore pulcherrimo rutilans. e ¶Et adorabũt de ipso semper.) Eo quòd ab iniquitatibus liberati sunt. f ¶Tota die benedicent ei.) In vno ecclesiæ corpore cõgregati. g ¶Et erit firmamentum in terra.) Magnum enim terræ labenti attulit eius aduentus, passio ac resurrectio firmamentum. h ¶In summis montiũ superextolletur super Libanum fructus eius.) Super omnes enim altitudines seculi eleuata est gratia baptismi: per quam peccata tollũtur. i ¶Et florebunt de ciuitate.) Id est, de cœlesti Hierusalem. k ¶Sicut fœnum terrę.) Fœnum duplam habet rationem. Est fœnum quod arescens decidit: & est fœnum floridum, & viridi coma perdurans: de quo ornantur coronę sanctorum. Sancti ergo per baptismum renati, florebunt de cœlesti Hierusalem bonorum operum ornamento splendidi. Sicut fœnum terræ. Non illius terræ maledictioni subditæ: sed illius melle ac lacte manantis. l ¶Et erit nomen eius benedictũ in secula.) Ab his quos inibi transtulit perpetualiter benedicet. m ¶Ante solẽ permanet nomẽ eius.) Potestas scilicet nominis

Psal.109.a nominis eius:iuxta illud:Ante Luciferum genui te. a ¶Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.) Hoc enim euangelista cõmemorat,domi-
Mat.24.b no sic dicẽte:Prædicabitur hoc euangelium in vniuerso mũdo.Sed & omnes gentes venient,& adorabunt corã te domine. b ¶Benedictus dominus deus Israël,qui facit mirabilia solus.) Fecit enim in veteri testamento:facit & in nouo: cũm dignanter vocat ea quæ non sunt, tanq̃ ea quę sunt. c ¶Et benedictum nomen maiestatis eius in
Ioan.7.f æternũ.) Iuxta illud:Et erit credentibus in me nomẽ nouũ,quod benedicetur in terris:id est,Christianũ. d ¶Et replebitur maiestate eius omnis terra,fiat fiat.)
Ioan.2.g Cùm effuderit spiritum suũ sanctum super omnem carnẽ: quod
Act.2.c sã in actibus apostolicis legimus fuisse completum. Qui & nũc in nobis paracletum:id est,consolatorem dignetur infundere,vt intelligere possimus eum pro re-
B demptione nostra corpus assumpsisse terrenum, suscepisse mortẽ,penetrasse inferos, rediisse victorem ad cœlos.

e ¶Defecerunt hymni Dauid, filij Iesse.Psalmus Asaph.) Sciẽdũ quòd septuagesimus primus psalmus secũdi libri finis sit:vnde & in extremo habet,fiat fiat: pro quo nos in superioribus demonstrauimus, amen amen in Hebræo dici. Etiam hoc diligẽtius obseruandum,quòd defecerunt hymni Dauid, filij Iesse: ad finem septuagesimi primi Psalmi pertineat:id verò quod sequitur, Psalmus Asaph, initiũ sit sequentis. Psalmus LXXII.

f QVàm bonus Israël deus, his qui recto sunt corde.)Bonus enim est
Mat.5.a. his qui eum visuri sunt:sicut dominus inquit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ
C videbunt. g ¶Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.Quia &c.)Stabilitas sanctitatis eius atque incessio,ad deum labebatur, eo quòd æmulus impiorum pacis,felicitatisq; fuisset. h ¶Quia non est respectus morti eorum,& firmamentum in plaga eorum. Et in labore hominum &c.) Ab infirmitate,& plagis velociter conualescunt,nec sicut homines iusti,tribulationũ quatiũtur flagellis. i ¶Ideo tenuit eos superbia,operti sunt iniquitate,& impietate sua.)Per arrogantiam enim felicitatis multiplicata iniquitate premuntur. k ¶Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ.)In piguedine quoq; diuitiarũ, oblita iustitia iniquitas processit ab eis. De hac em̃ piguedine,&
Deut.32.b Moyses ait:Impinguatus est Iacob,& recalcitrauit. l ¶Transierunt in affectum cordis.)Vt suam,& non dei facerent voluntatem. m ¶Cogitauerũt,& locuti sunt nequitiã:&c.) Siue Iudæi,qui deum in carne positum blasphemãtes, nequitiæ laquæos tendebant in cogitationibus peruersis:siue hæretici,qui per interpretationes iniquas deo detrahunt.

n ¶Posuerunt in cœlum os suum:& lingua eorum transiuit in terra.)Per superbiam scientiæ locuti sunt contra habitatorem cœli:sed humiliatum est vsq; in terram iniquum eloquium eorum,& pertransijt:quia firmam non habuit statio-

a Et benedicẽtur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eũ. Be-
b nedictus dominus deus Israël: qui facit
c mirabilia solus. Et benedictum nomẽ ma
d iestatis eius in ęternum,& replebitur ma iestate eius omnis terra:fiat fiat.
e Defecerũt hymni Dauid filij Iesse psalmus Asaph. LXXII.
f QVàm bonus Israël deus:his qui
g recto sunt corde. Mei autẽ penè moti sunt pedes:penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquis,pacem peccatorum videns.
h Quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum nõ sunt,& cum hominibus nõ
i flagellabuntur. Ideò tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate, & impietate sua.
k Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum:
l trãsierunt in affectum cordis. Cogitauer-
m unt,& locuti sunt nequitiam: iniquitatẽ
n in excelso locuti sunt. Posuerũt in cœlum os suum,& lingua eorum trãsiuit in
o terra. Ideò cõuertẽtur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis. Et dixe-
p runt, quomodo scit deus:& si est scientia
q in excelso. Ecce ipsi peccatores,& abundantes in seculo:obtinuerunt diuitias. Et
r dixi,ergò sine causa iustificaui cor meũ: & laui inter innocentes manus meas. Et
s fui flagellatus tota die, & castigatiõ mea
u in matutinis. Si dicebam,narrabõ sic,ecce generationem filiorum tuorum reprobaui. Existimabam,vt cognoscerem:hoc
x labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium dei,& intelligam in nouissimis
y eorũ. Veruntamẽn propter dolos posuisti
z eis:deiecisti eos dum alleuiarẽtur. Quo-
a b modo facti sunt in desolationem subitò,
c defecerunt:perierũt propter iniquitatem
a suam. Velut somnium surgentiũ:domine
e in ciuitate

nem. Idcirco his prophetijs dominus de suis loquitur, dicẽs: D
o ¶Ideo conuertetur populus meus hic,& dies pleni inuenientur in eis.)Videntes hæc iusti qui prius in peccatoribus zelati fuerant,cernentes pacem eorum,reuertuntur ad deũ: vt plenitudinem dierum capiant æternorum,scientes, quia iniqui,nec ad dimidiũ accedunt.
p ¶Et dixerunt:Quomodo scit deus,& si est scientia in excelso.) Ignorant enim peccatores deum omnia posse cognoscere:nescientes miseri quia nihil ab oculis eius absconditur. q ¶Ecce ipsi peccatores,& abundantes in seculo obtinuerunt diuitias.) Abundantes diuitijs seculi, perdiderunt dona paradisi. r ¶Et dixi: ergo sine causa iustificaui cor meum,& laui inter innocentes manus meas.) Nunquid hæc videns iustus frustra se iustificauit: aut incontrario innocens opus fecit?Sed hæc ex persona iusti dominus ipse dicit,sicut sequentia docent. s ¶Et fui flagellatus tota die.) Flagellabatur E
enim dominus sæpe dolis eorũ: sed in die passionis certis contumelijs,& veris ictibus verberatus est. t ¶Et castigatio mea in matutino.)Iudas vtique qui dixit: Quid vultis mihi dare: & Mat.26.b
ego indicabo eum vobis, vt apprehendatur? Ipse autem in matutino fuit flagellatus: cùm sequenti die de traditione dominica abijt:& laqueo se suspendit.
u ¶Si dicebam narrabo sic,ecce generationem filiorum tuorum præuaricatus sum.)Ordo lectionis, & sensus iste est: Dum ipse me accuso in orationibus matutinis,hoc reperi vt dicerem: Ego si sic fuero locutus:ego si voluero dei occulta rimari: incipio à filijs tuis alienus fieri: velut non iustificetur quis,neq; iustum faciat opus. Hi qui me prædicant, & per me tui effecti sunt filij, in me consurgunt. Hinc propheta F
loquitur: x ¶Existimabam vt cognoscerem:hoc labor est ante me.)Perscrutatus sum cuncta,& si laboriose:existimaui tamẽ cum Rom.8.d.
apostolo,quia nõ sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriã quę reuelabitur in sanctis. y ¶Donec intrẽ in sanctuariũ dei:& intelligã in nouissimis eorum.) Intellexi etiã de his sanctis ingredies mente in eorũ cœtũ:quia & si in prima vita in paucis vexati:in nouissima tamẽ bene disponẽtur in multis. Hinc ad illos qui in diuitiarũ dolo confidebãt, verba vertuntur. z ¶Veruntamen propter dolos posuisti eos.)Quia tribulauerũt iniquis fraudib⁹ iustos. a ¶Deiecisti eos dũ alleuiarentur.)In diuitijs alleuiati à te sunt dejecti. b ¶Quomodo facti sunt in desolationẽ.)Interrogãtis vocis hic modus est:& sequitur respondentis.
c ¶Subitò defecerunt,perierunt propter iniquitatem suam.) Exposuit enim ordinem rei,iuxta illud quod apostolus ait: Cùm dixerint pax & securitas: tunc repentinus il- 1.Thes.5.
lis apparebit interitus. d ¶Velut somnium exurgentium.) Sicut quis dormiens videt in visu thesauros magnos auri argentiq;,& surgens omnia perdit:ita & hi diuitias suas post huius seculi vitam in qua velut in somno versati sunt.
e ¶Domine in ciuitate.) In cœlesti vtique Hierusalem.

Imaginem

G a ¶Imaginẽ ipſorũ ad nihilũ rediges.)Cũm pulſantibus his
Luc.13.c cœleſtẽ regiã,dices:Diſcedite à me operarij iniquitatis:quia
non noui vos. b ¶Quia inflammatum eſt cor meum.)Vt
Ioan.6.d. patris faciam voluntatem. Chriſtus dominus hæc loquitur.
c ¶Et renes mei cõmutati ſunt.)Ne mihi prẽualeret luxuria
cogitatiõis hũanę. d ¶Et ego
ad nihilum redactus ſum,& ne-
ſciui.) Et humiliatũ,& ignoran-
tem ſe dicit, vt verum hominem
mõſtret. Nulla enim deus igno-
ratione fallitur:ſed tantum pec-
catores neſcit. e ¶Vt iumen-
tum factus ſum apud te.) Por-
tans in carne peccata populi tui.
f ¶Et ego ſemper tecum.)Ego
in te,& tu in me. g ¶Tenuiſti
manum dexteram meam.) De-
ſcendente me in infernum: quia
ſiniſtra diaboli aduerſabatur mi
hi. h ¶Et in volũtate tua de-
duxiſti me.)Reſurgẽtẽ. i ¶Et
cũm gloria ſuſcepiſti me.) Cœ-
lis redeuntẽ. k ¶Quid enim
mihi eſt in cœlo,& à te quid vo-
H lui ſuper terram?) Cum em-
phaſi legẽdum,tam grandia mi
hi in cœlis præparaſti,& ego in-
felix in terris à te parua quære-
bam? Aliter:Neque in cœlo,neq;
in terra alium prẽter te queſiui.
A te enim impleta eſt voluntas
Philip.2.b mea:vt mihi flectatur omne ge-
nu,cœleſtium,terreſtrium,& in-
fernorum. Vox ſuccedit eccleſiæ
dicentis: l ¶Defecit cor meu-
m,& caro mea:deus cordis mei,
& pars mea deus in æternum.)
Poſt deum cordis ſui:id eſt,Chri
ſtum dominum,cuius pars facta
eſt:tam corde quàm corpore to-
to deſiderat. Nam defectio quam
ſe dicit habere:non pro diminu-
tione,ſed pro deſiderio accipiẽ-
da eſt. m ¶Quia ecce qui elõ-
gant ſe à te, peribunt: perdidiſti
omnes qui fornicantur abs te.)
Omnes qui fornicantur,ſine deo
peccant. Qui autem peccat,lon-
I gè eſt à deo:ideoq; perditioni eſt
proximus. n ¶Mihi autẽ ad-
hærere deo bonum eſt.) Cuius
ſanguine ſum redẽptus. o ¶Po
nere in domino deo ſpem meã.)
Quia vanum eſt in ſeculi confi-
dere bonis. p ¶Vt annũciem
omnes prædicatiões tuas in por-
tis filiæ Sion.) Per cõtemplatio-
nem enim ſpei quam in deũ ha-
bet: ſperat ſe induci in cœleſtis
Hieruſalem portis:ad capeſcẽdam futuram beatitudinẽ cum
electis eius. In quorum nos conſortiũ nõ meritorum inſpe-
ctor,ſed veniæ largitor admittat Chriſtus dominus. Amẽ.
q ¶Intellectus Aſaph.)Ideo intellectus,in titulo prænota-
tur:quia duplex captiuitas ſequitur:carnalis videlicet,& ſpi-
ritualis.

Pſalmus LXXIII.

r VT quid deus repuliſti in finem:iratus eſt furor tuus
ſuper oues paſcuæ tuæ.) Immẽſum dominicæ pie-
tatis donũ eſt: qui ſic repellit,vt reuocet: iraſcitur,
vt emendet. ſ ¶Memor eſto congregationis tuæ quã poſ-
ſediſti ab initio.) Eccleſiaſticæ vtiq; congregationis quã pa-
triarcharum,ſiue prophetarum,velvocationibus,vel ſacrifi-
cijs figuraſti. t ¶Redemiſti virgã hæreditatis tuæ.)Vir-
ga hæreditatis dei,Chriſtus eſt,ſicut Hieremię videnti vigi-
lantem virgam dicitur:Bene vides:quia vigilo ego ſuper po-
pulum meum.Et iterum:Egredietur virga de radice Ieſſe: &
flos de radice eius aſcendet,& ipſum gentes deprecabunturi.
Hæc ergo virga liberata eſt à perſequentibus inimicis.
u ¶Mons Sion in quo habitaſti
in eo.) Siue ĩ aſſumpto corpore,
ſiue in eccleſia. Vtrunq; enim ad
mõtẽ pertinet ſanctũ. x ¶Le-
ua manus tuas in ſuperbias eorũ
in finem.)Qui eccleſiam tuã im-
pugnare conãtur. y ¶Quan-
ta malignatus eſt inimicus in ſan
cto.) Vt hos malis cõſilijs homi-
nes perſecutores eorũ efficeret,
z ¶Et gloriati ſunt qui oderũt
te &c.) Inſtinctu eñ diaboli glo
riantur: cũm in odium dei,ſanc-
tos martyres pœnis affligunt.
a ¶Incenderunt igni ſanctuariũ
tuum in terra:polluerunt taber-
naculum nominis tui &c.) Facta
ſunt quidem hæc ſecundum hi-
ſtoriam:vel cũm Nabuchodono-
ſor eos adduxit in Babyloniã:vel
cũm Titus Veſpaſianusq; ſuccẽ-
ſa ciuitate cum templo,multitu-
dine gladio proſtrata, reliquum
vulgus captiuum abduxit. Sed &
modo cauendum eſt:ne quod tũc
contigit Hieroſolymę,Chriſtia-
næ nunc eueniat plebi: ſicut ſu-
perius iſto verſiculo quem prę-
teriuim⁹ quomodo dixit:Poſue-
runt ſigna ſua, & ſigna non co-
gnouerũt,ſicut in exitu deſuper.
Sic Babylonij in arrogantiam vi-
ctoriæ tumore ſublati,in templo
tuo ſigna ſua poſuerunt,quomo-
do ſolent ſuper portarum foriũ
ces de hoſtibus trophæa conſti-
tui. Quod Symmachus planius
interpretatus eſt,dicens: Poſue-
runt ſigna ſua manifeſtẽ in ædi-
to in introitu portarũ. Ergo ha-
beat vnuſquiſq; noſtrum in cor-
de ſuo vexillũ crucis:non aduer-
ſarij ſignum,ne eius ſecuri ſucci-
datur à gratia:ſed falce euange- M
lica purgetur ad gloriam. Non
ſuccendatur in concupiſcentijs,
ſed accẽdatur à ſpiritualibus ſa-
cramentis.Non polluatur vitijs,
ſed virtutib⁹ repleatur. Nec exi-
ſtimet deum aliquid non poſſe
cognoſcere, ſed confiteatur ni-
hil oculis eius abſcondi. Poſtremò non præbeat conſenſum in
improperijs diaboli,ſed glorifi-
cet nomen dei ſui. b ¶Vt quid auertis manum tuam: &
dexteram tuam de medio ſinu tuo in finẽ.)Sinus dei eſt ſan-
ctuarium eius,ſicut per alium ait prophetã. Sicut enim paſ- Eſa.40.c.
tor gregem ſuum fouet,& fœtus in ſinu portat:ſic dominus
plebem ſuam vegetat. Tunc ergo ab hoc ſinu,vel inſpectio-
nem,vel potentiam ſuam auertit,cũm peccauerimus in eum.
c ¶Deus autem rex noſter ante ſecula.) Sicut per Salomo-
nem ex ſapientia quæ eſt Chriſtus dicit:Condidit me in ini- Eccli.24.
tio viarum ſuarum,ante ſecula fundauit me. d ¶Opera- b.
tus eſt ſalutem in medio terræ.)Siue in Iudæa quæ medium
terræ dicitur,ſiue in vtero virginali. e ¶Tu confirmaſti
in virtute tua mare.)Seculum,vel quæ in eo ſunt. f ¶Tu
confregiſti capita draconis in aquis.)Potentiã dæmoniorum
in baptiſmo

a in ciuitate tua imaginẽm ipſorum ad
b nihilum rediges.Quia inflammatum eſt
c cor meum, & renes mei commutati ſunt,
d & ego ad nihilum redactus ſum,& neſci-
e ui. Vt iumentum factus ſum apud te: &
f ego ſemper tecum. Tenuiſti manum dex-
g teram meam,& in voluntate tua deduxi-
h ſti me:& cum gloria ſuſcepiſti me.Quid
i enim mihi eſt in cœlo: & à te quid volui
k ſuper terrã?Defecit caro mea,& cor meũ
l deus cordis mei,& pars mea deus in æter-
m num.Quia ecce qui elongant ſe à te,per-
ibunt: perdidiſti omnes qui fornicantur
n abs te. Mihi autem adhærere deo bonum
o eſt: ponere in domino deo ſpem meam.
p Vt annunciem omnes prædicationes tu-
as,in portis filiæ Sion.
q Intellectus Aſaph. LXXIII.
r VT quid deus repuliſti in finẽ: ira-
tus eſt furor tuus ſuper oues paſ-
ſ cuæ tuæ. Memor eſto congrega-
t tionis tuæ:quã poſſediſti ab initio. Redẽ-
u miſti virgam hæreditatis tuæ. Mons Siõ
x in quo habitaſti in eo. Leua manus tuas
y in ſuperbias eorum in finem:quanta ma-
z lignat⁹ eſt inimicus in ſancto. Et glõria-
ti ſunt qui oderunt te: in medio ſolennita-
tis tuæ. Poſuerũt ſigna ſua ſigna,& nõ
cognouerũt: ſicut in exitu ſuper ſummũ.
Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exci-
derunt ianuas eius inidipſum:in ſecuri &
a aſcia deiecerunt eã. Incẽderũt igni ſan-
ctuarium tuum:in terra polluerũt taber-
naculum nominis tui. Dixerunt in corde
ſuo cognatio eorũ ſimul: quieſcere facia-
mus omnes dies feſtos dei à terra. Signa
noſtra non vidimus:iã non eſt propheta,
& nos nõ cognoſcet ampli⁹. Vſq;quo de⁹
improperabit inimic⁹: iritat aduerſarius
b nomen tuum in finem? Vt quid auertis
manum tuam,& dexteram tuam: de me-
c dio ſinu tuo in finem. Deus autem rex
d noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem
e in medio terræ. Tu confirmaſti in virtu-
f te tua mare:tu cõtribulaſti capita dracõ
nũ in aquis. Tu confregiſti capita dracõ
nis:dediſti

A in baptiſmo ſubiecisti. Tu confregisti capita draconis in a-
quis:id est,diaboli. a ¶Et dedisti eum escam populis Ae-
thiopum.)Vt versa vice ab his deuoraretur,siue comminue-
retur,per signum crucis: quos prius deuorauerat in persua-
sionibus vanis. b ¶Tu dirupisti fontes &c.)Apostolos,vel
reliquos prædicatores. c ¶Tuus est dies,& tua est nox.) Clari-
tas euangelij,vel obscuritas legis:quia te vtraque pronunciant.
d ¶Tu fecisti solem.)Hominem illum per quem sedentes in tene-
bris lucem viderunt magnam. e ¶Et lunã.)Ecclesiã,quę in ob-
scuritatibus seculi lucet. f ¶Tu fecisti omnes terminos terræ.)
Iussu enim tuo cũcta creata sunt. g ¶Aestatem,& ver tu plasmasti
ea.) Quanq̃ & tempora anni,& omnia elementa mundi deus fe-
cerit tamen secundum Allegoriã,ver dicimus,cùm iusti in hoc
seculo bonis operibus florẽt. Aestatem, cùm fructum laboris sui
percipiunt. h ¶Memor esto
B huius,inimic⁹ improperauit do-
mino:& populus insipiẽs incita-
uit nomen tuum.)Stant tui mar-
tyres in agone, improperat dia-
bolus,exacerbat gẽtilis populus.
Tu domine memor esto eorũ qui
ob amorem nominis tui talia pa-
tiuntur. i ¶Ne tradas bestijs
animas confitentes tibi.) O dia-
bole: ô ministri diaboli,qui non
vultis corpora deuorare,sed ani-
mas. Tunc enim anima deuora-
tur ore bestiæ, cùm conniuenti-
am præbet diabolicæ voluntati.
k ¶Animas pauperum tuorum
ne obliuiscaris in finem.) Etsi ad
horã subduntur tribulationibus,
non pereant:sed probati manife-
sti fiant. l ¶Respice in testa-
mentum tuum,quia repleti sunt,
qui obscurati sunt terræ dumis
iniquitatũ.)Dumi interpretãtur
spinæ. Hi ergo qui obscurauerũt
C persecutionibus suis terram tuã:
repleti sunt sentibus iniquitatis.
Tu verò domine, qui per testa-
mẽtum tuũ,siue vetus,siue nouũ,
quia vtrũq; à te processit,& qua-
si vnum habetur,promisisti pro-
tegere tuos: succisis nunc spinis
erue nos. m ¶Ne auertatur
humilis factus cõfusus.) Nõ ob-
liuiscatur à te,qui in tribulatio-
nib⁹ multis atteritur. n ¶Pau-
per & inops laudabunt nomen
tuum.)Cùm promissa tua perceperint. o ¶Exurge deus,
iudica causam tuam.) Pro his improperijs quæ vel tu sustí-
nuisti pro nobis:vel nũc ecclesia sustinet. p ¶Memor esto
improperiorum tuorum:eorum quæ ab insipiente sunt tota
die.)Vt in iudicio confundãtur. q ¶Ne obliuiscaris vo-
ces inimicorum tuorũ.) Qui te vtiq; in præsentibus pressu-
ris inuocant consolentur à te. r ¶Superbia eorum,qui te
oderũt ascendit semper.)Nisi enim eorũ superbia ascẽdat:hi
Apoc. 22. nõ humiliãtur. Sic enĩ & dñs in Apocalypsi dicit. Impius im
c. piè agat,& iniquus amplius faciat iniquitatẽ. Ecce ego venio
citò,& merces mea mecũ. Nos quoq; supplices deprecamur
domine,vt ereptos nos ab spinis iniquitatũ,à superbię ruino-
sæ coturno,post mundi contẽptũ attollere digneris in cœlũ.

a nis : dedisti eum escam populis Aethio-
b pum. Tu dirupisti fontes,& torrentes:tu
c siccasti fluuios Ethan. Tuus est dies, &
d tua est nox:tu fabricatus es auroram & so-
e lem. Tu fecisti omnes terminos terræ:æsta-
f tẽ,& ver tu plasmasti ea. Memor esto hu-
g ius:inimic⁹ improperauit domino,& po-
pulus insipiens incitauit nomen tuũ. Ne
h tradas bestijs animas confitentes tibi, &
i animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum, quia repleti sunt,qui obscurati sunt
k terræ domib⁹ iniquitatum. Ne auertatur
l humilis factus confusus:pauper & inops
m laudabunt nomẽ tuum. Exurgẽ deus iudica causam tuam:memor esto improperiorum tuorum : eorum quæ ab insipiente sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum:superbiã eorum,qui te
n oderunt ascendit semper.

o In finem ne corrumpas,psalmus cantici Asaph. Psalmus LXXIIII.

p Confitebimur tibi deus: confitebi-
q mur,& inuocabimus nomẽ tuum.
r Narrabimus mirabilia tua: cùm
s accepero tempus,ego iustitias iudicabo.
t Liquefacta est terra,& omnes qui habitãt
u in ea:ego confirmaui columnas eius. Di-
x xi iniquis,nolite iniquè agere,& delinquẽ
y tibus,nolite exaltare cornu. Nolite extol-
lere in altum cornu vestrum:nolite loqui
aduersus deum iniquitatem. Quia neque
ab Oriente,neque ab Occidente neque à
desertis montibus : quoniam deus iudex
est. Hunc humiliat,& hunc exaltat: quia
calix in manu domini vini meri plenus
mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc:verũ-
tamen fex eius non est exinanita: bibent
omnes peccatores terræ. Ego autem an-
nunciabo in seculum:cantabo deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum confrin-
gam:& exaltabuntur cornua iusti.

In finem in carminibus psalmus Asaph,canticum ad Assyrios.

Psalmus. LXXV.

z Notus in Iudæa deus:in Israël ma-
a gnum nomẽ eius. Et factus est in
pace lo-
quam:sed omne iudicium dedit filio : quoniam filius homí-
nis est. Reddit causam quare accepit iudicium : quoniã filius
hominis est. Audis filiũ hominis:& dubitas quare accepit?

In finem in carminibus psalmus Asaph,canticum ad Assyrios. LXXV.

z Notus in Iudæa deus:in Israël magnũ nomen eius.)
Anteq̃ illuminaret crux mũdũ,& anteq̃ videretur
dñs in terra:notus erat in Iudæa deus,in Israël aũt
magnũ nomẽ eius. Quãdo autẽ venit saluator:in omnẽ terrã
exiit sonus eius,& in fines orbis terræ verba eius. a ¶Et Psal.18
factus est in pace locus eius.) Quod Hebraicè dicitur in salẽ
שלם. Videtur ergo secundum literam dicere Hierusalem,
quę antè vocabatur Salem,& postea Iebus,& deinde dicta est
Hierusalem,

D f ¶In finem ne corrumpas, psalmus cantici Asaph.)Asaph interpretatur synagoga. In Hebræo,nõ habet in finẽ,sed habetur victoria. Et Lxx.interpretes,non valde erraverunt : si quidẽ victoria perfecta est. Bene dixit in finẽ ne corrumpas. Hoc verbum multis modis interpretatur. Dicit & Dauid,ad aliquẽ de amicis suis:ne corrumpas eũ:hoc est,Saul Videte quid dicat. Et in alio loco legim⁹: qñ benedixit Dauid dominum: quia custoditę sunt manus eius:id est, ne interficiat Saul. Et nos ergo, quando non interficimus aliquẽ: custodiũtur manus nostræ. Alij dicunt quoniam iste psalmus à Dauid cõpositus est,& ab Asaph cantatus est. Alij autem quoniam ipse Asaph,& composuit,& cantauit. Ergo secundũ Lxx. hoc dicit. O domine,qui me custodisti: vt non mittẽ manum meã super Christum tuum Saul:vsq; ad finem custodi me.

Psalmus LXXIIII.

t Confitebimur tibi deus.) Hic confitebimur nõ pœ E
nitentiam significat, sed gloriam. u ¶Et inuocabimus nomen tuum.) Nomen dei,pater est: Antea enim ignorabatur. Dicit enim dominus:Pater, reuelaui nomen tuum hominibus. Omnis enim filius nomen est patris. Ioan.17.a
x ¶Narrabimus mirabilia tua.) Hoc dicit ecclesia: hoc dicit multitudo credẽtiũ. Narrabimus mirabilia tua. Iste versus cum prioribus iũgitur:iste autẽ qui sequitur,ex persona dñi dicitur. Sic enim interpretati sunt veteres.
y ¶Cùm accepero tempus,ego iustitias iudicabo.)Nunc enĩ non est iudex, sed erit. Si enim esset nunc iudex,peccatores nõ erigerentur,& in seculo non obtinerent diuitias. Hoc vos scandalizat:quoniã iusti fugiunt, & peccatores persequuntur ? Hoc vos scandalizat:qñ iniquitas regnat F
in mundo? Audite dñm dicentẽ : Cùm accepero tẽp⁹,ego iustitias iudicabo. Tẽpus enim iudicij reseruatũ est. In præsenti nõ est iudiciũ,sed certamen. Nõ enim iudicat pater quẽq̃:sed omne iudiciũ dedit filio. Audiẽs aũt hoc ne scãdalizeris,& dicas:quia minor est iste,qui accipit ab eo qui dat : sed vide quid dicat in euãgelio: Neque enim iudicat pater quen- Ioan.5.d
quam:sed omne iudicium dedit filio : quoniam filius hominis est. Reddit causam quare accepit iudicium : quoniã filius hominis est. Audis filiũ hominis:& dubitas quare accepit?

In finem in carminibus psalmus Asaph,canticum ad Assyrios. LXXV.

z Notus in Iudæa deus:in Israël magnũ nomen eius.)
Anteq̃ illuminaret crux mũdũ,& anteq̃ videretur
dñs in terra:notus erat in Iudæa deus,in Israël aũt
magnũ nomẽ eius. Quãdo autẽ venit saluator:in omnẽ terrã
exiit sonus eius,& in fines orbis terræ verba eius. a ¶Et Psal.18
factus est in pace locus eius.) Quod Hebraicè dicitur in salẽ
שלם. Videtur ergo secundum literam dicere Hierusalem,
quę antè vocabatur Salem,& postea Iebus,& deinde dicta est
Hierusalem,

Psal.109. G Hierusalem,in qua fuit rex Melchisedeck. Legimus:Tu es sacerdos in æternum: secundum ordinem Melchisedeck. Non dixit secundum ordinem Aaron:sed,Melchisedek. Quid voluit dicere,tu es sacerdos in æternum:secūdum ordinē Melchisedek? Manifestum est quòd in illo loco de Christo dicitur. Sed quid ait,secundum ordinem Melchisedeck? Aaron victimas obtulit, Aaron hostiarū sanguinem fudit. Melchisedeck nihil horum fecit, sed tantummodo panem,& vinum obtulit. Hoc ergo fecit Melchisedeck,& propterea dicitur, secundum ordinē Melchisedeck. In Hebraico habet:Et factum est in salē vmbraculum eius. Videte quid dicat secundum Tropologiam: non est vmbraculum domini,nisi vbi pax est. Vbi zelus atque discordia:ibi non est protector deus. Dicamus & secundum Septuaginta. Locus dei non est,nisi in anima quæ pacem habet. Quæ ergo anima non habet pacem,sciat se non esse locum dei. Pacem meam do vobis: pacem meā relinquo vobis. Hæc est saluatoris hereditas. a ¶Et habitatio eius in Sion.) Secundū literam possumus dicere Hierusalem,& Sion:quoniam ibi fuit templum. Secundum Tropologiam,verò & Anagogen dicimus:quia in Sion habitatio dei sit. Sion interpretatur specula. In quacunq; ergo anima notitia scripturarū est atq; doctrina:ibi inhabitat deus. b ¶Ibi cōfregit fortitudines arcuum.) Vbi? In Hierusalem,& Sion. Hierusalem interpretatur pax:Sion specula. Videamus ergo quæ sit pax, & quid sit specula. Dupliciter interpretemur: Aut humana anima in qua sit pax dei,& contemplatio: aut certe ecclesia,aut certe scriptura sancta. Ibi enim pax est, & ibi habitatio,& specula dei. Ibi confregit fortitudines arcuū: Illas sagittas ardentes quas mittebat diabolus. c ¶Scutū, gladium,& bellum.) Bellum illud de quo dicitur in alio loco: Dissipa gentes quæ bella volunt. Et quid sequitur? Sela, quod interpretātur Septuaginta diapsalma,& Hebraicè dicitur semper. Videte ergo quia semper confringit dominus scutum,& gladium,& bellum. d ¶Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis.) Dupliciter interpretamur montes. In veteri testamento,prophetas:in nouo testamēto,apostolos. De istis montibus dicit:Leuaui oculos meos in montes:vnde veniet auxilium mihi. In istis mōtibus,& ciuitas dei posita est. Non potest ciuitas abscondi super montem posita. Nos omnes sedebamus in tenebris,& in vmbra mortis:& illuxit nobis dominus de montibus æternis:hoc est,de prophetis,& apostolis. e ¶Conturbati sunt omnes insipientes corde.) Hunc versum de infidelibus possumus dicere.

f ¶Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt &c.) Verè hęc vita somnus est,& diuitiæ. Quando enim videmur eas tenere: statim amittimus: sicut illud quod scriptum est,in propheta. Sicut cùm aliquis dormit sitiens,si inuenerit aquā bibit: postea cùm vigilauerit,ipsa sitis manet: ita sunt & diuitiæ in hoc mundo: dum tenemus,amittimus. g ¶Dormitauerunt qui ascenderunt equos.) Secundum Tropologiā dicamus. Denique Pharao ascendit equos, & dormitauit, & periit. Aegyptij habebant equos,sed perierunt. Inde & præceptum est in lege: vt non Hebræus habeat equos. Dehinc Salomon nō habebat equū de Hierusalem: aut de Iudæa: sed emebat sibi de Aegypto. Sēper equi in Aegypto venduntur. Hi in curribus,& hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus. Illi ergo qui ascenderūt equos: dormitauerunt ac perierūt. Habet & dominus noster equos: habet & montes lucidos. E contrario,& diabolus habet montes tenebrosos. Sicut ergo sunt montes lucidi,& montes tenebrosi: ita sunt & equi boni,& equi mali. Diximus de equis malis: dicamus,& de equis bonis. Illo tempore quādo ad Eliseum venerunt,vt eum comprehenderent: exist puer & vidit exercitum in circuitu Assyriorum: & dixit Eliseus: Noli timere,quoniam plures nobiscum sunt,quàm cum illis. Et ibi scriptum est: Domine aperi oculos pueri tui,vt videat. Et apertis oculis vidit puer currus,& equos. Hi erant auxiliatores. Videte ergo quid dicat, currus & equos. Nemo hominum erat super ipsos, sed erant soli currus, & equi. Hoc est,quod vult dicere. Multitudo angelorum,ipsi & currus erant,ipsi & equi: ascēsor autem erat dominus. Propterea dicit in cātico Habacuc: Et equitatio tua salus. Hoc ad deum dicitur. O si nos essemus equi dei, & super nos dignaretur deus ascendere. Illi ergo contrarij equi dormitauerunt,& ascensores eorum. h ¶Extunc ira tua.) Ex quo tēpore ira dei? Quando populus clamabat ad Aaron,in eremo dicens: Fac nobis deos quos sequamur. Hic enim Moyses,qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus,quid ei acciderit. Eduxisti eos de terra Aegypti: & continuò te negauerūt. i ¶De cœlo auditum fecisti iudicium.) Locutus es de cœlo,audiuit omnis populus, & contremuit: & tamen in te non crediderunt. k ¶Terra tremuit,& quieuit.) Israël autem,nec timuit,nec quieuit. l ¶Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi.) Hoc est,quod dicitur in alio loco: Ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo. Alienis à te, quos submittit diabolus. Et quid sequitur? Si mei nō fuerint dominati: tunc immaculatus ero. Si me nō vicerint malæ cogitationes, tunc ero mundus in conspectu tuo. Et quid statim sequitur? Et emundabor à delicto maximo. Vide quid dicat. Si me cogitatio nō vicerit, & ad opus non perduxerit: à magno peccato liberatus sum. Quoniam cogitatio hominis cōfitebitur tibi. Nullus est enim mundus in conspectu dei, ne si vnius quidem diei fuerit vita eius. Astra non sunt munda in conspectu dei: & aduersus angelos suos peruersum quid excogitauit. Hoc totum quare? Quoniā si astra non sunt munda, si in angelis peruersum inuenitur: quanto magis in cogitatione hominum? Vbi sunt illi qui dicunt, recede à me, quia mundus sum? Quotidie quid patimur: quid fit in cogitationibus nostris nouimus: & erubescimus dicere. Multi sunt qui M opera mala non fecerūt: alij sunt qui nec locuti sunt: cęterūm qui in cogitatione non peccauerit, nullus hominū reperitur. Propterea nunc dicit: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. m ¶Terribili.) Cui? Deo. n ¶Et ei qui aufert spiritum principum.) Quando videmus aliquos potētes verbi causa, imperatores, præfectos, & in seculo isto nimium potentes, dicamus & nos ad deum: Qui aufert spiritum principum. Spiritū possumus & de anima dicere: possumus & de superbia dicere. Intelligamus, & aliter: qui aufert spiritum principum. Principes hic intelligimus sanctos. Ac si dicat: Princeps fuit Salomon, principes fuerunt cęteri sancti, princeps fuit etiam & apostolus Iudas: & quoniam peccauerunt, deus tulit ab eis spiritum sanctū. Nemo ergo dicat: ego episcopus sum, ego presbyter sum, aut diaconus, aut monachus: ego princeps sum in isto seculo: potens est deus tollere spiritū principū. Deniq; vt sciatis, quia tollit deus spiritū: recessit spiritus dei à Saul bonus: & suffocabat eū spiritus malignus. Sequitur: Et suffocabat eum spiritus dei malus. Ergo malum habet spiritū deus? Nequaq; sed ideo recesserat spiritus dei, vt postea suffocaret eum spiritus malus: Propterea spiritus dei dicitur malus. Deniq; sanctus Dauid, sciens quia spiritus tolleret principū: rogat deū,& dicit: Spiritū sanctum tuū ne auferas à me. Terribili apud reges terræ. Et secundum literā intelligitur.

In finem

a pace locus eius: & habitātio eius in Sion.
b Ibi cōfregit potentias arcuum: scutum,
c d gladium & bellum. Illuminans tu mirabi
e liter à montibus æternis: turbāti sunt o-
f mnes insipiētes corde. Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerūt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Ab increpatione tua deus Iacob: dormitauerunt qui
g ascenderūt equos. Tu terribilis es: & quis
h resistet tibi, extunc ira tua. De cœlo audi-
i k tum fecisti iudiciū: terra tremuit, & quie-
uit. Cùm exurgeret in iudicium deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
l Quoniam cogitatio hominis confitebi-
tur tibi: & reliquiæ cogitationis diē festū
agent tibi. Vouete & reddite domino deo
vestro: omnes qui in circuitu eius affertis
m n munera. Terribili & ei qui aufert spiritū
principum: terribili apud reges terræ.

4.Re.6.c K

Abacuc.3. b.

Exo.32.a. L

Psal.18.a

Iob.15.b & 25.b

1.Reg.16.c

Psal.50

In finē prō Idithun, psalmus Asaph.

Psalmus LXXVI.

a

b VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum, & intēdit mihi. In die tribulationis meę deum
c exquisiui: manibus meis nocte contra eū,
d & non sum deceptus. Renuit consolari a-
e nima mea: memor fui dei, & delectatus
f sum: & exercitatus sum, & defecit spiritus
g meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei,
h turbatus sum, & non sum locutus. Cogi-
i taui dies antiquos: & annos æternos in
k mēte habui. Et meditatus sum nocte cum
corde meo: exercitabar & scopebam spi-
l ritum meū. Nunquid in æternū proijciet
m deus: & nō apponet, vt complacitior sit
adhuc? Aut in finem misericordiam suā
abscidet à generatione in generationem:
n Aut obliuiscetur misereri deus: aut cōtinebit ī ira sua misericordias suas? Et dixi
o p nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi.

Memor

A intelligitur. Cęterum præstet deus nobis, vt reges terræ simus. Reges terræ, vt imperemus carni nostræ. Vnde dicit & Rom.6.b Apostolus: Nō regnet peccatū in mortali vestro corpore. Et Prob. 21.a in alio loco scriptū est: Cor regis in manu dei. Iuliani persecutoris cor ī manu dei fuit. Saul cor ī manu dei fuit. Manasse cor ī manu dei fuit. Achab cor in manu dei fuit: & omniū ipiorum regum Iuda corda in manu domini fuerūt. Videtis quoniam secundum literam stare non potest. Reges ergo sancti sunt: & istorum cor in manu domini est. Et nos ergo petam⁹ deum, vt reges simus, vt imperem⁹ carni nostræ, vt subiecta sit nobis. Vnde 1.Cor.9.d dicit & Apostolus: Ideo castigo corpus meum, & in seruitutē redigo, ne fortè alijs prędicans ipse reprobus efficiar. Imperet anima nostra, seruiat corpus: & statim veniet Christus, & habitabit in nobis. Denique quid dicit ipse in Apoc.3.d. euangelio? Veniam, inquit, & stabo ante ostium, & pulsabo: & si B quis mihi aperuerit: intrabo, & cœnabo cum eo. Quotidie stat ante ostium pectoris nostri Christus, intrare desiderat. Aperiamus ei, ingredietur in nos, & hospes noster erit, & conuiua: hoc est, & nobiscum comedet: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

a ¶In finem pro Idithun, psalmus Asaph.) In Hebræo per Idithun: vt significet non pro eo, sed per eum psalmum fuisse cantatum. Quòd autem sequitur, Asaph psalmus: in veteribus exemplaribus non habetur.

Psalmus LXXVI.

b VOce mea ad dominum clamaui: voce mea ad deum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ deum exquisiui.) Videte quomodo in tribulatiōe est, & dominum & deū deprecatur: & tamen vnus deus est. Voce mea ad dominum clamaui. Clamare eo tempore necessarium est: quādo longè est ille qui clamat. Ergo iste quod dicit: hoc est, quoniam propter peccata mea lōgè sum à te: propterea clamo, vt me exaudias. Voce mea ad dominum, & intēdit mihi. Psal.119 Ipsum est quod dicit & in alio loco: Ad dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me. In die tribulationis meæ, deum exquisiui. Difficilem rem dicit: Nos quando tribulamur, in terram deijcimur: nihil aliud nisi de tribulatione cogitamus. Iste verò in tribulatione commouetur, vt deum deprecetur. Ac si apertè dicat: Filium perdidi: incēsa est domus mea, ad mendacitatē veni: non quæro illud quod perdidi: sed C Mat.6.d dominum quæro. Si enim istum inuenero: in isto inuenio omnia. Quærite primùm regnum dei, & hæc omnia apponētur vobis. c ¶Manibus meis nocte contra eum: & nō sum deceptus.) In Hebræo aliter habet. Manus mea nocte extēditur, & non quiescit. Manibus meis nocte contra eum. Subauditur clamaui. Videte ergo quòd & opera nostra nobis ta-
Aggei. 1.d centibus clamant ad dominum: propterea dicitur: Factū est verbum domini in manu Aggei prophetæ. Non ei fit in ore: hoc est, in sermone, sed in manu: hoc est, in opere. Manibus meis nocte: hoc est, clamaui, manibus clamaui: Propterea di-
Exod.14. citur & ad Moysen: Quid clamas ad me? Et certe nō est scrd. ptum ibi quia clamaret Moyses ad deum: sed quoniam cor ipsius clamabat: Abba pater. Inde est quod dicitur in Hiere-
Thren.2.f mia: Nō siluit pupilla oculi mei. Videte ergo quòd & pupilla oculi nostri nō tacet, sed quotiēscunq; lachrymas proferimus, totiens clamamus ad deum. Manibus meis nocte con-
Psal. 133.a tra deū: Id est, quod dicitur: In noctibus extollite manus vestras in sancta: & benedicite dominum. In nocte istius seculi, & in tenebris cùm alij ad vitia properarēt, ego opera mea ad te solum leuabam. Et non sum deceptus: Quoniā sic clamaui & opere clamaui. Nō sum deceptus. Dupliciter intelligitur. Aut consecutus sum quod volebam: aut certe non sum deceptus ab insidijs diaboli, qui me circūuenire cupiebat. In Hebræo autem scriptum est: Manus mea in nocte extenditur, & non quiescit. Semper extenditur manus virtutibus, nonnunq; peccatis contrahitur. D

d ¶Renuit consolari anima mea.) Quātum in peccatis meis est, spe me nulla poteram consolari.

e ¶Memor fui dei, & delectatus sum.) Quantum in peccatis meis fuit: nullā inuenire potui consolationē. Rursum cogitaui de deo & in misericordia ipsius delectatus sū. In Hebraico aliter habet: Memor fui dei, & conturbatus sum. Considerauī mansuetudinē ipsius: considerauī pietatem, considerauī munditiā: & videns meipsum immūdū vehementer cōturbabar. f ¶Exercitatus sū, & defecit spiritus meus.) In Hebræo melius habet. Loquebar in memetipso, & defecit spirit⁹ meus: siue desperatione, siue desiderio dei. g ¶Anticipauerūt vigilias oculi mei.) In Hebræo aliter habet: Prohibebam suspectū oculorū meorū: cōstupebā, & nō loquebar. Quod dicit hoc est, Considerans peccata mea, oculos ad cœlum erigere non audebam: Peccatori enim dicit de⁹: vt quid Psal. 49.e tu enarras iustitias meas? Propterea stupebā, timebam, loqui non poteram. Hoc iuxta Hebræos. Anticipauerunt vigilias oculi mei: Anteq; aliquis vigilaret, ego vigilabā. Legimus & in Daniele. Et ecce, inquit, ir: id est, vigil. Nō dormitauit neq; Dan.10.a dormiet, qui custodit Israël. Ergo monachus, qui nō vigilat, Psal.120.a hunc versum non potest dicere. h ¶Turbatus sum, & nō sum locutus.) Hoc est, quod dicit Apostolus: Sol nō ôccidat Eph.4.f super iracundiam vestram. Turbatus sum, quasi homo: non sum locut⁹, quasi Christianus. Iracūdia cœpit in corde meo: sed iracundiā in verba non protuli. i ¶Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.) Quantum pro peccatis meis est, desperabam: & renuerat consolari anima mea. Cœpi cogitare ab initio mundi, quando hominem fecit deus vsq; ad annū meū: ab Adam vsq; ad tempus meū. k ¶Meditatus sum nocte cum corde meo: & scopebam spiritū meum.) Non cogitabam de iracundia: non cogitabam de inímico meo: sed tota mea cogitatio de deo erat. Nox quæ solet E esse, vel ad quietem, vel ad libidinem: mihi erat cogitatio de virtutibus. Meditatus sum nocte cum corde meo, & scopebā spiritum meum: hoc est, fodiebam quasi agrum, vt ibi mitterem semen doctrinarum domini. l ¶Nunquid in æternū proijciet deus?) Hæc erat tota cogitatio mea: Deus hominē fecit de terra, & promisit ei vitam æternam: quomodo ergo de paradiso eiectus est? m ¶Et non adijciet ei, vt placeat adhuc. Aut in finem misericordiam suam abscidet à generatione in generationem?) Hoc est, vtramque generationē proijciet: & prioris populi, & sequentis? Et si proiecerat Iudæorum populum: nūquid & gentium proijciet? n ¶Aut continebit in ira misericordias suas.) Non potuit pulchrius dicere: quanuis se teneat, vt non misereatur: tamen vincit illum misericordia sua. o ¶Et dixi nunc cœpi.) In Hebræo aliter habet: Et dixi, imbecillitas mea: id est, hoc quod patior, non est de crudelitate dei: sed de peccatis meis.

p ¶Hęc mutatio dexteræ excelsi.) Vt dominus misereatur: vt det gratiam suam vniuerso mundo: vt non retineat in ira sua misericordias suas. Hæc mutatio dexteræ excelsi: Nisi dextera eius. hoc est, filius eius mutatus fuerit, & hoīs corpus acceperit: nos misericordiam accipere non possumus. Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Qui cùm in forma Philip.2.a dei esset cōstitutus, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.

Memor

a Memor fui operum domini: quia memor
b ero ab initio mirabilium tuorum. Et me-
ditabor in omnibus operibus tuis: & in
c adinuentionibus tuis exercebor. Deus in
d sancto via tua: quis deus magnus sicut
e deus noster, tu es deus qui facis mirabilia.
f Notam fecisti in populis virtutem tuam:
g redemisti in brachio tuo populum tuum:
h filios Iacob, & Ioseph. Viderunt te aquæ
i deus: viderunt te aquæ, & timuerunt: &
k turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus
l aquarum: vocem dederunt nubes. Etenim
m sagittæ tuæ transierunt: vox tonitrui tui
n in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ or-
o bi terræ: commota est, & contremuit ter-
p q ra. In mari via tua: & semitæ tuæ in a-
r quis multis: & vestigia tua non cognos-
centur. Deduxisti sicut oues populum
s tuum: in manu Moysi, & Aaron.

G a ¶Memor fui operum domini.) Quæ fecerat Moysi, quæ fecerat sanctis. b ¶Quia memor ero ab initio mirabiliũ tuorum, & meditabor in omnibus operibus &c.) Tota mea cogitatio de virtutibus tuis est. Cõsidero quomodo illis misertus es, & de me nõ despero. c ¶Deus in sancto via tua.) Quicunque ergo sanctus nõ est: via dei in eo non est. Via dei quæ Ioan. 14.a est? Ego sum via, & veritas. Hoc saluator dicit. Via ergo dei filius est: via autem dei non est nisi in sancto. Volumus, vt Christus habitet in nobis, simus sancti. Dei enim via in sancto est. d ¶Quis deus magnus sicut deus noster.) Sicut enim sunt dij multi: & domini multi. Hoc loquitur Apo- 1.Cor.8.b stolus: Deus stetit in synagoga Psal.81.a deorum: Ego dixi dij estis, & filij Exod. 7.a excelsi omnes. Et ad Moysen: Dedi te deum Pharaonis. Sancti dij dicuntur. Illi secundum gratiam dij: tu autem natura deus es. e ¶Tu es deus qui facis mirabilia.) Nõ dixit, qui fecisti: sed, qui H facis mirabilia. Quotidie facit deus mirabilia, & operatur, & filius, & spiritus sanctus. Tu es deus, qui facis mirabilia. Heri latro: hodie Christianus. Heri fornicator, hodie continẽs. Heri rapiebas aliena, nunc tua porrigis. f ¶Notam fecisti in populis virtutem tuam.) Christus dei virtus, & dei sapiẽtia: mysterium quod à seculis fuerat absconditum, nunc notũ fecit in populis. g ¶Redemisti in brachio tuo populũ tuũ.) Esa.53.a Domine quis credidit auditui nostro: & brachiũ domini cui reuelatum est? Redemisti in brachio tuo populum tuũ: id est, in Christo. h ¶Filios Iacob, & Ioseph.) Vtrũq; populũ: & Iudæorum, & Christianorum. Iacob in populo Iudæorum, Ioseph. & Ioseph in populo gentium. Denique Ioseph interpretatur lingua Hebræa augmentum. Illi ergo præcesserunt, & nos adiuncti sumus: propterea dicit, filios Iacob & Ioseph. i ¶Viderunt te aquæ deus: viderũt te aquæ, & timuerunt.) Interim dicamus secũdum literam: hæreamus terræ propter simpliciores. Quando populus transiuit per mare rubrum, & per Iordanem: creatorẽ suum intellexerunt aquæ, & populus nõ Psal.13.a intellexit. k ¶Et turbatæ sunt abyssi.) Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. l ¶Multitudo sonitus aquarũ discusserunt nubes.) Pro nubibus aquas habet in Hebræo. Quòd ait: m ¶Vocem dederũt nubes.) Hoc inter- I pretantur quando visus est deus in Sina monte. n ¶Etenim sagittæ tuę perambulabant: vox tonitrui tui in rota.) Et hoc interpretãtur de fulgoribus, & dicũt: Quando tonitruat deus, similem vocem facit rotæ. Videtis quomodo adhuc in terra hæream, & loquar secundũ literam occidẽtẽ. o ¶Illuxerũt coruscationes tuæ orbi terræ.) Hic quid facis tu Iudæe? In mari via tua: & semitæ tuæ in aquis multis. Et hoc fac, aut de mari dici, aut de Iordane. Et vestigia tua non cognoscentur. Hoc secundum literã, quomodo intelligis? Propter simpliciores secundum literã diximus: reuertamur ergo ad intelligentiam spiritualẽ. Viderunt te aquæ deus. Loquamur de reuelatione Ioãnis. Aquæ, inquit, multæ, populi multi sunt. Viderunt te aquæ deus. Quæ aquæ? Et aquæ quæ sunt per cœlos, laudẽt nomen domini. Viderunt te aquæ deus. Mentes & animæ puræ. Viderunt te aquæ, & timuerunt. Timor non fuit de odio, sed de fide. Et turbatæ sunt abyssi. Dicamus aliquid secundũ intelligentiã spiritualem. In principio Geneseos scriptum est: Et super aquas, inquit, ferebatur spiritus. Et deinde scriptũ est: Super abyssos, inquit, ferebantur tenebræ. Videte ergo quid dicitur in principio Geneseos: hoc est, secundum intelligentiam spiritualẽ: Super aquas, inquit, ferebatur spiritus. Iam eo tempore baptismum significabatur. Non enim poterat esse baptismũ sine spiritu. Super abyssos verò tenebræ. Ista est abyssus ad quam dæmones postulant, ne mittantur à Iesu. Super abyssos ergo tenebræ. In aquis erat munditia: in abyssis, tenebræ. Quæ sint abyssi, me tacẽte intelligitis: quoniam dæmones formidant ire in abyssum. Vocẽ dederunt nubes. Nubes, prophetæ: quæ Iudæis tacuerunt, nobis locuti sunt. Vocem dederũt nubes, etenim sagittæ tuæ transierunt. Prædicatio sermonis Christi in vniuersum orbem cucurrit. Vox tonitrui tui in rota. Tonitruus propriè, grandis vox est. Denique eo tẽpore quando deus locutus est: Hic est filius me⁹ dilectus, in quo Mat.3.d mihi complacui: facta est vox tonitrui rotæ similis. Deniq; propterea scribitur: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarũ Psal.41.b tuarum: Hoc est, duo testamẽta, nouũ & vetus. Vox tonitrui tui in rota. Vox prædicationis tuæ in rota. Propterea grandis vox dicitur: quia grãdis est prædicatio. Vox tonitrui tui in rota: in toto orbe per circuitum. Nõ solum auditur in Iudæa, quod tu loqueris, sed & auditur in seculo. Hoc diximus generaliter. Dicamus autem specialiter de interiori homine. Rota modico L quodam vestigio stat in terra: & non solum stat, sed quasi percurrit: non stat, sed tangit & præterit: Denique cùm voluitur, ad altiora transcendit. Ita & sanctus vir, quoniam in corpore est, necessitatem habet aliqua de terrenis cogitare: & quando venerit ad victum, & vestitum, & cætera huiusmodi: habens victum & vestitum, his contẽtus est: 1.Tim.6.b & tangens terram, ad altiora festinat. Ille qui currit, & ad altiora festinat, in illo est sermo tuus. Legimus & in propheta: Zach.9.d Sãcti lapides voluũtur super terram. Videte quid dixit: sancti lapides voluuntur super terrã. Quoniam enim rotę sunt, propterea voluuntur super terram: & ad altiora festinant. Vultis scire rotas plures? Legim⁹ Ezec.1. & in Ezechiel: Inuicem sibi hærent rotæ. Duæ rotæ, sunt nouum, & vetus testamentũ. Ista rota in illa hęret: & illa in ista. Tamẽ videte quid dicitur, & in Ezechiel: Et quocũq; inquit, ducebat spiritus, illuc sequebantur & rotæ. Hoc & in Eccle- siaste dicitur: quòd in consummatione mũdi reuoluetur ro- Eccl's.12.c ta super lacum. Multa sunt quæ dicantur de rotis: sed ad reliqua festinat oratio. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: Apostolica prædicatio. p ¶Commota est, & contremuit terra.) Nisi terra nostra commota esset, & conturbata, M nos Christiani non essemus. Commota est, & cõtremuit terra. Super nullum enim requiescit spiritus domini, nisi super Esa.66.a humilem, & quietum, & tremẽtem verba eius. q ¶In mari via tua.) Vbi fluctus, vbi amara aqua, vbi draco habitat: vbi pisciculi minuti hærẽt. In mari via tua. Qui eras in cœlo, descendisti in terram. Secundum literam possumus dicere: Eo tempore quo eduxit Moyses Israẽl, tu eras qui educebas. In Exod.14 mari via tua. Deinde possumus, & secundum historiã aliter dicere: maria tibi fuerunt via. Sed illud semel fecit. Cęterùm quotidie loquitur ad mare: Tace, obmutesce. Domin⁹ te mitigat, vt nos per istud seculum transire possimus. In mari via tua. Ille venit fons vitæ, vt dulcoraret mare. Mare amarũ, mare mortuum. Propterea iuxta Ezechielem: egreditur de tem- Ezec.47. plo domini fons aquæ viuæ, & vadit ad mare mortuũ, quod nihil habebat viuens. Nulli enim piscículi esse poterãt in mari mortuo: nihil viuebat in mari mortuo. De templo domini hoc est, de sinu eius egressus est saluator: & dulcorauit mare mortuum, & amaras aquas. In mari via tua: & semitæ tuæ in aquis multis. Propterea in mari via tua: vt tu faceres viam: & sequerentur te apostoli tui. r ¶Et semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur: deduxisti sicut oues populum tuum.) Bonus pastor deduxit quasi oues populum suum. s ¶In manu Moysi, & Aaron.) Hoc fecit secũdum literam:

literam:Cæterũm quotidie facit in nobis. In manu Moysi:id
Rom.7.c. est,in lege. Scimus autem quoniam lex spiritualis est. In lege
tua spirituali & Aaron:hoc est,in sacerdotio. In lege spiri-
tuali,& in sacerdotio tuo spirituali, nos deduxisti populum
In Exodo, tuum. Hoc secundũ literã intelligamus de Moyse & Aaron.
Numeri, Eductus quidem est Moyses &
& Deute- Aaron, sed non introductus in
ronomio. terram repromissionis. Successit
ei Iesus. Videte quod scriptũ est:
Moyses in deserto mortuus est:
Aaron mortuus est:Maria mor-
tua est:& hoc est quod scriptum
Zach.11.b. est in propheta: Et percutiã, in-
quit,tres pastores in mense vno. Illi mortui sunt: neq; enim
potuerunt intrare in terrã repromissionis. Viderunt tan-
tummodo contra terrã repromissionis,& intrare non po
tuerunt. Iudæi viderunt terrã repromissionis,& intrare non
potuerunt. Mortui enim in deserto sunt:& cadauera eorum
sunt in solitudine,eorũ qui mortui sunt in deserto. Nos filij
In Iosue sub Iesu duce venimus ad Iordanem, & intrauimus terram
libro. repromissionis,& venimus ad Galgala:& secundò circuncisi
sumus spirituali circũcisione, & ablatum est à nobis oppro-
brium Aegypti. Nunc ipse Iesus dux noster gladium tenet,
& semper nos præcedit,& pugnat pro nobis & vincit aduer
B sarios,& septem diebus circuimus Iericho: hoc est,istũ mũ-
dum. Canimus sacerdotalib⁹ tubis,& circuimus Iericho:hoc
est,istum mundum:& cadunt muri eius, & nos ingredimur,
& victores existimus. Deinde vincimus ciuitatem Ahi:veni-
mus postea ad Iebus:venimus ad Azor: venimus ad alias ci-
uitates:vincimus aduersarios,quos sub Moyse vincere nõ po
tuimus. Gratias ergo agamus ducí nostro Iesu: Illo enim du
ce,illo pugnãte,nos vincimus. Ille imperauit soli vt staret,&
stetit:& istius typo ille magnus erat,ille imperabat,sed do-
minus efficiebat. Ille victor extitit, ille quod frequenter di-
xi,in spelunca quinq; reges interfecit,ille nos induxit in ter-
ram repromissionis. Illi agamus gratias, ille est filius Nun,
quod nos legim⁹ Naue. Ille est qui dicebatur Osee,quod nos
Ause legimus. Non enim dicitur secundum Hebraicam ve-
ritatem Ause,sed Osee,id est,saluator. Verè saluator:Saluat
enim nos,& eduxit de deserto, & induxit in terram repro-
missionis,cui sit gloria in secula seculorũ,Amen. Septua-
gesimusseptim⁹ psalmus. Præcipit scriptura diuina,quãdo
ad diuitis prandiũ inuitati fuerimus,cum intelligentia mit-
tamus manum nostram ad epulas. Igitur & nobis dies prã-
dium præpositum scripturarum est. Venimus in pratũ,vbi
herbæ florent:hinc rosa rubet,inde cãdẽt lilia, diuersi flores
sunt. Anima nostra huc,illucq; trahit,vnde flores pulchrio-
res capiat. Si rosam colligimus,lilium relinquimus:si lilium
C tulerimus,violæ nobis superfunt. Ita & in septuagesimose-
ptimo psalmo,qui mysticus est, & sacramentis plurimis in-
uolutus:quamcunq; aspexeris literam,flores sunt. Flores di-
uersi, & non possumus totos colligere. Eligamus autem o-
mne quod possumus: è paucis potest & cætera florũ digni-
tas contemplari.

a ¶Intellectus Asaph.)Hoc titulo prænotatur. Ipse nos ti-
tulus ad intelligẽtiam prouocat. Asaph vnus fuit de chorodidascalis,sicut fuerũt & filij Core,& Idithun,& cæteri. Er-
go de cæteris ex chorodidascalis, & iste vnus est propheta.
Quia ergo intellectus est simplex,& in psalmo narratur hi-
storia:necessitate compellimur omne quod scriptum est,se-
cundum intelligentiã intelligere. Scriptũ est:In terra Aegy
pti in campo Taneos:Interrupit mare, & eduxit eos in nube
diei,& tota nocte in illuminatione ignis.& cætera. Videmus
quia simplex narratur historia. Si ergo sic intellexerimus vt
scriptum est,sine causa titulus prenotatus est:Intellectus A-
saph. Si autem intellexerimus vt titulus prænotatur, neces-
sitate compellimur, aliud in litera habere, aliud in spiritu
reperire.

Psalmus LXXVII.

b ATtendite populus meus legẽ meam: inclinate aurẽ
vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os
meũ,& loquar ꝓpositiones ab initio.)Videtis quia
bene suprà scriptum est: Intellectus Asaph. Denique & ipsa

a Intellectus Asaph. LXXVII.

b ATtendite populo meus legẽ meã:
inclinate aurem vestrã in verba
oris mei. Aperiã in parabolis os
meum:& loquar propositiones ab initio.

Quanta prophetia sic incipit:Attendite populus meus legem meam: D
non Moysi legem,sed legẽ meam. Inclinate aurem vestrã in
verba oris mei. Hoc est quod dicit in euangelio: Qui habet Lucæ.8.a.
aures audiendi,audiat. Aperiam in parabolis os meum. Ape-
riam vobis quod Iudæis clausum est. Aperiã in parabolis os
meum. Et sine parabolis,inquit, Marc.4.d
non loquebatur eis: discipulis au
tem suis secretò soluebat parabo
las. Aperiã in parabolis os meũ.
Quod illis in parabolis loquor
foris,vobis intrinsecus aperiam.
Et loquar propositiones ab ini-
tio. Pro propositionibus,in He-
bræo habet,in ænigmate. Ergo omne quod dicitur, ænigma
est. Aenigma non est hoc quod dicitur, sed aliud quid signi-
ficatur. Dicat mihi aliquis: Vim facis scripturæ:Cùm enim
titulus habet:Intellectus Asaph, tu mihi ex persona Christi
interpretaris hoc dictũ. Ex persona Christi interpretemur
hoc dictum,si Christiani sumus. Sumus autẽ Christiani, qui
Christi baptismum accepimus.& nõ solum confitemur, sed
& ꝓfitemur,quia Christiani sumus. Debemus ergo credere
euangelistis. Scriptum est in euangelio secundum Matthẽũ:
Cùm,inquit,locutus fuisset in parabolis domin⁹ noster atq; Matt.13.c.
saluator,& illi non intelligerent:& cætera quæ scripta sunt
in euangelio. Et postea euangelista quid intulit? Hæc omnia, E
inquit,facta sunt,vt impleretur illud quod scriptũ est:Ape-
riam in parabolis os meũ,& loquar propositiones ab initio.
Vides ergo quòd euangelista Matthæus hoc ex ꝑsona Chri
sti intellexit. Cùm enim induxisset dominum dicentẽ in pa-
rabolis,& illi non intelligerẽt:hoc,inquit,factum est,vt im-
pleretur quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meũ,
& loquar propositiones ab initio. Videt nobis nihil reman-
sisse quæstionis,sed diligenter attendite:Studij enim mei est
non declamare more rhetorico,sed scripturarũ sensus ape-
rire. Denique & dominus atque saluator quid dixit? Scruta- Ioan.5.f.
mini scripturas,& ibi inuenietis quomodo de me scriptum
est. Et alibi dixit Iudæis:Erratis,nescientes scripturas, neque Marc.12.e
virtutem dei. Videte quid dicat:Erratis. Quare? Nescientes
scripturas. Quoniam autem nescitis scripturas? propterea
nescitis Christum,qui est dei virtus,& dei sapiẽtia. Dicitur
ergo in Matthæo: Hæc,inquit,facta sũt,vt impleretur quod
scriptũ est in Asaph propheta. Sic inuenitur in omnibus ve-
teribus codicibus,sed homines ignorãtes tulerũt illud. De-
niq; multa euangelia vsq; hodie ita habẽt: Vt impleretur qđ
scriptum est per Esaiam prophetam. Aperiam in parabolis
os meum,& loquar propositiones ab initio. Hoc Esaias non
loquitur,sed Asaph. Deniq; & impius ille Porphyrius pro-
ponit aduersum nos hoc ipsum, & dicit: Euangelista vester
Matthæus tam imperitus fuit,vt diceret: quod scriptum est F
per Esaiam prophetam: Aperiam in parabolis os meum, &
loquar ꝓpositiones ab initio:ergo simpliciter dicam⁹: quo-
modo illud in euangelio scriptum est,sic scriptũ est in Mat-
thæo & Ioanne,quòd dominus noster hora sexta crucifixus
sit. Rursum scriptum est in Marco:quia hora tertia crucifi-
xus sit. Hoc videtur esse diuersum, sed nõ est diuersum. Er-
ror scriptorũ fuit:Et in Marco hora sexta scriptũ fuit: sed
multi episemum Græcum ⊂, putauerunt esse Γ: sicut & ibi
error fuit scriptorum:vt pro Asaph, Esaiam scriberẽt. Sci-
mus enim quia prima ecclesia de imperitis congregata fuit
gentibus. Ergo cùm legerent in euãgelio: Vt impleret quod
scriptum est in Asaph propheta: ille qui primus scribebat
euangelium,cœpit dicere:Quis est iste Asaph propheta? Nõ
erat notus in populo:& hoc fecit,vt dum errorem emenda-
ret,faceret errorem. Dicamus aliquid simile: & in alio loco
in euangelio secundum Matthæum:quãdo Iudas retulit tri- Mat.27.a
ginta argenteos:& noluerunt accipere sacerdotes, nec mit-
tere in corbonam,quoniam erat precium sanguinis:& eme-
runt inde agrum figuli in sepulturam peregrinorum: Pre-
ciũ Christi,sepultura nostra est: & vocatur ager ille Achel-
demach,quod est ager sanguinis. Sanguinis ager non Iudæo-
rum,sed nostra sepultura est. Nos enim peregrini fuimus &
aduenæ,& non habebamus vbi requiesceremus. Ille crucifi-

G xus est,& mortuus:& nos cum illo cõsepulti sumus: Vt impleretur,inquit,quod scriptũ est in Hieremia propheta: Retulit,inquit,triginta argenteos, precium quod appreciatum est,& cætera. Sicut scriptum est,inquit, in Hieremia ,pphe-
Mat. 27.a ta:hoc in Matthæo scriptum est. Requisiuimus in Hieremia propheta:& hoc penitus inuenire non potuimus, sed inuenimus
Zach.11.c. illud in Zacharia. Videtis ergo: quia & hic error fuit,sicut ibi.

a ¶Quanta audiuimus & cognouimus ea.) Hi versiculi ab: Attendite populus meus legem meam: vsq; in istum versiculum, Loquar propositiones ab initio: ex persona Christi dicuntur: & ipse saluator loquitur. Iam cæteros versiculos vsque ad finẽ psalmi,ex persona apostolorum debemus accipere. Dicẽte ergo domino: Inclinate aurem vestrã ad verba oris mei. O apostoli,quod,
Matt.10.c inquit,audistis in secreto,prædicate super tecta. Quid dicũt apostoli? Quanda audiuimus & co-
H gnouim⁹ ea:& patriarchæ,Et,pphetę locuti sũt nobis. b ¶Et patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filijs eorũ, &c.) Propterea illi locuti sunt, vt nos filij eorũ scirem⁹. c ¶Et legẽ posuit in Israël:quanta mãdauit patribus nostris.)Illis carnaliter locuti sũt: sed nos ea spiritualiter intelligimus. d ¶Vt nota facerẽt ea filijs suis.) Hoc est,nobis. Propterea illis locutus est,vt nobis proderẽt.
e ¶Filij qui nascentur & exurgent, & narrabũt filijs suis.
Psal.44. d. Pro patrib⁹,inquit,tuis nati sunt tibi filij. Nos filij sumus illorũ. Illi nobis narrauerunt,& nos narrauimus filijs nostris, filij eorum nos sumus. f ¶Vt ponant in deo spem suã.) Vt iam non credant in idolis,sed in deo credant. g ¶Vt non obliuiscantur opera dei.) Vt videant ordinem creaturę: & ex creatura intelligant creatorem. h ¶Et mãdata eius exquirant.)Non contemnant sicut Iudæi, sed exquirãt sicut
1.Cor.10. b. Christiani. i ¶Nec fiant sicut patres eorum.)Ne murmurent sicut murmurauerunt quidã in deserto, & perierũt. k ¶Generatio praua & exasperans.) Non ego hoc loquor: propheta tuus hoc loquitur de te. Generatio praua & exaspe
Mat.16.a. rans. Generatio adultera & pessima signum quærit:& signũ
I non dabitur ei,nisi signum Ionæ. Quare dixit,praua.? Quia facti sunt in arcum peruersum. Arcus enim nunquam extẽditur in eum qui se mittit,sed cõtra aduersarios. Ista autem generatio cũm esset recta à deo condita:& haberetur in manu dei quasi arcus,vt mitteret per eã sagittas, versa est quasi arcus peruersus,blasphemans in creatorem suum. l ¶Generatio quæ non direxit cor suum.) Vsque hodie peruersus est Israël. m ¶Et non est creditus cum deo spirit⁹ eius.) Quoniam non recepit filium,propterea non recepit spiritumsanctum. Denique spiritussanctus,quando descendit in specie columbæ, non descendit super turbas Iudæorum, sed super vnum Iesum. Si vis ergo Iudæe spiritum accipere,crede in Iesum,quoniã spiritussanctus sedet in Iesu. n ¶Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum.)O quãta mysteria,ô quanti flores. Non dico dies,sed & totus mensis ad intelligentiam istius psalmi non potest sufficere. In singulis verbis sensus sunt. Habem⁹ & thesaurum in vasis istis fictilibus. Multi hoc interpretãtur de corpore,& de spiritu sancto:hoc est,habemus thesaurum in vasis fictilibus. Est quidẽ & ista intelligẽtia:sed ista multo melior est,quoniam habemus thesaurum preciosissimum in vasis fictilibus:hoc est,in verbis rusticis scripturarum. Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum,conuersi sunt in die belli,& cætera. Legi-
3.Reg.12. e.f. mus in regum libris:quoniam sub Roboam filio Salomonis, Ieroboam filius Nabath scidit populum à reliquo populo, & decẽ tribus duxit in Samariam. Iudæ verò tribus, & Beniamin remanserunt sub imperio Roboam: & multi de tribu Leui,qui habitabant in Hierusalem sacerdotes & leuitæ,sicut scriptum est in Paralipomenon,reuersi sunt ad templũ dei:hoc est,in Hierusalem. Tres ergo tribus fuerũt: hoc est,Iuda: Iuda ipsa regalis tribus, & Beniamin:& postea Leuitæ ibi venerant de diuersis tribubus ad tẽplum. Qui erant ergo in Samaria, de tribu Ephraim habebant regem. Quomodo enim qui regnabant in Iudæa, habebant regẽ de tribu Iuda, & genere Dauid: sic qui regnabant in Samaria,habebant regem de tribu Ephraim, & reges ipsorum vocabantur Ephraim. Legamus Osee prophetam: & omnem prophetiam eius contra Ephraim reperiemus. Et dicitur ibi: Ephraim, inquit, fa- Osęe.7.c.
E 2.Para.11. e.
ctus est quasi columba insipiens. Vide quid dicat. Columba enim insipiẽs relinquit tẽplum, & habitat in syluis. Columba semper in domib⁹ habitat. Ephraim verò columba mea reliquit templum: reliquit domum, & habitat in syluis, habitat in desertis. Hoc interim secundum literam, debemus enim & historiam ponere. Nũc verò post literã, quasi per quosdam gradus debemus ad maiora conscendere. Dicamus ergo, filios Ephraim, omnes essẽ hæreticos. Et isti eñ recesserunt de domo dei,& isti dimiserunt Dauid, & habitabant in desertis. Et dicuntur quidem columbæ: quia legũt ipsi scripturas,sed insipienter intelligunt. Multi sunt qui dicuntur filij Ephraim, intendentes & mittentes arcum. Vide omnes hæreticos, qui dereliquerũt Hierusalem, qui dereliquerunt templum dei,qui habitant in Samaria. Vbi fecerũt vitulos aureos? In Bethel,& in Dan. Et vide quid dicat: Fecerunt vitulos aureos in Bethel,in domo dei, idololatræ facti sunt. Et fecerunt illud in Dan:hoc est,in iudicium suum, & in condemnationem. Dereliquerunt domum domini, & nihil aliud nisi de auro cogitant. Dicat aliquis: Quare fecerunt vitulos aureos? Noster thesaurus repositus est in vasis fictilibus. Ecclesiastici enim,rustici sunt & simplices: omnes verò hæretici, Aristotelici & Platonici sunt. Deniq; vt sciatis,quoniam omnis eloquentia secularis,aurum dicitur: hoc est,quoniam lingua eorum quasi propter splendorem auri dicitur: Calix aureus Babylon in manu domini. Videte quid
L
M
Hier.51.a
dicat: Babylon confusionis. Ergo mundus iste, calix aureus est. De hoc calice aureo omnibus gentibus propinatur. Filij Ephraim intendentes & mittentes arcum. Quamcunq; videris scripturam hæreticorum,omnes superstitiones habẽt. Reuersi sunt in die belli. Nesciunt eum qui dixit: Pacem meã
Ioã.14.d. do vobis,pacem meã relinquo vobis:sed ad verba sunt præparati. Habent verba, sed audient illud quod scriptum est: Dissipa gentes quæ bella volunt. Dicat aliquis,nostram esse
Psal.67.g sententiam: Videamus consequentia: o ¶Non custodierunt testamentum dei:& in lege eius noluerunt ambulare,& & obliti sunt benefactorum eius.) Consurrexerunt contra eum,qui eos regenerauit in baptismate. p ¶Et mirabilium eius quæ ostendit eis.) Videte sensum scripturarum, quomodo de filijs Ephraim venit ad historias præteritas: vt illud quod scriptum est: Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio: parabolicè dictum ostendat.
q ¶Coram patribus eorum quæ fecit mirabilia in terra Aegypti,in campo Taneos: interrupit mare, & perduxit eos: statuit aquas quasi in vtre,& deduxit eos in nube diei.) Dicat aliquis: Vim facis scripturæ: Simpliciter enim dicitur de

a Quãnta audiuimus & cognouimus ea:
b & patres nostri narrauerunt nobis. Non
sunt occultata à filijs eorum: in generatione altera. Narrantes laudes domini &
virtutes eius:& mirabilia eius quæ fecit.
c Et suscitauit testimoniũ in Iacob: & lẽgem posuit in Israël. Quanta mandauit
d patrib⁹ nostris nõta facere ea filijs suis:
e vt cognoscat generatio altera. Filij quĩ
nascentur & exurgent:& narrabũt filijs
f suis. Vt põnant in deo spem suam: & nõ
g obliuiscãtur operum dei:& mãdata e-
i ius exquirant. Ne fiant sicut patres eo-
k rum: generatio praua & exasperans. Ge-
l neratio quę non direxit cor suum:& nõn
m est creditus cum deo spiritus eius. Filij
n Ephraim intendentes & mittentes arcũ:
o conuersi sunt in die belli. Nõn custodierunt testamentum dei:& in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefa-
p ctorum eius:& mirabiliũ eius quæ ostend-
q dit eis. Cõram patribus eorum quæ fecit mirabilia in terra Aegypti: in cãpo Taneos.

populo

populo Iſraël,quando eductus eſt de terra Aegypti:& propterea ſecundum hiſtoriam dicitur. Et legimus decem tribus quoniam dereliquerunt deum,& idololatræ effecti ſunt: & quaſi ſecuti ſunt vitulos aureos. Videamus Aſaph ,ppheta quo tempore fuerit. Vtique illo tempore,quãdo fuit Dauid quadraginta annis. Rurſum Salomõ alijs quadraginta annis. Poſt octoginta annos ſub Roboam,poſtea ſciſſæ ſunt decem tribus. Vides ergo quod dicitur:nõ dicitur de decem tribub⁹, ſed de hæreticis prophetatur. Corã patrib⁹ eorum fecit mirabilia. Obliti ergo ſunt hęretici patris ſui, qui fecit mirabilia in terra Aegypti,in tenebris iſtius ſeculi, quomodo illos liberauit. In eccleſia renati ſũt: & poſtea vbi nati ſũt, diſplicet eis eccleſia. In terra Aegypti in campo Taneos:vbi idololatria,vbi rex Aegypti,vbi eqtat⁹ Aegypti,vbi lamnes & Mãbres aduerſarij Moyſi,vbi idololatria. Nos omnes eram⁹ in Aegypto ,& à domino liberati ſumus. Interrupit mare, & eduxit eos. Ambulabat dominus ſuper mare,& fluctus maris mitigauit, & nos perduxit. Interrupit mare,& eduxit eos. Vſque hodie ô monache fidelis, quando educeris de Aegypto:interrũpitur mare,& ſic educeris. Statuit aquas quaſi in vtre:In Hebræo non habet,vtrem:ſed,ſicut aceruum. Et deduxit eos i nube diei. Ecce dominus venit in Aegyptum in nube leui. Nubem leuem, aut propriè ſaluatoris corpus debemus accipere: quia leue fuit,& nullo peccato pregrauatũ eſt. Aut certè nubem leuem debemus ſanctã Mariam accipere: nullo ſemine humano prægrauatam. Ecce dominus venit in Aegyptum, ſeculi iſtius:ſuper nubem leuem, virginem. Et deduxit eos in nube diei. Pulchrè dixit,diei:Nubes enim illa nõ fuit in tenebris, ſed ſemper in luce. a ¶ Et tota nocte in illuminatione ignis.) Et tenebræ non ſunt abſconſæ à te, Sicut lux tibi: ita & nox tibi. Et nota nocte in illuminatione ignis. Domin⁹ noſter, ignis conſumens eſt. Ignis conſumens. Non dixit quid conſumens,nobis intelligentiam dereliquit. Qui ſuper fundamentum Chriſti ædificauerunt,lignum,fœnum,ſtipulam: dominus illis ignis conſumens eſt. Ignis duplicem habet naturam:& lucet,& vrit. Si peccatores ſumus,incendit:ſi iuſti, lucet nobis. b ¶ Interrupit petram in deſerto.) Interrupta nobis eſt petra in eremo. Percuſſa eſt petra, & fluxerunt aquæ. Illa petra quæ dicit:Qui ſitit,veniat & bibat:de cuius ventre fluxerunt flumina. c ¶ Et adaquauit eos velut in abyſſo multa.)In deſerto,vbi aqua non erat,abundantia nobis aquarum facta eſt. d ¶ Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas, & appoſuerũt adhuc peccare ei,&c.)O peruerſitas cordis praui, in deũ malè loquitur: & qui iuſtitiam eſurire debuerat, carnes requirit & holera. Nam ſicut Moyſes percuſſit in eremo petram, & produxit populo aquas:ita & dominus quẽ Paulus percuſſum ait ,pter peccata noſtra, immenſos nobis protulit fontes: apoſtolos ſcilicet,quos petra monſtrauit,& per quos fluxerũt torrentes. Torrentes autem doctores accipimus: per quos torrentes,id eſt,ſubſequentes eccleſiarum doctores repleti ſũt. Ex quorum nos prædicatione,ſitim verbi dei reſtinguimus. Sed & fontem baptiſmi nobis atque martyrij,eadem petra oſtendit. De latere enim eius cùm percuſſus eſt,ſanguis & aqua proceſſit:quod baptiſmũ & martyrium figurauit. Torrentes autem doctores dicti : quia priuſquam crederent, ab imbribus & volutabris huius ſeculi erant repleti. Nunc autẽ baptiſmo abluti,à fonte vitæ perennis inundauerunt. Addit murmuratio Iudaica, dicens:

neos. Interrupit mare,& perduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in vtre. Et deduxit
a eos in nube diei: & totã nocte in illumi-
b natione ignis. Interrupit petram in ere-
c mo:& adaquauit eos velut i abyſſo multa. Et eduxit aquã de petra:& eduxit tãquam flumina aquas. Et appoſuerũt adhuc peccare ei: in ira cõcitauerũt excelſum in inaquoſo. Et tentauerũt deum in cordibus ſuis:vt peterẽt eſcas animabus ſuis. Et malè locuti ſunt de deo, & dixerunt:nũquid poterit deus parare mẽſam in deſerto? Quoniam percuſſit petrã & fluxerunt aquæ :& torrentes inundauerũt. Nũnquid & panem poterit dare, aut
e parare menſam populo ſuo? Ideõ audiuit
f dominus,& diſtulit: & ignis accẽnſus eſt
g in Iacob, & ira aſcendit in Iſraël. Quia
h non crediderunt in deo:nec ſperauerunt
i in ſalutari eius. Et mandauit nubib⁹ deſuper:& ianuas cœli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum : & panem
k cœli dedit eis. Panem angelorum mãducauit homo:cibaria miſit eis in abundã-
l tia. Tranſtulit Auſtrũ de cœlo:& induxit in virtute ſua Aphricũ. Et pluit ſuper eos ſicut puluerẽ carnes: & ſicut are-
m nam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum:circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis:& deſiderium eorum attulit eis: non ſunt fraudati à deſiderio
n ſuo. Adhuc eſcæ eorum erãt in ore ipſorum:& ira dei aſcẽdit ſuper eos. Et occidit pingues

e ¶ Nunquid & panem poterit dare,aut parare menſam populo ſuo?) Difficilem putat virtutem dei:vt qui eduxerit aquam de ſaxo,quaſi non poſſit manna dare de cœlo. f ¶ Ideo audiuit dominus,& diſtulit.) Vtique ſe ab eis, ne in terram repromiſſionis intrarent g ¶ Et ignis accenſus eſt in Iacob:& ira aſcendit in Iſraël.)Iacob nõ ſemper ſupplãtator vitiorum intelligitur : nec Iſraël in omnibus videns deũ,accipitur. Apoſtolus autem docet eſſe Iſraëlem ſecundum carnem: de quo dicitur: Et fornicatus eſt Iſraël. Si enim vidiſſet mẽte deũ, fornicatus vtique non fuiſſet. Sic de Iacob,cùm Eſaũ pollutũ idolis adorabat,dicẽs: Video faciem tuam tanquam faciem angeli dei: Vel, cùm impinguatus recalcitrauit,non erat ſupplantator vitiorum. Ideo & hic ita intelligẽdum eſt:quia accenſus eſt in Iacob terrenus ignis concupiſcentiæ:& ira in vltione diuina,ſuper Iſraël carnalem aſcendit.

1.Cor.10.d. Iudicũ.8.f E Gen.33.b.

h ¶ Quia non crediderunt in deum,nec ſperauerunt in ſalutari eius.)Nec patrem, nec filium, qui ſalus mundi eſt, crediderũt. i ¶ Et mandauit nubibus deſup, & ianuas cœli aperuit . Et pluit illis manna ad manducandum.) Præſtita hæc ſunt Hebræis : ſed & modo in eccleſia prophetis & apoſtolis præcipit:vt nobis verbum prædicationis, quo anima ſpiritualiter paſcatur,annuncient. k ¶ Panem cœli dedit eis:panem angelorum manducauit homo.) Ipſe homini cibum præbuit,qui dixit:Ego ſum panis vitæ,qui de cœlo deſcendi:qui manducauerit exeo,viuet in æternũ. Ex hoc enim pane cœli,ſancti reficiuntur & angeli. l ¶ Cibaria miſit eis in abundantia.) Vt iam non literæ hordeo, ſed ſpiritualis tritici dogmate ſatientur. m ¶ Et tranſtulit Auſtrum de cœlo,& induxit in virtute ſua Aphricum, & pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes,&c.)In ventis,flatũ ſpirituſſancti demonſtrat. Collatio autem multitudinis,quę puluerí vel arenæ maris aſſimilatur,terrenum & durum eorum arguit ſenſum. n ¶ Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum, circa tabernacula eorum:& mãducauerunt,& ſaturati ſunt nimis.) Caſtra,ſynagogas dicit. Tabernacula verò,corda eorum in quibus hæc defluxerunt. Quòd autem eos nimis indicat ſaturatos,ingluuiem eorum carnalem increpat : quòd hi qui de dei præceptis refici debuerant,de puluereis ſe carnibus ſentiunt ſatiatos. o ¶ Et deſiderium eorum attulit eis:nõ ſunt fraudati à deſiderio ſuo.)Immenſa pietas domini,vt terreno victu eſurientes paſcit: ſic & qui eum deſiderauerit,cœleſti,quem ſuperius diximus,pane replet. Ergo hi qui carnes tantum,& nõ deum deſiderauerunt,quid in ſequenti pertulerint,videamus. p ¶ Adhuc eſca eorũ erat in ore ipſorum,& ira dei aſcendit ſuper eos: & occidit pingues eorum.)Hæc de his qui deum poſt acceptũ manna dereliquerunt. Nam & nũc in eccleſia ſi quis carne & ſanguine Chriſti reficitur,& declinat ad vitia:nouerit ſibi dei iudiciũ

Ioan.19.f. D

Ioã.6.c. F

Deut.4.d

1.Cor.3.c.

Ioan.7.c.

Nume.20 b.

Rom.4.d

Hiere.31. & Matt. 2.c. G Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia nō sunt. a ¶Facti sumus opprobrium vicinis nostris,&c.) Opprobrium fiunt sancti his qui prius fratres fuerant:& tūc separati ab ecclesia,timentes deum persequuntur: Quod ad hæreticos refertur: b ¶Vsquequo domine irasceris in finē, accēdetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gētes quæ te nō nouerūt:& in regna quę nomē &c.)Ne nobis irascaris quæsumus domine, qui te nouimus: sed in illos potiꝰ retorque furorem tuum, qui Christum tuum ignorant. c ¶Quia comederunt Iacob,& locum eius desolauerunt.) Illum carnalem,qui seductꝰ est astu inimici. d ¶Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum:citò anticipent nos misericordiæ tuæ domine, quia pauperes facti sumꝰ nimis.) Præueniat nos quæsumus domine misericordia,quę est vnigenitus tuus: vt veniens propicietur iniquitatibꝰ nostris, & eruat nos H à peccatis.Pauperes enim facti sumus in mundo propter illum. e ¶Adiuua nos deus salutaris noster,propter gloriam nominis tui domine libera nos:& ꝓpicius esto peccatis nostris &c.)Tūc nobis,vel adiuuas,vel propiciaris: si claritas nominis tui,quæ in gentibus benedicitur, nos morte sua à morte eripiat. f ¶Nequādo dicant gentes,vbi est deus eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris.) Gētes,siue nationes, potestates aduersæ sunt:quæ inualescūt aduersū nos dicentes: Vbi est deus verax vester?Sicut paganí martyribus sępe dicebāt. g ¶Vltio sanguinis seruorum tuorū qui effusus est.) Iudicium hic inuocat: quò sanguis martyrum exquiratur à domino, qui in Apocalypsi ait: Apoc.6.c. Quiescite modicum, donec impleatur numerus conseruorū vestrorum. h ¶Introëat in cōspectu tuo gemitus compeditorum.)Qui te per longas lachrymas requirentes,absolui,& tecū esse desiderant. i ¶Secundū magnitudinem brachij tui,possidefilios mortificatorum.) Eos scilicet qui per martyrū exempla currentes, crucifixerūt se vitijs & cōcupiscētijs. k ¶Redde vicinis nostris septuplū in sinu eorum.) Vt non iudicij pœna damnentur,sed in hoc seculo septuplam compositionē pœnitēdo dissoluāt.Sinus autē sępe pectus hominis intelligitur, in quo anima requiescit. l ¶Improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.) Tibi enim exprobrant: quia martyres tuos in quibus habitas, contumelijs affligunt m ¶Nos autem populus tuus, & oues pascuę tuę.)Propter innocentiam autem,quam gerunt, oues vocantur: vel quia Christum pastorem habent. n ¶Confitebimur tibi in secula,in generatione & generationē.)Hoc est,à prophetis vsq; in euangelista. o ¶Annunciabimus laudem tuam.) Quia tibi est cū æterno patre & spiritu sancto honor & gloria,in secula seculorū, Amen. K p ¶In finem pro his qui commutabuntur, testimonium Asaph.)Iste psalmus vocem continet prophetæ deprecantis,narrantisque magnalia dei.

latilibus cœli:carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinē ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem:& non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobriū vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt. Vsquequò domine irasceris in finē: accēdetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes quæ te non nouerunt:& in regna quæ nomen tuum nō inuocauerunt. Quia comederūt Iacob: & locum eius desolauerunt. Nē memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumꝰ nimis. Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Nē fortè dicant in gentibꝰ vbi est deus eorum: & innotescat in nationibus coram oculis nostris. Vltiō sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introëat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinē brachij tui: posside filios mortificatorum. Et reddē vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerūt tibi domine. Nōs autem populus tuus & oues pascuæ tuæ: cōfitebimur tibi in secula. In generatione & generationē:annūnciabimus laudē tuā.

In finēm pro his qui commutabuntur testimonium Asaph,Psalmus Assyrijs

LXXIX.

Vi regis Israël intēde: qui deducis velut ouem Ioseph. Qui sedes super Cherubim:mānifestare cōram Ephraim,& Beniamin,& Manasse. Excitā potētiam tuam & vēni:vt saluos facias nos. Dēus conuerte nos:& ostēnde faciem tuam,& salui erimus. Domine deus virtutum:quoūsq; irasceris super orationem serui tui: Cibābis nos pane lachrymarū,& potum dabis nobis in lachrymis in mēsura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris,& inimici nostri subsannauerūt nos. Domine deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam,& salui erimus. Vineam de Aegypto trāstulisti:eiecisti gētes & plātasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius:& plantasti radices eius, & impleuit

Psalmus LXXIX.

q Qui regis Israël intende.)A deo regitur,qui mēte videt deum. Ergo hūc,ppheta intēdere sibi deposcit. r ¶Qui educis tāquam oues Ioseph.)Nō illum Ioseph cuius typum in alio psalmo repulit: sed illū qui triginta argenteis à discipulo vēditus, paterna virtute ex inferno deductus est cum grege iustorū. s ¶Qui sedes super Cherubim.)Super plenitudinem omis scientiæ. t ¶Appare.)Huic mundo te videndum præbe. u ¶Coram Ephraim, & Beniamin, & Manasse.) Illū Ephraim Manassenq; commemorat, quos alibi fortitudinem sui capitis dicit:id est,ecclesiā vel apostolos. L Quòd autem Bēiamin in medio posuit:significat Paulum apostolum, qui de tribu Beniamin descendit,cæteris apostolis sociandū. x ¶Excita potentiā tuā.) Quam Aegyptijs ac filijs Israël ostendisti. y ¶Et veni,vt saluos facias nos.) Vt sicut illos eruisti de Aegypto, ita nos salues à potestate dęmonū. z ¶Deꝰ conuerte nos.)Ad te cognoscendum. a ¶Et ostende faciem tuam,& salui erimus.) Ostende filium tuum vt saluemur. b ¶Domine deus virtutū quousque irasceris super orationem serui tui?)Non enim irascitur, si iustitiam petamus:sed conscientia delicti,putat etiam ab oratione irasci. c ¶Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura.) Sæpe ob desiderium dei,siue recordationem peccati: lachry- M mæ nobis panes, potúsque fiunt. Quòd autem ait:in mensura, illud indicat:vt in hac oratione,in qua peccatis absolui cupímꝰ, vel deum videre desideramus: vīctus tenuis accipiatur, si in precatione nō in multiloquio proferatur. d ¶Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, &c.)Iudæis atq; hæreticis,qui in circuitu ecclesiæ obstrepūt,nósque impugnant. e ¶Domine deus virtutū conuerte nos ad te, & ostende faciem tuam,&c.)Illū qui dixit:Qui me videt,videt & Ioan.14.b patrē. f ¶Vineam de Aegypto trāstulisti:eiecisti gentes & plantasti eam. Dux itineris fuisti in cōspectu eius,&c.)Licèt hæc synagogam figurauerint, ad ecclesiā referēda sunt,quę à tenebris seculi ad cœlestem dignitatem,eiectis vitiorū gentibus, fide fauente, trāslata est. Cui etiā via,id est,mandata per quæ graderetur largita sunt:plantatis in ea doctoribus, per quos in omnē terram euangeliorū sonus nunciaretur. Ipsa quoque à domino super Cherubim residente custoditur,dirigitur ac nutritur.

Operuit

a & impleuit terram. Operuit mõtes vmbra eius,& arbusta eius cedros dei. Ex-
b tẽdit palmites suos vsq; ad marẽ,& vsq;
c d ad flumen propagines eius. Vt quid dẽ-
e f struxisti maceriã eius, & vindemiãt eam
omnes qui prætergrediuntur viam. Ex-
g terminauit eam aper de sylua, & singu-
h laris ferus depastus est eam. Deus virtu-
i tũ conuertere: respice de cœlo & vide,&
k visita vineam istam. Et perfice eã quam
l plantauit dextera tua, & super filiũ ho-
m n minis quem cõfirmasti tibi. Incẽsã igni
& suffossa: ab increpatiõe vult9 tui per-
o ibũt. Fiat manus tua super virũ dexteræ
p tuæ: & super filium hominis quem con-
q firmasti tibi. Et non discedimus à te: vi-
r uificabis nos & nomen tuum inuocabi-
s mus. Domine deus virtutũ cõuerte nos:
& ostende faciem tuam,& salui erimus.
t In finem p torcularibus psalmus ipsi
Asaph,quinta sabbati LXXX.
Exulta

A a ¶Operuit montes vmbra eius,& arbusta eius cedros dei.) Cum patriarchis atq; apostolis claritatis suæ. b ¶Extẽdit palmites suos.) Non sumus vites, qui ex vinea illa fronduimus. c ¶Vsq; ad mare.) Id est,vsque ad baptismum accessimus,qui prius in vanitate seculi huius fluctuabamur. Mare enim Apocalypsis baptismum signat. d ¶Et ad flumen propagines eius.) Vt qui in ea renascebantur, baptismo abluerentur. Hinc ad synagogã reuertitur. e ¶Vt quid destruxisti maceriam eius.) Tunc enim munitio synagogæ deposita est, Rom.11.c. cùm ei cæcitas cõtigit, donec plenitudo gentium subintraret.
f ¶Et vindemiant eam omnes transeuntes viam.) Spoliatur ab his qui per huius seculi viam ad deum transeunt: dum Iudæos cõuerti faciunt prædicando.
g ¶Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depast9 est eã.) In apro atq; singulari fero immanitas diaboli intelligit,
B à quo exterminata est ppter incredulitatẽ. h ¶Domine de9 virtutum cõuerte nos.) Synagogam ad ecclesiam. i ¶Respice de cœlo,& vide,& visita vineã istam.) De qua superius sum locutus. k ¶Et perfice eã quam plãtauit dextera tua.) Quam virtus: id est, filius tuus resurrectione sua fundauit. l ¶Et super filium hominis.) Filium virginis m ¶Quem confirmasti tibi.) Quẽ deuicta morte, ad tuam dexteram collocasti. n ¶Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribũt.) Synagoga vtique cum Iudæis non credentibus. o ¶Fiat manus tua super virum dexteræ tuę.) Super populum quem dextera, id est, Christus tuus saluabit. p ¶Et super filium hominis quem confirmasti tibi.) Ipsum mediatorem, saluatoremq; nostrum. q ¶Nõ discedimus à te, viuificabis nos.) Si tibi fide adhæreamus, tunc pane illo vitæ quem de cœlo misisti, reficimur. r ¶Et nomen tuum inuocabimus.) Ipsum cui dedisti nomen super omne nomen. s ¶Domine deus virtutum conuerte nos,& ostende faciem tuam,& salui erimus.) Ipsum qui est imago tua: ipsum qui est facies tua: qui est illuminatio vultus tui, in quo manes, & qui manet in te. Qui purificatis mentibus nostris dignetur illabi, seq; nobis mundi saluatorem ostẽdere, nosq; inspectione sanC cta saluare. Ipsi gloria & imperium tecum, & cum spiritu sancto,& nunc,& in secula seculorum, Amen.
t ¶In finem pro torcularibus psalmus ipsi Asaph. In lege scriptum est tres esse solennitates: Paschæ, Pentecostes, & Scenopegiæ. Ante Scenopegias, ante dies decem ieiuniũ erat, & ieiunium erat vsque ad vesperum. Eo tempore tubis canebant: hoc est, ieiunabant, & in ieiunio tubis canebant: & post dies decem Scenopegiæ erant. Diligenter attendite: Tres solennitates in lege scriptæ habentur. Primùm Pascha, deinde Pẽtecostes, deinde Scenopegiæ. Ante Scenopegias, ieiũnium: in ieiunio autem tubis canebant. Animaduertite scriptura quid significet. Tollite velamen, quod positum est ante oculos Moysi: & videte quoniam tabernacula non possumus fieri, nisi antè ieiunemus. Ipsum autem ieiunium nisi habuerit signũ victoriæ, quod nostros aduersarios deterreat, nõ vincitur Amalek. Quoniam ergo tres sunt solẽnitates: Pascha, Pentecoste, Scenopegiæ: ideo & tres psalmi habent titulos p torcularibus: Octauus psalmus, & octogesimus,& octogesimustertius. Videtis ergo quomodo tres psalmi scripti sint in psalterio, qui pro torcularibus prenotantur. Videte quid dicat psalmus octauus,& octogesimus,& octogesimustertius: & antequã de numero disputemus, dicamus quid sibi significare velint torcularia. Pro torcularib9. Torcularia nõ sunt

alibi, nisi vbi vineæ & infinita vindemia. Pro torcularibus. D
Propterea dicit dominus atq; saluator: Torcular calcaui solus,& de gẽtibus vir nõ erat mecũ. Propterea vineã de Aegypto transtulit & plantauit. Et dicit in Hieremia: Ego te plãtaui vineam veram totam, electã: quomodo conuersa es mihi in amaritudinem vitis alienę? Et Noë vinum bibit, & inebriat9 est. Dicitur & à Salomone, dicitur etiã in mysterio: Bibite amici,& inebriamini. Legimus & in alio loco: quoniã Ioseph ille vir sanctus, qui in typo præcessit saluatoris, qui venditus est à fratribus suis: quem vendiderunt fratres sui, & regnauit in Aegypto. Sic dominus & saluator noster vẽditus est à Iudæis, & regnauit in Aegypto istius seculi. Ille ergo Ioseph vir sanctus, ille præcipuus qui crudelitatem pietate superauit: qui ideo venditus est in Aegyptum, vt Aegyptum pasceret,& fratres suos qui eũ vendiderunt. Ille igitur Ioseph inuitauit fratres suos. Sed videte: Et iE ebriatus esse in meridie dicitur. Hoc verò secũdum literam stare non potest, vt vir sanctus inebriatus fuerit. Inebriatus est & Noë, sed verè fuerat inebriatus. Ioseph inebriatus fuit & Noë, & inebriatus est in domo sua. Videte mysteriũ: Videamus antè qd significet in mysterio,& postea disputem9 quid significet in sensu. Post diluuiũ mũdi istius bibit Noë,& inebriatus est Gene.9.c in domo sua, & denudata sunt fœmora ei9, & eius apparuit turpitudo: & venit frater maior & irrisit, frater autem minor texit. Hoc totum dicitur de saluatore, quoniam dicebat in cruce passionis: Pater, si possibile est, transeat à me calix Mat.26.d iste. Bibit,& inebriatus est,& denudata sunt fœmora eius,& apparuit ignominia crucis. Venit frater maior, populus Iudæorum,& irrisit: & minor, populus de gẽtibus, texit ignominiam. Propterea maledictus Chanaan, seruus erit fratris sui. Ecce maledictio illa vsq; hodie perseuerat. Nos minor populus, imperamus maiori populo Iudæorum. Sicut ergo dominus in passione inebriat9 est, sic & sancti in ardore fidei quotidie inebriant in spiritusancto. Tu qui die hesterna aurum colligebas, hodie proijcis: nónne apud ignotos videris insanus? Deniq; & apostoli quando spiritussanctus descẽderat Acto.2.b. super eos, & impleuerat eos, & loquebantur linguis va-F rijs, propterea dicebantur musto pleni. Multa sunt quæ dicantur de vini mysterio,& de ebrietate. In finem pro torcularibus Asaph: Octauus psalmus, & octogesimus,& octogesimustertius. Nullus alius habere poterat torcularis numeros, nisi octauus,& octogesim9,& octogesimustertius. Octauus dies resurrectionis in singulari numero. Rursum in octo decadibus, octogesimus alius maior numerus. Videtis ergo quoniam hæc torcularia non præscribuntur, nisi in die resurrectionis, octaua,& octogesima. Dicat aliqs: Quare postea dicitur in octogesimotertio torcularia. Hæc torcularia ad trinitatis mysterium pertinent. Propterea & tres sunt chori didascali. In octauo psalmo, Dauid: in octogesimo, Asaph: in octogesimotertio, filij Core. Octauus est Dauid, qui interpretatur fortis manu. Prima enim nostra victoria, pugnam habet atq; luctam. Propterea dicitur fortis manu Dauid. Secũda verò, hoc est, in octogesimo Asaph. Asaph autem interpretatur synagoga. In octauo ergo vincimus, & in octogesimo cum domino congregamur. In octogesimo verò tertio filiorum Core. Core, interpretatur caluaria. Ascende calue, 4.Re.2.b ascende calue. Hæc dicebant etiam pueri Helisæo, quoniam passus fuerat in loco caluariæ. Multa sunt quæ dicant, quomodo Helisæus in Bethel irrisus sit à quadragintaduobus Ibid.1.b. pueris. Ista sunt torcularia, de quibus dicit & saluator: Fa- Luc.16.b.

G cite vobis amicos de iniquo mammona, vt vos recipiant in æterna tabernacula. Psalmus LXXX.

a EXultate deo adiutori nostro.) Qui nos de tenebris Aegypti liberauit. b ¶Iubilate deo Iacob.)Supplantatori inimicorum. c ¶Sumite psalmum,& date tympanum:psalteriũ iocundum cum cithara.) Hymnum de corde puro,vel mẽte,ac attenuatione peccatorum mundi.

d ¶Buccinate in neomenia tuba,in insigni die solennitatis nostrę). Illi canebãt tuba in Pascha, Pentecoste, & Scenopegia. Nos modo in ecclesia licèt omni tempore deo canere debeamus: sed præcipuè in resurrectione,in remissione,& in domus innouatione: hoc est, cùm resurgimus in Christo: cùm remissionem accipimus,cùm domus pectoris nostri innouata fuerit post ruinam.

e ¶Quia præceptum in Israël est,& iudicium deo Iacob.) Ipsi⁹ præceptum est,atq; iudicium, vt
H gratia saluemur,& non ex nobis.

f ¶Testimonium in Ioseph.)In Christo qui pro nobis venditus est. g ¶Posuit illud,cùm exiret de terra Aegypti.)Vel in rubo,vel in igne,vel in alijs mysterijs. h ¶Linguam quam nõ nouerat, audiuit.) Populus ille gentium,in ecclesia mãdata, quæ prius ignorabat, accepit.

i ¶Diuertit ab onerib⁹ dorsum eius.)Quãdo in Aegypto eram⁹ extruebam⁹ ciuitates Pharaonis, lutum & laterem portabamus, & tota anima nostra quærebat paleas. Non habebamus frumentum,non habebamus cœlestem panem qui de cœlo venit:nec dum acceperamus manna de cœlo,necdum nobis serpens fuerat in eremo suspensus:nec dum petra aquam nobis miserat:nec dum extendebamus manus,& cadebat Amalek. Sedebamus in luto,& faciebamus opera Aegypti, ciuitates Pharaonis extruebamus. Diuertit ab oneribus dorsum eius. Quàm grãdia antè habebamus onera. Propterea Moyses noster dicit: Venite ad me omnes qui onerati estis peccatis,& ego reficiã vos. k ¶Manus eius in cophino seruierunt.)
I Cuius?Israëlis. Alij sũt cophini Aegypti,& alij Iesu. Habet, & Iesus cophinos suos, & duodecim cophinos de fragmentis impleuit saluator noster. O rem miram,& ingentia mysteria significantem. Quinque milia populi vescebantur in eremo,sine paruulis & mulieribus: in loco deserto non inueniuntur nisi tantum quinque panes: Locus enim desertus erat. Requiro te qui tantum literam sequeris. In deserto loco non inueniuntur nisi quinque panes:& duodecim cophini quomodo inueniuntur? Si desertus erat locus,vtiq; duodecim cophinos habere non poterat. Sed hoc totum significatur,quòd populum suum dominus in deserto istius seculi eduxit de Aegypto: pauit panibus suis, & quodcunque supererat, in duodecim cophinis condidit: hoc est,in duodecim apostolis:vt quod perierat in duodecim tribub⁹, saluaretur in duodecim apostolis. l ¶In tribulatione inuocasti me,& liberaui te.) Prophetæ & psalmi ideo obscuri sunt:quoniam subitò cùm nescis,persona mutatur. Denique hucusque locutus est propheta: nunc subitò inducitur persona dei loquẽtis ad populum. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. Quicunq; in tribulatione es, securus esto, inuoca me,& exaudieris. m ¶Exaudiui te in absc̃dito tẽpestatis. Tempestas illa quando te premebat, & quasi fluctibus huc illúcque trahebat:ego eram in media tempestate.

n ¶Probaui te apud aquam conaradictionis.)Secundum literam de Moyse & Aaron dicitur:quòd ad aquam cõtradictionis offenderint deum. Deniq; ideo non sunt ingressi terram repromissionis. Nobis autem dicit deus: Probaui te apud aquam contradictionis. Simon probatus est ad aquam contradictionis:quia in hypocrisi accepit baptismum. Quicunq; ergo in hypocrisi accipit baptismũ,iste probatur ad aquã contradictionis. o ¶Audi populus meus, & testificabor tibi.) Nobis loquitur deus. Quodcũq; populo dixit,etiã nobis loquit. p ¶Israël si audieris me.)Quid quæris vt audiã? Videamus quid præcipiat. q ¶Non erit in te deus recens.)Cui deus vẽter est, deus ei recens est. Quotcũq; vitia habemus,quotcunq; peccata, tot recẽtes habemus deos. Iratus sum:ira mihi deus est. Vidi mulierem & concupiui: libido mihi deus est. Vnusquisq; eñ quod cupit & veneratur, hoc illi deus est. Auarus aurum deum habet.

r ¶Nec adorabis deum alienũ.) Noster deus,virtus est:aliorum, L
vitia. s ¶Ego sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.)Nos sumus qui educti sumus de terra Aegypti:si tamẽ exiuim⁹,si in eremo sum⁹,si terram repromissionis cupimus videre,Si reliquimus Sodomã,non Geñ.19.e.
respiciam⁹ ad Sodomam. Saluati sumus in monte, nõ desideremus Aegyptias carnes, non dicamus: Quàm bene nobis erat in Aegy- Num.11.b
pto,cùm manducabamus carnes in ollis,& allia,& cucumeres. Vis accipere domini cibos? Vis comedere ipsum dominũ deum tuum & saluatorem? Audi quid dicat: t ¶Dilata os tuũ, & implebo illud.)Dilatate ora vestra,ipse est & dominus,& panis. Ipse hortatur nos vt comedamus, & ipse noster cibus est. Quãtumcunq; dilataueris,tantum accipies. Non est igitur in mea potestate,sed in tua est. Si volueris,totum me accipies:si nolueris,accipe saltem partem. u ¶Et nõ audiuit populus meus vocem meam.)Ego sto ante ostiũ, & pul- Apoc.3.d.
so. Volo vt aperias & ingrediar,& non vis aperire. x ¶Et Israël non intendit mihi: & dimisi eos secundum desideria cordis eorũ,&c.)Infœlix est qui à deo nõ corripitur. Si quis M
peccans non percutitur,iste miser est. Ideo dicit: Dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Ideo eos dimisi:quoniam sæpe percussi,& disciplinam non receperunt. Rogaui,nõ audierunt:percussi,non senserũt dolorem. Dimitto eos in voluntatibus suis,vt saturati vitijs suis,vel sic agant pœnitentiam. y ¶Si populus meus audisset me.)O clemẽtissime pater,ô misericors de⁹. Rogauit,& non est audit⁹: quasi iratus dimittit filium lasciuientem. Iterum videt perire,& dolet,quia perit. Et quid dicit? z ¶Israël si in vijs meis ambulasset,pro nihilo &c.) Nunquid grande mihi erat liberare te de tribulatione? Nunquid non poteram maiestatẽ meã mittere,& eruere te de periculo? Sed qa dimisi te libero arbitrio,& stadium tibi proposui:& nõ coronatur,nisi qui pu 2.Tim.2.a
gnauerit: propterea victoriam tuo arbitrio derelinquo.

a ¶Inimici domini mentiti sunt ei.) In Hebraico melius habet: Inimici domini negabunt eum: hoc est, Iudæi: Inimici enim ipsius negauerunt eum. Sed isti inimici qui negaturi sunt eum,ergo perient? ergo reliquiæ non erũt? Et quomodo iurasti Abrahæ,Isaac,& Iacob:quoniam semen ipsorũ Geñ.12.&
fit quasi stellæ cœli & sicut arena maris? Quare promisisti 15.a.&.26
patribus,& non reddis filijs? Inimici domini negabunt eum. e.&.35.b.
Sed quid dicit? b ¶Et erit tempus eorum in seculum.)
Cùm introierit plenitudo gẽtium,tunc omnis Israël saluus Rom.11.c.
fiet. In

a eorū in ſecula. Et cibauit illos ex adipe
b frumenti: & de petra melle ſaturauit eos.

c Pſalmus Aſaph LXXXI.

d Deus ſtetit in ſynagoga deorū: in
e medio autē deos dijudicat. Vſq;
f quo iudicatis iniquitatē: & facies
g peccatorū ſumitis. Iudicate egeno & pupillo: humilē & pauperē iuſtificate. Eripite pauperē: & egenum de manu peccato-
h ris liberate. Neſcierūt neq; intellexerūt:
i in tenebris ambulant, mouebūtur omnia fundamenta

A fiet: In futuro credent, modo non crediderunt. Nunc dicam ad Iudæos. Solent ſibi applaudere, & dicere: Et erit tempus eorum in æternum. Nos dicamus, verum eſt: crediturī enim ſunt de Iudæis. Denique legimus in Apocalypſi Ioānis, duodecim milia de ſingulis tribubus: hoc eſt, centum quadraginta quatuor milia creditura, & hoc dicitur virginum eſſe. Vbi autem virginum tantus numerus erit, non virginum quantus erit? Ergo & nos dicamus Iudæis: & erit tempus veſtrum in æternū: hoc eſt, in futuro ſeculo. Sed ad te qui hodie nō credis, quid pertinet? Et erit tēpus eorum in ſeculum. Inimicorum dei quale tēpus erit? a ¶ Et cibauit eos de adipe frumenti.) Induxit eos in terram repromiſſionis: cibauit non manna vt in deſerto, ſed frumento quod cecidit, quod reſurrexit. Et cibauit illos ex adipe frumenti. Videte myſterium ſcripturarum: Ex adipe frumenti. Frumentum adipes habet: nūquid & inteſtina habuit? Sed voluit largitatem & pinguedinem gratiæ ſpiritualis oſtendere: & ideo adipes nomina-
B uit. b ¶ Et de petra melle ſaturauit eos.) Ipſe frumentum eſt: ipſe petra eſt, qui populum Iſraël ſatiauit aqua in deſerto. Spiritualiter melle, & non aqua ſaturauit eum, vt quicunque crediderunt & acceperunt cibum, mel ſentiant
Pſal.118.n in ore ſuo. Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo. Denique & dominus noſter poſt reſurre-
Luc.24.f ctionem propterea fauum comedit: & de petra melle ſaturatus eſt. Ergo rem dico nouam: Ipſa petra mel comedit, vt nobis mel tribueret & dulcedinem: vt qui in lege biberant mirrham, hoc eſt, amaritudinem: poſtea in euangelio comedant mel euangelij: cui eſt gloria in ſecula ſeculorū, Amen.
c ¶ Pſalmus Aſaph.) Iſte pſalmus hortatur, vt ſi volumus dominum habitare nobiſcum: ea ſemper quæ illi ſunt placita, faciamus. Pſalmus LXXXI.

d Deus ſtetit in ſynagoga deorum.) Multa ſunt ſchemata. Frequenter enim ſedemus, interdum ſtamus, interdum iacemus, interdum currimus, interdum ambulamus: ita & deus deſcribitur pro varietate hominum, & ſtatus ipſius diuerſus inducitur. Si ſancti ſumus, & ſumus
Exod.17. ſimiles Moyſi, dicitur ad nos: Tu verò hic ſta mecum. Hoc enim dixit deus ad Moyſen. Stabat enim Moyſes ſuper petram, propterea & dominus ſtabat illi. Si verò prius ſancti fuerimus, & poſtea peccatores: iam non nobis ſtat deus, ſed ambulat: hoc eſt, mouetur de loco ſuo, qui nobis antè ſtete-
C rat. Poſtquam nos moti fuerimus, & ipſe nobiſcum pariter mouetur. Denique & Adam quādiu in paradiſo fuit, & mādatum ſeruauit, ſtabat ei deus. Poſtquam verò tranſgreſſus eſt: audiuit vocem dei ambulātis in paradiſo. Vis ſcire quia
Geñ.3.b. ambulabat ei deus? Quid ei dixit? Adā vbi es? Qui antè ſtantem deum non fugerat, poſtea ambulantem fugit. Diximus de ſtante, diximus de ambulante, dicamus de ſedente. Quādocunque ſedens inducitur deus, dupliciter inducitur. Aut quaſi rex, aut quaſi iudex. Si quaſi rex, videtur ſicut Eſaias:
Eſa.6.a. Vidi dominum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum. Ibi quaſi rex regnans inducitur. Quando verò quaſi iudex inducitur: throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt: vt in
Dañ.7.c. Daniele ſcriptum eſt: Quid dicitur? Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt: Hoc eſt, dominus quaſi iudex ſeſſurus, & omnium opera relecturus. Libri qui modo complicati ſunt, tunc aperientur. Omne quod facimus, quod loquimur, quod cogitamus, etiam de ocioſo verbo reddituri ſumus rationē. Scriptum eſt in libris dei. Putat aliquis libros eſſe in cœlo, vbi ſcribuntur peccata noſtra? Ego libros puto conſcientias noſtras, quæ tunc aperientur, & videbit vnuſquiſque quod fecit. Nil occultum quod non reuelabitur. Propterea throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt. Quanta ſcripta ſunt in libro meo, & ne fratri quidem meo, neq; amico meo audeo confiteri. Sciunt angeli quid fecerim, ſciunt throni, ſciunt Seraphim: ſcit pater & filius, & ſpiritus ſanctus. Diximus de deo, D
quòd alijs ſtet, alijs ambulet, alijs verò ſedeat: aut quaſi rex, aut quaſi iudex: alijs verò dormit. Si quando nos deſeruinquit tentationibus, licèt ſimus ſancti: tamen relinquimur tētationibus vt probemur: eo tempore nobis dormit dominus. Deniq; quid dicit pſalmiſta: Exurge, vt quid dormitas domine? Et Pſal.43.d
apoſtoli, quando erant in naui, & Marc.4.d
nauis fluctibus tundebatur, dormiebat eis dominus: Propterea enim nauis fluctibus tūdebatur. Deniq; excitant eum, & euigilat, & ſtatim tempeſtas quieſcit. Diximus de quatuor ſchematibus dei: quia alijs ſtet, alijs ambulet, alijs ſedeat, & alijs quaſi dormiat: alijs verò euigilat & cōſurgit. Deꝰ ſtetit in ſynagoga deorum. Quia dij erant, propterea ſtabat eis deus. In qua ſynagoga noſtra, diuerſa deus habet ſchemata: alijs ſtat, alijs ſedet, alijs ambulat, alijs dormit. Cùm ipſe ſit immutabilis, pro noſtra varietate mutatur. Vide hominis dignitatem. Deus ſtetit in ſynagoga deorum. Largitur nobis nomen, vt largiatur & meritum. e ¶ In medio autem deos dijudicat.) Quaſi im- E
perator in medio exercitus dijudicat. Deus deos dijudicat. Res formidabilis, res terroris plena. Si deos dijudicat, de peccatore quid facit? Duos iſtos verſiculos quaſi propheta dixit: hoc verò quod ſequitur, f ¶ Vſquequo iudicatis iniquitatem.) Ipſe deus loquitur ad iudices: hoc eſt, ad principes populi. Specialiter iſti verſiculi qui ſequuntur, ad iudices dicuntur. Si ſeculi iudices, manifeſtum eſt. Si verò eccleſiæ iudices, de epiſcopis intelligamus atque presbyteris. Vſquequo iudicatis iniquitatem? Qui iudicat iniquitatem, iudex iniquitatis eſt. Ille erat iudex iniquitatis: de quo dicitur in euangelio: qui dominum non timebat, & hominem non Luc.18.a.
reuerebatur. Vſquequo iudicatis iniquitatē? Dedi vobis poteſtatem in gregem meum, & in populū dei: debetis iudices eſſe, non lupi. g ¶ Et facies peccatorum ſumitis. Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iuſtificate. Eripite pauperē, & egenū &c.) Quando venerit ad vos iudicium: nō conſideratis cauſam, non cōſideratis iudicium, ſed perſonas eorum qui habēt cauſas. Ac ſi dicat: Si venerit pauper, habēs iuſtum negocium: & venerit diues, habens malum negociū: vos perſonam aſpicitis, non negocium. Hoc interim ſecundum vnam interpretationem. Cæterùm eſt, & alia interpretatio ſacratior: Solet in theatris vnus homo frequenter diuerſas habere perſonas: nunc ingreditur in mulierem, nunc in virum, nūc in regem: & qui in regem proceſſerat, rurſum F
in ſeruo procedit. Dixi exemplum, vt de carnali venire poſſimus ad ſpirituale. Et nos diuerſas perſonas accipimus. Quando enim iraſcor, perſonam leonis aſſumo. Quando res alienas rapio, lupi perſonam aſſumo. Quando verò crudelis ſum & interficio, aſſumo perſonam crudelis. Sed quomodo qui ſunt peccatores, in peccatis habent diuerſas perſonas: ſic econtrariò qui ſancti ſunt, habent & ipſi diuerſas perſonas, ſed in bono. Quando eleemoſynam facio, habeo perſonam quaſi clementis. Quando verò bene iudico, habeo perſonam boni iudicis. Quādo verò iniuriam patior, & humilis ſum: habeo perſonā humilis. Infœlix eſt qui plures in malo habet perſonas. Fœlix eſt, qui diuerſas perſonas habet in bono. h ¶ Neſcierūt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant.) Qui? Mali iudices. Quos ego deos vocabam, vitio ſuo mali iudices appellati ſunt. Neſcierunt me, neque intellexerunt iudicium meum: in tenebris ambulāt. Quia dereliquerunt lucem: propterea in tenebris ambulant. Ego dixi: vos eſtis lux mundi, & vos declinaſtis à luce, & facti eſtis tenebræ. Quia ergo hoc fecerunt, videamus quid ſequitur: i ¶ Mouebuntur omnia fundamenta terræ.) Videte principes mali qualem habent retributionem. Propter malos iudices, terræ fundamenta quatiuntur. Hoc interim diximus primùm, ſecundum literàm: quoniā totius orbis concuſſio propter

G cussio propter malos principes venit. Dicam⁹ autem & aliter: Mouebũtur omnia fundamenta terræ. Ego malos iudices, qui fundamenta posuerunt in terram, & non in cœlum, subuertam: qui debuerunt fundamentum habere Christum:
1.Cor.3.b quem posuit architectus Paulus: & noluerunt, sed in terram posuerunt fundamenta sua.

a ¶Ego dixi, dij estis. & filij excelsi omnes.) Audiat Eunomius, audiat Arius, qui dicunt filiũ dei similiter esse filiũ, vt nos sumus. Quòd dij sumus, non est naturę,
Ioan.1.b. sed gratiæ. Quotquot enim eum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri. Propterea feci hominem, vt de hominib⁹ dij fiant. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Videte quanta sit dignitas, & dij vocamur & filij. Ego feci vos deos, sicut
Exo.7.a. feci Moysen Pharaonis deum: vt postquam dij fueritis, digni efficiamini filij mei. Considerate scripturam diuinam:
Acto.10.c. Non est personarũ acceptio apud deum. Non dixit: ego dixi, dij estis, reges & principes: sed omnes quibus æqualiter corpus dedi, & animam, & spiritum: æqualiter donaui, & deitatem, & adoptionẽ. Aequaliter omnes nascimur, & imperatores, & pauperes: æqualiter & morimur. Aequalis enim conditio est. b ¶Vos autem sicut homines mo-
H riemini.) Videtis ergo quoniam qui homo est, moritur. Deus enim non moritur. Et Adam quamdiu seruabat præceptum, & deus fuit, non mortuus est. Postquam verò gustauit de arbore illicita, statim mortuus est. Denique dicit ei
Gen.2.c. deus: In quacunq; die gustaueris, morte morieris. Melius habet in Hebræo: Vos autem sicut Adam moriemini. Sicut ille iectus est de paradiso, sic & nos iecti sumus. c ¶Et sicut vnus de principibus cadetis.) Quoniam dixerat, filij excelsi omnes: non potest filius esse excelsi, nisi & ipse excelsus fuerit. Ego dixi, vt oẽs vos excelsi sitis, vt ego excelsus sum. Vos verò sicut vnus de principibus cadetis. Quoniã excelsi eramus, propterea cecidisse dicimur. Vbi sunt qui dicũt diabolum, diabolũ esse factum? Vbi sunt qui dicunt malam naturam à deo creatam? Secundum Hebræum hic duo dicuntur: Vos autẽ sicut Adam moriemini. Sicut pater vester noluit audire præceptum domini, & cecidit: ita & vos moriemini. Ergo illud de Adam dictũ est. Hoc verò quod sequit: Et sicut vnus de principib⁹ cadetis. quis est iste vnus de principibus qui cecidit? Si volueris dicere Adam, iã in superioribus versiculis dictum est: Vos autem sicut Adam moriemini. Simulq; videte significantiam verbi: Vos autem sicut Adam moriemini. Quoniam Adam mortuus est, & nos morimur. Diabolus verò qui princeps fuit & cecidit, non mortuus est. Neque enim potest angelica dignitas mortem reci-
I pere, sed tantum ruinam. Idcirco dixit: Sicut vnus de principibus cadetis. Quomodo cecidit Lucifer qui manè oriebatur: Et ecce, & hic cecidit, & ibi cecidit. Propterea cecidit, quia semper in cœlestibus versabatur. Iste est cui dicitur in
Ezec.28.c Ezechiel: Tu es resignaculum similitudinis. Videte quid dicat: Resignaculum similitudinis. Non dixit: tu es signaculum similitudinis: sed resignaculum similitudinis. Signauerat te deus, & similem sibi fecerat. Tu verò postea resignasti te ad similitudinem & imaginem dei, & tu conditus es: Denique dicitur in ipsa prophetia: In medio Cherubim nutritus es: inter lapides iaspidis & carbunculi fuisti in paradiso dei, & cecidisti, inquit, & à monte dei vulneratus es. Iste est princeps Tyri ex eo tempore quo cecidit: siquidem Tyrus lingua Hebræa dicitur צר Zor: hoc est, tribulatio. Ergo & iste princeps qui primò erat in cœlo: nunc factus est princeps Tyri: hoc est, tribulationis istius seculi. Sicut vnus de principibus cadetis. Quando dicit, sicut vnus, ostendit esse & alios. Legite Apocalypsim Ioannis: Draco quando de cœlo cecidit, tertiam partem stellarum secũ duxit. Hucusque deus locutus est ad homines, & rursum per prophetam loquitur: d ¶Surge deus iudica terrã.) Surge, quia nauis nostra fluctibus tunditur. Surge deus, iudica terram: quoniam mali iudices non iudicant, sed euertunt legem tuam, & pecora tua lacerant. Tu surge qui verus iudex

Zor. Ysaiæ 23.b

Apoc.12.a

a fundamenta terræ. Egõ dixi, dij estis, &
b filij excelsi omnes. Vos autem sicut ho-
c mines moriemini, & sicut vnus de princi
d pibus cadetis. Surgẽ deus iudica terram:
e quoniã tu hæreditabis in omnib⁹ gẽtibus.

Canticum

es. Quia ergo mali iudices mortui sunt sicut Adam, & ceciderũt sicut vnus de principibus: propterea tu surge, tu iudica, tu salua creaturam tuam. Mercenarius enim cùm lupum Ioan.10.a.
viderit, fugit: relinquit oues, non potest ita dolere alieno, quomodo dolet patri & matri. Dicamus & aliter: Surge qui pro nobis passus es, ꝓ nobis mortuus es: surge, & salua nos. Dicamus aliter: Qui venisti humilis & contemptus, veni quasi iudex & vindica nos. Surge de⁹, iudica terrã. Videte significãtiam proprietatesq; sermonum. Non dixit: iudica cœlũ, sed terram. Ergo terra iudicatur, non cœlum. Si ergo terra iudicatur, & non cœlum: ergo in cœlo peccata non fiunt: si autem fierent in cœlo peccata, diceret: Surge deus, iudica terram, & cœlum. Et videte clementiam prophetiæ. Non dixit, interfice terram: sed iudica, & salua. Non dixit, iudica per angelos, iudica per ministros tuos. Illi enim si iudicauerint, non possunt misereri, quia executores sunt sententiæ tuæ. Tu verò si iudicaueris, poteris ipse misereri. Surge deus, iudica terram. Imperator potest suam mutare sententiam: præfectus non potest. Propterea te iudicem deprecamur: non contemnentes, sed precantes. Homines etenim & angeli ad
comparationem tui crudeles sunt. Tu solus mitissimus iu- L
dex es. Vultis scire quoniam deus clemens est iudex, & o-
mnis homo crudelis est? Dormiente patrefamiliâs inimi- Mat.13.b.
cus homo zizania superseminauit. Serui volunt euellere, & dicit paterfamiliâs: Dimittite vt simul crescant: ne cùm zizania de frumento euellitis, eradicetis simul & triticum.
e ¶Quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.) Propterea te iudicem deprecamur, quia omnibus gentibus misertus es. Quare non dixit, tu possidebis omnes gentes: sed, tu hæreditabis? Vbicunque hæreditas ponitur, ibi mors antè præcessit. Propterea hæredes & cohæredes dicimur. Hęredes dixit Christi, quia pro nobis mortuus est. Cohæredes, quia nobiscum regnaturus est. Tu hæreditabis: Misisti enim seruos tuos, reuertamur ad apostolos, alium in circuncisionem, alium in gentes. Quamdiu Moysen miseras, quamdiu Esaiam, quamdiu Hieremiam, quamdiu alios prophetas: notus erat in Iudæa deus, in Israël magnum nomen eius. In modica terra nominis dei notitia ferebatur. Misisti Petrum piscatorem, qui dimiserat rete, qui ab opere callosam habebat manum. Non misisti oratorem, non misisti philosophũ: Misisti hominem rusticanum, hominem piscatorem. Iste piscator, iste rusticanus de Hierosolyma perrexit Romam, & rusticanus cepit Romam quam eloquentes capere non potuerunt. Rursum iuit Paulus apostolus, & de Hierosolyma
prædicauit vsque in illyricum, & prædicauit, vbi non erat M
prædicatum euangelium, ne super alienum fundamentum Rom.15.e
poneret ædificium. Deinde dicit, quòd de vrbe Roma iret ad Hispaniam. Videte Paulum persecutorem, qui in Iudæa fuerat persecutor, prædicat gentibus. Vbi sunt qui prædicant Alexandrũ Magnum Macedonum imperatorem, quòd in breui spatio vicerit tantas gentes? Habuit exercitum, habuit & ingentes turbas, & non tale aliquid potuit, sed modicum quiddam. Iste verò Paulus quondam persecutor fuit,
qui dicebat: Etsi imperitus sum sermone, non tamen sci- 2.Cor.11.
entia. Qui solœcismos facit in loquendo, crucem Chri- b.
sti portat, & quasi triumphans omnes capit. Totum orbem subegit ab Oceano vsque in mare rubrum. Dicat aliquis: hoc totum lucri causa fecerunt. Hoc enim dicit Porphyrius: Homines rusticani & pauperes, quoniam nihil habebant, magicis artibus operati sunt quædam signa. Non est autem grande facere signa. Nam fecere signa in Aegypto ma Exo.7.b.
gi cõtra Moysen. Fecit & Apollonius, fecit & Apuleius. Infiniti signa fecerunt. Concedo tibi Porphyri, magicis artibus signa fecerũt, vt diuitias acciperent à diuitibus mulierculis, quas induxerãt: hoc enim tu dicis, quare mortui sunt? quare crucifixi? Fecerunt & alij signa magicis artibus, sed ꝓ homine mortuo nõ sunt mortui, pro homine crucifixo non sunt crucifixi. Sciunt isti hominem esse mortuũ, & moriuntur sine

A tur sine causa? Fœlix ergo nostra victoria, quæ in sanguine apostolorum dedicata est. Fides nostra nō probatur, nisi per illorum sanguinem. Benedicamus ergo deum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

a ¶Canticum Psalmi Asaph.) Iste psalmus vocē pphetæ continet collaudantis deum. Ait ergo:

Psalmus LXXXII.

b DEus quis similis erit tibi?) Quia null⁹ est similis tui: nullum aliū autorem, nisi te quærimus. c ¶Ne taceas, neq; compescaris deus.) Nos tacemus, tu pro nobis loquere. Iusti vox est quæ dicit: Neq; compescaris deus. De iustitia sua securus est. d ¶Quoniam ecce inimici tui sonuerunt.) Possumus secundum Tropologiam de ecclesia interpretari & hæresib⁹. Possumus autem secundum literam interpretari de populo Iudæorum: & de cæteris, quæ in circuitu expugnant Iudeā. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt. Vocem & detractionem aduersariorum sonitum voluit appellare. Quoniam ecce inimici tui

B sonuerunt. Videte quid dicat: Sonuerunt, hoc est, quasi cymbalum

Sonus. tinniens, sic sonuerunt auribus meis. Sonus propriè dicitur, cùm auditur tantummodo sonus, & vox nō intelligitur. Ergo quod dicit, hoc est: Illi quidem loquebantur, & quasi volebant me arguere: cæterùm ego non quasi vocem, sed quasi sonum audiebam. e ¶Et qui oderūt te, extulerūt caput.)

Iaco. 4. & 1. Pet. 5. b. Videte quid dicat: Ergo qui eleuat caput, odit deum. Superbis enim dominus resistit: humilibus autem dat gratiam. Et qui oderunt te, extulerunt caput. Si causam habes cōtra aliquem: si tibi detrahit frater tuus, & tu es humilis pro Christo, & ille superbus propter diabolum, tu imitaris eum qui

Matt. 11. d. dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Ille au-

Esa. 14. d. tem qui erigitur, illum imitatur qui dicit: In cœlum ascendam: super sydera cœli ponam thronum meum, ero similis altissimo. Et qui oderunt te, extulerunt caput. f ¶Super populum tuum malignauerunt consilium.) Sufficit alicui, si populus dei sit. g ¶Cogitauerūt aduersus sanctos tuos.) Hoc interpretatione non indiget. Legisse, intellexisse est.

h ¶Dixerunt, venite & disperdamus eos de gente.) Et non sit gens, quia populus dei est. i ¶Et non memoretur no-

C men Israēl vltrà.) Nō memoretur hic, qui sensu videat deū.

k ¶Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul.) Infœlices nos: Infœlix populus dei, non potest in bono tantam habere concordiam, quantam mali habent in malo. l ¶Aduersus te testamentum disposuerūt tabernacula Idumæorum.) Videte nominū sacramenta. m ¶Tabernacula Idumæorum & Ismaëlitæ: Moab, Agareni, Gebal, & Amalek, alienigenæ cum habitantibus Tyrum: etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filijs Lot.) Vndecim sunt qui pugnant aduersus sanctum. Quoniam ergo pugnauerūt cōtra sanctos, ad perfectum numerum: id est, duodecim, venire non potuerunt. Tabernacula Idumæorū. Non habent domus fundamentum, sed tabernacula quæ citò pertranseunt.

Idumæa. Idumea dupliciter interpretatur: aut sanguinea, aut terrena. Videte ergo qui pugnāt aduersus sanctos. Tabernacula Idu-

Ismaëlitę. mæorū, terreni & Ismaëlitæ. Ismaëlitæ interpretātur, obedientes sibi: Hoc est, quodcūq; cor habuerit, & mala cogita-

Ezec. 13. a. tio, statim faciūt. Propterea dicitur in Ezechiele: Fili hominis loquere aduersus prophetas, qui sequuntur cor suum: & quodcunq; impellit cogitatio, faciunt. Nos autem non debemus sequi cogitationem nostram, nec dici Ismaëlitæ: hoc est,

Ismaël. obedientes sibi: sed Ismaël, hoc est, obedientes deo. Moab ex

Moab. patre: hoc est, recedentes à deo patre. Agareni, proselyti.

Agareni. Qui cùm deberent esse habitatores dei, proselyti facti sunt.

a Cāticum psalmi Asaph LXXXII.

b c DEus quis similis erit tibi? nē taceas, neque compescaris deus.

d Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te extulerunt ca-

e put. Super populum tuū malignauerunt

f consilium: & cogitauerunt aduersus san-

g ctos tuos. Dixerūt, venite & disperdam⁹

h eos de gēte: & non memoretur nomē Is-

i raël vltrà. Quoniam cogitauerunt vna-

k nimiter simul: aduersus te testamentum

l m disposuerunt tabernacula Idumæorū &

Ismaëlitæ: Moab, & Agareni: Gebal, &

Ammon, & Amalek: alienigenę cum ha-

bitantibus Tyrum. Etenim Assur venit

cum illis: facti sunt in adiutorium filijs

n Lot. Fac illis sicut Madian & Siſaræ: si-

o cut Iabin in tōrrente Cison. Disperierūt

p in Endor: facti sunt vt stercus terræ.

Pone prin-

Gebal, interpretatur vallis vana. Ge, dicitur vallis. Baal verò interpretatur vana. Isti ergo qui contra dei populū sunt: nō sunt de monte, sed de valle vana. Et Ammon interpretatur populus turbidus: hoc est, qui cōfidūt in multitudine, & non in simplicitate. Amalek, interpretatur lingens terrā. Quicunq; enim pugnant aduersus populū dei: non comedūt cœlestem panē, sed lingunt terrā sicut serpens. Alienigenæ. Vbi dicitur, alienigenæ: in Hebræo habet Philistijm. Philistiim verò interpretātur, cadentes potione: hoc est, qui inebriati sunt de calice diaboli, & inebriati ceciderūt. Cum habitantibus Tyrum. Tyrus lingua Hebræa dicit צר zor, quod interpretatur, tribulatio & angustia. Qui debuerant esse peregrini in isto seculo, facti sunt habitatores. Isti ergo qui expugnant populū dei, habitant in Zor: hoc est, in angustia & tribulatione animæ suæ. Istæ ergo tantæ gentes quæ pugnant aduersus sanctum, videamus quē habēt principem: saluatorem, an diabolum. Quid sequit? Etenim Assur venit cum illis. Assur Nabuchodonosor aduersarius dei, qui populum dei duxit in captiuitatem: licēt videatur gentes habere plurimas pro se dimicantes: tamen principem habent Assur: hoc est, diabolum. Facti sunt in adiutorium filijs Lot. Lot, interpretatē declinans. Dæmones antè fuerūt angeli, & postea cum diabolo ceciderunt, & facti sunt satellites eius: sicut scriptū est in Apocalypsi Ioānis: Quia draco cecidit, & traxit secum tertiam partem stellarū. Ergo quid dicit? Isti qui venerūt cum tantis gentibus, & expugnauerūt populū tuum: & venit cum eis Assur, & principem habent diabolum: facti sunt in adiutorium filijs Lot, hoc est, dæmonibus. Qui à te declinauerūt, hoc operantur quod & dæmones. Videtis quia difficillima loca sunt: videtis quia obscura sūt, & in singulis sermonib⁹ magna sunt sacramēta, & necessitate cōpellimur in verbis Hebraicis, & plenis mysterijs diutius immorari. Neq; enim nūc rhetoricum locum cuētilamus, sed id quod à spiritu sancto dictū est, interpretari nitimur. Nisi enīm sic interpretet, vt diximus, quid pdest ecclesijs Christi legere tabernacula Idumæorū & Ismaëlitæ, & cætera nomina? Quoniam ergo venerūt contra populum tuū, videamus quid eis imprecet psalmista. n ¶Fac illis sicut Madian & Sisara, sicut Iabin.) Legistis in Iudicum libro: Iste est Madian quem expugnauit Gedeon. Iabin, & Sisara isti sunt, quos expugnauit Debbora & Barach. o ¶In torrente Cison disperierunt in Endor.) Debbora & Barach interfecerunt Sisaram principem militiæ. Ergo quod dicit, videte quid sit. Domine quantam habent superbiam: quoniam cum tanto veniunt exercitu, quoniam Nabuchodonosor habent principem Assyriorum: quoniam facti sunt in adiutorium filijs Lot: quoniam hoc agunt quod agunt dæmones: quoniam superbia ipsorum vsque ad te eleuata est: propterea te deprecor, vt ad ignominiam suam, non à viro vincantur, sed à muliere. p ¶Facti sunt vt stercus terræ.) Qui? Madian, & Sisara, & Iabin. Isti tres facti sunt, sicut stercus terræ. Madian interpretatur relinquens iudicium: Quicunque pugnat contra populum meum, non cogitat futurum esse iudicium. Sisara interpretatur equi visio. Isti qui pugnant contra populum tuum, non sunt de grege tuo, & de pecoribus tuis, sed de equis qui insaniunt in fœminas. Isti ergo equi semper parati in prælium sunt. Sicut Iabin. Iabin interpretatur intellectus. Qui sibi in sua sapientia confidūt, & non in gloria dei. Facti sunt vt stercus terræ. Illi q gloriabanē in exercitu, qui habebāt principē Assur, & dicebant: in cœlū ascendam, non solū in terrā ceciderunt, sed in terra stercus facti sunt.

Gebal. D

Ammon.

Amalek.

Philistijm

Tyrus.

Zor.

Lot.

E

Apoc. 12. a

F

Iudic. 7. & 8.

Iudic. 4.

Madian.

Sisara.

Iabin.

Pone prin-

G a ¶Pone principes eorum.)Quorum? Qui pugnant contra populum tuum. b ¶Sicut Oreb & Zeb,& Zebee, & Salmana. Omnes principes eorum,)Legisse vos puto historiam in Iudicum libro: quoniã Gedeon qui vocatur alio nomine Hierobaal, pro populo dei pugnans: hos quatuor reges vicerit & interfecerit eos. Videte quales sunt principes Madianitarum, qui reliquerũt iudiciũ dei: Oreb,& Zeb,& Zebee,& Salmana. Quis putat in istis verbis esse mysteria saluatoris? Legunt hoc philosophi,& irrident. Legũt rhetores, & putãt esse delyramenta. Non solum autem rhetores, sed & Iudæi nõ habẽt clauem scientiæ: quoniam velamen positum est ante oculos eorum.

Iudicũ. 6. &. 7.

Oreb. Oreb interpretatur foramen, in quo coluber ingreditur. Zeb interpretatur lupus. Videte nomina principũ aduersariorũ Christi. Zebee, hostia: hoc est, quos lupus suffocauerit. Et Salmana, pfecti in malitia. Videte ergo nominum sacramenta. c ¶Qui dixerũt: hæreditate possideamus sanctuarium dei.) Dixerunt, sed non perfecerunt: quia dominus pugnabat pro populo suo.

Zeb. Zebee. Salmana.

H d ¶Deus meus pone illos vt rotam.)Videte clementiã prophetæ: Non precatur contra eos, sed pro eis. Videte quid dicat: Deus meus, qui deus es omnium, meus propriè deus. Deus meus pone illos vt rotam. Qui quasi fundamentum habent in malitia: non habeant fundamentum, sed vacillent, & non stent in malitia. e ¶Sicut stipulam ante faciem venti, sicut ignis qui comburit syluam.)Sicut stipulã: non sicut frumẽtũ, sed stipulã. quod dicit, hoc est: si quis est in eis stipula & palea, pereat. Sicut ignis qui comburit syluam. Non dixit, arbores frugiferas: sed, syluam, quæ non habet fruges. Si quis ergo stipula est,& nõ habet frumentũ: si quis sylua est, & nõ habet fruges, hic pereat. f ¶Sicut flamma cõburẽs montes.)Superbia in eis pereat. g ¶Ita persequêris illos in tempestate tua,& in ira tua.)Quid? Occides eos? Non: sed

h ¶Turbabis eos.) Vt saluentur. i ¶Imple facies eorũ ignominia.)Vt cõfundantur. Quare hoc? k ¶Vt quærãt nomen tuum domine.)Videtis ergo quia nõ contra eos, sed pro salute ipsorum deprecatur. Deniq; & in sequentibus vi-

I dete quid dicat: l ¶Erubescant & conturbentur in seculum seculi, & confundãtur & pereant.) Pereãt secundũ hoc quòd mali sunt,& saluetur quod bonum est. Deniq; videte, quoniam perditio hic non abolitionem sonat, sed salutem. Quid sequitur? m ¶Et cognoscãt quia nomẽ tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.) Erigat se qui vult vt erigatur. Nos dicamus: tu solus altissimus in omni terra. Quantũuis aliquis exaltetur, nos habeamus deum cui excelsius nomen est, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

n ¶In finem pro torcularibus filijs Core, psalmus.) Tres sunt psalmi qui pro torcularibus præscribuntur, octauus, & octogesimus, & octogesimustertius. Octauus præscribitur Dauid: octogesimus verò præscribitur Asaph: octogesimus verò tertius filijs Core. Do vobis aliquam regulam, vt sciatis in scripturis quid obseruare debeatis. Quicunq; psalmus præscribitur filiorum Core, nihil triste habet, sed semper læta significat. Quoniam enim Core,& Dathan,& Abiron fecerunt contra Moysen, & à domino puniti sunt: filij Core qui non sunt secuti patrem suum, æterno gaudio benedicti sunt. Quoniam autem Core interpretatur caluaria, & manifestum est quòd caluaria significet locum resurrectionis: quicunque filius Core est, filius est resurrectionis. Quicunq; autem filius resurrectionis est, nihil potest habere quod triste est. Psalmus LXXXIII.

a Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana. Omnes principes
c eorum qui dixerũt, hæreditate possideamus
d sanctuarium dei. Deus meus pone
e illos vt rotam: sicut stipulã ante faciem
venti. Sicut ignis qui comburit syluam:
f & sicut flamma comburens montes. Ita
g persequêris illos in tempestate tua: & in
h ira tua turbabis eos. Imple facies eorum
k ignominia: & quærent nomen tuum do-
l mine. Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundãtur, & pereant.
m Et cognoscãt quia nomen tibi dominus:
tu solus altissimus in omni terra.

n In finem pro torcularibus filijs Core psalmus. LXXXIII.

o Quàm dilecta tabernacula tua do
mine virtutũ: cõcupiscit & defi-
p cit anima mea in atria dñi. Cor
meũ & caro mea exultauerũt
q in deũ viuum. Etenim passer inuenit sibi domum:

o Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutũ, cõcupiscit & deficit anima mea ĩ atria domini.)Deinde dicitur: Beati qui habitãt in domo tua. Videte tria esse tabernacula & atria,& ad extremũ domũ. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutũ. Quę sunt ista tabernacula? Videamus euãgeliũ an nobis aliquã significantiam præbeat. Loquitur dominus & dicit: Facite vobis amicos de iniquo mammona, vt cùm defeceritis, recipiãt vos in æterna tabernacula. Videtis ergo qđ iniquum mammona in isto seculo deficit. Tamen considerate q̃ iste iniquus iustitiam præparat. Mammona in lingua Hebręa diuitiæ nũcupantur: non aurum, vt quidam putãt. De iniquo mammona. Vera est & philosophi quædam sententia: Omnis dies » aut iniquus, aut iniqui hæres est. » Propterea dicit dominus atque saluator quòd diuites difficilẽ ingrediũtur in regnum cœlorum. Dicat aliqs: Quomodo Zachæus ingressus est in regnum cœlorũ qui dies fuit? Sed dedit diuitias, & statim cõmutauit diuitias regno cœlorum. Non dixit, quicũque diuites fuerint, non intrabũt in regna cœlorũ: sed dixit, quòd difficilè diuites intrabunt in regna cœlorum. Quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum. Alij desiderant possessiones, alij seculi istius diuitias, alij parêre in istius seculi ecclesijs, & gloriam aliquã habere apud homines: mihi hoc solum desiderium est videre æterna tabernacula. Illa mihi dilecta sunt tabernacula, vbi congregatio virtutum est, non vitiorum. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini: hoc est solum desiderium, hic solus amor meus, vt videam atria tua. Videte ordinem. Primùm desiderat tabernacula: tabernacula quæ non habent fundamentum: tabernacula quæ citò mutantur. Tabernaculum enim semper mutatur,& huc illũcque transfertur. Cæterùm atria non sunt quidem domus, sed tamen habent aliqua fundamenta, & de atrio intramus in domũ. Iste ergo primùm tabernacula desiderat,& postea deficit,& amore tabescit vt videat atria: & cùm fuerit in atrio, tunc dicit: Beati qui habitant in domo tua. p ¶Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum.) Difficile est vt cor & caro alicuius in commune consentiant. Si enim secundum Apostolum spiritus pugnat contra carnem,& caro contra spiritum: quomodo hic dicit, cor meum & caro mea exultauit? Hoc non potest dicere, nisi ille qui in amorem dei tota mente defixus est. Cor meum, & caro mea. Illud est quod dicit & in alio loco: Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Ista est caro quæ desiderat dominum, de qua in alio loco dicitur: Et videbit omnis caro salutare dei. Illa autem caro de qua dicitur: Omnis caro fœnum, non desiderat dominum. Cor meum & caro mea. Vide mihi aliquem abstinentem, qui mortem carnis suæ, lucrum putat animæ suæ. Hæc autem carnis sunt ieiunia,& iniuriæ. Denique & Apostolus quid dicit? Quem tradidi satanę in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. Nisi caro mortua fuerit, spiritus viuificari non potest. Propterea dicit & Apostolus: Quando infirmor, tunc fortior sum. Consideret se vnusquisque quãdo ieiunio lassus est & defectus: quomodo anima vigeat, quomodo nihil aliud mens nisi de deo considerat: quomodo semper dicat, quàm dilecta tabernacula tua domine virtutum. q ¶Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi vbi reponat pullos suos. Altaria tua domine virtutum, rex meus & deus meus.)Interim simpliciter interpretemur. Videte quid dicat. Desidero domi-

K Luc. 16. b.

L

M Gala. 5. c. Psal. 62. a. Esa. 40. b. & Eccli 14. c. 1. Cor. 5. b 1. Cor. 12. c.

nę æterna

A ne æterna tabernacula tua: concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Sedem aliquam & nidulum animæ meæ, & corpori meo habere deſidero. Aues quę liberè huc atq; illuc vagantur: tamen poſtquam volauerint, habent locum & niduloſ vbi reqeſcant: Quanto magis anima mea, & caro mea debet ſibi locum præparare, vbi poſſit requieſcere? Nunc altius aliquid aſcendamus. In domino confido: quomodo dicitis animæ meæ tranſmigra in montes ſicut paſſer? Videte ergo quia nemo tranſmigrat in mõtes niſi q paſſer eſt. Et turtur nidum ſibi. Iſte eſt turtur, de quo dicit in Cãtico Cantí.2.c. canticorum: Vox turturis audita eſt in terra noſtra. Turtur nidũ ſibi. Turtur eſt animal caſtitatis. Turtur non habitat in humilib⁹, ſed ſemp facit nidos ſibi in excelſis arborib⁹. Sicut ergo paſſer & turtur aues caſtiſſimæ nidos ſibi in ſublimioribus faciunt: ſic ergo tabernacula & atria & dom⁹ non ſunt in humili iſta terra, ſed B in excelſo: hoc eſt, in regnis cœlorum. Denique videte quid dicat: a ¶ Beati qui habitant in domo tua.) In tabernaculo non habitamus, ſed peregrinamur. Et in atrio quamdiu ſumus, non inhabitamus, ſed peregrinamur. De atrijs enim tranſimus in domum. Cùm autem venerimus in domum, quid dicitur? Beati qui habitant in domo tua: Domus quæ habet fundamentum. Quoniam de domo nobis exire non licet, de atrijs licet. b ¶ Beatus vir cuius eſt auxiliũ abs te.) Nos quidem deſideramus tabernacula & atria & domum tuam, ſed hoc ipſum vt capere poſſimus, nõ eſt virtutis noſtræ, ſed auxilij tui. c ¶ Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.) Quis diſpoſuit aſcẽſiones in corde ſuo? Beatus vir cuius eſt auxilium à domino: ille diſpoſuit aſcenſiones in corde ſuo. Quicunq; ſanctus eſt, quotidie in priora extenditur, & præteritorum obliuiſcitur. Propterea dicuntur & in pſalterio pſalmi graduum quindecim, & primus dicitur: Ad dominũ cùm tribularer clamaui: & in ſecũdo: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. Et in tertio: Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi, & ſemper procedit, & proficit, & aſcendit in ſublimiora. Quod dicit, hoc eſt: aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit: Fœlix eſt qui quotidie proficit, qui nõ cõ C ſiderat quid heri fecerit, ſed quid hodie faciat, vt proficiat. Sanctus aſcẽſiones in corde ſuo ponit, peccator diſſenſiones. Quomodo qui ſanct⁹ eſt, quotidie proficit: ita qui peccator eſt, quotidie decreſcit. Beatus vir qui diſponit aſcenſiones in corde. Videte conſequentiã ſcripturarum. d ¶ In valle lachrymarum in loco quem poſuit.) Vbi dicitur in valle, neceſſe eſt vt ecõtrariò intelligamus & montem. Ergo quicũque diſponit aſcenſiones in corde ſuo, vbi poſitus eſt? In valle lachrymarum. Conſideremus quòd in valle ſumus, nõ ſumus in monte, non ſumus in paradiſo: nec in paradiſi altitudine, ſed in humilitate terræ, maledictę terræ, maledictę quę Genc.3.a. nobis tribulos & ſpinas generat, quæ cibus ſerpentis eſt, de qua dicitur ad Adam: Terra es, & in terram ibis. Quamdiu ergo ſumus in valle lachrymarum: non debemus ridere, ſed Matt.5.a. plorare. Propterea dicit & dominus: Beati flentes, quia ipſi ridebũt. Interim ergo dum ſumus in valle lachrymarum, ſeculum hoc, lachrymarum eſt non gaudij. Nõ debemus ridere, quoniam hoc ſeculum & hoc tẽpus lachrymarũ eſt, illud gaudij. In valle lachrymarum in loco quem poſuit. Quid eſt qđ dicitur: in loco quẽ poſuit. In loco: hoc eſt, in valle lachrymarũ. In loco quẽ poſuit. Deus nos poſuit ad certamẽ, vt ſemp in hoc pugnemus. Locus ergo iſte: hoc eſt, vallis lachrymarũ, nõ eſt pacis, nõ eſt ſecuritatis, ſed certaminis atq; bellorũ. e ¶ Etenim benedictiones dabit legiſlator.) Dicat aliquis: In valle lachrymarum, in loco quẽ poſuit, ad agonem: hoc eſt, ad certamen: quare poſuit ad agonem, quare D pugnare nos voluit? Reſpõdit ſibi ipſi pſalmiſta, & dicit: Propterea in loco iſto pugnare nos voluit, vt poſſit tribuere coronas. Etenim benedictiones dabit legiſlator. Iſte legiſlator: hoc eſt, agonitheta noſter propterea nos pugnare voluit, vt nos poſſit benedicere. Videte cõſequentiam. Quæ ſunt autem benedictiones iſtius agonithetæ?

domum: & turtur nidum ſibi, vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua domine virtutum: rex meus & deus meus. Beati qui habitant in domo tua domine: in ſecula a ſeculorum laudabunt te. Beatus vir cuius b eſt auxiliũ abs te: aſcẽnſiones in cor- c de ſuo diſpoſuit, in vallẽ lachrymarum d in loco quẽ poſuit. Etenim benedictionem dabit legiſlator: ibunt de virtute in e virtutem, videbitur deus deorũ in Sion. Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus Iacob. f Protector noſter aſpice deus: & reſpice g in faciem Chriſti tui. Quia melior eſt h dies vna in atrijs tuis, ſuper milia. Elẽgi abiectus eſſe in domo dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccato- i rum. Quia miſericordiam & veritatem diligit

f ¶ Ibunt de virtute in virtutẽ.) Hic vincunt, vt ibi coronẽtur. Si hic vir fortis apparuerit, ibi robuſtior fit, Ibũt de virtute in virtutem. Ergo niſi hic habuerimus virtutẽ: ibi virtutem maiorẽ habere nõ poſſumus. Neq; enim dixit, ibunt de imbecillitate in virtutẽ: ſed, ibunt de virtute in virtutẽ. Vis ibi eſſe fortis? Antè hic eſto fortis. Vis ibi coronari? Hic pugna. Ibunt de virtute in virtutem. Poſſumus & aliter dicere: Chriſtus dei virtus, & dei ſa- 1.Cor.1.d. piẽtia. Qui hic habuerit virtutẽ, & ibi habebit ipſã virtutẽ. Ibunt de virtute in virtutẽ. Quid habe E bunt lucri cùm ierint de virtute in virtutẽ? Quid habebunt præmij? g ¶ Videbit deus deorũ in Sion.) Beati mundo corde, quoniam ipſi deum videbunt. Matt.5.a. Sufficit victoribus, ſufficit eis qui pugnauerũt facies Chriſti. Deum videre, infinita corona eſt. Videbitur deus deorum in Sion. Quãta lætitia eſt, quãta fœlicitas ire de virtute in virtutẽ, & hoc ipſum habere prẽmium, vt Chriſtum videre mereamur. h ¶ Protector noſter aſpice deus, & reſpice in faciem Chriſti tui.) Videte quid dicat: Et reſpice in faciem Chriſti tui. Et deprecatur homo, vt pater aſpiciat in faciem filij. Sed vide quid dicat. Quoniam dixit Apoſtolus: An ex- 2.Cor.13. perimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Et a. rurſum ipſe ſaluator dixit: Qui vos recipit, me recipit? Er- Matt.10.d go hoc eſt quod dicit: reſpice in nos. In nobis enim reſpicis filium tuum, qui habitat in nobis. i ¶ Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſuper milia.) Videte quid dicat: Dies vna. Putat aliquis ſic intelligendum: Melius mihi eſt in regno cœlorum parum habere, quàm hic totũ: hoc eſt, in iſto ſeculo. Eſt quidem & iſta intelligentia non mala. Sed nos dicamus. Si poſſit fieri, vt aliquis vna die eſſet in regno cœlorum, & poſtea præcipitaretur, rectè diceret: Melius eſt dies vna in atrijs tuis. Nunc verò quod dicit vna dies: hoc eſt, qđ F dicit in regno cœlorum. Vna illa dies non habet noctem & tenebras, ſed ſemper lux eſt. Qui ergo vna die in regno cœlorum fuerit, ſemper ibi eſt. k ¶ Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.) Hoc eſt quod etiam ſaluator ait de Ioanne: A- Mat.11.b. men, amen dico vobis, quoniam inter natos mulierum non eſt maior Ioanne Baptiſta. Deinde dixit, quia ipſe eſt angelus. Et deinde dixit: Qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo. Senſus ibi iſte eſt. Ioannes inter omnes homines maior eſt. Et ſi vultis ſcire, ipſe eſt angelus. Iſte autem qui in terra angelus eſt, in cœlorũ regno nouiſſimus eſt: hoc eſt, ab angelis minor eſt. Qui autem minimus eſt in regno cœlorum: hoc eſt, angelus: maior eſt ab iſto, qui in terra omnibus maior eſt. Hoc eſt ergo quod nunc propheta dicit: Elegi abiectus eſſe in domo dei mei: hoc eſt, minim⁹ eſſe volui in regno cœlorum, quàm in iſto ſeculo primus. Elegi abiectus eſſe in domo dei mei, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Tabernacula non habent fundamentum, ſed pertranſeunt. Tamen qui peccator eſt, nunquam incolit terram, ſed inhabitat & poſſidet. l ¶ Quia miſericordiam & veritatem diligit deus.) Duo diligit deus: miſericordiam & veritatem. Si tantum miſericors eſſet, omnes nos ad peccata ꝓuocaret. Si tantum veritatẽ diligeret: nemo ſpem haberet pœnitentiæ. Propterea duo quærit, vt ex altero alterum

G tero alterum tẽpéret. Sí peccator es: audi miſericordẽ deũ, & noli deſperare, ſed age pœnitentiã. Si verò iuſtus es, noli negligens eſſe, quia deus clemens eſt: quoniam deus & iuſtus eſt, & veritatem diligit. a ¶Gratiam & gloriã dabit dominus.) Non dixit, gloriam & gratiam dabit: ſed dixit, gratiam & gloriam dabit dominus. Primùm donat peccata, & poſtea coronat. b ¶Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.) Melius habet in Hebræo, in perfectione. Innocentia enim nõ eſt perfecta virtus: quoniam qui innocẽs eſt, niſi habuerit prudẽtiam, non eſt perfectæ cõſummatę virtutis. Propterea dicit etiã Mat.10.b. in euãgelio: Eſtote prudentes vt ſerpẽtes, & ſimplices vt colũbæ. c ¶Domine virtutum.) Videte quid dicat: Domine virtutũ. Ergo quando peccata aliqua habemus in nobis: deus qui dominus virtutum eſt, non eſt dominus noſter: quia dominus nõ eſt peccatorum, ſed iuſtorum. d ¶Beatus vir qui ſperat in te.) Ille ſperat in domino, qui conſcientiam non habet peccatorum, qui oculos liberos ad cœlum leuat. Iſte ſperat, qui ſcit non offendiſſe ſe dominum ſuum: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

a diligit deus: gratiam & gloriã dabit do-
b minus. Non priuabit bonis eos qui am-
c bulant in innocentia: dõmine virtutum,
d beatus homo qui ſperat in te.
e In finẽm filijs Core. Pſal. LXXXIIII.
f g h i k Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuę: operuiſti omnia peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ. Cõuerte nos deus ſalutaris noſter: & auerte iram tuam à nobis. Nunquid in ęternum iraſcẽris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in ge-
l nerationem. Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabit in te. Oſtẽnde nobis domine miſericordiam tuam: &
n ſalutare tuum da nobis. Audiã quid
o loquatur in me dominus deus: quõniam
p loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos qui conuertuntur

e ¶In finem filiorum Core.) Pſalmus hoc titulo prænotatur. Frequenter dixi, vbicunq; titulus eſt filiorum Core, nihil triſte eſt, ſed ſemper lætum. Triſtitiaenim patris, filiorũ gaudio cõſolatur. Deniq; diligẽter pſalmos relegite, & vbicunq; inueneritis titulum filiorũ Core, nihil triſte reperietis. Frequenter dixi Core, quod interpretatur caluariæ locus: neceſſe eſt vt lætũ aliquid ſignificet. Deniq; quis eſt iſte Core? Qui de Hiericho aſcẽdebat in Bethel. Bethel domus dei. Diligenter animaduertite. Quicunq; in Hiericho eſt, & vult ire ad domum dei, neceſſe eſt vt aſcendat. Ergo de Hiericho Core noſter: hoc eſt, Heliſæus, aſcendit in domum dei in Bethel: & egrediũtur de Bethel: hoc eſt, de domo dei: hoc eſt, de ſynagoga vbi prius fuerat domus dei, egrediũtur pueri quadragintaduo, & illudunt Heliſæũ & Core noſtrũ, & 4.Reg.2. dicunt: Aſcende calue, aſcende calue. Ille venit ad domũ ſuã, d. & irridetur à paruulis Bethel. Verùm Heliſæus ille patientiſſimus, qui propterea venerat in Bethel vt ſaluaret, reſpexit ſe aliquando: reſpexit, & iuſſit de ſaltu exire duos vrſos, & interfecerunt quadragintaduos pueros. Sic & domin⁹ noſter: hoc eſt, noſter Core, cùm veniſſet in Bethel, & vellet aſcendere, irriſus à paruulis, iubet exire duos vrſos: hoc eſt, Veſpaſianum & Titum, & interfecerunt quadragintaduos pueros. Qui ſunt iſti quadraginta & duo pueri? Ab aſcenſu Chriſti vſq; ad ſubuerſionẽ Hieruſalem, quadraginta & duo anni ſunt. Diligenter aſpicite, & ſic inuenietis. Dedit itaque illis locum pœnitentiæ quadraginta & duos annos poſt reſurrectionem ſuam, cùm ad Bethel aſcenderet. Sed quoniam illi irridebant: aſcende calue, aſcende calue: egreſſi ſunt duo vrſi, & interfecerunt illos. Pſalmus LXXXIIII.

f Benedixiſti domine terrã tuam.) De aduentu dicitur ſaluatoris. Hoc propriè ſecũdum hiſtoriã: Cæterùm ſecundũ Tropologiam, cùm dixerimus de hiſtoria, poſtea dicemus. Benedixiſti domine terrã tuam. Hoc diximus de aduẽtu ſaluatoris. Terra quę te offenderat, quæ idolatrijs fuerat inquinata, te veniente ſaluata eſt. Benedixiſti domine terrã tuam. Loquitur peccator poſtea veniam cõſecutus. Benedixiſti domine terrã tuam. Licèt tribulos & ſpinas attulerit, tamen creatura tua eſt, & ideo ſaluata eſt.

g ¶Auertiſti captiuitatẽ Iacob.) Eorum qui in Chriſto crediderunt. Auertiſti captiuitatem Iacob. Quicũq; in peccatis eſt, captus tenetur. h ¶Remiſiſti iniquitatẽ plebis tuæ.) Non propter opera eorum, ſed propter miſericordiã tuam ſaluaſti populum tuum. i ¶Et operuiſti omnia peccata eorum.) Vſque ad finem de aduentu ſaluatoris pſalmus eſt, ſicut dixit: miſericordia & veritas. Verũtamen prope timẽtes eum ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria in terra noſtra. Verè eñ gloria dei habitauit in terra noſtra: & deinde iuſtitia de cœlo ꝓſpexit. Etenim dominus dabit benignitatẽ. Quam benignitatẽ? Terra noſtra dedit fructum ſuum. Maria terra noſtra, caro noſtra, dedit fructum ſuũ. Iuſtitia ante eum ambulauit. Iuſtum fructum dedit terra virgo. Hoc interim diximus ſecundum hiſtoriã: nunc dicamus ſecũdum Tropologiã: Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ. Nemo dimittit, niſi quod debetur. Operuiſti omnia peccata eorum. Virtutibus operuiſti, & ꝓpterea peccata nõ parẽt. Ac ſi diceret: Iniquitatem operuiſti iuſtitia: impudicitiam operuiſti caſtitate: nigredinem operuiſti candore. k ¶Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ. Cõuerte nos deus ſalutum noſtrarũ &c.) Videte quid dicat: Tu quod in te fuit, auerſus es ab ira ꝓpter clementiam tuam. Conuerte nos deus. Tu auerſus ab ira, nos auertiſti à peccatis. Cõuerte nos deus ſalutum noſtrarum. Quare nõ dixit, ſalutis noſtrę: ſed, ſalutum noſtrarum. Si ſemel peccaremus, vna indigeremus ſalute. Multa peccauimus: propterea multis indigem⁹ ſalutibus. l ¶Deus tu conuerſus viuificabis nos.) Quamdiu ergo ad nos dominus non conuertitur, mortui ſumus.

m ¶Oſtẽde nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.) Quòd ſaluator deſcendit, miſericordia dei eſt. Nõ veniſſet medicus, niſi ægrotarent plurimi. Quoniam ægrotabant plurimi, propterea venit medicus. Quoniam indigebamus miſericordia, propterea venit ſaluator.

n ¶Audiã quid loquatur in me dominus deus.) Multi putant quando loquitur Moyſes & dicit: hæc dicit dominus, & Eſaias, & cæteri, & cùm dicitur: Factum eſt verbum domini ad Eſaiam, ſiue ad Ezechiel prophetam: quoniam forinſecus ſermo fiat, & per iſtas aures audiat propheta quod loquitur à domino: Nõ eſt ita. Deniq; & dominus noſter quid loquitur ad phariſæos & Iudæos? Qui habet aures audiendi, audiat. Et Eſaias ait: Dominus addidit mihi auriculam. Videte quid dicat. Dominus addidit mihi auriculam. Quoniam nõ habebam illam auriculam quæ in corde eſt: addidit mihi vt dei poſſim audire ſermones. Et nunc ergo propheta quodcunque audit, audit in corde. Quãdo eñ clamamus in cordib⁹ noſtris, abba pater: & clamor ille ſilẽtij eſt, & ſilẽtiũ audit à dño: ſic & dñs loquit ad cor noſtrũ, qđ clamat, abba pater. Ideo ergo nũc dicit propheta: Audiam quid loquatur in me dominus deus. Tale quid & Habacuc ꝓpheta dicit: Stabo in contemplatione, & videam quid reſpondeat Habacuc mihi dominus, & quid reſpondeam ad eum. Et audiam quid 2.a. loquatur in me domin⁹ deus. Ergo & hoc quod dicit, audiã quid loquatur in me dominus deus: loquitur in corde, loquitur in ſenſu. Vultis ſcire qualis ſit clamor cordis? Vultis ſcire quoniã clamor apud deum non vocis, ſed lachrymarũ eſt. Dicitur & in lamẽtationibus Hieremiæ: Non tacuit pu- Threñ.2.f pilla oculi mei. o ¶Quoniã loquetur pacẽ in plebẽ ſuã.) Propriè dicitur hoc de populo Iudæorũ, qui in Chriſtũ crediturí ſunt: hoc eſt, de aduẽtu Chriſti. Dicit & de fide populi Iudaici: hoc eſt, de apoſtolis, & quicũq; apoſtolis crediderũt. Quoniã loquetur pacẽ in plebẽ ſuã. Pax nõ dicitur, niſi quãdo bellũ non eſt. p ¶Et ſuper ſanctos ſuos & in eos q cõuertunt ad cor.) Hoc eſt, qui primùm ſequebant carnẽ, & poſtea

A postea conuertuntur ad cor. Vt sciatis quia pro Iudæis dicitur iste versiculus: hoc est, de his qui crediderunt in saluatorem: videte exempla quæ diximus. Fac mihi Iudæum legere Leuiticum, & omnia illa sacramenta quæ scripta sunt: & quomodo leprosus ingreditur in synagogã, quomodo gallina tollitur & obtorquet illi collum. Deinde dicitur de sanguine quomodo aspergatur: dicitur de aqua: dicitur de hyssopo: dicitur etiam quomodo scindantur illi vestimenta: & sic ingredit in synagogã ille qui leprosus fuerat. Si secũdum literã legamus, quid nobis prodest quod legimus? Si verò conuersi fuerimus ad cor, si spiritualiter intellexerim⁹: videbimus quoniam leprosus nõ potest intrare ad populum dei, nisi scindantur vestimenta eius, nisi quodcunq; clausum fuerit, reueletur. Deniq; videte, quoniã iste leprosus nisi p sanguinẽ & aquã, & hyssopũ non ingreditur synagogã. Ergo & tu qui vsq; hodie
B leprosus fuisti, non apparebat lepra tua antequam venires ad sacerdotem. Sed quoniã venisti ad sacerdotem, dissuit sacerdos vestimenta tua: & quod tectũ videbatur & sanum esse, ostendit leprosũ. Omnia peccata tua & lepram tuã posuit ante oculos tuos: & ideo te reducit in synagogam dei per sanguinẽ & aquam. Per sanguinẽ, per passionem Christi: & per aquã, per baptismum. Ergo post leprã sanari nõ poteris, nisi per passionẽ Christi & per baptismũ.
Psal.50. Et cùm hoc feceris, dicitur & illud: Asperge me hyssopo & mũdabor: lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Vsq; hodie in Aegypto es: quamdiu nõ veneris ad sanguinem & ad aquam, saluari nõ poteris. Vis vt exterminator qui interfecit Aegyptum, non te interficiat? Tolle hyssopum, intinge in sanguine, asperge postes tuos. Exterminator cùm viderit sanguinẽ in fronte tua, accedere non poterit. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est: Et in eos qui conuertuntur ad cor. Ergo non poterit deus loqui pacem plebi suæ, nisi eis qui conuertuntur ad cor. a ¶ Veruntamen prope timentes eum saluare ipsius.) Ostendo viam salutis, do misericordiam, licèt necdum conuersus es ad cor: tamen expecto, do locum pœnitentiæ. Et hoc totum quid est? b ¶ Vt inhabitet gloria in terra nostra.) Propterea te ad pœnitentiam vocat: vt qui
C leprosus eras, habeas hospitem Christũ. c ¶ Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatę sunt.) O quàm præclara amicitia. Misericordia & veritas obuiauerũt sibi. Peccator es: audi quid dicat, misericordia. Sanctus es: audi quid dicat, & veritas. Nec si peccator es, desperes: nec si iustus es, superbias. Dicamus aliter: Duo sunt credẽtes populi: vnus de gentiũ populo, & alius de Iudæorũ. Iudæis repromissum est q̃ veniret saluator: nobis autem qui extranei eramus à lege dei, nõ est repromissum. Misericordia igit est in populo gẽtiliũ, veritas in populo Iudæorũ: quia quod repromissũ est, venit: hoc est, qđ repromissum est patrib⁹; hoc cõpletur in filijs. Iustitia & pax osculatæ sunt. Videte quid dicat: Iustitia & pax osculatæ sunt. Ipsum est quod suprà dixit: Misericordia & veritas. Misericordia ipsum est quod & pax: veritas autẽ ipsum est quod & iustitia. Si quid em̃ ad pacem pertinet, hoc & ad misericordiã: & si quid ad veritatẽ, hoc ad iustitiã. Videte ergo qd dicat: Iustitia & pax deosculatæ sunt: hoc est, misericordia & veritas amicitiã fecerunt: hoc est, & gẽtiliũ populus, & Iudæorũ sub vno pastore Christo est. d ¶ Veritas de terra orta est.) Ego sum via, vita,
Ioan.14.a & veritas. Ille qui dixit, ego sum veritas, de terra ortus est.
Esa.11.a. Quæ est ista veritas quę de terra orta est? Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius exiet. Et in alio loco: Quoniã
Psal.73.c. de⁹ operat⁹ est salutẽ in medio terræ. Quid dicis Manichę, qui nẽgas carnẽ habuisse saluatorem? Ecce veritas, id est, saluator: de terra, hoc est, de Maria ortus est. e ¶ Et iustitia de cœlo, p̃spexit.) Iustũ em̃ erat, vt saluator misereret populo suo. Videte qd dicat: O iusta iudicia dei, & inuestigabiles vię ei⁹. Veritas de terra orta est: hoc est, saluator. Et rursum: Et iustitia de cœlo, p̃spexit. Iustitia ipse saluator est. Quomodo de terra orta est? Quomodo de cœlo, p̃spexit? De terra orta est, q̃ homo natus est: de cœlo, p̃spexit, quoniã de⁹ sẽp in cœlis: hoc est, natus quidẽ est de terra: sed ille q de terra nat⁹ est, semp in cœlo est: hoc est, sic apparebat in terris, vt cœlũ nõ derelinqueret. De⁹ em̃ vbiq; est, & vbiq; p̃spexit: quoniã donec peccabam⁹, auertebat oculos suos à nobis. Quod dicit, hoc est: Iustũ est vt figulus misereat operibus suis, vt pastor misereat gregi suo. Nos populus ei⁹ sumus, nos creatura ei⁹ sum⁹. Propterea ergo de terra ort⁹ est, & de cœlo, p̃spexit: vt impleat iustitiã suã, & misereat
E operi suo. Deniq; vt sciatis quoniã iustitia nõ crudelitatẽ sonat, sed misericordiã: videte quid dicat: f ¶ Etem̃ dñs dabit benignitatẽ.) Propterea prospexit de cœlo, vt misereat operibus suis. g ¶ Et terra nostra dabit fructũ suũ.) Veritas qdẽ de terra orta est. Hoc de prẽterito. Nũc de futuro dicit: Et terra nostra dabit fructũ suũ. Nolite desperare: quod semel natum est ex Maria, quotidie & in nobis nascitur. Et terra nostra dabit fructum suum. Et nos possum⁹ parêre Christum, si volumus. Et terra nostra dabit fructum suum: de quo fiat cœlestis panis, de quo dicit: Ego sum panis qui de cœlo de- Ioan.6.c.
• scendi. Hæc quidẽ omnia diximus de misericordia domini, quoniã propterea venit vt saluaret humanum genus. Verũtamen scire debemus, quoniam ipse iudicaturus est viuos & mortuos, ipse veniet ad iudicium. h ¶ Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.) Nolite negligentes esse. Iustitia ante eũ ambulabit, & ponet in via gressus suos. Videte quid dicat, gressus suos: vbi non sunt lapides, vbi nõ sunt spinę & tribuli, vbi æqualis est via, vbi ambulare potest, vbi nõ potest impingere. Et nos ergo faciamus in corde nostro viã domino: de qua via laborabat & Ioãnes, & clamabat Matt.3.a.
in eremo, vt faceremus viã domino: ergo & nunc dicitur: Et ponet in via gressus suos. Vbi inuenit viã, ambulat. Licèt antè habebamus spinas & tribulos, licèt & lapides: dicit nobis F
in Esaia: Et lapides de via proijcite. Hoc autẽ propterea dicit: ne cùm voluerit deambulare in via nostra, impingat pedem suum. Lapides qui in via sunt, & proijci iubent, peccata nostra sunt. Nõ ambulat in corde nostro Christus, si peccatũ aliquod fuerit, statim impingit in lapides. Et ponet in via gressus suos. Faciamus viam, & ponet in via gressus suos Iesus: cui sit gloria & honor in secula seculorum, Amen. Esa.57.c.

i ¶ Oratio Dauid.) Iste psalmus vocem continet nostri mediatoris venientis ad passionem. In fine verò ipsius prophetæ tenet orationem. Psalmus LXXXV.

k INclina dñe aurẽ tuã &c. quoniã sanct⁹ sũ.) Iuxta fragilitatem assumpti corporis ad patrẽ fundit orationẽ. Secũdum deitatẽ verò sanctũ se dicit, sicut quondã dixerat ad Moysẽ: Sancti estote, quoniã ego sanct⁹ sum. l ¶ Saluum Leuit.19.a
fac seruum tuum deus meus sperantem in te. Miserere mei &.20.b.
domine quoniã ad te clamaui tota die.) Formã serui suscepit, quã in omni tẽpore præsentis vitæ saluari precat. Scit enim quia & si spiritus promptus est, caro autẽ infirma est. m ¶ Lætifica animam serui tui.) A tribulationibus præsentibus mœstã. o ¶ Quia ad te domine animã meã leuaui.) Ad te eã resuscitari credens. n ¶ Quia tu domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.)

a tuntur ad cor. Veruntamen prope timẽ-
b tes eum saluare ipsius: vt inhabitet glo-
c ria in terra nostra. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax oscu-
d latæ sunt. Veritas de terra orta est: & iu-
e f stitia de cœlo prospexit. Etenim domin⁹
g dabit benignitatem: & terra nostra dabit
h fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

i Oratio Dauid LXXXV.

k INclina domine aurem tuã, & exaudi me: quoniã inops & pauper sum ego. Custodi animam meã, quoniam sanl ctus sum: saluum fac seruum tuum deus meus sperantẽ in te. Miserere mei domi-
m ne, quoniã ad te clamaui tota die: lętificã
n animã serui tui: quoniam ad te domine
o animam meã leuaui. Quoniã tu domine suauis & mitis: & multę misericordiæ omnibus

His qui de

G His qui de te puro corde inuocant, mitem te præbes, & copiosam misericordiam eis indulges. a ¶Auribus percipe domine orationē meā, &c.) Quoniā iusta peto. b ¶In die tribulationis meæ.) Hoc est, in die passionis. c ¶Clamaui ad te.) De cruce. d ¶Quia exaudisti me.) Vt cōmēdatum tibi restituere spiritum meum. e ¶Non est similis tui in dijs domine: & non est secundum opera tua.) Nō reperiē in simulachris gētium, qui sic possit vt tu operari. f ¶Oēs gentes quascunq; feciſti, venīēt & adorabunt corā te domine: &c.) Per passionem enim meā cognoscent magnitudinē virtutis tuæ. Hinc ꝓpheta loquiē: g ¶Deduc me domine in via tua: & ingrediar in veritate tua.) Si enim me ad Christum tuū, qui est via, deducas: nulla me fallacia retinebit. h ¶Lætetur cor meū vt timeat nomen tuū.) Cùm à mœrore facinorum erutus fuero, tunc in te lætitia spirituali gaudebo. H i ¶Confitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum, &c.) Cur cōfiteatur nomini domini, aut honoret eū, versiculus sequēs exponit, dicēs: k ¶Eripuisti animam meam ex inferno inferiori.) Non ꝙ duo inferna sint, sed iste superiorem infernum, peccatū dixit: inferiorem verò, qui est verus infernus, in quo peccatores dānantur. Laudat ergo ob hoc misericordiam domini, ꝙ sit erutus à supplicio inferioris inferni. l ¶Deus iniq insurrexerunt aduersus me: & synagoga potentiū quæsierūt animā meam.) Vitiorū seu dæmoniorū: Non ex persona Christi hæc ꝓpheta loquitur, sed intelligitur de Iudæis. m ¶Nō ꝓposuerunt deum ante cōspectū suum.) Obcæcauerat eos malitia eorum. n ¶Et tu domine deus miserator & misericors: patiens & multæ misericordiæ & verax.) Misericors, cùm remittis: patiens, cùm I peccatorē vt cōuertatur, expectas: verax, cùm ꝓmissa restitues. o ¶Respice in me, & miserere mei: da imperiū tuū puero tuo.) Ad repugnādū potestatibus aduersis. p ¶Et saluum fac filium ancillæ tuæ.) Ecclesiæ, in qua sum renatus. q ¶Fac mecum signum in bonū, vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniā tu domine adiuuisti me, & cōsolatus es me.) Muniar crucis tuæ signo, quod vidētes potestates aduersæ fugiant confusæ, & discedant à me. Hæc enim pro nostro populo propheta rogat. Sed & nos precamur domine: vt crucis tuæ signo tutati, atque eius præsidio custoditi, mereamur ab omnibus diaboli insidijs liberari: quia tibi est honor & gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

r ¶Psalmus cātici filijs Core.) Inter psalmum & canticum quid intersit, frequēter dixi. Psalmus ex psalterio dicit: Cāticū verò ex voce ꝓfertur. Psalmus refert ad manus: hoc est, ad opera: cantícū, ad theoriam. Psalmus LXXXVI.

f FVndamenta eius in mōtibus sanctis.) Nō prædixit cuius, & dixit: fundamenta eius in montibus sanctis. Qui loquitur, ꝓpheta est. Filij sunt Core. Core quid interpretetur, frequēter dixi: caluaria: hoc est, filij resurrectionis. Fundamenta eius, siue dei, siue certè ecclesiæ. Quæ sunt autē fundamenta, nisi pater, & filius, & spiritus sanctus? Hæc ergo fundamenta nō sunt in vallibus, sed sunt in montibus: & non

a omnibus inuocantibus te. Auribus percipe domine orationem meam: & intēde
b voci deprecatiōis meę. In die tribulatio-
c,d nis meæ clamaui ad te: qa exaudisti me.
e Nō est similis tui in dijs domine: & nō
f est secundum opera tua. Omnes gentes quascunq; feciſti, venient & adorabunt coram te domine: & glorificabūt nomen tuum. Quoniam magnus es tu: & faciēs
g mirabilia, tu es deus solus. Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate
h tua: lætetur cor meum vt timeat nomen
i tuum. Cōfitebor tibi domine deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternū. Quia misericordia tua
k magna est super me: & eruisti animā meam ex inferno inferiori. Deus iniqui in-
l surrexerunt super me: & synagoga potē-
m tium quæsierunt animam meam: & nō
n proposuerunt te in conspectu suo. Et tu domine deus miserator & misericors: pa-
o tiēs & multæ misericordiæ & verax. Respice in me & miserere mei: da imperium
p tuum puero tuo: & saluum fac filiū an-
q cillæ tuæ. Fac me cum signum in bonū, vt videant qui oderunt me & confundātur: quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

r Psalmus cātici filijs Core. LXXXVI.

s t u x FVndamenta eius in montibus sanctis: diligit dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob. Glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei. Mēmor ero Raab, in mōtibus quibuscunq;, sed in mōtibus sanctis. Loquit Paulus: Quasi sapiēs architectus fundamentū posui: hoc est, fidē trinitatis. Deniq; dicit, & in alio loco: Expectabāt enim ciuitatem habentē fundamēta: cuius artifex & cōditor deus. Fūdamenta eius in mōtibus sanctis. Ideo dixit in mōtibus sanctis: quia sunt & alij montes non sancti. Deniq; dicit in Esaia: Sup montē tenebrosum leuate signū. Et in alio loco dicit: Quis es tu mons corrupte? Dicit & in Hieremia. Date domino deo vestro gloriā, antequam offendāt pedes vestri ad mōtes tenebrosos. Videtis ergo quia sunt & mōtes tenebrosi: & dicit nobis à Hieremia, vt demus gloriam deo, antequā offendāt pedes nostri ad mō tes tenebrosos. Si enim pedes nostri impegerint ad illos montes, gloriam dño dare nō possumus. Fundamēta eius in mōtibus sanctis. Quos nos possumus dicere fundamēta? Apostolos. In illis erant fundamēta: ibi primùm posita est fides ecclesiæ: & ibi fūdamenta sunt posita. Et quia vnusquisq; supædificat fundamento: alius aurū, alius argentū, alius lapides preciosos: diligit dñs portas Sion sup omnia tabernacula Iacob. Istas portas diligit, quas videmus corruisse. Istas portas diligit, & istam Sion diligit, quæ arata est sicut ager. Et videte qd dicat: t ¶Diligit dñs portas Sion, super omnia tabernacula Iacob.) Videte quid dicat: Sup oēs ciuitates Iacob: hoc est, ludę: istā tātū diligit ciuitatē. Et quomodo videm⁹ alias ex parte stare, & istā penitus corruisse? Legamus Apocalypsim Ioānis: legamus & Esaiā, vbi ędificat ciuitas Hierusalē: & duodecim portæ ipsius di cunt esse de lapidibus preciosis cōstructæ, & ipsa ciuitas de cœlo descēdit: & dicunt muri eius aurei: & dicuntur plateæ eius stratæ esse smaragdo: & dicūtur singulæ portæ ex singulis lapidibus preciosis. Hæ sunt totæ domini diuitiæ, & hoc diligit dominus quod & homines? Prohibet nos ab auaritia, & ipse de auaritia extruit ciuitatem? Ergo diligit dñs portas Sion: Illas portas duodecim Sion, manifestū est quòd de apostolis scripsit. Super omnia tabernacula Iacob, super oēs veteres sanctos. Hoc interim diximus secūdum vnum, tropū. Dicamus autē & aliter: Diligit dñs portas Sion. Mihi videtur portæ Sion esse virtutes. Sicut enim portæ mortis sunt vitia atq; peccata: ita portæ Sion vidētur mihi esse virtutes. Deniq; dicit in alio loco: Qui exaltas me de portis mortis. Si autē portæ mortis peccata sunt: ergo portæ Hierusalem virtutes sunt. Super omnia tabernacula Iacob. Videte quomodo Iacob: hoc est, vetus populus, nō habet fundamentum, nec domū fundamētis positā, sed tabernacula quæ citò pertrāseunt. u ¶Glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei.) Ergo hoc quod dictū est, fundamēta eius in mōtibus sanctis, possumus & de deo dicere. Possumus autē & hoc dicere: Glorioſa dicta sunt de te ciuitas dei. Quæ est ista ciuitas vbi dicta sūt glorioſa? In omnib⁹ ꝓphetis dictū est de hac ciuitate. Esaias dicit: Exurge, exurge Hierusalē, induere fortitudinē brachij tui. Iterū ipse Esaias: ego ciuitas firma, ciuitas quæ nō oppugnat. Dicit & Dauid: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Et in alio loco: Domine, in ciuitate tua imagines eorum dissipabis. Et saluator glorioſa loquutus est de hac ciuitate. Nō potest abscōdi ciuitas sup montē posita. x ¶Mēmor ero Raab,

K 1.Cor.3.b. Heb.11.c. Esa.13.a. Zac.4.b. Hier.13.c. L Apoc.21.a Esa.62.& Ezech.48 d. M Psal.9.c. Esa.52.a. Psal.45.a. ibi,72.c. Matt.5.b.

ero Raab, & Babylonis, scientibus me.
a Ecce alienigenæ & Tyrus, & populꝰ Aethiopum: b hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea: & c ipse fundauit eam altissimus. Dominus d narrabit in scriptura populorum & principum: horum qui fuerunt in ea.

A ero Raab,& Babylonis,scientium me.)Quoniam dixit:gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei:& tamen ipsam ciuitatē ecclesiā intelligimus de gentibus congregatam:propterea nunc de vocatione gentium dicitur:Memor ero Raab,& Babylonis,scientium me:Quicunq; peccator est,securus sit. Dominus memor fuit Raab. Securum dixi,si reuertatur ad dominum: Cæterum securitas sine lachrymis,nō habet remedium. Memor
oſuę.2 ero Raab. Raab illius meretricis, quæ susceperit exploratores Iesu: quæ erat in Hiericho,quo venerat Iesus:& misit duos exploratores. Hiericho mundus iste,qui in septē diebus subuertitur, vult interficere exploratores. Et cū ille cupiat interficere exploratores,sola meretrix Raab susceperit. Et susceperit eos non in inferiori loco,sed in cœnaculo. Dicamus ergo primùm secūdum quod vulgò dicitur:Neq; enim debemus & illam interpretationem dimittere. Et susceperit eos non in inferiori loco, sed in cœnaculo. In domate:hoc est,in sublimitate fidei suæ: & absconditeos in lino:hoc est,in stupa lini. Hoc interim diximus secundum historiā:& videtis quomodo de ipsa historia paulatim ad mystica ascendimus sacramenta. Iesus dux,
B qui populum eduxerat de Aegypto: Iesus dux,qui interpretatur saluator,Mose mortuo,& sepulto in terra Moab,in terra Arabiæ:hoc est,lege mortua,in euāgelium cupit inducere populum suum,Emittit duos exploratores Hiericho. Duos exploratores:vnum in circuncisionem:alium in gētibus,Petrum & Paulum. Hiericho quærit eos occidere:illa eos susceperit meretrix: ecclesia de gentibus congregata. Credit in Iesum,& quos volebat Hiericho interficere,ipsa saluat in domate suo. Et ponit eos in domate suo, in excelsa fide sua: & absconditeos in lini calamo. Licèt meretrix sit,tamen ponit eos in lino. Linum multo labore,& diligentia in candorē venit. Scitis ipsi,quoniā linum de terra nascitur:& cùm in terra natum fuerit,nigrum est:nullā speciem habet,nullū vsum. Primùm ergo tollitur de terra:frangitur:deinde torquetur: postea lauatur:deinde tūditur:deinde plectitur:& multa cura & labore vix venit ad candorem. Ergo hoc dicitur,quòd ista quidē meretrix susceperit exploratores in lino suo, vt illi exploratores linum ipsius verterent in candorem. Quid igitur? Dat illis consiliū,& sic dicit:Expectate his tribus diebus. Non erat vna dies,non duo,nisi tres dies. Videte quid dicat. Expectate tribus diebus. Non nominat tres noctes, sed tres dies:quia illuminatum habebat cor. Et deinde dicit post tres dies. Et quid dicit:Nolite,inquit,ire per cāpestria,sed in mōtana conscēdite. Ecclesiæ enim fides non est in vallibus,sed in
C montibus cōstituta. Hiericho ergo postea subuertitur ab Iesu:& ista sola meretrix reseruatur incolumis. Ergo hoc dicitur: Memor ero Raab: hoc est, quæ susceperit exploratores meos:& ego in die iudicij memor ero eiꝰ. Memor ero Raab.
Raab Raab quid interpretatur,diximus secūdū historiā: dicamus & secūdum nominis interpretationē. Iuxta Anagogen Raab dupliciter interpretatur. Aut interpretatur latitudo:aut certe interpretatur superbia. Ergo videte quid dicat. Illa quæ
Mat.7.b. quondā ambulabat in lata & spaciosa via quæ ducit ad mortem. Illa quæ superba erat,& habebat impetū ad ruinā,postea conuersa est in humilitatē. Memor ero Raab,& Babylo-
Babylon nis. Babylon interpretatur confusio. Videte quid dicat: Non solum Raab memor ero,sed etiam Babylonis:quæcunq; anima à vitijs peccatisq; confusa est. Et Babylonis scientium me. Videte quid dicat: Licèt aliquis Raab fuerit, licèt Babylon fuerit: tamen memor ero quicunq; me scierit. Ergo si fuerimus Raab,& Babylon,etiam debemus esse securi,& dicere: Deus dixit: memor ero Raab,& Babylonis. Sed videte quid sequitur: Scientium me. Fuerunt Raab,& Babylon,sed postea conuersi sunt ad me. Memor ero Raab,& Babylonis,scientiū me. Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum,ascēdit postea ad memoriam dei. Hucusq; quasi per ænigma locutus est:nunc verò apertius loquitur ad vocationē gentiū. Videte enim quid dicat: a ¶Ecce alienigenæ & Tyrus,& popu-

lus Aethiopum,hi fuerūt illic.) Alienigenas vocat ad distinctionem Israël. Nos enim sumus alienigenæ,& Tyrus. Tyrus interpretatur tribulatio:hoc est,zor:& populus Aethiopum niger,& in peccatorum sordibus inuolutus. Et populus Aethiopum. Hoc est,quod dicitur: Aethiopia præueniet manus Psal.67.g eius deo. Ecce alienigenæ,& Tyrus,& populus Aethiopū. Quod dicitur,hoc est:Illi qui antè alieni erant,illi erant in tribulatiōe: qui erant positi in corde maris. Dicitur enim de Tyro,Tyrus posita in corde maris. Illi igitur qui prius erant in mari, & fluctibus tundebantur,postea inuenti sunt in ecclesia. Et populus Aethiopum. Nos quondam Aethiopes fuimus,Aethiopes vitijs atq; peccatis:quoniam peccata nos nigros fecerant,sed postea audiuimus:Lauamini,mundi estote. Et diximus:Lauabis me,& Esa.1.d super niuem dealbabor. Nos ergo Aethiopes versi sumus in Psal.50 candorem. Ecce alienigenæ,& Tyrus,& populus Aethiopū, hi fuerunt illic. Vbi fuerūt? Vbi gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. b ¶Nūquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea.)Lxx. interpretes ita transtulerunt: Nunquid Sion dicet homo. Spreuerūt ergo multi,nec intellexerūt μήτι Σιὼν quid est:& addiderūt ρ & legūt μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ ἄνθρωπος. E
Et hoc propterea dicunt:quoniā sequitur & homo natus est in ea. Sperauerūt etiam ita debere dici:mater Sion dicet homo:quoniam filius natus dicitur:propterea errant in matris vocabulo. Dicamus ergo primùm secundum quod vulgò dicitur:Neq; enim debemus & illam interpretationem dimittere. Dicamus ergo & nos:Mater Sion dicet homo,& homo natus est in ea. Isti qui nati fuerūt in ecclesiā,alienigenæ,Tyrus,& populus Aethiopum:isti sunt qui nascūtur in ecclesia, credunt in ecclesiā,& nascuntur in ecclesia. Nisi enim baptizati fuerint, filij ecclesiæ non erunt. Isti verò qui baptizati sunt in ecclesia,matrem appellant ecclesiam. Dicamus,& secundum Hebraicam veritatem:Nūquid Sion dicet homo,& homo natus est in ea. Quod dicit,hoc est:quis poterit nunciare Sion?quis ei poterit nunciare hominum:quoniā homo nascetur in ea,& ipse saluabit eam? Hoc est, nullus hominum potest ei nunciare:quia Sion saluetur in homine qui in ea nascitur. Et homo natus est in ea. Quis est iste homo? c ¶Et ipse fundauit eam altissimus.)Respondeant Ariani:quoniam dicūt altissimū solū patrem esse:Ecce hic de filio dicitur: Et ipse fundauit eam altissimus. Non dixit:filius dei,qui erat in principio apud patrem. Sed quid dixit? Homo natus est in ea & ipse fundauit eam altissimus. Si autem altissimus dicitur, quanto magis verbum dei? d ¶Dominus narrabit in scriptura populorum: & principum horum qui fuerunt in ea.) F
Non dixit qui sunt in ea,sed qui fuerunt in ea. Dominus narrabit:& quomodo narrabit? Non verbo,sed scriptura. In cuius scriptura? In populorum. Non sufficit in populorum,sed etiam principum dicit. Et quorum principū? Qui sunt in ea. Non dixit hoc,sed qui fuerunt in ea. Videte ergo quomodo scriptura sancta sacramentis plena est. Legimus apostolum Paulum:legimus Petrum:& legimus illum dicentem:An ex- 2. Co.13.a perimentum eius quæritis qui in me loquitur Christus? Et quod Paulus loquitur,loquitur Christus. Qui enim vos re- Matt.10.d cipit,me recipit. Dominus ergo noster atq; saluator, narrat nobis & loquitur,in scripturis principum suorū. Dominus narrabit in scripturis populorum: In scripturis sanctis. Quę scriptura populis omnibus legitur:hoc est,vt omnes intelligant. Quod dicit,hoc est:Sicut scripserūt apostoli,sic & ipse dominus:hoc est, per euangelia sua loquutus est:nō vt pauci intelligerent,sed vt omnes. Plato scripsit in scriptura,sed nō scripsit populis,sed paucis. Vix enim intelligunt tres homines. Isti verò,hoc est,principes ecclesiæ & principes Christi: non scripserunt paucis,sed vniuerso populo. Et principum: hoc est,apostolorum,& euangelistarum:horum qui fuerunt in ea. Videte quid dicat: Qui fuerunt,non qui sunt:vt exceptis apostolis,quodcunq; aliud postea dicetur,abscindatur: nō habeat postea authoritatē. Quanuis ergo sanctus sit ali-

G mundi figuram tenens. a ¶Domine in lumine vultus tui ambulabũt.)In illuminatione vtiq; ſpiritus ſancti. b ¶Et in nomine tuo exultabũt tota die.)In nomine illo nouo quod benedicitur in terris:id eſt,Chriſtiano. c ¶Et in tua iuſtitia exaltabuntur.)Sequẽtes atq; cuſtodiẽtes eã. d ¶Quoniam gloria virtutis eorũ tu es.) In te enim gloriantur:& nõ in alio. e ¶Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrũ.) Sicut eñ eis beneplacita fuerũt præcepta tua:ita tibi beneplacitum eſt, vt in te exaltetur virtus eorum. f ¶Quoniã domini eſt aſſũptio noſtra.)Carnis vtique. g ¶Et ſancti Iſraël regis noſtri.) Ipſius domini noſtri Ieſu Chriſti,qui in eccleſia regnat. Hinc iterũ propheta ad patrẽ loquit: h ¶Tũc loquutus es inviſiõe ſanctis tuis.) Prophetis, reliquisque electis. i ¶Et dixiſti,poſui adiutoriũ.) Populo ſcilicet. k ¶In potentem.) Id eſt,ſuper diabolum,qui opprimeret ſuperbiã ei9. l ¶Et
H exaltaui electum de plebe mea.) Chriſtum dominum. Qui propterea electus de populo dicitur: quia carnẽ aſſumpſit ex homine. m ¶Inueni Dauid ſeruũ meũ.) Inuenit eũ: elegit vtiq;,vt ex eius genere aſſumeret carnem.Quod autẽ ait ſeruum,Apoſtolus expla
Phil.2.a. nat:Nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo :ſed formã ſeruí accepit. n ¶Oleo ſancto meo vnxi eũ.)Non triſti & corrupto, ſed pleno lætitia, & ſanctitate. o ¶Manus enim mea auxiliabitur ei:& brachiũ meũ confortabit eum.) In aſſumpto corpore. p ¶Nihil proficiet inimicus in eo.)Diabolus ſcilicet. q ¶Et filius iniquitatis nõ apponet nocere ei.) Iudas traditor,qui merito filius iniquitatis,id eſt,diaboli dicitur:quia diabolus intrauit in cor eius,vt traderet Chriſtũ. r ¶Et conſcindam à facie
I ipſius inimicos ei9.)Iudæos vtiq; qui ſæpe à domino confuſi tanq̃ cõſciſſi gladijs, diſcedebant à cõſpectu eius. ſ ¶Et odientes eũ in fugam conuertã.)De dæmonibus dicit iniquis: qui corã eo ſæ-
Mat.8.d. pius fugiebãt,clamãtes:Quid veniſti ante tempus torquere nos? Scim9 quia tu es fili9 dei. t ¶Et veritas mea,& miſericordia mea cum ipſo.)Veritas,quia ea quæ à me audiuit,loquitur. Miſericordia,quia ſanat infirmos,tã in mẽte q̃ in corpore. u ¶Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.)Fortitudo eccleſiæ ſanguine ſuo redemptæ. x ¶Et ponã in mari manũ eius.)Oſtendã opera eius mũdo. y ¶Et in fluminibus dexterã eius.) Super principatus & poteſtates mũdi. z ¶Ipſe inuocabit me,pater meus es tu:deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ.)Sæpius eũ inuocaſſe patrem deum:
Ioan.17.a. in euangelijs legimus:ſicut illud eſt:Pater,clarifica me apud
Luc.23.f temetipſum. Et iterum:Pater,in manus tuas commendo ſpiritum meum. Deus meus. Deus autem vocat cùm dicit:Deus deus meus,vt quid me dereliquiſti: & multa alia. a ¶Et ego primogenitum ponam illũ excelſum præ regibus terrę.)

a Dominẽ in lumine vult9 tui ambulabũt:
b & in nõmine tuo exultabũt tota die:& in
c d iuſtitiã tua exaltabuntur.Quõniã gloria
e virtutis eorũ tu es: & in bẽneplacito tuo
f exaltabitur cornu noſtrũ. Quiã dñi eſt
g aſſumptio noſtra:& ſancti Iſraẽl regis no
h ſtri. Tũc loquutus es in viſione ſanctis
i k tuis:& dixiſti,poſui adiutoriũ in põtẽte:
l m & exaltaui electum de plebe mea. Inuẽni
n Dauid ſeruũ meũ: oleõ ſancto meo vnxi
o eũ. Manus eñ mea auxiliabitur ei:& bra
p chiũ meũ confortabit eũ. Nihil proficiet
q inimicus in eo:& filius iniquitatis nõ ap-
r ponet nocere ei. Et conſcindã à facie
ſ ipſius inimicos ei9:& odientes eũ in fugã
t conuertã. Et veritas mea,& miſericordia
u mea cum ipſo: & in nõmine meo exalta-
x bitur cornu eius. Et põnã in mari manũ
y eius:& in fluminibus dexterã ei9. Ipſe in-
z uocãbit me:pater meus es tu:deus me9 &
a ſuſceptor ſalutis meę. Et egõ primogenitum ponã illũ:excelſum præ regibus ter-
b ræ. In ætẽrnũ ſeruabo illi miſericordiam meã:& teſtamentũ meũ fidele ipſi. Et ponã in ſeculum ſeculi ſemẽ eius:& thro-
c d nũ eius ſicut dies cœli. Si autẽ dereliquerint filij eius legẽ meã:& in iudicijs meis non ambulauerint. Si iuſtitias meas prophanauerint: & mãdata mea nõ cuſtodierint. Viſitabo in virga iniquitates eorũ: & in verberibus peccata eorũ. Miſericordiã aũt meã non diſpergã ab eis:neq; nocebo in veritate mea. Neque prophanabo teſtamentũ meũ:& quæ procedunt de la-
e bijs meis,non faciã irrita. Semẽl iuraui in
f g ſancto meo,ſi Dauid mentiar:ſemẽn eius
h in ætẽrnũ manebit. Et thrõnus eius ſicut
i ſol in cõſpectu meo:& ſicut luna perfecta
k l in ætẽrnũ:& teſtis in cœlo fidelis. Tu ve-
m rò repuliſti,& deſpexiſti: diſtũliſti Chriſtum tuũ. Auertiſti teſtamẽtũ ſerui tui:
n o prophanaſti in terra ſanctuariũ eius. De-
p q ſtruxiſti omnes ſepes eius:poſuiſti firmamentũ eius formidinẽ. Diripuerũt eum
r ſ omnes tranſeuntes viã:factus eſt oppro-
t briũ vicinis ſuis. Exaltaſti dexteram deprimentiũ eũ: lætificaſti omnes inimicos
u x y ei9. Auertiſti adiutoriũ gladij ei9: & non es auxi-

Eſt enim dominus Ieſus primogenitus ex mortuis: ſicut ait K
Apoſtolus. Excelſus factus,cœlos aſcendẽs:regna mundi cũ- Col.1.c
cta ſubijciens. b ¶In æternum ſeruabo illi miſericordiã meam,& teſtamentum meum fidele ipſi.)In eccleſia quã per miſericordiam,& teſtamentum præceptorum ſuorum redemit,hæc in ea perpetualiter conſeruantur. c ¶Et ponã in ſeculum ſeculi ſemen eius:& thronum eius ſicut dies cœli.) Congregatio enim ſanctorum quę in eccleſia eſt,in qua deus tanquã in throno reſidet: ſicut ſol fulgebit in regno patris. d ¶Si autem dereliquerint filij eius legẽ meã &c.)Quòd derelictores legis,iudiciorũ oblitores: prophanatores iuſtificationũ,mãdatorumq; tranſgreſſores,in virga: id eſt,in diſciplina dei corripiãtur:& miſericordia diuina non auferatur: illud oſtẽditur,vt nullus ſine ſpe recuperationis ab eccleſia arceatur: quia ſicut ſeueritas diuina terret,arguente iuſtitia: ita pietas reparat,moderante clemẽtia. L
e ¶Semel iuraui in ſancto meo.) In homine illo domínico. f ¶Si Dauid mentiar.) Nullo enim mẽdacio circumſcribitur deus:ſicut
Mat.5.b. ait euangeliſta : Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. g ¶Semẽ eius in æternum manebit.) Populus acquiſitus. h ¶Et thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo.) Ipſam eccleſiam in claritate futurę beatitudinis permanere,iterũ atq; iterũ promittit. i ¶Et ſicut luna perfecta in æternum.) Tota lucida,tota perfecta:nil obſcuritatis cõtinẽs in ſe. k ¶Et teſtis in cœlo fidelis.)Ipſe Chriſtus dominus,qui fidele teſtimonium reddidit de opere patris in mundo:in cœlos eſt euehendus. Hinc ad patrem vox apoſtolica. l ¶Tu verò repuliſti & deſpexiſti.) Quia ſeparamur à rege noſtro dũ patitur. m ¶Diſtuliſti Chriſtũ tuum.) Tradẽdo eũ M
inimicis. n ¶Auertiſti teſtamentũ ſeruí tui.)Per quod promiſerat nos ſecum regnare. o ¶Prophanaſti in terra ſanctuarium eius.)Promiſeras enim q̃ non dares ſanctũ tuum videre corruptionẽ: & nunc iam in ſepulchro tegitur. p ¶Deſtruxiſti omnes ſepes eius.) Verba legis & prophetarũ,in quibus retinebatur. q ¶Poſuiſti firmamentũ eius formidinẽ.)Nos qui eũ audiebamus cùm doceret turbas. r ¶Diripuerũt eũ omnes tranſeuntes viã.) Trãſeũt enim illum qui dixit:Ego ſum via,& veritas,& vita:cùm Ioã.14.a.
vel veſtimenta eius diuidũt:vel corpus clauis,& mucrone cõfodiunt. ſ ¶Factus eſt opprobriũ vicinis ſuis.) Iudæis,ac principibus ſacerdotũ,qui dicebãt:Vah qui deſtruebas tẽplũ Mat.27.c
dei,& poſt triduũ reędificas illud:Deſcẽde de cruce. t ¶Exaltaſti dexterã deprimentiũ eũ.)Cùm humilias eũ in mortẽ. u ¶Lætificaſti oẽs inimicos ei9.)Pilatũ cũ gẽtib9 & Iudæis. x ¶Auertiſti adiutoriũ gladij ei9.)Cùm nõ ꝓfuit Iudęis,ſermo prędicatiõis illius. y ¶Et nõ es auxiliatus eſ in bello.)

In con-

A In conflictu vtiq; passionis. a ¶Destruxisti eum ab emũdatione.)Si enim alligata fuisset munditia eius,non vtiq; ve-
Esa.63.a. stimenta eius nostra facinora inquinassent: sicut ipse ait,Aspersus est sanguis eorum super vestimẽta mea:& omnia indumenta mea inquinaui. Nam & inter iniquos deputatus,& cum latronibus crucifixus est.
b ¶Et sedem eius in terra collisisti.) Sanctorum animas super quas quiescebat:quæ cõturbabãtur de obitu eius. c ¶Minorasti dies temporis eius.)Dies illius sunt diminuti,vt velocius remearet ad patrem. d ¶Perfudisti eum confusione.)Confusione vtiq; mortis. Hæc dicebant apostoli,ignorãtes eum à mortuis debere resurgere. Quòd autem hoc nescirent,euangelista cõmemorat. Nam de dilecto discipulo
Ioan.20.b ait:Nondũ enim sciebat scripturas:quia oporteret illum à mortuis resurgere. Et Petro quasi delyramenta visa sunt verba resurrectionis huius. Thomas aũt ait:
Ibidem.f. Nisi videro,non credã. Ideo ergo
B talia loquebantur apostoli quasi exprobrantes patri:quia ignorabant eum ab inferno redire. His igitur succedens, ecclesia dicit:
e ¶Vsq;quo deus irascēris in finẽ:exardescet sicut ignis ira tua.) Quandiu irascēris,vt eũ à morte non reuoces. f ¶Memorare domine quæ sit substantia mea.) Nulla mihi est vitæ substãtia,nisi

a es auxiliatus in bello,Destrũxisti eum ab
b emundatione: & sedẽm eius in terra col-
c lisisti,Minorãsti dies tẽporis eius: perfu-
d disti eum confusione. Vsquequo domine
e auertis in finẽ: exardescet sicut ignis ira
f tua. Memorare quæ mea substantia:nun-
g quid enim vanè constituisti omnes filios
h hominũ. Quis est homo qui viuet,& nõ
videbit mortẽ:eruet animã suã de manu
i inferi. Vbi sunt misericordię tuę antiquę
domine: sicut iurasti Dauid in veritate
k tua. Memor esto dñe opprobrij seruorũ
l tuorum:quod continui in sinu meo mul-
m tarum gentium. Quod exprobrauerunt
n inimici tui domine:quòd exprobrauerũt
o commutãtionem Christi tui. Benedictus
p dominus in æternum:fiat fiat.

q Oratio Moysi hois dei. LXXXIX.

r DOmine refugium factus es nobis:
à generatione in generationem.
f Priusquam gẽtes fierent aut formaretur terra & orbis:à seculo,& vsq; in
t seculum tu es deus. Ne auertas hominem
u in humilitatem: & dixisti,conuertimini
x filij hominum. Quoniam mille anni ante ocu-

in eum quem præstolor reuerti de tartaro. g ¶Nunquid enim vanè cõstituisti omnes filios hominũ?) Si enim illos nõ vanè,sed veraciter in spe resurrectionis cõstituisti,quãto magis filium tuum debes resuscitare? h ¶Quis est homo qui viuet,& non videbit mortẽ:aut quis eruet animã suã de manu inferi.)Scio quia nullus homo carneus euadit mortẽ,neq; animã suam seruabit ab inferis. Sed noui quia deus sub velamento carnis latebat absconditus:quem mors,& infernus nõ debeant retinere. i ¶Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquę domine:sicut iurasti Dauid in veritate tua.)Si hic nõ resuscitatur. k ¶Memor esto domine opprobrij seruorũ tuorũ.) Qui eũ expectant. l ¶Quod continui in sinu meo multarũ gentiũ.) Quos congregaui tanq; in sinu:in vna domo cre-
C dulitatis. m ¶Quod exprobrauerũt inimici tui domine.) Iudæi,pharisæi,sadducæiq;. n ¶Quod exprobrauerunt.) Quid exprobrauerunt? o ¶Commutationẽ Christi tui.)
Luc.13.g. Cùm se ab his cõmutans, ad gentes diceret:Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. p ¶Benedictus dominus in æternum,fiat fiat.)Ecce benedictus,ecce gloriosus cùm redit ex inferis: cùm se præbet discipulis,cùm ecclesiæ vota,& pia
Matt.vlti. desideria restituit,dicẽs sanctis:Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Qui nos à malis actibus cõmutare dignetur in bonos,ac sua pietate dignos effectos,spiritusancto repletos,in regno suo solita miseratione cõstituat. Quia ipsi est gloria,& imperium cum æterno patre,& spiritu sancto in secula seculorum. Amen.
q ¶Oratio Moysi hominis dei.) Quatuor sunt psalmi qui oratione prænotantur: sextusdecimus,& octogesimusquintus,& octogesimusnonus,& cẽtesimusprimus. In centesimoprimo dicitur:Oratio pauperis cùm anxiatus fuerit,& in cõspectu dei fuderit orationem suam. Iste,Oratio Mosi hominis dei.
Exod.15. Legimus cãticum Moysi,quod in Exodo eo tempore quãdo populus mare transiuit rubrũ: & demerso Pharaone, & omni eius exercitu,Maria cecinit & Moyses. Deinde legi-
Deut.32. mus & in Deuteronomio,quòd canticum illud scripserat in Deuteronomio. Si igit psalmi isti,& cantica ista Moysi sunt, quare in proprijs voluminibus non habentur? Diximus ergo

quomodo centesimusprimus psalmus inscribitur,Oratio pau D
peris:& alius est qui scripsit de ipso:& ille pauper qui pro no
bis deprecatur,dominus est:qui cùm diues esset,pauper fact⁹ 2.Cor.8.b
est propter nos: & cætera. Sic & hic Moyses,quoniã à principio generis humani historiã ipse scripsit:ipse enim scripsit quomodo cœlum,& terra facta sint:quomodo & homo fact⁹ sit: de conditiõe hois. Et iste psalmus de cõditiõe hois loquit:qui sit homo,& quare nat⁹ sit. Qui ergo in Genesi scripsit de hominũ cõditiõe:ipse & nũc inducit à spiritu sancto disputare quid sit homo.

Psalmus LXXXIX.

r DOmine refugiũ factus es nobis in generatione & generationem.)Qui refugiũ quẽrit:aut ab æstu nimio quærit & calore:aut bestia illum persequitur:aut hostes illũ persequuntur,vt interficiant. Et nos igitur in æstu sumus istius seculi: & nos bestia persequitur,de qua dicimus:Ne tradas bestijs animã Psal.73.a.
cõfitentẽ tibi. Et nos hostes per- E
sequuntur:propterea subtus alas tuas refugimus. In generatiõe,& generationẽ. Et in præterito,& in præsenti,& in futuro. Aliter: In generatione & generationẽ:Et in veteri populo Iudæorum,& in nouo Christianorũ. f ¶Priusq; mõtes fierent,& formaretur terra & orbis.)Subrepit in hoc loco hæresis. Si refugiũ factus est nobis anteq; mõtes fierent,& formaretur orbis:ergo animę erãt anteq; fieret orbis. Quid enim dicit scriptura? Domine refugium factus es nobis:in generatione,inquit,& generationem. A principio mundi:ante principium mundi. Hoc illi dicunt. Et ne putes me,inquit, dicere priusq; montes fierent,& formaretur terra,& orbis:tu,inquit,refugium factus es nobis. Si autem refugium nostrum fuit anteq; orbis fieret:ergo antè animæ fuerunt,q; mũdus fieret. Malè distinguis hęresis. Quare calũniã facis spiritui sancto? Sic loquere,quomodo spiritus sanctus loquutus est. Sic ergo legendum est:Domine refugium factus es nobis,in generatiõe & generationẽ. Et hucusq; distinctio. Rursum aliud principium:Priusq; mõtes fierent,& formaretur terra,& orbis:à seculo & vsq; in seculum tu es deus. Tu es deus anteq; montes fierent:tu es deus anteq; F
formaretur terra,& orbis. t ¶A seculo & vsq; in seculũ tu es deus.) Tu es semper:tu es æternus. u ¶Ne auertas hominem in humilitatem:& dixisti,conuertimini filij hominũ.)O domine,vt hoc audeamus petere,& dicam⁹: Ne auertas hominem in humilitatem:tu nobis dedisti fiduciã,dicẽs: Reuertimini ad me filij reuertẽtes:& ego sanabo contritio- Ezech.18.
nes vestras. Et dixisti,cõuertimini filij hominũ. x ¶Quo- g.& Oseæ
niã mille anni ante oculos tuos, tanq; dies vna quæ præterijt 14.b.
noctes. Et custodia in nocte quæ pro nihilo habẽtur eorũ anni erunt.) Debemus secundum historiam scire, quia nox in
quatuor vigilias diuiditur. Deniq; & in euangelio dicitur:In Mat.14.c
quarta autem vigilia. Vna ergo vigilia tres horæ sunt. Nox & Mar.4.
ergo diuiditur in quatuor vigilias. Denique milites quatuor f.
stationes habent,quando vigilãt,& excubãt,& seruiũt. Videte ergo quid dicat. O breuis nostra æternitas,Adam ille propagator noster qui vixit nongentis & triginta annis. Etiam Gen.5.
ille Matusalẽ,qui vixit nongẽtis,& sexagintaquinq; annis. Fac,q; vixerit mille:ad comparationẽ æternitatis tuæ, quod grãde fuerit,breue est. Quid enim potest grãde esse quod finẽ habet? Mille anni nostri anteq; offẽderemus,vna dies apud te erat. Quid dico vna dies? Vna vigilia. Vide quid dicat:Dignatus es pro nostra salute descendere:fudisti pro nobis sanguinẽ:ne patiaris perire nos:& mori in humilitate. Ipse di-

Ioan.12.e xisti:Cùm exaltat⁹ fuero,oĩa trahã ad me.Exaltat⁹es & exaltasti nos:noli derelinquere,vt cõtrahamur. a ¶Mane sicut herba trãseat:mane floreat & ptrãseat:vespere decidat,induret & arescat.)O mysteria scripturarũ.Mane sicut herba trãseat. Loqr dñs noster atq; saluator ĩ euãgelio de fœno quod

Mat.6.d. ĩ vna die oritur,& vna die arescit.Quomodo herba quæ viret & floret,mane videtur quasi flos esse & virens:cæterùm sol cũ venerit & texerit illud, ad vesperã quasi demarcescit,& decidit: sic & omnis vita nostra quasi flos videtur esse cùm viret & arescit. Vidistis ante decem annos adolescentulũ. Nihil illo pulchrius: huc illucq; currebat.Si eum nunc aspexeris, videtur in senectute quasi mortuus. Licèt viuat senectute,tamen adolescentia perit. Mane sicut herba trãseat:hoc est, iuuentus nostra: Ipsum est enim mane.Sicut herba transeat:mane floreat,& transeat. Floremus in adolescentia: arescimus in senectute. Vespere decidat,induret &

H arescat. b ¶Quia defecimus ĩ ira tua:& in furore tuo turbati sumus.) Nongẽtis triginta annis antea viuebamus,vsq; ad mille ferè veneramus. Ecce in breuem vitam,vita nostra contracta est. c ¶Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo.) Nihil te cælat,hoc est,peccata nostra,nec nox celat,nec inuolutum tenebræ.Omnia apud te lucent. d ¶Seculum nostrũ in illuminatione vultus tui.)Melius habetur in Hebraico: Vita nostra in illuminatione vultus tui. Quicquid agimus: quicquid in secreto nos facere putamus,patet in oculis tuis. e ¶Quoniam omnes dies nostri defecerũt.)Cucurrit ætas:& dum ignoramus,grauiter perimus. Et hoc ipsum quod loquimur,de morte est:& nõ intelligimus. f ¶Anni nostra sicut aranea meditabuntur.) Videte quid dicat. Quomodo aranea quasi mittit fila: & huc illucq; discurrit, & texit tota die:& labor quidem grãdis est,sed effectus nullus est:sic & vita hominum huc illucq; discurrit. Possessiones querimus:diuitias appetimus:procreamus filios:laboramus: in regna sustollimur: & omnia facimus,& non intelligimus

cc quia araneæ telam teximus. g ¶Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta annis.) Vbi sunt millẽ anni? In septuaginta annis cõtracti sumus.Si autem multũ,octoginta. Si autem

I plus vixerimus,iam non est vita,sed mors. h ¶Si autem in potentatibus,octoginta anni.)Quẽ enim inuenies octogenarium esse & sanum? Dicit & Græca sententia: Senectus ipsa

cc morbus est. i ¶Et amplius eorum labor & dolor.)Quicquid plus fuerit,nõ est vita,sed dolor. Hoc interim diximus secundum historiam.Cæterùm dicamus secũdũ Anagogen. Et omnis quidem psalmus recipit Tropologiam:& poteram nunc per singulos versiculos currere:& spiritualem intelligentiam in singulis dicere,sed hora excludimur. Vno tamen versiculo quasi gustum vobis do spiritualis intelligentiæ: vt quicquid hic tacuero,putetis hic dictum esse. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Septuaginta anni,septẽ decades sunt:& octoginta anni,octo decades sunt. Videte ergo quomodo septimus,& octauus numerus prædicatur. Et quomodo diximus:tu refugium factus es nobis in generatione,& generationem:& in veteri,& in nouo testamento: propterea nunc & septimum,& octauum numerum ponit. Hoc

Eccl's.11.a dicit in Ecclesiaste: Da partẽ septem,& da partẽ octo. Propterea & quindecim sunt graduum psalmi:hoc est,septem & octo:quindecim pariter nos ducunt ad regna cœlorũ. Deniq; postq̃ septimus graduum psalmus expletus est, quid dicitur in scriptura ipsius psalmi? Psalmus,inquit,Salomõis,qui ex-

Psal.126.a truxerat veterem domum. Et quid dicit: Nisi dominus ædificauerit domum:inuanum laborauerunt,qui ædificant eam.

te oculos tuos, tanquã dies hesterna quæ præterijt. Et custodia in nocte: quæ pro
a nihilo habentur,eorum anni erunt. Manè sicut herba transeat,mane floreat,& trãseat: vespere decidat, induret & arescat.
b Quia defecimus in ira tua: & in furore
c tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates
d nostras in cõspectu tuo: seculũ nostrũ in
e illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerũt:& in ira tua
f defecimus. Anni nostri sicut aranea me-
g ditabuntur: dies annorum nostrorum in
h ipsis septuaginta anni. Si autem in po-
i tentatibus octoginta anni:& amplius eorum labor & dolor: Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur. Quis nouit potestatem iræ tuæ: & præ timore
k tuo iram tuam dinumerare? Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia,

Quid ergo dicit ipse Salomon:qui præscribitur in ipso titulo? Ego ædificaui templum,sed nisi octauus numerus ædificauerit:in vanum est domus ædificata. Legimus & in euãgelio Secundum Matthæum:Beati pauperes:beati mites:beati esu- Matt.5.a rientes,& sitientes,& cætera:& sunt octo beatitudines. Ergo dominus noster octonario numero concluſit euangelium. Deniq; nusq̃ inuenimus octo pariter beatitudines,nisi in euãgelio. Octonario numero: hoc est,in die resurrectionis. Dies annorũ nostrorum in ipsis septuaginta annis. Vultis ostendã vobis interim q; septimus,& octauus numerus continent plurima sacramenta? Legamus Ezechiel:& in vna por Ezech.40 ta dicitur:Et ingrediatur,inquit, per portã Orientis in tẽplũ quod ædificatur. In Ezechiel,in extrema parte:Et ascendet,inquit,sacerdos primùm, per septem & octo gradus. Et fieri poterat, vt in ea porta,& septem essent gradus & octo. Sed videte quid dicit:Orientalis porta vnde lumen L venit,dominus noster est atq; saluator. Vna quidem porta est: & nemo ingreditur in eã nisi sacerdos magnus. Et quid dicitur ibi? Porta hæc semper clausa erit. Nõ autem aperitur nisi sacerdoti. Sic igitur,& nouũ,& vetus testamentũ semper clausum fuit: non est apertum nisi saluatori. Iste est enim qui habet clauẽ:qui aperit,& nemo claudit: q claudit,& nemo aperit. Ibid.44. Vna ergo porta habet septẽ,& octo grad⁹. Et in veteri quidẽ testamẽto sacramẽta sunt euãgelica:& ĩ nouo testamẽto sacramenta sunt legis. Audite maiora mysteria. Eo tempore quãdo Salomon,hoc est,pacificus noster(qui dicit:Pacẽ meã Ioã.14.d do vobis:pacẽ meã relinquo vobis:ipse est enim pax nostra: & pax quæ exuperat oẽm sensum)ipse ædificauit tẽplũ deo. Et vide ibi scriptura quid dicat. Et erant,inquit,latomorum 3.Reg.5.d septuaginta milia:& eorũ qui portabãt octoginta milia. Videte numerũ. Latomi qui lapides cædũt:qui quasi fundamẽta ædificiorũ præparãt:qui lapides ad ædificandũ in templo dei de terra tollunt:in septimo numero ponũtur,in prophetis,in patriarchis. Illi enim humanũ genus quasi de terra eijcientes,in templum domini præparauerũt. Isti verò:hoc est, octoginta milia:apostolica prædicatio & euangelica: isti qui cum deo saluatore,& ipso Salomone grauia gentiũ peccata portabant. Hucusq; videtur finitũ esse mysteriũ. Audite ma- M iora mysteria. Et qui præerant,inquit,istis operibus & templo:tria milia erant. Non possunt esse maiores. Et qui præsunt operibus,nisi illi qui prædicant trinitatem? Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta annis. Multa sunt quæ dicantur,sed hora excludimur. k ¶Dexteram tuã fac notã fac:& cõpeditos corde in sapientia.)In quibusdam codicibus dicitur,eruditos:in aliis dicitur,cõpeditos: Aliud eruditus, aliud cõpeditus significat. Quid ergo dicit:Dexterã tuã notam fac. Quid tamdiu dexteram tuã contrahis? Deus quare auertis manũ tuã in sinum tuũ? in alio psalmo dicitur. Quid dicitur? Hoc est,in ægritudine positi sumus:in peccatis iacemus: mitte dexterã tuã,& eleua nos. Quare tamdiu dexterã tuam habes in sinu tuo? Eructet cor tuũ verbum bonũ: mitte dexteram tuam,& libera nos. Notũ nobis fac mysteriũ,quod absconditũ fuit à generationibus. Dexteram tuam notã fac. Quid subrepis Arí? Non dixit,dexterã tuã fac. Deus enim sine dextera sua nũq̃ fuit. Sed quid dixit? Dexterã tuã quę sem per fuit,& in sinu tuo fuit,notã fac. Quoniã illũ permanentẽ in deitate sua nosse non possumus:assumat hominẽ,& sic intelligamus eũ. Dexterã tuã fic notã fac:& cõpeditos corde in sapientia. Eos qui sapientiæ habẽt cõpedes:hoc est,qui cõpediti sunt in corde per sapientiã tuã. Nõ vobis sit molestum, quia obscurus est locus. Prophetæ habebãt sapientiã:sed ipsa

sapientia

A sapientia compediebat eos,nō poterant volare sine Christo. Videte ergo quid dicat: Mitte dexteram tuam:hoc est,filiū tuum. Notum nobis illum fac:vt & prophetæ qui quasi prophetauerunt vmbram,incipiant dominum manifestius prædicare. a ¶Conuertere domine vsq;quo.)Multum peccauimus:auertis faciem tuam: non sunt digna peccata nostra tuis videri oculis. Propterea deprecamur,cōuertere domine vsq;quo. Ecce iam tanta fluxerunt secula: semper te prophetæ vēturū prædicauerunt gentibus,& adhuc nō venisti. b ¶Et dirige filios hominū.)Qui praui sumus,à te dirigamur. Et dirige filios hominum. Propterea eos dirige, quia filij hominū sunt. Si enim essent filij tui,directi essent. Tu enim di
Psal.81.b. xisti:Ego dixi,dij estis: & filij excelsi omnes. Vos autem vt homines moriemini: & quasi vnus de principibus cadetis. Et in alio lo
Gene.6.a. co:Nō permanebit spiritus meus in hominibus istis:quia caro sūt.
B Q̄m homines sunt,,pterea caro sūt. Ergo quia filij hoim,& perdidimus esse filij dei:& prauí facti sumus: propterea dirige nos, vt rursum tui efficiamur filij. c ¶Et sit splendor domini dei nostri super nos.) Dicit & Apo
Heb.1.a. stolus ad Hebræos: Quoniā dominus atq; saluator splendor sit gloriæ patris. Et sit splendor domini dei nostri super nos. Hoc est quod dicitur & in alio lo
Psal.4.b. co:Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Signum crucis,vexillum nostrū est. Hæc interim de psalmo diximus: & vt æstimo,diutius q̄ debueramus,immorati sumus. Intelligimus nos multo plura dixisse,q̄ debuimus dicere: sed non possumus domini nostri verba reticere:nō possumus inchoatum psalmum relinquere. Nō est multum,quodcūq; prodest animæ:nihil satis est,quod bonum est:si tamē bonum. Rogemus igitur dominum nostrum saluatorē,vt splēdor eius luceat in cordibus nostris:vt eijciat à nobis tenebrarum impugnationes,& sordidas cogitationes:& omnia peccata propellat de cordibus nostris: vt illuminet nostras tenebras,vt fugiant tenebræ: & habitet splendor lucis in cordibus nostris.
C Templum domini,& tabernaculū,& sanctasanctorū,semper lucernam habeāt ardentē:semper superluceat lucerna in domo dñi. Si enim extincta fuerit lucerna, dñs in tenebris non
Psal.118. habitat. Dicamus igitur & nos: Lucerna pedibus meis verbū tuum domine:cui sit gloria in secula seculorum. Amen.
d ¶Iste psalmus non habet titulū,eo quòd de capite,vel mēbris cātatur. Caput in cœlo:membra in terra. Et propriè in-
Matt.4. telligitur de ieiunio,& illa tētatione eremi. Præuidebat propheta,quòd venturus erat Christus in carne:vt tentaretur à diabolo.

Psalmus XC.

e Qui habitat in adiutorio altissimi.)Adiutorium interpretatur,Ezras. Deniq; βοηθὸς Ezras prophe ta dicitur. Iste est qui reduxit populum de captiuitate Babylonię:& induxit in terram repromissionis. Qui ergo habitat in Ezras,habitat ī Iesu. Interim secundum Tropologiam:Qui sibi ædificauit domum sine manibus,iuxta Apostolum,illā domū quā ędificauerat dominus
Exod.1.d. etiā obstetricibus in Aegypto. f ¶In protectione dei cœli cōmorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu,& refugiū meū deus meus.)Multi enim me persequuntur hostes: propterea tu es refugiū meum deus meus. g ¶Sperabo in domino:quoniā ipse liberabit me de laqueo venātiū.)Nō dixit, spero:sed,sperabo. Quādiu enim peccamus,nō speramus. Si peccare desierimus, speramus. Quoniā ipse liberabit me de

a sapientia. Conuertere domine vsq;quo:& deprecabilis esto super seruos tuos. Repleti sumus mane misericordia tua:exultauimus & delectati sumus in omnibus diebus nostris. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti:annis quibus vidimus mala. Respice in seruos tuos,& in o-
b pera tua:& dirige filios eorū. Et sit splen-
c dor domini dei nostri super nos:& opera manuū nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

d Psalmus XC.

e Qui habitat ī adiutorio altissimi:
f in protectione dei cœli commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu:& refugium meum
g deus meus sperabo in eum. Quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium:
h i & à verbo aspero. Scapulis suis obumbra
k bit tibi:& sub pennis eius sperabis. Scu-
l m to circundabit te veritas eius:non time-
n bis à timore nocturno. A sagittā volante
o in die,à negocio perambulante in tenebris:ab

D laqueo venātiū. Multi sunt venatores in isto mūdo,qui animā nostrā venari conātur. Deniq; & Nemrod ille gigas,magnus Gene. 10.b
in conspectu dei venator fuit,& Esau venator erat: quoniam Gen.27.
peccator erat:& penitus nō inuenimus in scripturis sanctis, sanctum aliquem venatorem. Piscatores inuenimus sanctos. Quoniā ipse liberabit me de laqueo venātiū. Anima nostra sicut Psal.123.a
passer erepta est de laqueo venātium. Laqueus cōtritus est,& nos liberati sumus. Quis est iste laqueus qui cōtritus est? Dominus, Rom.16.c
inquit,conterat satanam sub pedibus nostris velociter. Et Apostolus dicit: Vt liberemini à laqueo diaboli. Vides ergo quoniā iste venator est, qui animas nostras venari cupit ad perditionē? Multos habet diabolus laqueos: & diuersos habet laqueos. Auaricia diaboli laqueus est: ira,detractio,&c. h ¶Et à verbo aspero.) Quamdiu in sanctitate sumus, anima nostra tranquilla est. Quādo verò de peccatis cogitare cœperit anima nostra,tur E
batur:& quasi quibusdam fluctibus cōcutitur. i ¶Scapulis suis obumbrabit tibi.) Sed hæc secūdum illud Deuteronomij: Do- Deut.32.e
minus quasi pullos suos, alis suis protegit nos quasi aquila. Dicitur enim ibi,quasi aquila protegere pullos suos. Licèt ergo possimus dicere hoc,quòd de⁹ quasi
pater nos ptegit,& quasi gallina protegit pullos suos,ne ra- Mat.23.d.
piātur ab accipitre. Tamen & aliud possumus dicere: Scapulis suis obumbrabit tibi. Exaltabitur in cruce: extēdet man⁹, & proteget nos. k ¶Et sub pēnis eius sperabis.)Aspiciēs, inquit,manus eius crucifixas:& si te serpēs momorderit,sa- Num.21.b
naberis. Licèt ambules in deserto istius seculi: si te percusserit scorpio,si regulus,si aspis,si cætera venenata animalia,securus esto de sanitate: Serpens in eremo suspensus est. l ¶Scuto circūdabit te veritas eius.)Scutum nostrum rotūdum est,hoc est,ex omni parte nos sepit. Nō solum scutū est, sed & murus. Domine vt scuto bonæ volūtatis tuæ coronasti Psal.5.
nos. Aliquos de scuto coronat. Videte quid dicat: Domine vt scuto bonæ volūtatis tuæ coronasti nos. Quid dicit? Proteges nos,& facies vincere:& post victoriam coronabis. Scuto F
circundabit te veritas eius. Quoniam dixerat,à verbo aspero:& verbum asperum possumus intelligere,& hęreticorum & philosophorum,& Iudæorum:& hoc quasi verbum asperum,non est verum,sed mendax est. Propterea enim turbidum est,quia mendax est. Propterea turbidum est,quia conturbat animas nostras per mendacium suum. Dominus ergo qui veritas est,& dicit: Ego sum veritas:scuto circundat Ioan.14.
nos veritas eius,ne ardentibus sagittis diaboli percutiamur. Propterea Christus qui est veritas, supponit scutum suum: vt scuto veritatis superet mendacium. m ¶Non timebis à timore nocturno.) Diabolus enim semper in tenebris est. Vt percutiat,inquit,in occultis innocētem. Vides ergo quòd Psal.9.c.
qui simplex est,innocens est: & semper in occultis percuti- & 63.a
tur. Non timebis à timore nocturno. Quod dicit,hoc est: licèt in errore fueris,quæ nox est:tamen non timebis,quia habes scutum veritatis. n ¶A sagitta volante in die.)Sagitta volans diaboli, videtur mihi sermo esse hæreticorum, & philosophorum. Et isti enim lucem scientiæ promittunt, & dicūt se habere diem:& nō possunt decipere,nisi lucem promiserint. Verùm lux ista quam promittunt,de ardentibus sagittis est. Et propterea dicitur: A sagitta volante in die. o ¶A negocio perambulante in tenebris.) Sagitta quidem volat quasi in die,sed negocium est perambulans in tenebris.

G a ¶Ab incursu & dæmonio meridiano.) Melius est dicere Græcè ἀπὸ συμπτώματος. Σύμπτωμα autem dicitur euentus: hoc est, quando nō speramus, & aliquid noui euenerit. Aut σύμπτωμα dicitur, quando simul multi cadunt. Videte ergo quid dicat: Licèt plures indocti fuerunt: tamen tu qui sanctus es, non inducaris. Do exemplum, vt simpliciores possint intelligere quod dicitur: Si ieris in ciuitatem monachus solus, & cœperis deambulare: & audieris clamorem in circo: & aliquis tibi dixerit, veni & spectacula circus est: & cœperis ei tu dicere, non licet: non possum ire: si ille tibi ostenderit infinita hominum milia, & dixerit tibi, ducenta hominum milia ibi sunt: ergo illi omnes perituri sunt, & tu solus saluus eris? tu debes intelligere, quia symptoma diaboli est: hoc est, scire debes quia plures cadūt. Et dæmonio meridiano. Dicūt quidem multi: quia sunt dæmones & meridiani, & hoc vulgò dicitur. Cæterùm ego dico simpliciter: quoniam dæmonium eo tempore potestatem habet in nos, quando peccamus. Siue mane peccauerimus, dæmon ingreditur in nobis: siue vespere, siue nocte: quacunque peccauerimus hora, dæmon ingreditur in nobis. Videtis ergo quod friuolū est, quod vulgò dicitur. Quid ergo dicit, à dæmonio meridiano? Quoniam Abrahā angelos susceperat in meridie: & Ioseph fratres suos ad prādium inuitauerat in meridie: Sancti enim erant, & Abraham, & Ioseph: & propterea conuiuium eorum in clara luce erat, & sole perfecto: Propterea pascunt in meridie. Et ego si plenam habuero scientiam scripturarum, licèt hora tertia sit, tamen pasco vos in meridie. Denique & sponsa in Cantico canticorum dicit: Vbi pascis, inquit, vbi cubas? In meridie? Videtis quoniam sponsus non pascitur: non recumbit in hora tertia, sed in meridie, Vbi pascis: vbi cubas: vbi te inuenio? vbi delicijs frueris: vbi te possum inuenire ô spōse meus? Vis me inuenire? In meridie, in scientia perfecta: in bonis operibus: in claro lumine. Quoniam ergo habemus nos meridiem: propterea etiam diabolus trāsformatur in angelum lucis: & ipse simulat habere se lucem, habere se meridiem. Quando hæretici quasi mysteria aliqua promittunt: quando regna cœlorum, quando continentiam, quando ieunia, quando sanctitatem, quando renunciationem seculi, promittunt meridiem. Sed quoniam non est Christi lumen: non est meridies, sed dæmonium meridianū. b ¶Cadent à latere tuo mille: & decem milia à dextris tuis.) Singula verba scripturarum, singula sacramenta sunt. Ista verba quæ rustica putantur à seculi hominibus, plena sunt sacramentis. Habemus enim thesaurum istum in vasis fictilibus. Thesaurum, sensum diuinum, habemus in verbis viliſſimis. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Ex latere cuius? Ab eius cui dictum fuerat: Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. Quis est iste? De quo suprà dictū est: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur. Ab eo ergo qui habitat in adiutorio domini: cadēt à latere eius mille, & decem milia à dextris eius. Dextera sancti dicitur: sinistra non dicitur, sed latus. Videte enim quid dicitur: Et decem milia à dextris tuis. Et quomodo dixeras: Cadent à latere tuo mille? Quando enim dextra dicitur, & sinistra non nominatur: pro sinistra, latus nominatur. Non enim poterat iustum esse, vt iustus haberet sinistram. Qui te, inquit, percusserit in dexteram maxillā, præbe ei & alteram. Non dixit, & sinistram: Non enim est sinistra quę præbetur, sed dextera altera. Ergo simpliciter dico: quoniam iustus duas dexteras habet. Denique & ille Aioth, qui scribitur in Iudicum libro, propterea duas dexteras habere dicitur: quia iustus erat: & interfecit illum pinguissimū regē. Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis. Plures sunt qui insidiantur dexteræ nostræ: & non sunt plures, qui insidiantur sinistræ. Propterea à latere mille cadent, & à dextris decem milia. Vbi enim maior pugna, maior victoria. Pauci insidiantur lateri: plures insidiātur dexteræ. c ¶Quoniam angelis suis mādauit de te: vt custodiāt te ī omnib⁹ vijs tuis. &c.) Istum locum diabolus super domino interpretatus est. Eo enim tempore quo tentauit dominū: Si, inquit, filius dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim de te, quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuam. Diabolus nihil amplius dixit, nisi hoc: quoniam angelis suis mādauit de te, vt in manibus portent te: ne fortè ad lapidem offendas pedē tuum. Mediam partē dimisit. Hic enim dicitur: Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiāt te in omnibus vijs tuis. Hoc non dixit, vt custodiant te: sciebat enim contra se esse. Poterat enim dominus ei respondere: Si custodit me dominus in omnibus vijs: ergo & à te custodior. Tacuit ergo quod sciebat contra se esse: & posuit quod pro se erat. Verè diabolus quasi diabolus, interpretatur de saluatore, quod non est de saluatore. Si enim de saluatore est totus psalmus, sicut interpretaris ô diabole, & de ipso est quod dicitur d ¶Protegam eum quoniam cognouit nomē meum.) Hoc est, ego pater protegam filium meum. Si sic interpretatur, diabole quomodo tu intelligis: videamus si stet sensus: Protegam eum, quia cognouit nomen meum: hoc est, ego pater filium meum protegam. e ¶Clamauit ad me, & exaudiam eum.) Hoc est, in die crucis. f ¶Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.) Hoc est, eum faciam resurgere. g ¶Longitudine dierum replebo eum.) Hoc est, in æternum viuet. Et hoc intelligamus de filio dei. Longitudine dierum replebo eum. Hoc quod sequitur, quomodo stat in saluatore? h ¶Et ostendam illi salutare meum.) Salutare dei, filius dei est. Si ergo de filio dicitur, quomodo potest stare: quia salutare dei, filius dei est? Vides ergo quoniam malè interpretatus es ô diabole. Sed fac vt sic interpretetur, vt tu dicis: Dixisti: quoniam angelis suis mandauit de te: vt in manibus portent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Dic quod sequitur. Quid taces? Super aspidem, & basiliscum ambulabit: & conculcabit leonem & draconem Christus dominus noster, qui viuit & regnat in secula seculorū. Amē.

i ¶Psalmus cantici in die sabbati.) Iste psalmus hoc titulo prænotatur. Non potest diem sabbati agere, nisi qui sex dies transierit. Sex diebus laboramus: in septima die requiescimus. Ergo domino cantare non possumus, nisi in die sabbati. Quandiu opera istius mundi facimus: hoc est, sex diebus: domino cantare non possumus. Deniq; dicitur in Leuitico: Nō facietis in die sabbati omne opus seruile. Quicunque ergo in sabbato est, & in requie domini, opus seruile facere nō debet: hoc est, quod ad mūdum istum pertinet: sed illud debet opus facere, quod ad sabbatum pertinet. Vultis scire quoniam in sabbato operantur sacerdotes in templo domini? Non licet in sabbato cuiquā ligna cædere. Deniq; vnus qui inuētus est in eremo, lapidatus est, & occisus. Deinde non licet ignem succendere: non licet etiam aliquid operis facere. Videtis autem

a bris: ab incursū & dæmonio meridiano.
b Cadent à latere tuo mille, & decem milia à dextris tuis: ad te autem nō appropinquabit. Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum. Non accedat ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam ângelis suis mandauit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem & draconē. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me,
f & ego exaudiā eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eū.
g Longitudine dierum replebo eū: & ostēdam illi salutare meum.
i Psalmus cantici in die sabbati. XCI. Bonum

Symptoma.

Gen.18.a & 43.d.

Cant.1.b.

2.Co.11.c.

Ibid.4.b

Iudic.3.b. K

Matt.4.a

H L

I M

Leuí.23.d

Num.15.d

A autem quoniam omnia hæc quæ in mundo alicui facere non licet in sabbato, sacerdotibus solis licet. Nam & ligna cædunt, & ignem supponunt, & alia faciunt ministeria, & hostias immolant. Hoc totum quare dixi? Vt ostenderem scriptum esse in lege, debere nos cessare etiam in die sabbati ab operibus mundi, & ea facere quæ ad deum pertinent. Psalmus igitur cãtici est in die sabbati: quãdo non operamur mũdo, & operamur deo. Videam⁹ quid nobis sit cantandum in sabbato, quando à mundi cessamus operibus.

Psalmus XCI.

a BOnum est cõfiteri domino, & psallere nomini tuo altissime.)Non dixit: bonum est psallere, & postea confiteri: sed vide ordinẽ: Bonum est confiteri, & bonum est psallere. Primùm age pœnitentiam, & lachrymis dele peccata, & postea canta domino: Bonum est confiteri domino. Non hominibus, sed deo. Illi confitere peccata, qui sanare potest. Et psallere nomini tuo altissime.

b ¶ Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veri-
B tatem tuam per noctem.) Diligenter intelligite quod dicitur: Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Singuli versiculi ad singulos referuntur. Bonum est confiteri domino: ad annunciandum mane misericordiam tuam. Si confiteris domino, annuncias mane misericordias domini. Et psallere nomini tuo altissime. Istum versiculum refer ad hunc qui sequitur: & veritatẽ tuã per noctem. Quando enim confitemur domino, speramus misericordiam. Quando verò psallimus, operamur virtutes. Ad annunciandum mane misericordiam tuam. Vbi sunt qui secundum literam scripturas intelligunt? Media die misericordiam dei annunciare non possumus? Et certè Christianorum & monachorum est, maximè in noctibus peccata sua confiteri. Et quomodo nunc dicit: ad annunciandũ mane misericordiam tuam? Quod dicit hoc est: Non possum⁹ confiteri domino, & misericordiam eius consequi: nisi cœperit in corde nostro clarum lumen lucere. Nisi præcesserint tenebræ, & mane factum fuerit, misericordiam domini consequi non possumus. Tunc autem annuncias mane misericordiam domini, cùm sol iustitiæ ortus in corde tuo fuerit. Et veritatem tuam per noctem. Veritas domini nõ annunciatur, nisi ad noctem: in die non potest annunciari. Non enim possunt imbecilles ferre quæ magna sunt: neq; possunt
C ea sustinere quæ preciosa sunt. Vnde dicitur & in alio loco
Psal.17.b. de deo: Posuit tenebras latibulum suum: hoc est, domin⁹ posuit tenebras latibulum suum. Et veritas ergo domini annũciatur in nocte: quasi quibusdam verborum tenebris obuol-
Marc.4.b uitur. In ænigmate dicitur, & in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Legimus in Osee, &
Osee.1.a. dicitur ad prophetam: Tu vade, & accipe tibi vxorem: vxorẽ fornicariam: Iudæi & gentiles rident. Quare rident? Quoniam veritas in nocte posita est, non in die. Vultis scire quoniam veritas dei in nocte est, & quasi in tenebris, & in para-
Exo.24.d bolis posita est? Moyses ascendit in montem Sina: & ingressus est, inquit, in turbinem, & caliginem, & in tenebras, & ibi locutus est cum domino: Neque enim poterat Israël populus videre mysteria dei: quia in caliginem dei non intrauerat. c ¶ In decachordo psalterio, cum cantico & cithara.) Simpliciter dico, Quotiescunque leuamus manus sine cogitationibus & disceptationibus, in decachordo psallimus domino. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara. In cithara nostra, & corpus, & anima, & spiritus, omnibus chordis composita sunt. d ¶ Quia delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo.) Christianus quodcunque viderit, semper ædificatur. Monachum nihil destruet, nisi peccatum. Quodcunque aspexeris, ædificium tuum est. Vides cœlum, vides solem, vides stellas, vides lunam: hoc ædificat te. Debes enim cogitare & dicere: D
Si sol, & luna, & cœlum, & stellæ deo seruiunt: quare ego nõ seruiam? Vides terram, vides animalia, & omnia quæ in terris sunt: & hoc confer cum animo tuo, & ædificat te, & dic animo tuo: Omnia in suo tempore currunt. Siquidem ver & æstas, autumnus & hyems, nunquam mutantur hæc tẽpora, sed secundum dispositionem domini omnia seruiunt. Cœlum seruit, & terra seruit: & infelix ego homo non seruio. Veniamus ad minuta animalia: dimitto nũc de elephantis, dimitto de leonibus: dimitto de diuersis animalibus, venio ad minuta animalia. Respice apem, respice formicam: vide corpus, & inquire sapientiã. Maior sapientia, quàm corporis magnitudo. Apes & formicæ cogi- Prou.6.a.
tant hyemem esse venturam, & & 30.d.
monachus & Christianus nõ cogitant iudicium esse venturum. Illæ cogitant quoniam fame periclitari possunt, si non laborauerint in æstate vnde viuant in hyeme: nos non cogitam⁹, quia sine opere torquebimur in gehenna. Hoc totum quare dixi? Quoniam nunc scriptum est: Quia delectasti me do- E
mine in factura tua. Quodcunque aspexero, delectat me. Intelligo enim factorem, & benedico deum. Et in operibus manuum tuarum exultabo. Video arborem, & considero quomodo cortex arboris est quasi tunica, qua vestitur: & quasi germen viret. Et deinde video quomodo flos fit: quomodo flos cadat, & ipse flos vertatur in pomum. Video paulatim per singulos dies, in singula tempora mihi naturam operari, & in meos cibos crescere. Video quomodo deus in omnibus mihi laborat, vt mihi nihil desit. Propterea exulto in te domine. e ¶ Quàm magnificata sunt opera tua domine.) In hoc loco Marcion & Manichæus erumpũt. Quid enim dicunt? Si omnia deus fecit, & in vtilitatem hominum fecit: quid necesse fuit cimicem facere & pulicẽ? Ego tibi breuiter respondeo: vt ostenderetur, ô homo, fragilitas tua. Qui enim cogitationem tuam in cœlum ponis, respice, morderis à cimice, & contremiscis. Quid erigeris in cœlum, & cogitatio tua transcendit in cœlum? Ecce à pulice vulneraris. Quàm magnificata sunt opera tua domine. Parua quidem corpora, sed magna ratio. Singula habent vtilitates suas. Ego sic miror dominum in elephantis, quomodo & in formica: sic illum prædico in camelo, quomodo & in culice. Vide culicem quomodo quasi punctum cuiusdam Culex.
corpusculi est, & tamen vide in ipso puncto corpusculi, om- F
nia esse membra diuisa. Habet sex pedes: habet duos oculos: habet os, habet & ventrem, habet & tubam vocis, habet & alas. Si consideraueris membra, corpus non inuenis: & tamen magnificatur deus, quia sine corpore membra sunt omnia. f ¶ Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.) Quodcunque cogitauero, inuenire non possum. Abyssus iudicia tua. O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Dicam & ego cum Ecclesiaste: Dixi, sapi- Eccl's.7.c
ens efficiar, & ipsa longius facta est à me: longius multò quàm erat. Et profunda quis inuenire potest? Ecclesiastes quod dicit, hoc est: Antequam cogitationem meam in opere ponerem, non videbam magnificentiam dei. Dixi, sapiens efficiar: hoc est, dixi, debeo quærere rationes singularum causarum, & ipsa longè facta est à me, longius multo quàm erat: hoc est, sapientiam quam antè non inquirens, ignorabam: postea quærere cœpi, quam inuenire non poteram. g ¶ Vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc.) Quicunque non est Christianus: & in operibus nõ intelligit creatorem, iste insipiens est. h ¶ Cùm exorti fuerint peccatores sicut fœnum.) Vidisti imperatores: vidisti præfectos: vidisti exercitus: vidisti victorias, & triumphos: Heri fuit, & hodie non est. i ¶ Et apparuerint omnes qui operantur iniquitatẽ, vt intereant in seculũ seculi.)

G seculi.) Heri apparuit quasi flos: hodie flos ipse non compâret. Heri virebat herba: hodie siccata est. Vbi est illa pulchritudo? Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonum est, nisi quod perpetuum est. Quodcunque finem habet, nec inter bona numerandum est. Quid enim mihi prodest, si heri præfectus fui, & hodie fame morior? Quid enim mihi prodest, si anteriori die rex fui, & hodie in carcere morior? Omne quod præteritum est, & finem habet, nihil est. Vnusquisque nostrum de seculo venit ad hãc vitam. Alius matrem reliquit, alius filios, alius vxorem, alius parentes. Recordemur infantiæ nostræ: recordemur adolescentiæ: recordemur quòd aliquando habuerimus diuitias, & vnusquisque pro viribus suis habuit quod potuit. Ecce transiuimus ad hanc vitam. Vbi sunt illa omnia? Cogitata magis dolorem faciunt, q̃ voluptatem. Nihil est itaque bonum, nisi quod perpetuum est.

H a ¶ Tu autem altissimus in æternum domine, quoniam ecce inimici tui domine: quoniã ecce inimici tui peribũt, & dispgẽtur omnes qui operantur iniquitatem.) Si peribunt, quomodo dispergentur? Qui enim semel perierit, dispergi non potest. Debuit dicere: Ecce dispergentur & peribunt. Quod ergo dicit, hoc est: inimici tui domine peribunt, cùm omnia tibi subiecta fuerint: omnis qui inimicus tuus fuerit, postea efficietur amicus: hoc est, non peribit homo: sed peribit inimicus. Qui inimicus fuit, amicus erit: & sic peribit inimic⁹. Quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operãtur iniquitatẽ. Quomodo si sancti simul sunt, gratiosum est: sic si peccatores simul fuerint, quasi pessima congregatio est. Quanto enim plures simul fuerint, tanto peiores sunt. Denique eo tempore quo turris ædificabatur cõtra deum, dispergebantur in vtilitatem suam. Consensus eorum mal⁹ fuit: dispersio verò profuit etiam illis ipsis qui dispersi sunt. b ¶ Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.) Semper cornu in regno ponitur. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Denique nullum animal in templo immolatur domino, nisi quod cornu habet. Tria immolabantur domino in templo: immolatur taurus: immolatur aries: immolatur hircus. Tria immolabãtur, & vniuersa cornuta sunt. Nisi enim aliquis habuerit cornu in quo inimicos I ventilet, non est dignus immolari deo. Propterea & domin⁹ cornu dicitur, his qui credunt in eum: Et in cornibus crucis suæ ventilauit inimicos. Ibi confudit diabolum, & omnẽ eius exercitum: Christus quidem crucifixus erat in corpore: sed verè crucifigebat ibi dæmones. Non fuit crux: sed triumph⁹ fuit, sed vexillum fuit. Propterea conscendit crucem, vt nos de terra in altum tolleret. Ego puto crucem saluatoris istã esse scalam quam vidit Iacob. In ista scala descendebant angeli, & conscendebant. In ista scala, hoc est, cruce descendunt Iudæi, & conscẽdunt gentiles. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Alij habeant plura cornua: ego vnum solum cornu habeo. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. c ¶ Et senectus mea in misericordia vberi.) Senectus nostra oleo dei indiget. Quomodo enim corpora nostra quando laboramus: loquor simplicius propter simpliciores fratres, qui non possunt intelligere sublimius: quomodo corpora nostra quando laborant, non reficiuntur, nisi vnctione olei: quomodo lumen quod in lucerna est, nisi oleũ misèris, extinguitur: sic & lumen senectutis meæ, oleo & misericordia dei indiget vt crescat. Denique & apostoli ascendunt in montem Oliueti: vt quoniam lassi erant, & indigebant lucernæ ipsorum oleo domini, de oleo domini illuminentur. Vnde dicit & iustus: Ego autem sicut oliua fructifera in domo domini. Et in alio loco dicitur: Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Nullus alius mõs erat, de quo ascendit dominus regna cœlorũ, nisi mons Oliueti? Nunquid non erat mons sublimior in Galilea Thabor? Quid necesse fuit vt dominus de monte Oliueti conseenderet in regnum cœlorum? Sed vide quid te scriptura doceat: Nisi tibi & lampadibus tuis oleum misèris, non poteris ascendere regna cœlorum. Debes esse in monte Oliueti: & non in valle oliuarum, sed in monte Oliueti. Dicat aliquis: Quæ est ista vallis oliuarum? Habet diabolus oliuas suas: habet philosophos: habet hæreticos: habent & ipsi oleum. Et ipsi lumen scientiæ promittunt, sed illa oliueta in perditionem deducunt: Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. Nos ergo rogemus dominum: vt senectus nostra, & omnis noster labor, & omnes tenebræ nostræ, oleo domini illuminentur. Diligenter attẽdo in scripturis, vbi primùm legerim se-

a Vt intereant in seculum seculi: tu aũtem altissimus in æternum domine. Quoniã ecce inimici tui domine, quoniã ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes
b qui operantur iniquitatem. Et exaltãbitur sicut vnicornis cornu meum: & senec-
c tus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus meus inimicos meos: & ab insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit: si-
d cũt cedrus Libani multiplicabitur. Plan-
e tãti in domo domini: in atrijs dei nostri
f florebunt. Adhuc multiplicabũtur in senecta vberi: & bene patientes erunt vt annuncient. Quoniam rectus dominus de⁹ noster: & non est iniquitas in eo.
g Laus cãntici Dauid in die ante sabbatum

Pſal.127.a K

Pſal.140.

L

nectutem. Adã nongentis triginta annis vixit, & tamen senex non dicitur: Matusalem nongẽtis sexagintanouem annis vixit, & senex non dicitur: Venio vsq; ad diluuium: & post diluuium per annos fermè tria milia, & nullum inuenio qui dictus est senex. Primus Abraham senex dicitur: Et certè multò minoris ætatis fuit q̃ Matusalem. Sed propterea dicitur senex: quoniam senectus ipsius inuncta fuit oleo vberi. Denique scriptum est ibi: Et mortuus est Abraham, nutritus in Gene.25.a senectute bona: plenus, inquit, dierum. Propterea in senectute bona, quoniã plenus dierum. Omne enim tempus vitę ipsius, dies fuerunt & non nox. Hoc ipsum quod dictum est de Abraham, dictũ est & de Isaac, & de Iacob. Qui enim simul seruierunt domino, rectè simul senes domini nuncupantur.

Gene.11.

d ¶ Vt cedrus Libani multiplicabitur.) Lignum bene olens, lignũ vnde templi tecta cõtecta sunt. Vt cedrus Libani multiplicabitur: lignũ imputribile. e ¶ Plantati in domo domini, in atrijs dei nostri florebunt.) Alibi plantamur, in regno cœlorum florebimus. Ego verò plantaui: apollo rigauit, I. Cor.3.b. sed dominus incrementum dedit. Plantatus in domo domini: hoc est, in ecclesia: non muris, sed in dogmatibus. Regnum Luc.17.c. enim dei, inquit, intra vos est. Quicunque plantatus fuerit in domo domini: si hic radices miserit, ibi flores afferet. Plantati in domo domini: in atrijs dei nostri florebunt. Ista sunt M æterna tabernacula. Quæ sunt ista atria? Diuersæ in cœlo mansiones. Simulq; videte quid dicat: Plantati in domo domini: in atrijs dei nostri florebunt. Hic domus est: ibi atrium est. Debuit vtique primùm dicere secundum ordinem, atrium: & sic domum. Sed videte quid dicat: Hic licèt videamur in domo esse: cùm migrauerimus ad regna cœlorum, ad comparationem angelorum, & virtutum cæterarum, non sumus in domo, sed in atrio sumus: in initio sumus, non in perfectione. Non enim erimus angeli, sed quasi angeli. Non tibi quasi parum videatur homo, si sicut Matt.22.c angelus fueris. f ¶ Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi.) Felix ille qui crescit quotidie: qui senescit ætate, senescit & virtutibus. Hæc interim de psalterio diximus: locuti sumus & de euangelio pauca, diximus quoque & de Apostolo. Oremus dominum vt omne quod diximus nos, & quæ audistis, opere compleamus: & verba vertamus in opera: vt qui hic plantati sumus in domo domini, in atrio Christi floreamus: cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

Pſal.51.b.

g ¶ Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbatum, quando fundata est terra.) Iste psalmus vocem continet prophetæ, virtutem atque magnificentiam domini decantantis.

Psalmus

A Psalmus XCII.

a DOminus regnauit,decorem induit.)Cùm resurgẽs à mortuis,sanctorũ sibi chorũ adiunxit. b ¶Induit dominus fortitudinem.)Quia diabolum oppressit. c ¶Et præcinxit se virtute.)Quando multitudine angelica circundatus, remeauit ad patrem. d ¶Etenim firmauit orbẽ terræ,qui non cõmouebitur.)Instabilis enim,& mobilis esset adhuc, nisi sua fuisset resurrectione firmatus. e ¶Parata sedes tua.)In animabus sanctis.Tu enim præelegisti eas ante constitutionem mundi, vt essent genus electum. f ¶Extunc à seculo tu es.)Et à resurrectione, & ante constitutionem mundi.

g ¶Eleuauerunt flumina domine:eleuauerunt flumina vocẽ suam.)Apostoli: quorum fluenta prædicationum, ariditates gẽtiũ irrigauerunt. h ¶A vocibus aquarum multarum.)Detrahentium populorum. i ¶Mirabiles elationes maris.)In seculi
B huius fluctibus. k ¶Mirabilis in altis dominus.)Glorioſus residens ad dexteram patris.

l ¶Testimonia tua domine credibilia facta sunt nimis.)Per apostolos tuos. m ¶Domum tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.)Ecclesiam tuam quam exhibuisti tibi nõ ha
Ephes.5.f. bentem maculam aut rugam: in qua nos digneris mundos ac splẽdidos custodire: nec polluere baptismi gratiam: per quod in te renati sumus ad vitam: quia tibi est cum æterno patre & spiritu sancto,honor & gloria in secula seculorum.Amen.

tũ quando fundata est terra. XCII.

a DOminus rẽgnauit,decorem indub tus est:indutus est dominus fortic tudinem & præcinxit sẽ. Etenim
d firmauit orbem terrę:qui non commoue-
e bitur. Paratã sedes tua: extunc à seculo
f tu es. Eleuauerunt fluminã domine: eleg uauerunt flumina vocem suam. Eleuauo
h runt flumina fluctus suos:à vocib⁹ aqua-
i rum multarum. Mirabiles elationes ma
k ris:mirabilis in altis dominus. Testimo-
l nia tua credibilia facta sunt nimis:domũ
m tuam decet sanctitudo domine in longitudine dierum.

n Psalmus Dauid quarta sabbati.

XCIII.

o DEus vltiõnum dominus: deus vltionum liberè egit. Exaltare qui iudicas terram: redde retributio-
p nem superbis. Vsq;quo peccatores domine:vsq;quo peccatores gloriabuntur? Ef-
q fabuntur & loquentur iniquitatem: lo-
r quentur omnes qui operantur iniustitiã,
s Populum tuum domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt. Viduã
t & aduenam interfecerunt,& pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus Iacob. Intelligite insipientes in põpulo,& stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurẽ,non audiet:aut qui finxit oculum,non considerat.
u
x

n ¶Psalmus Dauid quarta sabbati.)Semper de titulo disputamus, vt ex titulo intelligatur & psalmus. Psalmus Dauid quarta sabbati.Quarta sabbati,in medio sabbati est:quasi in corde sabbati:hoc est,i medio hebdomadis. Dies enim quarta est, & quarta dies habet ex vtroque latere æquales dies. Habet enim ex vno latere diem primum,secũdum, tertium:
C & ex alio latere habet diem quintũ,sextũ, septimum. Videtis igitur quoniam dies quarta: hoc est, quarta sabbati, ex vtroque latere duplici trinitate firmatur. Simulq; considerandum: quia quartus numerus, virtute decimus est. Quomodo? Si enim computes,& ordinem facias:vnum,duo,tres, quatuor, decimus numerus efficitur. Vidistis igitur quoniã quartus numerus efficit decimum,& considerate ex hoc: qa quatuor euangelia in decalogo computantur, vt quodcũque dicebatur in decalogo, hoc compleatur in quatuor euangelijs, vt non dissentiat lex vetus ab euangelica dignitate. Hoc interim diximus de titulo, nunc veniamus ad psalmum.

Psalmus XCIII.

o DEus vltionum domínus,deus vltionum liberè egit.) Quia tanto tempore latuit,& non apparebat in populo: postea liberè egit. Quia antea ignorabatur, postea triumphauit in cruce. Deus vltionum dominus. Si
Deut.32.e & Ro.12.d deus vltionum dominus est, mihi vindictam & ego retribuã, dicit dominus: quid te cupis vindicare homo? Habes vl-
Ibidem. torem deum. Dicit hoc & Apostolus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit,da illi potum. Hæc enim faciens carbones ignis congregabis super caput eius. Hoc non videtur pietatis esse, sed crudelitatis. Si enim bene illi facio, vt illi malefaciat deus: non venit hoc de pietate, sed de crudelitate mentis. Quod enim dicit Apostolus: Si esurierit inimi-

D eus tuus, ciba illum: si sitit, da illi potum: hucusque videtur misericordia. Hoc verò quod infert: Hæc enim faciẽs, carbones ignis congregabis super caput eius: non videtur misericordiæ esse, sed crudelitatis. Videris enim propterea panem dare, & aquam dare bibere vt ille in seculis torqueatur. Et hoc dicit Apostolus, & misericordiæ prædicator crudelitatem docet? Non igitur sic accipiendum, sed alio sensu. Si te percutit inimic⁹, tu ei præ- Matt.5.f.
be & alteram maxillam. Si tibi ille malefacit, tu illi fac bene. Si enim hoc feceris, carbones ignis congregabis super caput eius. Quod dicit, hoc est: mundabis eum à peccato:vincitur enim crudelitas illius,patientia tua. Si sagittam dirigas in lapidem, & lapis durus fuerit: non solum non infigitur, sed resilit. Sic inimicus tuus si te percusserit, & repercussus non fuerit: patientia tua superatus, ad meliora conuertitur. p ¶Vsquequo peccatores domine,vsq;quo peccatores glo- E
riabuntur?)Impatientia humana,non vult dei habere patientiam. Miseri nos,qui volumus nobis deum esse patientem,& inimicis impatientem. Si quando peccamus,patiẽtem cupimus deum. Si quãdo aliquis in nos deliquerit,in ipsum non volumus esse patientem deum. Vsquequo peccatores gloriabuntur? Non eis sufficit peccare, sed etiam in peccatis gloriantur. Prima infelicitas est peccare: secunda infelicitas imò nouissima, non agere pœnitentiam. Isti ergo peccatores non solum non flectũt cervicem. sed liberè post peccatum suũ gloriantur. q ¶Effabuntur & loquentur iniquitatem.)Propriè hæc de hæreticis loquitur: r ¶Loquentur omnes qui operantur iniquitatem.)Videte signum: Qui malè loquitur,necesse est vt malè faciat. Ex abundantia enim cordis Lucæ.6.g
os loquitur. Vbicũq; cõscientia vulnerata est,ibi in ore facilè peccatur. s ¶Populũ tuum domine humiliauerũt.)Sẽper dei populus humiliatur:dei popul⁹ opprimitur. Populũ tuũ F
domine humiliauerũt. Semper populus dei humiliat,& imitatur deũ qui humilis fuit,& mitis corde. t ¶Viduam & aduenã interfecerunt,& pupillos occiderũt:& dixerunt, non videbit dominus.)Licèt hoc manifestum sit secundũ historiã:semper enim quicunq; præsidio indiget, facilè opprimitur:& quanto aliquis humilior fuerit,tanto ille magis q opprimit,offendit deũ:tamen & secũdũ Tropologiã interpretemur:Dixerã enim de hæreticis hoc dici. Viduam & aduenam interfecerunt. Vidua illa quę deũ virum habere desiuit, anima est peccatoris. Aduena est q nõ est habitator: hoc est, qui non habitat. Ille qui nuper crediderat, repentè scandalizatus perit. Et pupillos occiderunt,& dixerunt:non videbit domin⁹. Miramur si pupilli dicunt, vbi vidua est? Sicut enim vidua, anima peccatoris est,sic pupillos illos dicit, qui patrẽ amiserunt habere deum. Et dixerunt. Quid dixerunt?
u ¶Non videbit domin⁹:nec intelliget deus Iacob.)Hoc dicit omnis qui opprimit sanctos. Illis hoc dicẽtibus, videte spiritussanctus quid respondeat. x ¶Intelligite qui insipientes estis in populo: & stulti aliquando sapite: Qui plantauit aurem,nõ audiet:aut q finxit oculũ, nõ cõsiderat.) Qui figul⁹ est,ignorat vas suum? Qui aliũ facit audire, ergo ipse non audiet? Qui mihi dedit oculos,ergo ipse non videt? Qui author est intelligẽtiæ meæ,ipse nõ intelligit? Iste loc⁹

aduersus

G aduersus eos maximè facit, qui Antropomorphitæ sunt: qui dicunt deum habere membra, quæ etiam nos habemus. Verbi causa: Dicatur deus habere oculos: oculi domini respiciũt
Gene.3.b. omnia: manus dei facit omnia: Et audiuit, inquit, Adam sonũ pedũ domini deambulantis in paradiso. Hæc simpliciter audiunt, & humanas imbecillitates ad dei magnificentiam referunt. Ego autem dico quòd deus totus oculus est: totus manus est: totus pes est. Totus oculus est: qa omnia videt. Totus manus est: quia omnia operat. Totꝰ pes est: quia vbiq; est. Ergo videte quid dicat: Qui plantauit aurem, nõ audiet? Non dixit: qui plantauit aurem, ergo ipse aurẽ non habet. Nõ dixit: ergo ipse oculos non habet. Sed quid dixit? Qui plantauit aurẽ, non audiet? & qui finxit oculos, non considerat? Mẽbra tulit: efficiẽtias dedit. a ¶ Qui corripit gentes, non arguet.) Qui alios docet, ergo ipse non nouit? b ¶ Qui docet hominem scientiã.) Subauditur, ergo ipse nõ ha
H bet scientiã? c ¶ Dominꝰ scit cogitatiões hominum: quoniam vanę sunt.) Legimus in poëta secularí: O curas hominũ, ô quan-
« tum est in rebus inane. Et gentiles, & philõsophi istum versiculũ ad cœlum leuant. Et quid dicũt? Nihil potuit prudentius dici: Ecce rusticanus noster Hebræus antè tanta secula hoc locutus est. Et quid dixit? Dominꝰ scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Vultis scire quoniam cogitationes hominum vanæ sunt? Pater & mater nutriunt filium: promittunt sibi de illo felicitatem: mittunt ad studia: eruditi: venit vsque ad adolescentiam: disponunt vt etiam militet. Cùm omnia cogitauerint p annos triginta, vna febricula venit, & tollit omnes cogitationes. Inimicum habeo: & dies iudicij est ad triginta dies, diebus & noctibus nihil aliud cogito, nisi quod illi respondeam: In lectulo meo sum, & cogitatio mea absenti respondet inimico: Non est ibi inimicus, & verba respondent inimico. Diebus & noctibus in cogitatione sum. Cùm autem dies iudicij venerit: omnia illa quæ cogitauerã, pereunt: & quodcunq; deus dixerit, hoc loquor. Propterea &
Luc.12.b. dominus in euangelio ait: Quando stabitis ante iudices, non
I cogitetis quid respondeatis: quia dominus dabit vobis in illa hora quid respondeatis. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. Vna cogitatio felix est, cogitare de domino. d ¶ Beatus homo quem tu erudieris domine.) Felix est, qui deo magistro vtitur. e ¶ Et de lege tua docueris eum: vt mitiges ei à diebus malis.) Videte quid dicat: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum: hoc est, scripturis tuis. Hoc autem quid prodest, vt doceatur ille de lege tua? Vt mitiges ei à diebus malis. Videtis igitur quoniam scientia, & exercitatio, & opera de scripturis, mitigat nobis dies malos? f ¶ Donec fodiat peccatori fouea.) Quando tu erudieris de lege domini, vnũ tibi in duplex diuidit. Tibi enim dies mitigat malos: & peccatori fodit foueam. g ¶ Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mihi aduersus eos qui operantur iniquitatem?) Obscuri sunt psalmi: & semper personas mutant, & propterea obscuri sunt, & nimiæ difficultatis est scire in singulis versiculis quis loquatur. Quis cõsurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitatẽ? Hos versiculos saluator loquitur: Ego sanctus sum: in cruce subleuatꝰ sum: mortuus sum: resurrexi, & ad cœlos victor ascendi. Quis est putas de sanctis qui mecũ resurget? Ergo quod dicit, hoc est: Propterea resurrexi, vt & alij mẽcum resurgerent. Quis resurget mihi? Quando dicit quis, cæteros prouocat ad surgendum. Quomodo enim K
legimus in Esaia: Quem mittam ad populum istum, & quis Esaiæ.6.a
ibit nobis? &c. Sicut Esaias ipse se offert: sic & dominꝰ prouocat nos dicens: Quis resurget mihi aduersus malignantes? Quicunque resurrexerit, mihi resurget: de meo exercitu est. Aduersus malignantes, aduersus diabolum, & exercitum eius. Aut quis stabit mecum? Videte ordinem: Non dixit primùm, quis stabit, & quis resurget: sed, quis resurget & quis stabit. Primùm enim surgimus, deinde stamus. Aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem? Quasi imperator stet & dicat: Quis venit i exercitu meo? h ¶ Nisi quia dominus adiuuit me: paulominꝰ habitauit in inferno anima mea.) Propterea domine resurgo: quia tu fuisti ad inferos, & resurrexisti. Detenta fuisset anima mea apud inferos, si non tua anima de inferis resurrexisset. i ¶ Si dicebam, motus est pes meus.) Considerans fragilitatem meam, & im- L
becillitatem humanam, non putabam pedem meum firmo stare gradu: vbicunque ponebam pedem, lapsum timebam. Rursum cogitabam nomen tuum, & firmo stabam pede. k ¶ Secundum multitudinẽ dolorũ meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.) Hoc ipsum & Apostolus loquitur: quoniam 1.Cor.3.b
secundum labores, & miserias quas in isto seculo patimur, habemus mercedem apud deum in cœlis. Magnitudo tribulationum, magnitudo præmiorum est. Quot patimur vulnera, tot meremur & coronas. Hoc est quod dicit: Quotiens egi pœnitentiam, totiens me consolatus es. Vnam fudi lachrymam: vnam merui consolationem. Decem fudi lachrymas: decem merui consolationes. Quantumcunque fuit pondus pœnitentiæ, tantus fuit & consolationum numerus. l ¶ Qui fingit laborem in præcepto.) Nemo dormiens coronatur: nemo securus possidet regna cœlorum: nemo referto ventre, potest dignè de ieiunijs disputare. Vides ergo quid dicat: qui fingit laborem in præcepto. Omnia præcepta domini laborem habent. Sine labore non possumus possidere regna cœlorum. Vultis scire M
quia ita est? Si vis, inquit, perfectus esse: vade vende omnia Matt.19.c
quæ possides, & da pauperibus, & veni sequere me. Qui vult, inquit, consequi regna cœlorum, diebus & noctibus oret, vigilet, ieiunet, iaceat in sacco, non in pluma, non in serico. Pœnitentia non amat delitias. Quia cinerem, in- Psal.101.b
quit, tanquam panem manducaui: & potum meum cum fletu miscebam. Qui fingit laborem in præcepto. m ¶ Captabunt in animam iusti.) Videte quomodo non videtur esse consonans. Quæ enim est consequentia: qui fingit laborem in præcepto: captabunt in animam iusti? Sed quod auris carnea non intelligit, auris spiritualis intelliget. Quid ergo dicit: Qui fingit laborem in præcepto. Propterea, inquit, laboramus in præceptis domini diebus ac noctibus, vigilamus, oramus, ieiunamus: quoniam multos habemus aduersarios, qui captant animam iusti. Videte quid dicat: iusti captant animam: non iniusti. Non enim volunt eos decipere qui decepti sunt, sed iustos. Vnde dicitur in Haba- Habac.1.d
cuk: Escæ eius electæ. n ¶ Et sanguinem innocentem condemnabunt.) Solent aliqui dicere: Ille qui occisus est: non occideretur, nisi fornicator esset, aut aliquod peccatum habuisset. Ruina illum non occupasset, nisi fuisset peccator. Naufragium illum non oppressisset, nisi peccator fuisset. Videte ergo quid dicat sancta scriptura: Et sanguinem

A sanguinem innocentem condemnabunt. Quandiu in isto seculo sumus, omnia in commune patimur. Iustus & peccator æqualiter naufragantur: Aequalem habent carnem, & æquales conditiones carnis. Iustus & peccator æqualiter pereunt. Similis exitus, sed diuersa præmia iustus & peccator habent. Alius ducitur ad gehennam: alius ducitur ad regna cœlorum. Et sanguinem innocẽtem condemnabunt. Sufficit tibi ô iuste conscientia tua. Et si condemnatus fueris, sit sanguis tuus innocens: & clamabit ad dominum.

a ¶Et factus est mihi dominꝰ in refugiũ.) Locꝰ iste contra Arianos facit. Quoniã enim contradicũt domino saluatori, quod factus dicitur: ecce nos dicimus: Factus est mihi dominus in refugium. Nulli dubium, quin de patre hoc interpretemur. Si autem de patre dicitur: Dominꝰ factus est mihi in refugium, hoc sensu intelligendum est: Dominus q sẽper erat, mihi factus est in refu-

B gium. Sic & saluator qui semper erat, mihi saluator factus est.

b ¶Laus cãtici ipsi Dauid.) Iste psalmus vocem continet prophetæ, cohortantis homines ad deũ de toto corde transire.

Psalmus XCIIII.

c VEnite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro.) Intelligamus quia ipse est dominus, & ipse morte sua contulit nobis salutem.

d ¶Præoccupemus faciem eius in cõfessione.) Priusquam nobis auersa facie irascat, confiteamur peccata nostra. e ¶Et in psalmis iubilemus ei.) Psallentes in cordibꝰ nostris, deo gratias agentes. f ¶Quoniam deus magnꝰ dominus.) Nullus enim æquatur magnitudini, id est, potentię eiꝰ.

g ¶Et rex magnus super omnes deos.) Ipse enim omnia regit. h ¶Quoniã non repellet dominus plebẽ suam.) Quã proprio cruore redemit. i ¶Quia in manu eius sunt om-

C nes fines terræ.) Pugillo enim: id est, potestate, concludit omnem latitudinem terræ. k ¶Et altitudines montiũ ipsius sũt.) Prædicatiões apostolicę, quas ipse inspirat. l ¶Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud.) Hæc & de seculo intelligenda sunt, & de isto vero mari, ad confutationem eorũ qui dicunt aquas à deo non esse creatas. Nam & Salomon ex

Prou.3.c. persona sapientiæ, qui est Christus, ait: Priusquam produceret fontes aquarum, ego eram. m ¶Et siccam manus eiꝰ formauerũt.) Siue arua, siue humana corpora. n ¶Venite adoremus: & procidamus, & ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipse est dominus deus noster.) Corã illo prosterni, & ipsa peccata cum fletu & lachrymis confiteri: iterũ atq; iterum propheta hortatur: quem sciunt esse deũ omniũ seculorum. o ¶Et nos populus pascuæ eius & oues manꝰ eius.) Cuius sanguine vel redimimur, vel alimur. p ¶Hodie si vocem eiꝰ audieritis &c.) Euidẽtissimè hæc pãdit Apostolus ad Hebræos: nec aliam interponere præsumimus ex-

Hebr.3.b. positionem. Qui ita ait: Quidam enim exacerbauerunt, sed non omnes: qui profecti sunt ex Aegypto per Moysen. Quibus autem offensus fuit quadraginta annis? nempe illis qui peccauerunt: quorum & corpora prostrata sunt in deserto. Quibus autem iurauit non introire in requiem, nisi illis qui increduli fuerunt? Et vidimus quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Timeamus ergo: ne fortè accepta pollicitatione introëundi in regnum eius, existimeẽt aliquis D ex nobis deesse. Etenim nobis nũciatum est, quemadmodum & illis. Igitur exhibeamus nos sanctos, vt introire mereamur per credulitatem in illam requiem, quam speramus accipere. Per Christum dominum nostrum: cui est cum æterno patre & spiritusancto, honor & gloria in secula seculorum. Amen.

a demnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium: & deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos, & disperdet illos dominus deus noster.

b Laus cantici ipsi Dauid. XCIIII.

c VEnite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Præoccu-

d pemus faciem eius in cõfessione,

e & in psalmis iubilemus ei. Quoniã deus

g magnus dominus, & rex magnus super

h omnes deos: quoniam non repellet domi-

i nus plebem suam. Quia in manu eius

k sunt omnes fines terræ, & altitudines mõ-

l tium ipsius sunt. Quoniam ipsius est ma-

m re, & ipse fecit illud: & siccam manus eius

n formauerunt. Venite adoremus, & procidamus, & plorem⁹ ante dominum qui fecit nos: quia ipse est dominꝰ deus noster.

o Et nos pop̃ulus pascuæ eius, & oues ma-

p nus eius. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto. Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, semper hi errant corde. Et isti nõ cognouerũt vias meas: vt iurauí in ira mea, si introibũt in requiẽ meã.

q Canticum Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem.

Psalmus XCV.

r CAntate dõmino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

f Cantate

q ¶Quando domus ædificabatur post captiuitatem, canticum Dauid.) Iste psalmus hoc titulo prænotatur. Totum mysteriũ in titulo est. Totius vitæ nostræ sacramentum, & salus in titulo est. Quãdo domus ędificabatur post captiuitatem, canticum Dauid. Iudæi locum istũ sic intelligunt: Quando post Babyloniæ captiuitatem, sub Ezra & Zorobabel & Iesu filio Iosedek rursum ędificatum est templum, Dauid in spiritu ante qngentos annos sciebat rursum ædificandum esse tẽplum. Hoc illi dicunt. Si hoc ita est ô Iudæe vt interpretaris, quid sibi vult quod sequitur: Cã- E tate domino canticum nouum: & deinde: Annunciate inter gentes gloriam eius? Quod est istud canticum nouum: quæ sunt istæ gentes? Videtis ergo quoniã secundum literam interficientem penitus stare nõ potest. Ergo mysticè interpretandum est: quando domus ædificabatur post captiuitatẽ. Multi de nobis capti sunt: multi ducti sunt in Babyloniam: multi iugum Nabuchodonosor suis portauere ceruicibus: multi missi sunt in caminũ ignis, & arserunt: multi templum perdiderunt, & in illis domus dei subuersa est. Infelix Iudas quando apostolus erat, dominꝰ dei erat. Venit diabolus, & accepit buccellam, Ioan.13.e. & statim intrauit satanas in illũ, & domus eius subuersa est, & non est instaurata: quia nõ egit pœnitentiam. Si quis verò post peccatum agit pœnitentiam, istius domus post captiuitatem reædificatur. Oremꝰ ergo & nos dominum, primùm quidẽ, vt non subuertatur do- F mus nostra, ne veniat Chaldæus & Assyrius, & templũ Christi in nobis subuertat. Si autem subuersum fuerit quasi naufragio, secundo solatio per tabulam possumus saluari. Quãdo domus ædificabatur post captinitatem. Quotidie domus ista Christi in pœnitentibus instruitur. Denique non dixit: quando domus ædificata est: ne tantum videretur fuisse præteritum: sed ædificabatur, vt quotidie hoc fieri demonstret. Hoc interim diximus de anima nostra. Cæterùm possumus & aliter dicere: quando ecclesia Christi instrueba tur post ruinam. Videamus ergo post istum titulũ quid sequatur.

Psalmus XCV.

r CAntate domino cãticum nouum.) Felix pœnitentia: licèt rueris, tamen si egeris pœnitentiam, noua domus dei diceris. Cantate domino canticum nouum. Noua domus, nouum meretur canticũ. Cantate domino canticum nouum. Cui cantate? f ¶Cantate domino omnis terra.) Si de templo Hierosolymę dicitur ô Iudæe, quomodo omnis terra prouocatur ad laudem? Cantate domino omnis terra. Iste locus & Iudæum vincit, & Nouatianum. Cantate domino omnis terra. Non Hierusalem, sed omnis mundus. Hic Iudæus occiditur. Cantate domino omnis terra. Nouatianus occiditur. Quomodo? Dicit enim Nouatianus: Sunt aliqua peccata, pro quibꝰ debemus agere pœnitẽtiam.

Ac si

a Cantatè domino,& bñdicite nomini eiꝰ:
b annunciate de die in diem salutare eius.
Annunciate inter gentes gloriam eius:in
omnibus populis mirabilia eius. Quo-
niam magnus dominus, & laudabilis ni-
mis:terribilis est super oēs deos. Quoni-
am omnes dij gentium dæmonia:dominꝰ
autem cœlos fecit. Confessio & pulchri-
tudo in cōspectu eius:sanctimonia & ma
gnificentia in sanctificatione eius. Affer-
c te dómino patriæ gentium: afferte do-
mino gloriam,& honorem: afferte domi-
d no gloriam nomini eius. Tollitè hostias
e & introite in atria eius: adorate dominū
f in atrio sancto eius. Commouеatur à fa-
g cie eius vniuersa terra: dicite in gēntibus
quia dominus regnauit. Etenim correx-
h it orbem terræ qui non commouebitur:
iudicabit

G Ac si dicat: De mendacio, de periurio, de furto. Cæterùm qui fornicatus fuerit, qui homicidium fecerit: iste agere non potest pœnitentiam. Audi quid dicat: Cantate domino omnis terra. Omnis autem terra, & adultera est, & homicida: & omnia peccata terrena sunt. Si autem vniuersa peccata terrena sunt: qualiacunque peccata habueris, age pœnitentiam, & saluus eris. a ¶ Cātate domino, & benedicite nomini eius.) Nomen domini saluator est: ex eo quòd in nobis factus est. Cantate domino. b ¶ Annunciate de die in diē salutare eiꝰ.) Quid vult dicere, annunciate de die in diem salutare eius? Qui simplex est: sic intelligit: Omnibus diebus laudate dominū: hoc est, diei succedat dies: hoc est, laudasti hodie, lauda & crastinò. Videtur quidem sensus esse simplex: sed mihi videtur aliquid sacramenti latere. Annunciate de die in diem salutare eius. Non potest laudari saluator, nisi in die. Debuerat e-
H nim dicere: Laudate dominū die ac nocte, si de ista die diceretur. Debemus enim dicere hoc, si secundum literam intelligimus. Si ergo in die laudamus dñm iterum in nocte laudare non possumus? Videte ergo quid dicat: Quandocunque laudatis dominum, semper illum in luce laudate: non in tenebris peccatorum, sed in luce virtutū. Semper in anima tua sol Christi oriatur: vt semper in te nascatur lumen nouum. Annunciate de die in diē salutare eius. Dicamus & aliter: Duo sunt dies, non tres, non quatuor, nō quinque. Duo sunt dies, vetus testamentum, & nouum. Et in illo Christus lucet, & in isto Christus lucet. Nolite eū tantum laudare in veteri testamento, ne sitis Iudæi: Nolite eum tantum laudare in nouo testamento, ne sitis Manichæi. Laudate illum de die in diem: hoc est, in veteri & in nouo testamento: quæ duo dies vnam lucem faciunt. Propterea scri-
Leuit.11.a bitur & in Leuitico: Omne autem animal quod findit vngulam & ruminat, mundum est. Hoc est, si duas vngulas habet, & ruminat, mundum est. Si ergo vnam habet vngulam, non est mundum. Iudæus habet vnam vngulam, & propterea im mundus est. Manichæus vnam habet vngulam, & propterea immundus est. Et quia vnam habet vngulam, non ruminat cibos suos: nec id quod semel in ventrem miserit, rursum educit ad guttur, & ruminat illud, & tenue facit: vt quod grossū
I fuerat, rursum tenue mittatur in ventrem: hoc quidem pertinet ad sacramenta diuina dicere. Omne animal quod findit vngulam, & ruminat, mundum est. Iudæus vnā vngulam habet: in vnum enim tantum credit testamentum, & non ruminat. Legit enim tantūmodo literam, & nihil considerat: nihil quærit intrinsecus. Ecclesiasticus verò vngulas findit & ruminat: hoc est, in vtrunq; credit testamentum, & in vtroq; testamēto sæpe requirit. Et quodcunq; latet in litera, in spiritu profert. Hoc totum quare dixi? Quia scriptum est: Annunciate de die in diem salutare eius. Propterea & apostoli bini mittuntur: propterea non habemus vnum oculum, sed duos. Propterea duas habemus aures, propterea duas nares, propterea duo labia, propterea duas manus, duos pedes. Nihil in nobis vnum habemus, nisi quod turpe est. Et corporis nostri membra, duorum testamentorum sacramenta testantur. c ¶ Afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriam & honorem.) Si de templo Hierosolymæ dicitur: quid sibi nunc vult, afferte domino patriæ gentium: afferte domino gloriam & honorem? Gentium multitudo, vocatio gentium, & ecclesiæ congregatio est. Afferte domino gloriam & honorem. Quando honoramus dominum in corpore nostro, gloriatur dominus in nobis. Afferte domino gloriam nomini eius. Gloria serui, gloria domini est.
Matt.10.d Qui vos recipit, me recipit. Felix seruus, propter quem dominus gloriatur. d ¶ Tollite hostias & introite in atria K
eius.) Hostiam sanctam, viuam, placentem deo. Tollite ho- Rom.12.a
stias. Vos ipsi afferte hostias. Quas hostias? Vos ipsi este- & Phil. 4.
te hostiæ. Virginitas, holocaustum Christi est. Vniuersa ca d
stitas, siue in virginitate, siue in viduitate, siue in continentia, hostia Christi est. Rem nouam loquor, hostia castitatis ipsa se portat. Tollite hostias, & introite in atria eiꝰ. e ¶ Adorate dominum in atrio sancto eius.) Video plura atria: video vnum atrium. Tollite hostias, & introite in atria eius. Ecce plura atria. Rursum adorate dominū in atrio sancto eius: ecce vnum atrium. Videte ergo quoniam non potest de vno atrio veniri ad plura atria: sed de plurimis atriis venitur ad vnum atrium. Vultis scire hoc ipsum mysterium? Ecce in alio loco negociator ille Matt.13.f.
qui habebat plurimas margaritas: vendidit plures, vt emeret vnam. Et in Michæa dicitur: Sta- Mich.4.a
te, inquit, in vijs domini: & inquirite, inquit, viam domini. Ni- L
si feteterimus in vijs plurimis, vnā viam inuenire non possumus. Quæ sunt istæ margaritæ plures? Quæ sunt viæ plures? Quæ sunt ista atria plura: vt inueniamus vnam margaritam, & vnam viam, & vnum atrium? Abraham, Isaac, & Iacob, Moyses, Iesus Naue, Esaias, Hieremias, Ezechiel, duodecim prophetæ, Dauid, Salomon fuerunt atria: hoc est, atria nostra sunt. Primùm in illa intramus, & de illis atrijs postea venimus ad atrium euangelij, vbi inuenitur Christus. f ¶ Commoueatur à facie eius vniuersa terra.) Videte quid dicat: Cœlum non mouetur à facie dei: sed quicunque terrenus est, ille respicit dominum: & commouetur, & tremiscit. g ¶ Dicite in gentibus quia dominus regnauit.) Nisi terra commota fuerit, & à suo terreno opere receserit, dominus non regnabit in gentibus. h ¶ Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur.) Nunquam corrigitur, nisi quod antè rectum fuit, & postea deprauatum est. Sic igitur & nos, & omne humanum genus naturaliter intelligit deum. Nullæ enim gentes sunt, quæ naturaliter non intelligāt creatorem suum. Licèt enim lapides, & ligna venerentur: tamen intelligunt aliquid maius esse quàm ipsi sunt, & in errore suo indicant se habere sapientiam: hoc est, nulla gens est, quæ naturaliter non intelligat deum. Denique gentiles ido- M
la colunt: hoc est, lapides & ligna venerantur: & si fortè rixam fecerint, & si iuramentum aliquod inter illos venerit, non dicunt lapides isti vident, ligna vident: sed deus videt, & deus audit. Videte ergo quid dicat: Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur. Ideo venit Christus, & correxit genus humanum, quod antè fuerat deprauatum: vt in æternum non moueatur. Crux enim ipsius, columna est generis humani. In ipsa columna ædificata est domus eius. Ego crucem dico: non lignum, sed passionem. Cæterùm crux ista, & in Britannia est, & in India est, & in vniuerso orbe terrarum: Denique quid dicit & dominus in euangelio? Nisi tuleritis crucem meam, & quotidie secuti fue- Luc.9.c.
ritis me. Videte quid dicat: Nisi anima vestra ita ad crucem fuerit præparata, sicut mea fuit pro vobis, mei discipuli esse non potestis. Felix qui crucem, & resurrectionem, & locum natiuitatis Christi, & locum ascensionis portat in pectore suo. Felix est qui Bethlehem habet in corde suo: in cuius corde Christus quotidie nascitur. Deni- Bethlehē.
que quid dicitur Bethlehem? Domus panis. Simus & nos domus panis eius, qui de cœlo descendit. Quotidie nobis Christus crucifigitur. Nos mundo crucifigimur: & Christus in nobis crucifigitur. Felix est, in cuius corde quotidie Christus resurgit: si quotidie pro peccatis suis,

A tis suis,etiam leuibus,agit pœnitentiam. Felix est qui de monte Oliueti ascēdit ad regna cœlorum:vbi sunt oliuæ domini vberes,vbi lumen Christi nascitur:vbi sunt oliueta domini. Ego enim quasi oliua veris in domo domini. Accendamus ergo & nos lucernam nostrā de ista oliua,& statim cū Christo ibimus ad regna cœlorum.

Etenim correxit orbem terræ,q̄ non cōmouebitur: qui prius pro peccatis tortuos⁹ erat. a ¶Iudicabit populos in æquitate.)De futuro hoc iudicio dixit: in quo iterato aduenies iudicare deviuis & mortuis. b ¶Lætentur cœli.)Apostoli,vel reliqui sancti. c ¶Exultet terra.)Corpora scilicet cœlestia. d ¶Moueatur mare,& plenitudo eius:orbis terrarum,& vniuersi qui habitāt in eo.)Seculum vtique vt in melius commutetur. e ¶Gaudebunt campi,& omnia quæ in eis sunt.) Animæ sanctę,& præsertim virgines,quæ diuersis florum suauitatibus pollent. f ¶Tunc exultabunt omnia ligna syluarū à facie domini.)Quia nō sunt obnoxia cōbustioni. g ¶Quia venit.)Primo aduentu ad redimendū. h ¶Quoniam venit iudicare terram.)Iterato ad iudicandum. i ¶Iudicabit orbem terrarum in æquitate,& populos in veritate sua.) Vt peccatores subdat pœnis:iustos præmijs muneret æternis. Qui nobis timorē nominis sui tribuens,præstare dignetur vt in illo tremendo iudicij tempore non collocemur in sinistro numero: qui nos redemptos eius sanguine confitemur,ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

a b c d e f g h i iudicabit pōpulos in æquitate. Lætentur cœli,& exultet terra,commouebatur mare, & plenitudo eius:gaudebunt cāpi,& omnia quæ in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie domini, quia venit:quoniam venit iudicare terrā. Iudicabit orbem terræ in æquitate,& populos in veritate sua.

k Psalmus ipsi Dauid quando terra eius restituta est ei. Psalmus XCVI.

l m n o p q Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet:& inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura

B

k ¶Psalmus ipsi Dauid quādo terra eius restituta est ei.)Legimus in Regum & Paralipomenon libris: quoniam Dauid bellicosus vir fuit,& vniuersas gentes in circuitu subiecerit, & in suā redegerit potestatem. Hoc interim secundū literā intelligamus hoc modo:Psalm⁹ Dauid quem cecinit domino:quando victis aduersarijs reddidit terræ suæ:hoc est,iudææ pacem. Hoc secundum historiā. Cæterūm si Dauid interpretatur fortis manu:Fortis autē manu nemo est, nisi ille qui vicit omnes gētes,noster Dauid,ad quem clamabāt dæmones:Quid venisti torquere nos ante tēpus fili Dauid? Iste psalmus ab eo compositus est: quando restituta est ei terra. Et egregiè dixit quidā: quoniam terra ista quæ restituitur, corpora nostra sunt. Verè enim eo tempore debemus cantare domino:quando terra nostra composita est. Dicamus autem nos & aliter:Non enim nocet,si eandem rem duobus, & tribus modis intelligamus. Scriptum est enim in Salomone: Assumes,inquit,ea in tabula cordis tui tripliciter. Non nocet diuersum aliquid dicere,cùm vno spiritu dicit: Quando terra eius cōstituta est. Terra ista antequā Dauid noster omnes vinceret:non habebat pacē,sed vbiq; erat discordia. Alia gens colebat Iouem,alia Mercuriū,alia Iunonē:& omnes gētes diuersa idola habebant. Vexillum crucis eleuatum est, & omnis terra constituta est.

Matt.8.d.

Prouer.3. & 7.a.

C

Psalmus XCVI.

1 Dominus regnauit,exultet terra.)Vniuersa terra,& omnis orbis,qui dæmonibus,& idolis fuerat antè subiectus, deo nostro regnante lætetur. Dominus regnauit. Domin⁹ creator qui nos fecit,ipse regnauit. O vos q̄ antè subiecti eratis sub dominio diaboli,nunc subiecti estis sub domino creatore. m ¶Lætentur insulæ multæ.) Bene dixit de animabus nostris:quę varijs cogitationibus,quasi varijs hincinde tunduntur fluctib⁹. Nos autē dicamus, & insulas ecclesias. Deniq; dicitur,& in alio loco: Cōuertētur ad me insulæ multæ. Vultis scire quoniā insulæ dicantur ecclesię? Dictum est in propheta ex persona domini: Loquere,inquit,habitatorib⁹ insulæ huiꝰ. Lætent insulæ multæ. Quomodo enim insulæ in medio mari positæ sunt, sic & ecclesiæ quasi in medio mari seculi istius positæ sunt: & ita persecutionibus,quasi diuersis tunduntur fluctibus. Verùm istæ insulæ tunduntur quotidie,sed non subruūtur. In mari quidē sunt,sed habent fundamentum Christum,qui moueri nō potest. n ¶Nubes & caligo in circuitu eius.) Ego puto nubē istam esse,de qua dicitur in euangelio: Et operuit,inquit,eos nubes lucida: Eo tempore quādo transformatus est dominus,& apostoli ceciderūt,operuit eos nubes lucida. Ego puto istas esse nubes: quib⁹ mandauit dominus ne pluant super Israēl imbrem. Ego puto istas esse nubes,de quibus in alio loco dicit: Veritas tua vsq; ad nubes. Veritas dñi illa,quæ dicit in euāgelio:Ego sū via,veritas & vita. Veritas dei, Christus est. Veritas dñi vsq; ad nubes. Nubes apostoli sunt,& pphetæ:istis mandatum est,ne pluant super Israēl imbrem. Ex quo enim,secūdum historiam,quod scriptū est in libro Iudicum, vell⁹ illud siccatum est: pluuia in vniuerso orbe discurrit. Quod dicit,hoc est: Israēl siccatus est,& pluuia super omnem orbem discurrit. Nubes & caligo in circuitu eius. Dominus venit in Aegyptum super nubem leuem. Videte quid dicat,dominus venit: Dominus atque saluator in Aegyptum istam in qua nos sumus:in locum tenebrarum vbi Pharao est, dominus venit. Non venit, nisi in nube leui. Nubes ista leuis quæ est? Videtur mihi sancta Maria, nullo humano semine prægrauata. Ista nubes leuis venit in mundum, & secum portat mundi creatorem. Et quid dicitur ibi in Esaia? Dominus venit in Aegyptum super nubem leuem: & confringentur idola Aegypti. Venit dominus, & idola Aegypti commota sunt,& cōcussa atq; destructa. Nubes ista destruxit Serapim in Alexandria:non imperator homo mortalis: sed nubes ista quæ venit in Aegyptū,Nubes & caligo in circuitu eius. Diximus de nube:dicamus de caligine. Dominus in caligine est. Dominus aut in lumine est,aut in caligine. In lumine incipientibus est. Incipientibus enim simpliciter loquitur:qui verò perfecti sunt,illis mysticè loquitur: Deniq; apostolis non loquebatur quasi turbis, sed intrinsec⁹ loquebatur:Et quid dicit? Qui habet aures audiendi,audiat. Ergo hoc quod dicit:& caligo in circuitu eius:hoc est,& mysteria in circuitu ei⁹. Propterea dicitur,& in Exodo. Et omnis,inquit,populus stabat deorsum:Moyses autem solus ingressus est in montem Sina in caligine. Non enim poterat omnis populus dei scire mysteria,quæ solus poterat nosse Moyses. Dicitur de deo:Posuit tenebras latibulum suum. o ¶Iustitia & iudicium correctio sedis eius.) Quid vult dicere: correctio sedis eius? Debuit dicere:stabilitas sedis eius. Quando ergo dicitur,correctio sedis eius:ostenditur quodcunq; corrigitur,prauum fuisse antequā corrigeretur. Iudicium ergo dei antequam veniat ad iudicandum,quasi prauum videtur. Nūc videtur iniustum,& prauum esse iudiciū. Quādo enim iniqui homines ditantur,& sancti pauperes sunt: nonne videtur iudicium dei esse prauum? Quando autem venerit ad iudicandum, vt reddat vnicuique secundum opera sua: eo tempore quasi corrigetur sedes eius. Denique vultis scire quia de die iudicij dicitur? p ¶Ignis ante ipsum præcedet.) Ignem istum qui sanctus est, non timeat: qui peccator est, timeat. Ignis iste sanctos purgat:peccatores consumit. Ignis ante ipsum præcedet. Qui facit angelos suos spiritus: & ministros suos ignem ardentem. Ego puto istos esse ignes: hoc est, angelos eius. Isti ergo angeli:hoc est,ignis eius, præcedent ante eum. Iste ignis quos consumit? Quicunque est lignum,fœnum, stipula. Qui autem aurum, argentum est,& lapides pretiosi, mittitur quidem in ignem, sed mundior inuenitur. q ¶Alluxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota est terra.) Dicunt philosophi, quòd fulgura ex nubium collisione generentur. Nisi enim

Matt.17.a

Esaiæ.5.b.

Psal.35.b.

Ioan.14.a

Iudic.6.g.

E

Esaiæ.19.a

Exod.19.c

F

Psal.103.a

prius

G prius ſonitus auditus fuerit, fulgura nõ proſpiciuntur. Hoc dicitur & de lapide ignario: qui niſi colliſus fuerit, medius ignis nõ egredietur. Hoc diximus ſecũdũ hiſtoriã, & paruulis adhuc loquimur. Diximus ergo naturã rerũ: vt ex natura rerum, ſpirituale aliquid proferam⁹. Lapis qui vulgò vocat ignarius: ſi ſolus eſt, ignem nõ poteſt mittere: ſin autem cum alio lapide colliſ⁹ fuerit, medi⁹ ignis excutitur. Fac mihi eſſe nubem Hieremiam, Eſaiam, Eliam: nubem autem, & Paulum & Petrũ, & cæteros apoſtolos. Iſtæ ergo nubes quando colliſæ fuerint inter ſe, emittunt medium ignem, & lucet orbi terræ. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & cõmota eſt terra. Apoſtolorũ fulgura alluxerunt in toto orbe terrarum. Commota eſt. Illi loquebantur: & tonitruum vocis eorũ vniuerſus mũdus audiebat. Duo habebant pariter: & grandem vocem, & ſplendida fulgura. Hæc fulgura credentes illuminabant: non credentes comburebant.

H a ¶ Montes ſicut cera fluxerunt à facie domini.) Mihi videtur iſti montes eſſe dæmonum poteſtates. Siue certè montes, ſuperbi quiq; homines. Ignis iſte non cõſumit humiles, ſed quicunq; mõtuoſi ſunt. Denique quando fulgur emittitur: difficilè illos percutit, qui in valle ſunt: ſed ſemper illos qui in monte ſunt.

b ¶ Annunciauerunt cœli iuſtitiam eius.) Iſti ſunt cœli, de quibus, & in octauodecimo pſalmo dicitur: Cœli enarrant gloriam dei. Cœli annunciant iuſtitiam eius: terra non annunciat. Quicunque cœlum eſt, nõ timet iuſtum deum. Quicunq; de cœlis eſt, non timet eius annunciare iuſtitiam. Quicũq; ſanctus eſt & cœlum eſt, iſte iuſtum deum non timet. Peccator autem miſericordem quærit deum. Annunciauerunt cœli iuſtitiã eius: euangeliſtæ ſcilicet. c ¶ Et viderunt omnes populi gloriam eius.) Quia etiam quibus non eſt annunciatum de eo, intellexerũt deum in carne veniſſe. d ¶ Cõfundãtur omnes qui adorant ſculptilia: qui gloriantur in ſimulachris ſuis.) Vt dum in ſpe vana confunduntur, ad illã verã valeãt peruenire. e ¶ Adorate eum omnes angeli eius.) Annunciatores regni illius.

I f ¶ Audiuit & lætata eſt Sion.) Eccleſia quæ gloriam eius ſpeculabatur. g ¶ Et exultauerũt filiæ Iudæ.) Animæ cõfeſſorum. h ¶ Propter iudicia tua domine.) Quia cuſtodierunt ea. i ¶ Quoniã tu dñs altiſſimus ſuper omnem terram: nimis ſuperexaltatus es ſuper omnes deos.) Et nõ ſolum ſuper deos, ſed etiam ſuper cœlos cœlorum. k ¶ Qui diligitis dominũ.) Qui ſolus eſt bonus. l ¶ Odite malũ.) Diabolum. m ¶ Cuſtodit dñs animas ſanctorum ſuorũ: de manu peccatoris liberabit eas.) Ne eis aliquid noceat.

n ¶ Lux orta eſt iuſto.) Chriſtus refulget in corde eius.

o ¶ Et rectis corde lætitia.) Quia quem expectabant, cernere meruerunt. p ¶ Lætamini iuſti in domino: & cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius.) Qui eum in recti cordis lumine contemplamini, iugiter collaudate, vel ſanctitatem ei⁹: quia veſtrũ memor fuit, vt ſanctificaret: vel pietatẽ, qua vos in regno ſuo aſſciuit. Qui nobis præſtare dignetur: vt ei⁹ lumine noſtris cordib⁹ oriente, mereamur ab eo de præſentibus erui: cuius ſumus baptiſmo à noxijs originalibus liberati. Ipſi gloria cum æterno patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

q ¶ Pſalmus Dauid.) Iſte pſalmus vocem prophetæ continens, potentiam narrat dominici nominis ac virtutis.

fulgura eius orbi terrę: vidit, & commota
a eſt terra. Mõtes ſicut cera fluxerũt à facie domini: à facie domini omnis terra.
b Annunciauerunt cœli iuſtitiam eius: &
c viderunt omnes populi gloriam ei⁹. Con-
d fundãtur omnes qui adorant ſculptilia:
e qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Adõ-
f rate eum omnes angeli eius: audiuit & læ-
g tata eſt Sion. Et exultauerunt filię Iudę:
h propter iudicia tua domine. Quoniam
i tu dominus altiſſimus ſuper omnem terram: nimis ſuperexaltat⁹ es ſuper omnes
k deos. Qui diligitis dominum, odite ma-
l lum: cuſtodit dominus animas ſanctorũ
m ſuorũ: de manu peccatoris liberabit eos.
n Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.
o Lætamini iuſti in domino: & confitemi-
p ni memoriæ ſanctificationis eius.

q Pſalmus Dauid. XCVII.

r CAntate domino canticũ nouum:
ſ quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi
t dextera eius: & brachium ſanctum
u eius. Notum fecit dominus ſalutare ſuũ:
x in conſpectu gẽtium reuelauit iuſtitiam
y ſuam. Recordatus eſt miſericordię ſuę: &
z veritatis ſuæ domui Iſraël. Viderunt om-
a nes termini terræ: ſalutare dei noſtri.
b Iubilate

Pſalmus XCVII. K

r CAntate domino canticum nouum.) Canticum nouũ, eſt dei filius crucifixus: quod nunq; auditum fuerat. Noua res, nouum habet canticum. Cantate dño canticum nouum. Homo quidẽ eſt, qui paſſus eſt: ſed vos cantate dño. Paſſus eſt quidẽ quaſi homo, ſed ſaluauit quaſi deus. Cantate dño canticum nouum. Canticum nouũ, mereatur nomẽ nouum. Propterea dicitur & alibi: Et vocabitur, inquit, nomen nouum. Esa.62.a. Nouum nomen, nouũ meretur canticum. Et in Apocalypſi dicitur: Qui vicerit, inquit, Apoc.3.c. dabo ei calculum, & nomẽ nouũ ſcribam ſuper eum. Nomen nouum Chriſtianorum eſt. Cantate domino. Quare? Quid enim fecit? Quare enim nouum mereatur canticum? ſ ¶ Quia mirabilia fecit.) Signa fecit in Iudeis: paraliticos ſanauit: leproſos purgauit: mortuos ſuſcitauit. Hoc & alij fecerunt prophetæ. Vertit panes paucos in plures: & pauit infinitum populũ. Hoc fecit & Eliſe⁹. Quid ergo fecit nouũ, vt mereatur nouum cãticum? L Vultis ſcire quid nouum fecerit deus? Quaſi homo mortuus eſt, vt homines viuerent. Filius dei crucifix⁹ eſt, vt nos leuaret ad cœlum. Quoniam mirabilia fecit. Vultis ſcire quoniã mirabilia fecit? Filius viduę iacebat in cœnaculo: venit Eliſeus & cõtraxit ſe: & os ad os poſuit: & manus ad manus, & pedes ad pedes. Si enim 3.Re.17.d expandiſſet ſe, non reuerſus eſſet filius viduæ. Ideo ſe contraxit, vt viuificaret. Cùm eſſet in forma dei: ideo accepit formam hominis: ideo ſe contraxit, vt nos faceret altiores. Philip.2.b

t ¶ Saluauit ſibi dextera eius.) Quod dicit, hoc eſt: Saluauit homines: nõ alienũ, ſed ſuũ opus: hoc eſt, quod fecerat ſibi, ſibi ipſe ſaluauit. Fecerat hominẽ in ſalutẽ, q vitio ſuo perierat. Iſte mortuus eſt, vt ſaluaret ſibi hominem dextera ſua. Dextera hìc pro virtute ponitur: & brachium pro robore.

u ¶ Et brachium ſanctũ eius.) Licèt & brachium, & dextera Chriſtus dicatur: Dextera domini fecit virtutẽ: & brachium Pſal.117.c dñi cui reuelatũ eſt: tamẽ hìc de Chriſto dicitur: x ¶ Notum fecit dominus ſalutare ſuũ.) Non dixit: oſtendit, ſed notum fecit. Quod dicit, hoc eſt: quòd antè nouerant deum, & ſuo vitio obliti ſunt. Ergo deus veniens, ſua gratia hoc quod perdiderant, manifeſtauit eis. Ergo hoc dicit: Ille quẽ nouerat Adã, quem nouerat Seth: quẽ nouerat Enoch: qui inuocauit dominũ, & ſperauit in eum: & nouerat Noë: & poſtea oblitus fuerat humanũ genus: venit iterum in mundũ: vt homines qui poſtea obliti fuerant, iterũ cognoſcerent. Notũ fecit domin⁹ ſalutare ſuum. In Hebraico legitur: Notum fecit dominus Ieſum ſuũ. Vbicunq; enim ſaluator dicitur; in Hebraico, Ieſus ponitur. y ¶ In cõſpectu gentiũ reuelauit iuſtitiam ſuã.) Nequaq; in ſola Iudæa, ſed in conſpectu gentiũ. Iuſtũ enim erat, vt ſaluator ſaluaret creaturam ſuam. Reuelauit iuſtitiã ſuam, quæ incredulitate hominũ fuerat obſcurata. z ¶ Recordatus eſt miſericordię ſuæ.) Cõcluſit om Rom.11.d. nia ſub peccato, vt omnibus miſereatur. a ¶ Et veritatis ſuæ domui Iſraël.) Miſericordię recordatur: veritatem implet. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: hoc eſt, in gentiũ populo. Et veritatẽ ſuam domui Iſraël. Hoc opere complens, quod patriarchis promiſerat. b ¶ Viderunt omnes fines terræ ſalutare dei noſtri.) Non ſolus Iſraël vidit & Iuda, ſed omnes fines: ſimulq; ſecundum myſticum intellectum, fines terræ. Quandiu in medio terræ ſumus, deum videre non poſſumus.

A possumus. Quando ergo quasi relinquimus terrã,& in summitate sumus,tunc meremur videre deum. Vultis scire quomodo fines terræ videant deum? Legimus in Ezechiele: Et
Ezech.1. rotæ,inquit,illæ quæ voluuntur,dicebatur eis,Gelgel, quod
Gel. dicitur reuolutio. Gel enim volutio: Gelgel reuolutio. Ro-
Gelgel. tæ ergo illæ audiunt, reuolutio.

Quoniã rota quasi paruo quodam spacio terram tangit: & tota festinat ad cœlum: ideo dici-
Zach.9.d tur & in alio loco: Sancti lapides voluuntur super terram. Et quid dicitur in Ezechiele? Quocunque,inquit,ibat spiritus,illuc sequebantur & rotæ. Et nos sequamur spiritum sanctum, vt dicamur rotæ. Et quid dicitur ibi? Et nõ, inquit, ibant retrorsum, sed semper ibant ante se. Simulq; cõsiderate quid dicat: Non,inquit, reuertebatur, sed semper ante se
Philip.3.c ibant. Præteritorum enim obliuiscebãtur,& ad priora se extendebant. Et plena erãt,inquit,oculis. Omnia enim rotarũ istarum plena erant lumine dei. Non est istius temporis, vt de rotis,& de Cherubim,& de animalibus Ezechiel disputem⁹.

B a ¶Iubilate deo omnis terra.) Non solum Iudæa,sed omnis terra iubilate domino. Signa mittite victoris exercitus.

b ¶ Cantate,& exultate, & psallite.) Cantate, cogitatione: psallite,verbo: hoc est,omnibus membris vestris. Psallat manus in eleemosyna: psallat pes vadens in opere bono.

c ¶Psallite domino in cithara.) Omnes chordæ vestræ vocales sint. Non potest esse cithara, si vna chorda defuerit. Quid tibi prodest si sis castus,si sis largus in eleemosyna, & inuidiosus sis? Quid tibi prodest,si sex chordas integras habueris,& vnam ruptam? Si vna chorda defuerit,perfectus ci
Nume.10. tharæ sonus esse non poterit. d ¶ In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.) Legimus in Numerorum libro, duo genera esse tubarum. Vnum genus esse tubarum ductile ex argento: aliud esse genus tubarum cornearum. Ergo hic vtrũque dicitur: In tubis ductilibus,& voce tubæ corneæ. Quod dicitur,hoc est: Tuba ductilis ex argento,sermo dei est:& elo
Psal.11.b. quia domini,eloquia casta: argentum igne examinatum,pur
& 17.e. gatum septuplum. Rursum in voce tubæ corneæ,hic regnãs inducitur vir dei. In scripturis propriè cornu, pro regno di
Lucæ.1.g. citur, & pro potentia: sicut ibi scriptum est: Erexit cornu
Psal.43.b salutis nobis. Et in alio loco scriptum est: In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ergo videte hic quid dicat: Duas habetote tubas, & argenteam, & corneam. Argenteam, vt

C habeatis sermonem: Corneam, vt habeatis virtutem. Vultis scire quoniam cornu semper in bonam partem ponitur? Legimus in Leuitico: Nullum animal offeratur,nisi quodcũque cornutum est. Tria genera animalium offeruntur: bos, qui cornu habet:& aries,qui cornu habet:& hircus,qui cornu habet. Sine causa putas dicitur, vt nullum offeratur animal, nisi quod cornutum est? Et nos ergo quandiu habemus cornu, meremur victima esse dei. Si autem cornu nostrum fuerit excussum,quasi debiles sumus:& inter sacerdotes dei venire non possumus. e ¶ Moueatur mare & plenitudo eius.) Moueatur mare:& amaræ aquæ mutentur in dulces.
Exod.15.d Denique & Mara mutata est: & facta est in dulcem saporẽ. Aquam illam amaram non fecit aliud dulcem, nisi lignum crucis,quod missum erat in eam. Mihi videtur amarum mare,lex esse Moysi. Hoc est quod dicitur Mara,hoc est, amara. Hæc amara aqua legis veteris, accepit lignum crucis & effecta est dulcis. f ¶Flumina plaudent manu simul.) Interrogemus Iudæos, qui secundum literam intelligunt: flumina ventrem habent: flumina voces habent: flumina pedes habent: flumina manus habent? Dicat aliquis: Non est scriptum de ventre,de pedib⁹. Sed dico tibi: ex vno membro intelligimus & cætera. Non enim possumus intelligere manus sine pedibus,sine ventre,sine membris cæteris. Flumina plaudent manu simul. Flumina quæ biberunt de fonte Iesu. Me,

inquit,dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ. Flumina ipsa de fon- Hiere.2.c
te Christi currunt. Ille fons est: nos flumina sumus: si tamen D
meremur esse flumina. Christ⁹,fons est: sancti,flumina sunt. Qui autem inferiores sunt, riuuli sunt. Alij verò torrentes sunt. Qui sunt torrentes? Qui ad horam habent aquas: & Lucæ.8.b.
tentatione veniente, siccantur. Flumina plaudent manu simul. Non est vnum flumẽ, plura sunt flumina. Quot sancti sunt,tot & flumina sunt. Sed ista flumina nõ habẽt inter se dissensionẽ. Quoniam sunt flumina Christi, propterea habent inter se concordiam. Flumina plaudent manu simul. Plaudent, quia opera sanctorum, laus dei est. Christus nõ voce laudatur,sed opere. Non audit vocem, sed opera. Flumina plaudent manu simul. Propterea dicit & ipse in euangelio: Qui Ioan.7.f.
sitit, veniat & bibat: & fluent, inquit, flumina de ventre eius.

g ¶Montes exultabunt in conspectu domini.) Quid simile flumina & montes? Sed quoniam de perfectis sanctis dicit: non dixit, riuuli plaudent manu simul: sed,flumina plaudent manu simul. Videte ordinem: Moueatur mare,& to- E
tus orbis. Flumina plaudent manu simul. Montes nihilominus, qui ad summam iustitiam peruenerunt. Dicam & aliter: Moueatur mare, quod antè fuerat immotum, moueatur in aduentu Christi. Moueatur mare, iam diximus: hoc est,lex Moysi. Flumina plaudent manu simul: hoc est, prophetæ. Montes exultabunt à conspectu domini: hoc est, apostoli. h ¶Quoniam venit iudicare terram.) Nequaquam venit humilis tantum in carne, sed glorioſus venit in maiestate sua. Quoniam venit iudicare terram. Non dixit, perdere: sed,iudicare. Venit iudicare,vt zizaniam separet à frumento. Venit,vt piscículos malos separet à bonis. i ¶Iu Matt.13.g
dicabit orbem terrarum in iustitia:& populos in æquitate.) Iustitia ponitur & æquitas. Primùm iustitia ponitur,& postea æquitas, ἐυθύτης propriè dicitur, quæ prauum rectũ facit. Venit ergo iudicare in sua iustitia: vt quod prauum est, in illo rectum fiat. Cui sit gloria in secula seculorũ. Amen.

k ¶Psalmus Dauid.) Iste psalmus vocem continet prophetæ sacerdotis domini, commonentis ad dei omnipotentis gratiam referendam.

Psalmus XCVIII.

1 DOminus regnauit,irascantur populi.) Tres psalmi idem habent principium: nonagesimus secundus, & F
nonagesimus sext⁹,& nonagesimus octauus. Sed cùm idem habeant principium in versiculo, in fine diuersi sunt. Quando enim dicitur in nonagesimo secundo: Dominus regnauit,decorem indutus est: In nonagesimo verò sexto: Dominus regnauit, exultet terra: In nonagesimo autem octauo: Dominus regnauit,irascantur populi: videtur quasi ordo sibi esse contrarius. Debuit enim primùm dicere, Dominus regnauit, irascantur populi: & postea dicere, Dominus regnauit, exultet terra: & in vltimo, Dominus regnauit: decorem indutus est. Verùm diuersus ordo dat nobis aliquam intelligentiæ suspicionem. Dominus regnauit,decorẽ indutus est. Dominus regnauit,& indutus est patriarchis,& prophetis,& populo credenti. Decorem indutus est: quia patriarchæ & prophetæ, quasi Christi vestimentum fuerunt. Illud est perizoma,quod in Hieremia scribitur: Illud est pe Hier.13.a.
rizoma,quod habuit circa lumbos suos Hieremias. Vultis scire quoniam sancti quasi perizoma, vestimẽtum dei sunt? Propterea ipse deus loquitur ad Hieremiam: Sicut tu, inquit,posuisti lumbare istud ad lumbos tuos: ita & ego applicaui populum meum ad me. Quomodo ergo vestimentum circa hominem, sic populus circa deum. Verùm quia hoc perizoma,verùm quia hic decor,quo dominus fuerat indutus, trans Euphraten expositus est in foramine petræ: & ibi computruit: & ab Assyrijs ductus est in captiuitatem: do-

G minus quid facit? Non est nudus: non potest esse sine lumbari: & non potest esse sine veste: priore populo perdito, facit sibi vestem de populo gentilium. Et quid dicitur? Dominus regnauit, exultet terra. Exultet terra vniuersa: hoc est, credẽtium populus. Denique vultis scire quoniam secundũ lumbare, de gentium populo dicitur? Dominus (inquit) regnauit, exultet terra: Lætentur insulæ multæ. Non vna insula Iudæa, sed insulæ multæ: hoc est totus mundus. Dicat mihi aliquis: Da mihi exemplum de scripturis: vbi Iudæa sola insula dicta sit. Omne quod loquimur, debemus affirmare de scripturis sanctis: In ore enim duorum & trium testium, stabit omne verbum. Non habet tantam authoritatem sermo dicentis, quantum domini præceptum. Legimus in propheta Ezechiel: Et tu, inquit, fili hominis loquere ad habitatores insulæ huius: hoc est, Iudææ. Quoniam ergo vna insula dimissa est, nũc dicitur: lætentur insulæ multæ.

H Ergo lumbare dicitur in priori populo: Dominus regnauit, decorem indutus est. In secundo populo de gentibus cõgregato: Dominus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nũc in tertio dicitur: Dominus regnauit, irascantur populi. Siue de gentibus, siue de Iudæis sunt: quicunque non credunt: irascantur. Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? Dominus regnauit, irascantur populi. Dominus passus est: dominus crucifixus est: dominus mortuus est: dominus resurrexit: dominus ad cœlum victor ascendit. Dominus regnauit, irascantur populi. Qui sunt isti populi? Dicamus exemplum de euangelio: Quidam paterfamilias iuit accipere sibi regnum de longè. Quid longius, quàm cœlum à terra? Dereliquit terram: iuit ad cœlos, vt acciperet sibi regnum. Et ciues, inquit, illi qui oderant eum, miserunt legationem dicentes: Nolumus eum regnare super nos. Verum ille accepit regnum, & venit ad ciues pessimos. Venit ad illos, qui regem eum nolebant habere. Et nunc dicit spiritus sanctus ad ciues malos. Velitis, nolitis, dominus regnauit, irascantur populi. Oclementia spiritus sancti: non dixit, pereant: sed, irascãtur. Vitium voluit significare, nõ pœnas. Illi irascũtur, & dominus deprecatur. Et quid dicit? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Regnũ accepi à patre, imò homo quẽ suscepi: do quasi deus, accipio quasi homo. a ¶Qui sedes super Cherubim, moueatur terra.) Quàmdiu terra immobilis est, sanari non potest. Non de terræmotu loquitur, quo videmus terras concuti: & omne mortalium timere genus: sed de nostra terra loquitur. Quæ quandiu immota fuerit, sanari non potest. Quando verò mota fuerit, & intremuerit: tunc recipiet sanitatem. Super quem, inquit, requiescã, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos? Quoniã terra tremens commota est: propterea ille qui sedet super Cherubim incipit sedere in terra tremẽte. Fœlix est qui soliũ dei est. Fœlix est in quo deus semper sedet. Diuersa sunt schemata. Aut enim sedemus, aut stamus, aut ambulamus, aut iacemus. Infœlix est ille cui iacet deus: iacet etenim cum iacente. Quomodo plangit cum plangente, & ridet cum ridente: ita & iacet cum iacente. Quomodo sitit cum sitiente: & esurit cum esuriente: & nudus est cum nudo: sic & iacet cum iacente. Qui ergo vulneratus est, & iacet: & ipse quodammodo iacere dicitur cum eo. Qui autem ambulat: & ille ambulat cum eo. Qui ambulat, videtur quidem melior esse ab eo qui iacet: tamen necdum venit ad eius fœlicitatẽ qui

a puli: qui sedes super Cherubim, moueab tur terra. Dominus in Sion magnus: & c excelsus super omnes populos. Cõfiteantur nomini tuo magno, quoniam terd ribile & sanctum est: & honor regis iue cium diligit. Tu parasti directiones: iuf diciũ & iustitiã in Iacob tu fecisti. Exg altate dominum deum nostrum: & adoh rate scabellum pedum eius, quoniam sani ctum est. Moyses & Aaron in sacerdotik bus eius: & Samuel inter eos qui inuocãt l nomen eius, Inuocabant dominum, & ipm se exaudiebat eos: in columna nubis lon quebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis. o Domine deus noster tu exaudiebas eos: deus tu propicius fuisti eis: & vlciscẽs in p omnes adinuentiones eorum. Exaltate dominum deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus dominus deus noster.

q Psalmus in confessione. XCIX.

r IVbilate deo omnis terra: seruite domis no in lætitia. Introite in conspectu eius in exulta-

stat. Deniq; & Adã quando se abscondit à facie dei: ambulabat ei deus post meridiem. Dicat aliquis: Si Adam offenderat, & de paradiso fuerat eiectus: ergo imperfecta fœlicitate est cuicunq; ambulat deus. Et ego dico: si Adã penitus occisus fuisset: & nõ ei datus fuisset locus pœnitentiæ, iacuisset ei deus. Nunc verò quia datur ei locus pœnitentiæ: propterea ambulat ei deus. b ¶Domin⁹ in Siõ magnus: & excelsus super omnes populos.) Ascendẽs ad cœlos, excelsior est omnibus factus: vnde nos actusq; nostros per singulos dies speculatur. c ¶Cõfiteãtur nomini tuo magno: quoniam terribile & sanctũ est.) Præparẽt se sancti ad confitendum nomini tuo: quod est sanctum, siquidẽ tu dixisti: Sancti estote: quia ego sanctus sum. d ¶Et honor regis iudicium diligit.) Debet se prius homo dijudicare, & proprio iudicio cõdemnare mala sua: & sic honoret æternũ regẽ deũ. e ¶Tu parasti directiones in populis.) Sed proprio vitio deprauati sũt. f ¶Iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.) Nõ solũ in patriarchis: sed etiam in populo Christiano: qui meruit primogenita senioris. g ¶Exaltate dominum deum nostrũ.) Vt sit excelsus in cordibus vestris. h ¶Et adorate scabellũ pedũ eius: quoniam sanctum est.) Multæ de sacrificiis opiniones sunt: sed hîc propheta corpus dominicũ dicit: in quo maiestas diuinitatis tanq̃ super scabellũ stat. Sanctum enim eum dici sæpe docuimus. Quòd autem adorari debeatur: eo ascendente apostoli docuerunt: cũ adorãtes regressi sunt in Hierusalem. Sed & ad crucem dominicam: & ad animã sanctam hæc referẽda sunt. i ¶Moyses & Aaron in sacerdotibus eius.) Quanq̃ vnus legis: alter sacerdotij regulam teneat: tamen vterque aduentum domini sacerdotali præconio, vel in legalibus tubis, vel in vestis tintinnabulis nunciauit. k ¶Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.) Samuel Leuitici ordinis regulam tenet: quod Ephod illud lineum atque candidũ figurauit: ostendens candidũ effici posse, qui per pœnitẽtiã nomen domini inuocãs: lachrymis nigredinẽ peccati diluerit. l ¶Inuocabãt dominũ.) Apostoli. m ¶Et ipse exaudiebat eos: in colũna nubis loquebat ad eos.) Locut⁹ est dominus de nube filijs Israel: sed & deinceps affatus est apostolos de velamento carnis assumptæ: in quo diuinitas obumbrata latebat. n ¶Custodiebant testamentũ eius: & præceptũ quod dedit illis.) Nihil de his ad irritũ deduxerunt. o ¶Domine deus noster tu exaudiebas eos, deus tu propicius fuisti eis: & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.) Omnia enim quæ agere studuerunt, ad perfectũ deduxisti: quia placita erãt tibi. p ¶Exaltate dominum deum nostrum: & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus dominus deus noster.) Sanctos vos exhibite in ecclesia eius: sicut ipse eam exhibuit sanctam, nõ habentem maculam aut rugam. Qui nobis præstare dignetur: vt modum sacerdotalis ordinis cum sanctitate perfecta tenentes, quæ studemus agere de bono, ipse perducere dignetur ad effectum.

q ¶Psalmus pro confessione.) Iste psalmus vocem prophetæ continet, qui fideles prouocat in laudibus dominicis inceſſabiliter exercere. Psalmus. XCIX.

r IVbilate deo omnis terra: seruite domino in lætitia.) Qui excusso à ceruicibus vestris legis iugo: non in mœrore veteris seruitutis: sed in libertate noui hominis exultatis.

s ¶Introite in conspectu eius in exultatione.) Non iocis turpibus dissoluimini: sed omnia quæcunque facitis, in gloriam dei facite.

Deut. 17. b

Ezech. 27

Psal. 2. a.

Luc. 19. b.

Matt. 11. d.

Esa. 66. a.

Gen. 3. b. K

Leuit. 19. a &. 20. b.

Gen. 27.

L

Acto. 1. b.

1 Reg. 2. d

M

Exod. 1 c &. 19. b.

Ephes. 5. f.

A dei facite. a ¶Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos,& non ipsi nos.) Ab eo enim sumus non solum corporaliter facti,sed etiam in nouum hominem recreati. Et hoc non nostro merito, sed suo dono. b ¶Nos populus
Ioan.10.b. eius,& oues pascuæ eius.) Ipse est pastor bonus, qui animam suam pro ouib⁹ suis posuit. Nos autem sumus oues: qui eum sequimur, & vocem eius audimus.
c ¶Introite portas eius in confessione.) Sicut enim ipse porta
Ibidem. est patris cū dicit: Per me si quis introierit saluabitur, ita & apostoli portæ sunt eius per quas ad eum acceditur: quas nemo potest ingredi, nisi se peccata confitendo purgauerit. d ¶Atria eius in hymnis confitemini illi.) Dilatatas ei mētes cum hymnis spiritualibus canticisq; deferte.
e ¶Laudate nomen eius quoniā suauis est dominus.) Nihil enim acerbum habet. f ¶In æternum misericordia eius.) Quia nos redemit,& iugiter saluat.
B g ¶Et vsque in generationem,& generationem veritas.) Qua populos iudicabit. Qui nobis præstare dignetur,vt ab ipso facti,ab ipso redempti: mereamur & in lætitia sempiterna iubilum exultationis cum gratiarumactione concinere. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.
h ¶Psalmus ipsi Dauid.) Iste psalmus vocem continet prophetæ,dei misericordias enarrantis.

Psalmus C.

i MIsericordiam & iudicium cantabo tibi domine.) Misericordiam audiant peccatores qui desperāt de sua salute,qui sunt in pœnitētia. Iudicium audiant contemptores,qui dicunt: Misericors est dominus: peccemus, indulgebit nobis. k ¶Psallam & intelligam in via immaculata.) Vt in-
C telligat quis quod psallit:& sensus ipsius contempletur psalmum, vt non vagetur mens eius foras:& corpore quidem videatur psallere:mens autem sine fructu sit. In via immaculata: vt ambulans in hoc mundo iustè agam:& maculam non habeam. l ¶Quando venies ad me.) Quando autem intellectū recepero,& iustè egero:tunc cum fiducia dico ad dominū: Quando venies ad me? Venies autē,de secundo eius aduentu accipiendum est. m ¶Perambulabam in innocentia cordis mei:in medio dom⁹ meę.) Nihil sic placet deo,vt simplicitas & innocentia. Deniq; spiritus sanctus in alijs vōlatilibus nō complacuit nisi in columba,propter simplicitatē: & in quadrupedib⁹ in oue, propter mansuetudinem. n ¶Non proponebam ante oculos meos rem iniustam.) Non anteponebam aliquid domino: neq; cōsentiebam iniquitati,sed totus ad deum eram. o ¶Faciētes prævaricationem odiui.) Siue pater me⁹ erat,siue mater, siue frater,aut soror,siue amic⁹: tamen si declinasset à timore domini: hūc odio habebam,& omnino ad eum nō accedebam. Non anteponebam propinquitatem aut amicitiā pietati domini. p ¶Non adhæsit mihi cor prauum.) Non erat in me aliquid difficile,aut peruersum aliquid: sed æquitas & iustitia. q ¶Declinantem à me malignum non cognoscebam.) Hoc est,si erat mihi amicus aut proximus, siue episcopus aut presbyter, siue in quacunque dignitate constitutus: tamen si peruertebat vias suas: sic eum fugiebam, vt D penitus eius memoriam non facerem. r ¶Detrahentem proximo suo: hunc persequebar.) Intantum non oportet consentire detrahenti, vt etiam quantum in nobis est persequamur talem, prouidentes in vtroque vtilitatem: vt nec libenter audiamus: nec illum permittamus peccare. Tanta enim distantia est inter fornicantem, & detrahentem: vt ille qui fornicatur,se tantum occidat: ille autem qui detrahit, & se & illū qui audit demergat. s ¶Superbo oculo, & insatiabili corde, cum hoc non edebam.) Si quis erat superbus aut auarus: cum hoc penitus non edebā. t ¶Oculi mei super fideles terræ vt sedeant mecū.) Non dixit diuites,aut imperatores: aut episcopos, aut presbyteros, aut diaconos: sed fideles, cùm istis sedebam. Potest hoc dicere & episcop⁹ sanct⁹ vir, quoniā nō ordinabam presbyterum illū qui mihi obsequat, aut propinquū meum: sed eum quē sciebam fidelē. Et iterum idē potest E dicere: Quoniam omnes clericos meos, & laicos fideles habebam. Potest ex psona domini dici iste versiculus. u ¶Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.) Quoniam non ordinabā eos qui mihi propinqui erant, sed iustos & fideles. x ¶Qui loquitur iniqua,nō direxit in cōspectu oculorū meorum.) Intātū enim declinabā ab eo qui detrahebat proximo suo: vt nec illi crederem,nec audirem talem.
y ¶In matutino interficiebā omnes peccatores terræ.) Bene dixit,peccatores terræ. Peccatores enim terreni sunt. Hoc vult dicere, quòd immissiones diaboli quas mihi suggerebat, eijciebam de corde meo,& nō susciebam. Cogitationibus enim malis eiectis: dæmones occiduntur. Iudæi hunc versum audientes, & sequē F tes literam occidentem: & desiderantes sanguinem fundere, si quis prævaricatus fuerit de lege: interficiunt eum. Siquidem non sunt contenti occisione prophetarum: sed & ipsum dominum crucifixerunt. z ¶Vt disperderem de ciuitate domini omnes qui operātur iniquitatē.) Vtinam & nos disperdamus de ciuitate domini operātes iniquitatem. Ciuitas domini,est ecclesia sanctorum: congregatio iustorū. Disperdam,hoc est arguam,& increpem eū qui peccat,vt pœnitentiam agat: & disperdat iniquitatem de corde suo. Non enim dixit,vt abijciatur: sed,vt saluetur.
a ¶Oratio pauperis cùm anxiaretur: & in conspectu domini funderet precem suam.) Iste psalmus in principio vocem prophetæ continet ex persona peccatoris: dein laus in ea dominici nominis continetur.

Psalmus CI.

b DOmine exaudi orationem meam &c.) Quia de toto corde profertur. c ¶Non auertas faciē tuam à me.) Si quis in corde mundo orat: & non arguit sua cōscientia: hoc potest dicere. Peccator enim nō audet dicere: non auertas faciem tuā à me, sed magis dicit: Auerte faciem tuā à peccatis meis. d ¶In quacūq; die tribulor inclina ad me aurem tuam. In quacūque die inuocauero te: velociter exaudi me.) Pro præsentibus pressuris orat, vt ab his contemplatione diuina eripiat. e ¶Quia defecerunt sicut

G fumus dies mei.) Ac si dicat: Infantulus fui: & dum nescio, veni in iuuenilem ætatem: & iterum in perfectam ætatem: & dū nescio, senui. Et defecerunt sicut fumus dies mei. Quidam autem putant se esse sempiternos: & perseuerant in suo peccato. a ¶Et ossa mea sicut cremium aruerunt.) Ossa dicit ipsam fortitudinem. Si ergo quod est in me forte hoc aruit, & infirmum factū est: quanto magis quæ per naturam infirma est caro? b ¶Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum.) Pſal.120. Sicut & alibi scriptum est: Homo sicut fœnū dies eius. Sic enim vita hominum viret, & citò arescit. c ¶Quia oblit⁹ sum māducare panē meum.) Non dixit, nō desideraui manducare: aut cō tempsi manducare. Intantum mihi venit memoria peccatorum meorum, & talem pœnitentiam egi, vt etiam obliuiscerer manducare: desiderium dei habens, & ipsum solū considerans. d ¶A voce gemit⁹ mei: adhæsit os meū

H carni meæ.) Discant qui agunt pœnitentiam, quomodo debeant agere pœnitentiam. Ita enim exiccaui memetipsum vt sine carne essem, & pelles meæ cohærerent ossibus meis. Carnē pro pelle dixit. e ¶Similis factus sum pel Pellican⁹. licano solitudinis.) Duo genera dicuntur esse horum volatilium Vnum in aquis est: & esca eius pisces sunt. & vnum in solitudine: & esca eius venenata animalia: hoc est serpentes, & cocodrili, & lacertæ. Dicūtur autem ista volatilia Latinè onocrotali. Illi ergo similis factus sum qui est in solitudine: qui comedit venenata animalia: hoc est, esca mea quasi venenum erat mihi. f ¶Fact⁹ sum sicut nycticorax in domici- νυκτικόραξ lio.) Scimus quia coru⁹ niger est: & nihil habet in se albū Hyperbolicè voluit dicere: quia factus

I sum sicut nycticorax. Si ergo in die niger est: quanto magis in nocte? Sic ergo factus sum propter peccata mea, memetipsum considerās. g ¶Quia cinerem tāquam panem manducaui.) In cinerem intingebam panem meū: & sic comedebam. Si ergo propheta hoc dicit: nos quid facim⁹? cum fletu miscebam.) Nihil mihi erat suaue: neq; panis, neq; poculum: sed tantum cœlestem panem desiderabam: id est, Christum. i ¶A facie iræ indignationis tuæ.) Et hæc omnia faciebam, considerans aduentum tuum & futurum iudicium. k ¶Quia eleuans allisisti me.) Hoc dicant qui aliquando fuerunt sancti, & ceciderunt. Exaltati enim in virtutibus, postea ceciderunt. Siquidem sancti dicunt: quia eleuās tenuisti me. l ¶Dies mei sicut vmbra declinauerūt.) Si dies: quanto magis noctes? hoc est, si lumen: quanto magis tenebræ? m ¶Et ego sicut fœnum arui. Quoniā sicut fœnum: sic pertransit homo & siccatur. n ¶Tu exurgēs misereberis Sion.) Ex hoc versiculo manifestū est quòd ex persona Sion dictus est iste psalmus: & non ex persona prophetæ. Sion autem est quæ in specula posita est: & ea quæ veniūt de longè prospiciens. Hæc ergo Sion, quæ in alto posita est,

1 Cor.10.c in sublime cecidit. Ergo q stat videat ne cadat. o ¶Quia

a fumus dies mei: & ossa mea sicut cremiū
b aruerunt. Percussus sum vt fœnum, & a-
c ruit cor meum: quia oblitus sum comede-
d re panē meum. A voce gemitus mei ad-
e hæsit os meum carni meæ. Similis factus
f sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui: &
fact⁹ sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabāt mihi inimici mei:
& qui laudabant me, aduersum me iura-
g bant. Quia cinerem tanquam panē man-
h ducabam: & poculum meū cum fletu mi-
i scebam. A facie iræ indignationis tuæ:
k quia eleuans allisisti me. Dies mei sicut
l
m vmbra declinauerūt: & ego sicut fœnum
arui. Tu autem domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatio-
n ne & generationem. Tu exurgens misere
o beris Sion: quia tempus miserendi eius,
p quia venit tempus. Quoniam placuerūt
q seruis tuis lapides eius: & terræ eius mise-
r rebuntur. Et timebunt gentes nomē tuū
domine: & omnes reges terræ gloriā tuā.
f Quia ædificabit dominus Sion: & vide-
t bitur in gloria sua. Respexit in orationē
u humilium: & non spreuit precem eorum.
x Scribantur hæc in generatione altera: &
y populus qui creabitur laudabit dominū.
z Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de cœlo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret
a filios interemptorum. Vt annuncient in
Sion nomen domini: & laudē eius in Hie-
b rusalem. In cōueniēdo populos in vnū:
c & reges vt seruiant domino. Respondit ei
in via virtutis suæ: paucitatem dierum
d meorum nuncia mihi. Ne reuōces me in
dimidio dierum meorum: in generatione
e & generationē anni tui. Initiò tu dómine
terram fundasti: & opera manuum tuarū
f sunt cœli. Ipsi peribunt tu autem perma-
g nes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operatorium mutabis eos,
& mutabun-

tempus miserendi eius: quia venit tempus.) Aut propter pœ K nitentiā tempus est miserendi: aut secundū aductum saluatoris significat. Cōfidat ergo qui agit pœnitentiam: quoniā venit tēpus saluandi. Misericors est enim dñs. p ¶Quo- Pſal.77.d niā placuerunt seruis tuis lapides eius.) Lapides sancti sunt. & Eccli.2 Terra autem: hoc est peccatores, b. misericordia domini indigent.
q ¶Et terræ eius miserebūtur.) Vt fructum exhibeat sanctitatis.
r ¶Timebunt gentes nomen domini: & omnes reges terræ gloriam tuā.) Quæ prius idola metuebāt: & dæmoniorum nomina inuocabant: nunc nomen tuū venerentur & timeāt. s ¶Quia ædificabit dominus Sion.) Ecclesiam suam super fundamentum apostolorum & prophetarum.
t ¶Et videbitur in gloria sua.) Cùm omne corpus eius glorificauerit ad similitudinem imagi- Rom.8.f. nis gloriæ suæ. u ¶Et respexit in orationem humiliū, & non spreuit preces eorum.) Sed aduē tu suo visitauit mundū: qui olim L desiderabatur. x ¶Scribātur hæc in generatione altera.) In nouo testamento. y ¶Et populus qui creabitur laudabit dominum.) Christian⁹ vtiq;, qui prius peccatis mortu⁹, in eo est recreatus. z ¶Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus de cœlo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorū.) Respexit vt misereret. Descēdit vt vincula quib⁹ nexi eramus absolueret. a ¶Vt annuncient in Sion nomen domini: & laudem eius in Hierusalem.) Semper bonus nūcius, noua exhibet gaudia: sicut angelus ad Mariam: Spiritus, in- Lucæ.1.d. quit, sanctus superueniet in te. Et iterum pastoribus: Ecce ego an- Ibidē.2.b. nuncio vobis hodie gaudium magnum: quia natus est vobis saluator. Sic & nūc in Sion vel in Hie M rusalem nunciatur: quia natus est in terris is qui mundo peccatis mortuo, vitam afferret. b ¶In cōueniendo populos in vnum: & reges vt seruiant domino.) Conuenient in vna credulitate, vt seruiant redēptori. c ¶Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorū nuncia mihi.) Respondit domin⁹ Hierusalem in die virtutis: id est, cùm ad passionem accederet: & annunciauit paucitatem dierum suorum, dicens: Quia venient dies cùm circūdaberis ab Luc.19.g. inimicis, & eradicaberis: & reliqua. d ¶Et ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationē anni tui.) Iniqui nec dimidiant dies. Iste verò orat vt nō re- Pſal.54.d uocetur à dimidio dierum, scilicet vt ad perfectum veniens virum, perennitate temporum cum domino perfruatur.
e ¶Initiò tu domine terrā fundasti: & opera manuum tuarū sunt cœli.) Sicut enim in principio ista creasti: ita & nunc vel terram corporis nostri in nouum reparas hominem: vel mentes nostras cœlorum dignitate componis. Sed de prioribus cœlis ait, f ¶Ipsi peribūt tu autē permanes.) Iuxta illud: Cœlum & terra transibūt: verba verò mea nō præter- Mat.24.c ibunt. g ¶Et omnes sicut vestimentum veterascent. Et si- & Marc.13 cut operatorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem d.
ipse es,

h ¶Et poculum meum cum fletu miscebam. Nihil mihi erat suaue: neq; panis, neq; poculum: sed tantum cœlestem panem desiderabam: id est, Christum. i ¶A facie iræ indignationis tuæ.) Et hæc omnia faciebam, considerans aduentum tuum & futurum iudicium. k ¶Quia eleuans allisisti me.) Hoc dicant qui aliquando fuerunt sancti, & ceciderunt. Exaltati enim in virtutibus, postea ceciderunt. Siquidem sancti dicunt: quia eleuās tenuisti me. l ¶Dies mei sicut vmbra declinauerūt.) Si dies: quanto magis noctes? hoc est, si lumen: quanto magis tenebræ? m ¶Et ego sicut fœnum arui. Quoniā sicut fœnum: sic pertransit homo & siccatur. n ¶Tu exurgēs misereberis Sion.) Ex hoc versiculo manifestū est quòd ex persona Sion dictus est iste psalmus: & non ex persona prophetæ. Sion autem est quæ in specula posita est: & ea quæ veniūt de longè prospiciens. Hæc ergo Sion, quæ in alto posita est, in sublime cecidit. Ergo q stat videat ne cadat. o ¶Quia

& mutabuntur:tu autem idem ipſe es, &
a anni tui non deficient. Filij ſeruorũ tuo-
b rum habitabunt:& ſemen eorum in ſecu-
lum dirigetur.

c Pſalmus ipſi Dauid. CII.

d BEnedic anima mea domino: & om-
nia quæ intra me ſunt nomini ſan-
e cto eius. Benedic anima mea domi-
no: & noli obliuiſci omnes retributiones
f eius. Qui propiciatur omnibus iniquita-
g tibus tuis: qui ſanat omnes infirmitates
h tuas. Qui redimit de interitu vitã tuam:
i qui coronat te in miſericordia, & miſera-
k tionibus. Qui replet in bonis deſiderium
l tuũ: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
m Faciens miſericordias dominus: & iudi-
n cium omnibus iniuriam patientib⁹. Nõ-
tas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſraël vo-
o lũtates ſuas. Miſeratõr & miſericors do-
minus: lõganimis & multum miſericors.
p Non in perpetuum iraſcetur: neq; in ęter
num comminabitur. Non ſecundum pec
cata noſtra fecit nobis: neque ſecundum
q iniqtates noſtras retribuit nobis. Quo-
niam ſecundum altitudinem cœli à ter-
r ra: corroborauit miſericordiam ſuã ſuper
timẽtes ſe. Quantum diſtat ortus ab Oc
cidente, lõgè fecit à nobis iniquitates no-
f ſtras. Quomõdo miſeretur pater filiorũ:
t miſertus eſt dominus timẽtib⁹ ſe. Quo-
niam ipſe cognouit figmẽtum noſtrum.
u Recordatus eſt quoniam puluis ſum⁹: ho
x mo ſicut fœnum dies eius: tanquam flos
y agri ſic efflorebit. Quoniam ſpirit⁹ per-
z tranſiuit in illo, & non ſubſiſtit: & nõ co-
gnoſcit amplius locum ſuum. Miſericor-
a dia autem domini ab æterno, & vſque in
æternum: ſuper timẽtes eum. Et iuſtitia
illius in filios filiorum: his qui ſeruãt te-
ſtamentum eius. Et memores ſunt man-
datorum ipſius ad faciendum ea. Domi-
b n⁹ in cœlo parauit ſedem ſuam: & regnũ
c ipſius omnibus dominabitur. Benedicite
d domino omnes angeli eius: potentes vir-
e tute: facientes verbum illius: ad audien-
f dam vocem ſermonum eius. Benedicite
domino omnes virtutes eius: miniſtri ei⁹
g qui facitis voluntatẽ eius. Benedicite do-
mino omnia

A ipſe es, & anni tui non deficient.) Hoc eſt, qui eras in cœlis: ipſum te oſtendis in terris. Idẽ in vtero virginis: ipſe in infernũ deſcendens. Idem reſurgẽs à mortuis: ipſe regreſſus es in cœlum. a ¶ Filij ſeruorũ tuorum habitabunt.) Quia tibi per apoſtolos ſunt renati. b ¶ Et ſemen eorũ in ſeculum dirigetur.) Vel prędicatio, vel virtus eorum in omni gente diſtendit. Nos verò deprecemur dominum, vt exaudiat oratiões ſupplicum: mentibus noſtris inſerat lumen ſuum: vt eius magnificentiã enarrantes, mereamur ſanctis eius cõſortes effici in cœleſtibus regnis. Cui gloria & imperiũ in ſecula ſeculorum. Amen.

c ¶ Pſalmus Dauid.) Iſte pſalm⁹ maximè circa pietatẽ atq; miſericordiam dei commoratur: ait enim, Pſalmus CII.

d BEnedic anima mea domino: & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius.)

Pſal.99.a Dicitur & in alio loco: Et ſcitote, quoniã dominus ipſe eſt deus.

B Et nũc dicitur: Et omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. Si dixerim⁹, Benedic anima mea domino: & domin⁹, dñs eſt: quod nomẽ hîc quærit domin⁹? Si dominus, dominus appellatur: quid dicit: Et omnia quæ intra me ſũt nomini ſancto eius? Aduentus filij, nomen patris eſt. Ante aduẽtum Chriſti ſciebatur de⁹: pater ignorabatur. Deniq; ipſe dicit in

Ioan.17.a euangelio: Pater, reuelaui nomen tuum hominibus. Non poſſumus in ſingulis verſiculis immorari: quoniam longus eſt pſalmus: ſed breues ſententiolas debemus ſingulis verſiculis coaptare: magis ſenſum exponentes, q̃ verba texentes. e ¶ Benedic anima mea dño: & noli obliuiſci omnes retributiones eius.) Multas retributiones nobis præſtitit dominus: grandia nobis beneficia præſtitit: quia cœlum, quia terrã, quia elementa omnia pro nobis fecit.

C f ¶ Qui ꝓpiciatur omnib⁹ iniquitatibus tuis.) Vt eas quaſi nubem deleat. g ¶ Qui ſanat omnes infirmitates tuas.) Peccata q-b⁹ infirmaris. Multas infirmitates habet aĩa noſtra. Quot peccata, tot infirmitates. Deniq; & illa

Lucæ.13.b mulier in euangelio quæ decem & octo annis habebat ſpiritũ infirmitatis: & caput ſurſum erigere non poterat. Videte quid dicat: Quando aliquis habet ſpiritum infirmitatis, contractus eſt: deorſum conſpicit: terram intuetur: cœlum videre non

1.Cor.6. & 7.d. poteſt. h ¶ Qui redimit de interitu vitam tuam.) Precio, inquit, redẽpti eſtis: nolite fieri ſerui hominũ. Quod eſt maius precium quàm creatorem pro creatura ſua ſanguinẽ ſundere? i ¶ Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus.) Præcurrente miſericordia dat victoriam: tribuit palmam. k ¶ Qui replet in bonis deſiderium tuum.) Cõiungens te ſanctis in cœleſti Hieruſalem. l ¶ Renouabitur vt aquilæ iuuẽtus tua.) Vt à veteri in nouũ hominem muteris. m ¶ Faciens miſericordias dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus.) Vt oppreſſis impijs, erigat pauperes ſuos. n ¶ Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſraël volũtates ſuas.) Ei qui legem ſpiritualiter intelligit: vel ei qui eum mentis oculis contemplatur. o ¶ Miſericors & miſerator domin⁹: patiens & multũ miſericors.) Quia citò flectitur ad miſericordiam. p ¶ Non in perpetuum iraſcetur, neque in æternum comminabitur. &c.) Meliora enim quàm merebamur indulſit. q ¶ Quoniam ſecũdũ altitudinem cœli à terra corroborauit miſericordiam ſuã ſuper timentes ſe.) Diſtat multum cœlũ à terra: ſed diuina miſericordia iugiter ſuos, & protegit, & confirmat. r ¶ Quantũ diſtat ortus ab Occidente: longè fecit à nobis iniquitates noſtras.) Vbi deus appropinquat, elongantur delicta: vt iuxta Apoſtolum, Rom.5.d. vbi abundat peccatũ, ſuperabundet & gratia. ſ ¶ Quomodo miſeretur pater filiorũ, miſertus eſt domin⁹ timentibus ſe.) Miſeretur pater filio, cùm eũ verberat vt emendet. Ita & dominus corripit nos interdum vt ſaluos faciat: non tamen in perpetuum E derelinquit vt pdat. t ¶ Quoniam ipſe cognouit figmentũ noſtrum.) Scit enim propheta gen⁹ humanum tanquam teſtam figuli de luto formatam, in honorem filiorum aſſcitum: ideoq; conſiderans ei iudiciũ mortis pro delictis appropinquare, ait miſericordiã deprecans: u ¶ Recordatus eſt quoniam puluis ſumus, homo ſicut fœnum dies ei⁹.) Ac ſi diceret: Nõ iraſceris vt conteras: ſed recordaris quòd vaſa figuli ſumus: quæ ſemel confracta, reparari non poſſunt: ſed protin⁹ decidũt & areſcũt. x ¶ Tãquam flos agri ſic efflorebit.) Ad tempus. y ¶ Quoniam ſpiritus pertranſijt in illo, & nõ ſubſiſtit: & non cognoſcit amplius locum ſuum.) Tranſeũte autẽ ſpiritu: omnis iocunditas viriditatis eius tradit obliuioni. z ¶ Miſericordia autem domini ab æterno: & vſque in æternum ſuper timentes eum.) Quia cùm peccatores arguit: iuſtis miſericordiam præbet. a ¶ Et iuſtitia eius in filios filiorum his qui ſeruant teſtamentum eius: & memores ſunt mandatorũ ipſius ad faciendum ea.) In operibus vtique bonis: quibus mãdata dei iugiter memorantur vt cuſtodiantur ab ipſis. b ¶ Dominus in cœlo parauit ſedem ſuam, & regnũ ipſius omnibus dominabitur.) Aſcenſionem dominicã prædicit, quæ poſt reparationẽ hominis facta eſt: per quã Chriſtus dominus vniuerſas mundi fines ſuæ dominationi ſubegit. c ¶ Benedicite dominum angeli eius.) Nuncij veritatis. d ¶ Potentes virtute, facientes verbum illius.) Ilico quæ fuerit locutus explentes. e ¶ Ad audiendã vocẽ ſermonum eius.) Hoc eſt, intelligere quæ præceperit. f ¶ Benedicite domino omnes virtutes ei⁹, miniſtri eius qui facitis voluntatem eius.) Qui virtute illius roborati, verbum eccleſijs miniſtratis. g ¶ Bñdicite domino omnia opera eius.) Vos vtique qui in eo viuitis. Quia omne opus quod factũ eſt Ioan.1.a.

G in eo,vita est. a ¶In omni loco dominationis ipsius.)Nihil enim reperitur vbi non dominetur. Omnia cõtinet, & se vbiq; diffundit. b ¶Benedic anima mea dominũ.)Hęc autem propheta nõ de sua tantũ anima: sed & ad nostras quoq; animas loquitur, vt eũm iugiter benedicant qui bona largitur:qui peccatis propiciatur:qui de interitu redimit: qui in bonis omne desideriũ complet:qui nũc nobis misereri dignetur vt pater filijs,delictorum molibus hic remissis: cui est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

c ¶Psalmus Dauid.)Iste psalm⁹ ipsius creaturę vocẽ continet laudantem ac benedicentem deum. Sed hoc ipsum spiritualiter debemus aduertere.

Psalmus CIII.

d BEnedic anima mea domino.)Vt dum benedicis illum, tu benedicaris ab illo. Prouocat semetipsum prophe ta in benedicendo deo. Benedicere autẽ domino: hoc est, qui laudat dñm, semetipsum benedicit.

H e ¶Domine deus meus.) Omnibus quidẽ es & deus & dominus: sed mihi propriè, quia non sum seruus peccati. f ¶Magnificatus es vehemẽter.) Vel in me:vel in reliquis sanctis tuis. Qui omnium deus, meus specialiter de⁹: quia non sum seru⁹ peccati: quia meruí vocari seruus tuus. Magnificatus es vehementer. g ¶Cõfessionem & decorem induisti.)

Matt.11.d. Induisti confessionem dicens:Cõfitebor tibi domine pater cœli & terræ. Induisti decorem, illo de

Ibidẽ.17.a nube splendida respondente:Hic est filius meus dilectus in quo bene complacui: ipsum audite. Cõfessio dupliciter intelligitur. Aut in pœnitentia: aut in gloria dei: Hoc est gloriam induisti:quemadmodum in euangelio ipse saluator dicit: Confitebor tibi pa-

I ter:hoc est,glorifico te: aut quia confitemur peccata nostra domino. In eo enim quòd cõfitemur deo peccata nostra:glorificam⁹ eum. Et decorẽ induisti. Videte ordinem. Primùm aliquis cõfitetur: & sic accipit pulchritudinem, & decorem, & postea lumen. Hoc enim sequitur. h ¶Amictus lumine sicut vestimento.) Contrarius videtur hic versiculus illi qui ait:Posuit tenebras latibulum suũ: Vel illi qui dicit:Nubes & caligo in circuitu eius. Sed sciendum quia de occultis mysterijs ista dicuntur: Nam de istius lucis plenitudine tota terra refulget. i ¶Extendens cœlum sicut pellẽ.) In modũ enim libri cuiusdã, siue voluminis, cœlum,cùm maiestas dei voluerit, vel extẽditur, vel plicat:sicut euangelica testatur fides. k ¶Qui tegis aquis superiora eius.) Superiora

Gene.1. cœli,iuxta Genesim,ab aquis teguntur:quia aquas super firmamentũ positas dicit:quas multitudinem angelorũ intelli-

Psal.148.a gimus:iuxta illud: Aquæ quæ super cœlos sunt laudẽt nomẽ

Acto.1. domini. l ¶Qui ponis nubem ascensum tuum.) Domin⁹ enim Iesus benedictis discipulis eleuatus est: & nubes suscepit illum:& intuebantur eum euntem in cœlũ. m ¶Qui ambulas super pennas ventorum.) Super omnem alacritatẽ ventorum dominus incedit. Sed & super sanctorum animas quæ ad cœlestia tendũt:& inambulat & quiescit. n ¶Qui facis angelos tuos spiritus.) Vt inspirent hominibus eius facere voluntatem: quia carnalis homo non capit ea quæ sunt

a mino omnia opera eius:in ómni loco do-
b minationis ei⁹ benedic anima mea dño.
c Psalmus Dauid. CIII.
d e f g h i k l m n o p q r s t BEnedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem & decorẽ induisti: amictus lumine sicut vestimento. Extendes cœlum sicut pellem: qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubẽ ascẽsum tuum:qui ambulas super pennas ventorum. Qui facis angelos tuos spirito⁹& ministros tuos ignem vrẽtem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculũ seculi. Abyssus sicut vestimentũ amictus eius: super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes, & descendunt campi:in locum quẽ fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredientur: neque cõuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabũt omnes bestiæ agri:expectabũt onagri in siti sua. Super ea volucres cœli habitabunt:de medio petrarum dabunt vocem. Rigans mõtes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum. Vt educas panẽ de terra:& vinum lætificat cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmat. Saturabuntur ligna campi,& cedri Libani, quas plantauit,illic passeres nidificabunt. Erodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra

medio petrarum.)Id est ecclesiarum. f ¶Dabunt vocem M suam.)Ad collaudandum deũ. g ¶Rigans montes.) Hoc est apostolos. h ¶De superioribus suis.) De cœlestibus, effundens super eos spiritũ sanctum. i ¶De fructu operũ tuorum satiabitur terra.) De beneficijs largitionis tuæ. k ¶Producens fœnum iumẽtis:& herbã seruituti hominũ.) Vnicuiq; secundum propriam tribuẽs necessitatẽ. l ¶Vt educas panem de terra: & vinum lætificat cor hominis.) A terreni corporis agro quẽ à nobis assumpsit, mysteriũ proferens cœlestis panis ac poculi salutaris, quo reficiatur ecclesia. m ¶Vt exhilaret faciem eius in oleo.)Exhilarat enim oleo misericordiæ,iustorũ facies coram deo. n ¶Et panis cor hominis cõfirmat.)Ipse panis ipse corda nostra confirmat:qui descendẽs de cœlo vitam tribuit mundo. o ¶Saturabuntur ligna campi.)Siue rationabiles siue irrationabiles homines:sicut superius de bestijs atq; onagris exposuim⁹. p ¶Et cedri Libani.)Excelsiores meritosãcti. q ¶Quas plantauit.)In vnitate ecclesiasticæ fidæi. r ¶Illic passeres nidificabũt.) Sapientes ædificant. f ¶Erodij domus dux est eorũ.)Erodius maior est omnibus volatilibus,qui aquilã Erodius. vincit & comedit. Igitur talis homo, qui ĩ domo dei habitat, ducatum præbeat ad vincendum diabolum:quia aquila sæpe pro diabolo ponitur. t ¶Montes excelsi ceruis.)Hoc ani Ceruus. mal serpẽtes occidit,& ipsos comedit. Ergo bene in mõtibus habitat

K men veritatis infundant: in alijs peccata consumant.
p ¶Qui fundasti terram super stabilitatem suam &c.)Discordare videntur hæc cum illo:vbi ait: Cœlũ & terra trãsibunt. Sed hæc visibilis terra præterit: corporis verò terra quæ fructum exhibet sanctitatis: mysteriorũ cœlestium pallio circundatur. q ¶Super montes stabunt aquę.)Super excelsam superbiam insipientes populi commorantur. r ¶Ab increpatione tua fugient:à voce tonitrui tui formidabunt.) Vox enim tua est cùm dicis:Pœnitentiam agite:ap Matt.3.a. propinquabit regnum cœlorũ. Tanquam tonitruum verò: vt hi timeant cùm minaris:cũ ais:Nisi Lucæ.13.a pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. s ¶Ascendunt montes.)Sãcti in spiritualẽ proficiunt intelligentiam. t ¶Et descendunt campi.) Populi eorũ doctrinis subditi: vt virtutũ floribus repleantur. u ¶In locũ quem fundasti eis.) In cõuentum L ecclesiasticum. x ¶Terminũ posuisti quem nõ transgredientur.) Catholicam vtique fidem, quam vsque ad terminũ præsentis vitæ custodiunt. y ¶Neq; cõuertentur operire terram.)In flagitijs quibus prius vixerant. z ¶Qui emittis fontes in conuallibus.)Inter deserta gentium, baptismi gratiã tribuit. a ¶Inter medium montium.) Id est,ecclesiarum. b ¶Pertransibunt aquæ.)Ipsius lauacri siue doctoris:irrigando donis cœlestib⁹ populum. c ¶Et potabunt omnes bestiæ agri,expectabunt onagri in siti sua.) Vt omnibus hæc gratia æqualiter ministretur: sicut ait Paulus:Sapientibus & in- Roma.1.b sipiẽtib⁹ debitor sum. d ¶Super ea volucres cœli habitabũt.) Qui excelsiorem ad intelligendũ meruerunt sensum. e ¶De

habitat:qui interficit intelligibilem serpentem: qui sapientior erat in paradiso præ omnib⁹ bestijs: qui decepit Euam. Gene.3.a.

a ¶Petra refugium herinacijs.) Qui timidus est, refugium habet petram:petra autē Christus est. b ¶Fecit lunam in tempore.)Aiunt quādo crescit luna,crescere fructus oēs: & quādo minuitur, iterū fruct⁹ minui. Ergo bene dixit:fecit lunam in tēpore. Aut aliter itelligam⁹, lunam ecclesiā. In proficiendo enim ecclesia, proficimus & cum ipsa:& cùm persecutionem patitur, & minuitur: & nos cum illa minuimur,& persecutionē patimur. c ¶Sol cognouit occasū suū.) Si sol ôccidit:nos putamus nosmetipsos sempiternos esse?In hoc autē mirandum est:quomodo tantū lumen, & tanta claritas quæ operit vniuersum mundum lumine suo:in momento ôccidit. Oremus autē vt non nobis ôccidat sol iustitiæ. d ¶Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ sylB uæ.) Et secundū literam ordinē habet: quoniā ideo facta est nox, vt homines requiescerēt ab operibus suis:& bestię egrederentur ad pastionem. Secundū Tropologiā autē:quando nobis occubuerit sol iustitiæ:omnia nobis tenebrosa sunt:& tunc in nos pertrāseunt bestiæ:& leo rugiens,volēs rapere,& deuorare nos. e ¶Catuli leonum rugientes, vt rapiāt, & quærant à deo escam sibi.) Bene dixit à deo: quoniā sanctos cupit decipere:ac si dicat,Iudā,Dauid,Salomon,Petrum:sicut scriptum est: escæ eius electæ. Habacuk. 1.d

f ¶Ortus est sol, & congregati sunt.) Ne tristetur ille qui cecidit,sed pœnitētiam agat. Oritur illi sol iustitiæ, & fugiunt ab eo omnes bestiæ & peccata: & efficitur talis, qualis & antea fuit. Iterū enim ortus est sol iustitiæ.

g ¶Exibit homo ad opus suum:& ad operationē suam vsq;
C ad vesperum.)Postquā autem ortus fuerit sol iustitiæ: iterū exim⁹ ad operationem nostram vsque ad vesperum: hoc est, vsque ad consummationem. Oportet ergo nos omni tempore operari iustitiam. h ¶Quàm magnificata sunt opera tua domine:)In excessum mentis venit propheta. Non inueniens quomodo laudaret dominum,dixit: Quàm magnificata sunt opera tua domine. Excedunt humanum sensum tua opera. i ¶Omnia in sapientia fecisti.) In domino nostro Iesu Christo. Ipse enim est sapientia dei secundum Apostolum dicentem:quòd in ipso creata sunt omnia. Rom.11.d k ¶Implета est terra possessione tua.)Et reuera omnia opa dñi plena sunt sapientia. Quando enim videmus formicam scire quādo hyems venit: & reponit sibi escam : & iterū culicem tam minutū,habere oculos,ventrē,& vniuersa membra sicut & nos habemus,& pulicem & alia. Videmus autē Elephantem tam magnam bestiam habere oculos,nares, pedes, ventrē sicut & nos in ipsis locis:Similiter autem & apem : quomodo faciat mel & ceram:Nónne sunt hæc miratione digna : & sapientia plena? l ¶Hoc mare magnum,& spaciosum manibus: illic reptilia quorū non est numerus. Animalia pusilla cum magnis.) Nónne est hoc miræ sapientiæ quomodo in mari sunt reptilia:quorum non est numerus? Et pisces tam maiores q̄ minores:quomodo sint in profundo, & inde resumunt vitā,vbi si homo ceciderit moritur:& ipsi si venerint in terra moriuntur? m ¶Illic naues pertrāsibunt.)Quis ex nobis est nauis fortis qui possit istud seculū fugere,& non submergatur aut offendat in petrā: sed habeat sensum qui eū gubernet,vt possit saluus fieri? n ¶Draco iste quē formasti ad illudēdum ei.)Iudæi dicunt,draconem magnum fecit de⁹ qui dicit Leuiathan:& est in mari:& quādo,aiunt, recedit Oceanus,draco vertitur. Nos autē dicamus: Iste est draco qui de paradiso eiectus est:q decepit Euā: & datus est in hoc mundo ad illudendū nobis. Quantos enim monachos,& clericos præcipitauit. Leuiathan

o ¶Omnia à te expectant vt des illis escam in tēpore &c.) Quia omnia dei nutu viuūt. p ¶Auferes spiritum ipsorum & deficient: & in puluerem suū reuertentur.)Consummationem mundi significat:quādo præcepto dei omnia exterminantur:sicut scriptū est: Terra es & in terrā ibis. Gene.3.d.

q ¶Emitte spiritū tuum & creabuntur.)In die consummationis. Si spiritus creat:ergo de⁹ est. Ita E enim creat,quomodo & pater.

r ¶Sit gloria domini in seculū.) Ergo & nos qui glorificam⁹, sempiterni erimus. s ¶Lætabitur dominus in operibus suis.)Lętitia est enim domini, quando nos creatura ipsius, benedicim⁹ eum in die resurrectionis. t ¶Qui respicit terram, & facit eam tremere.) Tremet enī terra nostra in die iudicij. Significat autē peccatores terrenos. u ¶Qui tangit montes & fumigant.)Si montes fumigant: quātomagis terra? Sancti fumigāt: quoniam omnes per ignem saluabimur. Nō enim haberent fumum, nisi ignis esset.

x ¶Cātabo domino in vita mea: psallam deo meo quandiu sum.) Quemadmodum & alibi dixit: Dimitte me vt refrigérer priusquam abeam, & amplius nō ero. Psal.38.c.

Dimitte me paululum temporis: vt agam pœnitentiam pro peccatis meis: quoniam in inferno non est qui possit confite F ri peccata sua. y ¶Iocundum sit ei eloquium meum.) Iocundum sit ei vt meritò aliquis possit laudare & benedicere deum. Optatiuo modo dixit,nō imperatiuo. z ¶Ego verò delectabor in domino.) Beati qui post iudicium hoc dicunt: a ¶Deficiant peccatores à terra.) Non dixit vt peccatores pereant,sed ipsum peccatum,vt non appareat. Peccato autem non apparente:vtique iam non sunt peccatores:sed omnes iusti inuenientur. b ¶Et iniqui ita vt non sint.) Scilicet iniqui, sed iusti.

c ¶Halleluia.)Iste psalmus maximè patrum replicat historiam:sed spiritualiter debet intelligi. Omnia enim quæ con 1.Cor.10.c tingebant antiquitus, in figura contingebant: vt nos eruditemur.

Psalmus CIIII.

d COnfitemini domino,& inuocate nomen eius.)Confitemini & dicite:quoniam peccatores sumus. Tu autem misericors,& misereris nobis. Et inuocate nomen eius: Vt nō fingamus idola in cordibus nostris, sed dominum nostrum inuocemus:& ipse erit redemptio nostra.

e ¶Annunciate inter gentes opera eius.)Erubescāt Iudæi q dicūt in Israēl tātū facta esse mirabilia & opera ei⁹. f ¶Cātate ei & psallite ei.)Qui intelligit sanctas scripturas : & in lege domini meditatur iugiter:& mens eius contēplatur cœlestia:hic canit deo. Qui aūt habet in se oēs virtutes:hoc est,

G operarius est boni operis: hic quasi cithară cõponens virtutum, psallit domino. a ¶ Narrate omnia mirabilia eius.) In cẽtesimo sexto psalmo dicit: Qui descẽdunt mare in nauibus: facientes operationẽ in aquis multis. Ipsi viderũt opera domini: & mirabilia ei⁹ in profundo. Si ĩ naui nostra corporali transierimus illęsi: & nusquã nos tempestas opprimit: nec in petrã offendemus, & frangamus nauẽ nostrã: possum⁹ narrare mirabilia dei. Et reuera grande miraculũ est, transire mudum istum sine macula. b ¶ Laudamini in nomine sancto ei⁹.) Prophetat enim de populo gentiliũ. Hoc est, vt sim⁹ & vocemur Christiani, ex nomine dñi nostri Iesu Christi. c ¶ Lętetur cor quęrentium dominũ.) Gaudeant monachi: quoniam quærentium dominum lætantur corda. Si quærentium: quanto magis eorum q inueniunt eum? Qui enim eum inueniunt, immobiles sunt.

d ¶ Quærite dñm & confirmamini.) Anteq̃ quæreremus dñm, infirmi eramus. Nunc autẽ quærentes, firmi & fortes sumus. Si autem & inuenerim⁹: quanto magis perfecti erimus? e ¶ Quęrite faciẽ eius semper.) Hebræis quidem scriptum est, vt ter in anno appareant coram domino. Et quæ iustitia hæc erat? quid autẽ grande aliquid faciebant, ter in anno apparere in conspectu dei? Ibi ad paruulos loquebatur: hic autem propheta dicit credentibus in deum, semper eum quærere, quemadmodum & in euangelio scriptũ est: sine intermissione orate. f ¶ Mementote mirabilium eius quæ fecit.) In Aegypto, & in mari rubro, & in deserto. g ¶ Semen Abraham serui eius: filij Iacob, electi ei⁹.) Si quis est semen: non iam filius: secundũ quod in euangelio scriptũ est: Si filij Abrahã essetis, opera patris vestri faceretis. Ergo quod gloriantur non sunt, & si semen sunt. Serui sunt sub timore constituti: nõ habentes perfectam charitatẽ quæ foras mittit timorem. Nos filij sumus Iacob, eius qui supplantauit fratrem suum, & tulit primitiua eius. Multi autẽ vocati: pauci verò electi. h ¶ Et pertransierũt de gẽte in gentẽ.) Multi putant quòd de captiuitate dicat Iudæorum. Non est ita. De Abrahã enim dicit: Exiit de terra Chaldæorũ, & venit in Mesopotamiã, & de Mesopotamia in terrã repromissionis, & iterũ in Aegyptũ. i ¶ Et de regno ad populum alterũ.) Multa regna transimus vt perueniamus ad terrã repromissionis. k ¶ Non permisit hominem nocere eis.) Pharaonẽ vt noceret Abrahã in Sara, nec Abimelech Isaac & Rebecca. l ¶ Et corripuit pro eis reges.) Et idipsum dicit, Pharaonẽ & Abimelech. m ¶ Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari.) De ipsis patriarchis dicit: Erubescant ergo Iudæi, qui dicunt, qm̃ si non aliquis vngat regali vnguento: nõ potest Christus vocari. Hoc enim dicũt quoniã dominus noster nõ est Christus: quia non est vnctus vnguento regali. Ecce ante legem patriarchæ non vncti regali vnguento, Christi⁹ dicuntur. Christi autẽ sunt qui spiritusancto vngũtur. Ergo & dominus noster iustè vocat Christus. Quod illi negant, euntes cõtra scripturas. n ¶ Et vocauit famem super terrã.) Sæpius euenit vt quæ putant contraria esse: hæc prouidentia dei pro vtilitate fiant. Nisi enim fratres Ioseph zelati fuissent eum, si non vendidissent eum:

a te ei: narrate omnia mirabilia eius: b laudamini in nomine sancto eius. Lætetur cor
c quærentium dominum: quęrite dominũ,
d & confirmamini: quęrite faciem ei⁹ sem-
e per. Mementote mirabilium eius quæ fe-
f cit: prodigia eius, & iudicia oris eius. Se-
g men Abraham serui eius: filij Iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia ei⁹. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes. Quod disposuit ad Abrahã, & iuramẽti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israël in testamentum æternum. Dicens, tibi dabo terram Chanaan: funiculũ hęreditatis vestræ. Cùm essent numero bre-
h ui: paucissimi, & incolæ eius. Et pertrãn-
i sierunt de gẽte in gentem, & de regno ad
k populum alterum. Non rẽliquit hominẽ
l nocere eis: & corripuit pro eis reges. No-
m lite tãgere Christos meos, & in prophe-
n tis meis nolite malignari. Et vocãuit famem super terram, & omne firmamentũ
o panis contriuit. Misit ãte eos virum: in
p seruum venũdatus est Ioseph. Humilia-
q uerunt in compedibus pedes eius: ferrum
r pertrãnsijt animam eius: dõec veniret
t verbum eius. Eloquiũm domini inflãma-
u uit eum: misit rex & soluit eum: princeps
x populorum, & dimisit eum. Cõstituit eũ
y dominũ domus suæ, & principem õmnis
z possessionis suę. Vt erũdiret principes ei⁹
a sicut semetipsum: & senes eius prudentiã
b doceret. Et intrãuit Israël in Aegyptũ, & Iacob

quomodo descenderet in Aegyptum? Si non fames facta fuisset, quomodo patriarchæ descenderent in Aegyptum, & cognoscerentur à fratre suo? Quomodo Pharao percuteretur decem plagis? Quomodo exirent de Aegypto? Quomodo in eremo de petra exirẽt aquę: quomodo mysteria quę in deserto facta sunt ĩ figura: nos ea spiritualiter intelligeremus? Si non iudas dominũ prodidisset: quomodo nos saluaremur? Si non Iudæi crucifixissent, & increduli fuissent: quomodo nos crederemus? Ioseph ergo iuit ĩ Aegyptũ, præparare hospitium & alimẽta fratribus suis. o ¶ Misit ante eos virum.) Ipsum dicit Ioseph.

p ¶ In seruũ venundatus est Ioseph.) Bene natus & sanct⁹ vir vẽditur. q ¶ Humiliauerunt in compedib⁹ pedes eius.) Quia noluit cõsentire dominæ Aegyptię. Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, sed nõ potuerunt iustitiã humiliare: Sedecim enim annorum cùm esset, adamatus est à domina, & in tali ætate cõstitut⁹, quæ magis voluptati dedita est, noluit consentire iniquitati, sed magis timuit periculum animæ. r ¶ Ferrum pertransijt animam eius.) Ferrum ipsum dicit peccatum, quod occidit animam. Aliter. Quia in periculo erat, accusatus à domina in tali crimine. Ardebat enim domina in eum, sicut scriptum est: Omnes adulterantes, sicut cliban⁹ corda ipsorum. s ¶ Donec veniret verbum ei⁹.) Verbum ipsius domini dicit: qui eum liberauit. t ¶ Eloquium domini inflammauit eum.) Nisi enim inflammatus esset spiritusancto: non poterat libidinẽ vincere. Spiritus enim domini inflãmauit eũ, & extinxit ignem libidinis. u ¶ Misit rex & soluit eum.) Secũdum literam Pharao misit, & soluit eum. Aliter: Si aliquis tentatur à libidine, nisi domin⁹ apparuerit, & soluerit eũ: non potest effugere peccatũ. x ¶ Misit rex, & soluit eum: princeps populorũ, & dimisit eũ.) Rex ac princeps, pater accipitur: vt illud, Rex magnus super omnem terram: & illud: Domin⁹ princeps noster: dominus iudex noster. Ipse ergo misit angelum suum qui reuoluit lapidẽ ab ostio monumẽti, & dissoluit sudaria funeris eius. Ipse quoque paterna virtute, deuicta morte, ab inferno remissus est. Nihil hic negligenter sentiendum aut putãdũ: quia ab angelis susciatus est. Minor⁹ est enim paulominus ab angelis: cùm vt homo susceperit mortẽ. Nam in resurrectione vt deus verus, angelico vsus est ministerio. Regnũ hoc ac principatus: nec ad Pharaonem pertinebit, qui exterminator est, nec ad illũ qui tantum princeps coquorum est. y ¶ Constituit eum dominum domus suæ.) Ecclesiæ eius sanguine acquisitæ. z ¶ Et principem omnis possessionis suæ.) Quam à diaboli abstraxit potestate. a ¶ Vt erudiret principes suos sicut semetipsum, & senes eius prudentiã doceret.) Principes ac seniores erant populorum apostoli, & sui à proprietate dicti, non à principatu, quos ipse sacris eruditit eloquijs. Nam & ipsos sacerdotum principes ac populorum seniores sæpius docens, erudiuit in templo: cùm eis diuinas aperuit scripturas. b ¶ Et intrauit Israël in Aegyptum: & Iacob incola fuit in terra Cham.) Omnis qui cœperit deum videre mente, vel vitia supplantare, in tribulationem descendit, & inter gentes aduersas inhabitat.

¶ Et auxit

Exo. 23. b.

1. Thes. 5. c

Ioan. 8.

1. Ioã. 4. d

Gen. 12. & 20. a.

K

L

Osee. 7. a

M

Psal. 46. b

Marc. 15. d

Psal. 8. b.

& Iacob accola fuit ī terra Cham. Et auxit
a populum suum vehementer,& firma-
b uit eum super inimicos eius. Conuertit
cor eorum vt audirent populum eius, &
c dolū facerēt in seruis eius: Misit Mōysen
seruum suum,Aaron quem elegit ipsum.
d Posuit in eis verba signorum suorum, &
e prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras
f & obscurauit,& nō exacerbauit ser-
g mones suos. Conuertit aquas eorū in san
h guinem,& occīdit pisces eorum. Edidit
i terra eorum ranas : in penetralibus re-
k gum ipsorum. Dixit,& venit cynomyia,
l & cinifes in omnibus finibus eorum. Po-
m suit plūuias eorum grādinem,ignem cō-
n burentem in terra ipsorum. Et percussit
o vineas eorum & ficulneas eorum,& con-
triuit omne lignum finium eorū. Dixit,
p & venit locusta & bruchus: cuius nō erat
numerus. Et comedit omne fœnū in ter-
ra eorum, & comedit omnem fructū ter-
q ræ eorum. Et percussit omne primogeni-
tum in terra eorum : primitias omnis la-
r boris eorum. Et eduxit eos cum argento,
& auro,& non erat in tribubus eorum in-
f firmus. Lætata est Aegypt9 in profectio-
ne eorum:quia incubuit timor eorum su-
t per eos. Expandit nubem in protectionē
eorum,& ignem vt luceret eis per noctē.
u Petierunt,& venit coturnix,& panē cœli
y saturauit eos. Dirupit petrā & fluxerunt
aquæ:abierunt in sicco flumina. Quoniā
z memor fuit verbi sancti sui:quod habuit
a ad Abraham puerum suū. Et eduxit po-
pulū suū in exultatione,& electos suos in
b lętitia. Et dedit illis regiones gētiū,& la-
c bores populorū possederūt. Vt cūstodiāt
iustificationes eius:& legē eius requirāt.
d Halleluia Halleluia. Psal. CV.
e Confitemini domino quoniam bo-
nus:quo-

a ¶Et auxit populum suum vehemēter:& firmauit eum su-
Deut.10.b per inimicos eius.) Quoniam in septuaginta quinq; animabus descenderunt in Aegyptum:& sexcenta milia exierunt de Aegypto. Vide mysterium. Qui quondā erant numero breui:nunc aucti,& firmati dicuntur. Augentur autem,& cōfirmantur iusti à domino,ne eis aduersæ prævaleant potestates.
b ¶Cōuertit cor eorum,vt odirēt populum eius,& dolum facerēt in seruis eius.)Scilicet,vt cōtemplarētur iniquitates eorum.
c ¶Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum.)Legē vtiq; & sacerdotium. d ¶Posuit in eis verba signorum suorū, & prodigiorum in terra Cham.) Attende ô Iudæe,qui secundum literam dicta intelligis:Nunquid Moyses & Aaron in terra Cham acceperunt mandatum de signis, & non potius in terra Madian? Aut in terra Cham fecerūt prodigia,& non in Aegypto? Sed vt intelligas hæc per legē & sacer-
B dotium vsque hodie inter gentes incredulas agi:ideo propheta terram posuit Cham. e ¶Misit tenebras & obscurauit eos.)Cœperunt eis exponere arcana mysteriorum dei,& claritas mūdanæ sapientiæ obscurata est. Sic e-
1.Cor.1.d. nim alibi:Comprehendā sapiētes in astutia eorum. f ¶Et exacerbauit sermones eius.) Quia duri eis erant: sicut quosdam euangelium dixisse refert: Du-
Ioan.6.f. rus est hic sermo:quis eum audire possit? g ¶Conuertit aquas eorum in sanguinem.)Vt qui seducendo sanguinē effuderāt paruulorum,ipsi deinceps pro aquis cruorem haurirent. Sed maximè hic versiculus hæreticos respicit.
h ¶Et occīdit pisces eorū.)Qui inter fluctuosas huius mundi fœlicitates regnum esse putabant.
i ¶Et dedit terra eorum ranas in penetralib9 regum ipsorum.)
C In ranis, poētarum carmina designantur:qui à catholica regula discrepantes,regum terrenorum corda, deceptionum fabulis replent. k ¶Dixit,& venit cynomyia.)In cynomyia:id est, canina musca,quæ in cœno ac stercore volutatur,luxuriam indicat:quæ plerūq; compressa pullulat. Sicut Petrus,inquit,
2.Pet.2.a. apostolus:Canis reuersus ad vomitum,& sus lota à squalore cœni. l ¶Et cinifes in omnibus finibus eorum.) In cinifes, dialecticæ artis stimulus intelligitur:quæ licèt paruū videatur habere seductionis aculeū,grauissimè tamen sauciat mētes humanas. m ¶Posuit pluuias eorum in grandinem.) Vt diuinis arguerentur verberibus. n ¶Ignem vrentē in terra eorum.)Non illuminantem,sed vrentem: quia sanctus ignis iustos illuminat:peccatores exurit. o ¶Et percussit vineas eorum,& ficulneas eorū & contriuit omne lignum finiū eorum.) In vineis ficulneisq; ac reliquis lignis:omne humanū genus ostendit plagis cœlestibus verberatum,ob emēdationis causam. p ¶Dixit,& venit locusta & bruchus: cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnū in terra eorum,& comedit omnem fructum terræ eorum.)In fœno fructuq; reliquo terræ, castigationē humanam docet. Datur enim potestas aduersæ parti:vt noceat hominibus qui nolunt
Apoc.9.d agere pœnitentiam,sicut Apocalypsis docet. q ¶Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti primitias omnis laboris eorum.) Principalia vitia: quæ homines ceu primogenitos diligebant. r ¶Et eduxit eos in argento,& auro:& non erat in tribubus eorum infirmus.) His plagis Aegyptum,id est,vel hoc seculum,vel humanam carnem verberat. Sed educuntur animæ in argento confessionis lucidæ,& auro puritatis splendidæ: sublata omni infirmitate peccati.
f ¶Lætata est Aegyptus in profectione eorum:quia incubuit timor eorum super eos.) Cohabitante enim luce,non poterant opera tenebrarum exercere: quia omnis qui malè agit,odit lucem. Ioan.3.c.
t ¶Expandit nubem in protectionem eorum,& ignem,vt luceret eis per noctem.)Nubem & ignem, spiritumsanctum dicit: qui nos & ab æstu diei defendit, & in nocturnis tenebris illuminat. u ¶Petierunt carnem & venit coturnix.)Ex hac enim coturnice satiatus Israēl nauseat.
D Vnde cauēdum est:ne qui se sentit liberum ex Aegypto: illuminatum à spiritu sancto: rursum desideret ollas Aegypti,id est,cōcupiscentias carnis,quæ ei generant fatuitatē,vel vitia. Quia ne- Luc.9.g.
E mo ponēs manū in aratro,& respiciens retro, aptus est regno dei. x ¶Pane cœli saturauit eos.)Sicut enim illi de cœlis fluente manna refecti sunt: ita nos hodie ī ecclesia corpore agni accepto reficimur. y ¶Dirupit petram,& fluxerunt aquæ,& abierunt in sicco flumina.) Percussus est enim ille lapis precio-
F sus,angularis,& immensos nobis protulit fōtes,qui nostros errores abluunt,& ariditates irrigāt.
z ¶Quoniā memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerū suū.) Impleuit enim non de seminibus: sed de semine eius:id est,de Christo promissionem suam. Nā deus natus ex virgine:sua morte deuicit mortem: per quā nūc quod Abrahæ promissum erat in spe: ecclesia susce-

pit in specie. a ¶Et eduxit populū suū in exultatiōe,& electos suos in lætitia.)Sēper enim victores ac liberi,canticū in lętitia & exultatiōe cōcelebrāt:sicut Moyses,Maria,vel Debbora. b ¶Et dedit eis regiones gētiū:& labores populorū possederūt.)Animas sanctas & corpora in quibus prius peccatū regnabat. c ¶Vt custodiāt iustificationes eius:& legē eius requirant.)Vt cum iustitia viuant,& mysteria legis diligenter intelligant. Et nos dominum deprecemur,vt deletis gentibus noxijs coram facie nostra,ipse dux nostri fiat itineris:vt in eo iugiter exultantes:in terram repromissionis mereamur induci,& in regno eius asciti,valeamus cū sanctis ei9 lætitia sempiterna gaudere:quia ipsi est cum æterno patre & spiritusancto honor & gloria,in secula seculorum. Amen.
d ¶Halleluia halleluia.) Iste psalmus pœnitentes roborat, negligētes arguit:misericordiā repromittit. Hāc regulā de- Regula
bemus tenere,vbicūq; duo Halleluia prescribūt in psalmo,vt vnū de fine sciam9 esse prioris psalmi,& alterū eius q sequit.

e Psalmus CV.

Confitemini domino quoniam bonus.) O vos qui grauiter peccatis, & desperatis de vestra salute,&

G lute,& putatis quoniã propter magnitudinẽ peccatorum nõ poteſtis veniã adipiſci:ego vobis precipio,hoc eſt,propheto: confitemini domino quoniã bonus. Grandia ſunt peccata veſtra:ſed magnus eſt dominus,qui miſeretur veſtri. Confitemini ergo domino. Pœnitentiã agite:nolite deſperare de ſalute veſtra:benignus eſt domin⁹.

Confitemini domino qui habetis grandia peccata. Nolite confidere inveſtra virtute:ſed in miſericordia domini. a ¶Quoniam in ſeculũ miſericordia eius.) Vi-
Pſal.6.b. dete quid dicat in ſeculum. In inferno autẽ quis confitebitur domino? Nemo eſt enim qui poſſit in inferno agere pœnitẽtiam. Dũ eſtis in hoc ſeculo: hortor vos agere pœnitentiã. Cõfitemini ergo domino: quoniam in iſto tãtũ ſeculo miſericors eſt. Hic miſereri poteſt pœnitenti:quia ibi iudex eſt,non eſt miſericors. Hic miſericors eſt: ibi iudex eſt. Hic porrigit manum cadẽti:ibi ſedet iudex. Hoc autem totum dixi ad eos qui dicũt,quoniam in infer-
H no eſt pœnitentia. b ¶Quis loquetur potentias domini.) Nemo dignus eſt prędicare potẽtias patris,niſi fili⁹. Nemo poteſt potentiam patris loqui,niſi ille qui & ipſe potens eſt. Potẽtias potẽtis ipſe qui potẽs eſt,poteſt prædicare & loqui. c ¶Auditas faciet omnes laudes eius.) Anteq̃ dominus noſter in euãgelio prædicaret:laudes patris nõ erãt auditæ in mũdo. Omne quod in legeveteri ſcribitur,ſi ſpiritualiter intelligatur: hoc poteſt de patre intelligi. d ¶Beati qui cuſtodiunt iudicjũ,& faciunt iuſtitiam in omni tẽpore.) Rectè Dauid id dicere poterat,& ipſe iudiciũ fecerat,& iuſtitiã:ſed quoniam non fecit in omni tẽpore: propterea cecinit. Quid enim dicit? Beati qui cuſtodiunt iudiciũ,& faciunt iuſtitiã in omni tẽpore. Quid enim prodeſt alicui viginti annis eſſe in continentia,& poſtea cadere? Se-
Ezech.33. cũdũ quod ſcriptũ eſt in propheta: nõ proderit iuſtitia iuſti in quacunq; die errauerit:non eum liberabit,nec ſaluabit. Et peccatum peccatoris non ei nocebit:in quacunq; die conuer-
I tatur,& agat pœnitentiã. Neq; iuſtus debet eſſe ſecurus,neq; peccator deſperare debet de ſua ſalute. In vtroq; enim eorũ, & timor eſt,& ſpes. Qui facit iuſtitiã. Iuſtitia dominus noſter eſt. Iuſtitia enim domini:dominus noſter dicitur,& ſaluator. Beatus ergo qui facit iuſtitiã: hoc eſt,qui facit Chriſtum. Quomodo ergo facimus Chriſtũ:hoc eſt,iuſtitiam? Si iuſtè agamus:concipitur in nobis iuſtitia,& paritur ex nobis iuſtitia,& ſumus mater iuſtitiæ. Fœlix eſt & beatus qui omni tẽpore,& pater,& mater eſt iuſtitiæ. e ¶Memẽto noſtri dñe in beneplacito populi tui.) Quod dicit beatus Dauid,hoc eſt:Scio domine veterem legẽ: Beatitudo perfecta nõ eſt in veteri lege:ſed in euangelio. Scio quoniã prior populus offendit te: & nouus populus creatur, qui ſeruiat tibi. Scio quia veniet filius tuus,& ſaluabit omne gen⁹ humanũ: & credent in eũ,qui electi erunt. Propterea ergo rogo quoniã ego prius natus ſum inveteri lege,vt imputes mihi mercedẽ cum nouo populo. Videtur noſtra eſſe ſententia hæc. Legamus ipſos verſiculos,& inueniemus ipſum ſenſum eſſe quẽ dixi-
mus. f ¶Viſita nos in ſalutari tuo.) Hoc eſt,in filio tuo, quando venerit. g ¶Ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ.) Hoc eſt,da nobis partẽ cum apoſtolis. Quoniã nos quidem anteceſſimus eos in tempore:illi verò antecedent nos in ſpiritualibus: hoc eſt,vt videamus bonitatẽ tuã quã facturus

a nus:quõniã in ſeculum miſericordia eius.
b Quis loquetur põtentias domini: audi-
c tas fãciet omnes laudes ei⁹? Beati qui cu-
d ſtõdiunt iudicium,& faciunt iuſtitiam in
e omni tempore. Mementõ noſtri domine
f in beneplacito populi tui:viſita nos in ſa-
g lutari tuo. Ad videndũm in bonitate ele-
h ctorum tuorum: ad lætãndum in lætitia
i gentis tuæ: vt laudẽris cum hæreditate
k tua. Peccauimus cum patrib⁹ noſtris:in-
l iuſtè egimus,iniquitatem fecim⁹. Patres
m nõſtri in Aegypto non intellexerunt mi
n rabilia tua:non fuerũnt memores multi-
o tudinis miſericordiæ tuæ. Et iritãuerunt
aſcendentes in mare rubrum. Et ſaluauit
eos propter nomen ſuum:vt notam face-
p ret potentiam ſuã. Et increpuit mare ru-
q brum,& exiccatum eſt: & deduxit eos in
r abyſſis ſicut in deſerto. Et ſaluauit eos de
manu odientium, & redemit eos de ma-
s nu inimici. Et operuit aqua tribulantes
t eos:vnus ex eis non remanſit. Et crẽdiderunt in verbis eius: & laudauerunt laudẽ
u eius. Citò fecerũnt,obliti ſunt operũ ei⁹,
x & nõn ſuſtinuerunt conſilium eius. Et
y concupierũnt cõcupiſcentiã in deſerto:&
z tentãuerunt deum in inaquoſo. Et dedit
a eis petitiõnem ipſorum:& miſit ſaturita-
b tem in animas eorũ. Et iritauerũt Moyſen in caſtris: Aaron ſanctum domini.

Aperta

es cum electis tuis. h ¶Ad lætandũ in lætitia gẽtis tuæ.) K
Gens domini nos ſumus:ſi tamen gens ipſius ſumus. Populo, inquit,qui naſcetur quẽ fecit dominus. i ¶Vt laudemur cum hæreditate tua.) Hoc eſt,vt cum euãgelio & nos habeamus partẽ:qui in veteri lege facti ſumus. Abrahã enim pater Ioan.8.g.
noſter vidit diem tuum,& gauiſus eſt. Videamus ergo & nos,& gaudeamus cum hæreditate tua. k ¶Peccauimus cũ patribus noſtris.) Filij ſecuti ſumus patres. Hoc fecimus quod & patres noſtri fecerũt. Omnes enim ſub pec- Gal.3.d
cato concluſit: vt omnibus miſereretur. l ¶Iniuſtè egimus:iniquitatẽ fecimus.) Diligẽter animaduertite quid dicat: Peccauimus cum patribus noſtris,iniuſtè egimus,iniquitatẽ fecimus. Nũquid dixit ipiè egim⁹? Aliud eſt Peccator.
peccatorem eſſe,& iniuſtũ: aliud Impius.
eſt eſſe impiũ. Peccator frequenter vincitur infirmitate corporis: impius autẽ negat deũ. Propterea ergo quoniã ego non ſum impius,ſed peccator: propterea audeo rogare pro peccatis meis. L
m ¶Patres noſtri in Aegypto, non intellexerunt mirabilia tua.) Viderunt,& non viderũt. Viderunt carnalibus oculis: & ſpiritualibus oculis non viderũt. Non dixit,nõ viderũt: ſed, nõ intellexerunt. Illi enim viderũt mirabilia, & non intellexerũt. Non enim ea ſpirituali contẽplabantur intuitu. n ¶Et nõ fuerũt memores multitudinis miſericordiæ tuę.) Qualiter eos de manibus inimicorũ eripuiſti: Sed hodie quoque mirabilia facis domine: cùm nos à tenebris mundi ereptos dignaris illuminare. o ¶Et iritauerunt aſcendentes in mare rubrum: & ſaluauit eos &c.) Facta ſunt enim hæc in Iſraël. Sed animaduertendum eſt: quia quod ibi fuit vmbra,in eccleſia veritas eſt completa. Igitur baptiſmum vel crux Chriſti,pereuntibus ſtultitia eſt. Iritatur ergo ab his deus:cùm nõ intelligunt. Eruditi autem tunc cognoſcent potentiam dei. Mare autem duas habet intelligentias: baptiſmum ſcilicet & ſeculum. p ¶Increpauit mare rubrum,& exiccatum eſt.)
Deſiſtit coram populo dei procelloſum ſeculum: cùm co- M
gnouerit fontem vitę. q ¶Et eduxit eos in abyſſis ſicut in Exod.14
deſerto.) Tanquam ſi per ſicca deſerti gradiantur: ita nullis ſunt fluctibus occupati. r ¶Et ſaluauit eos de manu odiẽtium,& redemit eos de manu inimici.) Liberatio ac redemptio hominis: per paſſionem Chriſti facta eſt. ſ ¶Et ope- Ibidem.
ruit aqua tribulantes eos:vnus ex eis non remãſit.) Sic & nũc in noſtro baptiſmo fit. Abluitur homo aquis,& perit diabolus cum ſatellitibus ſuis. t ¶Et crediderunt in verbis eius: & laudauerunt laudem eius.) Quia victores erant. u ¶Citò fecerunt,obliti ſunt operum eius.) Multi enim in eccleſia malè viuendo,& non rectè ſentiendo de deo,perdũt baptiſmi gratiam. x ¶Non ſuſtinuerunt conſilium eius.) Vt cuſtodirent vitam quam prius elegerant. y ¶Et concupierunt concupiſcentias in deſerto.) In ſolitudine iſtius ſeculi. z ¶Et tentauerunt deum in inaquoſo.) Siccitas enim eis erat,quia non cognoſcebant ſancti ſpiritus irrigationem, in columna nubis quæ præcedebat eos. a ¶Et dedit eis petitiones eorum, & miſit ſaturitatem in animas eorum.) Vt ſpirituali cibo poculóque reficerentur. b ¶Et iritauerunt Moyſen in caſtris: & Aaron ſanctum dei.) Legem vtique & ſacerdotium ſtulti iritant: cùm dei præcepta, per eos nunciata, non audiunt.

Aperta

A a ¶Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationem Abiron: & exarsit ignis in synagoga eorũ, & flamma combussit peccatores.) Facta sunt hæc secundum literam. Sed & nunc eos deuorat terra & exardet ignis, qui terrena sapiunt & recedunt à mandatis dei: quos non illuminat gratia spiritussancti: sed accendit flãma peccati. b ¶Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile, & mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.) In deo enim debuerat esse gloria eorum: sed relicto eo, simulachro muto & surdo dantes
Exo. 32.a. gloriam, dicebant: Hi sunt dij tui Israel. Sic & nunc si quis relicta ecclesia sortes phytonesq; cõsulit: mutatur gloria eius, & simi
Daniel. 4. lis pecudi fit: sicut quondam Nabuchodonosor. c ¶Obliti sunt deum qui saluauit eos: qui fecit magnalia in Aegypto.) Vt ea plagis verberata populum li-
B beraret. d ¶Et mirabilia in terra Cham) Cùm derelictis gentibus, ipsos in eorum terra plantauit. e ¶Et terribilia in ma-
Exod. 14. ri rubro.) Vt Pharaone extincto, siccum populis præberet incessum. f ¶Dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. &c.) Attende hæc ò sacerdos: Perierat enim populus: nisi Moyses confregisset iram omnipotẽtis dei: & tu cùm videris populũ dei delinquentẽ: cane tuba: annuncia eis delicta eorum, & sta in confractione ad deum, vt auertatur furor eius ab eis.
g ¶Et pro pro nihilo habuerũt terram desiderabilem.) Quia istam transitoriam diligebant.
h ¶Et non crediderunt in verbis eius.) Quibus promisit regna cœlorum. i ¶Et murmu-
C rauerunt in tabernaculis suis.)
1. Cor. 10. d De murmuratione enim apostolus docet dicens: Nolite murmurare sicut quidam ex ipsis murmurauerunt: & à serpentibus perierunt. Nõ ergo murmuremus: ne nos dæmones venenosis morsib⁹ sanciẽt ac depascãt. k ¶Eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in regionibus.) Dispersi sunt enim Iudæi in diuersis partibus. Sed & ille dispergitur per diuersa, qui
Ephes. 4. c circunfertur omni vento doctrinæ, & in deum firma non consistit statione. l ¶Et initiati sunt sunt Beelphegor, & comederũt sacrificia mortuorũ. Qui deo se consecrare debuerant, idolo consecrati sunt. Et qui panem viuum esurire debuerant: mortuorum sacrificia comederunt. m ¶Et iritauerunt eum in adinuentionibus suis.) Quia peruersi erant. n ¶Et multiplicata est in eis ruina.) Ruina est cùm parietes domorum ruunt: quæ tunc multiplicatur cùm fuerint à fundamentis euersi. Ergo isti cũ fundamento, id est, cum ipsa legis litera in qua se putabant stare, diruti sunt: quia stabiliti non fuerunt super petram.

a Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super congregationẽ Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma
b combussit peccatores. Et fecerunt vitulũ in Horeb, & adorauerũt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem
c vituli comedẽtis fœnum. Obliti sunt deũ qui saluauit eos: qui fecit magnalia ĩ Ae-
d e gypto: mirabilia in terra Cham: terribi-
f lia in mari rubro. Et dixit, vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius. Vt auerteret iram eius ne disperderet eos, & pro
g nihilo habuerunt terram desiderabilem.
h Non crediderunt verbo eius, & murmu-
i rauerunt in tabernaculis suis: non exau-
k dierũt vocem domini. Et eleuauit manũ suam super eos: vt prosterneret eos in deserto. Et vt deijceret semen eorum in nationib⁹, & dispergeret eos in regionibus.
l Et initiati sunt Beelphegor: & comede-
m runt sacrificia mortuorũ. Et iritauerunt
n eum in adinuentionibus suis, & multiplica-
o cata est in eis ruina. Et stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad iustitiam in generatione, & generationem vsque in sempiternum. Et
p iritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerũt spiritum eius. Et di-
q r stinxit in labijs suis: non disperdiderunt gentes quas dixit dominus illis. Et com-
s mixti sunt inter gentes, & didicerũt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorũ:
t & factum est illis in scãdalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmo-
u nijs. Et effuderunt sanguinem innocentem: sanguinẽ filiorũ suorũ & filiarũ suarũ quas sacrificauerũt sculptilibus Cha-
x naan. Et interfectã est terra in sanguinibus, & cõtaminata est in operibus eorũ: & fornicati sunt in adinuẽtionibus suis.
y Et iratus est furore dominus in populũ suum, & abominatus est hæreditatẽ suã:
z Et trãdidit eos in manus gẽtiũ, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerũt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit
a b eos. Ipsi autem exacerbauerũt eũ in cõsilio suo:

o ¶Stetit Phinees & placauit, & cessauit quassatio. Et reputatum est ei ad iustitiam. &c.) Superius dixit Moysen in confractione stetisse: hic autem Phineen exorasse dicit. Quod di- D
ligenter auscultа sacerdos cui animæ commendatæ sunt: enagina gladium: interime fornicatores: hoc est, profer verbum, Num. 25. 2. Timot. 4. b.
insta importunè opportunè, argue, increpa, obsecra cum omni patientia & doctrina: vt tibi reputetur ad iustitiam. Quia qui reddiderit pretiosum ex vili, sicut os meum erit, ait dominus deus. p ¶Et iritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbauerũt spiritũ eius.) Aquæ contradictionis, aquæ baptismi accipiuntur: ad quas diabolo contradicitur & operibus eius. Post quas si quis coinquinauerit vitijs, vexatur sacerdos, pro eo quòd exacerbauerit spiritum dei per quem ille prædicat: sicut Paulus dicebat: Quis vitiatur, & 2. Corin. 11. g. Ephe. 4. g
ego non vror? De hõc etiam spiritu testabatur dicens. Nolite cõ- E
tristare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. q ¶Et distinxit in labijs suis.) Vt iugiter supplicaret pro eis. r ¶Non disperdiderunt gentes quas dixerat dominus illis.) Idololatriã vel diuersa facinora. s ¶Et cõmixti sunt inter gentes & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalũ.) Sicut enim sacerdoti exoranti pro populo ad iustitiam reputatur: ita his qui in desiderijs phanaticis conuertebantur, in scandalum. t ¶Et immolauerunt filios suos & filias suas dęmonijs.) Sensus & animas suas. u ¶Et effuderũt sanguinem innocentem: & sanguinem filiorũ suorum & filiarum suarum quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.) Tunc enim animæ sanguis F
effunditur: quando homo idolis deditus à dei cultura recesserit. x ¶Interfecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum, & fornicati sunt in adinuẽtionibus suis.) Tabe enim iniquitatis inficitur: cùm diuersis fornicationibus corpus hominis inquinatur. Ideo & ira dei in impios sæuit: vnde sequitur,
y ¶Et iratus est furore domin⁹ in populum suum, & abominatus est hæreditatem suam.) Quia reliquit eum. Et qui quondam fuerat plebs dei: facta est caterua diaboli. z ¶Et tradidit eos in manus gentiũ: & dominati sunt eorum qui oderunt eos: Et tribulauerũt eos inimici eorũ: & humiliati sunt sub manibus eorũ.) Sed dices tu ò homo: Nõ est recta via domini: qui nos in tãtis malis inclinari permittit. Sed quæso pspice: quia pro suis peccatores criminibus inclinãtur, & deus tãta pietate præditus est, vt semper dignetur impartiri præsidiũ: sicut sequitur: a ¶Sæpe liberauit.) Semper ille liberat: & tu nõ corrigeris? Adhuc plaga illata in ianuis astat: & tu non emẽdaris. b ¶Ipsi autem exacerbauerunt eum in cõsilio suo.)

Quod

G Quod habuerunt,vt relicto eo idola sequerentur. a ¶Et humiliati sunt in iniquitatibus suis.) Iam hi non à deo,sed à suis delictis humiliantur. Sed præcurrit solita miseratio,dicente propheta. b ¶Et vidit cùm tribularentur:& audiuit orationem eorum.) Docet enim & te quòd si conuersus ingemueris:protinus appropinquant celsis auribus eius,præces humilitatis tuę. c ¶Memor fuit testamenti sui.) Quod cum Abraham initiũ fidei nostræ pepigit. d ¶Et pœnituit eum secundum multitudinẽ misericordiæ suæ,& dedit eos in misericordias in cõspectu omnium qui ceperant eos.)Super pœnitentes enim pœnitet deus de malitia quã locutus fuerat,vt faceret,& non fecit,constituẽs te in sinu Abrahæ patris cuius es fidem secutus. Ideo & propheta exultans ait: e ¶Saluos nos fac domine deus noster.)Ne nobis vitia dominentur. f ¶Et cõgrega nos de nationibus.) Quia gens Hebræorum,in regionibus est dispersa.

H g ¶Vt confiteamur nomini tuo sancto,& gloriemur in laude tua.) In filio vtique: quia nomen filij laus tua est. h ¶Benedictus dominus deus Israël,à seculo & vsq; in seculum &c.) Meritò benedictus in secula, per quẽ facta sunt secula,& non solum facta sunt,sed etiam redempta. Qui & nunc nos recreare dignetur in salutari: id est,in Christo Iesu domino nostro,cui est cum ipso & spiritusancto honor,& gloria,in secula seculorum. Amen.

i ¶Halleluia.)Iste psalmus omnẽ causam cõditionis humanæ,quam vel delinquẽdo sumpsit,siue pœnitendo suscepit: siue multitudinem miserationum dei (vt in presenti ait:quis sapiens,& custodiet hęc:& tunc intelliget misericordias domini)narrare dinoscitur: sed & repulsionem Iudæorum,& vocationem gentium euidentissimè pandit.

Psalmus. CVI.

k COnfitemini domino quoniam bonus:quoniam in seculum misericordia eius.) Ideo confitemini ei pecca ta vestra:quia bonus est: & peccata dimittit. Si autẽ bonus non esset:non vobis diceret,confitemini. Et cõfitemini ei:quoniam in seculum misericordia eius. Hic est misericordia:cæterùm supra iustitia est. Quoniam in seculum misericordia eius. Quãdiu estis in seculo,cõfitemini. l ¶Dicant qui redempti sunt à domino:quos redemit de manu inimici.)Propriè devocatione gẽtium loquitur. Iste enim psalmus eorum habet sacramentum:qui redempti sunt in domini passione. Dicant qui redempti sunt. Ipse est enim saluator & redemptor & precium. Dicant qui redẽpti sunt. Ipse redemit:ipse dat precium sanguinem suum. Quare autem dedit precium sanguinẽ suum? Vt redimeret nos de manu inimici. Captiui enim tenebamur in manu diaboli. Propterea autem ille venit & redemit nos,vt liberaret de diaboli manu. Quos redemit de manu inimici,vt destruat inimicum & defensorem. Inimicus homo superseminauit zizania. Inimicus autem diabolus est. Inimicus est ipse & possessor. Propterea manu sua nos tenet:non quia diligit,sed quia odit. Quos redemit de manu inimici. Grandis maiestas,& grandis potentia sanguinis domini, qui soluit manum diaboli. Quomodo enim sunt aliqua animalia quæ stringunt aliquid intra se inclusum,quod dicunt & medici,& physici,vt nisi fractũ fuerit,à se non diuidit,nec dimittit illud quod intrinsecus clausum tenet:si autem missum fuerit oleum,statim dissoluitur, & quod strictum fuerat dissipatur,& diuiditur in partes: sic & manum durissimam diaboli soluit sanguis Christi. Nolebat nos dimittere diabolus: Sanguinem suum fudit dominus quasi oleũ misericordiæ,& per ipsũ nos liberauit. m ¶De regionibus congregauit eos.) Vide quàm grandis sit manus diaboli. Quos redemit de manu inimici. Hos autẽ quos redemit de manu inimici,in cunctis regionibus tenebantur in manu inimici. De regionibus congregauit eos. In toto orbe manus diaboli possidebat nos.

Naturale.

a lio suo:& humiliãti sunt in iniquitatibus
b suis. Et vidit cùm tribularẽtur, & audi-
c uit orationem eorum. Et memor fuit te-
d stamenti sui: & pœnituit eum secundum
multitudinem misericordię suæ. Et dedit
eos in misericordias,in conspectu omniũ
e qui ceperant eos. Saluos fac nos domine
f deus noster, & congrega nos de nationi-
g bus. Vt cõfiteamur nomini sancto tuo,
h & gloriemur in laude tua. Benedictus dominus deus Israël:à seculo & vsque in seculum,& dicet omnis populus fiat,fiat.
i Halleluia. Psalmus CVI.
k COnfitemini domino quoniam bonus:quoniã in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt
l à domino: quos redemit de manu inimi-
m ci:de regionibus congregauit eos. A solis
n ortu & occasu: ab Aquilone,& mari. Er-
o rauerunt in solitudine in inaquoso: viam
ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt. Esuri-
p entes & sitientes: ania eorũ in ipsis defecit.

n ¶A solis ortu & occasu: ab Aquilone & mari.) Videtur quidẽ quatuor dixisse climata: Oriẽtem,Occidentẽ,Meridiẽ,& Boream: hæc sunt quatuor climata mundi. Sed non ita psalmus continet. Hic em̃ habet:A solis ortu & occasu: Ecce duo climata. Ab Aquilone:hoc est,à septẽtrione: Ecce tria climata. Et mari. Mare vtique in Occidẽte est. Ergo videte quoniam Occidentẽ bis nominauit,& Meridiem nec semel. Quare igitur tria climata nominauit,& vnum noluit nuncupare? Legimus in Habacuc: Deus ab Austro veniet. De saluatore dicitur:quoniam deus natus est in Austro. A situ enim Hierusalẽ: Bethlehem in Austro posita est. Propterea dicitur,de ab Austro veniet. Si autẽ deus ab Austro veniet:quomodo nũc dicitur,A solis ortu & occasu,& ab Aquilone? Auster & Notus tacitus est. A solis ortu,& occasu. Amẽ,amẽ dico vobis:quia multi veniẽt ab Oriente,& Occidente,& recumbent in sinu Abrahæ:Filij autẽ generationis huius longè erunt. A solis ortu & occasu:vtiq; alienigenæ. Et ab Aquilone. Aquilo durissimus vẽtus est:nomine autem dexter vocatur. Ab Aquilone,inquit,exardescent mala super terrã. Mare legitur in Numeris,& in Exodo:& in omni scriptura sancta:& vbicunq; mare auditis,secundum climata semper intelligitur Occidẽs. A situ enim Hierusalem mare,hoc magnũ quod dicitur,in Occidẽte est. Videte igitur mysterium scripturarum. In isto loco bis Occidẽs nominatur,& nec semel Not⁹. Hoc quare dicitur? Quoniã populus Iudæorũ in isto psalmo non scribitur vocandus,sed tantum gentium. Deniq; quid dicit? o ¶Errauerunt in solitudine in inaquoso: viã ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes & sitientes.) Et vt sciatis quia propriè de vocatione gentium scribitur,& de expulsione Iudæorum: in sequentibus ipsius psalmi scriptum est:Posuit flumina in desertum:videlicet Iudæorũ. Errauerũt in solitudine in inaquoso. Diximus quæ essent aquę, diximus quæ essent flumina. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,esurientes,& sitientes. Exponamus quomodo gẽtium populus fuerit in deserto,vbi non erant aquæ:hoc est,in inaquoso,& quomodo viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,esurientes,& sitientes. De quibus dicitur,non inuenerunt:manifestum est quòd quæsierunt viam ciuitatis habitaculi,sed non inuenerunt. Quæsierunt ergo viam per quam venirent ad ciuitatem: esurientes quæsierunt & sitientes. p ¶Anima eorum in ipsis defecit.) Defecerunt scrutantes scrutinio. Defecerunt,quæsierunt: & non inuenerunt,& in esurie sua & siti,viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes,& sitientes. Multi fuerunt qui repromitterent istam viam quæ deduceret ad ciuitatem. Promisit Socrates, promisit Plato,promisit Aristoteles. Hæmorrousa quæ fluebat sanguine,multos quæsiuit medicos,& à nullo sanari potuit. Viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Doctrina illorum magis famem faciebat veritatis,q̃ saturitatẽ. Hęmorrousa totam substantiam suam impẽdit in medicos. Esuriẽtes & sitientes,anima eorũ in ipsis defecit. Sed quoniã perdiderat suã vniuersam substantiã: hoc est,ecclesia de gentibus cõgregata:quia anima eius in ipsa defecit: clamauit ad dñm cùm tribularetur. Tactus fimbriæ dñi:clamor credẽtis fuit.

Et clama-

K

Habac.3.a

L

Mat.8.b.

Hier.1.c

M

Psal.63.b.

Luc.8.f

A a ¶Et clamauerũt ad dñm cùm tribularẽt:& de neceſſita-
Pſal. 119.a tibus eorũ eripuit eos.)Ad dñm,inquit,cùm tribularer cla-
maui,& exaudiuit me.Tũc exaudimur à dño,quãdo nõ ſim-
plex vox,ſed tribulatio clamat ad dñm. b ¶Et deduxit eos
in viã rectã,vt irent in ciuitatẽ habitatiõis.)Quia viã ciuita-
tis habitaculi nõ inuenerũt: propterea deduxit eos in viam rectã.
Ergo oſtendit: quia antè inuenerunt quidẽ vias,ſed prauas,& nõ
rectas. Et deduxit eos in viam rectam. Via deduxit eos in viã. Ipſe
dominus atque ſaluator deduxit eos in viam rectã:fecit eos,vt in ſe
ambularẽt:Ipſe & ductor,& via.
Et deduxit eos in viam rectam,vt
per hanc viam:hoc eſt,per domi-
num ſaluatorem irent in ciuitatẽ
habitatiõis,in eccleſiam eius quæ
fundata fuerat ſuper ipſum:& pe
tram,& viam atq; ductorem. Si-
mulq; conſiderandũ: quia in iſto
pſalmo tertio dicitur: c ¶Cõ-
fiteantur domino miſericordiæ
eius,& mirabilia eius filijs homi-
B num.Quia ſatiauit animam ina-
nem,& animam eſurientẽ ſatiauit
bonis.)Eosqui inanes erãt à gra-
tia ſua,& famem verbi patiebantur: bonis cœleſtibus ſatiauit.
d ¶Sedentes in tenebris,& vmbra mortis:vinctos in mẽdicita-
te & ferro.) Vinctum enim erat genus humanum catenis crimi-
num, & carceri diaboli mancipatum. Et cur hoc accidit? Vide
quid ſequitur. e ¶Quia exa-
cerbauerunt eloquium domini.)
Quæ mãdauerat,non cuſtodien-
tes. f ¶Et conſilium altiſſimi
irritauerunt.) Quod dederat vt
eligerẽt vitã. g ¶Et humiliatũ
eſt in laboribus cor eorũ.)Quia
nõ exaltabantur in operibus dei.
h ¶Infirmati ſunt,nec fuit q adi-
uuaret.) Eo quòd ĩ deũ firmi nõ
eſſent:nec eũ requirerent,qui ve-
rus eſt medicus. i ¶Et clama-
C uerunt ad dominum dum tribu-
larentur,& de neceſſitatibus eo-
rum liberauit eos.) Defecit poſt
originale peccatum,humanũ ge-
nus:iterata vice non obſeruãs le-
gem traditam per Moyſen, ſed
& de hac neceſſitate illud eri-
puit. k ¶Et eduxit eos de te-
nebris &c.)Et ob id l ¶Con-
fiteantur domino miſericordiæ
eius,& mirabilia eius filijs homi-
num.)Et cur eius,vel miſericor-
diæ confitendæ ſint,vel mirabilia prædicentur,ſequẽtia do-
cent. m ¶Quia contriuit portas æreas,& vectes ferreos
Lucæ.1.g. confregit.) Viſitauit enim nos oriens ex alto:& illuminauit
errorum tenebras,diſrupitq; catenas legis,vt libero arbitrio
ſeruiremus. n ¶Suſcepit eos de via iniquitatis eorum.)
Obſeruauerat igitur diabolus validiſſimis ſeris ſuarum ædiũ
æreas valuas: ne ab eius iure egredi valeret genus humanum.
Quę omnia,vt diximus,ſua dominus viſitatione cõtriuit,ſu-
ſcipiens eum in ſe. o ¶Propter iniuſtitias enim ſuas hu-
miliati ſunt.)Vt exaltarentur in eo. p ¶Omnẽ eſcã abo-
minata eſt anima eorum:& appropinquauerunt vſq; ad por-
tas mortis. Et clamauerunt ad dominum cùm tribularẽtur:
& de neceſſitatibus eorũ liberauit eos.)Sed vide qualiter eos
liberauerit:quia omne verbum vitæ,quod prophetæ prænũ D
ciauerunt, abominati ſunt:& appropinquauerunt morti.
q ¶Tunc miſit verbum ſuum,& ſanauit eos.)Ipſum filium,
qui in principio erat verbum:qui in euangelio ſanat omnem
languorem,& omnem infirmitatem in plebe. r ¶Et eri-
puit eos de interitionibus eorũ.)
In quibus ſe ipſi demerſerant.
ſ ¶Confiteantur domino miſe-
ricordiæ eius.) Quibus excelſus
ſe humiliauit: quibus deus homo
factus eſt:quibus immortalis pro
mortalium vita ſubditur morti.
t ¶Et mirabilia eius filijs homi-
num.)Quia inferni æreas portas
vectesq; confregit:quia rediit vi-
ctor ad ſuperos:quia remeauit ad
cœlos. u ¶Et ſacrificẽt ſacri-
ficium laudis.) Ceſſent hirci &
vituli:quia deus ſacrificiũ de pu-
ro corde requirit. x ¶Et an-
nuncient opera eius in exulta-
tione.)Cum gaudio cunctis cho-
ris annũcient:qualiter eos ſua vi-
ſitatione ſaluarit. y ¶Qui de-
ſcendunt mare.) Id eſt,ſeculum. E
z ¶In nauibus.)In eccleſijs,quæ
Chriſtum portant,& à fluctibus
huius mũdi tundũtur. a ¶Fa-
cientes operationẽ in aquis mul-
tis.)In populis.Sed & ad apoſto-
los hęc referenda ſunt. b ¶Ipſi
viderunt opera domini:& mira-
bilia eius in profundo.) In pro-
funda enim caligine, per eorum
prædicationem lumen veritatis
illuxit:& viderunt,operante do-
mino,in tenebris denſiſſimis cla-
rere lumen veriſſimæ trinitatis.
c ¶Dixit,& ſtetit ſpiritus pro-
cellæ.) Ceſſauit mundana tenta-
tio.Sic & in naui dormiẽs domi- Mat.8.c.
nus, cùm excitatus à diſcipulis
fuiſſet,imperauit vento:& mare
ſiluit. d ¶Et exaltati ſunt flu-
ctus eius.)Suſpenſi ſunt,ne noce-
rent:id eſt,huius diabolicæ tẽtationis motus,quos iniqui cõmo-
uent ſuper iuſtos. e ¶Aſcen- F
dunt vſq; ad cœlos.) Eleuãtur in
ſuperbijs ſuis,ad ſanctorum iniu
riam. f ¶Et deſcendunt vſq;
ad abyſſos.) Humiliantur in con
feſſione.Et vt intelligas figura-
liter hoc de malis hominibus dici,
ſequitur: g ¶Anima eorũ in
malis tabeſcebat.) Fluctus enim
aquarum,animã non habent. Sed
tabeſcit anima: cùm verberata
plagis cœleſtibus, ſe peccaſſe &
ſanctis iniuriam intuliſſe cognoſcit. h ¶Turbati ſunt,&
moti ſunt ſicut ebrius.)Nihil enim lætum,nihil ſtabile,nihil
ſobrium eorum ſenſus habebat. i ¶Et omnis ſapiẽtia eo-
rum deuorata eſt.) A ſapientia veri dei:ſicut quõdam draco Exod.7.b
Moyſi,deglutiuit dracones Aegyptiorũ. k ¶Et clamaue-
runt ad dominum cùm tribularẽtur,& de neceſſitatibus eo-
rũ liberauit eos.) Vt relinquentes luxurioſam ebrietatẽ,dei
ſapientiã ſequerẽtur. l ¶Statuit procellã eius in aurã.)Vt
iam nõ cũ igne & grandine,ſed cum ſuaui ſancti ſpiritus fla-
mine aduenirет. m ¶Et ſiluerũt fluctus eius.)Pœnitentiã
agẽtes,in trãquillitatẽ cõuerſi ſunt. n ¶Lætati ſunt quia
ſiluerũt.)Illis quieſcẽtibus,hi lætãtur. o ¶Et eduxit eos in
portũ volũtatis eorũ.)De his quieſcẽtib⁹ fluctib⁹,appoſuerũt

integram

integram voluntatem ad eum deduci: qui mitigãs fluctus, verus est portus. Et de necessitatibus eorum liberauit eos. Ne ab his æstibus quaterentur. a ¶Confiteantur domino misericordiæ eius. Quibus protegit genus humanũ. b ¶Et mirabilia eius filijs hominum.) Quia mirabiliter hos compescuit fluctus. c ¶Exaltent eum in ecclesia plebis.) In cõgregatione fidelium. d ¶Et in cathedra seniorum laudent illum.) Non in illa cathedra in qua scribæ, & pharisæi sederunt: qui legentes legem, non intellexerũt in ea dominum nũciatum, sed in illa in qua eum, vel prophetæ, vel patriarchę, spirituali oculo contemplantes, cognouerunt in miraculis, vel oraculis cecinerunt. e ¶Quia posuit flumina in desertum, & exitus aquarũ in sitim: terram fructiferam in salsuginẽ: à malitia inhabitantium in ea.) Meritò exaltandus, meritò laudandus: qui in ecclesia quæ prius fuerat deserta, & odio habita, posuit apostolos: qui eam & consolarentur alloquio, & alluuio fœcundarent. Dedit & in animas sitientium suũ verbum, exitus prędicationum: & terram corporis, quæ prius spinas amaritudinis protulerat, fructibus repleuit æternis. f ¶Posuit desertum in stagna aquarum.) Præbens in ecclesia baptismum. g ¶Et terram sine aqua in exitus aquarũ.) Prędicatores in nationum ariditate constituens. h ¶Et collocauit illic esurientes.) Vt bonis cœlestibus reficerentur. i ¶Et constituerũt ciuitatẽ habitationis.) Animas suas exhibuerũt ab incentiuis vitiorum tutas: in quibus fructus spiritus habitaret. k ¶Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum natiuitatis.) Ad apostolos ista referuntur, qui iecerunt semen in corda credentium, de quibus fructum æternitatis accipiãt: hoc est, centesimum, sexagesimum, & tricesimum. l ¶Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis.) Quia quæ erant placita ei, faciebant. Sic & in manu Ioseph, benedixit omnia deus, quia se à prauis cogitationibus & concupiscentijs custodiuit. m ¶Et iumenta eorum non minorauit.) Irrationabiles inter eos homines non sunt minorati in inferius, sed in melius reparati. Igitur explicita vocatione ac redemptione gentium, redit ad expulsionẽ Iudæorum, dicens: n ¶Pauci facti sunt.) Eo quòd nõ fuissent in his multiplicata opera dei. o ¶Et vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.) Quia insontem iniqui sunt persecuti. p ¶Effusa est contentio super principes eorum.) Vt qui dominum contempserant, ipsi contemnerẽtur. Et seduxerunt eos, vana ipsorum simulachra, vtique quæ adorabant. q ¶Et deduxit eos in inuio, & non in via.) Seducentes eos à via domini, deduxerunt eos in inuio satanæ. Deniq; deductis istis in inuio, videamus quid fecerit deus plebi suæ. r ¶Et adiuuit pauperem de inopia.) Populum Christianum dapibus satiauit æternis. s ¶Et posuit sicut oues familias.) Vt audientes vocem veri pastoris, fide sequerentur. t ¶Videbunt recti, & lætabuntur.) Quorum sunt prædicatione conuersi. u ¶Et omnis iniquitas opilabit os suum.) Diabolus, vel Iudæi, siue hæretici: qui in excelsum iniquitatẽ loqui præsumpserant. x ¶Quis sapiens & custodiet ea, & tunc intelliget misericordias domini.) Si enim sapienter cõsideres & spiritualiter intelligas, videbis in hoc psalmo, quartò misericordias petitas & clementer indultas: quas & nobis pietate profluа, dignetur quæsitas indulgere: pulsatas aperire: petitas non negare. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. K

y ¶Canticum psalmi ipsi Dauid.) Canticum semper refertur in sensum: psalmus verò refertur in corporalia. Vt autẽ manifestius dicamus, cãticum in theoriam refertur: psalmus autẽ in practicen: hoc est, in opera. Quoniam ergo in titulo scriptum est: Canticum psalmi: rectè & consequenter in secundo versiculo ait: Cantabo & psallam in gloria mea. Canticum Psalmus.

a Confiteantur domino misericordiæ eius:
b & mirabilia eius filijs hominũ. Et exal-
c d tent eum in ecclesia plebis: & in cathedra
e seniorum laudent eum. Posuit flumina
in desertum: & exitus aquarum in sitim.
Terram fructiferam in salsuginem: à ma-
f litia inhabitantium in ea. Posuit desertũ
g in stagna aquarum: & terram sine aqua
h in exitus aquarũ. Et collocauit illic esu-
i rientes: & constituerunt ciuitatem habi-
k tationis. Et seminauerunt agros, & plan-
tauerunt vineas: & fecerunt fructum na-
l tiuitatis. Et benedixit eis, & multipli-
m cati sunt nimis: & iumenta eorũ non mi-
n norauit. Et pauci facti sunt: & vexati sũt
o à tribulatione malorum & dolore. Effu-
p sa est contentio super principes eorum:
q & errare fecit eos in inuio, & non in via.
r Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit
s sicut oues familias. Videbunt recti & læ-
t u tabuntur: & omnis iniquitas opilabit os
x suum. Quis sapiens & custodiet hæc: &
intelliget misericordias domini.

y Canticum psalmi ipsi Dauid. CVII.

z Paratum cor meum deus, paratum cor meum.) Paratus sum non solũ opere, sed etiam corde & sensu. Paratũ cor meum in sensu: paratum cor meũ in opere, hoc est, in practice. Quoniam non solum corde & sensu, sed & in opere paratus sum. Propterea & secundò dico: a ¶Cantabo & psallam in gloria mea.) Cãtabo, hoc est, in corde meo: & psallam. Sicut psalterium ex multis chordis compositum est, & si vna chorda fuerit rupta, exterminatur psalterium, ita & in actibus nostris, si vnum mandatum prætergressi fuerimus, psalterium nostrum rumpitur. Ideo dixit: Cantabo & psallam in gloria mea. In alijs codicibus legitur, in gloria tua. Sed melius est secundum Hebraicum legere, i gloria mea. Quod dicit, hoc est: Cantabo & psallam in gloria mea: Hoc domine quòd tibi psallo, quòd tibi canto: non tibi gratiam facio, sed mihi. In alio enim psalmo dicit: Quoniam bonorum meorum non eges. Quod ergo facio, pro me facio. Quod ergo seruio tibi, gloria mea est. Ieiunamus: Nunquid aliquid deo donamus? Pro peccatis nostris hoc facimus. Iacemus in sacco. Quid ex hoc præstamus domino? Hoc tantum illi præstamus, vt saluemus animas nostras: Ipse enim hoc desiderat. Sicut bonus & misericors medicus: si aliquem sanauerit, gaudet quidem & ipse & ille qui sanatus est, ita & domin⁹ noster. b ¶Exurge psalterium & cithara.) O psalterium, ô cithara, facta es & creata es, vt psallas deo: exurge & psalle, quare iaces? O monache, qui stas corpore, quare iacet anima tua, & nõ psallis domino? Maledictus homo qui facit opus dei negligẽter. Si psalterium es, si cithara es: quare surdus es, & non glorificas deum? c ¶Exurgam diluculò.) Deus in tenebris benedici & laudari non potest: sed in luce benedicitur: Rem dico miram: Et si nocte surgimus, deum in luce benedicimus. Nũquam Christiano nox est: semper Christiano sol iustitię oritur. Et hæc quidem secundum Iudæos dicimus. Cæterùm secundum altiorem sensum, dominus est qui canit: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Paratus sum hic: paratus sum in futuro. Saluo & in terris: saluo & in cœlis: hoc est, & angelos saluo & homines. Exurge psalterium & cithara. Loquitur dominus suo corpori: Psalteriũ & cithara qui descendisti in infernum & iacuisti: exurge & lauda dominũ. Et vides quid dicit: Non ipse qui mouet citharam & psalterium laudat: sed ipsa cithara, & psalterium, ipsa benedicunt patrẽ. Ille enim deus est, & ab alijs benedicitur & laudatur. Corpus autem eius & homo quem suscepit, ipse laudat dominum. Vt autem sciatis quoniam propheta ex persona domini loquitur, & non ex memetipso hoc loquor: videte quid sequitur: d ¶Confitebor tibi in populis domine.) Populus autem intellige Iudæos. e ¶Et psallam tibi in nationibus.) De nobis dicit. Iudæos enim illos dicit, qui primi ex Iudæis crediderunt.

Pſalmus CVII.

Paratum cor meum deus, paratum cor meum.) Paratus ſum non ſolũ opere, ſed etiam corde & ſenſu. Paratũ cor meum in ſenſu: paratum cor meũ in opere, hoc eſt, in practice. Quoniam non ſolum corde & ſenſu, ſed & in opere paratus ſum. Propterea & ſecundò dico: a ¶Cantabo & pſallam in gloria mea.) Cãtabo, hoc eſt, in corde meo: & pſallam. Sicut pſalterium ex multis chordis compoſitum eſt, & ſi vna chorda fuerit rupta, exterminatur pſalterium, ita & in actibus noſtris, ſi vnum mandatum prætergreſſi fuerimus, pſalterium noſtrum rumpitur. Ideo dixit: Cantabo & pſallam in gloria mea. In alijs codicibus legitur, in gloria tua. Sed melius eſt ſecundum Hebraicum legere, i gloria mea. Quod dicit, hoc eſt: Cantabo & pſallam in gloria mea: Hoc domine quòd tibi pſallo, quòd tibi canto: non tibi gratiam facio, ſed mihi. In alio enim pſalmo dicit: Quoniam bonorum meorum non eges. Quod ergo facio, pro me facio. Quod ergo ſeruio tibi, gloria mea eſt. Ieiunamus: Nunquid aliquid deo donamus? Pro peccatis noſtris hoc facimus. Iacemus in ſacco. Quid ex hoc præſtamus domino? Hoc tantum illi præſtamus, vt ſaluemus animas noſtras: Ipſe enim hoc deſiderat. Sicut bonus & miſericors medicus: ſi aliquem ſanauerit, gaudet quidem & ipſe & ille qui ſanatus eſt, ita & domin⁹ noſter. b ¶Exurge pſalterium & cithara.) O pſalterium, ô cithara, facta es & creata es, vt pſallas deo: exurge & pſalle, quare iaces? O monache, qui ſtas corpore, quare iacet anima tua, & nõ pſallis domino? Maledictus homo qui facit opus dei negligẽter. Si pſalterium es, ſi cithara es: quare ſurdus es, & non glorificas deum? c ¶Exurgam diluculò.) Deus in tenebris benedici & laudari non poteſt: ſed in luce benedicitur: Rem dico miram: Et ſi nocte ſurgimus, deum in luce benedicimus. Nũquam Chriſtiano nox eſt: ſemper Chriſtiano ſol iuſtitię oritur. Et hæc quidem ſecundum Iudæos dicimus. Cæterùm ſecundum altiorem ſenſum, dominus eſt qui canit: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Paratus ſum hic: paratus ſum in futuro. Saluo & in terris: ſaluo & in cœlis: hoc eſt, & angelos ſaluo & homines. Exurge pſalterium & cithara. Loquitur dominus ſuo corpori: Pſalteriũ & cithara qui deſcendiſti in infernum & iacuiſti: exurge & lauda dominũ. Et vides quid dicit: Non ipſe qui mouet citharam & pſalterium laudat: ſed ipſa cithara, & pſalterium, ipſa benedicunt patrẽ. Ille enim deus eſt, & ab alijs benedicitur & laudatur. Corpus autem eius & homo quem ſuſcepit, ipſe laudat dominum. Vt autem ſciatis quoniam propheta ex perſona domini loquitur, & non ex memetipſo hoc loquor: videte quid ſequitur: d ¶Confitebor tibi in populis domine.) Populus autem intellige Iudæos. e ¶Et pſallam tibi in nationibus.) De nobis dicit. Iudæos enim illos dicit, qui primi ex Iudæis crediderunt.

z Paratum cor meum deus, paratum cor meum.) Paratus sum non solũ opere, sed etiam corde & sensu. Paratũ cor meum in sensu: paratum cor meũ in opere, hoc est, in practice. Quoniam non solum corde & sensu, sed & in opere paratus sum. Propterea & secundò dico: a ¶Cantabo & psallam in gloria mea.) Cãtabo, hoc est, in corde meo: & psallam. Sicut psalterium ex multis chordis compositum est, & si vna chorda fuerit rupta, exterminatur psalterium, ita & in actibus nostris, si vnum mandatum prætergressi fuerimus, psalterium nostrum rumpitur. Ideo dixit: Cantabo & psallam in gloria mea. In alijs codicibus legitur, in gloria tua. Sed melius est secundum Hebraicum legere, i gloria mea. Quod dicit, hoc est: Cantabo & psallam in gloria mea: Hoc domine quòd tibi psallo, quòd tibi canto: non tibi gratiam facio, sed mihi. In alio enim psalmo dicit: Quoniam bonorum meorum non eges. Quod ergo facio, pro me facio. Quod ergo seruio tibi, gloria mea est. Ieiunamus: Nunquid aliquid deo donamus? Pro peccatis nostris hoc facimus. Iacemus in sacco. Quid ex hoc præstamus domino? Hoc tantum illi præstamus, vt saluemus animas nostras: Ipse enim hoc desiderat. Sicut bonus & misericors medicus: si aliquem sanauerit, gaudet quidem & ipse & ille qui sanatus est, ita & domin⁹ noster. b ¶Exurge psalterium & cithara.) O psalterium, ô cithara, facta es & creata es, vt psallas deo: exurge & psalle, quare iaces? O monache, qui stas corpore, quare iacet anima tua, & nõ psallis domino? Maledictus homo qui facit opus dei negligẽter. Si psalterium es, si cithara es: quare surdus es, & non glorificas deum? c ¶Exurgam diluculò.) Deus in tenebris benedici & laudari non potest: sed in luce benedicitur: Rem dico miram: Et si nocte surgimus, deum in luce benedicimus. Nũquam Christiano nox est: semper Christiano sol iustitię oritur. Et hæc quidem secundum Iudæos dicimus. Cæterùm secundum altiorem sensum, dominus est qui canit: Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Paratus sum hic: paratus sum in futuro. Saluo & in terris: saluo & in cœlis: hoc est, & angelos saluo & homines. Exurge psalterium & cithara. Loquitur dominus suo corpori: Psalteriũ & cithara qui descendisti in infernum & iacuisti: exurge & lauda dominũ. Et vides quid dicit: Non ipse qui mouet citharam & psalterium laudat: sed ipsa cithara, & psalterium, ipsa benedicunt patrẽ. Ille enim deus est, & ab alijs benedicitur & laudatur. Corpus autem eius & homo quem suscepit, ipse laudat dominum. Vt autem sciatis quoniam propheta ex persona domini loquitur, & non ex memetipso hoc loquor: videte quid sequitur: d ¶Confitebor tibi in populis domine.) Populus autem intellige Iudæos. e ¶Et psallam tibi in nationibus.) De nobis dicit. Iudæos enim illos dicit, qui primi ex Iudæis crediderunt.

Mat. 13. d

Gene. 41. & seq.

Hie. 48. b.

a Quiã magna est super cœlos misericor-
b dia tua: & vsq; ad nũbes veritas tua. Ex-
c altarẽ super cœlos deus: & super omnem
d terram gloria tua: vt liberẽtur dilecti tui.
e Saluũ fac dextera tua, & exaudi me: deus
f locutus est in sancto suo. Exaltabor & di
g uidam Sicimam: & cõuallem taberna-
h culorum dimetiar. Meus est Galaad, &
i me⁹ est Manasses: & Ephraim susceptio
k capitis mei. Iuda rex meus: Moab lebes
l spei meę. In Idumæã extẽdã calciamẽtũ
m meum: mihi alienigẽnæ amici facti sunt.
n Quis deducet me in ciuitatem munitã:
o quis dedu-

A crediderũt. Et videte ordinem: Primũm laudat deum in populis, & postea laudat dominum in natiõibus. Primũm enim ex Iudæis crediderunt, & postea crediderunt ex gentibus. a ¶Quia magna est misericordia tua super cœlos.) Nõ est creatura quę nõ indigeat misericordia dei. Vniuersi misericordia dei indigem⁹. Gabriel, Michaël, seraphim cherubim, potestates, dominationes: sunt quidẽ sanctę, sed indigent misericordia creatoris sui. Non detraho angelis, sed creatorem prędico: Siquidem ipsi angeli libenter audiunt prædicari eorum creatorem. Et aliter possumus dicere: Quoniã misericordia tua de terra leuat ad cœlos. b ¶Et vsque ad nubes veritas tua.) Vbi sunt Iudæi, vbi sunt similes Iudæorũ: qui secundum literam tantum sunt intelligentes? Quomodo vsque ad nubes est veritas dei? Filius dei
Ioan.14.a dicit: Ego sum via, veritas, &
Baruch.3.d. vita, & descẽdit in terris, & cum homínibus conuersatus est:
B Et quomodo vsque ad nubes veritas tua? Manifestus est sen-
Esa.5.b. sus, q̃ de apostolis loquitur & de sanctis, vt imbrem suum nõ pluant super Iudæos, sed super gentes: sicut scriptũ est, Mandabo nubibus meis, ne pluãt super Israël imbrem. In istis ergo nubibus veritas dei est. Si autẽ in istis nubibus, veritas dei est, quomodo Mõtanus dicit, & Cataphrygæ dicunt: quod nõ est reuelatum apostolis, nobis reuelatum est? c ¶Exaltare super cœlos deus.) Deus non exaltatur, nisi super cœlos: non exaltatur super terram. Quando terreni sumus, non exaltamus deum. Si autem de terrenis facti fuerimus cœlestes, tunc exaltamus deum: & dominus noster quando erat in terra, nõ nos exaltauit. Dicat aliquis: Temerariè loqueris. Siquidẽ ipse
Ioan.12.c dicit in euãgelio: Quando exaltatus fuero, omnia traham ad me. Vide quid dicat. Quãdo exaltatus fuero in cœlo, tunc omnia traham ad me. Pius quidẽ est iste sensus, sed ego aliud intelligo. Quando exaltatus fuero, quando crucifixus fuero, tunc omnes traham ad me. d ¶Vt liberentur dilecti tui.) O mira intelligentia. Propterea crucifigitur dominus, & exaltatur, vt liberentur dilecti eius. Vt liberentur, inquit, dilecti tui. Exaltare super cœlos deus: Factũ est quod petiuimus. Ille exaltatus est, & nos liberati sumus. e ¶Deus locutus est in sancto suo.) Siue in templo, siue in vnoquoq; sanctorũ, siue in propheta. Auditur in Moyse: auditur in apostolo. Et verius dico: Locutus est in filio suo. Quid ergo locutus est deus? Hæc quæ sequuntur. f ¶Exaltabor & diuidam Si-
C cimam.) Propterea, inquit, crucifigor, vt diuidam Sicimã. Si-
Sicima cima interpretatur in nostra lingua, humeri. Humeri autem interpretantur, opera. Sensus ergo iste est: Propterea crucifigor, vt opera mea diuidam sanctis meis. Propterea crucifigor, vt iugum meũ suaue, & onus meum leue imponam super ceruices homínũ. Feciſti domine quod pollicitus es. Exaltatus es, & diuisisti Sicimã. g ¶Et cõuallẽ tabernaculorum dimetiar.) Verè dominus, & saluator noster in hanc conuallẽ lachrymarũ, in locũ humilitatis nostræ subintrauit: hoc est, in istum mundũ: in quo quantũuis quiuis sanctus fuerit: nec-
1.Cor.13.c dum cognoscit secũdum quod oportet nosse. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. h ¶Meus est Galaad, & meus est Manasses.) Gaudet dominus noster atq; saluator, habens plures diuitias. Galaad interpretatur, transmigratio. Gaudet ergo quando populus ex gẽtibus migrauit, &
Manasses. venit ad eũ. Manasses interpretatur, ex obliuione. Videte igi-
Luc.15.c. tur quid dicit: Filius ille qui accepit substãtiã, & comedit eã: & oblitus mei erat, nunc memoratus est mei. Et dicitur Manasses, hoc est, ex obliuione: quia non est oblitus, sed remeauit ad suum patrem. i ¶Et Ephraim susceptio capitis mei.)
Ephraim Ephraim interpretatur, fructifer. Ephraim, inquit, susceptio capitis mei. Susceptionem posuit nunc pro corona. Quod enim in capite ponitur, corona est, & in scripturis diuersis no-
Psal.90.a. minibus vocatur. In alio loco habet: Scuto circundabit te veritas eius. Et in alio psalmo: Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Sicut enim ibi posuit scutum pro corona, Psal.102.a
D ita & hic susceptionem posuit pro corona. Videte ergo quid dicit: Factus es Galaad, fact⁹ es Manasses: hoc est, migrasti ad dominum: & post obliuionem remeasti ad patrem tuũ. Esto Ephraim, esto fructifer. Habeto opera bona, & postea eris corona domini. k ¶Iuda rex meus.) Videte in quanta gloria est, qui agit pœnitẽtiam. Iudas enim cõ-
Iudas. fessio interpretatur. l ¶Moab lebes spei meæ.) Grande mysterium, in paucis verbis agnoscitur. Rogo vos, diligẽter animaduertite: Siquidẽ & mihi qui loquor, & vobis qui auditis, prodest. Mo-
Moab. ab interpretatur, ex patre. Ab, dicitur pater: Mo, ex. Quis est iste ex patre? Qui perdidit patrẽ suum, qui reliquit suum patrẽ: qui non remeauit ad patrem proprium: nec est dignus vocari Manasses. Quis est iste Moab? Inimicus domini, de cuius genere Deut.23.a
vsq; ad quartam generatioẽ & decimam & vsq; in seculũ non intrabit in ecclesiam domini. Qui est iste Moab? Qui ex im-
E munda commixtione nascitur in spelunca tenebrosa. Ex Lot enim & filiabus illius nati sunt duo, Moab, & Amon: & Moab Gen.19.e
maior est filius. Videte ergo quomodo in litera mysterium absconditur. In tenebris, in spelunca: non in sole, non in luce. Moab ergo diabolus interpretatur: qui oblitus est patris sui. Deniq; & Abessalon, qui persecutus est patrem suum, interpretatur diabolus. Iste ergo Moab, quomodo lebes spei domini est? Lebes interpretatur, olla. Quomodo olla spei domini est? Ergo ne credibile est: vt Moab qui interpretatur, diabolus, lebes spei domini sit? Quomodo spes domini est?
Dicat Apostolus: Quos tradidi satanæ, vt discant non blas-
1.Tim.1.d phemare. Diabolus quasi quæstionarius domini est. Qui nõ rectè ambulant ad deũ, traduntur diabolo. Quare? Vt pereãt in æternũ. Et vbi clementia dei: vbi misericors pater: vbi est
Matt.5.g. qui facit solẽ suũ oriri super iustos & peccatores, & pluit super peccatores, & iustos? Quod dicit, hoc est: Tradidi, inquit, peccatores diabolo, vt ab ipso cruciati, conuertantur ad me.
Dicitur & in Hieremia: Quid vides tu Hieremia? Ollã fu-
Hier.1.c censam, inquit. Videte ergo quoniã in ista olla mittũtur carnes. Hoc scriptum est in Ezechiel: Et mitte, inquit, carnes in
Ezech.24 a. ollã, vt molles fiant. Vt dura conuertantur ad deũ: vt ex corde lapideo fiat cor carneum. Et vbi prius non poterat scribi propter duritiã: postea scribatur propter mollitiẽ. Succendam, inquit, hanc ollam: & excoquã carnes & ossa, vsq; dum
F amittant omnem humorẽ & illuuiem. Et videte postea quid dicatur: Et discant, inquit, quia ego dominus. Magna misericordia, & magnũ sacramentũ. Mittuntur carnes in ollam, vt excoquãtur, & discant quia dñs est. Multa sunt quæ dicantur de Moab & olla, sed nunc longum est. m ¶In Idumæam extendã calciamentũ meũ.) Idumæa interpretatur, terrena,
Idumæa. & sanguinea. Misericors deus, nõ solum cœlestia vult possidere, sed & terrestria. n ¶Mihi alienigenæ amici facti sunt.) De nobis dicit, qui ex gẽtibus credidimus. o ¶Quis deducet me in ciuitatẽ munitã?) Nemo domine. Tu es enim
Esa.63.a. qui dicis: Torcular calcaui solus, & de gentibus vir non fuit
Psal.13.a. mecum. Omnes enim declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum. Quis ergo deducet me in ciuitatem munitam? Nemo domine. Siquidem & Petr⁹, qui promiserat pro te mori, postea te negauit. Quę est ista ciuitas munita? Infernus, vbi includuntur impij: vnde exire non licet. Et verè ex ista ciuitate, nisi dominus victor nõ exijt alter. Et verè ciuitas munita est ista. Moyses de ista ciuitate exire non potuit. Iacob similiter intrauit in hanc ciuitatem, & non est reuersus. Denique dicit ad filios suos: Lu-
Gen.37.g gens descendam ad inferos. Ad inferos autem descendit: quia necdum erat paradisus à latrone apertus. Munita est ista ciuitas ad egrediendum: aperta est autem ad introëundum.

Quis de-

a quis deducēt me vsq; in Idumæam? Nónne tu deus qui repulisti nos: & nō exibis deus in virtutibus nostris? Da nobis auxiliū de tribulatione: quia vana salus hominis. In deō faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

In finem psalmus Dauid. CVIII.

DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertū est. Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odij circundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Prō eo vt me diligerēt, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris

G Idumæa. a ¶Quis deducet me vsq; in Idumæam?) Vbi locus est pœnarum, & sanguinis. Idumæa enim interpretatur, sanguinea. Locus occisionis animarum, vbi multæ interficiūtur animæ. Nemo enim victor descēdit in infernum, nisi tu solus domine. b ¶Deus qui repulisti nos.) Nō dixit: qui repellis nos, sed qui aliquando repulisti nos. c ¶Et non exibis deus in virtutibus nostris?) Hæc interrogatiuè legenda sunt. Et nō exibis deus in virtutibus nostris? Qui passus es pro nobis, quare non adiuuas nos: sed pateris conculcari nos à diabolo crudelissimo? Et nō exibis deus in virtutibus nostris. Videte quid dicat: Nō dixit, nō existi: sed, non exibis deus in virtutibus nostris. Hoc vult dicere: Quādo laboramus, tunc adiuuat Rom.9.c. nos deus. Non est enim volentis neque currentis, sed miserētis est dei. Videte quid dicat: Non ait: non est iacentis, neque dormientis, sed miserentis est dei. Sed vide quid dicit: Nō est volentis neque currentis, sed miserentis dei.

H Si nō ergo voluerimus & cucurrerimus, deus nobis nihil proderit. Nostrum est velle, & currere, & postea deus miseretur. Athleta enim dormiens perdit victoriam. d ¶Da nobis auxilium de tribulatione.) Non dixit, da nobis auxiliū de delicijs: sed, de tribulatione. Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. Nō dixit: cùm essem in delicijs clamaui, aut dormiēs clamaui. Vis exaudiri à domino? Esto in tribulatione: clama, & exaudieris. Si quis ergo non est in tribulatione, auxilium domini inuocare non potest. e ¶Quia Hier.17.a vana salus hominis.) Maledict⁹ homo qui spem habet in homine. Non est necesse hoc interpretari. Hæc sententia omnibus patet. Aliquis sperauit in imperatore: sperauit in principe, in patre, aut matre: in aliquo negocio subitò subtract⁹ est spiritus eius in quem ille sperauit, & euanuit salus eius. Non dixit, vana salus hominis: sed, salus eius qui sperat in homine. f ¶In deo faciemus virtutem.) Non habeamus spem, nisi in domino tātum: Non dicamus: si illud mihi eueniat, aut illud, vnde habeo viuere? Respondeo tibi quod maius est. Si persecutio fiat, vnde habes viuere? Semper Christiano persecutio est, semper nuditas proposita est. Nemo ergo debet de vita ista desperare, nemo timeat, nemo debet dicere: Si senuero, vnde habeo viuere? si infirmus factus fuero, vnde viuo? Chri-

I stū habes, & times? Si volatilia cœli pascit, dubitas quòd possit te pascere? Diabolus pascit suos homines, & Christus non pascet suos seruos? Diabolus facit iudices huius mundi diuites, & Christus non potest facere, vt non mendices? Diabolus dat aurum, & gemmas: & Christus panem non potest dare? Nos omnem solicitudinem proijciamus de cordibus nostris, & dicamus: In deo faciemus virtutem. Ipse erit virtus nostra: ipse panis noster: ipse erit rector noster. g ¶Et ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.) Ipse nos coronat: ipse pugnat nobiscū: magis autem ipse vincet in nobis. Quid enim dicimus? In deo faciemus virtutem. Quādo enim fortes fuerimus, ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. Non dixit: pugnabit, aut occidet: sed, ad nihilum deducet. Ideo eos ad nihilum deducet, vt si voluerint fortes eos faciat, & glorificet eos. Benedicamus ergo deum: cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

h ¶In finem psalmus Dauid.) Quod dicit, in finem: intelligamus non de præsenti dici, sed de futuro. Si autem de futuro dicitur, prophetia de Christo est. Psalmus CVIII.

f DEus laudem meam ne tacueris.) Hoc est, Iudas me tradidit, Iudæi persequuti sunt, & crucifixerunt: & putauerunt me in finem perdere: Tu autē deus laudem meā ne tacueris. Vniuersa ecclesia per singulos dies laudat dominum, & completa est oratio domini dicentis: Deus laudem meam ne tacueris. Vide cuius dignitatis sunt sacerdotes. Sacerdotes loquuntur, & in sacerdotibus deus laudem filij sui non tacet. K

k ¶Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.) Videamus quomodo os Iudæ proditoris apertum est in dominum. Venit ad dominum, vt eum tradat: & dicit, Rabbi, hoc est, magister. Ecce os peccatoris, & os dolosi. Ego eum mea clementia volo saluare: & osculum illi porrigo: & volo vincere malitiā eius: & ille permanet ad malefaciendū, vt me tradat. Specialiter intelligitur de Iuda: generaliter autem de Iudæis, in eo tempore quo dicebāt: Crucifige, crucifige. Ta- Ioan.19.c. le os peccatoris in dominū apertum est. Vt autem videatis ꝙ de omnibus Iudæis dixit, ex consequentibus cognoscetis. Quid enim dicit? l ¶Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa.) Ego pro ipsis crucifigebar, & illi insultabāt mihi. Vulnera mea medicina eorum erant, & videbar illis in derisum. m ¶Et sermonibus odij circundederunt me.) L. Non vt credant, sed vt expugnēt.

n ¶Et expugnauerunt me gratis.) Dupliciter intelligitur gratis, hoc est, sine causa. Nec enim peccaueram, & non merebar vt debellarent me. Quæ autem digna causa erat, vt expugnarent me? Quia sanaueram ægrotos eorum: quia mortuos resuscitauerā: quia alia signa feceram. Videte ergo quoniam gratis expugnauerunt eum. Et aliter intelligitur. Voluerunt extinguere & delere nomen meum, & tamen nō potuerunt. Quando aliquis aliquem persequitur, & nihil proficit: & non implet desiderium suum, gratis persequitur.

o ¶Pro eo vt me diligerēt, detrahebant mihi: ego autē orabam.) Pro beneficijs, quæ eis cōtuleram, ipsi contumelias mihi faciebant. Ego autem quid faciebam? Orabam. Hæc sunt arma domini: hæc sint & nostra arma, oratio. Si quando ergo nos persequitur aliquis, & odit nos, dicamus: Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi. Ego autem quid faciebā? Orabam: Vt eos vincerem? Absit. Dominus non orabat vt vinceret. Sed quid dixit? Ego autem orabam. Quid dicebam? Pa- Luc.23.e. ter, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt. p ¶Et posuerunt aduersum me mala pro bonis.) In cruce positus, rogabā pro crucifigentibus me: & illi dicebant: Vah qui soluis templum, & in tribus diebus illud reædificas. Salua temetipsum. Marc.15.e Si diligit te pater, veniat nunc & liberet te. Ego pro ipsis ex M mortuis resurrexi, & illi dicunt: Discipuli illius venerūt no- Matt.28.c cte, & furati sunt eum. q ¶Et odium pro dilectiōe mea.) Cōsidera ô Christiane: cōsidera ô monache, si dominus persecutorem suum, & proditorem osculo susceperit: & pro cru- Lucę.22.e cifigentibus eum orat: nos pro fratribus nostris quid facere debemus? r ¶Constitue super eum peccatorem.) Quoniā rogaui pro ipsis in cruce, & viderunt vulnera mea: Dedi eis locum pœnitentiæ: & non agunt pœnitentiam: & me nolunt habere regem, habeant regem diabolum: nolunt habere regem Iesum, habeant regem Barrabam: qui interpreta- Barrabas tur, filius patris: hoc est, diaboli. Barrabas iste quis fuit? Seditiosus & latro. Et verè Barrabam habent regem, & vsq; in hodiernum diem seditiosum & latronem, qui occidit ipsos Iudæos. Barrabas latro, qui sanguine delectatur, antequā dominus crucifigeretur: antequam eum crucifigerent Iudęi, inclusus erat. Negauerunt dominum, & Barrabas dimissus est. Ioan.18.g. Ex eo enim tēpore Barrabas cœpit in eos habere potestatē: & ille dæmon qui eiectus fuerat de homine, & de illa gene- Lucæ.11.c ratione, & perambulabat in deserto: & locum inuenire nō poterat: adduxit secum alios septem dæmones peiores se, & intrauit in synagogam: & facta sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Denique & synagoga Iudæorum antequā crucifigeret dominum: erat quidem peccatrix, sed vnum tā-

tum habebat

A tum habebat dæmonem. Crucifixit dominum, & octo simul in eam dæmones ingressi sunt. Impletũ est ergo quod dixit: Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Quoniam à dextris eius stetit, propterea synagoga ficLucę.6.b. cam habebat manum dexteram, sicut scriptũ est in euãgelio. Nos aũt oremus, vt dominus stet à dextris nostris, diabolus autem à sinistris. Scriptũ est in Zacha-
Zach.3.a. ria: Et ostẽdit mihi dominus Iesum sacerdotem magnũ, stantem corã angelo domini: & satan stabat à dextris eius, vt pugnaret cũ eo. Si ergo à dextris diaboli stat, quomodo nunc de Iuda dicit, & diabolus stet à dextris eius? Sed videte quid dicit: Stabat diaboli à dextris Iesu, vt aduersaretur ei: hoc est, dexteræ eius aduersari volebat. Hic autem non dicit, quia pugnare vult: sed quia iã vicerat Iudam. Diabolus ibi contra dexteram desiderat pugnare: hic autem dominatus est dexteræ Iudæ. Sed & hoc considerandũ. In illo tempore stabat à dextris domini, vt aduersaretur ei, quando Iesus habebat vestimenta sordida. Sic enim & ibi
B scriptum est: Et Iesus habebat vestimenta sordida. Quãdiu habet dominus Iesus vestimenta sordida: tamdiu stat diabolus à dextris eius, quamdiu portat peccata nostra: in peccatis nostris aduersatur illi diabolus. Quando autem dicitur in Zacharia: Tollite vestimenta eius sordida, & induite eũ mutatorijs: cõtinuò dicit Iesus ad diabolum: Increpet dominus in te satanas, increpet te qui elegit Hierusalem. Hoc totum ideo diximus: quia scriptũ est: Et diabolus stet à dextris eius.

a dextris eius. Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatũ. Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua. Nutantes transferãtur filij eius & mendicent: & eijciantur de habitationibus suis. Scrutetur fœnerator omnẽ substãtiã eius: & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. Fiat nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.

a ¶Cùm iudicatur, exeat condẽnatus.) Non veniat in iudicium, sed in cõdẽnationẽ. Vbi enim iudiciũ est, ibi cõdẽnatio: vbi autẽ condẽnatio, iã manifesta est sententia. b ¶Et oratio eius fiat in peccatũ.) Pœnitẽtia Iudę, peius peccatũ facti est. Quomodo peius peccatũ factũ est pœnitentia Iudę? Iuit, & suspẽdio perijt. Et qui proditor dñi factus est, hic & interẽptor sui extitit. Pro clementia domini hoc dico: quia magis ex hoc offendit dominum, quia se suspendit, quàm q dominum prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in pœnitentiam, & versa est in peccatum. Vides hæreticum orantem, vides Iudæum, vides Manichæum: licèt ieiunent, licèt orent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatũ. c ¶Fiãt dies eius pauci.) Dies eius pauci facti sunt: noctes verò creuerunt. Receptus est enim in dimidio dierũ suorum. Sol ab ipso recessit: & ecce tenebræ ei multiplicatæ sunt. d ¶Et
Acto.1.d. C episcopatum eius accipiat alter.) Hoc & in Actibus apostolorum manifestius interpretatum est. Non solum autem in illo tempore de Iuda dictum est: sed vsque hodie dicitur, & vsq; in diem iudicij. Si ipse Iudas apostolatum perdidit, custodiant se sacerdotes & episcopi, vt non & ipsi suum sacerdotium perdant. Si apostolus cecidit, facilius monachus potest cadere. Virtus nõ perit, licèt homo cadat & pereat. Tamen dominus denarios suos dat sub fœnore. Si ille non duplicauerit, accipitur pecunia eius, & dabitur habenti. Pecunia domini, ociosa esse non potest. e ¶Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.) Videte quia sacramenta sunt quę dicuntur. Filios Iudæ quos putas? Iudæos: Et Iudæi dicuntur non ab illo Iuda sancto, sed ab isto proditore. Ex illo sancto nos sumus Iudæi spirituales: ex illo autẽ proditore, isti sunt Iudæi carnales. Deniq; duo sunt apostoli, qui vocantur Iudæ vocabulo. Vndecimus apostolus est, qui dicitur Iudas Iacobi. Duodecimus autem est, & nouissimus, qui vocatur Iudas Iscariotes. Ex illo ergo Iuda Iacobi, nos dicimur Iudæi spirituales: ex isto autem Iscariote, illi dicuntur Iudæi carnales. Ille Iudas pater noster dicit Iacobi: hoc est, Iudas filius supplantatoris. Nos enim supplantauimus populũ Iudæorũ, & accepimus primitiua illorũ: illi autẽ ex Iscariote dicunt: qđ dubium est, an patrẽ significet, an villam eius. Cęterùm quo-
Iscariotes modocunq; interpretatus fueris, merces interpretat & precium. Igitur Iudas qui proditurus erat dominũ, & precium accepturus, de precio nomen accepit. Licèt reddiderit pre- D cium sacerdotibus Iudæorum, sed tamen illi cõdemnant eũ: quoniam nolunt recipere precium sanguinis. Videte differentionem pharisæorum, & infœlicitatem Iudę. Si bene emistis sanguinem Iesu, quare non recepistis pecuniam vestram? Si autem nõ vultis recipere, quoniã precium sanguinis est: ostenditis vosmetipsos iniustè & iniquè effudisse sanguinem. Sed vide quid faciunt: Ipsam, inquit, pecuniam non mittunt in corbonam, sed emunt ex ipsa agrum, & appellant eum Acheldemach, quod inter- Mat.27.a pretatur preciũ sanguinis. Quare illum emunt? In sepulturam peregrinorum. Nos beati quibus de precio sanguinis domini ager emitur. Et vxor eius vidua. Synagoga, quæ prima facta est vxor dei, de qua dixit: Et dedit illi li- Deut.24. bellum repudij. Et iterum: Recepi eam, & dixi illi: Conuer- a. tere ad me. Illa ergo synagoga repudiũ accepit à saluatore, Hier.3.c. & facta est vxor Iudę proditoris. Deniq; quid fecit? Non accepit dotem, sed dotem marito suo dedit. Iterum autem ille miserrimus Iudas qui prodidit dominum, non vult accipere E malam dotem: sed reddit meretrici vxori malã dotem, quã accepit ab illa. Et quid dicit? Displicuisti priori tuo marito, repudiauit te, & proiecit, & dedit tibi libellum repudij. Ego nolo te habere in vxorẽ. Dedisti mihi precium, & decepisti me. Et quæ interfecisti dominum deum tuum, interficies & me. Non possum enim in scriptura inuenire, quòd Iudas habuerit, aut vxorem, aut filios. f ¶Nutantes transferentur filij eius, & mendicent.) Diligenter considerate: siquidẽ difficilia sunt quæ sequuntur. Ex illo tempore ex quo dominus crucifixus est, extunc semper mouentur Iudæi, non stant in suo loco. Deniq; dicitur, & de Caĩn: Et exijt, inquit, Caĩn Gen.4.c. à facie dei, & habitauit in terra Nod: Nod autem interpre- Nod. tatur commotio. Quia ẽgressus fuerat à facie dei Caĩn: rectè non stetit, sed habitauit in terra Nod: hoc est, in cõmotione. Ita igitur & isti, quoniam crucifixerunt deũ & dominum suum, nutantes transferẽtur. Non enim sunt in suis locis. sed in toto orbe diuisi sunt. Mendicitatẽ hic dicit diuitiarum spiritualium. Non enim habẽt prophetas, non habẽt legẽ, non habẽt sacerdotium, non habẽt sacrificium, sed verè mẽdici facti sunt. g ¶Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius.) Dedisti illi pecuniam domine: dedisti illi sicut & alijs. Ille autem quid fecit? Nõ ligauit in sudario, & nõ Luc.19.d infodit terræ, & negligens fuit: sed vbi habuit talentũ & pecuniam domini, accepit precium ab inimicis domini, & ven- E didit dominum suum. Propterea tibi dico: Domine exige ab illo fœnus pecuniæ tuæ. h ¶Et diripiant alieni labores eius.) Fœneratur dominus, manifestè exigit: & quid factum est? Alieni diripient labores eius Siue de omnibus Iudæis generaliter intelligim9: quia vastati sunt à Romanis. Siue specialiter, q à dæmonibus direptus est Iudas, & ipse populus. i ¶Non sit illi adiutor, nec sit qui misereat pupillis eius.) In illo tẽpore non habuit populus Iudæorum adiutorẽ. Respondete mihi ô Iudęi. Fuistis in Babylonia: habuistis ibi ꝓphetas, Daniel, Ezechiel, & re vera idololatrę eratis. Septuaginta annis fuistis in captiuitate: & postea venistis in ꝓpria. Ecce nunc quadraginta anni, quare non est missus ad vos ꝓpheta? In illo tempore idola colebatis, & miserebatur vestri deus. Nũc autem non colitis idola, quare dereliquit vos dominus? Ecce quadraginta anni sunt. Sed tũc dereliquistis dominum, & idola colebatis: nunc autẽ dominum crucifixistis & interfecistis, & ideo nõ erit vobis adiutor. k ¶In generatione vna deleatur nomẽ eius.) O ꝓphetia, ô sacramẽtum ꝓphetiæ. In generatione vna deleatur nomẽ eius. Post passionẽ domini, quadraginta duo anni trãsierũt, & populus ille deletus est. Siquidẽ perfecta ætas, quadragesimo anno venit. Post passionẽ ergo domini, quadragesimo secũdo anno deleta est Hierosolyma. Videte ergo quoniã in generatione vna

G deletum est nomen eius. Sed & in hoc clementia est domini. Crucifixerunt eum, & quadraginta duos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego simpliciter dico: Propterea interfecit eos post quadraginta duos annos: quia ex illis qui crucifixerunt dominũ, nemo remãserat ex eis. Iudas maledicitur: vt in Iuda Iudæi maledicantur. a ¶In memoriã redeat iniquitas patrũ ei⁹ in cõspectu dñi.) Peccauerũt in deserto, dimisisti eis. Nunc reputat illis quod tũc peccauerũt, quoniã dñm crucifixerunt. Siue aliter interpretemur: Et reputat illis crudelitatẽ homicidiorũ eorũ, & nihil eis dimittit. b ¶Et peccatũ matris eius non deleat.) Quæ est mater Iudæ? Hierusalẽ, quę in sanguine gaudet: quæ occidit ꝓphetas, & ipsum dñm suũ. c ¶Pro eo ꝙ nõ est recordatus facere misericordiam.) Videtis quãta clemẽtia dñi est. Videt eũ cum ministris venientẽ: videt eũ venientẽ cũ fustib⁹: & porrigit illi osculũ. Ille venit ad prodendũ, & dominus osculum dat: vt qui magistrum non timuit, vel clemẽtia vinceretur. d ¶Et persequutus est hominẽ inopem & mẽdicum.) Qui cùm esset diues, propter nos pauper factus est. Dñs inopem se dicit & mendicum: & quis in diuitijs suis gloriat? Habetis consolationem pauperes, & dominus vobiscum pauper est. e ¶Et cõpunctũ corde mortificare.) Quid est, quod dixit, compũctũ corde mortificare? Quòd in euãgelio dixit: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Et iterũ quãdo dixit: Pater, si possibile est transeat à me calix iste. Aliter: Hoc dolebat mihi, & contristabar ꝙ persequẽtibus me: quia nolebãt pœnitentiam agere. Ego in cruce pendebã, & sanguine meo lauabã sordes eorũ, & ipsi nolebãt agere pœnitentiam. Hæc erãt lachrymæ, hæc cõpunctio: quoniam persequentes me nõ potui saluare. f ¶Libera me, quia egenus & pauper sum ego.) Dñs se pauperẽ dicit, vt pauperes consolaret. Cũ hominibus pauper factus est: vt saltẽ nemo pauperẽ despiceret. g ¶Et cor meũ conturbatũ est intra me.) Videte qd dicat: Et cor meũ cõturbatum est intra me. Ipsum est quod abbi dicit: Turbat⁹ sum, & nõ sum loquutus. Quod turbor, hominis est: vincere autẽ turbationem & iram, hoc magnæ virtutis est. Propterea dicit & ꝓpheta: Irascimini, & nolite peccare. Irasci, hominũ est: nõ remanere i ira, Christiani est. h ¶Excussus sum sicut locustæ.) Ego quidem venerã, vt ꝓtegerem populũ meũ, & dixi: Hierusalẽ, Hierusalẽ quę occidis ꝓphetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quotiẽs volui cõgregare filios tuos: sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas. Ego venerã vt gallina ad ꝓtegendũ eos: illi aũt inimicissima mente susceperũt me. Ego venerã vt mater: & illi quasi homicidã suũ me interfecerunt. Excussus sũ. Quid est hoc? Persecuti sunt me, ꝓciecerunt me. Persecuti sunt me de Nazareth. Veni in Capharnaum, persecuti sunt me. De Capharnaũ iui in Bethsaidã: & inde me persecuti sunt. Veni in Hierusalẽ, nolebã recedere à populo meo, & inde me persecuti sunt: & sic me habebant quasi locustas. Et quid feci? Iratus sum, defendi memetipsum: maledixi eos, & dereliqui illos? Nec vnum horum feci: sed quid feci? Oraui pro ipsis. i ¶Genua mea infirmata sunt à ieiunio.) Habeto cõsolationem ô monache, ieiunãdo: siquidẽ & dñs hoc fecit. Ego dico ꝙ quãdo ieiunat monachus, fortior fit ieiunio. Et quãdo infirmant genua eius ieiunio, tunc maximè roborat. k ¶Et caro mea immutata est ꝓpter oleũ.) Rem videor difficilem dicere: & secundũ literã interpretor, vt ædificem audientes: Aedificat enim me litera. Bonũ est ieiunare, bonũ est fugere delitias. Antequã veniã ad spiritualẽ intelligentiã, miror in litera, ꝙ dicit oleũ se mãducare. Lõgè est à cęteris desiderijs. Hoc totũ dixi, quia dixit: Et caro mea immutata est ꝓpter oleum. Hoc aliter interpretatus sũ. Cæterùm qđ dicit, hoc est: Oleũ, imago claritatis est: oleum quasi esca est luminis. Ita igit & Iudęi acceperũt à me oleũ, acceperũt vitã, acceperunt lumen. Ne quis existimet, ꝙ oleũ dicat ꝓ misericordia: i Hebræo significat itelligibile oleũ. Immutat⁹ est: nõ in gaudium, sed in tristitiã: nõ vt pulchrior inueniatur, sed vt fœdior appareat. Propterea dicit: Vidimus eum, & nõ habebat pulchritudinẽ. Quare? Quia caro ipsi⁹ immutata est ꝓpter oleũ. Nõ habebat delitias corporis, sed dei spiritus. Et nos ergo quãdo ieiunamus, quãdo facies nostræ pallidæ sunt: quando fœdi videmur, cognoscam⁹ nosmetipsos tũc pulchriores apparere Christo. Tales dilígit milites Christ⁹, q ieiunijs vacẽt. Annona nostra & esca, ieiunium est. Quare? Quia in ieiunio victoria est: & in victoria, triũph⁹. Deniq; & Apostolus: Non in saturitate, sed in infirmitate gloriat. Quãdo eñ infirmor, tnnc fortior sũ. l ¶Et ego factus sum oprobriũ illis.) Vocabãt eñ me Samaritanũ, & dicebãt: In Beelzebub prĩcipe dæmoniorũ eijcit dęmonia. Nõnne hic est fili⁹ Ioseph fabri? Nõnne fratres ei⁹ & sorores oẽs apud nos sunt? Et iterũ: Qui soluis tẽplũ, & in tribus diebus ædificas illud. Et iterũ: Videamus si venit Helias saluare eũ. Ille vocabat: Eli, eli: qđ est, deus meus, deus meus: & illi Heliã putabãt. Videte ineruditos Iudæos. Filius dei Heliæ auxiliũ petebat? m ¶Viderũt me, & mouerũt capita sua.) Quare mouerũt capita sua? Quia & pedes iã mouerãt. n ¶Saluũ me fac secundũ misericordiã tuã.) Dicit & in euãgelio: Potestatẽ habeo ponẽdi animam meã, & iterũ resumendi eã. Et iterũ: Nemo tollit eã à me. Et quomodo misericordiã petit? Ipse misericordiã petit, & ipse tribuit. Ipse vt homo rogat, & vt de⁹ tribuit. o ¶Et sciãt quia manus tua hæc, & tu dñe fecisti eã.) Quid est qđ dicit: Et sciãt ꝙ man⁹ tua hæc, & tu dñe fecisti eã? Intelligant Iudæi quoniã ipsi nõ prævaluerũt in me: sed mea & tua volũtas facta est vt patiar, & ego volui pati: ꝓpterea dico secundũ qđ homo sum: de⁹ meus, vt facerẽ voluntatẽ tuã, volui: & tua voluntas erat & mea vt patiar, nõ illorum. Ergo nõ insidiæ & fortitudo fecit: sed ego & tu voluimus vt patiar. Tu eñ percussisti pastorẽ tuũ, & oues dispersæ sunt. Hoc scriptũ est in Zacharia: Percutiã pastorem, & dispergent oues. Quod tu voluisti, & ego volui. Oportebat venire scãdalum, sed væ per quẽ venit. p ¶Maledicẽt illi, & tu benedices.) Vsq; hodie hoc fit: illi maledicunt in synagoga, & dñs benedicit in ecclesia. q ¶Qui insurgũt in me, cõfundant: seruus autẽ tuus lætabit.) Illi insurgunt in me: ego autẽ seruus tuus lætabor. Quare autẽ seruus tuus? Quoniã qui cùm in forma dei esset, nõ rapinã arbitrat⁹ est esse se ęqualẽ deo: sed exinaniuit semetipsum, formã serui accipiẽs. r ¶Induãtur qui detrahunt mihi pudore.) Valde nobis prodest intelligerę

a men eius. In mẽmoriam redeat iniquitas
b patrum eius in cõspectu domini: & pẽccatum matris eius nõ deleatur. Fiant cõtra dominũ semper: & dispereat de terra
c memoria eorum, prõ eo ꝙ non est recor-
d datus facere misericordiã. Et pẽrsecutus
e est hominẽ inopem & mendicũ: & cõmpunctũ corde mortificare. Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionẽ, & elõgabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum: & intrauit sicut aqua in interiora ei⁹, & sicut oleum in ossib⁹ eius. Fiat ei sicut vestimẽtũ quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur. Hoc opus eorũ qui detrahunt mihi apud dominũ: & qui loquũtur mala aduersus animam meam. Et tu
f domine domine fac mecũ propter nomẽ tuũ: quia suauis est misericordia tua. Libẽra
g me quia egenus & pauper sum ego: & cõr meum conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cùm declinat ablatus sum: & excũssus sũ sicut locustæ. Genua mea
k infirmata sunt à ieiunio: & cãro mea im-
l mutata est ꝓpter oleũ. Et ego factus sum
m opprobrium illis: viderũt me & mouerũt capita sua. Adiuua me domine de⁹ me⁹:
n saluũm me fac propter misericordiã tuã.
o Et sciẽnt quia manus tua hæc: & tu do-
p mine fecisti eam. Maledicẽt illi, & tu be-
q nedices: qui insurgunt in me confundan-
r tur: seruus autẽ tuus lætabitur. Induãtur qui de-

2.Cor.8.
Mat.26.d
Psal.76.a
Psal.4.a.
Mat.23.d.
Esa.53.a.
1.Cor.4.b
2C.or.12.c.
Ioan.8.f.
Luce.11.b.
Mar.15.c.
Mar.27.e
Ioã.10.d.
Zach.13.c
Mat.18.a.
Philip.2.a

A ligere quod dicimus, Clemẽtia dei in hoc apparet, in dicẽdo induant. Non dicit, pereant: nõ dicit, deleantur in æternum. Sed quid dicit? Cõfundant: hoc est, intelligant errorẽ suũ, & confundant, & deficiant in pœnitentia. Qui induit pudore, ꝓpè est saluti. si quis enim verè cõfundit, incipit pœnitere. Cõsiderate ô monachi: si aliquãdo habueritis aliquid cõtra fratrem vestrũ, semp ꝓ ipso rogare debetis dñm. Dñs crucifigit, & ꝓ crucifigẽtibus rogat. Vos autem si audieritis verbũ malũ, ne tenea

Ephe. 5. f. tis iram. Sol nõ ôccidat supꝑ iracundiã vestrã. a ¶Et operiãtur sicut diploide cõfusiõe sua.)

Diplois. Diplois, genꝰ est pallij. Deniq; & in Hebraico מְעִיל mail dicitur. Diplois ideo, quia duplex est palliũ. Propterea ego dico tibi dñe: Inimici mei sunt Iudæi: ꝓsecuti sunt me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blasphemauerunt me. Indulge illis: quoniam ego qui passus sum, rogo pro ipsis. Et quid rogo? Erubescant & cõfundant, & sic saluẽtur. Nudauerunt me tunica

B mea, & suã perdiderunt. Da illis cõfusionẽ, da illis ignominiã: & habeãt duplex palliũ: hoc est, ne simplicẽ habeãt confusionẽ, sed duplicẽ, vt magis agãt pœnitẽtiã. Nõ dicit cõtra Iudæos, sed ꝓ ipsis dicit. Creator eñ est, & illorũ, & noster: nõ eñ eos oñino eradicauit. Vultis scire? Petrꝰ ex ipsis erat, & oẽs apostoli ex ipsis erãt. Nos ĩ radicẽ ipsorũ ĩserti sumꝰ. Nos rami sumus, illi radix. Nõ debemꝰ maledicere radicibꝰ: sed debemꝰ orare ꝓ radicibꝰ nostris. Qui inserti sumus ĩ radicẽ, deprecemur dñm: vt sicut hi rami salui facti sunt, sic & radix saluet. Fortè aliquis dicat: Tu ꝓ Iudæis oras blasphemis? Ora dñm ꝓ ipsis. Si enim ipse ꝓsecutorũ suorũ miseret, quãto magis mei miseretur? b ¶Cõfitebor dño nimis in ore meo.) Hoc post resurrectionẽ dicit, & de futura ecclesia cantatur. c ¶Et in medio multorũ laudabo eũ.) Non eñ in Iudæa solum, sed in vniuerso orbe, in ecclesia laudabo te.

d ¶Quia astitit à dextris pauperis.) Diabolus ad dexteram Iudæ stetit. Cæterũm mihi dñs stetit ad dexterã. e ¶Vt saluã faceret à persequẽtibus animam meã.) Animã, inquit,

Mat. 26. d saluabit. Et alibi dicit: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. Qui tristis est, sensum habuit. Insensibilis enim anima, sensũ nõ habet. Insensibilis anima nõ habet sensũ, neq; dolorẽ. Vbi eñ dolor est & tristitia, ibi sẽsus est. Si ergo habuit tristitiã, si habuit dolorẽ, ergo habuit & sensum doloris. Si ergo voluerint nobis dicere: ꝓpterea nõ dicimus eũ habuisse sensũ,

C vt nõ videat habere peccatũ. Nos illis respõdeamus: Habuit corpus sicut & nos, aut nõ habuit? Si dixerint, habuit: respõdeamus illis: ergo habuit & passiones corporis nostri. Intelligat vnusquisq; quod dico. Si autẽ negauerint eũ habuisse passiones corporis: ergo dicimus illis, q̃ nec corpus habuit. Et nos dicamus illis: Sicut corpus habuit verũ, sicut & nos: & nõ habuit peccatũ corporis, ita & animã verã habuit, & peccata animæ nõ habuit. Nos ergo cõfiteamur verũ corpus eũ habuisse, & verã animã. Si enim non suscepit dñs cuncta quæ hominis sunt, nõ saluauit hominẽ. Si autẽ suscepit corpus, animã autẽ nõ suscepit: ergo corpus saluauit, animã autem nõ saluauit. Nos autẽ volumus magis saluari animã nostram, q̃ corpus. Suscepit ergo Iesus, & corpus, & animã, vt vtrumq; saluet: vt pfectũ hominẽ saluet, sicut & eũ cõdidit, Si ergo dicunt illi: quia ideo dñs nõ accepit sensum, vt nõ peccaret: & hoc putãt, q̃ quicunq; sensũ habuerit humanũ, vincere eũ nõ

Mat. 11. b. potest. Dicãt nobis: Ioãnes baptista habuit sensum, an nõ habuit? Illo tẽpore quo erat in deserto, peccauit? Vtiq; dicunt, quia nõ peccauit. Deniq; & dñs noster dicit: Amen dico vobis, nõ fuit inter natos mulierũ maior Ioãne baptista. Petrus habuit sensũ, an nõ habuit, & cæteri sancti apostoli? Si ergo apostoli vicerunt sensũ humanũ: dñs timuit accipere sensũ, ne vinceret ab illo? Et dũ volunt glorificare dñm, detrahunt illi. Quomodo illi detrahũt? Vt videat timere dñs, qđ apostoli nõ timuerũt. Nos ergo gratias agam⁹ omnipotẽti deo, D

& dicamus: in sensu tuo nõ habuisti peccatũ. Et venit prin- Ioan. 14. d ceps huius mundi, & inuenit in te nihil. Ita ergo præstes nobis, sicut in tuo sensu vicisti diabolũ, & in sensu nostro vince diabolũ: vt quẽadmodũ pfectos nos creasti, pfectos & salues nos. Tu eñ es creator, tu es magister, tu es dñs, tu es & qui pro nobis passus es: qui viuis & regnas in secula seculorum, Amen.

f ¶Psalmus ipsi Dauid.) Iste psalmus vocem vatis continet de Christo loquentis. Ait ergo propheta: Psalmus CIX.

g Dixit dñs dño meo: sede à dextris meis.) Dauid est qui loquit, ꝓpheta, vir sanctꝰ, rex. Rex ergo quid dicit? Rex & ꝓpheta qđ dicit? Dixit dñs dño meo. Istum locũ saluator in euãgelio exposuit, dicẽs: Si Christus est, inquit, filius Da- Mat. 22. d uid: quomodo in spiritu vocat eũ dñm? Vides ergo qđ dicat: Si filius est Dauid, quomodo vos dicitis: quomodo in spiritu vocat eũ dñm? Dicat aliquis: Ergo nõ est filius Dauid? Hoc dicebat de pharisæis, q̃ simplicẽ E filiũ Dauid cõfitebant Christũ. Ego ad Iudæum & Fotinum hoc ipsũ dico: Si filius est Dauid, quomodo vocat filiũ suum dominũ? Qui aũt dñm deũ cõfitet, & dei filiũ (verbi gratia: Manicheus, qui negat illũ filiũ Dauid) apud illũ ꝓbo q̃ filiꝰ Dauid est. Nobis ergo qui filius dei est, ipse est & filius Dauid. Nõ alius filius dei, & alius filius Dauid. Non facio duas ꝑsonas in deo & homine: sed ipse qui filius dei, ipse est & filius Dauid. Dixit dñs dño meo: sede à dextris meis. In Hebræo primum nomen dñi, his literis scribit: quibus de deo יְהוָה tantũ scribit. Secundum verò nomen dñi his literis scribit, אֲדֹנָי quibꝰ solẽt homines dominũ vocare: quomodo & à qbusdã vocat dñs à seruo, & reges vocantur domini. Vide ergo qđ dicat: Dixit dñs domino meo. Huic dño, cui præcipit vt sedeat. Deus nõ sedet, assũptio corporis sedet. Huic ergo præcipit vt sedeat qui homo est, qui assumptus est. Hoc aduersus Arianos dicimus, & aduersus eos qui dicũt: maior est pater qui iubet vt sedeat, q̃ ille cui iubet. Omnia euãgelia personãt de persona hominis, & nũc nõ necesse est approbatio: quia omnia quæcũq; vilia vident, referunt ad hominẽ, referunt ad carnẽ. Nunc de psalmo dicamus. h ¶Virgã virtutis tuæ emittet dñs ex Sion.) Virgã in Hebræo nõ tam habet, q̃ sceptrũ: hoc est, insigne regiæ potestatis. Virgã virtutis tuæ emittet dñs ex Sion. Ex Sion eñ egredit lex, & verbũ Esaiæ. 2. a domini ex Hierusalẽ. i ¶Dominare in medio inimico- F rũ tuorũ.) Non dixit, interfice inimicos tuos: sed quid? Dominare in medio inimicorum tuorũ. Inimicis tuis fac, vt q̃ alieni fuerant, tui esse incipiant. Dominare in medio inimicorũ tuorũ: Inimici tui, de quibus scriptũ est in sexagesimo-septimo psalmo: Lingua canũ tuorũ ex inimicis ab ipso. Isti sunt inimici, qui in aliena erãt potestate. Nũc ergo hoc precat psalmista: Inimicis tuis dominare, dignare esse dñs inimicorũ tuorum. k ¶Tecũ principiũ in die virtutis tuæ, in splẽdoribꝰ sctorũ.) Versiculus obscurꝰ est. Videamꝰ diẽ virtutis dñi: vt cùm scierimꝰ diẽ, tũc sciamꝰ qđ sit principiũ: & hoc principiũ quomodo cũ eo sit, & cũ eo fuerit: quomodo hoc ipsũ principiũ in die virtutis eius in splẽdoribus sctorũ est. Hoc ergo principiũ quod est cũ dño in die virtutis eius: ideo est cum domino, vt splendeant sancti. Tecũ principium in die virtutis tuæ. In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Ioan. 1. a. deũ: & deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud deũ. Pater principiũ, sed & filius principiũ. Principiũ eñ nõ habet principiũ. Si eñ habuerit aliud principiũ, iam ipsum desinit esse principiũ. Quicquid ergo dederimus patri, hoc damus & filio. Si eñ pater in filio, & filius in patre: & omnia patris, filij sunt: & omnia filij, patris sunt: & principiũ patris, principiũ filij est. Ergo qđ dicit, hoc est: eo tẽpore quo patiebaris & dicebas: Pater, in manus tuas cõmẽdo spiritum meũ: quasi, Luc. 23. b.

G de hominis loquebaris affectu, non quasi imbecillis rogabas. (Tecũ em erat principiũ, tecũ em erat diuinitas: sed ꝓpterea) deprecabaris auxiliũ: vt accepto auxilio, dares sanctis tuis, & illi splenderẽt. Hoc quod dicitur: accipiens dares, nulli scandalũ faciat: secundũ hominẽ loquit. Si em hominis corpus assũpsit, necesse est vt & hominis verba suscipiat. Homo est Christus, & verè homo est: secundum assumptionem carnis dicimus. Si ergo homo est secũdũ corp⁹, vides corpus, & nõ scãdalizaris: & miraris, si hominis verbis loquit? (Si autẽ te scãdalizat vilitas corporis, & crux, & iniurię, & alapę, & flagella, & omnis iniuria crucis: si te hoc scãdalizat, reuertere ad principiũ, & nõ scãdalizaberis. Dicit enim pater ad filiũ:

a in splẽdoribus sanctorum, ex vtẽro ante
b Luciferum genui te. Iurauit dominus &
c nõ pœnitebit eũ: tu es sacerdos in æter-
d num secundũ ordinẽ Melchisedech. Dõ-
e minus à dexeris tuis: cõfregit in die iræ
f suæ reges. Iudicabit in nationib⁹, implẽ-
g bit ruinas: cõquassabit capita in ter-
h ra multorum. De torrente in via bibit:

propterea

a ¶Ex vtero ante Luciferum genui te.) Miraris si dñs nõster atq; saluator, qui verè hominẽ assumpsit, loquit secũdũ hominẽ: cũm ipse deus pater qui nõ assumpsit hominẽ, loqtur quasi homo: Ex vtero ante Luciferũ genui te? Nõ habeo vterũ: sed non possum me aliter indicare patrẽ, nisi hominis verbis locut⁹ fuero. Ex vtero ante Luciferũ genui te. Ex vtero, de mea substantia. Ex vtero. Audi Eunomi: audi Arí. Si

H creatura est domin⁹: si factura: nũquid artifex generat opus suũ? Nũquid artifex filiũ vocat opus suũ? Artifex carpentarius fecit scãnũ: Nũquid de vtero illius generauit? Nunquid dicit ei: de vtero meo genui te ô scamnũ? Nõ vtiq; hoc dicit. Sed quid dicit? Ego te feci manu mea. Quando autẽ vterus dicitur, filius significat, & filius nõ adoptatus. Vocant enim

Ioan.1.b. & filij adoptati. Quotquot em receperũt eũ, dedit eis potestatem filios dei fieri. Ibi dedit eis potestatem. Hic verò de vtero generauit: de sua natura, de suis visceribus, de sua substantia. Ex vtero: hoc est, de medullis diuinitatis suę. Totum quicquid pater est in diuinitate, dedit filio quẽ generauit. Ex vtero ante Luciferũ genui te. Ante Luciferum. Hoc schema, Græcè dicitur προκαθοχή, quod dicunt Grammatici

Quãdo ergo dicit, ante Luciferũ, vnã creaturã nominat, & oẽs indicat creaturas. Quãdo dicit, ante Luciferũ: nos sic intelligamus, quasi dixerit, ante lunã, ante solẽ, ante omnẽ creaturã. Ex vtero ante Luciferũ genui te. Ante Luciferũ. Ante istũ Luciferũ qui videt in mundo, vera lux genita est. Vnde

Psal.35.c. dicit in alio loco psalmus: In lumine tuo videbimus lumen. Sermo est ad patrẽ: O pater in lumine filij, videbimus lumẽ spiritũ sanctũ. Ex vtero ante Luciferũ genui te. b ¶Iurauit dñs & nõ pœnitebit eum.) Iurauit dñs. Hoc quod dicit, iurauit: nõ ei qui ante Luciferũ genitus est: sed ei iurauit, qui post Luciferũ natus ex virgine est. c ¶Tu es sacerdos in

I æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech.) Superfluũ est nos de

Heb.7.a. isto versiculo velle interpretari, cũm sanctus Apostolus ad Hebræos plenissimè disputauit. Ipse enim ait: Iste est Melchisedech, sine patre, sine matre, sine generatiõe. Et interpretatur ibi diligẽtissimè, quare sine patre, sine matre, sine generatiõe. Et ab omnib⁹ ecclesiasticis dictũ est, quoniã sine patrẽ dicitur secundũ carnẽ: sine matre dicit secundũ deũ. Hoc solum ergo interpretemur: Tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Hoc solũ dicam⁹, quare dixerit secũdũ ordinem. Secundũ ordinẽ: nequaquã sacerdos eris secundũ victimas Iudaicas, sed eris sacerdos secundũ ordinẽ Mel-

Genẽ.14.d chisedech. Quomodo enim Melchisedech rex Salẽ obtulit panẽ & vinũ: sic & tu offeres corpus tuum & sanguinẽ, verũ

Ioan.6.f. panẽ, & verum vinũ. Iste Melchisedech ista mysteria quæ habemus, dedit nobis. Ipse est qui dixit: Qui mãducauerit carnem meã, & biberit sanguinẽ meũ. Secundũ ordinẽ Melchisedech tradidit nobis sacramẽtum suum. d ¶Dñs à dextris tuis.) Rem nouã video. Dicit in principio: Dixit dominus dño meo, sede à dextris meis: & nunc dicit ad eum, dñs à dextris tuis. Si ipse ad dexterã patris sedet, quomodo rursũ pater sedet ad dexterã filij? Quãdo enim dicitur: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis: manifestissimè dicit, quòd ad dexterã patris sedet filius. Quãdo autẽ dicit: Dñs à dextris tuis: hoc dicit, quòd ad dexterã filij sedeat pater. Hoc totum ꝓpterea dicit, vt æqualis sit filius patri. Multa sunt quæ dicantur. Peccatori autẽ diabolus stat à dextris. Cæterũm illa disputatio alia est. Quicũq; peccator est, diabolus ei stat ad dexterã. Sed dicet aliquis: Quomodo & Iesu filio Iosedech in Zacharia dicit stare diabolus à dextris ei⁹: & diabol⁹ stetit à dextris saluatoris? Videtis quia quæstio est. Sed eo tempore quãdo stabat diabolus ad dexterã saluatoris: Iesus, inquit, habebat vestimenta sordida. Nostra peccata portabat, nostris vitijs inuolutus: ꝓpterea diabolus stabat à dextris eius. e ¶Confregit in die iræ suæ reges.) Hæc omnia tradita sunt mihi. In momento, Matt.4.a. inquit, horę mõstrauit ei vniuersa regna terræ. Regna mundi, diabolus mõstrat. Et quid dicit? Hæc omnia mihi tradita sunt. Si cadẽs adoraueris corã me, erunt tua omnia. In die ergo belli, in die certaminis, confringet reges irę suæ. f ¶Iudicabit in nationibus.) Videte differentias: Reges confringuntur, iudicabit nationes.

g ¶Implebit ruinas.) Dñs noster ascendit in crucẽ, & multæ ruinæ factæ sunt. Iste positus est in ruinã, & resurrectionem multorũ, & in signũ cui cõtradicetur. Implebit ruinas. Lucæ.2.c. L Nõ credẽtium, qui nõ crediderũt exploratoribus apostolis. Num.21.g Et Moyses enim misit exploratores in mundũ. Et quia non &.32.b. credidit populus exploratoribus, ꝓpterea ceciderunt in deserto. Vsq; hodie corpora nõ credentium cadunt in deserto istius seculi. h ¶Cõquassabit capita in terra multorũ.) Implebit ruinas nõ credẽtiũ: cõquassabit capita eorũ q dubij sunt: eorũ qui nõ habent perfectã fidẽ. Cõquassabit capita in terra multorũ: nõ omniũ. Si em dixisset, omniũ: nullus de nobis spem haberet. Multorum dicitur, vt alij relinquantur.

i ¶De torrẽte in via bibit.) Quis bibit de torrente in via? Iste, cui dictum est: Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Iste, qui audiuit: Tu es sacerdos in æternũ secũdum ordinem Melchisedech. Iste, qui cõfringit in die iræ suæ reges: implebit ruinas: cõquassabit capita in terra multorũ. Iste, quid facit aliud? De torrẽte in via bibit. Videam⁹ ante viã, vt postea videamus in via torrentẽ. Viã, seculũ istud dicit, per quã ambulauit. Deniq; scriptũ est in euãgelio: Esto cõsentiẽs ad- Matt.5.d. uersario tuo dum es in via: hoc est, dũ ambulas in isto seculo: & per viã vadis ad eũ, qui vera est via. Vnde dicitur & in cẽtesimo decimooctauo psalmo: Beati immaculati in via. Beati sunt, qui in ista seculi via immaculati sunt, & in isto mundo. Ergo sacerdos secundũ ordinẽ Melchisedech: quoniã venit in via seculi, & ambulauit ĩ via nostra: bibit & ipse de torrente, qui erat in seculo. Torrẽs nõ habet aquas naturales, nõ habet aquas quæ semp perfluunt: sed habet aquas de tẽpestatibus, de pluuijs, de turbine, de ꝓcellis. Torrẽs nunquã est in M mõtibus, sed semp in vallibus, in præcipitibus locis. Alienas aquas cõcipit, & parturit, & tumens vadit. De torrẽte in via bibit. Torrẽs nunquã habet mundã aquã, sed semp turbidã. Hoc dicit: quoniã seculi istius aquæ semp turbidæ sũt, semp plenæ tẽpestate. Vultis scire quomodo de torrente turbido biberit? Et ipse dicit: Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Mat.26.d Et dicitur in euãgelio: Et cœpit, inquit, cõtristari, & conturbari. Bibit ergo etiã dñs noster de torrẽte istius seculi aquas turbidas, aquas tristes, aquas quæ nõ habẽt lætitiã. Tulit calicẽ, & impleuit de torrente mũdi: & quoniã turbidæ erant aquæ, dicit: Pater, si possibile est, trãseat calix iste à me. Bibit ergo de torrẽte mũdi istius: sed nõ bibit quasi in domo sua, sed in via ad alia ire festinãs. Bibit de torrente in via. Propterea bibit de torrente, quia in via erat. De torrente bibit. Si dñs bibit de torrente mundi istius, quanto magis sancti? Vultis scire quoniã sancti de torrẽte bibunt. Dicit & in alio loco: Torrentẽ pertrãsiuit anima nostra. De torrente in via Psal.123.a bibit. Diximus de torrẽte, dicamus etiã & testimoniũ. Torrentẽ pertransiuit anima nostra. Vultis scire & aliũ torrentem? Elias sanctus ꝓpheta quãdo persequebatur eũ Iezabel: 3.Re.19.b quãdo accepit cibũ, & quadraginta diebus trãsiens perrexit in eremũ: Erat, inquit, in deserto, & bibebat de torrẽte Chobar.

A bar. Verùm audientes torrentes istius seculi, nolite desperare. Frequẽter hic torrens deficit. Videtur quidẽ tumescere: videtur habere aquas multas: sed citò deficit, si sustineas. Et Elias bibit quidẽ in deserto aquam: eo tẽpore quo erat in tri-
3.Re.19.b stitia, quo erat in angustia. Dimiserat Iudeam, & perrexerat in mõtem Sina: persequebat enim eum Iezabel, & propterea bibebat de torrẽte Chobar. Verùm quia perseuerauit vsq; in finẽ, propterea defecit aqua torrẽtis. Et dicitur ad eum à dño, quoniã defecerat aqua torrentis: Vade, inquit, ad viduã in Sarepta Sydoniorũ &c. Ecce bibit & Elias de torrente. Sed ipse dñs atq; saluator bibit, & calicẽ de torrente Cedron. Sic enim scriptura refert, quãdo venerunt & cõprehenderunt eum.
Ioan.18. Venerunt, inquit, & cõprehẽderunt eum in torrẽte &c. Videtis quàm humilis sit locus torren-
Cedron. tis, quàm cõfragosus. Cedron lingua Hebræa interpretatur tenebræ. Videtis igit quoniã torren-
B tes istius seculi in tenebris sunt. Dñs ergo cùm traditꝰ, non traditꝰ rursum in mõte Oliueti: nõ traditur in tẽplo, sed traditꝰ in torrente, & torrente tenebrarũ: hoc est, Cedron. Omnes enim qui odio habent lucẽ, amant tenebras. De torrente in via bibit. Quia ergo bibit dñs de torrente, & gustauit mortem: propterea exaltauit eũ pater, & dedit ei nomen quod est super omne nomen. Deinde nunc dicitur: De torrente in via bibit. Et quia bibit de torrente in via:

a ¶Propterea exaltauit caput.)
Ioan.12.e. Et quid dicit? Cùm exaltatus fuero, omnia trahã ad me. Ille est exaltatus, & nos exaltauit. Istius caput exaltatum est: cæterùm draconis capita conquassauit, & cõfracta sunt in mari. Propterea exaltauit caput. Nõ dixit: propterea exaltatum
Ibid.10.d. est caput eius: hoc est, ab alio exaltatus: sed qui se humiliauerat, ipse exaltauit. Ipse enim dicit in euangelio: Potestatẽ habeo animã meam ponẽdi, & potestatẽ habeo resumendi eã. Propterea exaltauit caput. Seipsum exaltauit, qui caput est omnium. Aut certè quod dicit: exaltauit caput, non seipsum exaltauit. Propterea exaltauit caput. Semper enim ille altus
C fuit. Sed quãdo dicit: exaltauit caput, nostrũ exaltauit caput: qui curui nõ poteramus aspicere ad cœlum, sed ad terram.
Luc.13.b. Vultis scire quoniam ipse exaltauit caput? Et illam mulierem quam ligauerat diabolus, ipse liberauit. Exaltauit caput eius, quæ semper incuruata fuit, & adorauit eum. Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

b ¶Halleluia.)Psalmus iste, primus secundũ ordinẽ scribit literarũ: licèt multi vigesimũ quoq; quartũ psalmũ, & trigesimũsextũ scriptũ putent in Hebræo, secundũ ordinẽ literarũ: sed in illis, vel desunt aliquæ literæ, vel superfũt: & nõnunquã quia cùm vnus versus breuis sit, alius infinita longitudine maior est. Ex quo puto magis obseruatiõe hoc legẽtium, quàm studio scriptoris effectum. Deniq; & septuaginta interpretes: quia aliquis in eis scrupulus nascebat, in trãslatione Hebræas literas ponere noluerunt. Psal. CX.

c COnfitebor tibi dñe in toto corde meo.) Si nõ fuisset simplex Dauid, & habuisset dolũ, nõ dixisset: Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Nõ labijs tãtum, sed toto corde. d ¶In cõsilio iustorũ & congregatione: magna opera dñi.)Rectorum dicit eorum qui antè peccatores erant, nunc verò iusti. Nõ est enim mirari. Videtis elephantem & camelũ, similiter & muscã, & culicem, eandẽ mobilitatem habere, & spiritũ, & membra. e ¶Escam dedit timẽtibus se.)In fame pauit Eliam: in deserto, populo Iudeorũ manna pluit: & cõpletũ est quod dicitur: Escam dedit timẽtibus se. Hoc secundũ literã. Escam autẽ dedit panem qui de cœlo descendit: quo si digni sumus, pascimur. Quanti enim martyres fame corrupti sunt, & nunc sunt cum domino?
Exo.16.g. D
Ioã.6.d.e.

f ¶Sanctum & terribile nomen eius.)Sanctum, sanctis: terribile, peccatoribus. g ¶Initium sapientiæ timor dñi.)Qui non timent dominum, non est in eis sapientia. Aut qui non habent sapientiam, non habent timorem.
h ¶Laudatio eius manet in seculum seculi.)Quoniam in titulo Halleluia prænotatum est, iustè in laudatione finit psalmus. Siqdẽ Halleluia interpretatur, laudate dominum.
Halleluia.
i ¶Halleluia.)Iste psalmꝰ prouocat nos per timorem dei in æternę domus habitatione fundari. Psalmus CXI.

k BEatꝰ vir qui timet domiñũ.)Frequẽter dixi, quoniam omnia quæ in persona iusti interpretãtur, referũtur ad Christũ. Si enim sãcti, typus & figura saluatoris sunt: si quis verè sanctus est, verbi causa: Isaac typus dñi saluatoris est: Ioseph, Salomon, Dauid, & cæteri sancti. Ergo & iste beatus vir qui nũc describit, refertur quidẽ ad virũ iustũ. Et verè de viro iusto dicitur: sed iste vir iustꝰ, typus est viri iusti. Beatus vir q timet dominũ. Interim dimissimꝰ psalmũ, nunc dicamus de viro iusto: Beatus vir qui timet dñm. Psalmus
E centesimus vndecimus, alphabeticus est. Siquidẽ & cẽtesimꝰ decimus, & ipse sub alphabeto est. Primꝰ versiculus ex Aleph scribit: Beatꝰ vir qui timet dñm. Secũdus, ex Beth: In mãdatis eiꝰ cupiet nimis. Tertius, ex Gimel: Potẽs in terra erit semen eius: & vsq; ad vicesimãsecũdã literã Tau. Singulos igit versiculos, vestris orationibus differamus, Beatus vir qui timet dñm: principiũ psalmi est: nõdum dicit: Beatus vir qui diligit dñm. Virorũ enim insipientiũ, est timere: perfectorum verò diligere. Siquidẽ perfecta dilectio, foras mittit ti-
1.Ioã.4.d morem. Ergo de principio dicit: hoc est, incipiente viro sancto. Videamus ergo ordinẽ psalmi: Beatus vir qui timet do-
F minum. Qui timet dominũ, quid facit? Audit verba dei, doctus in lege est? Nõ hoc dicit. Quid dicit? l ¶In mãdatis eius cupiet nimis.)Qui timet dominũ: qui beatus est: mandata ipsius libenter facit. In mandatis eius cupiet nimis. Videte quid dicat: Non dixit, mandata eius facit. Multi enim & timore faciunt, & mercedẽ nõ habent. Qui enim gehennam timet, & propterea non fornicatur: nõ habet tantã mercedẽ, quantã ille qui propter dilectionẽ dei facit. In mãdatis eius volet: hoc est, vult nimis: hoc est, mãdata eius facere desiderat. Quomodo aliquis si in æstibus sit, sitit: ita ille desiderat mãdata domini. In mãdatis domini volet nimis. Anxiè mãdata eius non facit, sed vult: & vult non trãsitoriè, sed nimis. Tertius versiculus est: m ¶Potẽs in terra erit semẽ eiꝰ.) Qui mãdata dei feci voluntate, dignus sũ vt fiam pater sanctorũ. Breuiter dicimus, ne lõgius trahat oratio. n ¶Generatio rectorũ benedicetur.)Præstet dñs, vt & vos qui me auditis, generatio rectorũ sitis. o ¶Gloria & diuitiæ in domo eius.)Gloria & diuitiæ. Putamus gloriam & diuitias seculi dici? Ideo quis facit voluntatem dei & mãdata eius, vt diuitias mundi istius cõsequatur? Et certè nõ facit mandata dei nisi diuitias mũdi contẽpserit. Gloria & diuitię in domo
Psal.111.a. eius. Gloria credentiũ est, sicut dicit Apostolus: Nonne vos

a propterea exaltabit caput.
b Halleluia. CX.
c COnfitebor tibi domine in toto cor-
d de meo: in cõsilio iustorũ & congregatiõe. Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius. Cõfessio & magnificentia opus eiꝰ: & iustitia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorũ misericors
e & miserator dominus: escã dedit timentibus se. Memoria erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Vt det illis hæreditatem gentiũ: opera manuum eius veritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in seculum seculi: facta in veritate & æquitate. Redemptionẽ
f misit dominus populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Sanctum
g & terribile nomẽ eius: initium sapientiæ timor domini. Intellectus bonus omnibꝰ
h facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.
i Halleluia, reuersionis Aggæi & Zachariæ. CXI.
k BEatus vir qui timet dominum: in
l mandatis eius volet nimis. Potens
m in terra erit semen eius: generatio
n rectorum benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo
o

1.Cor.1.a. gloria mea estis & diuitiæ? Diuitiæ, de quibus dicit ipse A-
G postolus: quòd diuites facti sitis in omni scientia & iustitia.
a ¶Et iustitia eius manet in seculũ seculi.) Non dixit: iustitia manet in seculũ, & finem habet: sed manet in seculum seculi. b ¶Exortum est in tenebris lumen rectis corde.)
Nos quondã errabamus in tenebris: sedebam⁹ in tenebris & vmbra mortis: sed lux orta est nobis, secũdũ Esaiam. c ¶Misericors & miserator & iust⁹.) Misericors & iustus. Si peccator es, noli desperare veniã: misericors est. Si verò superbus es, & confidis tibi de clemẽtia dei, noli esse negligẽs, & iust⁹ est. Misericors & miserator & iustus. Videte quid fecerit prudẽtia Psalmistę: iustitia simplex est: misericordia duplex est. Misericors & miserator & iustus. Quia misericors est dominus & miserator, & vir iustus imitetur dominum suum, sit & ipse misericors. d ¶Iocundus homo qui miseretur &
H cõmodat.) Putat aliquis quòd de auro dicat & argento, & de pecunia? Iusti intantum nõ habuerunt quòd alijs cõmodarent, vt ipsi cibũ ab alijs acciperent. Ergo si nõ habuero quod dem, iam non sum iustus? Si non fecero eleemosynã, in iustorũ numero non habebor? Quanti sanctorũ fecerunt eleemosynã, sed in sanctitate ruerũt. Perfecti nõ fecerũt eleemosynas, qa non habebãt vnde facerẽt. Eleemosynas non facere, crimẽ habẽtis est. Cæterùm q̃ nõ habet vnde faciat eleemosynã, liber est. Quãtũcunq; dare voluerit, tantũ dedit: quia voto dedit. Tamen habẽt & sancti
Acto.3.a. vnde faciant eleemosynas. Dicit & Petrus: Argẽtum & aurũ non habeo: quod autẽ habeo, hoc do tibi. In nomine domini Iesu, surge & ambula. Quid est maius, pecuniã dare, an debilem sanum facere? Iocundus homo qui miseret & cõmodat. Quæ sunt istæ eleemosynæ, quid sit hoc quod cõmodat vir iustus, secũdus versiculus ostendit. e ¶Disponit sermones suos in iudicio.) Non dixit: aurũ suum, & argentũ, & pecuniã disponit in iudicio: sed, sermones suos disponit in iudicio. Ista est misericordia, si vir sanctus doceat alios qui non sunt sancti. Disponit sermones suos in iudicio. Intelleximus
I ergo quæ sunt pecuniæ quæ cõmodent. Verũm hoc quod dicit, disponit sermones suos in iudicio: hoc est, quod dicit in
Mat.7.a. euangelio, ne mittamus margaritas nostras ante porcos: Hoc est, vt sciat vnusquisq; cui tribuit, quid possit accipere, quid
Psal.118.b. nõ possit. Vnde vir sanctus dicit: In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi. Non ea dedi quibus libuit. Non sanctum tuũ misi canibus, & margaritas dedi porcis. Grande igitur periculũ est doctoris, verba dñi porcis effundere. Multa sunt quæ dicant de psalmo. Sed quoniã excludimur hora, benedicamus omnipotentẽ dominũ: & qui habet tales pecunias, tribuat nõ habẽtibus. Qui verò nõ habet, libenter accipiat. Præstet autẽ dñs & mihi, vt & ego istas habeã diuitias: vt & nõ habẽtibus dem, & habẽtibus diuitias cumulẽ: vt beatitudinẽ istam, & dicens habeã & audiens. Beatus est em̃ qui in aures loquitur audientis. Quid em̃ mihi prodest loqui, si alius verba mea nõ suscipiat? Quid prodest mittere vinũ: si
Ioan.2.a. statim quod mittitur, effundatur? Vides q; in euangelio aqua illa in hydriam mittitur, & in vinũ vertit, & seruat ne pereat. Miseretur: id est, in corde, & credit in opere. Bonũ est tribuere substantiã terrenã: sed melius est in annũciandã misericordiã: id est, vt tradas in obliuionẽ, qui tibi malè fecit: hoc est, vt indulgeas qui in te peccauit. Disponit sermones suos in iudicio: hoc est, iudex suimetipsi⁹ est. Dicit apud semetipsũ.
Matt.6.b. Dominus dixit: si dimittis, dimittet tibi: si das, dabitur tibi.

a in domo eius: & iustitia ei⁹ manet in se-
b culum seculi. Exortũ est in tenebris lu-
c men rectis: misericors & miserator & iu-
d stus, Iocũdus homo qui miseretur & cõ-
e modat, disponit sermones suos in iudicio:
f quia in æternum non commouebitur. In
g memoria æterna erit iustus: ab auditiõe
h mala non timebit. Paratum cor eius spe-
i rare in domino: confirmatũ est cor eius,
k non commouebitur dõnec despiciat ini-
l micos suos. Dispersit dedit pauperibus:
m iustitia ei⁹ manet in seculum seculi: cor-
n nu eius exaltabitur in gloria. Peccator
o videbit & irascetur, dentibus suis fremet
p & tabescet: desiderium peccatorum per-
q ibit. Halleluia. CXII.
r
s LAudate pueri dominũ: laudate no-
t men domini. Sit nom̃en domini be-
u nedictum: ex hoc nunc & vsq; in se-
x culum. A solis ortũ vsq; ad occasum: lau-
y dabile nomen dñi. Excelsus super omes
z gentes dñs: & super cœlos gloria eius.
a Quis sicut dñs deus noster qui in altis
b habitat: & humilia respicit in cœlo & in
c terra.

Quia ille qui sic se iudicat hic in præsenti, deus illũ coronat K
in futuro. f ¶Quia in æternũ non cõmouebitur.) Iste talis nõ cõmouebitur: quia supra petrã fundatus est. g ¶In memoria æterna erit iustus.) Ille iustus semper in memoria dei est. h ¶Ab auditu malo non timebit.) Ab illo, discedite à me maledicti. Mat.25.d
i ¶Paratum cor eius sperare in domino.) Hoc est, sua spes semper in deo parata est. k ¶Cõfirmatum est cor ei⁹.) Anima illius in fide. l ¶Non cõmouebitur.) De ipsa fide ad infidelitatẽ: quia super petram fundatus est: id est, super Christum. m ¶Donec despiciat inimicos suos.) Id est, vitia & peccata, oẽs hæreses, vel potestatẽ inimicorum despicit.
n ¶Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ seculi.) Dispersit, hoc est, partit⁹ est. Nõ dixit: totũ da vni homini, sed dicit: Vade & vende omnia quæ Marc.10.
habes, & da pauperibus. Quia p b.& Lucæ
multos illa partit⁹ est, vel dispersit: 18.d.
quia plus est oratio multorũ L
q̃ vnius hominis. Iustitia eius manet in seculũ seculi: hoc est, opera illius ipsa pmanent. o ¶Cornu eius exaltabit in gloria.) Hoc est, regnũ ipsius exaltabit in gloria: hoc est, cum deo erit.
p ¶Peccator videbit.) Quomodo videbit, qa ,ppheta dicit: Tollat impius ne videat gloriã dei.
Tamen subsequit: Videãt & confundant. Et alibi: Videbũt in Zach.12.c
quẽ compũxerunt: id est, visuri erũt illã formã serui & hominis, quẽ dignatus est suscipere de nostra humanitate: sed illã gloriam quam sancti habebunt: nec habebũt, nec videbunt: & quantũ videbunt, ad illorũ pœnam videbunt. q ¶Et irascetur.) Hoc est, cõtra seipsos: eo q̃ non fecerunt bona. Sera pœnitentia erit illis. Dicturi erunt: Isti sunt, quos in despectionem habuimus: ecce inter ipsos dei seruos sunt reputati. Sap.5.a.
Nihil profuerũt nobis abũdantiæ diuitiarũ: Sol nõ ortus est nobis. r ¶Dentibus suis fremet & tabescet.) Per stridorem dentiũ, frigus intelligitur: vt illud: Ibi erit fletus & stri- Mat.& Lu
dor dentiũ. Quia & frigus & calor erit ibi, & nulla requies. cæ.13.f.
s ¶Desiderium peccatorũ peribit.) Hoc est, omnia bona quæ hic in præsenti habuerunt. Diligenter igitur audiamus verba dei: cui sit gloria in secula seculorum, Amen. M
t ¶Halleluia.) Iste psalmus docet nos: vt deposita veteri malitia, tanquam modo geniti infantes in dei laudibus gloriemur. Ait enim: Psalmus CXII.
u LAudate pueri dñm, laudate nom̃e dñi.) Hic pueri ,puocãtur ad laudẽ: de quib⁹ in Esaia saluator ait: Ecce
ego & pueri, quos mihi dedit dñs. Ex ore quippe in- Suprà.8.a.
fantiũ & lactẽtium, laus in deũ plena perficit. x ¶Sit nomen dñi benedictũ.) Cui omnis creatura benedicit. Forsitan nõ fuit antea benedictũ? Fuit semper, sed tamen antea in vna gente Iudæorũ tantũmodo illi benedicebant & credebãt: sed modo in omnibus gẽtibus, & credit, & benedicit. y ¶Ex hoc nũc & vsq; in seculũ.) Ex hoc: id est, quo inceperũt homines, & credere, & laudare. Et nũc: hoc est i præsẽti: & vsq; in seculũ: hoc est, sine fine. Nã & antea semp fuit benedictũ.
z ¶A solis ortu vsq; ad occasũ.) Id est, ab initio natiuitatis nostræ vsq; ad mortẽ. a ¶Laudabile nomẽ dñi.) Vt suprà dixi. b ¶Excelsus dñs sup oẽs gentes.) Nunqd antea nõ erat excelsus? Erat in Iudæa, modo sup oẽs gẽtes. Dicit p ,ppheta: Quoniã voluit reprobare Iudæos, & eligere gẽtes.
c ¶Et sup cœlos gloria eius.) Hoc est, sup sanctos sua gloria. d ¶Quis sicut dñs deus noster?) Ac si dicat: Null⁹ talis. Vt illud: Quis similis inter filios dei? Et alibi dicit: Non Psal.85.b.
est similis tibi in dijs dñe. e ¶Qui in altis habitat, & humilia re-

A milia reſpicit ī cœlo & in terra.) In altis:hoc eſt,in ſanctis. Nunquid & in humilibus nō habitat? Habitat:quia & in humilibus reſpicit:vt illud:Super quē reſpiciā,niſi ſup humilē & trementē ſermones meos? Quādo ſunt alti ſancti? Quādo contemplant de cœleſtibus. Et tunc ſunt humiles in terra:quādo ſe humiliant in actiua, eleuātur in contēplatiua. Et illi qui hīc ī terra ſūt humiles,apud deū ſunt alti. Quare nō dixit, in humilibus habitat: ſed dixit, reſpicit? Ideo, quia vbi reſpicit, ibi habitat:& vbi habitat, ibi reſpicit. a ¶Suſcitans à terra inopem.) Et de capite,& de mēbris intelligitur. Suſcitās:hoc eſt, ſuſcitauit deus pater Chriſtum,qui inops & pauper pro nobis factus eſt. Et nos īopes:id eſt, ſine patre diabolo,ſine matre gētilitate,ſuſcitamur à Chriſto. b ¶Et de ſtercore erigēs pauperē.) Quòd dixit,terra:hoc eſt, & ſtercus: & q dixit,inopem:hoc eſt,& pauperem. Quia de terra & putredine

B peccatorū noſtrorū erexit nos:

Eccli.10.b vt illud:Quid ſuperbis puluis & terra? c ¶Vt collocet eū cū principibus,cum principibus populi ſui.) Collocauit deus pater filiū ſuū in cœleſtibus in dextera ſua. Et dominabit ſuper principes:id eſt,ſuper nouē ordines angelorū,ſecundū illud: Princeps militiæ,vel princeps virtutū ego ſum. Et inſup ſanctos, & ſua mēbra collocauit cū ipſis nouē ordinibus angelorum. d ¶Qui habitare facit ſterilē in domo,matrē filiorum lętantē.) Sterilis:hoc eſt,ſancta eccleſia. Vnde in ꝓpheta dicit:

Eſa.54.a. Lætare ſterilis &c. Primitus ſterilis fuit ſancta eccleſia:quia nō generabat filios,niſi paucos. Synagoga habuit virū deum, ſed tamen paucos generauit. Poſtea eccleſia quæ antè ſterilis

Acto.2.g. & ſequen. fuerat,in vno die vel duobus,grādes partus fudit, quādo generauit octo milia. Et in ꝓpheta dicit:

Eſa.49.f. Qui ſunt iſti,aut quis genuit illos mihi? Fac mihi ſpatiū & vrbes vbi habitē. Et do-

Pſal.18.a. minus dixit:Ego faciā. In omnem terrā exiuit ſonus eorum: hoc eſt,in toto mundo. Qui habitare facit ſterilē in domo: hoc eſt,in eccleſia. Et ipſa eſt ſterilis,& ipſa eſt mater,& ipſi ſunt filij,& in ſemetipſa habitat. Hoc eſt,vnitas eccleſiæ,vna

Rom.12.b res eſt,& multa membra:ſed vnū corpus multi ſunt,vt Paulus dicit:& ibi letabitur in ſemetipſa:hoc eſt,in vnitate.

C e ¶Halleluia.) Iſte pſalmus vocē continet prophetæ,oſtēdentis vt quæ in eo hiſtoricè narrantur, ſpiritualiter dicta intelligantur.

Pſalmus CXIII.

f IN exitu Iſraël de Aegypto,domus Iacob de populo barbaro.) Iſte pſalmus ſecundū hiſtoriā cōmemorat,quando

Exod.14. filij Iſraël exierunt de Aegypto. Sed plus pertinet ad ſenſum,quādo nos liberati fuimus de Aegypto:hoc eſt,de tenebris ignorātiæ peccatorū noſtrorū per baptiſmum. Domus Iacob de populo barbaro. Liberati fuerunt illi Iſraēlitici de populo barbaro:hoc eſt,de illis gētibus,quæ in Aegypto habitabāt. Et ad ſenſum: Domus Iacob,ſupplātatores vitiorum intelliguntur. Liberati ſunt iſti:& nos ſpiritualis domus Iacob liberati ſumus ab illis infidelibus,q in infidelitate permāſerunt. Domus Iacob. Primitus fuit vocatus Iacob, poſt-

Geñ.32.g. ea Iſraël. Vnde dixit: Vidi dominū facie ad faciē,& ſalua facta eſt anima mea. Et dñs dixit ad illum:Iā non vocaberis Iacob,ſed Iſraël erit nomen tuū. Et nos primitus debemus eſſe Iacob:hoc eſt,ſupplātatores vitiorū:vt poſtea poſſimus eſſe Iſraël:id eſt,animæ videntes deū,& oculis cordis contēplari

Matt.5.a. deum,ſecundū illud:Beati mundo corde,quoniā ipſi deū videbunt. g ¶Facta eſt Iudæa ſanctificatio eius.) In Iudæa

Iudæa. primitus fuit ſanctificatio dei. Sed Iudęa,confeſſio interpretatur:id eſt,in illis qui cōfitentur fidem trinitatis:& veniunt ad baptiſmū,vbi eſt ſanctificatio dei. h ¶Iſraël poteſtas eius.) Et poteſtas dei eſt,vt Iſraēl eſſe mereamur: id eſt, animæ vidētes deū,vocemur. Iſraël regnauit in ea. i ¶Mare vidit & fugit.) Mare vidit & fugit,quādo Moyſes cū populo ſuo venit. Et quomodo vidit? Id eſt,intellexit volūtatē creatoris,& donauit locū illi populo. Aliter,ſecundum ſenſum: Mare gentilitas:vidit,ſctōs prædicatores, ſupplātatores vitiorū: & animæ videntes deū,fugerunt: id eſt,nō potuerunt reſiſtere apoſtolis,quia deus in illis erat.

Exo.14.e.

k ¶Iordanis cōuerſus eſt retrorſum.) Iordanem conuerſum eſſe retrorſum nō legitur ī hiſtoria,

Ioſuæ.3.e. niſi quando cū arca in ipſum intrauerunt: quaſi retrorſum ambulaſſet illa aqua, ſic ſtetit quaſi murus,& illa alia aqua perambulauit in mare. Quid ergo intelligitur per hoc? Iordanis interpre

Iordanis. tatur,deſcenſio eorum. Illi intelligūtur,qui veniūt ad baptiſmū. Quando viderunt martyres pati perſecutiones multas,cōuerſi ſūt in mare:hoc eſt, in gētilitate negauerūt. Poſtea dñs p ſuos prædicatores vocauit illos:Conuertimini ad me, & ego reuertar ad

Zach.1.a. vos. Et cōuerſi fuerūt poſtea multi ad deum. Illa aqua perambulauit in mare:id eſt, ſūt infideles q perambulauerūt in mare: id eſt, in mare perditionis. l ¶Mōtes exultauerunt vt arietes,& colles ſicut agni ouium.) Exultauerunt ſancti prædicatores, quādo viderūt illos conuerſos,qui antea blaſphemi fuerunt. Exultauerunt vt arietes:id eſt,principes gregū,qui generant filios:id eſt,ſancti apoſtoli. Vnde vnus de illis dixit: Per eu-

1.Cor.4.d angeliū ego vos genui. Vel prædicatores,altioris meriti intelliguntur,qui modo generant filios per prædicationē eorum. Vnde Paulus dixit:Filioli mei,quos iterū parturio,do-

Gala.4.e. nec Chriſtus formetur in vobis. m ¶Quid eſt tibi mare q fugiſti,& tu Iordanis quare cōuerſus es retrorſum?) Propheta per ſemetipſum interrogat,& ipſe reſpondit: ac ſi dicat:Quid tibi fuit gētilitas q fugiſti? Et tu Iordanis:hoc eſt, & vos Chriſtiani,quid fuit quòd conuerſi fuiſtis retrorſum? Quare? Vidiſtis ſanctos prędicatores:id eſt,montes:vidiſtis arietes:hoc eſt,ſupplantatores vitiorū: & animas videntium deum patrem,ideo fugiſtis? n ¶Mōtes exultaſtis vt arietes,& colles ſicut agni ouium.) Repetitio eſt. o ¶A facie domini mota eſt terra,à facie dei Iacob.) Expoſuit hoc pro-

Pſal.96.a. pheta alio loco cùm dicit: Vidit,& cōmota eſt terra. Et poſt paululum ait:A facie domini:& reliqua. Mota eſt terra:hoc eſt,à præſentia dei:q deus in ſuis prædicatoribus erat. Mota fuit gētilitas,à facie dei Iacob:id eſt,à præſentia illius quē adorauit Iacob. p ¶Qui conuertit petrā in ſtagna aquarum.) Petra,Chriſtus:& ſecundū hiſtoriā,de petra exierunt

Exo.17.b. Num.20. flumina. Antequā Chriſtus veniret in carnē,nō eruperāt adhuc tantæ aquæ:hoc eſt, tanta doctrina. Poſtea exierunt de

b. Chriſto quatuor flumina,quatuor euāgelia,& irrigauerunt totū mundū. q ¶Et rupem in fontes aquarū.) Repetitio eſt. Rupes ſunt,qui & petra. Petra,dicitur rupis. Et rupē in fontes aquarum. Doctrina multa de Chriſto. Mare rubrū, quod ideo dicit:quia ſicut ſanguis erat illa aqua maris,quæ figurabat baptiſmū. r ¶Non nobis domine,nō nobis:ſed nomini tuo da gloriam.) Dicunt illi boni Iudæi:Non noſtrū meritū nos liberauit,ſed tua poteſtas,vt nomen tuum glorificetur in omnibus gētibus. Vel prædicatores noui teſtamēti ſimiliter dicunt. Quādo faciūt virtutes, deus per illos facit: vt nomen illius glorificetur, & laudetur per ipſum. ſ ¶Super miſericordia tua & veritate tua.) Tua miſericordia,& tua veritas hoc facit. t ¶Ne quādo dicant gentes, vbi eſt deus eorū?) Propter hoc facit deus iſta mirabilia, vt nō dicant gentes q nō potuiſſet deus illos ſaluare. Vel modo

G in nouo teſtamẽto ſimiliter facit in ſanctis ſuis. a ¶Deus autem noſter in cœlo:omnia quæcũq; voluit,fecit.) Deus in cœlo ſurſum. Dicunt ſancti ad illos infideles,qui idola adorant: Vos veſtros deos manu tãgitis,& oculis animalibus cernitis,ſed noſter deus in cœlo eſt ſurſum. In cœlo & in terra omnia quæcunq; voluit, fecit. In his qui cœleſtem vitam agunt,& adhuc terrena carne claudũtur, impleuit volũtates ſuas. b ¶Simulachra gentium argentum & aurum,opera manuũ hominũ.) Ideo dicitur ſimulachrum, quia ad ſimilitudinem alicuius hominis mortui,factũ ſit. Argẽtum & aurum. Quare nõ dixit, lapidea, aut ærea, aut fictilia, aut lignea: ſed argentea & aurea? Quia prꝫuidebat ſpiritusſanct⁹: quoniam cùm exinde increpati eſſet,quale reſponſum darẽt. Ideo poſuit aurum & argentũ:quia dicerẽt illi: Non adoro,nec ligneũ deum,nec lapideũ,nec æreum: ſed deũ aureũ & argenteũ. Dicis illi:Si aurũ aut argentũ adoraſſes,nõ eſſet talis error. Et dicunt illi:Non adoram⁹ aurum, nec argentũ. Ille reſpondit:Non aurũ & argentũ, ſed deum meum adoro. Quæ eſt iſta imago,& illa poteſtas quę in ipſa eſt? Dicis illi:Diabol⁹ ibi eſt. Ille dicit:Abſit. Non volo diabolum adorare. Quomodo non adoras diabolum:quia in alio pſalmo legimus: Omnes dij gentium dęmonia? Dicit ille:Nec hoc adoro. Quid ergo adoras? Ego ſolẽ, lunã, ſtellas adoro. Iſti ſunt mei dij,illi me ſaluãt. Dicis illi: Si ſol eſt tuus deus, quare non ſemper tibi lucet? Dicis ad alterũ,qui lunam adorat,vel iſti qui ſolẽ adorat:Sol integer eſt. Tu lunã adoras: quare creſcit & decreſcit tuus deus, & de nocte lucet. Quare non ſemper tibi lucet? Et in mare quando mergeris, tua luna,& tuæ ſtellæ cur te non liberant, & ſemper ſup tibi lucem dant? Quare addit:opera manuum hominũ,argẽtum & aurum? De terra fodiunt illud homines,& colunt illud,& I colorant:& ſic euenit pulchrum. Ergo de tuis manibus facis deũ tuum quẽ adoras. Iſta ad reuincendũ malos dicta ſunt. c ¶Oculos habent,& non videbunt. Aures habent,& nõ audient:nares habent,& non odorabunt. Manus habent,& non palpabunt:pedes habent,& nõ ambulabunt: nõ clamabũt in gutture ſuo.) Neq; enim eſt ſpiritus in ore ipſorũ. Dicis illi: Vel ſi beſtiam adoraſſes,licèt malũ erat,ſed tamen vel oculos habet,vel pedes:ſed iſtud quod adoras, nec videt,nec audit. Quare addit:nõ clamabunt in gutture ſuo? Quia beſtiæ clamant voce,ſed confuſus eſt clamor eorũ. Non intelligis, neq; potes per literas vel per ſyllabas cõprehẽdere,quomodo vocẽ hominis cõprehendis. d ¶Similes illis fiant qui faciunt ea,& omnes qui confidunt in eis.) Similes: hoc eſt,ſi oculos nõ emendat,quia vidit illud aurũ,illã imaginem. Sed & in anima ſimilis efficitur,dũ non emendat:quia nec videt, nec intelligit,nec diſcernit,dũ plus errori credit. Ideo ſimilis dicitur: Et omnes qui cõfidunt in eis. Nõ ſolũ qui faciũt, ſed etiam qui cõfidunt. e ¶Domus Iſraël ſperauit in domino.) Domus Iſraël,duodecim tribus Iſrael. Aaron, tribus Leui non ſperauit? Non ſperauit in tales deos mortuos, ſed in domino. Domus Iſraël,animarum domus videntiũ deum in domino ſperant. Et Aaron,mons fortitudinis:id eſt, qui fortes & alti ſunt in merito,in domino ſperant. f ¶Adiutor & protector eorum eſt.) Illi dij non proſunt,ſecũdum Hieremiæ dictum:hominem non liberant de bello:regẽ nõ K conſtituunt,ſed iſte illos defendit & protegit:ſecundũ Danielis dictum:verè ipſe eſt deus eorum,& ipſe mutat tempora,& amouet reges,& conſtituit. g ¶Domus Aaron ſperauit in domino:adiutor eorum & protector eorũ eſt. Qui timent dominum,ſperauerunt in domino.) Exceptis iſtis: domus Iſraël,& Aaron omnes qui illum timent & amãt, protegit illos & defendit. h ¶Dominus memor fuit noſtri,& benedixit nobis.) Memor fuit quando liberauit filios Iſraël. Et nos,quãdo qđ promiſit,impleuit opere. Miſit filium ſuum, qui carnẽ ſuſcepit, & nos liberauit. Hoc dico,deum memorare. Et benedixit nos:hoc eſt,omni benedictione ſpirituali. i ¶Benedixit domui Iſraël,benedixit domui Aarõ.) Benedixit omnes timentes dominũ, puſillis cum maioribus.) Id eſt, altiores merito, & inferiores. k ¶Adiciat dominus ſuper vos.) Alios prędicatores. Primit⁹ pauci fuerunt, poſtea multi effecti ſunt in mũdo prædicatores. l ¶Benedicti vos à domino, q fecit cœlum & terrã.) Benedicti:hoc eſt, vos ſancti benedicti eſtis à dño. m ¶Cœlum cœli domino:terrã autem dedit filijs hominũ.) Cœlum cœli,ſicut dicit canticũ pſalmi:& pſalmus cautici. Iſtud cœlum ſubiectũ eſt illi cœlo ſuperiori,vbi eſt firmamentũ:& inde habet lumen. Et terra iterũ ſubiecta eſt ad illud cœlum aëreum: exinde habet pluuiam & omnem neceſſitatem. Secundum ſenſum, cœlũ altius,ſancti apoſtoli: q ab ipſo Chriſto audierunt prędicationem,& illuminationem ſpirituſſancti acceperunt:& exinde fuerunt edocti. Cœlũ iterum ſucceſſores apoſtolorũ,quibus illi prædicauerunt,& dñs illos in anima illorũ illuminauit. Terrã autem dedit filijs hominum. Hi ſunt illi ſimpliciores qui tantũ incarnationẽ credunt:qui lac edunt,& nutriũtur per prędicationẽ:& ipſi qui terreni erant,cœli efficiuntur. n ¶Nõ mortui laudabunt M te domine.) Hoc eſt,peccatores. Peccator enim cùm venerit Prou.18.a in profundum malorũ,contemnit. o ¶Neq; oẽs qui deſcendũt in infernũ.) Hoc eſt,habitatores inferni. p ¶Sed nos qui viuimus,benedicimus dominũ.) Nos fideles qui viumus:id eſt,qui fidem & opera habent,ipſi laudant deum. q ¶Ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ.) Ex hoc:id eſt, quo incipimus intelligere. Nunc, modo. Vſq; in ſeculum, ſine fine. r ¶Halleluia.) iſte pſalmus vocem continet fidelis animæ à deo peregrinantis,quæ poſt longos labores ab eo ſuſcipit.

Pſal. 95.b.

a eſt deus eorum? Deus autẽ noſter in cœ-
b lo: omnia quæcunq; voluit, fecit. Simulachra gentiũ argẽtum & aurum: opera
manuum hominum. Os habent, & non
c loquentur:oculos habent, & nõ videbũt.
Aures habent,& non audient: nares habent,& nõ odorabunt. Manus habent, &
non palpabunt: pedes habent, & nõ ambulabunt,non clamabũt in gutture ſuo.
d Similes illis fiant qui faciũt ea:& omnes
e qui confidunt in eis. Domus Iſraël ſpe-
f rauit in domino:adiutor eorũ & protector
g eorũ eſt. Domus Aaron ſperauit in domino:adiutor eorum & protector eorum
eſt. Qui timent dominũ ſperauerunt in
domino:adiutor eorum & protector eo-
h rum eſt. Dominus memor fuit noſtri: &
i benedixit nobis. Benedixit domui Iſraël:benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timẽt dominũ: puſillis cum
k maioribus. Adiciat dominus ſuper vos:
l ſuper vos & ſuper filios veſtros. Benedicti vos à domino:qui fecit cœlum & ter-
m ram. Cœlum cœli domino: terram autẽ
n dedit filijs hominum. Nõ mortui laudabunt te domine: neq; omnes qui deſcen-
o dunt in infernum. Sed nos qui viuimus
p benedicimus dño:ex hoc nunc & vſq; in
q ſeculum. Halleluia. CXIIII.
r
f Dilexi quoniã exaudiet dominus:
t vocẽ orationis meæ. Quia inclinauit aurẽ ſuam mihi:& in diebus
u meis

Pſalmus CXIIII.

f Dilexi quoniã exaudiet dñs,vocem oratioꝛis meæ.) Nõ dixit,diligã:ſed,dilexi. Nõ ꝓmiſit ſe facere,ſed teſtatur ſe feciſſe. Dilexi. Quare dilexi? Quoniam exaudiet dñs vocẽ orationis meæ. Dilexi, tranſacti tẽporis eſt:exaudiet autẽ,futuri. Nõ enim dixit,quoniã dilexi quòd exaudiuit me dñs:ſed,dilexi quòd exaudiet me dominus.
t ¶Quia inclinauit aurem ſuã mihi.) Quoniã nos parui ſumus & humiles,& non poſſumus nos extendere & exaltare: ꝓpterea dominus inclinauit aurẽ ſuã, & dignatur exaudire nos. Deniq; quia nos homines ſumus,& dij nõ poſſumus fieri:deus homo factus eſt,& inclinauit ſe,ſecundũ illud quod ſcriptũ eſt: Et inclinauit cœlos & deſcẽdit. u ¶Et in die- 2.Re.22.a
bus meis inuocabo te.) Hic quæritur quomodo in dieb⁹ inuocet,

A uocet,& nō inuocet in noctib⁹. Et quomodo dicit in alio lo-
Psal.118.h co:Media nocte surgebā ad cōfitēdū tibi:cùm sancti in nocte
Psal.133.a plus soleant orare?Et in alio loco dicitur:In noctibus extol-
lite manus vestras in sancta, & benedicite dñm. Quomodo
dicit,& in diebus meis inuocabo?Nō dixit,inuocaui:sed,inuo
cabo, in futuro. Dū enim in hoc
mūdo sumus,in nocte inuocam⁹.
In futuro in die inuocam⁹ dñm:
propterea dixit, in diebus meis.
Peccatoribus enim nox est: mihi
autē dies. a ¶Circundederūt
me dolores mortis.)Videnť mi-
hi dolores mortis, cogitationes
esse fœdæ,quādo anima cogitat,
& peccare desiderat: quādo par-
turit peccata,vicina est morti.
b ¶Et pericula inferni inuene-
runt me.)O nos infœlices,& mi-
seros,& lugēdos:qa sēp nos pec-
catū quærit. Si autem semp nos
quęrūt peccata,nos festinemus vt
nō nos inueniāt. Hęc autē distātia est inter dolores mortis,&
pericula inferni. Dolores mortis,malę cogitationes sunt:pe-
ricula inferni,opera mala sunt. Vt est autem dicam: aliud in
B theoria,aliud in opere:hoc est in practica. Ibi enim dolor &
parturitio:hic autē periculū est vicinum morti. c ¶Tri-
bulationē & dolorē inueni.)Nouā rē dicit. Non dicit,requiē
inueni:non dicit,saturitatem inueni. Si autem dixisset,inue-
nit me tribulatio,inuenit me dolor:non erat quæstio. Nunc
autē quid dicit?Tribulationē & dolorē inueni: Quasi quæ-
reus sic inuenit. Nō enim inuenitur nisi quod quærit. Sactus
Rom.5.a. non quærit requiē,sed tribulationem. Nouit enim quoniam
tribulatio patientiā operatur: patientia autē probationem:
probatio verò spem:spes autē nō confundit. Tale quid & in
Hiere.6. Hieremia dicitur: Tribulationē,inquit,& miseriā inuocaui,
&.14. Quoniā,inquit,amaro tuo verbo rideboːhoc est,in hoc secu
lo: quid aliud volo nisi tribulationē, vt in futurū requiem ha
beam & fœlicitatē?Et ꝓpterea,inquit,nunc amaritudinē su-
Exo.15.d. stineo,vt postea dulciora ꝓmerear. Et populus dñi de Aegy
Mara. pto egrediens venit in Mara,quod interpretať amaritudo,&
Sina. de Mara in Sina,quod interpretatur tētatio. Et iterū Hiere-
Hier.15.d mias:Solus sedebam,quoniam amaritudine repletus eram.
d ¶O dñe libera animā meā.)Proprietatem Hebraicæ lin-
guæ Græcus & Latinus exprimere nō possunt. Pro ô in He-
Ana. bræo habet אנה ana. Ana autē intepretatur rogo & depre-
cor. Et quod dicit,hoc est:Deprecor domine libera animam
meā. Nō est enim vocātis,sed deprecantis affectus. In ingenti
enim periculo cōstitutus est. e ¶Misericors dñs & iust⁹,
C & deus noster miserebit.)Erige aures peccator. Misericors
est dñs,sed noli esse negligens:sequit enim,& iustus. Si mul-
tum peccator es:audi,misericors est dñs:si negligens es: au-
di,& iustus est. Sed videtur quasi æquale esse,misericors dñs
& iustus. Verbi gratia:decem partibus est misericors,& de-
cē partibus est iustus:& hoc ꝓpter simpliciores ita loquor.
Dicat aliquis:Si pēsentur peccata mea, nónne possum tanta
habere bona quanta habeo mala?Nunc autem dicitur: quòd
misericors est & iustus. Est misericorsin peccatoribus,iust⁹
in bonis. Incipiunt me grauare peccata mea, & vincit in sua
misericordia. Propterea semel iustus posuit:& secundò,mi-
sericors. Poterat & de prēterito dicere:Et de⁹ noster,inquit,
misereturːvt semper eum misericordē ostendat. f ¶Cu-
stodiens paruulos dñs.)Si quis magnus est,& se exaltat,& su
perbus est,hunc nō custodit dñs. Si quis se magnū putat,hu-
ius nō misereturetur dñs:sed si quisse humiliat,huius miserēť,&
custodit eū dñs. Siquidē dicit:Ecce ego & pueri quos mihi
dedit dñs. Et iterū: g ¶Humiliatus sum,& saluauit me.)
Dupliciter intelligimus:humiliat⁹ sum, & saluauit me. Siue
peccaui,& saluauit me:siue,cùm essem superbus, humiliauit
me,& saluauit me. h ¶Cōuertere anima mea in requiem
tuā.)Quādo dicit,cōuertere in requiē tuā: ergo habuit antè
requiē quā perdidit. Nemo em cōuertit,nisi qui pergit illuc
vbi prius erat. Deus em nos bonos creauit,& nostro arbitrio

a meis inuocabo. Circūndederunt me do-
b lores mortis: & pericula inferni inuene-
c runt me. Tribulationem & dolorem in-
d ueni: & nomen domini inuocaui. O dō-
e mine libera animā meam,misericors dñs
f & iust⁹: & deus noster miserēť. Custodiēs
g paruulos dñs, humiliatus sum:& libera-
h uit me. Cōuertere anima mea in requiē
i tuam: quia dñs benefecit tibi. Quia eri-
k puit animā meam de morte:oculos meos
l à lachrymis,pedes meos à lapsu. Placebō
m coram domino in regione viuorum.
n Halleluia,

nos reliquit,& oēs cum Adā in paradiso posuit. Sed quia no D
stro arbitrio à beatitudine illa cecidimus,& venim⁹ in vallē
lachrymarū: ꝓpterea iustus animā suā hortať,vt cōuertatur
illuc vnde descēdit. Cōuertere anima mea ī requiē tuā. Loc⁹
em iste,tribulatiōis loc⁹ est,terra pugnatorū est. Iste loc⁹ la
chrymarū est,vbi nō licet securū
ambulare. Vbicūq; em aliqs fue
rit,periculū est. Si ī deserto,scor
piones sunt:si in ciuitatibus, ocu
lus meretricis pernicies est homi-
nis:Si in mari, latrones & pi-
ratæ. Hęc omia mysticè loquor.
Nec em nūc periculū est sctō vi-
ro à latronib⁹ ĩterfici:siqdē mar
tyres sanguine suo vicerūt. Cōuer
tere anima mea in requiē tuam.
i ¶Quia dñs benefecit tibi.)
Quó,inquit,cōuertêrisò anima?
In paradisū. Nō qa digna es, sed
misericordia dñi est. Vt exires
de paradiso, tuo vitio factū est: vt
aūt redeas,misericordię dñi fuit. Et nos dicamus animę no-
stræ:Cōuertere in requiē tuā. Requies nostra,Christ⁹ est de⁹
noster. Si quādo fuerim⁹ ī angustia,& cœperit nos cogitatio
captiuare ī peccatū,dicam⁹:Cōuertere anima mea in requiē E
tuā. k ¶Quia eripuit animā meā de morte.)Necdū rediit
in paradisū,& iā se in securitatē rediisse dicit. Dixit,Cōuer-
tere anima mea in requiē tuā,& quasi secur⁹ dicit:qa eripuit
animā meā de morte. Quomodo eripuit animā meā de mor
te?Pro me passus est deus me⁹:ꝓ me crucifixus est de⁹ meus,
& dico: Vbi est mors victoria tua, vbi est inferne stimulus Osee.13.d.
tuus? l ¶Oculos meos à lachrymis.)Plorauī vt rideā:lu- 1.Cor.15.
xi vt in sempiternū gaudeā. Qui in præsenti nō plorat: in fu g.
turo lachrymabiť. Beati em qui lugēt,quía ipsi cōsolabunť. Matt.5.a.
Ecōtrariò autem dicit:Væ vobis qui ridetis:quoniā lugebi-
tis. m ¶Pedes meos à lapsu.)Quia nō steterūt pedes mei
sup petrā: ꝓpterea penè moti sunt pedes mei, penè effusi sūt
gressus mei. Liberati sūt pedes mei à lapsu. Quare?quía cō-
uersa est anima mea in requiē suā. n ¶Placebo corā dño
in regione viuorū.)Videor,inquit,hominib⁹ esse iust⁹, quā-
re opera bona nō habeo? Videor hominib⁹ esse sactus,quare
verba bona nō habeo?Hæc Dauid dicit:hoc sancti dicūt,hoc
apostoli loquunť:Pctōr em hæc nō loquiť. Quid loquiť iu-
stus?Quia verba & opera bona non habeo:& sctus videor,&
laudor ab hominib⁹. Ego aūt noui cōscientiā meā: Scio qua-
libus cogitationib⁹ cor meū fluctuat:scio quātæ mihi libidi-
nes veniūt:& video aliā legē repugnantē mētī meæ,& capti- Rom.7.d
uantē me in lege peccati:ꝓpterea dico: Miser ego homo,qs F
me liberabit de corpore mortis hui⁹? Et propterea dico, Ab Ibidem.
occultis meis munda me,& ab alienis parce seruo tuo. Ab a- Psal.18.d.
lienis. Non est meū qđ parturio. Nolo cogitare mala,& co-
gito. Nolo cogitare malū,& quasi inuit⁹ & captiuus in malā
cogitationē trahor. Sed qm in mea potestate nō est,aut cogi
tare,aut nō cogitare quæ sūt mala:ꝓpterea dico: alienā qui-
dē sūt quæ veniūt in cor meū. Sed qm quasi necessitas mihi
imponiť:ꝓpterea dico,ab occultis meis mūda me. Aliena q-
dē sunt pcā,sed qa suscipio ea:dico in alienis peccatis,parce
mihi seruo tuo. Hoc aūt quare dixi?Q̄m dixit ꝓpheta:Pla-
cebo dño. Nō dixit,placeo:sed,placebo. Hic em qđ facio,nō
possū esse pfect⁹ iust⁹. Propterea dicit & Apostol⁹:Ex parte 1.Cor.13.e
cognoscim⁹,& ex parte ꝓphetamus,& nūc p speculū videm⁹
in ænigmate. Propterea nūc lōgo sermone vsi sumus:qm̄ in
præsenti seculo pfectus iustus nemo esse poteſt,neq; Dauid,
neq; apostoli,neq; aliqs sctōrū. Nemo em mūdus à pctō,nec Iob.15.
si vnius diei fuerit vita eius. Siquidē apostoli & sancti nō ausi
sunt dicere,sancti sum⁹:nec ausi sunt dicere,placeo:sed, pla-
cebo. Qui in futurū solicit⁹ est,de prēterito qđ nō fecit,cōfi
teť. Placebo dño: Vbi placebo?In regiōe viuorū. Hęc em re-
gio mortuorū est:alia est terra viuorū. Siqdē & Dauid ī hac
terra erat,& verè in terra repromissiōis,dicēs:Placebo dño
ī regiōe viuorū:cōfiteť hāc regionē nō esse viuorū,sed mor-
tuorū. Vultis scire quæ est illa regio viuorum?Dñs dicit in
euangelio;

Luc.24.f. euangelio:Deus Abrahã,deus Isaac,deus Iacob:& erãt mor-
G tui.Et quid sequitur?Deus,inquit,non est mortuorũ,sed viuorũ.Igitur & iustus quid dicit?Placebo domino in regione viuorum.In regione Abraham,Isaac,& Iacob. Hoc est,quãdo verè fuero in sinu Abraham,tunc placebo domino.

Luc.16.e.

a ¶Halleluia.) Hunc psalmum quinta & sexta æditio cum superioribus copulant: Symmachus verò & Lxx.interpretes diuidũt.

Psalmus CXV.

b CRedidi, ꝓpter qđ locutus sum.)In Hebraico cẽ tesimus decimusquartus psalmus, & centesimus decimus quintus,vnus est psalmus. Igitur dixit:Credidi,ꝓpter quod locutus sum. Quid credidisti,ꝙ locutus es? Psalmus prior ita finiuit: Placebo corã dño in regione viuorũ. Dicit ergo ꝓpheta:Credidi, ꝓpter qđ locutus sum. Quid credidi?Quoniam placebo ꝯram domino in regione viuorũ. Hoc credidi,& hoc locutus sum. Quid autẽ locutus sum? c ¶Ego autẽ humiliatus sum nimis.) O magna intelligentia diuini sermonis. Credidi,inquit,quoniã placebo
H domino,quoniam ero angelus,quoniã ero in cœlis,& nõ fui superbus:nõ sum elatus,sed humiliatus sum nimis. Quoniã ero in regione viuorũ,misericordiæ domini est. Ego autem noui memetipsum,quia terra sum & cinis. Propterea dico: ego autẽ humiliatus sum nimis. Quid autẽ est terra & cinis? d ¶Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax.) In Hebræo aliter habet. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendaciũ:quod dicitur בְּלָיו.Placebo domino in regione viuorũ:sed ego scio memetipsum,secundũ cõditionem corporis,nihil esse. Nõ est enim veritas in substantia nostra,sed vmbra est,& quasi mendacium. In substantia corporali dico, non in anima. Et quod dicit,hoc est: Placebo dño in regione viuorum. Sed cogitans humanã vitã, & considerans diuersos
1.Cor.13.c errores:nõ inuenio veritatẽ in hoc mundo. Siquidẽ ex parte cognoscimus,& ex parte ꝓphetamus. Propterea dico:Omne quod videmus,omne quod intelligimus,mẽdaciũ est. Quomodo igitur mendaciũ est?Mẽdaciũ hic dixit, quasi vmbrã,
Psal.38.b. quasi imaginẽ:quẽadmodũ dicitur in alio loco: Verũtamen in imagine pertransiet homo. Eadẽ intelligentia & nunc dicitur:omnis homo mẽdax:hoc est,omnis homo vmbra. Hoc autem dicimus secundũ Hebraicã veritatẽ. Loquamur autẽ & secundũ Lxx.interpretes. Dicat enim aliquis,quid ad me quid habeatur ĩ Hebraico:ego ecclesiam sequor. Ego dixi in excessu meo,omnis homo mendax. Verum dicit Dauid,an
I mentitur?Si verum est,omnis homo mendax: & hoc qđ dicit,omnis homo mendax,verũ est:ergo & ipse mẽtitur,quia & ipse homo est. Si autẽ & ipse mentitur,ergo hoc quod dixit,omnis homo mendax,nõ est verum. Quocunq; verteris, in cõtrariũ venit. Et quoniã ipse homo est:ergo ipse mentit, quòd omnis homo mendax est. Ergo alio genere mentitur. Videtis ergo,quia syllogismi sunt philosophorum. Deniq; secundũ hanc sententiã texitur syllogismus Aristotelis. Deniq; tu dicis:loquere ad alterũ:si mentiris,& verum dicis ꝙ mentiris:ergo mentiris. Videte quomodo in contrariũ vertitur sententia. Quid enim dicit:O tu qui mecũ loqueris:si mentiris,& verum dicis hoc ipsum quòd mentiris:ergo mẽtiris:& in eodẽ sermone fit,vt verũ dicat,& mentiatur. Pro-
Colos.2.a pterea lectũ est in Apostolo: Videte ne quis vos decipiat per philosophiã & vanam deceptionem hominũ,secundum elementa mundi. Inuenerunt enim philosophi suas deceptiones ex propria arte:quomodo in eodẽ sermone, & vera quis dicat,& mentiatur. Nos autem dicamus Dauid vera dixisse,ꝙ omnis homo mendax. Quamdiu homines sumus, mẽtimur: quando autẽ fuerimus dij,desinimus mentiri. Vbi enim sunt
1.Cor.3.a. æmulationes & cõtentiones in vobis,nónne homines estis,&
Psal.81.b. secundum hominem ambulatis?Ego dixi,dij estis,& filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis. Si quis igitur sanctus est, deus efficitur:& quando factus fuerit deus,desinit esse homo,& iã K
non mẽtitur. Quid enim dicit & Apostolus?Est autẽ omnis Rom.3.a.
homo mẽdax,deus autem verax. Interpretemur aliter: Credidi,propter quod locutus sum. Magister quando docet discipulũ,nisi prior ipse crediderit quod docet,non potest alterum docere. Dicit ergo se primùm credidisse,& sic alium docere. Ego autem humiliatus sum nimis. Quãdo autẽ adeptus sum gratiã dei: non sum elatus in superbiam,non me inflauit notitia. Sed quid feci?Humiliatus sũ nimis. Tamẽ quod docui sermone, potui & humilitate docere. Ego dixi in excessu meo,omnis homo mendax. Docebam,inquit,discipulũ meum,& cõsiderans contẽplationem cœlestem, & cogitans diuiniora:intellexi oĩe quòd ho
mo nouit, esse mẽdaciũ. Quid enim veritatis potest esse in hoc mundo,cùm vmbra sit vita nostra super terram?Si ergo qui docet discipulum confitetur,quòd omnis homo mendax est:quantomagis discipulus non debet se extollere, & æstimare se aliquid esse? e ¶Quid retribuam domino, pro omnibus quæ retribuit mihi.)Quoniã dixit,placebo domi- L
mino in regione viuorum:& hoc ipsum credidi,ꝓpter quod locutus sum, & humiliatus sum nimis: & dixi,omnis homo mendacium:omnis homo vmbra,omnis homo imago:ꝓ tãtis beneficijs quibus placebo domino in regione viuorũ,quid habeo dignum quod illi retribuã? Ego terra sum, ego cinis sum:promisit mihi,quia placebo illi in regione viuorum:fecit me magistrũ. Credidi,propter quod locutus sum. Quid habeo dignũ,quod illi ꝓ tantis beneficijs retribuam?Quodcunq; illi dedero,ipsius est,& magis illi reddo q̃ dono. Nihil aliud habeo,quod ipsi retribuã, nisi ꝓ ipso sanguinẽ fundã, nisi ꝓ ipso martyr existam. Hæc est sola retributio digna,ꝓ sanguine sanguinẽ retribuere:vt liberati à saluatore,ꝓ saluatore libenter sanguinẽ ꝓfundamus. f ¶Calicẽ salutaris accipiã, & nomen dñi inuocabo.)In Hebraico ita habet:
Calicẽ Iesu accipiã. Hoc ipsum & angelus interpretatur. Et Lucæ.1.d.
vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluabit populũ suum.
Calicem ergo Iesu accipiam. Quis est iste calix Iesu? Pater, Luc.22.e.
si possibile est,transeat iste calix à me. Et potestis,inquit,ca- Mat.20.c
licem meum bibere?Et continuò sequitur:Calicem quidem meum bibetis. Hoc autem quare dixi? Vt intelligamus calicem passionis,martyriũ esse. Grãdis res est martyriũ. Quomodo grandis res?Quoniam retribuit domino quod accepit à domino. Christus pro ipso passus est, & ille ꝓ nomine
ipsius patitur. Quoniã diximus quòd martyr nihil aliud ha M
bet quod retribuat domino,& dñs cõputat illi ꝓ qualitate, quoniã videt seruũ suũ nihil aliud habere quod retribuat ei. Quid eñ simile est?Deus ꝓ hominib⁹ passus est,dñs ꝓ seruo,iustus pro peccatore. Quæ æqualitas?Sed quoniam nihil aliud habet seruus qđ retribuat dño: deus quasi clemẽs pro æquali accipit martyriũ. Quasi si quis diues pauerit aliquẽ pauperẽ:euenerit autẽ eundẽ diuitẽ venire cũ sua familia, & veniat casũ in domũ pauperis,& nõ habeat paup quod illi apponat,& familię ipsi⁹:& solũ illi dicat,intra in domũ cliẽtis tui:& ostẽdat voluntatẽ,quoniã nihil aliud habet qđ det, & plus faciat paup,sicut illa vidua quæ duo minuta cõtulit. Ca Luc.21.a.
licẽ salutaris,aut Iesu,accipiã. Et hoc ipsũ martyriũ,inquit, nõ est meæ virtutis,sed gratię dei. Propterea nõ possũ eũ bibere,nisi nomẽ dñi inuocauero. Iesus vincit, in suo martyre coronat. g ¶Preciosa,in cõspectu dñi,mors sctõrũ eius.)
Respõdeãt nũc Iudęi:qũo omne corp⁹ humanũ dicũt esse ĩmundũ in lege. Deniq; si qs moriat apud Iudęos,siue ꝓpheta,siue qualiscũq; sanctus,si qs eũ tetigerit etiã sacerdos, vsq; ad vesperã immũdus est. Hoc secundũ literã in lege scriptũ Leuit.19.
est. Dicamus illis:Si mortui corpus immundũ est,quomodo nũc dicit: Preciosa in cõspectu dñi mors sãctorũ eius?Si preciosum est corpus sancti moriẽtis,quomodo immundũ est?Ergo hic de euangelista dicitur,de martyre prædicatur. &.21.

O domine

a Halleluia. CXV.
b CRedidi,propter quod locut⁹ sum:
c ego aũt humiliat⁹ sum nimis. Ego
d autẽm dixi in excessu meo:omnis
e homo mendax. Quid rẽtribuam domi-
f no:pro omnibus quæ retribuit mihi. Cãlicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. Vota mea domino redg dam coram oñi populo eius:prẽciosa,in conspectu domini,mors sanctorum eius.
O domine

a O domine quia ego seruus tuus: ego seruus
b uus tuus,& filius ancillæ tuæ. Dirupisti
vincula mea,tibi sacrificabo hostiã lau-
c dis, & nomen domini inuocabo. Vota
mea domino reddam in cõspectu omnis
populi eius: in atrijs domus domini in
d medio tui Hierusalem.

e Halleluia. CXVI.

f Laudate dominũ omnes gentes: lau
g date eum omes populi. Quoniam
cõfirmata est super nos misericor-
i dia ei9:& veritas domini manet in æter-
k num. Halleluia. CXVII.

l Confitemini domino quoniam bo-
nus: quoniam in seculũ misericor
m dia eius. Dicat nunc Israël quoniã
bonus: quoniam in seculũ misericordia
n eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniã
o in seculũ misericordia eius. Dicant nũc
omnes qui timẽt dominum: quoniam in
p seculũ misericordia eius. De tribulatio-
ne inuocaui dominũ:& exaudiuit me in
q latitudine dñs. Dominus mihi adiutor:
r non timebo quid faciat mihi homo. Do-
minus mihi adiutor: & ego despiciã ini-
f micos meos. Bonũ est confidere in dño:
t quàm cõfidere in homine. Bonũ est spe-
u rare in dño:quàm sperare in principib9.
x Oes gẽtes circuierunt me:& in nomine
y dñi,quia vltus sum in eos. Circundantes
circundederunt me:& in nomine dñi,qa
z vltus sum in eos. Circũdederunt me si-
a cut apes,& exarserũt sicut ignis ĩ spinis:
& in no-

A a ¶O domine quia ego seruus tuus:ego seruus tuus,& filius ancillæ tuę.)Et iam dixi in cẽtesimo quartodecimo psalmo, vbi habet:O domine libera animã meam, quòd in Hebraico habet נַפְשִׁי ano,quod interpretat rogo,aut deprecor. Et hic ita habet in Hebraico:Rogo domine: quia ego seruus tuus, ego seruus tuus. Videt humilitatis esse quod dicitur. Grãdis dignitatis est,& meriti,esse seruum dñi,& nõ seruum peccati. Quia nõ habeo,inquit,dominũ hominem,quia nõ habeo dominũ pec-
Rom.6.b. catum. Nõ enim regnat peccatũ in mortali meo corpore, ꝓpterea seruus tuus sum. Grãde meritum. Deniq; dicitur de Moyse: Sed non sicut seruus meus Moyses. Et Abrahã, & Isaac, & Iacob dicuntur serui domini. Propterea & Apostolus ita icipit:Paulus seruus Iesu Christi. b ¶Dirupisti vincula mea,tibi sacrificabo hostiã laudis.) Verè magnæ fœlicitatis est,ire ad dominũ:vt nõ habeat cõscientiam inquinatam.

B Quicũq; sanctus moritꝰ sua morte,licèt sit sanctus qui misericordias operat9 sit,fecerit signa,dæmones eiecerit,nõ vadit ad dñm securus:horrescit eius cõsciẽtia, quãdo videt dñm. Martyr autem si & post baptismũ peccauerit:tamen secundo baptismate martyrij ablutus, securus vadit ad do-
Psal.105.b minũ. Dirupisti vincula mea. Catenis autem suorũ peccatorum vnusquisq; cõstringit, sed in martyrio meo dirupisti vincula peccatorum meorum, & de vinculis plicasti mihi coronam victoriæ.
Rom.5.d. Vbi enim abundauit peccatũ,superabundauit & gratia. Tibi sacrificabo hostiã laudis. Post martyrium vbi sacrificat? In regione viuorum. Sacrificabo,inquit,tibi sacrificiũ. Quale sacrificium? Nũquid hircum,aut vitulum? Illa Iudaica erant,& transierunt. Sacrificabo tibi hostiã laudis. Hæc est laus martyrũ. Sicut enim martyres laudant dominũ purè in regione viuorũ,ita & monachi qui die & nocte psallunt domino,debent eandẽ puritatem habere mar-
C tyrum,siquidem ipsi martyres sunt. Quod enim faciũt angeli in cœlis,hoc monachi faciũt in terris. c ¶Vota mea domino reddã in conspectu omnis populi eius.)Quę sunt orationes martyrũ? Quæ sunt orationes sanctorũ? Tenebo, inquit,& non dimittam te. Adorabo,inquit,dominũ,quem in euãgelio legẽs,& inueniens crucifixũ: in cœlis video regnãtem cum angelis. In conspectu omnis populi eius. Corã omni cœtu sanctorũ. d ¶In medio tui Hierusalẽ.) Ipsius cœlestis ciuitatis,quæ est mater nostra:cuius iã ciues & domestici facti sumus. Per ipsum dominũ nostrum Iesum Christum,qui est pax nostra. Qui nobis prẽstare dignetur,vt cõpresso bello carnali,ac charitatis suæ nobis pace largita: filijq; effecti in Hierusalem cœlesti,sanctis suis mereamur adiungi pro meritis. Ipsi gloria cum æterno patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

e ¶Halleluia.)Iste psalmꝰ paruus habetur numero versuũ, sed magnus est in spiritualis mysterij sacramẽto. Vocẽ tamẽ apostolicã tenet:qui iuxta normam euangelicam in quatuor versuum numero cõtinetur. Psalmus CXVI.

f Laudate dominũ oẽs gentes.)Qui relictis simulachris accessistis ad eum per fidem. Quòd autẽ omnes gẽtes laudaturæ atq; adoraturæ essent dominum, hoc magi ab Oriente venientes inchoauerunt,offerentes munera nato homini regiq; ac domino,sicut Matthæus ait euangelista. Matt.2.a.
g ¶Et collaudate eum omnes populi.) Qui ex Iudæis fue- D
runt conuersi,quod titulus illę prænũciauit,quem super crucem dominicam Pilatus posuit,scriptũ Hebraicè, Græcè, & Latinè,rex Iudæorum,sicut Ioannes euangelista testatur. Ioan.19.d
h ¶Quoniã cõfirmata est super nos misericordia ei9.)Apud deũ futura iã facta esse sæpe testati sumus. Ergo tũc misericordia dñi cõfirmata est,cùm effudit super Acto.2.a.
credentes spiritũ sanctum, iuxta promissionem quã Lucas euãgelista cõmemorat,dicẽs: Ecce ego Luc.24.g
mitto promissionẽ patris mei in vos:vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto. i ¶Et veritas dñi manet in ęternũ.)Permanet veritas domini, cùm iusti in cœlesti Hierusalem tanquã lapides viui ædificantur: Vel impij æterno igni & vermibus,qui nunquã moriũtur, his tradũtur. Sicut Marcus euãgelista ait:Ignis eorum nõ extin- Marc.9.g.
guet,& vermis eorũ nõ morietꝰ. E
Nos verò dominũ supplices deprecemur,vt se laudandi tribuat efficaciã,& cõfirmet sup nos misericordiã suã:mittẽs ĩ nobis spiritũ sanctũ,q exurẽs noxia, illuminet profutura. Ipsi gloria cum ætero patre & spiritu sancto in cuncta secula seculorum,Amẽ.
k ¶Halleluia.) Iste psalmus interdũ vocẽ cõtinet ecclesiæ Christi vocatione fundatæ:vel populi interẽpti ꝓ Christi nomine, deũ magnificantis. Psal. CXVII.

l Confitemini dño quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius.) Cõfessio hæc non ad peccatorũ remissionẽ,sed ad laudem pertinet deitatis. m ¶Dicat nunc domus Israël,quoniam bonus, quoniã in seculũ misericordia eius.)Illa domus quæ prius cæcata erat delictis, nũc mente serena dei gloriã contẽplatꝰ. n ¶Dicat nũc domꝰ Aaron quoniã bonus,quoniã in seculum misericordia eius.) Quæ antè idolis immolauerat: nũc autẽ altissimi illecta bonitate, sacerdotiũ gerit animæ suæ. o ¶Dicãt nunc qui timent F
dñm quoniã bonus,quoniam in seculum misericordia eius.) Vos qui prius simulachra muta & surda metuebatis: nunc omnipotẽtis dñi cũ timoris reuerentia misericordiã decantate. p ¶In tribulatione inuocaui dñm, & exaudiuit me in latitudine dñs.)In angustijs tribulationũ exaudiuit me in latitudine gaudiorum. q ¶Dñs mihi adiutor est, nõ timebo quid faciat mihi homo.)Diabolꝰ vtiq; & homo & vir, sæpe in scripturis ponitꝰ. r ¶Dñs mihi adiutor est,& ego despiciam inimicos meos.) Vel hæreticos, vel Iudæos.
f ¶Bonũ est sperare in dño,q̃ sperare in homine.) In solo deo debemꝰ sperare, & nõ in homine,cuiꝰ salus vana est. Nã Psal.59.c.
alius ꝓpheta ait:Maledictꝰ homo q ponit in hoĩe spem suã. Hier.17.a
t ¶Bonũ est cõfidere in dño.)Qui vitã largitur ęternam.
u ¶Quàm cõfidere in principibꝰ.)Quorũ potestas cũ hoc mũdo dilabitꝰ. x ¶Oẽs gẽtes circũdederũt me: & in nomine domini,quia vltus sum in eos.)Gentes scilicet tribulationũ vallabant me,sed in nomine dñi restiti eis. y ¶Circundãtes circũdederũt me,& in nomine dñi, qa vltus sum in eos.)Cuius erã vexillo munitus. z ¶Circũdederunt me sicut apes.)Sicut apes fauum,vt auferrẽt dulcedinẽ quam in me Christꝰ infuderat. a ¶Et exarserũt sicut ignis in spinis.)Ipsi exarserũt ĩ inuidia sua dũ me exurere nõ valuerũt.

Et in no-

a & in nomine domini, quia vltus sum in
b eos. Impulsus euersus sum vt caderē: &
c dominus susceptit me. Fortitudo mea &
laus mea dominus: & factus est mihi in
d salutem. Vox exultatiōis & salutis: in ta
e bernaculis iustorum. Dextera domini fe
f cit virtutem, dextera domini exaltauit
g me: dextera domini fecit virtutem. Non
moriar sed viuam: & narrabo opera dñi.
h Castigās castigauit me dñs: & morti nō
i tradidit me. Aperite mihi portas iusti-
tiæ, ingressus in eas confitebor domino:
k hęc porta domini, iusti intrabunt in eā.
l Confitebor tibi quoniam exaudisti me:
m & factus es mihi in salutem. Lapidem
n quem reprobauerunt ædificātes: hic fa-
o ctus est in caput anguli. A domino factū
p est istud: & est mirabile in oculis nostris.
q Hæc est dies quam fecit dominus: exul-
r temus & lętemur in ea. O domine saluū
s me fac, ô domine bene prosperare: bene-
t dictus qui venit in nomine domini. Be-
u nedixim⁹ vobis de domo domini: deus
x dñs, & illuxit nobis. Cōstituite diem so-
y lennem in condensis: vsq; ad cornu alta-
z ris. Deus meus es tu, & confitebor tibi:
a deus meus es tu, & exaltabo te. Confite-
b bor tibi, quoniam exaudisti me: & factus
c es mihi in salutem. Confitemini domi-
d no quoniam bonus: quoniā in seculum
e misericordia eius.

g Halleluia.

B Pſal. CXVIII. ℵ Aleph.
h Eati immaculati in via: qui ambu-
i lant in

G a ¶Et in nomine domini, quia vlt⁹ sum in eos.) Cùm ea quę mihi intulerant, in eos refusa sunt. b ¶Impulsus euersus sum vt caderem, & dominus susceptit me.) Qui confidens in eum, ipsum solū adiutorem quæsiui. c ¶Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.) Ipsi cōcinam, ipsum virtutem meam dicam: in ipso omnis laudatio mea cōsistit, qui mihi in hac tribulationis morte factus est in salutē. d ¶Vox exultationis & salutis, in tabernaculis iustorū.) In cordibus vtiq; martyrum reliquorumq; sanctorū, qui facti sunt tabernaculum dei per inhabitantem spiritum sanctum in eis.

e ¶Dextera domini fecit virtutē.) Vt mihi victoriā in passione tribueret. f ¶Dextera domini exaltauit me.) Ab humilitate diuersarum passionū, virtute ei⁹ eleuatus sum. g ¶Non moriar, sed viuā, & narrabo opa domini.) Porpulus hæc martyrum loquitur: quorum victoriæ in omnibus ecclesijs concinuntur.

H h ¶Castigans castigauit me domin⁹, & morti nō tradidit me.) Castigat nos dominus ad emendationem in multis verberib⁹, vt probet & seruet à perpetua morte. i ¶Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino.) Beatus est ille ecclesię vel martyrum populus, cui portæ aperiuntur iustitiæ: id est, vitæ æternæ, in quib⁹ iugiter deū cōfiteatur & laudet. k ¶Hæc porta domini, iusti intrabūt per eā.) Dominus Iesus Christus porta est patris, per quam introitur ad eum, ipso domino sic dicente:
Ioan.10.b. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur. Et iterum: Nemo venit ad patrē nisi per me. Per hāc ergo portam venitur ad patrē, sed nemo in eam ingreditur nisi iustus. l ¶Cōfitebor tibi quoniā exaudisti me, & factus es mihi in salutē.) In qua vel vulnera peccati sanasti, vel aduersus iniquū hostē, factus es in salutē. m ¶Lapidē quē reprobauerūt ædificātes.)
I Dñs noster Iesus Christus lapis verus inuentus in legis litera: reprobatus est ab ædificantibus Iudæis: hoc est, literæ hærentibus. n ¶Hic factus est in caput anguli.) In caput connectens duos parietes: Vnum de circuncisione, alium de pręputio, i vno nouo homine: hoc est, in semetipso. o ¶A domino.) Patre. p ¶Factus est.) Mediator noster & eius. q ¶Et est mirabilis in oculis nostris.) Non in illorum, qui eū reprobauerūt: sed in nostris, qui eū credēdo susceptimus. r ¶Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea.) Hic lapis angularis ipse est dies salutis, in quo vel à morte surreximus, vel mœrore peccati depositi, in nouitate vitæ lætamur. s ¶O domine saluum me fac.) Ad te venientem. t ¶O domine bene prosperare.) Prosperū facito iter illud: quo ad te post multos labores reuertar.

u ¶Benedictus qui venit in nomine domini.) Christus dñs
Ioan.5.d. in nomine patris, sicut ipse ait: Ego veni in nomine patris mei &c. x ¶Benedixim⁹ vobis de domo domini.) Sācti de cœlesti Hierusalem paruulos ecclesiæ benedicunt.

y ¶Deus dñs, & illuxit nobis.) Resurrectione em̄ sua illuminauit tenebras nostras. z ¶Constituite diē solēnem.) Exhibete vos tēpla & aras deo, in quibus & sacras celebretis solennitates. a ¶In cōdēsis.) In virtutibus multis: in quibus vel ipse dominus, vel eius angeli frequētant. b ¶Vsq; ad cornu altaris.) Vsq; ad ipsum dominū, qui est fortitudo animæ, quā eius altare fecisti. c ¶Deus meus es tu, & cōfitebor tibi.) Accepta remissione per cōfessionem peccaminū, nūc cōfiteor laudes tuas. d ¶Deus meus es tu, & exaltabo te.) Quia à te ab humilitate sū subleuat⁹. e ¶Cōfitebor tibi, quoniā exaudisti me.) Vt me cū sanctis tuis in cœlesti Hierusalem sociares. f ¶Cōfitemini dño quoniā bonus, quoniā in seculū misericordia eius.) In his verbis psalm⁹ accipit terminū, de quib⁹ sumpsit exordiū: videlicet vt ab initio credulitatis nostrę vsq; ad finē in deū nostrū fiduciā habētes, eius laudes perseuerāter confiteamur, iuxta illud dñi: Qui pseuerauerit vsq; Mat.10.c
in finē: hic saluus erit. Qui nobis &.24.b.
fiduciā in se sperandi largire dignetur: ipsi gloria cū æterno patre, & filio, & spiritu sācto in secula seculorum, Amen.

g ¶Halleluia.) Iste psalm⁹ māgnū in se mysterium cōtinet. De quo quippiā in ꝓlogo prolocuti sumus, sed quoniā cōtinentur in L
eo lex, mādata, iustificationes, testimonia, iudicia ac viæ: quid inter ea distet, discerni necesse est.
Lex ergo, quæ per Moysen data Lex.
est, in Christo spiritualiter debet intelligi: quia Apostolus cū illā Heb.10.a.
sanctā vocet: vmbrā tamē eā futurorum esse describit. Mandata Mandata.
sunt, in quib⁹ pręceptorū dñicorū custodia deputat, iuxta illud: Nō occides, non mœchaberis: & reliqua. Iustificationes sunt, quibus deus per suā dilectionē & ꝓximi, zizaniam odij ab hominū corde iubet auelli. Testimonia sunt, in quorum præsentia nobis obseruationū sanctarū ordo cōmittitur. Sicut Moyses cœlū & Deut.4.a
terrā inuocat testes. Et Paul⁹ ad Timotheū: Testificor tibi, inquit, i cōspectu dei viuētis, & in 2.Timo.
cōspectu electorū angelorū ei⁹: & reliqua. Iudicia autē sunt, 4.a.
cùm aut iustos splēdidis honorabit meritis, aut æternis damnabit supplicijs trāsgressores. Vię em̄ sunt apostoli ac ꝓphetæ, ꝓ quos venit ad verā viā, qui est Christ⁹. Sic ergo inchoat psalmus, Beati immaculati: quē ꝓ prolixitate dictorū in trib⁹ homilijs explanare dño annuēte decreuimus. Tot⁹ hic psalm⁹ est scriptus secūdū ordinē literarū, ita vt ab vna litera octo versus incipiāt, & rursū à sequēti octo alij cōpleātur. Et hoc similiter vsq; ad finē texat. Iosephus autē refert in libris ἀρχαιολογίας hūc psalmum, & Deuteronomij cāticum, vno metro esse compositū: & putat elegiacum metrū in vtroque posse deprehendi: quòd scilicet prior versus sex pedibus cōstet, inferior vno minus in pentametrum finiatur.

Iudicia. Viæ. M

Psalmus CXVIII. Aleph.

h Beati immaculati i via.) Ista vtiq; i seculi via, ꝓ quā gradimur. Beati immaculati. Contra beatitudinē miseria opponit. Beat⁹ immortalis dicit in nostra lingua, siue laudabilis vel glorios⁹. Illi sūt beati, q i vitā æternā merent intrare: & illi sūt miseri, q in infernū descēdūt. Quomodo dicit, immaculati: qa fine minutis pctis homo esse nō potest: sicut sāct⁹ Ioānes dixit: Si dixerimus qa peccatū nō habem⁹, 1.Ioan.1.c.
ipsi nos seducim⁹, & veritas in nobis nō est. Et ꝓpheta dicit:
Qui ingredit sine macula, & operat iustitiā. Sine macula: hoc Psal.14.a.
est, sine mortalib⁹ criminib⁹. Sed tamē discretionē facit iter maculā & maculā: id est, qa & si sine minutis esse nō possumus: tamē i maiora ꝛcidere nō debem⁹. i ¶In via: q ambulant in

lant in lege domini. Beati qui scrutantur
b testimonia eius: in toto corde exquirunt
c eum. Non enim qui operantur iniquita-
d tem: in vijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: vti-
e nam dirigantur viæ meæ, ad custodien-
f das iustificationes tuas. Tunc non confundar: cùm perspexero in omnibus mandatis tuis. Cõfitebor tibi in directione
g cordis: in cõ quòd didici iudicia iustitiæ
h tuæ. Iustificationes tuas custodiam: non
i me derelinquas vsquequaque.

ב Beth.

k IN quo corrigit adolescentior viã suã: in custodiendo sermones tuos. In to-
l to corde meo exquisiui te: ne repellas
m me à mãdatis tuis. In corde meo abscõ-
n di eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustificatiões
o tuas. In lãbijs meis pronunciaui omnia
p iudicia oris tui. In viã testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnib⁹
q diuitijs. In mãdatis tuis exercebor: & cõsiderabo vias tuas. In iustificationibus
r tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

ג Gimel.

s REtribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos. Reue-
t la oculos meos: & considerabo
u mirabilia de lege tua. Incolã ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.
x Cõcupiuit anima mea desiderare iusti-
y ficationes tuas: in omni tempore. Increpasti superbos, mãledicti qui declinant
z à mandatis tuis. Auãfer à me opprobriũ,
a & cõtemptum: quia testimonia tua ex-
b quisiui. Etenim sederũt principes & ad-
c uersum me loquebãtur: seruus autẽ tuus
d exercebatur in iustificationibus tuis. Nã
e & testimonia tua meditatio mea est, &
f cõsilium meum iustificationes tuæ.

ד Daleth.

Ioan.14.a A lant in legẽ domini.) In via, in Christo, vt ipse ait: Ego sum via & veritas. Qui ambulant in lege domini: hoc est, in mãdatis illius. Qui ambulant: id est, perseuerant. Qui ambulant in lege domini. Qui carnis concupiscentijs edomatis: etiam terrenæ honorẽ gloriæ calcant. a ¶Beati qui scrutantur testimonia eius.) Vt intel ligãt cùm peccauerint, se coram testibus deliquisse. b ¶In toto corde exquirunt eum.) Et non leuiter, neq; segniter. c ¶Nõ enim qui operãtur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.) Viæ enim sunt apostoli & prophetæ, per quos venitur ad viam illam, quæ dixit: Ego sum via, veritas, & vita, sicuti iam diximus. In hac enim via impij nõ incedunt: quia satanæ viã sequuntur. d ¶Tu mandasti, mandata tua domine custodiri nimis.) Nõ tepido corde, nec dissoluto animo, sed fortiter & attentè nos sua mandata edocet custodire. e ¶Vtinam dirigantur viæ meæ, ad custodiẽdas iustificationes tuas.) Nisi eñ B ab ipso domino dirigantur viæ nostræ: ad eius custodiendas iustificationes infirmiores erimus, propter fragilitatem carnis. f ¶Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mãdatis tuis.) Non alia prætermittere, & alia obseruare est congruum: sed omnia æqualiter custodire oportet, ne in futuro iudicio confundamur. g ¶Confitebor tibi domine in directiõe cordis mei.) Quia non est peruersum in parte hæreticorum. h ¶In eo q̃ didici iudicia iustitiæ tuę.) Vt te directo corde laudarẽ. i ¶Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas vsquequaque.) Et si ad tempus relinquimur, non tamẽ vsquequaque relinquamur vt pereamus.

Beth.

k IN quo corrigit adolescẽtior viam suã: in custodiendo sermones tuos.) Hic propheta C non modo longæuã ætatẽ corrigit: verumetiam adolescentiam edocet erudiri, & ita custodire diuinos sermones, vt etiam si vetus culpa defleta sit: nunc ne cogitatio ad delinquẽdum vlla consentiat. l ¶In toto corde meo exquisiui te, ne repellas me à mandatis tuis.) Non ex parte, sed ex toto corde deum se requisisse fatetur, ne ab eius mãdatis proijciatur: quia neminẽ proijcit qui peccatores saluos facere venit. m ¶In corde meo abscondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi.) In cor-
ad Tit.3.c dis abdito dei sacramenta recondit: cùm hæreticũ post duas
Matt.7.a. correctiones deuitat, cùm sanctum dei canibus non exponit. Vel cùm margaritas eius non proijcit coram porcis. Nihil
Hieremi. negligenter agit in his quæ sunt dei: quia scit maledictum
48.b. esse qui fecerit opus domini negligenter. n ¶Benedictus es domine, doce me iustificationes tuas.) Quia scio vanæ glo-
Luc.18.b. riæ iustificationes tuas, quas pharisæus pferebat in templo, à te non processisse. o ¶In labijs meis pronunciaui omnia
Rom.11.d iudicia oris tui.) Incomprehẽsibilia dicit Apostolus iudicia dei: Ergo iste quę audiuit, & didicit à prophetis: ea tantũ labijs nunciauit, sed credentibus, & non indignis. p ¶In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.) Sicut enim terrenus homo in agris vineisq; delectatur: ita iste in testimonijs dei iocundatur de conscientia pu D ra, qui contempto mundo à deo ditatus est. q ¶In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas.) Exercitatio assiduitas operis est. Et iste, nisi exercitatus in mandatis dei fuisset, non poterat considerare vias eius: id est, apostolicas propheticásque doctrinas. r ¶In iustificationibus tuis meditabor, nõ obliuiscar sermones tuos.) Ea meditor, in his exerceor, vt illa obliuioni nõ tradens, possim ea integrè perfectéq; implere.

Gimel.

s REtribue seruo tuo, viui fica me, & custodiã sermones tuos.) Constanter sibi retribui ob id quòd deo seruiat, deprecat. Et quia nescit seruum se esse peccati: in ipso viuere, quia vita est, optat: sermonesq; eius dũ vita præsens voluitur, custodire. t ¶Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.) Absterge ab ocu E lis cordis velamen literæ, & fac me spirituali sensu legis tuæ mirabilia contemplari. In lumine Psal.35.e. enim tuo videbimus lumen. u ¶Incola ego sum in terra, non abscondas me à mandatis tuis.) Sic & Apostolus ait: Dum sum⁹ 2.Cor.5.b in corpore, peregrinamur à domino. Peregrinum se in corpore positum propheta dicit à cœlesti frequentia: quia scit hæc mandata in thronis & dominationibus contineri: quæ sibi ne occultent, implorat. x ¶Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas, in omni tempore.) Vt siue manducem, siue bibam, siue aliud quid faciam: eas semper desiderem, mediter, apprehendam. y ¶Increpasti superbos.) Vt eos ad humilitatem sanctam, quã docuisti, reduceres. Increpasti superbos. Sic fecit diabolo, & Adã, qui se eleuauerunt in superbia. Vel modo per tuos doctores in- F crepas aduersarias potestates, mẽbra diaboli, hæreticos vel malos homines, qui contra mãdata dei agunt. Increpasti illos per tuos sanctos. z ¶Maledicti qui declinant à mandatis tuis.) Maledicti sunt illi qui à mandatis dei declinant, sed tunc pleniter maledictionem accepturi erunt mali: id est, hæretici vel reliqui: quando dicturus erit: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus Mat.25.d est diabolo & angelis eius. a ¶Aufer à me opprobrium.) Peccati, & iudicium. b ¶Et contemptum.) Iudicij mortalis. c ¶Quia testimonia tua exquisiui.) Non ociosè & somnolenter, sed strẽnuè vigilanterq;. d ¶Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis.) Quod in hoc versiculo propheta in se loquitur: futurum in apostolis reliquísque martyribus videt, qui multa coram regibus & præsidibus, domino etiam hoc prænunciante, perpes- Mat.10.& si sunt. Qui licèt sint diuersis pœnis affecti: vsq; ad sectio- Mar.13.b. nem tamen ceruicum semper se in dei exercuerunt iustifi- & Lu.21.c cationibus. e ¶Nam & testimonia tua meditatio mea est.) In his vtique pressuris. f ¶Et confilium meum iustificationes tuæ.) Quia vitam pollicentur æternam.

Adhæsit

Daleth. a G

ADhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundū verbum tuū.) Corpori mortali animā coniunctam intelligo: ideo ne delictū inualescat à te peto viuificari: scies qa cōcupiscētia carnis mortē operat. b ¶Vias meas enūciaui tibi.) Quomodo dicit, enūciaui tibi, cùm alibi dicit, enūcia mihi. Nunquid deus aliqd nescit aut ignorat: qa ipse vbiq; est presens, & omia prævidet, & intrinsecus est? Sed qđ dicit, vias meas enunciaui tibi: hoc Esa. 43.d. est, ac si dicat: Tu dic pri⁹ iniqtates tuas: hoc est, tua opera: qđ cō tra mādatū dei egisti, enūcia per cōfessionē vel pœnitētiā, vt iusti ficeris i sermōib⁹ dei. c ¶Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificatiōes tuas.) Vias peccati mei confessus sum, & remisisti: nunc doctrinam indulge, qua in iustificationibus tuis edocear. d ¶Viā iustificationum tuarū instrue me.) Iustificatiōes quas legis litera ptulit, spiritualiter capiā. e ¶Et exercebor H in mirabilibus tuis.) In apostolicis cæterisq; doctrinis ecclesiasticis, quæ in ea sunt figuratæ. f ¶Dormitauit anima mea.) In huius habitaculi mortalis statione. g ¶Præ tædio.) Imbecillitatis corporeæ. h ¶Confirma me in verbis tuis.) Vt ablato peccati somno, instāter in his vigilem. i ¶Viā iniquitatis amoue à me.) Desideriū illud per qđ ad peccandū venit. k ¶Et in lege tua miserere mei.) Apud te enim lex hæc instituta est, vt semper miserearis. l ¶Viam veritatis elegi.) Christū dei filiū, quē prævidens vēturū in mūdū, Ioan. 14. audio dicere: Ego sū via, veritas, & vita. m ¶Iudicia tua nō sū oblitus.) Illa iudicia quæ in euāIoan. 3.d. gelijs proferēs ait: Hoc est iudiciū, vt omnis qui credit in filium hominis, habeat vitam æternam. n ¶Adhæsi testimonijs tuis do- I mine, noli me confundere.) Et qa his adhærens, anteriorū facinorū indulgētiā merui: quæso ne me patiaris de iteratione peccati confundi. o ¶Viam mādatorū tuorū cucurri.) Quando multa patiebar ppter verbū ob spem futuræ beatitudinis. p ¶Cùm dilatares cor meū.) Cùm i amplitudine sctārū scripturarū mysteriū mihi beatę trinitatis insinuares. Vel dilatares cor meū: id est, i latitudine charitatis, i spe, in fide. He.

teris, vbi diues cõſpicitur ardẽs: Luc.16.f.
ſed in ſinu Abrahæ cum Lazaro
ſempiterna requie perfruaris.
b ¶Cãticũ graduum.) Iſte pſal-
mus tertius eſt aſcẽſionis grad⁹,
vocem hominis continens: cuius
conuerſatio habetur in cœlis.
c LPſalmus. CXXI.
Aetatus ſum in his quę di-
cta ſunt mihi.) Dicta mihi
fuerant per legẽ, & prophetas, atq; apoſtolos. Sed & ego dico
ea quę per ſpeculũ cõtẽplatus fuerã: & nunc facie ad faciẽ vi- 1.Cor.13.d
deo. Et quæ nam, inquis? d ¶In domũ domini ambulabi- E
mus.) Id eſt, in cœleſtem Hieruſalẽ, vt ciues efficiamur ſan-
ctorũ, & domeſtici dei. e ¶Stantes erãt pedes noſtri: in a-
trijs tuis Hieruſalẽ.) Firmi in amplitudine eius. Sed ne iſtam
terrenã putares, audi quid ſubiecit: f ¶Hieruſalẽ, quę ędi-
ficatur vt ciuitas.) Adhuc, inquit, nõ eſt expletũ ædificiũ ci-
uitatis huius: ſed quotidiè ędificatur de lapidibus viuis ſuper
fundamentum apoſtolorũ, & prophetarũ, abipſo ſummo an-
gulari lapide Chriſto Ieſu: ſicut ait Apoſtolus. g ¶Cuius Ephe.2.d.
participatio eius in idipſum.) In vno eccleſiæ corpore, per
Chriſtũ. h ¶Illuc enim aſcẽderũt tribus, tribus dñi.) Nõ
peccato obnoxiæ, ſed tribus dñi: quæ cognoſcẽtes dñm ſequi
nõ diſtulerunt: quod ad gentes eſt referẽdũ. i ¶Teſtimo-
niũ Iſraël.) Vt eũ condẽnet: quia ille eum in multis oſtenſum
miraculis nõ cognouit. Tribus verò gentium ſtatim cognitũ
receperũt. Sic & regina Auſtri, vel Niniuitæ, in hui⁹ teſtimo- Luc.11.d.
nij iudicio ſurgẽt, & cõdẽnabũt eũ. k ¶Ad cõfitẽdum no-
mini tuo dñe.) Cõfitẽtur enĩ: quia in nomine tuo omne genu Phili.2.b.
flectetur cœleſtiũ, terreſtriũ, & ĩfernorũ: & quia tu dñe Ieſu
Chriſte in gloria es dei patris. l ¶Quia illic ſederunt ſe-
des in iudicio.) Sedes dei, apoſtoli ſũt: ſup quos dñs requie-
ſcit. Hę ſedes ſedebunt ſup ſedes duodecim, iudicantes duo-
decim trib⁹ Iſraël: ſicut ipſe ait in euãgelio. m ¶Sedes ſu- Mat.19.d.
per domũ Dauid.) Super eccleſiã Chriſti gubernantes atque

G monentes oā præceptionibus ſuis. a ¶Rogate quę ad pacem ſunt Hieruſalem.) Interrogate quæ ad pacem pertineāt ciuitatis huius,& ſequimini eam:vt per dilectionē pacis,fructum conſequamini æternæ beatitudinis. b ¶Et abundātia diligentibus te.) Qui relictis caducis,deum ſuper omnia diligit: ipſe abundātia bonorum cœleſtium perfruitur. c ¶Fiat pax in virtute tua.) Dñs Chriſtus eſt pax noſtra:qui nos in vno vinculo charitatis aſtringit:cuius virtus ſi conualeſcat in nobis,& ipſe quoq; pectoribus noſtris illabitur. d ¶Et abundantia in turribus tuis.) In his abundantiā bonorum cœleſtiū fieri propheta depoſcit: qui ſupereminentes merito,tanquam turres fortiſſimæ,hanc ciuitatē & virtute muniunt, & proceritate decorant. e ¶Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.) Vt ſcilicet,& ipſi ad cōſummationem huius ædificij ſe perfectos exhibeant. f ¶Propter

H domum domini dei noſtri: quæſiui bona tibi.) Prædicando pacē proximis fratrib⁹, qui efficit eos ciuitatē regis æterni,cui hæc bona quæſiuit:vt ab vniuerſitate ciuitatis,in vnam eius tranſiret habitationem,qui ait:Pater,rogo vt

Ioan.17.d vbi ego ſum,& illi ſint mecū. Ego in illis,& tu in me:vt videāt gloriam meam:quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

g ¶Canticum graduum.) Iſte pſalmus quartum cāticorū graduum pandit aſcēſum:in quo vir ille fidelis,qui dudum ad montes ſuſtollebat oculos,nunc proficiēs iam in aſcēſu:ad ipſum cœlorum habitatorem eos erigit dicens:

Pſalmus CXXII.

h AD te leuaui oculos meos:qui habitas in cœlo.) Notandū quòd per ſingulos pſalmos,quidam graduum ſunt profectus. Qui in primo dixerat:Ad dominū cùm tribularer clamaui:& in ſecundo oculos ad montes ſe eleuaſſe narrauerat: lætatus quoque

I fuerat, quia ſibi ingreſſus in domo dei fuerat repromiſſus: nunc ad maius profecit,vt ad ipſum deum oculos leuet. Qui habitas in cœlo. Aſcendēs quò leuaturus erat oculos,niſi illuc quò tendebat,aſcendere deſiderabat? i ¶Ecce ſicut oculi ſeruorum,in manibus dominorum ſuorum:& ſicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ſic oculi noſtri ad dominum deum noſtrum quoaduſque miſereatur noſtri.) Et ſerui ſumus,& ancillę ſumus:ille dominus,& domina eſt. Attēdat charitas veſtra. Non mirum ſi ſeruí ſumus,& ille dominus eſt:ſed mirū ſi ancillæ ſumus,& ille domina eſt. Sed neq; hoc mirum,quia ancillæ ſumus,eccleſia enim ſumus: nec il-

1.Cor.1.d. lud mirū,quia & ipſe domina eſt:quia virtus & ſapientia dei eſt. Audi ergo Apoſtolum dicētem:Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixū: Iudæis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtultitiam : ipſis verò vocatis Iudæis & Græcis,Chriſtū dei virtutem,& dei ſapientiam. Cùm multis perſecutionum generibus ſubijcimur:oportet nos ſemper in dei auxilio oculorum intentionem ſine vllo vitio continere defixam quoaduſq; nobis miſericordiam largiatur. k ¶Miſerere noſtri domine,miſerere noſtri:quia multum repleti ſumus cōtemptu.) Id eſt,deſpectione:quia ſancti deſpiciuntur à malis hominibus. l ¶Multumq; repleta eſt anima noſtra:opprobrium abundantibus,& deſpectio ſuperbis.) Non tantum in diuitijs dicit,ſed eos qui abundant in malitia, illi deſpiciunt K pauperes Chriſti. Diuites deſpiciūt pauperes:& ſuperbi deſpiciunt humiles:& ipſi dicunt multa opprobria contra ſanctam eccleſiam.

m ¶Canticum graduum.) Iſte pſalmus quintus aſcenſionis eſt gradus:edocens virū illū fidelem proficere:qui per eleuationē ſpiritualiū oculorū ad cœlorum habitatorē,euincens omnes diabolicæ immiſſionis inſidias, ita exorditur dicens:

Pſalmus CXXIII.

n NIſi quia domin⁹ erat in nobis:dicat nunc Iſraël.) Bene in nobis dominus habitat,ſi eū ſanctæ mētis cōtēplatiōe ſuſpicim⁹. o ¶Niſi quia dominus erat in nobis: cùm exurgerent homines in nos: forſitan viuos deglutiſſent nos.) Nō carnes noſtras deuorare conati ſunt impij:ſed animas per inſtigationem ſcelerum deglutire:ſed erepti ſumus ab his per eum qui

L erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referendæ ſunt : quia gratia eius ſaluati ſumus. p ¶Cùm iraſceretur animus eorum aduerſus nos:forſitā vt aqua abſorbuiſſent nos.)Commotiones malarū mētium, qui ſanctos dei abſorbere quærunt,aquis comparantur:ſed habitante in ſanctis domino,deorſum defluunt, & decurrunt. q ¶Torrentem pertranſiuit anima noſtra.)Melius in Hebræo habet:Torrens pertrāſiuit ſuper animam noſtram : quòd ſcilicet multi tentationum turbines ſuper animam eius tranſierūt : nec potuerunt eam necare, iuſto dícente:Niſi quia dominus erat in nobis,dicat nūc Iſraēl. r ¶Forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.) Verbum ἀνυπόστατον apud Grǽcos,ambiguum eſt:& poteſt ſonare,quod ſubſiſtat, & quod intolerabile ſit:hoc eſt,quod nemo ferre queat. Pro quo & Aquila & Symmachus,& Theodotio,& omnes interpretes parí voce conſentiunt:ſuperbas aquas & arrogātes pro ἀνυπόστατον M tranſferentes. ſ ¶Benedictus dominus,qui non dedit nos in capturam dentibus eorum.)Horum torrentiū dentes,numeroſitas eſt vitiorū:à quibus ne capiamur, gratia dei eruímur. t ¶Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.) Tenduntur nobis laquei in concupiſcentijs, ac diuerſis diabolicæ aſtutiæ dolis:ſed contrito ſatana ſub pedibus noſtris,ſicut paſſer à capiente euolamus ab illís. Sic enim ſequitur: u ¶Laqueus contritus eſt : & nos liberatí ſumus.)Si enim dominus habitet in nobis:ipſe (vt dixímus) hos diſrumpet laqueos,ne nos impediant. x ¶Adiutoriū noſtrum in nomine domini:qui fecit cœlum & terrā.) Hoc eſt nomen quod eſt ſuper omne nomen. Huius nominis adiutorio,mortis vincuntur laquei,ſi in illo maneamus affixi. y ¶Canticum graduum.)Iſte pſalmus,ſextus habetur in cāticis graduum:qui ex voce prophetę nos hortatur,vt relictis ſecularibus cauſis,in deum tantum omnem confidentiā habeamus,dicens: Pſalmus CXXIIII.

z QVi confidunt in domino ſicut mons Sion : non cōmouebitur in æternum.) Sion, eccleſia:mons autem iuxta Danielem,Chriſtus dominus. Ergo qui Dan.2.e. in eum totam ſpem ponunt,non commouētur in perpetuū:quia conformes efficiuntur corpori glorię eius.

Qui habitat

a Rogatē quæ ad pacem ſunt Hieruſalem:
b & abundāntia diligētibus te. Fiat pāx in
c virtute tua: & abundantiā in turribus
d tuis. Prōpter fratres meos & proximos
e meos: loquebar pacem de te. Propter domū domini dei noſtri: quæſiui bona tibi.
f Canticū graduum. CXXII.
g AD te leuaui oculos meos: qui habi-
h tas in cœlis. Eccē ſicut oculi ſeruo-
i rum:in manibus dominorū ſuorū. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ:ita oculi noſtri ad dominum deū noſtrum,donec miſereatur noſtri. Miſerēre
k noſtri domine,miſerere noſtri:quia mul-
l tū repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobriū abundantibus,& deſpectio ſuperbis.
m Canticū graduum. CXXIII.
n NIſi quia dominus erat in nobis,di-
o cat nunc Iſraēl: niſi quia dominus erat ī nobis. Cùm exurgerēt homines ī nos:fortè viuos deglutiſſent nos.
p Cùm iraſceretur furor eorū in nos:forſi-
q tan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentē per-
r tranſiuit anima noſtra:forſitān pertranſiſſet anima noſtra aquā intolerabilē. Be-
ſ nedictus dominus qui non dedit nos in
t captionem dentibus eorū. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt:de laqueo venātiū.
u Laqueus contritus eſt : & nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrū in nomine domini:qui fecit cœlum & terram.
y Cānticū graduū. CXXIIII.
z QVi cōfidunt in dño ſicut mons Sion:nō cōmouebitur in æternū qui habi-

a ¶Qui habitat in Hierusalem.)In ipsa ecclesia matre nostra,quæ sursum est,libera. b ¶Montes in circuitu eius.) Custodiæ sanctorum,angelorũ,prophetarum,apostolorũq;, quæ in modum proceritatis montanæ supereminent cunctis in sanctitate. c ¶Et dominus in circuitu populi sui,ex hoc nunc & vsque in seculum.) Sicut ipse polliceri dignatus est,dicẽs: Matt.vlt. Ecce ego vobiscum sum vsque in cõsũmationẽ seculi. d ¶Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.)Pro virga in Hebræo,sceptrum habet. Hoc est ergo quod Matt.6.b. petimus:ne nos inducas in tentationem quam sufferre non possimus. e ¶Vt non extendãt iusti ad iniquitatem manus suas.) Vt non cogitent:quid mihi prodest quòd iustus sum, si semper persequantur me iniqui? Vt non extendant:hoc est, vt sustineant malos, & non faciant mala. f ¶Benefac domine bonis & rectis corde.)Qui vel boni sunt in B opere,vel recti habentur in fide. g ¶Declinantes autem in obligationes adducet dominus.) Pro obligationibus, Aquila interpretatus est: Symmachus quinta æditio h ¶Cum operantibus iniquitatem.) Hi qui à præceptis dei declinant,adducũtur cum his qui deum ignorant: vt simili sententia feriantur. i ¶Pax super Israël.) Christus dominus est pax nostra: qui auferens maceriã inimicitiæ de medio Iudæorum ac gentium: fecit Ephe.2.c. vtraq;vnũ,quod erat antè diuisũ. k ¶Canticum graduum.) Iste psalmus septimꝰ graduum, profert canticũ,vel ascensum:in quo fidelis anima aduersus criminum captiuitatem in dominum exultat & dicit: Psalmus CXXV.

l IN conuertendo dominus captiuitatem Sion,) Persuaserat enim vniuersum mundum vetus captiuitas vitiorum: sed lucescẽte nobis sole iustitiæ,effugata est. Sic & ecclesia quę specialiter Sion nũcupatur,apparuit. m ¶Facti sumus sicC cut consolati.) Pro consolati,omnes pariter æditiones somniantes transtulerunt. Et pulchrè somniãtes. Nondum est enim plena lætitia,in captiuitate reliquis cõstitutis. n ¶Tũc repletum est gaudio os nostrum: & lingua nostra exultatione,) A spirituali & infinita lætitia. Vel os nostrũ,vel lingua repletur: quia non sufficit tantas explicare laudes pro gratia qua saluamur. o ¶Tunc dicent inter gentes:magnificauit dominus facere cum illis.) Si enim relictis transitorijs,spem collocemus in sempiternis:tunc dicitur quia magnos nos fecit dominus captiuitate depulsa:& sicut quondam gentes ti-
Iosue.2.b. more territæ de Israëlitico populo loquebantur dicẽtes:Siccauit deus aquas maris & Iordanis ad ingressũ filiorũ Israël. In hoc ergo gaudio cõfitemur: p ¶Quia magnificauit dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.)Seruiebamus prius Pharaoni,id est,exterminatori in duris operibus: nunc
Matt.11.d autẽ seruimus regi cœlesti:cuius iugum suaue est,& onus leue. q ¶Conuerte domine captiuitatem nostram.) Communem se captiuitatẽ habere cum reliquo populo propheta fatetur:quia compatitur vnum membrum cæteris membris. r ¶Sicut torrens in austro.)Sicut enim flante austro,soluũtur glacies:& impletis torrẽtibus,omnis horror cum impetu suo defluit:sic flante spiritu sancto,soluuntur peccata nostra:scilicet,vt accepta remissione,fiat nobis illud quod scriptũ est:Sicut glacies in sereno,soluunt peccata tua. f ¶Qui seminant in lachrymis:in gaudio metent:euntes ibant & flebant,mittentes semina sua.) Sancti igitur dei seminauerũt in lachrymis confessionis:& in diuersis cruciatibus,in gentibus verbũ dei:euntes & flentes super duritiam cordis eorũ:quod in futuro cum manipulorũ fructibus portabunt,dicente ad eos domino:Amen dico vobis: quia Ioan.16.d flebitis vos,& lamentabitis:mũdus autem gaudebit,sed tristitia vestra in gaudium conuertetur. Igit & nos in tribulatiõe clamãtes:eleuemus mẽtis oculos ad auxiliatorẽ deũ,vt eruat nos à sęuis dentibus inuidorũ:auferat à nobis sceptrũ dominationis iniquę: vt solita miseratione largita,dũ à captiuitate vitiorum absoluimur:cœlestis Hierusalẽ ędificio, tanq; viui lapides connectamur. t ¶Cãticum graduum Salomonis.) Ideo psalmus iste Salomonis titulo prænotatur:vt ipse fabricator templi,doceat se nõ valere ædificationem eius consum- E mare sine domini auxilio.

Psalmus CXXVI.

u NIsi dominus ædificauerit domum:inuanum laborãt qui ædificant eam.) Nos sumus,secũdum Apostolum, dei templum: qui nisi per dominum nostrum Iesum Christum ædificemur super fundamẽta apostolo- 2.Co.6.d. rum & prophetarũ, inanis erit philosophorum & reliquorum secularium doctorum ędificatio. x ¶Nisi dominus custodierit ciuitatem: inuanum laborauerunt qui custodiunt eam.)Fidelis anima,ciuitas accipitur æterni regis:quæ ciuibus bonis, id est,honestis moribus frequentatur:quã nullius potest tueri custodia, nisi illius qui non dormitans protegit Israël. y ¶Vanum est vobis ante lucẽ surgere.) Qui ante lucem surgit,nocturnas tenebras palpat. Sic & qui relicto euangelij lumine ad superius dictum dogma transierit,in tenebris cõmoratur: nec potest dominicæ resurrectionis perfrui claritate. z ¶Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.) Qui in humiliatione quieF scitis,eleuamini: vos qui in peccatis,vel natos esse,vel viuere meministis:& ad deum transire desideratis. Vel qui manducatis panem doloris. Pro dolore, Theodotio,& quinta æditio idola interpretati sunt: Sexta verò,errorem. Sensus itaq; iuxta simplicem intelligẽtiam iste est:Sine causa diluculò ad templum curritis:& deum adorare vos creditis,qui idola pariter adoratis:& immundo vescimini pane. a ¶Cùm dederit dilectis suis somnũ.)Quasi aliquis interrogasset,quando hoc fit factum:ei dicitur: Cùm dederit dilectis suis somnum. Dilecti,sancti sunt: qui post somnum præsentis vitæ,hic dormitare videntur:vt in resurrectione ad vitã æternam mereantur peruenire. b ¶Ecce hæreditas domini filij merces fructus ventris.) Cùm sancti ab hoc seculo accepto quietis somno discesserint, tunc fient hæreditas domini: quia iam non subiacent tentationibus. Sed & ipse dominus natus ex virgine,factus est fructus ventris. Cuius assumpta humanitas, hanc accepit mercedem: vt gentes vocatæ in filijs, sint hæreditas eius. Dedit eis,inquit, potesta- Ioan.1.b. tem filios dei fieri qui credunt in nomine eius. c ¶Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.)Excussos,expeditos, & accinctos ad prælium vocat: quod verbum & in Esdræ libris, septuaginta interpretes transtulerunt.

G a ¶Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex illis.) Pro desiderio in Hebræo, pharetram habet. Vt quia sagittas præmiserat in comparationem sanctorum, consequenter pharetram sagittis inferat explendam. b ¶Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta.) Porta, ianua siue ostiũ: ipse est qui ait: Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur. Ergo qui de filijs excussorum fixus in Christo est, non confundetur in die iudicij: cùm exprobrauerit inimicis legis dei inobedientiam, & peruersitatem, vel omnem malitiam ipsorum.

Ioã.10.b.

c ¶Canticum graduum.) Iste psalmus in nono ascensionis gradu, vel cãtico, timorem dilectionémque dominicam insinuat, dicens: Psalmus CXXVII.

d B Eati omnes qui timẽt dominum: qui ambulant in vijs eius.) Qui cum timore iungentes se dei dilectioni, exercentur in his quæ prophetæ, apostoli, euangelistæ prædicauerunt. e ¶Labores fructuũ tuorum manducabis: beatus es, & bene tibi erit.) Labores fructuum sunt, cũ homo exercetur in mundo: vt ad æternitatis fructũ possit accedere. Nam laboriosè per has dei vias inceditur, sicut ipse ait:

H

Matt.7.b. Arta, & ærũnosa via est, quæ ducit ad vitam. Sed hic labor æternis fructibus adimpletur, cũ homo pane illo cœlesti locupletatur. Hoc enim desiderio, & ille

Luc.14.c. compũgebatur, qui dicebat: Beatus qui manducauerit panem in regno dei. f ¶Vxor tua sicut vitis abundãs: in lateribus domus

Prou.7.a. tuæ.) Vxor iuxta Salomonẽ, sapientia accipitur: quæ in animæ emũdatę domo tanq̃ speciosa vitis adducta, in lateribus operum nostrorũ extenditur. g ¶Filij tui sicut nouellæ oliuarũ: in circuitu mensæ tuæ.) Actus bonorũ in circuitu doctrinæ cœlestis assistẽtes, cum pinguedine pacis, &

I obũbratione virtutis. h ¶Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.) His vtique locupletatur diuitijs. i ¶Benedicat te dominus ex Sion.) Qui in ecclesia regnat. k ¶Et videas quæ bona sunt Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.) In illa cœlesti matre: de qua in alijs exposuimus psalmis: in qua vitæ perpetuæ bona visuri sunt sancti. l ¶Et videas filios filiorum tuorum.) Retributionem captantes operum bonorũ. m ¶Pacem super Israël.) Pax nostra, Iesus Christus iugiter super mentem se videntem aspiciat.

n ¶Cãticũ graduũ.) Iste psalmus decimũ nobis profert, vel canticum, vel ascẽsum, qui ex voce prophetica inchoans, docet inceſſanter resistere nequitijs impugnantibus, ne nos expugnent. Psalmus CXXVIII.

o S Aepe expugnauerunt me à iuuẽtute mea.) Dicit se impugnari ab initio ætatis suæ vir iste: sed à quibus impugnetur, silet: vt intelligatur quia pugna à diabolo mittitur. Poteris vel de probatione Iob, vel de traditione Christi à Iuda facilius hoc aduertere. p ¶Dicat nunc Israël: sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: etenim nõ potuerunt mihi.) Ergo qui Israël est, ille potest dicere: quia impugnatur omnibus diebus vitæ suæ. Sed nõ ei prævalet hæc pugna: quia

a manu potentis: ita filij excussorũ. Beatus
b vir qui impleuit desideriũ suum ex ipsis:
non cõfundetur cùm loquetur inimicis
suis in porta.

c Canticum graduum. CXXVII.

d B Eati omnes qui timent dominum:
e qui ambulant in vijs eius. Labores
fructuum tuorum mãducabis: beatus es, &
f bene tibi erit. Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ. Filij
g tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu
h mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo:
i qui timet dominũ. Benedicat tibi domi-
k nus ex Sion: & videas bona Hierusalem,
l omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israël.

m n Canticum graduum. CXXVIII.

o S Aepe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: dicat nũc Israël. Sæpe expu-
p gnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum
q meum fabricauerunt peccatores: prolongauerũt iniquitatem suam. Dominus iu-
r stus concidet ceruices peccatorum: con-
s fundantur & conuertantur retrorsum o-
t mnes qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnũ tectorum: quod priusq̃ euellatur, exaruit.
u De quo non impleuit manum suam qui
x metet: & sinum suum, qui manipulos col-
y liget. Et non dixerunt qui præteribãt: benedictio domini super vos: benedicimus
z vobis in nomine domini.

a Canticum graduũ. Psalmus CXXIX.

b D E profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
c Fiant aures tuę intendẽtes: in vo-
d cem deprecatiõis meę. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustine-
e bit. Quia apud te propiciatio est: &
f propter legem tuam sustinui te domine. Su-
g stinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima

K domínus pugnat pro eo. q ¶Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolõgauerũt iniquitatem sibi.) Iugiter ad deum currenti, & ad ampliora tendẽti fabricantur à tergo nequitiarũ machinæ: quia in aspectu exponi non possunt. Sed cùm ad effectum non perueniunt, sibijpsi prolongant: ob id inuidendo, peccatum vltionẽq; diuinam in se prouocant. Sequitur enim: r ¶Dominus iustus concidet ceruices peccatorum.) Pro ceruicibus in Hebræo habet, vincula, vel catenas: vt sit sensus: Illi qui me suis insidijs hincinde vallauerant, etiam vinctum tenebant: sed auxiliante domino, omnes nexus soluti sunt. s ¶Cõfundantur & cõuertãtur retrorsum omnes qui oderunt Sion.) Ecclesiã, quæ est corpus Christi: cui9 nos mẽbra sum9. t ¶Fiãt sicut fœnum ædificiorum: quod priusq̃ euellatur, arescit.) Non hæc de ædificijs in petra locatis dicuntur, sed his quæ quasi citius ruitura super arenam ponũtur: quod ad opera carnis respicit: L in quibus nõ modo nullum granum bonitatis inuenitur: verum etiam anteq̃ ad incrementũ aliquod veniãt, exiceãtur. u ¶De quo non impleuit manum suam qui metet.) Qui retributionẽ dignam operis sui mercedem non recepit. x ¶Nec sinum suum qui manipulos colliget.) Qui per conscientiæ puritatem: & si minus habet, voluntatem tamen bonam adhibuit. Ideoq; à deo tãquam si multum dedisset, manipulos refert: sicut vidua de duo- Marc.12.d bus minutis. y ¶Et non dixerunt qui præteribant: benedictio domini super vos.) Non eos benedixerunt sancti dei: qui pro nihilo habentes hunc mũdum, pertransierunt ad cœlestia & æterna. z ¶Benedicimus vobis in nomine domini.) Vt relictis infructuosis aridisq; operibus, ea

M feratis, quæ & messorum manum: & colligentium manipulos, repleant sinum.

a ¶Canticum graduum.) Iste psalmus vndecimum nobis ascẽsionis gradum pandit, & canticum: qui fidelis animæ conatum ad altiora tendẽtem proferens: dũ se in profundo quasi immersum queritur, nos ad intelligenda cœlestia prouocat, dicens: Psalmus CXXIX.

b D E profundis clamaui ad te domine: domine exaudi orationem meam.) De profundis clamat, qui scit altitudinẽ diuitiarũ sapientiæ dei: qui persecutiones patitur: qui eum misericordi suspirio deprecatur. c ¶Fiant aures tuæ intendentes: in orationem serui tui.) Non hic carnalẽ aurẽ propheta postulat: sciẽs deum incorporeũ esse: sed virtutẽ qua suos exaudire dignatur, expoſcit. d ¶Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit.) Si enim trãsgrediẽs leges tuas generis humani fragilitas vltione tua protin9 feriatur, quis euadere poterit? e ¶Quia apud te propiciatio est.) Tu enim nos reconciliabis patri per crucem.
f ¶Et propter legẽ tuã sustinui te domine.) Lex spiritualis Rom.7.c. est, & continens verba vitæ: quam sustinere debemus, ne peccantes in eam per legem dijudicemur. g ¶Sustinuit anima mea dominum &c. A custodia matutina vsq; ad noctẽ.)

Ab illa

A Ab illa matutina hora qua in vineam dominicam est locat⁹, spem suam in illam defixit horam: qua denarium mercedis accipiat. A vigilia matutina. a ¶ Speret Israël in domino.) Ab eo quòd ei lumen veritatis illuxit, indeficienter cœlestia contempletur. b ¶ Quia apud dominũ misericordia.) Cùm pro nobis homo fieri dignatus est. c ¶ Et copiosa apud deum est redemptio.) Cùm
1.Pet.1.c. non auro, neque argẽto, sed precioso nos sanguine redemit.
d ¶ Et ipse redimet Israël ex omnibus iniquitatibus eorum.) Ipse enim filij⁹ introeunte plenitudine gentium, reliquum Israël, remissa iniquitate saluabit.
e ¶ Canticum graduũ.) Iste psalmus duodecimus in hac ascẽsione, vel cantici, vel grad⁹ habetur: qui nos ex persona prophetæ humilitatem quam Christus in carne gestaturus erat, edoceret dicens: Psalmus CXXX.
f DOmine non est exaltatũ cor meum.) Sed in contritione, & humiliatione ei⁹ obtuli tibi sacrificium acceptabile. g ¶ Neque elati sunt oculi mei.) Vt transitoria concupiscerent & caduca. h ¶ Neq; ambulaui in magnis: neq; in mirabilibus tuis super me.) Quę magna mirabilia videbantur hominibus, in his non incessi, ne me opprimerent. i ¶ Si non humiliter sentiebã: sed exaltaui animam meam.) Humilis quidẽ est corde, sed excelsus est sensu. Humiliter sentiebam in seculo: sed animam meam exaltaui in cœlo.
k ¶ Sicut qui ablactatus est à matre sua: ita retribues i animã meam.) Nihil in se puerile sentit: qa cibum lactis excedens, ad perfectum peruenit virũ: illo nunc pane q de cœlis aduenit, ali exorat.
l ¶ Speret Israël in domino: ex hoc nunc & vsque in seculum.) Docet vt nullo fine tẽporis, spes
C nostra claudatur: vt per spem præsentis vitæ, bona futuri seculi capiamus.
m ¶ Canticum graduũ.) Iste psalmus habetur in canticis tredecimus graduum: qui per ascensionem profectuum, de aduentu filij dei ex voce prophetica nos edocet, dicens:

Psalmus. CXXXI.

n MEmento domine Dauid.) Filius omnipotentis dei, assumpturus carnem pro redẽptione populi, Dauid se voluit nuncupari: eius scilicet nomine vocitatus, de cuius genere assumpturus erat & corpus. o ¶ Et
Esa.53.c. omnis mansuetudinis eius.) Non contendit, neque clamauit: sed sicut agnus mansuetus deductus est ad victimã. p ¶ Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.) Iuramentũ ac votum propter firmitatem dictionis posuit, ne nos dubitaremus sequi: Sed quid interim vouerit, dignum est contueri. Memento domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit domino. Pro eo quod est, sicut: in Hebræo habet, qui: vt sit sensus: Memento domine Dauid: & omnis mãsuetudinis eius, qui iurauit domino: & votum fecit deo Iacob.
q ¶ Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei: si dedero somnum oculis meis: aut palpebris meis dormitationem: & requiem temporibus meis: donec inueniam locum domino: tabernaculum deo Iacob.) Tabernaculum domus, cœlestem sedem indicat: in stra to verò lecti, in oculorum somno, in dormitatiõe palpebrarum, vel in temporũ requie, ęternam quietem, quæ nunquam abrumpitur, demonstrauit. In quibus non se rediturum pollicetur: nisi prius in homine dignum deo patri locum vel ecclesiæ cõgregationem sua resurrectione cõstrueret. r ¶ Ecce audiuimus eam in Ephrata.) Regio Ephrata.
Bethlehem vsq; hodie appellatur Ephrata. Huiꝰ rei & alię scripturæ testes sunt. Ephrata ipsa est Bethlehem. Vbi primùm ecclesia est audita: id est, i qua Christus dominus carnem assumpsit.
In hac & Rachel Israël dilecta Gen.35.c.
quieuit, quæ typum gessit ecclesiæ. f ¶ Inuenimus eam in campis syluæ.) In gentibus, quę prius diaboli erant cubilia: nũc autem campi, dominum colẽtes fructiferi. t ¶ Introibimus in tabernaculum dei.) Nos qui in vna domo ecclesiæ, per dominũ aggre- E
gamur. u ¶ Adorabimus in loco vbi steterũt pedes ei⁹.) In quo prædicationes apostolicę audiũtur: quæ vt pedes sustinẽt totum corpus ecclesiæ. x ¶ Exurge domine in requiem tuam.) Iã expleſti iuramentum, reddidisti votum: iam inuenisti locũ deo: iam produxisti ex latere tuo ecclesiã: exurge nunc ab inferis, reuertere in tabernaculũ: abiens in requiẽ: de quibus superius es locutus. Et non solum tu sed: y ¶ Tu & arca sanctificationis tuæ.) Corp⁹ scilicet assumptum: quo diuinitas tegebatur. A quo verba vitæ: à quo cœlestis panis: à quo via, veritas, & vita nobis ostensa est.
z ¶ Sacerdotes tui induantur iustitia.) Vt iustitiæ lorica induti, non saucientur à iaculis inimici.
a ¶ Et sancti tui exultẽt.) In cœlestib⁹ bonis. b ¶ Propter Dauid seruum tuum non auertas fa F
ciem Christi tui.) Propter illum qui ex semine Dauid, formã seruilem suscepit: non auertatur claritas imaginis tuę à sanctis, in q-
bus ipse Christus inhabitat, sed illuminet eos. c ¶ Iurauit dñs Dauid, veritatẽ, & non fruſtrabitur eũ.) Deo homini pater iurat veritatem, quam non euacuat: sed adimplet dicens:
d ¶ De fructu ventris tui: ponã super sedẽ tuã.) Nos sumus fructus vẽtris eius, quos spiritualiter tanq; ex vtero generauit: Qui si sequentia custodiamus, sedebimus super sedẽ ei⁹: & nõ solum nos, verùm etiã & filij nostri. Ait enim: e ¶ Si
custodierint filij tui testamẽtum meũ, & testimonia mea hæc quæ docebo eos: & filij eorum vsque in seculum seculi: sedebunt super sedem meam.) Si testamentum eius custodia-
mus, sedere nos faciet in cœlestibus: sicut ait Apostolus: Se- Epheſ.1.d.
debunt super sedem eius. Sed & ipsi sedebunt super sedem eius quibus dictum est: Sedebitis super duodecim sedes, iu- Matt.19.b
dicantes duodecim tribus Israël. Sedebunt & filij nostri: hoc est, rememorabuntur opera bona, quæ ob amorem illius operati sumus, in conspectu eius. f ¶ Quoniam elegit dominus Sion: præelegit eam in habitationem sibi.) Concordantem sibi cateruam ecclesiasticam, vel sanctificatas sacramentis cœlestibus tibi animas.

Hæc requies

G a ¶Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eã.) Animã quæ ei per reſurrectionis gloriam, & emundationẽ peccati, domus ac requies facta eſt. b ¶Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panib⁹.) Pro vidua, id eſt χήρα, & Hebræa volumina, & ipſi ſeptuaginta, θήρα habẽt: ſed propter nouitatem verbi, & vnius literæ demutationẽ, paulatim obtinuit, vt pro θήρα legeret χήρα: maximè quia in ſequenti verſiculo pauperes ſequebantur. θήρα Symmachus & Aquila cibaria interpretati ſunt. c ¶Sacerdotes eius induam ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabũt.) Ipſe enim nos vel iuſtitiã, vel ſalutare induit: cùm nos conformes corpori ſuo efficit: qui eſt iuſtitia ſalus q̃ noſtra, præparans nobis tabernacula ſempiterna. d ¶Illuc producã cornu Dauid.) Regnum Chriſti, quod in illis oſtenditur: quibus dictũ eſt: Beati pauperes ſpiritu: quoniam ipſorum Matt.5.a.

H eſt regnum cœlorum. e ¶Paraui lucernã Chriſto meo.) Ioannes baptiſta ſiue præcurſor domini, & ſaluatoris noſtri, à deo patre dicitur præparata lucerna: qui eum in hui⁹ mundi tenebras venturum annunciauit. Sic enim & ipſe dominus Ioan.5.f. vocitat eum, dicens: Ille erat lucerna ardens: & reliqua.

f ¶Inimicos eius induam confuſione.) Iudæos non credẽtes cùm viderint dominũ in maieſtate ſua. g ¶Super ipſum autẽ florebit ſanctificatio mea.) Pro ſanctificatione, נזר neſer in Hebræo habetur: quod Aquila conſecratum interpretatur: & ſignificat laminam ex auro, quæ in fronte pontificis ligabatur: ſculptum habens nomen domini.

Canticum gradum. CXXXII.

h ECce q̃ bonum, & quàm iocundum habitare fratres in vnum.) Duo dicit: bonum & iocundum. Bonũ eſt martyrium, ſed non eſt iocundũ: habet enim ſupplicia & pœnas, & ſemper in cruciatibus dolor eſt, & vtiq; in dolore non eſt iocunditas. Ecce quàm bonum, & quàm iocundum. Rurſum voluptas iocunda eſt: Ac ſi dicat: Cibum dulcẽ comedere, videtur iocundum eſſe, compellit enim ad libidinẽ. Hic ergo duo poſuit: & quod ſibi videbatur eſſe cõtrarium, bonum ſcilicet & iocundum, vno ſermone coniunxit. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Fratres mente, non corpore. Eſaũ & Iacob fratres fuerunt, & quia ſimul habitabant: fuit eis cauſa diſcordiæ. Ergo quod dixit hic, fratres: non fratres dicit corpore, ſed fratres ſpirituales. Fratres de quibus loquebatur & ſaluator, & dicebat I Matt.28.c ad mulieres: Ite nunciate fratribus meis. Ecce quàm bonum & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Propriè pſalmus iſte cœnobijs, & monaſterijs conuenit. Licèt enim & de eccleſijs intelligatur: ſed ibi propoſiti diuerſitate non videt eſſe tanta concordia. Quæ eſt enim ibi fraternitas? Vtique alius ad domũ ire feſtinat: alius ad circũ, alius in eccleſia de vſuris cogitat. In monaſterijs autem, ſicut vnum propoſitũ, vnus & animus eſt. Ecce q̃ bonum & q̃ iocundũ habitare fratres in vnum. Verè bonũ, verè iocũdũ. Vnum fratrem dimiſimus: & ecce quantos inuenim⁹. Frater meus ſecularis, quod de meo loquor, de ſingulis loquor, nõ tãtum me amat, quàm ſubſtãtiam meam. Cæterùm fratres ſpirituales: qui ſua vtiq; negligunt, alia nõ quærunt. Sicut & legim⁹ in actibus apoſtolorũ: Acto.4.f. Quoniã multitudinis credentium erat cor vnũ, & anima vna. Et erant, inquit, illis omnia cõmunia. Rectè erant eis omnia communia, qui vnũ Chriſtum poſſidebant. Multa diximus, ſed ad reliqua feſtinemus. i ¶Sicut vnguentũ in capite: quod deſcẽdit in barbam, barbã Aaron.) O ſi eſſet tẽp⁹: vt de ſingulis diſputaremus, dies nobis ſufficere non poterat. Legimus in Exodo, quomodo cõficiatur vnguentũ ſacerdo- Exo.25.a. tale. Deinde legimus quomodo aliud vnguentũ quo vngebã- & 30.c. tur reges erat: aliud vnguentũ, quo vngebantur prophetæ.

a git eã in habitationem ſibi. Hæc rẽquies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quo-
b niam elegi eam. Viduam eius benedicens
benedicam, pauperes eius ſaturabo pani-
c bus. Sacẽrdotes eius induam ſalutari, &
ſancti eius exultatione exultabunt. Il-
d luc producã cornu Dauid: paraui lucer-
e f nam Chriſto meo. Inimicos eius induam
g confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit
ſanctificatio mea.

Canticum graduum. CXXXII.

h ECce quàm bonum, & quàm iocundum: habitare fratres in vnum. Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron.

Quod Et quid plura loquar? Omnia vnguenta habebãt diuerſitates & myſteria ſua. Miramur de ſanctis? Leproſus poſtq̃ purgatus fuerit: poſtquam hyſſopo fuerit aſperſus, & ſanguine gallinæ: & dimittit vna gallina in eremum, & ipſe habet vnguẽtum proprium. Non ſanctificatur aliquid, niſi per vnguentum. Propterea dicunt, & adoleſcentulæ in Canticocanticorum: Vnguentum exinanitum nomen tuum. Poſt te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Sicut vnguentũ in capite quod deſcendit in barbam, barbã Aaron. Pulchrè dixit: in capite, quod deſcendit in barbã Aaron. Barba virilitatis indiciũ eſt. Mulierem enim & virum hoc ſigno natura diſtinguit: barba igitur virilitatis indicium eſt. Caput ergo diuinitas dicitur: hoc eſt, deitas. Barba verò, virum indicat. Vt, inquit, perueniamus in virum perfectum, qui Coloſſ.1.d eſt Chriſtus. Vide ergo quid dicat: Sicut vnguentũ, ſicut benedictio vnguenti de capite: hoc eſt, L de diuinitatis ſermone deſcẽdit in barbã, deſcendit in virum perfectũ, qui eſt Chriſtus: poſtea deſcendit ipſum vnguentũ in orã veſtimenti eius: Sic benedictio, & ros montis Hermon deſcẽdit in montẽ Sion. Vnguentũ verò hic pro benedictiõe ponitur. Dilexiſti iuſtitiã, inquit, & odiſti iniquitatem: pro- Pſal.44.b pterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Videte quid dicat: Dilexiſti, inquit, iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. Nõ ſufficit diligere iuſtitiã, ſed econtrariò odiſſe iniquitatem. Videte quid dicat: Et odiſti iniquitatem. Pro his virtutibus quid accepit? Propterea vnxit te de⁹, deus tuus oleo exultatiõis præ participib⁹ tuis. Hoc ad Chriſtum dicitur: Ideo tu vnctus es, vt cæteros vngeres. Vnct⁹ es oleo exultationis præ participibus tuis: hoc eſt, pluſquã apoſtoli tui. Tu enim vnguenti habuiſti fontẽ: illi ſtillas habuerũt. Sicut vnguentũ in capite. Præſtet & nobis dominus hoc vnguentũ diuinitatis: quod venit in barbam: hoc eſt, in virũ perfectum Aaron: in Aaron ſacerdotẽ. Aaron autem inter- Aaron. pretatur, montanus. Videtis quoniam iſte ſacerdos nõ eſt de vallibus, ſed de montibus eſt. Barba, inquit, Aaron. Quod vnguentum in capite, venit in barbam: à verbo deo venit ad hominem, quem eſt dignatus aſſumere. Et quid nobis prodeſt barba iſta vncta, & vir iſte perfectus? Videamus quos profectus habeat. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius. Nos ſi veſtimentum Chriſti ſumus, nuditatem eius noſtra veſtimus fide. Ecce nudus pependit in cruce: ſcandalum Iudæis, gentibus ſtultitia, & tamen noſtra fide & ſermone, & confeſſione 1.Cor.1.d. M veſtitur. Noë in domo ſua nudus iacuit, & apparuit ignominia eius: maior filius irriſit, & minor texit. Et hoc totũ quare dico? Vt oſtendam veſtimentum nos eſſe Chriſti. Rem dico vobis nouam: imò non nouam, ſed de ſcripturis. Nos veſtimentum Chriſti ſumus: & cùm illum noſtra confeſſione veſtierimus, rurſum ipſum Chriſtum induimus. Dicit enim & Apoſtolus, quòd veſtimentum noſtrũ, Chriſtus ſit. Quã- Gala.3.d. do enim baptizamur, Chriſto induimur & veſtimur. Vultis ſcire quomodo veſtiamus dominum? Legimus in Hieremia: Accipe, inquit, tibi lumbare, & vade, inquit, ad Euphraten, & Hier.13.a. pone illud in foramine petræ. Et feci, inquit, quod præceperat mihi dominus. Et poſt dies aliquos reuerſus ſum ad Euphraten, & ecce, inquit, putruerat lumbare, quod nulli vſui eſſet vtile. Et locutus eſt, inquit, dominus ad me: diligenter animaduertite: Sicut, inquit, tu lumbare habuiſti circa lumbos tuos: ita & ego habui populum iſtum circa me, dicit dominus. Hoc totum quare dixi? Vt oſtenderem credentes veſtimentum eſſe Chriſti. Quod deſcendit in oram veſtimenti eius: quod deſcendit in barbam, barbam Aaron. Non eſt huius temporis de ſacerdotalibus dicere veſtimentis. Siquidem pontifex octo habet ſpecies veſtimentorum. Pontificis Longum eſt nunc dicere de ephod, de tunica. Longum eſt veſtimẽta.

dicere

A dicere de rationali,de manifestationibus,de catenulis,de zona, de fœmoralibus , de fimbrijs , de restì, de tintinnabulis, quibus virtutibus sacerdos debeat ingredi templum domini,& in sanctasanctorum . Et nos ergo si volumus de vestimento isto esse sacerdotali: aut superhumerale sumus,quod interpretatur,ephod : vt habeam⁹ bona opera:& in humeris nostris Christi mandata portemus: aut certè tunica debemus esse interior: quæ tunica stricta est , & adhæret corpori:non est laxa:nõ funditur,sed hæret tota ad corpus. Vides ergo quoniam quicũque interior est,& interior tunica,vicinius iungitur corpori . Si quis verò rationale est, quod dicit λογεῖον:iste nõ est nisi in pectore cõstitutus. Animaduerte scripturæ ordinem:Quicunq; rationale est,λογεῖον & ratio est,& in pectore constitutus est. Cæterùm fieri potest vt aliquis habeat prudentiam:vt habeat λόγον : vt habeat sermonẽ. Quicũq; ergo verè sacerdos est, debet habere ἀπλώσεις:hoc est,manifestationes,hoc est,vt quodcunq; mente eõ ceperit,proferat,& omnes doceat.Et hæc omnia frustra sũt, si castitas aucta,& ornata non fuerit.Ideo zona est, & cingit
B lumbos:stringit & mortificat. Deinde dicitur, quòd habeat fœmoralia:vt quodcunq; in nobis ignominiosum est & sordidum,quasi hoc cingulo mundetur,& mortificetur.Deinde dicitur,quòd debeamus habere poderẽ, quod ornet quasi pedes nostros.In ipso pondere diuersi flores sunt:sunt ibi ma-
Matt.9.c. logranata:sunt ibi etiam fimbriæ.Ego puto quòd illa mulier sanguine fluens, istam fimbriam tetigerit,& sanata est . Deinde & hæc considerate:quoniã ad extremos pedes,inter malogranata erant & tintinnulæ:& non ingrediebatur pontifex in sanctasanctorum,nisi illa tintinnabula personarent . Tintinnabula & illa malogranata,diuersitates virtutũ sunt quæ habent singulæ voces suas, & egressus ipse sanctisanctorũ vo
1 Cor.10.g calis est.Siue enim mãducemus,siue bibam⁹,omnia in nomine domini facimus.Minora promisimus , & maiora diximꝰ.
a ¶Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.)Ros Hermon.Legimus in quodam libro apocrypho , eo tempore quo descendebant filij dei ad filias hominum , descendisse illos in montem Hermon,& ibi iniisse pactum,quomodo venirent ad filias hominum,& sibi eas sociarent . Manifestissimus liber est, & inter apocryphos computatur , & veteres interpretes de ipso locuti sunt:nonnulla autem nos diximꝰ: non in authoritatem , sed in commemorationem . Sicut ros Hermon,qui descendit in montem Sion . Legi in cuiusdam libro, de isto libro apocrypho suam hæresim confirmantis.
C Quid enim dicit?Filij,inquit,dei qui de cœlis descẽdebant, venerunt in Hermon,& concupierunt filias hominum: Angeli, inquit, sunt de cœlestibus descendentes, & animæ quæ desiderauerunt corpora.Siquidem corpora filiæ hominum sunt. Vidistis quomodo Manichæi dogma consurgit? Sicut enim Manichæi dicunt animas desiderasse corpora humana, & sociatas esse voluptati corporum:sic & isti qui dicunt angelos desiderasse corpora:hoc est,filias hominum: nõnne vobis videntur idipsum dicere quod & Manichæi ? Lõgum est nunc contra illos dicere:sed tantummodo indicare volui: de quo volumine quasi per occasionem istius, suum dogma confirmãt, Hermon in lingua nostra interpretatur ἀνάθεμα,hoc est,condemnatio. Ros ergo domini antè fuit in populo Iudæorum, qui postea anathematizatus est: & benedictio illa quæ antè descendebat in populo anathematizato,postea descendit in montem Sion:hoc est,in ecclesiam . Nos, si tamen de ecclesia sumus (ecclesiam autem dico dogmatum veritatem,Christi confessionem) nos in ædificium sumus. Et quãti sancti in deserto sunt,quanti de nobis non sunt in ecclesia? & illi qui non sunt de ecclesia, versantur in ecclesia Christi. Si ergo sumus in ecclesia : si habemus fidem ecclesiæ , fidem apostolorum,fidem Christi,dogmatum veritates, montes sumus Sion.Nolumus esse de Sion valles,sed montes Sion. Habet enim Sion valles suas, habet & campum. Quicunq; peccator est,vallis est Sion: non est mõs Sion.Dicat aliquis: De D
tuo sensu loqueris.Vocem⁹ testem Esaiam: eo tempore quo peccauerat Sion:post multas visiones,vbi dicitur: visio contra Idumæam : visio contra Moab:visio contra Edom & filios Amon,in vltimo ponitur:visio vallis Sion.Quoniam e- Esaiæ.13. & seq. ibid.22.a.
nim de fidei sublimitate descenderat: propterea de mõte in vallem corruit . Nos ergo primùm fugiamus vallem Sion: veniamus ad campum : de campo veniam⁹ ad colles: de collibus veniam⁹ ad montes . Christum sequamur in montibus . Siquidem fratruelis Cant.2.b.
noster quasi caprea , & hinnulus ceruorum transilit colles,& salit per montes . Vnde & secundum ascensus veritatem, non ascendit in cœlum post resurrectionem de valle,sed de monte. Nos nisi in virtutibus mõtes fuerimus,ad cœlum nõ possumus ascendere. Illic enim:hoc est, in montibus.Sion,in virtutibus,in fide,in confessiõe,in dogmatum veritate,illic est benedictio. b ¶ Et vitam vsq; in æternum.)Vita nostra, Christus est . Qui confitetur Christum, vitam accipiet in secula seculorum.Amen.

Quod descendit in oram vestimenti ei⁹:
a sicut rõs Hermon,qui descendit in montem Sion. Quoniam illic mandauit do-
b minus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

Canticũ graduum. CXXXIII.

c Ecce nunc benedicite domino : omnes serui domini.

Psalmus CXXXIII.

E Ecce nunc benedicite domino : omnes serui domini.) E
Extremus psalmus cantici graduum . Prim⁹ graduum psalmus fuerat:Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.In secundo cõscẽderat:Leuaui oculos meos in montes.In tertio:Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.In quarto: Ad te leuaui oculos meos:qui habitas in cœlo. Videte quomodo paulatim ascendit per gradus, & ad sublimiora peruenit.Longum est,si velimus singulorum psalmorum horum graduum principia dicere. Venit ad tertiumdecimum psalmum,imò venit ad duodecimum : & post omnẽ virtutem, humilitatem posuit. Frustra enim habemus virtutes,si non ipsæ virtutes humilitate domini coronẽtur.Quid enim dixit?Domine non est exaltatum cor meum : neq; elati sunt oculi mei.Quoniam ergo humilem se monstrauerat, Christi aduentum postulat . Et quid dicit?Memento domine Dauid : & omnis mansuetudinis eius . Et rursum in alio loco : Propter Dauid seruum tuum : non auertas faciẽ Chri Psal.131.b
sti tui.Quoniam accepit Christum , post fidem Christi ecclesiam congregat.Et quid dicit ? Ecce quàm bonũ,& quàm iocundum : habitare fratres in vnum . Ecclesia domini congregata est . Nouissimus psalmus quid dicit ? Ecce nunc benedicite dominum : omnes serui domini . Quoniam bonum est , & iocundum habitare fratres in vnum : & estis pariter congregati : ecce nunc benedicite dominum . Nunc benedicite dominum post aduentum Christi : quia congrega- F
ti estis in eo . Nunc benedicite in vltimo graduum psalmo : quia in summitate virtutum congregati estis . Antequam ergo peruenìretis ad quintumdecimum gradum : hoc est, ad excelsum , non poteratis benedicere domino . Ergo nunc dico vobis : Ecce nunc benedicite domino . Quando dicitur, ecce : quodammodo res digito demonstratur . Ecce nunc benedicite domino . Qui benedicite domino? Omnes serui domini:qui non estis serui peccati, sed serui domini . Putamus parum esse quod dicitur : Ego seruus domini sum? Sũma virtus est hoc mereri.Quomodo? Quasi dignitatem vendicat, qui dicit: Ego seruus imperatoris sum , & nemo audet accedere ad seruum imperatoris:sic infinita dignitas se dicere esse seruum domini . Vnde & Apostolus de seruitute domini gloriatur , & scribit in principio epistolarum suarum: Paulus seruus Christi. Et de Moyse dicitur : Et non sicut Moyses famulus meus : cui locutus sum Exod.33.b
facie ad faciem . Videte quid dicat : Cæteris locutus sum Hebr.3.b.
in visione , & in ænigmate : sed non sicut Moysi famulo meo , cui locutus sum facie ad faciem . Ponamus exemplum:Dicamus esse aliquem dominum ditissimum. Iste habet familiam : habet & seruos qui sibi ministrent.Nunquid tantam habent fiduciam serui qui in villis sunt : quantam illi qui quotidie ministrant?Illis magna dignitas est , qui faciem

G ciem vident domini,& miniſtrant ei. Denique cæteri ſerui, qui faciem non vident domini ſui, ſi voluerint aliquid impetrare,conſeruos petunt. Hoc totum quare dixi? Dominus noſter Ieſus habet & ipſe multam familiam: habet quaſi ad faciem ſuam,qui ſibi miniſtrant:habet alios in agris. Monachos & virgines ego puto illos eſſe, qui ad faciem miniſtrant domino ſuo: ſeculares autẽ,qui ſunt quaſi in agro,de familia ſua. Deniq; illi qui ſunt in agris,iſtos poſtulant vt rogent dominum, ſi quid neceſſariũ habent. Quantam habent ergo dignitatem, qui quotidie vident faciem domini: tantam habent pœnam, qui negligunt miniſterium domini. Solent enim mali ſerui quando ſunt in agris, magis timere dominum: quia non vident. Si autem quotidie cœperint videre,cõtemnunt,& familiaritas ſuperbiam facit. Et nos igitur non debemus de conſuetudine contemnere bonitatem dei noſtri. Benedicite ergo dominũ omnes ſerui domini: qui non eſtis ſerui peccati,ſed ſerui domini. Omnes ſerui domini, qui ſolum dominum habetis deũ. Omnes ſerui domini,quibus ira non imperat:in quibus libido non regnat: in quibus alia peccata non regnant: quibus non dominantur vitia, illi dominãtur à domino. Omnes ſerui domini. Videtur hucuſque ſtetiſſe. Sed videte augmen-

H tum. Non ſufficit ſolum ſeruos eſſe domini,niſi & ipſi ſerui ſtent. Alij enim ſunt qui ſtant:alij qui cadunt: alij qui ſedent:alij qui iacent. Ergo qui cadunt, qui ſedent, qui iacent, illi non poſſunt laudare dominum. Vos laudate qui ſtatis. Sed dicat aliquis: Stant & alij. Multæ ſunt eccleſiæ: multæ ſunt congregationes. Qui ergo ſtant? Ariani ſtant? Nominant Chriſtum & Eunomiani,& cæteræ hæreſes:ergo ſtant? Ne videretur ergo illis dare licentiam laudandi dominum, videte quid dicat: a ¶Qui ſtatis ĩ domo domini:in atrijs
1.Tim.3.a domus dei noſtri.) Vt ſecundum quod ait Apoſtolus: Donec,inquit,venio,vt ſcias quomodo diſponas domũ dei,quæ eſt eccleſia. Eccleſia non parietibus conſiſtit,ſed in dogmatum veritate. Eccleſia ibi eſt,vbi fides vera eſt. Cæterùm ante annos quindecim aut viginti, parietes omnes hîc eccleſiarum,hæretici poſſidebant. Ante viginti enim annos, omnes eccleſias has hæretici poſſidebant. Eccleſia autem vera illic erat,vbi vera fides erat. Ergo vos benedicite domino: qui e-
Eccli.15.b ſtis ſerui domini. Non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris. Ergo vos laudate,qui eſtis ſerui domini:& qui eſtis ſer-
Exod.33.d ui,& ſtatis. Qui ſtatis? Statuit, inquit, ſupra petram pedes
Ibid.34.a meos. Et ad Moyſen: Tu verò hic ſta mecum. Deus ſtetit in
Pſal.81.a. ſynagoga deorum. Et qui ſtatis, non vbicunque:ſed in domo dei, in atrijs domus dei noſtri. In Hebraicis voluminib⁹ non habetur, ſed in ſequenti pſalmo eſt. Quomodo enim

I ſequitur in ipſo pſalmo? Laudate nomen domini,laudate ſerui dominum. Qui ſtatis in domo domini: in atrijs domus dei noſtri. Quoniam ergo iſte pſalmus habet: Qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri: Propterea quidam putauit & in ipſo pſalmo qui præceſſit: Qui ſtatis in domo domini: debere addere: in atrijs domus dei noſtri. Quid autem ſignificet, in atrijs domus dei noſtri: & quæ ſit differentia domus & atriorum: in ſequenti pſalmo cùm lectus fuerit, diſſeretur. b ¶In noctibus extollite manus
1.Ioan.5.d veſtras in ſancta.) Mundus iſte in maligno poſitus eſt: & nõ
Epheſ.6.b eſt nobis pugna aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus rectores tenebrarum iſtarum. Vnde dicit & Apoſtolus:
Rom.13.d Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. Ergo hoc ſeculum, nox eſt. Seculum verò futurum, dies eſt. Vnde dicit
Ididem. & Apoſtolus: Sicut in die,inquit,honeſtè ambulemus. Quomodo victuri ſumus in die: hoc eſt, in futuro ſeculo: ſic nunc viuamus. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta. Velimus, nolimus, in noctibus ſumus. Quandiu in iſto ſeculo ſumus, in noctibus ſumus. Nox tenebras habet. Noctes autem iſtarum tenebrarum,peccata ſunt hominum. Videte ergo quid dicat: In noctibus extollite manus veſtras in ſancta. Dum, inquit, eſtis in iſto ſeculo, & in iſtis noctibus, leuate manus veſtras. Nolite demittere,ſed leuate. Le-
Exo.17.d. uate cum Moyſe. Si leuaueritis man⁹ veſtras,vincitur Amalech. Si autem demiſeritis,ſuperatur Ieſus. Simúlque conſiderate myſterium: Si nos leuamus manus, vincit Ieſus. Si leuauerimus manus noſtras in bonis operibus,per bona opera noſtra Chriſtus ſuperat diabolum. Manus autem interpretantur in operibus. Vnde ſcribitur: Factus eſt ſermo domini in manu Aggei. Sermo factus eſt in manu Hieremiæ prophetæ. Vtique ſermo dei non fit in manu,ſed in ore fit. Sed videte ſcripturæ myſteria: Deus non venit ad ſermonem ſine opere bono. Cæterùm & homicida Chriſtum confitetur: & non venit ad illum dominus: quia manus ipſius domini aduentum non merentur. Vnde ſcriptum eſt in alio loco: In manu linguæ, Prou.18.d mors & vita. Ergo lingua manus habet? Dicite, quare dicitur: in manu linguæ, mors & vita? Videte quid dicat: Deus non audit linguam, non verba, ſed opera: vt quicunque aliquid loquitur, & faciat. Præcipitur ergo nobis in nouiſſimo pſalmo graduum: In noctibus extollite manus veſtras in ſancta. Leuate, inquit, manus veſtras:quia Ieſus eas leuauit in cruce. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta. Quare voluit addere & dicere, in ſancta? Et hæretici videntur leuare manus:& gentiles videntur leuare manus,& Iudæi videntur leuare manus: Faciunt enim & ipſi eleemoſynas: ſi viderint pauperem, manum porrigunt. Quando L Iudæus dederit eleemoſynam: nónne tibi videtur leuare manum? Leuat quidem manum, ſed non leuat in ſancta: quia Chriſtum non confitetur. Vos autem qui eſtis in domo domini,qui ſtatis in domo domini, in atrijs domus dei noſtri: qui eſtis ſerui domini, quibus dixerat: Ecce quàm bonum Pſal.132.a & quàm iocundum,habitare fratres in vnum:ſic leuate manus, vt in ſancto leuetis: hoc eſt,vt confiteamini Chriſtum: & quicquid facitis,pro Chriſto faciatis. Virtutes,pro qualitate facientis, diuerſæ ſunt. Ac ſi dicat: Facit eleemoſynã Chriſtianus: facit & gentilis:facit & Iudæus:facit & alius Chriſtianus vir ſanctus. Inuenies aliquos de Chriſtianis ideo dare eleemoſynam, vt laudentur à populis. Si quando pauper rogat buccellam, huc illúcque circunſpiciunt,& niſi teſtem viderint, pecuniam non dant. Si ſolus fuerit, manus contrahit: non dat libenter. O tu Chriſtiane, rogat te pauper vt des ei pecuniam: quare non das in occulto, ſed das in publico? Si teſtem deum quæris: humanos oculos quid requiris? Eleemoſyna tua apud imperitos videtur eſſe eleemoſyna: cæterùm apud deum iniuria eſt. Iniuriam enim facis fratri tuo. Vis enim videntibus alijs mendicum oſtendere. Quando ergo damus: non demus quaſi de noſtro, ſed de dono Chriſti. Non debemus dare quaſi mendico, ſed quaſi fratri. Nos damus carnalia: ille dat ſpiritualia: plus dat pauper, quàm accipit. Nos damus panem, M qui in ipſa die conſumitur: ille pro pane reddet nobis regna cœlorum. Ergo hoc dico: vt quod facimus, faciamus in ſancto: aut quod facimus, Chriſti cauſa faciamus. Cæterùm multi ſunt gentiles qui faciunt eleemoſynam. Si viderint aliquem præciſam manum habere: ſi viderint pedem habere cancroſum & putridum, ſtatim anim⁹ illis dolet. Vincitur humana anima naturali miſericordia. Et quid dicit? Ecce ego ſi talis eſſem,quid miſer facerem? Et fieri poteſt vt talis ſim,quis mihi dabit? Et ego debeo ergo huic dare:vt & mihi det aliquis,ſi talis fuero. Iſte quidem dat pauperi panem:ſed in paupere ſui miſeretur,non illius. Iſta miſericordia, non Chriſti miſericordia: ſed ſui miſericordia eſt. Omne ergo quod facimus, Chriſti cauſa faciamus. Fa-
1 Cor.10.g ciamus in ſancto. Siue manducamus,ſiue bibimus, omnia in nomine Chriſti faciamus. Scripturas legimus:pſalmos ediſcimus:euangelia tenemus:prophetas ediſſerimus: non debemus hoc ita facere vt gloriemur apud fratres, ſed vt Chriſto placeamus: vt ſermo ipſius in ore noſtro reſonet. Solent & viri: ſolent & monachi: ſolent & mulierculæ hoc inter ſe habere certamen:vt plures ediſcant ſcripturas: & in eo ſe putãt eſſe meliores, ſi plures ediderint. Ille plus edidicit, qui plus facit. Cæterùm ſi quod tu ediſcis, ego facio: magis mea opera ſcripturas tenẽt,quàm tuus ſermo qui vanè reſonat.

a Qui ſtatis in domo domini: in atri-
b is domus dei noſtri. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & bene-

A nè resonat. In noctibus extollite manus vestras in sancta. Leuate manus in crucem: leuate vexillũ. In noctibus leuate manus vestras in sancta. Et cùm leuaueritis in sancta, & feceritis quæ sancta sunt, quasi medicamẽtum bonorum operum vestrorum Christus sit. a ¶ Et benedicite domino.) Vnde

1.Tim.2.c & apostolus dicit: In omni loco leuantes manus immaculatas, & benedicite domino. Quodcũque facitis, referte ad dominum. Manus leuentur: os Christum resonet. Et in noctibus leuate manus vestras. Da pauperibus eleemosynam, & benedic domino: gratias age domino: quia tibi dederit, vnde des fratri. Magis tu agito gratias Christo quando dederis: quàm frater qui à te acceperit, tibi agat gratias. Grande nobis beneficium præstant pauperes. Peccata quæ iam aliter lauare nõ possumus, extinguit eleemosyna.

Eccli.3.d. Quid scriptũ est? Sicut aqua extinguit ignẽ: sic eleemosyna extinguit peccata. Hoc præstat eleemosyna, quod & baptisma. Quomodo baptisma nobis peccata dimittit: ita & eleemosyna nobis peccata dimittit. Sicut aqua extinguit ignem: sic eleemosyna extinguit peccata. Peccatis enim gehennæ ignes præparati sunt. Hos autem extinguit eleemosyna. b ¶ Benedicat te dominus ex Sion: q fecit cœlum & terram.) Tu benedicis dominum: & dominꝰ te benedicit. Ex Sion, de specula, de ecclesia, de veris dogmatibꝰ, de fide pia. Benedicat te dominus ex Sion. Istum versiculum spiritussanctꝰ loquitur: siue certè propheta in spiritu loquitur: Et quid dicit? O tu qui per quindecim gradus ad vltimũ conscendisti: qui fecisti hæc, & hæc: qui benedicis dominum: qui in noctibus extollis manꝰ tuas, &c. & benedicis domino, recipe & tu mercedem. Benedicat te dominꝰ ex Sion. Quod dedisti, recipe. Tu dedisti eleemosynam: tu fecisti virtutes: à deo præmium & benedictionem consequêris. Benedicat te dominus ex Sion. Sion de cœlesti Hierusalem in matre primitiuorum, vbi sunt futura gaudia: vbi sunt archangeli, vbi virtutes cæteræ, vbi apostoli, vbi prophetæ, vbi sancti martyres, vbi sequuntur angelorum multitudines & sanctorum,

Apoc.21.a quocunque agnus vadit. Denique vidit & Ioannes ciuitatem sanctam de cœlo depositam, gemmis extructam duodecim habere portas. Tota aurea erat: muros habebat aureos: habebat & plateas de diuersis gemmis. In hac ciuitate Christꝰ regnat: in hac ciuitate habitantes ipsi sunt, & habitatores & portæ, ipsi & domus sunt, & habitatores. Vultis scire quoniã

C domus sunt? Christus habitat in eis: Christus deambulat in

Leui.26.b eis. Inhabitabo, inquit, in eis & deambulabo. Vide anima sanc-

2.Cor.6.d ta quàm grandis sit: Christum capit, quem cœlum non capit. Vide quid dicat: Inhabitabo, inquit. Sed fieri potest, vt aliquis angustè inhabitet. Inhabitabo & ambulabo in eis. Vbicunque deambulat, vtique lata domus est. Vbi deambulat? Vos estis, inquit, templum dei, & spiritussanctus habitat in vobis. Præparemus templum nostrum, vt Christus veniat & habitet in nobis: vt anima nostra Sion sit, sit specula, vt sit in summitatibus constituta: vt sit sursum, non deorsum. Le-

Zacha.1.c gimus in Zacharia propheta: Et angelus, inquit, qui loquebatur in me, dixit ad me: Si angelus loquebatur in propheta, quanto magis habitat in nobis? Ipse nos habet & domos, & confabulatores. Benedicat te dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram. Si sanctus es, audi quod dicit, qui fecit cœlum. Si peccator es, qui fecit terram. Et cœlum fecit & terram. Interim dicamus secundum literam. Hoc dicit ad distinctionem idolorum. Dij, inquit, qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra. Dominus autem cœlos fecit. Ad distinctionem hoc dicit idolorum. Hoc interim secundum literam: Cæterùm, secundum intelligentiam spiritualem, quomodo dicitur peccatori: Terra es, & in terram ibis: sic & sancto dicitur, cœlum es: & in cœlum ibis. Hoc totum quare dixi? Vt sanctos cœlum probarem. Cœli enarrant Psal.18.a. gloriam dei: & opera manuum eius annunciat firmamen- Ibid.148.a tum. Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domi- D ni. Cœli cœlorum domino: qui fecit cœlum & terram. Li- Ibid.113.d cèt terreni simus: licèt ambulemus in terra: tamen conuersatio nostra in cœlis est. Ibi habemus municipationes nostras. Qui fecit cœlum & terram. Licèt peccatores es, noli desperare, dominus omnia potest. Multi de terra, cœli fiunt: & multi de cœlo, terra. Infœlix Iudas cœlum fuit, & factus est terra. Paulus a- Acto.9. postolus eo tempore quo persequebatur ecclesiam, terra erat. Confessus est, & cœlum factꝰ est. Nec qui cœlum est, debet esse securus: nec qui terra est, debet desperare de vita. Iacob eo tempore quando fugiebat in Mesopo- Gen.35.a. tamiam fratrem suum, venit ad Luzam: & ibi, inquit, posuit lapidem ad caput. Sub capite ipsiꝰ lapis, erat Christus. Nunquam sibi posuit lapidem ad caput: nisi eo tempore, quando persecutorem fugit. Quandiu erat in domo patris sui, & habebat E refrigeria carnis, lapidem non habebat ad caput. Recessit de domo nudus: recessit in virga, & statim in ipsa nocte inuenit lapidem, & posuit ad caput suum. Qui talem habebat pului lum in quo refrigerabat: videte visionem eius. Vidit, inquit, scalam de terra pertingentem ad cœlum: & vidit, inquit, angelos descendentes, & ascendentes. Vidit angelos de cœlo venire ad terram, & alios de terra ad cœlos ascendere. Vultis scire quia lapis ille qui erat ad caput Iacob, Christus erat lapis angularis? Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Lapis ille qui scriptus est Psal.117.e in Regnorum libro, Abenezer. Lapis iste, Christus est. Abe- 1.Reg.7.c nezer autem interpretatur, lapis adiutorij. Consurrexit, inquit, Iacob mane. Et quid dixit? Hæc, inquit, domus dei est. Et quid fecit? Tulit, inquit, oleũ & vnxit lapidem. Nisi mysteria intellexerimus scripturarum: cuius rationis erat, vt vngeret lapidem oleo? Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cœlum & terram. Denis quinis cantica graduum psalmis in benedictione concludens: ex voce prophetica nos admonet dicens:

Psalmus CXXXIIII.

c LAudate nomen domini.) Quod per fidem cognouistis esse super omne nomen. d ¶ Laudate serui dominum.) Qui peccati famuli esse desistis. e ¶ Qui statis in domo domini: in atrijs domus dei nostri.) Qui im- F mobiliter in eo plãtati estis. f ¶ Laudate dominum: quia benignus est dominus.) Citò enim pœnitentibus veniam præstat: spem etiam nostram, sua adimplens benignitate. g ¶ Psallite nomini eius quia suaue est.) Non enim processit ab eo aspera hæreticorum peruersitas: sed per ipsam suauitatem à squalore gentilitatis eruti sumus. h ¶ Quoniam Iacob elegit sibi dominus.) Eum scilicet qui supplantato populo arripuit benedictionẽ eius. i ¶ Israël in possessionem sibi.) Qui post multas luctas, deum mente meruit videre. k ¶ Quia ego cognoui quòd magnus est dominus.) Reuelante filio cognoscimus patrem, ipso dicente: Nemo nouit patrem, nisi cui voluerit filius reuelare. Lucæ.10.d l ¶ Et deus noster præ omnibus dijs.) Super omnes sanctos angelósque, qui dij digni sunt vocari. m ¶ Omnia quæcunque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.) Pro voluntate bonitatis placuit deo in excelsis animabus, in aridis mentibus, in seculi fluctibus: in profunditate malitiæ facere mirabilia, sicut sequitur: n ¶ Educens nubes ab extremo terræ;) Ab humilitate terrena eleuans apostolos ac prophetas. o ¶ Fulgura in pluuiam fecit.) Vt primùm lumen cognitionis dei, deinde imbrem doctrinarum infunderent.

a & benedicite dõmino. Benedicat te dominus ex Sion: qui fecit cœlum & terrã.
Halleluia. CXXXIIII.

c LAudãte nomen domini: laudate serui dõminum. Qui stãtis in domo dõmini: in atrijs domus dei nostri. f Laudate dominum quia bonus dominꝰ: g psallitẽ nomini eius quoniam suaue est. h Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israël in possessionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est dominus: & deus noster præ omnibus dijs. Omniã quæcũque voluit dominus, fecit in cœlo & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis. n Educẽs nubes ab extremo terræ: fulgũra in pluuiam

Qui

G a ¶Qui producit vētos de thesauris suis.)Angelos sanctos de arcanis cœlestibus dirigens:qui his nubib⁹ imbribusq;, robur atque incrementum ferrent. b ¶Qui percussit primogenita Aegypti:ab homine vsque ad pecus.) Principalia vitia atque crimina mundi. c ¶Et misit signa & prodigia in medio tui Aegypte.) Terrens mundum in passione, vel in tenebris,vel in commotione terræ. d ¶In Pharaonem, & in omnes seruos eius.) Affigens diabolum vel principatus eius cruci suæ. e ¶Qui percussit reges magnos, & occidit reges fortes.)Innumera vitia, quæ mundum oppresserant. f ¶Seon regem Amorræorū.) Arborem infructuosam habētem secum execratores dei: qui simul percussi, in ignē proiciuntur æternum. g ¶Et Og regem Basan.)Maceriam confusionis,quæ nobis ne deum agnosceremus,obstabat. h ¶Et omnia regna Chanaan.)Occidit regna commotionis,quæ nos com-
H mouebant à deo, & dominabantur nobis. i ¶Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatē Israēl populo suo.) Hæc omnia deleuit de⁹ atque subuertit:nósq; per cognitionem suam in hæreditatem asciuit, & vt ipsis q nos afflixerant dominaremur,indulsit. k ¶Domine nomen tuum in æternum.) Illo in perpetuum permanente, hoc nobis sit hæreditas sempiterna. l ¶Domine memoriale tuum in seculum seculi.) Vt quod legis veteris vmbra præfigurauit:in altero seculo:id est,in euāgelijs agnoscatur. m ¶Quia iudicauit dominus populum suum.) Iudæos non credentes:qui nunc iā iudicati sunt, cùm non crediderint. n ¶Et in seruis suis cōsolabitur.) In credentibus vtique. o ¶Simulachra gentium argentum & aurū: opera manuum hominum: os ha
I bent & non loquentur &c.) Gentilium execranda commemorat irridens:quia cùm nullius membri vegetationem habeant: auri argentiq; metallo, illos nobilitare voluerint. Ideóque adiecit: p ¶Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.) Illi confundantur in his qui credunt: nos verò consolemur,qui ad imaginem dei facti ipsum adoramus. q ¶Domus Israël benedicite dominum.) Congregationes sanctorum: deum oculis mentis inspiciētes. r ¶Domus Aaron benedicite dominum.) Ministrorum ordo perfectus. s ¶Qui timetis dominum benedicite dominum.) Vt sicut maiestatem metuitis, ita cum charitate laudetis. t ¶Benedictus dominus deus ex Sion: qui habitat in Hierusalem.) Ipse dominus noster Iesus Christus: cui est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

u ¶ Halleluia.) Iste psalmus, domini misericordias in diuersis necessitatibus humano generi præstitas, pandit: dicens:

Psalmus CXXXV.

a in pluuiam fecit. Qui prōducit ventos
b de thesauris suis: qui pĕrcussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.
c Et misit signa, & prodigia in medio tui
d Aegypte:in Pharaonem,& in omnes ser
e uos eius. Qui pĕrcussit gentes multas: &
f occîdit reges fortes. Seon regem Amor-
g rĕorum,& Og rĕgem Basan:& omniā re-
i gna Chanaan. Et dedit terram eorū hæreditatem: hæreditatē Israēl populo suo.
k Dominĕ nomen tuum in æternum: do-
l mine memoriale tuum in generatione &
m generationem. Quiā iudicabit dominus
n populum suum, & in serūis suis deprecabitur. Simulachra gentium argentum &
o aurum:opera manuum hominum. Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent & nō audient:neque enim est spiritus in ore ipsorū.
p Similes illis fiant qui faciūt ea, & omnes
q qui confidunt in eis. Domus Israël bene-
r dicite domino: domus Aarōn benedicite domino. Domus Leui benedicite domino:qui timetis dominū benedicite domi-
t no. Benĕdictus dominus ex Sion: qui habitat in Hierusalem.

u Halleluīa. CXXXV.

x Confitĕmini domino quoniam bonus:quoniam in seculū misericor-
y dia ei⁹. Cōfitemini deo deorum:
z quoniam. Confitĕmini domino dominorum: quoniam in seculum misericordia
a eius. Qui facit mirabilia magna solus:
b qm. Qui fecit cœlos in intellectu:quoniā.
c Qui firmauit terram super aquas: quo-
d niam. Qui fecit luminaria magna: quoniam. Solem in potestatem diei: quoniā.
e Lunām & stellas in potestatē noctis:quo-
f niam. Qui pĕrcussit Aegyptū cum primogenitis eorum:quoniam. Qui eduxit Israēl de medio eorum:quoniam. In manu potenti,& brachio excelso: quoniam.
g Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniā. Et eduxit Israēl per medium ei⁹:
h quoniam. Et excussit Pharaonē, & virtu
i tē eius in mari rubro:quoniā. Qui tradu-

x Confitemini domino quoniam bon⁹: quoniam in seculum misericordia eius.) Confitemini peccata vestra,& laudate eum qui per misericordiam in se manenti indulget. y ¶Confitemini deo deorum.)Illi qui credentibus in se dedit potestatem filios dei fieri. z ¶Confitemini domino dominorum.) Hoc refert ad filiū: & deo deorum,ad patrem. Patri ergo & filio confitemur. Pater enim in filio,& filius in patre. a ¶Qui facit mirabilia magna sol⁹.) Pri⁹ dixit confitemini deo deorum,& iterum, domino dominorum: Et quoniam dixit duas personas: nunc dicit,qui facit mirabilia magna solus, vt non dicat duos deos. Scriptum est enim: Vnus est 1.Cor.8.b
deus ex quo omnia, & vnus dominus Iesus per quem omnia, & nos per ipsum. b ¶Qui fecit cœlos in intellectu.) Isti sunt cœli qui enarrant gloriam dei: qui vestiti sunt imagine cœlesti. Et sunt cœli, qui nō sunt vestiti imaL gine terreni, in intellectu, in sapientia. Christus enim dei virt⁹, & dei sapientia. Sicut & in Prouerbijs dicit ipsa sapiētia: Quā- Prou.8.c.
do faciebat cœlos, cum ipso erā, & cætera. c ¶Qui firmauit terram super aquas.)Licèt dicatur terra super aquas pendere: hoc est, inani pondere:tamē terram nostram fundauit,& firmauit in baptismate. Non dixit sustollit,aut exaltauit, aut in cœlos fecit ascendere. Baptisma enim peccata dimittit, & quasi de carcere liberat:regna autem cœlorum non potest donare. Si non enim aliquis per opera, & fidem intrauerit: nō potest securus esse. d ¶Qui fecit luminaria magna.) Secundum literam de stellis dicit:Licèt paruas eas conspiciamus, sed tamen magnæ sunt. Sicut enim nos si ascendamus in montem excelsum, & videamus in subiecta valle hominem:videM tur nobis quasi paruum quiddā, ita & stellæ magnæ sunt: ex altitudine autem paruæ nobis vidētur. Stella enim quæ videtur in Britannia, vbique & ipsa apparet. Hoc autem dicit ad eos quibus dixit:Vos estis lux mundi. Matt.5.b.
e ¶Lunam & stellas in potestatem noctis.) Ecclesiam vel doctores eius,sub nocte veteris legis posuit: scilicet vt quod illa nunciauit in litera:spiritualiter adimpleant & obseruent. f ¶Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum, & eduxit Israël de medio eius: in manu forti,& brachio extento.)In virtute potentiæ suæ verberato mundo,eduxit nos ab operibus eius. g ¶Qui diuisit mare rubrum in diuisiones,& transiecit Israël per mediū eius.)In multis enim gradibus scanditur per huius seculi fluctus, vt ad eum possit quem mente tuetur accedere. h ¶Et excussit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro.) Si Israël simus: deus pugnat pro nobis, & nos tacebimus:& prosternit diabolū cum satellitibus suis:ne nobis nocere valeant. i ¶Qui transduxit populū suum p desertū.) Semper populus dei per deserta huius mundi transducitur quoadusque in terram repromissionis

xit

ctores eius,sub nocte veteris legis posuit: scilicet vt quod illa nunciauit in litera:spiritualiter adimpleant & obseruent. f ¶Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum, & eduxit Israël de medio eius: in manu forti,& brachio extento.)In virtute potentiæ suæ verberato mundo,eduxit nos ab operibus eius. g ¶Qui diuisit mare rubrum in diuisiones,& transiecit Israël per mediū eius.)In multis enim gradibus scanditur per huius seculi fluctus, vt ad eum possit quem mente tuetur accedere. h ¶Et excussit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro.) Si Israël simus: deus pugnat pro nobis, & nos tacebimus:& prosternit diabolū cum satellitibus suis:ne nobis nocere valeant. i ¶Qui transduxit populū suum p desertū.) Semper populus dei per deserta huius mundi transducitur quoadusque in terram repromissionis

A missionis introducatur. Qui eduxit aquã de petra rupis.) A Christo domino, qui est stabilis petra, vel baptismũ processit: vel poculum æternæ vitę manauit. a ¶ Qui percussit gentes multas, & occîdit reges fortes. Seon regem Amorræorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan occidit.) Omnia regna peccati à Christo pcussa dicit: Qui percussit reges magnos. Primùm pcussit Pharaonem, qui intelligitur diabolus, & sic exercitũ eius, sicut in superiori psalmo exposuimus. b ¶ Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatẽ Israël populo suo.) Christiano vtique. c ¶ Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in seculum misericordia eius.) Vt nos visitaret aduentu suo. d ¶ Et redemit nos de manu inimicorũ nostrorum.) Fundens in precio nostro sanguinem suum. e ¶ Qui dat escam omni carni.) Præbẽs se panem viuum, & vitam dãtem huic

B mundo. f ¶ Confitemini deo cœli.) Laudem ei debitã reddite: qui vos à terrenis in æterna commutat. g ¶ Confitemini domino dominorum.) Qui vos vel iudices, vel dominos mundi constituit. Ipse dominus noster Iesꝰ Christus, cui est cum æterno patre & spiritu sãcto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

h ¶ Psalmꝰ Dauid propter Hieremiam.) Iste psalmus ex voce prophetica prolatus, docet mentes hominum à peccatis capi: in exemplum illius terrenę Hierusalem quæ à gẽtibus educta in captiuitatem deflebat. Dicãt ergo animæ, quæ post multos errores conuertuntur ad dominum.

Psalmus CXXXVI.

i SVper flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus: dũ recordaremur Sion.) Si nõ aliquis ægrotat, nescit quantum

C valet sanitas. Et iterum: claudus nescit quantum valet qui sanus est pedibus. Similiter & cæcus videntem. Hoc totum quare dictum est? Quoniam psalmus dicit: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion. Babylon confusio interpretatur. Ergo Babylon hic mundus. Peccator ergo qui cecidit de paradiso: venit in vallem lachrymarum: hoc est, in Babylonem, in istum mundum. Magis autem propheta ex persona eius qui cecidit dicit: Super flumina Babylonis. Flumen autem Babylonis, quando videris aliquem pulchrum ad horam, & ægrotans perdiderit pulchritudinem, & marcescat flos ipsius: hic sicut flumen transit, & aquæ succedentes sibi venientes & recedentes pereunt, & iterum aliæ oriuntur, & ipsæ pereunt, ita & in hoc mundo quò ad momentum aut aliquod tempus, aut ditamur aut fortes sumus, aut pulchri sumus: & post modicum transit sicut aqua & perit. Ibi ergo sedimus, & fleuimus dum recordaremur Sion. Licèt quidem vitio nostro cecidimꝰ de paradiso: tamen reminiscimur prioris fœlicitatis, & nõ obliuiscimur. Et ille qui de Hierosolymis descendit in Hiericho, quæ interpretatur luna: hoc est, quæ semper mutatur, hæc autem intelligitur præsens mundus, in latrones incidit, & Samaritanus tulit eum, & oleo & vino curat, miscens austeritatem cum misericordia. k ¶ In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Salix talẽ naturam habet: Est quidem lignum infructuosum, & dicitur quòd si quis ex illa accipiat potionem aut manducet, filios non facit. Ibi ergo suspendimus organa nostra. Organum autem hominis corpus est. Sicut enim organum ex multis fistulis compositum est, vna autem modulatione melos mittit, ita & organum nostrum habemus tactum: per ipsum: hoc est, per opera: melos, cãticum & hymnum referimꝰ deo. Similiter & per auditũ, & per odoratum, & per gustũ, & per visũ, & per has oĉs virtutes quasi de vno organo hymnũ, & canticũ referimus dño. Dicitur iterum salix radicem nõ habere. Sed si ramus abscinditur, & plantatur secꝰ aquam, statim virescit. Ita autem & peccator, licèt peccauerit, licèt ceciderit: tamen si sit secus aquas: hoc est, si legit sanctas scripturas, & audit verbum diuinũ à sancto viro, viret eius anima, & in pœnitẽtiam cõuertitur. l ¶ Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos verba cãticorum, &c.) Dæmones qui deceperunt nos, & captiuos duxerunt: nunc quasi deridentes nos & gloriantes dicunt nobis: Reddite nobis verbum de fide vestra: quemadmodum quando eratis in Hierusalem hymnũ dicebatis deo. Respondent qui peccauerunt, & decepti sunt, & dicũt: m ¶ Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hierusalem: obliuiõi detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui. Si non proposuero Hierusalem in principio lætitiæ meæ. Memor esto domine filiorũ Edom: in die Hierusalem. Qui dicunt exinanite exinanite: vsque ad fundamentum in ea. Filia Babylonis misera: beatus q retribuet tibi retributionem tuã quam retribuisti nobis. n ¶ Si oblitꝰ fuero tui Hierusalẽ: obliuiõi detur dextera mea.) Ergo quia peccauit & cecidit, reminiscit prioris conuersationis & Hierusalẽ: proponitq; sibi quòd nisi semper tui memor ero, & semper in mẽ

D E F

Babylon.

Lucæ.10.

Salix.

Edom.

te habeam: obliuioni detur dextera mea: hoc est, opera mea. Non dixit sinistra, sed dextera. Sinistra enim semper in obliuione est. Vis ergo semper in memoria domini esse? Dexteræ opera fac. o ¶ Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.) Hoc est, non habeam neque opera neque sermonem: si non iugiter memoria tui versetur in corde meo. p ¶ Memor esto domine filiorum Edom: in die Hierusalem.) Edom interpretatur terrena, & sanguinea. Quis ergo est nisi diabolus? Vide ergo quid dicat. Hoc ex persona Adam dicitur: Domine memento quemadmodum me decepit, & traxit me serpens diabolus, qui intelligitur Nabuchodonosor, & eiecit me de paradiso: Memento & retribue ei, & patiatur pœnam quam ipse sua malitia mihi induxit: trahens me, adduxit in Babylonem & in Assyrios. q ¶ Filia Babylonis misera.) Filia Babylonis anima est, quæ semper in motione est, & in confusione, & non habens statum, sed est in vitijs, & peccatis, quæ verè misera est. r ¶ Beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuisti nobis.) Beatus est qui retribuet ei quod ipsa fecit. Verbi gratia Eiecit me de paradiso: ego illam per abstinentiam reduco ibidem. Decepit me per fornicationem: ego per castitatem reduco illam in Hierusalem, & ex vitijs in virtutem. Ergo non vt inimicus facio, sed vt amicus.

Beatus

G a ¶Beatus qui tenebit,& allidet paruulos tuos ad petram.) Paruuli dicuntur cogitationes. Ac ſi dicat: Vidi mulierem, concupiui eã: ſtatim ſi non abſcidero concupiſcentiam illã, & ſicut pedem tenuero, & alliſero ad petram donec parua eſt concupiſcentia:non poteſt poſtea abſcindi quãdo creuerit. Beat⁹ ergo eſt qui ſtatim abſcidit,& allidit ad petram. Petra autem eſt Chriſtus.

Pſalmus CXXXVII.

b COnfitebor tibi domine ĩ toto corde meo.) Qualia ſunt vulnera, tale & emplaſtrum. Quemadmodũ enim corpus habet diuerſa vulnera: ita & anima habet ſuas paſſiones & ſua vulnera:& aduerſus peccatum talem & pœnitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis ſuis cõfitetur:iſte in toto corde cõfitetur domino. Ac ſi diximus:Fornicatus eſt aliquis, cõfitetur pro fornicatione. Sed quoniam eſt aut auarus, aut iracũdus, aut detractor, aut blaſ
H phemus, & plurima vitia habet: iſte non confitetur in toto corde. Si quis autem pro omnib⁹ vitijs, & paſſionib⁹ animæ ſuæ agit pœnitentiam:iſte poteſt dicere:Cõfitebor tibi domine in toto corde meo. c ¶Q̃m audiſti oĩa verba oris mei.) Iſte verſicul⁹ in Hebraico non habetur. Cęterũm quod dicit,hoc eſt:Propterea cõfitebor tibi in toto corde meo: hoc eſt, pro omnibus vitijs meis & peccatis: quoniam nõ pro vno vitio confeſſus ſum tibi:& exaudiſti me. d ¶In conſpectu angelorũ pſallam tibi.) Vide prouectionem pœnitentis: quia poſt cõfeſſionẽ, & pœnitentiam cum angelis meretur pſallere. Qui autẽ pſallit,iam non agit pœnitentiam, ſed gratias agit & benedicit. e ¶Adorabo ad templum ſanctum tuum.) Si hoc eſt templum quod nũc videtur deſertũ,
I in quo oportet adorare: ergo nõ debent Iudæi adorare, quoniam euerſum eſt templum. Templum autem dicit ſanctam,& cœleſtem Hieruſalem. f ¶Super miſericordia tua & veritate tua.) Peccator audiat miſericordiam: iuſtus autem & ſuperb⁹ audiat veritatem. g ¶Multiplicabis in anima mea virtutem.) Multiplicabis:hoc eſt, multis ſolicitudinibus ſubiacẽtẽ animã. h ¶Cõfiteantur tibi domine omnes reges terræ.) Reges terræ ſunt iſti qui regnant peccato. Ergo ipſi cõfiteantur q regnant peccato. Nec enim de regibus huius mũdi ſcriProu. 21.a ptum eſt:Cor regis in manu dei. Putas cor Iuliani impiiſſimi ĩ manu dei fuit? Abſit. Aut Neronis, aut Maximiani, & Decij perſecutorũ? Abſit. Sed de illis dicit qui regnant peccato, quia iſti q vincunt vitia,& paſſiones animæ, & regnant peccato:cor eorum in manu dei eſt: i ¶Quia audierunt omnia verba oris tui.) Quia cuſtodierunt mandata tua. k ¶Et cantent in vijs domini.) Philoſophi huius ſeculi non cantauerunt in vijs domini,ſed nos cantamus in vijs domini:hoc eſt in Moyſe & in Eſaia,& ĩ Hieremia, & de vijs iſtis venimus ad illam viam quæ dicit:ego ſum via.

Pſalmus CXXXVIII.

l DOmine ꝓbaſti me &c.) Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me.) Manifeſtius hoc Symmach⁹ interpretatus eſt:Prætergreditur me ſcientia tua:id eſt,nõ poſſum tua ſcire ſecreta, & in profundũ ſapientiæ tuæ mens mea non poteſt introire. m ¶Quó ibo à ſpiritu tuo:aut à facie tua quó fugiam?) Quomodo autem tuam poſſum comprehẽdere notitiam, cùm in te ſint omnia, nihilq; ſit quod te fugiat, & vbiq; ſit ſpiritus tuus? Ex quo intelligimus deum eſſe q totus vbiq; ſit. n ¶Si aſcẽdero in cœlum tu ibi es:ſi deſcẽdero ad infernum ades &c.) Nulla altitudo te altior: nullũ profundum te profundius: Oriẽs & Occidens in tua continentur manu. o ¶Et dixi,ergo tenebræ cõculcabũt me,& nox lux mea in delitijs meis.) In Hebræo ſenſus iſte eſt:Et dixi forſitan tenebræ conculcabunt me: econtrariò autem nox ipſa apud te lumẽ fuit: q̃a nihil cælare te poteſt. Quod Symmachus melius interpretatus eſt dicẽs:Et nox lux circũ me ſedet. Sed & ſequẽtes verſiculi, hoc idẽ ſignificant. p ¶Quia tenebræ nõ obſcurabunt à te,& nox quaſi dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius,ita & lumẽ eius.) Id eſt, tam clara ſunt omnia, quæ à te putãtur occulta, vt manifeſtiora ſint luce. q ¶Suſcepiſti me de vẽtre matris meæ.) Quinta æditio ita tranſtulit: Cõſtaſti me de ventre matris meæ. r ¶Imperfe- M
ctum meum viderunt oculi tui.) Imperfectum hic pro incompoſito poſuit:quòd etiam elementa hominis antequam formentur in vtero,cognoſcat deus. ſ ¶Et in libro tuo omnes ſcribentur.) Et quòd nullus abſque voluntate naſcatur dei:nec quiſquã eius notitiam ſubterfugiat. t ¶Dies formabunt, & nemo in eis.) Hũc locum Symmachus ita trãſtulit: dies quibus formati ſunt, ne vna quidẽ ex eis deeſt. Et eſt ſenſus: Omne tempus ætatis cui iam ab exordio vitæ iſtius ſunt curricula deputata, certo fine decurrit: nec vna dies aut plus aut min⁹ eſt q̃ tu conditor eſſe voluiſti. Secũdum Lxx. autẽ interpretes,& altiorem intelligentiam,ſenſus eſt: Tu oẽs in die formas: tu cunctos vis eſſe filios dei,ſed nullus eſt in hominibus qui nõ peccato obnoxius fiat,

a buiſti nobis. Beatus qui tenebit,& allidet paruulos tuos ad petram.

Pſalmus ipſi Dauid CXXXVII.

b COnfitebor tibi domine ĩ toto corde meo:quoniã audiſti omnia verb ba oris mei. In cõſpectu angelo- d
e rum pſallam tibi:adorabo ad templũ ſanctum tuum,& confitebor nomini tuo. Su
f per miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne nomẽ ſanctum tuum. In quacunq; die inuocauero
g te exaudi me: multiplicabis ĩ anima mea
h virtutem. Cõfiteantur tibi domine om
i nes reges terrę: quia audierũt omnia ver
k ba oris tui. Et cãtẽt in vijs domini:quoniam magna eſt gloria domini. Quoniã excelſus dominus & humilia reſpicit, & alta à longè cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me,& ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam,& ſaluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: domine miſericordia tua in ſeculũ,& opera manuum tuarum ne deſpicias.

In finẽ pſalmus Dauid. CXXXVIII.

DOmine probaſti me,& cognouiſti me:tu cognouiſti ſeſſionem meã, & reſurrectionem meam. Intellexiſti cogitationes meas de longè: ſemitã meam & funiculum meum inueſtigaſti. Et omnes vias meas præuidiſti:quia non eſt ſermo in lingua mea. Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me ma-
l num tuam. Mirabilis facta eſt ſciẽtia tua ex me:confortata eſt,& nõ potero ad eã.
m Q̃ũ ibo à ſpiritu tuo, & quó à facie tua
n fugiã? Si aſcendero in cœlum,tu illic es:ſi deſcendero ad infernum,ades. Si ſumpſero pennas meas diluculò: & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera
o tua. Et dixi forſitãn tenebræ conculcabũt me,& nox illuminatio mea in delitijs
p meis. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te:& nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius,ita & lumen eius. Quia tu
q poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. Confitebor tibi quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua: & anima mea cognoſcet nimis. Non eſt occultatum os meum à te quod feciſti in occulto,& ſubſtantia mea
r in inferioribus terræ. Imperfectum meũ
ſ viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes
t ſcribentur: dies formabuntur & nemo in eis. Mihi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cõfortatus eſt principatus eorũ. Dinumerabo eos,& ſuper arenã multiplicabũtur:

A xſus ſiat,& per hoc filius noctis eſſe incipiat:nec quiſquã eorum luce ipſius diei toto vitæ ſuæ tempore digna perficiat. Vnde & Apoſtolus ad eos qui filij noctis eſſe ceſſauerant loquitur:Nos autem fratres non ſumus filij noctis,ſed filij dei. 1.Theſ.5.a

Pſalmus CXXXIX.

a ERipe me domine ab homine malo:&c.)Nõ intantum poteſt nos decipere diabolus:quantũ per organũ hominis: ab hoc deprecatur propheta libe rari. b ¶Qui cogitauerũt iniquitates in corde.) De hæreticis dicit. c ¶Venenũ aſpidũ ſub labijs eorũ.)Quoniã videtur amicitiæ verba habere,ſed plena ſunt veneno mortifero. d ¶Iuxta iter ſcandalũ poſuerunt mihi.) Hoc eſt de ſcripturis proferẽtes teſtimonia,quæ quaſi videbãtur rationẽ aliquã habere:tentabant me decipere. e ¶Dixi domino deus meus es tu.) Si non es ſanctus,nõ potes hũc verſiculũ dicere,Cui nõ regnat peccatũ,hic Pſal.15.b. dicit:Pars mea dñs. f ¶Non B tradas me dñe à deſiderio meo Matt.5.d. pctõri.) Dicit ſcriptura:Quòd ſi quis viderit mulierem ad concupiſcendum,iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Ergo dicit propheta:Ne de concupiſcentia mea tradas me diabolo,ſed bene mihi habet in opere iudicare,& non in cogitatione. g ¶Caput circuitus eorũ: labor labiorũ ipſorum operiet eos.) Quẽadmodũ ſerpens quando viderit aliquẽ venientẽ ad percutiendũ: circulũ facit totius corporis ſui,& in medio cælat caput:vbi ſcit habere ſe vitam,ita & iſti hæretici per ſermonẽ philoſophorũ,& Ariſtotelis,& cæterorum videntur ſe abſcõdere & quaſi protegere,& defendere. Sed eccleſiaſtic⁹ vir quaſi in virga hoc eſt in cruce ſoluit circulum,& inuenit caput latens, & ibi eũ percutit: hoc eſt,teſti- C monium profert de ſcripturis. h ¶Habitabunt recti cum vultu tuo.)Vult⁹ dei quid eſt niſi Chri Philip.2.a ſtus? Qui non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo.

Pſalmus CXL.

i DOmine clamaui ad te exaudi me,)Moyſes ſtabat cum populo,& Pharao ſequebatur poſt tergũ eius,& vndiq; anguſtia illi erat. In illo tẽpore lachrymatus eſt ad deũ. Et continuò deus ad eum:Quid clamas ad me?Dum cum ſilentio orabat,auditus eſt.Scriptura autem nõ meminit quòd locutus ſit,ſed tãtum quòd lachrymatus ſit. Et ſanguis martyrum ſemper clamat ad dominũ,& exauditur. Et dominus Gen.4.b. locutus eſt ad Cain:Sanguis fratris tui clamat ad me. Et in Apocalypſi Ioannis,animę iuſtorũ ſub altari dicebãt ad domi- Apoc.6.c nũ: Vſq;quo domine nõ nos defendis?Simul autẽ conſideremus,quia animæ iuſtorũ,altaria ſunt domini. k ¶Intende voci meæ,cùm clamauero ad te.)Hoc eſt,vide & conſidera ô domine quid peto:quoniam nõ peto nos defendis?Simul autẽ conſideremus,quia animæ iuſtorũ,altaria ſunt domini. k ¶Intende voci meæ,cùm clamauero ad te.)Hoc eſt,vide & conſidera ô domine quid peto:quoniam nõ peto corporali deſiderio,aut aurum,aut tale aliquid huiuſmodi:ſed vt miſericordiam tuã conſequar. Propterea dicit,intende:hoc eſt,diligenter audi: quia nihil alienum peto. l ¶Dirigatur oratio mea,ſicut incenſum in conſpectu tuo.) Hoc eſt rectà ad te perueniat oratio mea,nõ habens aliquas ſordes,aut vitia,aut cogitationes diabolicas. Incẽſum autem orationes ſanctorũ ſunt. Hoc autem cognoſcimus de Apocalypſi: quando vigintiquatuor Apoc.8.a. ſeniores tenebant thuribula,& dicebant: Hæ ſunt orationes ſanctorum. m ¶Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.) Eleuatio manuum,dominum demonſtrat. Et in eleuatione manuum creatorem videmus. Vide autem,quia non dixit,extẽſio manuum mearum. Extenſio enim non eſt eleuatio. Sed extendit aliquis,& poſt tergum,& in latus:hoc eſt,in vitia: quemadmodum dicit dominus: Et quãdo extenderitis ad me manus veſtras, non exaudiam vos. Hier.15.b Sacrificium veſpertinum,vnde cima hora:id eſt,in euangelio,leuo manus meas. Et iterum Apoſtolus: Leuate manus veſtras ad 1.Tim.2.c orationes. Et Moyſes quando leuabat manus,vincebat Ieſus:quãdo autem deponebat,vincebatur. Si intelligo ſcripturas ſecundum hiſtoriam,& ſecundum E literam: Moyſes deorſum habet manus. Si autem ſpiritualiter,eleuat manus ſuas in altum. n ¶Pone domine cuſtodiam orí meo.) Mors & vita in mani- Prou.18.d bus linguæ. Et iterum:Amen dico vobis: quoniam de omni ò- Mat.12.e. cioſo verbo quod locuti fuerítis, reddetis rationem in die iudicij. Hoc ergo poſtulat propheta, vt omne quod loquitur,non ſit ocioſum,ſed ſanctum & dignum deo. o ¶Et oſtium circunſtantiæ labijs meis.)Oſtium circunſtantię quaſi murum in circuitu totius domus poſtulat,vt in nullo vincatur. Dicit enim Hieremias: Mors intrauit per Hier.9.f. feneſtras veſtras. Feneſtras autem habemus quinque: hoc eſt, viſum,auditum,guſtum,odoratum,& tactum. Si ergo vide- Matt.5.d. ro mulierem ad concupiſcendum eam,iam mœchatus ſum F eam in corde meo: & intrauit mors per feneſtram meam: hoc eſt,per viſum. Si tibia,aut organum,aut calamus quaſi diſſoluat me,mors intrauit per auditum meum. Si autem aliquid molle tangam:& ſoluar corporis mollitie: mors intrauit per tactum meũ,& cætera ſimiliter. Ergo deprecatur propheta oſtium circunſtãtiæ:hoc eſt,vt muniatur tota eius domus,vt non habeat aduerſarius vnde ingrediatur,& dominetur hominibus. Dicitur enim in epiſtola ſancti Petri: Aduerſarius noſter diabolus ſicut leo rugiens 1.Pet.5.b. circuit quærens quem deuoret. Diabolus nõ pugnat citò cõtra aliquem per grandia vitia,ſed per parua,vt poſſit quomodocunque intrare,& dominari homini,& poſtea eum in maiora vitia impellit. Non per fornicationem,non per auaritiam: ſed per minora vitia ingreditur. p ¶Non declines cor meum in verba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis.)O infœliciſſimum humanum genus,qui peccata excuſamus,dicẽtes:victus ſum à natura:cùm in poteſtate noſtra ſit,& peccare,& domino adiuuante non peccare. Semper excuſamus noſmetipſos & dicimus:Ego nolebã peccare: caro me vicit. Illa mulier venit ad me,ipſa miſit,ipſa me teti-

multiplicabũtur: exurrexi & adhuc ſum tecũ. Si occiderís de⁹ peccatores:viri ſanguinũ declinate à me. Quia dicitis in cogitatione,accipiant in vanitate ciuitates ſuas. Nonne q oderũt te dñe oderã:& ſuper inimicos tuos tabeſcebã? Perfecto odio oderã illos:inimici facti ſunt mihi. Proba me de⁹,& ſcito cor meũ: interroga me,& cognoſce ſemitas meas. Et vide ſi via iniquitatis in me eſt:& deduc me in via ęterna.

In finẽ pſalmus Dauid. CXXXIX.

a ERipẽ me dñe ab homine malo: à viro iniquo eripe me. Qui b cogitauerũt iniquitates in corde: tota die cõſtituebant pręlia. Acuerunt linguas ſuas c ſicut ſerpẽtes:venenũm aſpidũ ſub labijs eorũ. Cuſtodi me dñe de manu peccatoris,& ab hominib⁹ iniquis eripe me. Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus meos:abſcoderunt ſuperbi laqueũ mihi. Et funes d extẽderũt in laqueũ:iuxtã iter ſcãdalum e poſuerũt mihi. Dixi dominõ deus meus es tu:exaudi dñe vocẽ deprecatiõis meę. Dñe domine virtus ſalutis meæ:obũbraſti ſuper caput meũ in die belli. Nõ f tradas me dñe à deſiderio meo peccatori:cogitauerũt cõtra me:ne derelinquas me,ne g fortè exaltẽtur. Caput circuitus eorũ:labor labiorum ipſorũ operiet eos. Cadent ſuper eos carbones,in ignẽ deijcies eos:in miſerijs nõ ſubſiſtent. Vir linguoſus non dirigetur in terra: virũ iniuſtũ mala capiẽt in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis,& vindictã pauperum. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini h tuo:& habitabunt recti cum vultu tuo.

Pſalmus Dauid CXL.

f DOminẽ clamaui ad te exaudi me: k intendẽ voci meæ,cùm clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſil cut incenſum in conſpectu tuo: eleuãtio m manuum mearum ſacrificiũ veſpertinũ. n Ponẽ dñe cuſtodiam ori meo: & oſtiũm o p circunſtantiæ labijs meis. Non declines cor meum

cor meũ in verba malitiæ:ad excusandas
a excusatiões in peccatis, Cum hõminib⁹
b operãtibus iniquitatẽ:& nõ cõmunicabo
c cum electis eorũ. Corripiet me iustus in
d misericordia,& increpabit me:oleum aũt
peccatoris non impinguet caput meum.
e Quoniã adhuc,& oratio mea in benepla
f citis eorũ:absorpti sunt iũcti petræ iudi-
g ces eorũ. Audient verba mea,qm̃ potue-
h runt:sicut crassitudo terræ erupta est su-
i per terrã. Dissipata sunt ossa nostra sec⁹
infernum,qã ad te domine domine oculi
mei:in te speraui, nõ auferas aiam meã.
k Custodi me à laqueo quem statuerũt mi-
l hi: & à scandalis operantium iniquitatẽ.
m Cadent in retiaculo eius peccatores: sin-
n gulariter sum ego donec transeam.

G git,ipsa mihi illud dixit,ipsa me vocauit:& pro quo debue-
ramus pœnitentiã agere,& dicere:Dñe peccaui:excusam⁹,&
iungimus peccata peccatis. Aequale corpus habemus omnes,
Acto.10.c. diuersos autẽ labores. Non est personarũ acceptor deus. Vis
ergo scire q̃ æquale habemus,& nos & sancti corpus? Paulus
Rom.7.d apostolus dicit: Video aũt aliam
legem repugnantem legi mentis
meæ,& captiuantẽ me in lege pec
1.Cor.9.d cati. Et iterũ post hęc:Propterea
castigo corp⁹ meum, & in seruí-
tutem subijcio, ne alijs prędicans
ipse reprobus inueniar. Et iterũ:
Rom.7.d Miser ego homo,quis me libera-
bit de corpore mortis hui⁹? Di-
uersos ergo labores habemus. Et
quantum quis laborat,tantum &
præmiũ accipiet. a ¶Et cũ ho
minib⁹ operãtib⁹ iniquitatẽ.)Ex
cõmuni subauditur:non declines
cor meũ cum hominib⁹ operãti-
bus iniquitatẽ. b ¶Et nõ com
municabo cum electis eorũ.) Si-
cut dñs habet electos sanctos,ita
& diabol⁹ habet electos suos. In-
tellige mihi principes hæretico-
H rũ: & nõ dubitabis de electis eo-
rũ. Si enĩ dixisset electos,& nõ cũ subdistinctione,eorũ,exclu
sisset electos dei. Cõmunicabo dupliciter intelligit:aut cõsen
tiã,aut secundus fiam:hoc est,immũdus. Scitis enim scriptu
Epheſ.2.c. rã,duo immũda vocare. Dicit Apostolus: Vt condat vtrũq;:
hoc est,duos homines in vnũ nouũ hominẽ. Duos,interiorẽ
Gene.7.d & exteriorẽ:hoc est,immundũ faciã sanctũ. Et iterum: Noë
in arca,mũda septena introduxit secũ:immunda autẽ duo &
duo. c ¶Corripiet me iustus in misericordia, & increpa
Heb.12.b. bit me.)Quẽ diligit dñs,corripit: castigat autẽ oẽm filium
Naum.1.c. quẽ recipit. Beatus est qui corripit: nõ retribuet dñs bis in
idipsum. Magna est ira dei quãdo nõ nobis irascitur. Reser-
uat enim nos sicut vitulũ in occisionẽ. Ad Hierusalẽ enĩ di-
Hiere.3.d cit:Multa sunt peccata tua, & multæ iniquitates: propterea
Ezec.16.c non irascor tibi:hoc est,quando adultera eras tantum, zela-
bã te quasi diligens te: quãdo aũt multos habuisti amatores,
cõtempsi te:& nõ irascor tibi. Quẽadmodũ vir zelat vxorẽ
suam quando eã diligit:si autẽ nõ zelat,odit eã:& non conse
Psal.88.a. quitur illius sermones qui dicit: Visitabo in virga iniquita-
Oseæ.4.c tes eorũ. Et iterũ:Et nõ visitabo filias eorũ quãdo fornicatæ
fuerint. Corripiet me iust⁹ in misericordia, & increpabit me.
Pone hic magistrũ aliquẽ,aut patrem,aut medicũ. Si viderit
medic⁹ in corpore carnes putridas:& dicat quid ad me per-
tinent:scias quia crudelis est. Si aũt præcidat,& cauterĩũ im
I ponat,misericors est:quia sanat hominẽ. Similiter & magi-
ster si dimittit puerũ,& non in eo exigit disciplinã, odit eũ.
Si autẽ exigat,& medicus curet,quæ putat esse asperitas cle-
3.Re.21.c. mentia est. Achab arguitur à dño de Naboth,quando occidit
eũ:& accepit vineã eius:& effudit sanguinẽ iustũ. Elias pro-
pheta miss⁹ est ad eũ qui dixit:Occidisti, & possedisti:statim
conscientia percussus submisit ceruicẽ & oculos:& hoc im-
pius,& rex indutus purpura. Et postea dicit scriptura: q̃ au
diens induit cilicium subtus purpuram. Et videns de⁹ dixit:
Quia reueritus est me Achab:non inducam mala in eũ. Vi-
de ergo quantũ valuit ciliciũ,& ieiuniũ:& modica lachryma
quantũ sanguinem lauit. Ita ergo oportet vestri cilicio & ie-
iunare,vt nemo videat. Corripiet dupliciter intelligit:aut ar
guet,aut docebit. d ¶Oleum peccatoris nõ impinguet ca
Esa.3.b. put meum.)Populus meus qui vos beatificant seducunt vos.
Laus hęreticorũ,& oleum ipsorum,quo vngũt capita homi-
nũ:& repromittunt eis regna cœlorũ, impinguat eis caput.
Deut.32.b Omne autẽ pingue reprehendit scriptura,sicut dicit:Et man
& Hier.5. ducauit Iacob,& saturatus est,& calcitrauit:dilectus incras-
g. satus est:impinguatus,dilatatus est. Manna autẽ angelorum
Exod.16.g tenue est. e ¶Quoniam adhuc,& oratio mea in beneplacitis eorum.)Hoc dicit. Ipsi quidẽ sapiebant:ego autem pro
ipsis orabam vt cõuertantur. f ¶Absorpti sunt iuncti pe-
træ iudices eorum.)Sicut alibi dicit: Beatus qui tenebit,& Psal.136.b
allidet paruulos suos ad petram. Petra autem erat Christus. 1 Cor.10.a
Paruuli autẽ minores,& paruæ cogitationes antequam cre- K
scant. Et nunc ipsi hæretici licèt per Aristotelem & Platonẽ
videantur simplicitatem ecclesiæ contemnere: tamen quãdo
venerit ad scripturas,statim ab-
sorbebuntur à petra: hoc est, à
Christo, & conuertentur ad eũ.
Absorptio enim pro victoria di-
citur:sicut Apostolus dicit: Ab- 1.Cor.15.g
sorpta est mors in victoria. Vbi
est mors victoria tua? Vbi inferne stimulus tuus? Victoriam autem dicit ipsam absorptionem, quã victoriam habebat in absorbẽdo. g ¶Audient verba mea, quoniam potuerunt.)Ipse dominus dicit: Quia ad me venerunt, victi sunt, & delectati sunt meis verbis:& conuersi sunt ad me, & sunt in ecclesia mea. h ¶Sicut crassitudo terrę.)Omne crassum vicinum est terræ. Et anima quæ peccat,terræ hæret. Dominus enim ex initio omnia tenuia fecit.
Suo ergo vitio vnusquisq; incras- L
satur,& deducitur in terrã. Dem⁹ exẽplũ:sicut vuln⁹ in cor-
pore tumens plenum est & crassum: & quando venerit me-
dicus secat ipsum,& sanat & tenue facit, & tunc redigitur in
suam naturã quomodo,& creatũ est. Ideo dicit: Sicut crassi-
tudo terræ erupta est super terrã,& saluatur. i ¶ Dissipata sunt ossa nostra secus infernum.) In vigesimoprimo
psalmo dicit:Dissipata sunt vniuersa ossa mea. Si secundũ li
terã intelligimus,non stat. Siquidem crucifixus est tantum.
Quando videris Arium, Eunomium extra ecclesiam: intelli-
ge dissipata esse ossa domini secus infernum. Os quod for-
te est, ipsi maiores sunt qui videntur aliquid esse: per mul-
tiloquium ipsorum, & per philosophiam, & contentionem
inducuntur ab hæreticis. k ¶Custodi me à laqueo quem
statuerunt mihi.)Semper nobis laqueos tendunt aut hæretici,aut dæmones. Vitia enim vicina sunt virtutibus. Laqueum
mihi posuerunt in eleemosyna,si extẽdero manum meam,vt
videãt homines:& quasi bonũ faciens,venio in vitiũ & in pec
catũ. Si autẽ dedero tunicã fratri,vt alter videat,laqueũ mihi
posuerũt. Sẽper ceruis tẽdũtur retia:& laquei eis ponuntur,
vbi vestigia eorũ deprehẽderit venator. Ceru⁹ autẽ accipitur
in sancto:quia altus est:& cornua grandia habet,& interficit
serpentes. Propterea dicit alibi:Qui perfecit pedes meos tã- Psal.17.c.
q̃ ceruorum. Talis enim dicitur esse virtutis,vt spiritu nariũ
suarum protrahere serpẽtes de cauernis,& sic comedere va- M
leat. Ipsi ergo serpentes ponũt nobis scandala:hoc est,dæmones in ipsis vestigijs nostris vbi gradimur:In virtutibus,in eleemosyna,vt corã hominibus faciamus propter vanam gloriam. In ieiunio,in oratione,in vestiẽdo cilicium:& ostẽdere
hoibus. Qui eñ vestitur cilicio,debet lugere sua peccata: nõ
gloriari,& ostendere hominibus. l ¶Et à scãdalis operãtium iniquitatem.)Hoc est,vt non offendam. m ¶Cadẽt
in retiaculo eius peccatores.)Superius dixit,custodi me à laqueo quem statuerunt mihi,de multis: nunc autem de vno:
Cadẽt in retiaculo eius peccatores. Quemadmodũ dominus
mittit rete,& comprehẽdit multitudinẽ piscium:& habet a-
postolos piscatores colligentes & afferentes ad eũ,hoc ipsos
qui per eos credũt:ita & diabolus habet dæmones qui ei sub-
iecti sunt:qui & decipiũt homines & afferũt illi. n ¶Sin-
gulariter sum ego donec trãseã.) Dicit Hieremias:Solus se- Hier.15.d
debã,amaritudine eñ repletus erã. Hoc est,in pœnitẽtia,so-
lus ego hos dolos caueo. Et Moses dicit:Transiẽs videbo hãc Exod.3.a.
visionẽ magnã. Si nõ transierit:hoc est,omnia vitia: non po-
test videre magnam visionẽ. Magna autem visio: quia rubus
ardebat,& non incendebatur:Ardebant spinæ:hoc est,pecca-
ta. Hoc igne mundatur & Esaias: iste est eñ carbo qui teti- Esaiæ.6.b
git labia eius:q̃ erat super altare. Huius carbonis meminit &
propheta

Psal.119.b propheta Dauid: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus
A desolatorijs. Iste carbo desolator est, solitudinē facit, & pec-
catorem purgat. a ¶ Intellectus Dauid, cùm esset in spe-
lunca, oratio.) Præscribitur iste titulus secundum historiam
1.Re.24.a quidē quādo fugiebat Dauid à facie Saul, in deserto Engad-
di in spelunca absconsus. Et ingressus est ignorans Saul, quasi
sua causa. Sed quoniam habet in præscriptiōe: Intellectus Dauid:
debemus spiritualiter intelligere psalmum. Accipitur quidem in
domino verus Dauid, & intelligitur Saul in diabolo. Spelūca au
tem in hoc mundo: & quod diabolus non immittit in hūc mun-
dum aliquid boni: sed stercus, & si quid putridum est. Spelūca au-
tem intelligitur iste mūdus: quia perfectū lumen non habet, quan-
tum ad comparationē futuri, sed quasi lumen aliquod illuxit do-
minus veniens in hunc mundum.
Hebr.1.a. Propterea dicit Apostolus: Qui est lumen gloriæ eius. Ergo sicut
B Dauid introiuit in spelunca, abscondens se à Saūl: ita & domin⁹
ingressus est in hūc mundum, & persecutionem passus est.

Psalmus CXLI.

b VOce mea ad dominū cla
mauí: voce mea ad dñm
deprecatus sum. Effun-
do in cōspectu eius orationē mea-
am.) Omnia hæc in humilitate
corporea loquit, vt se verum ho
minem, sicut sæpe dixim⁹, manife
stet. c ¶ Tribulationem meam
ante ipsum pronuncio: in defici-
endo in me spiritū meum.) Neq;
tribulatio præsens, neq; defectio
spiritus impedit: sed iugiter spi-
ritualis vocis oratione clamare
non desinit. d ¶ Et tu cognou-
isti semitas meas.) Doctrinas
quas doceo. e ¶ In via hac qua
ambulabam absconderunt superbi
laqueos mihi.) Sæpius ei à Iudæis
absconditos tentationū laqueos
C in via præsentis vitæ, & in alijs
declarauimus psalmis. f ¶ Cōsiderabam à dextris.) Vt de
sinistra ad dexteram adducerent. g ¶ Et videbā quia non
erat qui cognosceret me.) Deum carne contectū. h ¶ Pe
rijt fuga à me.) Perijt fuga eius, cùm delatus à Iudæis, sæpius
vltrò iterū obtulit, nec est agnitus ab eis. i ¶ Et non est q
quærat animam meam.) Corpus accipiunt ad crucifigendū:
animam autem non requirunt: id est, non attingunt.
k ¶ Clamaui ad te domine.) De cruce. l ¶ Dixi tu es spes
mea.) Cōmendans in manibus tuis spiritum meū. m ¶ Por
tio mea in terra viuentiū.) In sanctis qui in eam transferun-
Lucæ.23.f tur, sicut & latroni ait: Amen dico tibi, quia hodie mecum
eris in paradiso. n ¶ Intende in orationē meam: quia hu
miliatus sum nimis. Libera me à persequentibus me: quia cō
fortati sunt super me &c.) A patre se educi de inferni clau-
stris postulat: vt resurrectio eius, paterni nominis honor sit.
Quæ confessio à quibus sit confitenda ostendit, dicens:
o ¶ Me expectāt iusti.) Apostoli, vel reliqui sancti, quorum
expectationi cùm resurrexero satisfacio. p ¶ Donec retri
Ioan.17.a buas mihi.) Claritatē illam quā habui, priusq; mundus fieret,
apud te. Et nos humiliter deprecamur, ac petim⁹, vt susceptā
voce clamoris nostri: eductos ex inferni carcere, illuc nos iu-
beas transferri de morte: vbi pendenti latroni præparasti lo
cum lucidum ac quietē: quia tibi est honor & gloria cum pa
tre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen. D

q ¶ Psalmus Dauid, quando persequebatur eum filius suus
Absalon.) Iste psalmus vocem continet illius qui pro huma-
na redemptione seipsum exinaniuit, accipiens formam ser- Philip.2.a
ui, vt nos erueret à seruitute.

a Intellectus Dauid, cùm esset in spelun-
ca, oratio. CXLI.

b VOce mea ad dominū clamaui: vo-
ce mea ad dominū deprecat⁹ sum.
Effundo in cōspectu eius oratio-
c nem meā: & tribulationem meā ante ip-
sum pronuncio. In deficiendo ex me spi-
d ritū meū: & tu cognouisti semitas meas.
e In viā hac qua ambulabam, absconderunt
f superbi laqueū mihi. Considerabam ad
g dexteram & videbam: & non erat qui co
h i gnosceret me. Perijt fuga à me: & non est
k qui requirat animam meam. Clamaui ad
l te domine, dixi tu es spes mea: portio mea
m in terra viuentium. Intende ad deprecatio-
n nem meam: quia humiliatus sum ni-
mis. Libera me à persequentib⁹ me: quia
confortati sunt super me. Educ de custo-
dia animam meam, ad confitendum no
o mini tuo: me expectant iusti donec retri
p buas mihi.

q Psalmus Dauid, quādo persequebatur
eum filius suus Absalon. CXLII.

r DOminē exaudi orationem meam:
f auribus percipe obsecrationē me-
t am in veritate tua: exaudi me in tua
u iustitia. Et non intres in iudicium cum
x seruo tuo: quia non iustificabit in conspe
y ctu tuo omnis viuens. Quia persequut⁹
z est inimicus animā meam: humiliauit in
a terra vitā meam. Collocauit me in obscu
b ris, sicut mortuos seculi: & anxiat⁹ est su-
c per me spiritus meus: in me turbatum est
d cor meū. Memor fui dierum antiquorū:
meditatus sum in omnib⁹ operibus tuis:
e in factis manuū tuarū meditabar. Expan
f di manus meas ad te: anima mea, sicut
g terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me
domine:

r DOmine exaudi orationē
meam.) Humilia verba
& plena humilitatis, &
misericordiæ. f ¶ Auribus p-
cipe obsecrationem meā in veri-
tate tua.) Cōfidentis verba sunt.
In veritate tua: hoc est, in Chri-
sto tuo. Ego sum via, vita & ve- Ioan.14.a
ritas. t ¶ Exaudi me in tua iu
stitia.) Et i Christo tuo. Hoc est,
non confido mihi, sed ego verita
tem & iustitiam tuā peto, vt ipsa
mei misereatur. u ¶ Et nō in-
tres in iudiciū cum seruo tuo.)
Ecce manifestissimè demonstrau-
it quia misericordiam dei præ-
stolatur, dicēs: Et nō intres in iu-
dicium cum seruo tuo. Hic quasi
aliquis iudicet inter deū & pro-
phetam, sicut & in quinquagesi- E
mo psalmo scriptum est: Vt iu-
stificeris in sermonibus tuis, &
vincas cùm iudicaris. Et propter-
ea intrat in iudicium de⁹, vt iustè
puniat. Tale quid fecit & Cyrus Cyri factū
rex Persarū & Medorū, regi Ar-
meniorum, quando transgressus
est amicitias eius. Vicit eū, & cap-
tiuum accepit: & proprios illi⁹
cognatos, & vxorē & filios fecit
iudicare inter illos: vt iustè aut
misereat, aut puniat. x ¶ Quia
non iustificabit in conspectu tuo
omnis viuens.) Deus Abraham,
deus Isaac, deus Iacob: deus viuen Lucę.20.g
tium, & nō mortuorū. Ergo nec
ipsi patriarchę iustificabuntur in
cōspectu dei. Stellæ enim nō sunt Iob.25.b.
mundæ in conspectu eius.
y ¶ Quia persequut⁹ est inimi-
cus animam meam.) Hoc inter-
pretatione non indiget. Nulli du
bium, quin diabolus. z ¶ Hu-
miliauit in terra vitam meam.) F
Hoc est quod dicit. Antè alas habebam, & volabā: nunc au-
tem persecutus est inimicus animā meam: & apprehendit, &
ligauit mihi pedes & man⁹, quemadmodū volatile ab homi-
ne comprehenditur, vt quasi videat mortuum esse: quia non
habet licentiā alarum suarum vt volet. Ita & me, inquit, ini-
micus ligauit conscientia peccatorū meorum. a ¶ Collo-
cauit me in obscuris, sicut mortuos seculi.) Si sicut mortuos
seculi, adhuc necdū mortuus: quia in pœnitentia stat. Si quis
autem peccans nō agit pœnitentiā, hic mortuus est seculi: &
non sicut mortuus, sed perfectè mortuus. Hoc ergo putauit
inimicus: quia non ago pœnitentiā pro peccatis, quæ ipse mi
hi suggessit vt faciam. b ¶ Et anxiatus est super me spiri- Esa.43.d.
tus meus.) Tu dic prius peccata tua, & saluus eris. Et iterū: Ezec.18.f.
Si solum suspirauerís pro peccatis tuis, saluus eris. c ¶ In
me turbatum est cor meum.) Propter conscientiam meam,
quia peccaui. d ¶ Memor fui dierum antiquorum.) Die-
rum meorum priorum memor fui, quando habebā confiden
tiam: nunc autē mihi nox est. e ¶ Expandi man⁹ meas ad
te.) Ligatus ab inimico, nihil aliud possum facere nisi pœni-
tentiā agere: & man⁹ meas leuare ad te. f ¶ Anima mea si-
cut terra sine aqua tibi.) Sicut terra sine aqua sitit, & quærit
imbrē: ita & aīa mea desiderat, & sitit te deū suū. g ¶ Ve-
lociter exaudi me dñe, defecit spiritus meus.) Anima mea

domine:defecit spiritus meus. Non auertas faciē tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum. Auditā fac mihi mane misericordiam tuam:quia in te speraui. a Notām fac mihi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui animā meam. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuā, quia deꝰ meus es tu. b Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam:propter nomen tuū dñe viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meā:& in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meā: quoniam ego seruꝰ tuus sum.

c Psalmus Dauid aduersus Goliath. CXLIII.

d Benedictus dominꝰ deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum. Misericordia mea, & refugium meū: susceptor meus,& liberator meus. Protector meus,& e in ipso speraui:qui subdis populū meum f sub me. Dñe quid est homo quia innotuisti ei: aut filius hominis quia reputas eum. Homo vanitati similis factꝰ est: g dies eiꝰ sicut vmbra prætereunt. Dñe inclina cœlos tuos, & descende: tange montes,& fumigabunt. Fulgura coruscationem,& dissipabis eos: emitte sagittas tuas,

G defecit,& caro mea defecit:spiritus tantum remansit in me, & ipse defecit. Sed velociter exaudi me domine, & miserere mei. a ¶Notam fac mihi viam in qua ambulē.)Christum Ioan.14.a tuum notum fac mihi,qui dixit:ego sum via. b ¶Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.) Hic impijssimi Ariani proponūt nobis,& dicūt: Luc.18.d. Magister bone,quid faciam boni vt saluus fiam? Qui dicit: Quid me dicis bonum?Nemo est bonꝰ nisi vnus deus. Ergo si filius non est bonus,sed pater: maior est pater filio. Ergo secundum tuū sensum impijssime Ariane,quis maior,filius an spiritus sanctꝰ? Vtique dicis filiꝰ. Hic ergo dicit:Spiritus tuꝰ bonus deducet me in terram rectā. Ergo si spiritus bonus est,qui minor est, sicut tu dicis: multò magis filius bonus est,quē tu maiorē dicis. In euangelio au- Matt.19.b tem ita habet:Et accedens vnꝰ de scribis tentans eum ait:magister bone,& ait:Quid me dicis bonū, & non confiteris? Sicut si aliquis H tentās episcopum suum, quē contemnit,dicat illi:episcope: & ille respondet: tibi nō sum episcopꝰ, recede à me. Alibi autē non legi- Ioan.10.b. stis: Bonus pastor ponit animam suam pro ouibus suis?Quid autē meliꝰ filio,qui carnē induit propter nos, & passus est: & descendens de sua maiestate, nouē menses in vtero virginis in sanguine fuit, in cunabulis fuit: passus est per momenta crescere:& verberari, & collaphizari, & crucifigi? Quid hoc melius?

c ¶Propter eos qui ignorāt Latinā linguam,licēt multa de euāgelio dixerimꝰ, tamen debemus & de psalterio quedam dicere:vt alijs saturatis,alij seiuni nō redeant. Quoniam autem lōgus est psalmus: & si voluerimꝰ in singulis versiculis immorari,dies præterit: debemus breuiter ad singula quæq; sensus magis quàm verba replicare.

Psalmus CXLIII.

d Benedictus dominus deus meus,qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellū.) Qui breuiter interpretatur:hoc cōsequitur,vt ipse laudem non ha- I beat:& tamen quodcunq; in interpretatione est,retineant illi qui audierunt:Benedictus dominus deus meus,q docet manus meas ad prælium:& digitos meos ad bellum. Leuemus ma- 1.Tim.2.b nus in sancta sine cogitationibus,& disceptationibus. Leuemus in omni loco. Et cùm leuauerimus manus nostras:orationes nostræ ad deū,arma sunt cōtra diabolū. Qui docet manus meas ad prælium,& digitos meos ad bellum. Hæc est lyra nostra,hæc cithara. In hac cantamus dño. e ¶Misericordia mea,& refugium meū:susceptor meus & liberator meꝰ. Protector meus,& in ipso speraui.)In tātis nominibꝰ appellatur deus. Quot beneficia,tot nomina. f ¶Qui subdis populum meū sub me.)Hoc potest ex persona Christi dici:hoc est,ex assumpto homine. Potest autē ex persona apostolorū dici,quia dicit:Qui subdis populū meum sub me. Dicit hoc & sanctus pater in monasterio,& gratias referens deo dicit: Benedictus dominus deus meus,qui subdis populū meū sub me. Non enim mihi subijcitur:sed tibi subijcitur. Ideo mihi seruit,vt seruiat tibi. g ¶Domine quid est homo,qa innotuisti ei:aut filius hominis, qa reputas eū.) Hoc ipsum & in octauo psalmo dicitur:Quid est homo q̄ memor es eius:aut filius hominis,quoniā visitas eū? Domine quid est homo,qa innotuisti ei?De fragilitate corporis,& humana conditione loquitur. Et quid dicit?Si carnem aspicias,quid est homo? Si spiritum, grande quiddam est homo. Non despiciamus K carnem: sed carnis opera contemnamus. Non despiciamus carnem, quæ cum Christo regnat in cœlo. Caro & sanguis 1.Cor.15.f regnum dei non possidebunt. Non caro & sanguis, sed carnis opera. Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, & quomodo in Christo regnant:& quomodo sedemus cum Christo in cœlestibus? Domine quid est homo quia innotuisti ei, aut filius hominis quia reputas eum. Gratias agit deo: & quod dicit hoc est, Quantum ad humanam conditionem:homo nihil est. Va Eccl's.1.a. nitas vanitatum, & omnia vanitas, dixit Ecclesiastes. Si omnia vanitas, ergo & cœlum, ergo & angeli. Si cœlum & angeli vanitas: homo quanta vanitas? Et si vanitas angeli, si cœlum vanitas: deus ergo quare vanitatem operatus est? Vanitas ad comparationem dei: cæterùm per se non vanitas. Domine quid est homo quia innotuisti ei? Grandis hominis fœlicitas: scire creatorem L suum. Hoc à bestijs distamꝰ.quia nos intelligimus creatorem nostrum, illa non intelligunt. Sed & ipse status corporis suū quærit artificē. Cętera animalia terram respiciunt: & vbi venter, ibi & oculi. Cæterùm oculi nostri ad cœlū erecti sunt:vt & si mens fuerit obcæcata, tamen inuitis oculis cœlū videamꝰ. h ¶Homo vanitati similis factꝰ est:dies eius sicut vmbra prætereunt.) Verè dies nostri quasi vmbra. Fui infantulus, fui puer,fui adolescētulus,fui iuuenis,fui vir:hoc est,fui ætatis perfectę:fui medię. Dū nescio,senex sum. Senectuti mors subrepit. Mutor quotidie, & nihil me esse non sentio. Ne vno quidem momento horæ stamus in statu nostro, sed semper aut crescimus aut decrescimus. Ergo homo per momenta mutatur: & dū nescit, interit: Ego senex, recordor infantulus quid fuerim, quid fecerim, quomodo luserim, quomodo huc illúcque discurrerim: nunc me video nimiò pondere prægrauatum. Dies eius sicut vmbra prætereunt. Vita nostra vmbra esse videtur: & substantiam non habet. Quod autem substan- M tiam non habet, citò perit. Quia ergo homo tam miserabilis est: quia sic est infirmus, quid inde precamur:quid rogamus: quid hìc dicit propheta: quid est quod precatur?

i ¶ Domine inclina cœlos tuos,& descende.) Non poteris seruare istam hominis vilitatem,nisi ipse eam indueris. Domine inclina cœlos tuos, & descende. Ouis tua erronea sa- Lucæ.15.a nari non poterit: nisi tuis humeris reportetur. k ¶Tange montes, & fumigabunt.) Amen amen dico vobis: si habueritis fidem vt granum sinapis: poteritis dicere monti Mat.17.c. huic, transi,& transferetur. Ibi de lunatico dicebatur: de illo monte,qui ab illis transferri non poterat. Scriptum est in Hieremia:Date domino deo nostro gloriam, antequam of- Hier.13.d fendant pedes vestri ad montes tenebrosos. Hoc totum quare diximus? Quoniam & nunc sequitur: Tange montes, & fumigabunt. Montes qui regnant: montes qui erecti sunt per superbiam: qui dicunt, mea sunt flumina, & ego feci Ezec.29.a ea. Tange montes, & fumigabunt. Non dixit, inflammabuntur: sed, fumigabunt. Habeant montes pœnæ indicium: non fulgoris, non splendoris. l ¶Fulgura coruscationes, & dissipabis eos.) Vide quid dicat. Non dixit, delebis eos: sed, dissipabis eos. Legimus in Genesi: eo tempore quo fabricabant turrem,dixit deus: Venite descen- Gene.11.a.

damus

A damus & confundamus linguas eorũ,ne aliquando in se cõ-
sensum habeant,sed dispergãtur. Prodest illis. a ¶Emitte
Esa.53.a. manũ tuã de alto.)Dñe quis credidit auditui nostro, & bra-
chium domini cui reuelatũ est? Emitte manũ tuam de alto.
Dñe inclina cœlos tuos & descẽde. Hoc ad filium dicit: In-
clina cœlos tuos & descende. Et
quomodo dixit:emitte manũ tuã
de alto? Si descẽdit,quomodo ma
nũ mittit de alto? Sed licèt in ter
ra sit,tamen de cœlo mittit ma-
num: non enim recedit de cœlo.
b ¶Eripe me & libera me de aqs
multis.) Quoniam descendisti,
quoniam inclinasti cœlos,& mi-
sisti manum tuam de alto:& hu-
manam carnem dignatus es assu
mere:& multi crediderunt in te:
ꝓ vna aqua plures aquæ esse cœ-
perunt: Videas dispersas in toto
orbe esse hæreses diuersas. Eripe
me & libera me de aquis multis:
& præsta mihi fontem viuẽtem.
Ephes. 4.a Vn⁹ est enim deus:vna fides: vnũ
baptisma. Libera me de aqs mul
B tis. Illę enim aquæ multæ non ge
nerant filios tuos, sed filios alie-
nos. Vnde sequitur: c ¶Libe-
ra me de aquis multis: & de ma-
nu filiorum alienorũ.) Non sunt
enim tui filij qui nascũtur in mul
tis aquis: sed alieni filij sunt.
d ¶Quorum os loquutũ est va-
nitatem.)Scientiam sibi repromittunt: & erigunt os contra
creatorem suum. Posuerunt in cœlo os suum. Quorũ os lo-
quutum est vanitatem. Scientia illorum, vanitatis scientia
est. e ¶Et dextera eorum,dextera iniquitatis.)Vtrumque
condemnatur,& os & manus,& scientia & opera. Quorum
os loquutum est vanitatem:hoc est,sciẽtiam. Et dextera eo-
rum,dextera iniquitatis. Dextera,in opere. Dexteram se ha-
bere dicunt:sed toti siniſtri sunt. Dextera iniquitatis est,&
Psal.108.a non est ęquitatis. Vnde & tali siniſtræ dicitur: Stet diabolus
à dextris eius. Qui talem habet dexteram, & iniquitatis de-
xteram: stat diabolus à dextris eius. f ¶Deus canticum
nouum cantabo tibi.)Nouus homo,nouum canticum. Deus
Psal.95.a. canticum nouum cantabo tibi. Cantate domino canticũ no-
uum. Quàm pulchrè non dixit canto,sed cantabo. In futuro
repromisit:in præsenti enim scit certamen esse,non canticũ.
Nunquam cantat exercitus,nisi quando vicerit. Ergo quoniã
C in præsenti pugno:non mihi vacat cantare. Cùm vicero,tũc
cantabo. g ¶In psalterio decachordo psallam tibi.) Tunc
extendam vtrãque manum, & vitalibus tibi chordis canam.
Oratio mea, psalterium tuum est. h ¶Qui das salutem
Prou.21.a regibus &c.) Quibus regibus? Cor regis in manu dei: qui
1.Cor.9.d regnant in corpore suo:qui subijciunt corpus suum, & ser-
uituti redigunt:ne alijs prædicantes, ipsi reprobi inueniantur. Isti sunt reges de quibus dicit sapientia in Prouerbijs:
Eccli.10.a Dat regnum regibus. i ¶Eripe me & libera me de manu
filiorum alienorum.) Versiculi qui suprà dicti sunt, iterum
repetuntur. k ¶Quorum os loquutum est vanitatem: &
dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouel
læ plantationes in iuuentute sua.) De manu filiorum alie-
norum. Hæreticorum filij, videamus quales sint. Quorũ fi-
lij sicut nouellę plãtationes in iuuentute sua. De manu filio-
rum alienorum. Diligenter animaduertite quid dicitur de
hæreticis. l ¶Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt
similitudo templi &c. Beatum dixerunt populum cui hæc
sunt.)Illi hoc dixerunt. Ego quid dico? m ¶Beatus popu
lus cuius dominus deus eius.)Singula igitur vestris oratio-
nibus breuiter differem⁹. Quorum filij sicut nouellæ planta
tiones in iuuentute sua. Plantatio eorum nõ est vetus,sed no
uella est. Non est enim de veteri lege:nõ est de prophetis: nõ
est de apostolis,sed de nouis magistris est. Filiæ eorum sicut

a tas tuas,& conturbabis eos. Emittẽ ma-
b num tuam de alto: eripe me,& libera me
c de aquis multis, & dẽ manu filiorũ alie-
d norum. Quorum os loquutum est vani-
e tatem: & dextera eorũ,dextera iniquita-
f tis. Deus canticum nouũ cantabo tibi: in
g psalterio decachordo psallam tibi. Qui
h das salutem regib⁹: qui redemisti Dauid
i seruum tuum de gladio maligno. Eripe
me & libera me de manu filiorũ alieno-
k rum, quorum os loquutum est vanitatẽ:
& dextera eorum dextera iniquitatis.
Quorum filij sicut nouellæ plãtationes,
l in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena:eructantia ex
hoc in illud. Oues eorum fœtosæ abun-
dantes in egressibus suis: boues eorum
crassi. Non est ruina maceriæ,neque trã-
sit⁹,neque clamor in plateis eorum. Bea-
m tum dixerunt populũ cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus deus eius.

Laudatio

nouellæ plantationes in iuuentute sua. In iuuentute sua:sem- D
per iuuenes sũt. Licèt multæ sint hæreses veteres, tamẽ quo-
tidie mutantur:& nouę quotidie inueniũtur. Nouæ sunt ip-
sæ hæreses,licèt veteres sint: tamen cùm quotidie doctrinas
suas innouant,nouæ sunt. Non enim sunt veterũ magistrorũ
errore contenti,sed quotidie ipsi
noua reperiunt: quorum filij si-
cut nouellæ plantationes in iuuẽ
tute sua. De ecclesia qd dicitur:
de timentibus dominũ? Beati om Psal.127.a
nes qui timent dominũ: qui am-
bulãt in vijs eius. Quid dicit de
illis? Filij tui sicut nouellę oliua-
rũ in circuitu mensæ tuæ. Circa
mensam Christi sunt illi filij: nõ
longè sunt à mẽsa Christi. Ibi nõ
dicitur filię,sed tantũmodo filij.
Cęterũm hęretici habẽt & filias,
habẽt & fragiliorẽ sexũ, voluptates,delitias. Filiæ eorũ cõpositæ.
Sermo cõposit⁹ est, & sensus sor
did⁹. In scripturis sanctis cogita
tiones semp filij dicũtur: verba,fi-
liæ. Vide ergo quid dicit:Cogita
tiones eorũ:hoc est,filij noui sunt. E
Verba verò eorũ:hoc est,hæreti
corũ,quæ habẽt de sapiẽtia secu-
lari,cõposita sunt:habẽt enĩ ver-
ba cõposita, laudatum sermonẽ.
Filiæ eorum compositæ. Vidẽ-
tur quidẽ esse compositæ: sed qa
filiæ sunt,& non filij, vires nõ ha
bent. Circumornatæ vt similitudo templi. Pulchrè dixit, si-
militudo templi. Non habent veram ecclesiam,sed similitu-
dinem ecclesiæ. Cellaria eorum plena:eructantia ex hoc in il
lud. Parati sunt ad contendendũ. Si illos tenueris in vno testi
monio,ad aliud transeunt. Si in scripturis tenueris, ad Ari-
stotelem fugiunt. Si Aristotelem tenueris,in Platonem tran-
seunt. Cellaria eorũ plena:eructantia ex hoc in illud. Cella- Cellariũ.
rium propriè dicitur,quod diuitias compositas habet. Hæ-
retici cellaria habent. Habent enim præparata verba quibus
cõtendant. Cæterũm ecclesiastici simplices sunt: nihil habẽt
præparatum. Aperiunt os,& repletur à dño:secũdum quod
dicitur:Aperi os tuum,& implebo illud. Et, nolite cogitare Psal.80.b.
quid respondeatis illis: dabit enim vobis pater vester in illa Matt.10.b
hora quid dicatis. Videtis quoniã nõ habemus cellaria præ-
parata:sed diuitiæ nostræ subditæ sunt. Dicit aliquis:Da te-
stimonium quomodo sancti cellaria non habent. Respicite, Matt.6.d.
inquit,aues cœli,quoniam nõ habent cellaria neque horrea: F
& pater vester cœlestis pascit illas. Aues isti specialiter mo-
nachi sunt:non habent cellaria: non habent apothecas: sed
habent apothecarum & cellariorum dominum, ipsum Chri
stum. Nõ habent horrea,sed horreorum dñm. Non habent
diuitias diaboli,sed habent paupertatem Christi. Diabolus
quid dicit? Hæc omnia mea sunt:si procidẽs adoraueris me, Matt.4.a
dabo tibi ea. Christus quid dicit ad suos? Qui non vendide- Ibi.13.f.&
rit omnia sua quæ habet, & dederit pauperibus, non potest Luc.12.e.
esse meus discipulus. Ille regna & diuitias pollicetur vt oc-
cidat:hic paupertatem pollicetur vt saluet. Nihil grande fa-
cimus si nostra relinquam⁹. Christus patrem reliquit, & re-
gna cœlorum propter nos. Nemo putet me blasphemare:
quia dixi, patrem reliquit. Secundum dispensationem lo-
quor, secundum quod mittitur:secundum quod dicitur: Pa Ioan.10.f.
ter qui me misit, maior me est. Deus non mittitur:deus non & 14.d.
subijcitur seruituti:sed dispensatio mittitur. Si deus vbique
est,& omnia in deo sunt:quomodo de⁹ ad aliquid mittitur,
cùm deus sit omnia? Christus igitur pro nobis pauper factus 2.Cor.8.b
est. Hoc totum quare diximus? Quia nunc lectum est: Cel-
laria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Pulchrè dixit,
eructantia:de saturitate nimia. Illi eructant de saturitate, &
pereunt: nos de ieiunio, vt saluemur. Oues eorum fœtosæ.
Multos habent filios. Multus enim numerus hæreticorum

G est. Oues eorum fœtosæ. Vnde dicitur & in Osee propheta:
Osæ.9.c. Domine da illis. Quid dabis illis? Vuluam sterilem, & vbera
arentia. Hoc de quibus dicitur? De hæreticorum magistris:
qui sibi in numero discipulorum applaudunt. Oues eorum
fœtosæ abundantes in egressibus suis. Non dixit in ingressi-
bus suis, sed in egressibus. Non e-
nim ingrediũtur in ecclesiam, sed
egrediuntur de ecclesia: id est, ex
1.Ioan.2.c nobis exierunt, sed non fuerunt
ex nobis. Si enim fuissent ex no-
bis, mansissent vtique nobiscum.
Abundantes in egressibus suis.
Quotidie egrediuntur de eccle-
sia: abundantes in egressibus suis.
Psal.44.c De ecclesia quid dicitur? Omnis
gloria eius filiæ regis ab intus.
Gen.41.a. Boues eorũ crassi. Vidit & Pha-
rao in somnio boues crassos. Is-
raëlitici populi tenues sũt, Aegy
ptij crassi. Videtis enim magistros
hæreticorum nihil aliud facere,
nisi studere diuitijs. Diuitijs stu-
dent, & pauperem Christum con
temnunt. Boues eorũ crassi. Pul
H chrè dixit, boues crassi: quorum
Philip.3.d deus venter est, & gloria in cõfu-
sione eorũ. Nõ est ruina mace-
riæ, neq; transitus. Nonne vobis
videtur obscurũ esse quod dicit:
Non est ruina macerię, neq; trã-
situs: neq; clamor in plateis eo-
rũ? Difficilè hæreticos inuenies
imperitos. Omnes enim magistri
instructi sunt scientia seculari.
Non habẽt rete apostolicum, sed
catenulas dialecticas. Non est ruina maceriæ, neque transit⁹.
Si quando sunt in disputationibus, quando tecum cœperint
disputare, sic verba eorum breuia sunt: sic artifici sermone
cõclusa, vt euadere inde difficile sit. Cùm enim te ligauerint
syllogismis suis, & te clauserint, & quasi macerię syllogismũ
tibi texuerint & ædificauerint, non potes conuertere: nõ po-
tes transire: teneris inclusus. Non est ruina maceriæ, neque
transitus. Cumq; ibi te tenuerint quasi quodam gyro inclu-
Matt.7.b. sum: tunc non eris in angusta via, quæ ducit ad vitam: sed in
lata, quæ ducit ad mortẽ. Neq; clamor in plateis eorũ. Cla
Ioan.7.f. mor Iesu reuocat ad se & dicit: Qui sitit, veniat & bibat. Cla
mor Iesu in via angusta est: in plateis hæreticorum non est.

Beatũ dixerunt populum cui hæc sunt. Multi nescientes:
l beatos tales putant. Cæterùm nobis simplicitas Christiana
est: nolumus eloquentiam Platonicam: sed volumus simpli-
citatem apostolicam. Piscator iste rete tenet, lutosos habet
pedes: & manus ex opere callosas habet. Beatus populus cu
ius est dominus deus eius. Beatus est populus, qui pro omni
bus diuitijs Christum habet. Illi habent filios & filias, & cel
laria, & oues fœtosas, boues crassos, & nitidos atque formo-
sos. Cæterùm nos non habemus multitudinem: sed scimus il
Matt.18.c. lud dictum in euangelio: Vbicunq; fuerint duo aut tres con-
gregati in nomine meo: ibi in medio eorum sum. Ne timeas
grex paruule: quia complacuit deo habitare in te. Ne dicant
monachi: Ecce tãtę multitudines, ciuitates plenę sunt, omnis
orbis: nemo ergo saluatur, nisi q in monasterijs est? Ecce tan
tæ multitudines: nos ergo soli saluamur? Quando ergo hæc
cogitaueris, audi: Ne timeas grex paruule, quia cõplacuit pa-
Marc.5.b. tri habitare in te. Et nunc lectum est in euangelio: q vna ani
ma saluat: vt duo milia porcorum pereant. Hoc totum quare
dico? Quoniam precio sior est vnius sancti anima, q̃ infi-
nitæ multitudines peccatorũ. De toto mũdo duodecim ele-
git apostolos: de duodecim vnus recessit: remanserunt vnde-
cim. Venit crux: decẽ fugerunt: remansit vnus Petrus: vnus
cum vno. Et ipse vnus fugit, atq; vtinã fugisset, & non negas-
set. Ergo dicamus, vniuersum genus humanum perijt. Quo-
Esa.63.a. niam perierat, propterea dominus crucifixus ait: Torcular

a Laudatio ipsi Dauid. CXLIIII.
b EXaltabo te deus meus rex: & bene-
dicam nomini tuo in seculum: & in
c seculũ seculi. Per singulos dies be-
d nedicam tibi: & laudabo nomen tuum in
seculum: & in seculũ seculi. Mãgnus dñs
e & laudabilis nimis: & magnitudinis eius
f non est finis. Generatio & generatio lau-
g dãbunt opera tua: & potentiam tuã pro-
h nunciabunt. Magnificentiam gloriæ san
i ctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua
k narrabunt. Et virtutem terribilium tuo-
rum dicent: & magnitudinem tuam nar-
l rabunt. Memoriam abundantię suauita-
m tis tuæ eructabũt: & iustitiã tua exulta-
n bunt. Miserator & misericors dñs: pati-
o ens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis: & miserationes eius super
p omnia opera eius. Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui bene-
q dicant tibi. Gloriam regni tui dicent: &
r potentiam tuam loquentur. Vt notam fa
f ciant filijs hominũ potentiã tuam: & glo
t riam magnificẽtiæ regni tui. Regnũ tuũ
u regnum omnium seculorũ: & dominatio
tua in

calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Eo tempore K
complet⁹ est psalmus: Saluum me fac domine, quoniam de- Psal.11.a.
fecit sanctus. Non est qui faciat bonũ, non est vsq; ad vnum.
Ille qui promiserat, dicens: Si me necesse est mori, aut ire in Mar.14.d
carcerem, nõ te negabo: negauit. Hoc totũ quare dico? Quia
monachus non debet aspicere ad
multitudinem peccatorum, sed
ad cõuersationem & paucitatem
sanctorum. Vniuersa Iudæa du-
cebatur in captiuitatem. Venerat
Nabuchodonosor, tanta hominũ
milia ducebantur captiua in Ba-
bylonem. Solus Hieremias erat Hier.15.d
qui confitebat deum: & ipse mit
tebatur in lacum luti: & tamen
precio sior erat vni⁹ illius anima,
quàm omnis populi. Vultis scire
quid faciat vnus homo? Iesus fili⁹
Naue cùm vniuersa terra habita
retur, solus erat. Vtique erãt in-
finitæ multitudines, & ille solus
erat. Solus imperat soli & lunæ, Iosuę.10.c
& stat: homo iubet, & cœlum au
dit. Audit illum cœlum: quia ip-
se audiebat dominũ. Hieremias L
erat in captiuitate: erant autem,
& multæ multitudines. Et quid
dicit? Solus sedebam, quia amari- Hier.15.d
tudine repletus sum. Quomodo
solus in ciuitate eras? Sed ideo so
lus: quia propositi mei sociũ non
habebam.

a ¶ Laudatio ipsi Dauid.) Iste psalmus ex voce prophetica dei cõtinet laudem: sicut ipse ad eum eloquens ait: Psalmus CXLIIII.

b EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in æternum, & in seculum seculi.) Exaltat deum: quia scit æqualem patri: regem, quia nouit iudicem mundi.

c ¶ Per singulos dies benedicam te: & laudabo nomen tuũ in seculũ, & in seculũ seculi.) Et ob hoc maximè laudat: quia cõformè sperat se fieri nomini illius: id est, Christo domino, in seculo futuro. d ¶ Magnus dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.) Quia sine fine magnus, sine fine laudabilis. e ¶ Generatio.) Quã fides protulit.

f ¶ Et progenies.) Quã Christi passio procurauit. g ¶ Laudabunt opera tua: & potentiã tuam pronunciabũt.) Cùm vel à te facta sunt, vel à te protegunt. h ¶ Magnificentiã maiestatis tuæ: & sanctitatem tuam loquentur.) Tu nos sanctos M
esse vis, dicens: Sancti estote, quoniã ego sanctus sum. Hoc & Leuit.19.a
nos cæteris loquimur. i ¶ Et mirabilia tua narrabunt.) & 20.b.
Quæ quotidie in ecclesia operaris. k ¶ Virtutẽ terribilium tuorũ dicent: & magnitudinem tuam loquent.) Virtus est terribilis, cùm in impios vlciscitur, vt in Pharaonẽ. Magnitudo est, cùm iusti eruuntur: vt Israël. l ¶ Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt.) Quia eos fouere dignaris. m ¶ Et iustitia tua exultabũt.) Quia in impios vlciscaris. n ¶ Misericors & miserator dñs: patiẽs & multũ misericors.) Et sanctus in omnibus operibus suis: quia quod factũ est in eo, vita est. o ¶ Suauis dñs vniuersis, & miserationes eius super omnia opa ei⁹.) Miseratiõe enim sua om
ne opus quod facit, & protegit. p ¶ Cõfiteantur tibi dñe omnia opera tua: & sancti tui benedicãt tibi.) Vt per sanctos qui te iugiter benedicunt, intelligaris omniũ esse creator, & conditor. q ¶ Gloriã regni tui dicent.) Vt ab omnib⁹ desidereẽ. r ¶ Et potentiã tuam loquentur.) Vt ab omnibus timeaẽ. s ¶ Vt notã faciant filijs hominũ potentiã tuã: & gloriã magnificentię regni tui.) Ne excusatio per ignorantiã adhibeatur. t ¶ Regnũ tuũ domine regnũ omniũ seculorum.) Omnia enim secula regni tui dominatione voluuntur.
u ¶ Et dominatio tua in omni generatione & progenie.) Ecclesiastica generatione in progenie futuri seculi dilatata.

Fidelis

tua in omni generatione & generatione.
a Fidelis dñs in omnib⁹ verbis suis: & sanctus
b in omnibus operibus suis. Alleuat
c dominus omnes q corruunt: & erigit om
d nes elisos. Oculi omniū in te sperant do-
e mine: & tu das escam illorum in tempore
f opportuno. Aperis tu manum tuā: & im
g ples omne animal benedictiõe. Iustus do-
minus in omnibus vijs suis: & sanctus in
h omnibus operibus suis. Propè est domi-
nus omnibus inuocãtibus eum: omnibus
i inuocantib⁹ eū in veritate. Voluntãtē ti-
mentiū se faciet: & deprecationem eorū
k exaudiet, & saluos faciet eos. Custodit
dominus omnes diligentes se: & oēs pec-
l catores disperdet. Laudationē domini lo
m quet os meū: & benedicat omnis caro no
mini sancto ei⁹ in seculū, & i seculū seculi.
n Halleluia Aggei & Zacharię. CXLV.
o p q r LAuda anima mea dñm: laudabo do-
minū in vita mea: psallam deo meo
quãdiu fuero. Nolite cõfidere in pri
f cipibus: neque in filijs hominū, in quibus
t non est salus. Exibit spiritus ei⁹, & reuer
u tetur in terram suam: in illa die peribunt
x omnes cogitationes eorum. Beatus cu-
y ius deus Iacob adiutor eius: spes eius in
z domino deo ipsius: qui fecit cœlum &
terram, mare & omnia quæ in eis sunt.

A a ¶ Fidelis domin⁹ in omnib⁹ verbis suis.) Cùm omnia quę per prophetas locut⁹ est adimpleuit. b ¶ Et sanct⁹ in omnibus operibus suis.) Vt sicut ille sanctus est, ita & nos q opera eius sumus, sancti efficiamur in eo. c ¶ Alleuat dominus omnes qui corruunt.) Ne in æterna ruina mergãtur.

d ¶ Et erigit oēs elisos.) Quos corporeæ voluptatis præcipitauit stimulus, si pœnitentiã agant.

e ¶ Oculi omniū in te sperãt domine: & tu das eis escam in tẽpore opportuno.) Sãctorū interior aspect⁹ in illo futuro retributionis suscipitur tẽpore.

f ¶ Aperis tu manum tuã, & imples omne animal benedictione.) Quòd maledictiones, & improperia mũdi pro nomine tuo sustinuit.

g ¶ Iustus dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnib⁹ operibus suis.) Sicut iam superius dictum est.

h ¶ Propè est dominus omnibus inuocantibus eũ in
Hier.23.e veritate.) Ipse quid ait? Ego sum deus de propè, & nõ deus de lon-
B gè.

i ¶ Voluntatẽ timentiũ se faciet, & preces eorum exaudiet: & saluos faciet eos.) Dum eos eruit, vel ab instigatione diaboli, vel ab ardore peccati.

k ¶ Custodit dominus diligẽtes se: & omnes peccatores disperdet.) Illos diligit, qui dilectionẽ ei⁹ mundanis dilectionibus prætulerunt. Illos verò disperdit, qui amori eius amorem seculi præposuerunt.

l ¶ Laudem domini loquetur os meum.) Nunc, & in futuro retributionis tempore.

m ¶ Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in æternũ, & in seculũ seculi.) Quòd ait: Omnis caro: non ad insensibilia referendum est: sed ad omne corpus ecclesię, quod nos sumus, qui deum laudare, benedicere, extollere, ac prædicare debemus: per quem viuimus, per quem alimur ac sumus. Cui est cum æterno patre & spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum. Amen.

n ¶ Halleluia Aggæi & Zachariæ.) Iste psalmus ex nomine duorum prophetarum præscriptus ex vnius voce loquitur,
C dicens: Psalmus CXLV.

o LAuda anima mea dominum.) Psalmus iste titulum habet Aggæi & Zachariæ. Sed hoc primùm scire debemus, quòd in Hebraico non habetur, sed in septuaginta interpretibus. Dicamus autem & de æditiõe vulgata Aggæi & Zachariæ. Quia instauratio hic dicitur Hierusalem: Regnauit dominus in secula deus tuus Sion, in generatione & generationem: quasi de instauratione Hierusalẽ dici putant, quæ facta est sub Aggeo & Zacharia. Lauda anima mea dominũ. Non dixit, lauda corpus: sed, lauda anima: non quòd corpus damnauerit, sed carnis opera condẽnauit. Lauda anima mea dominum. Anima ipsa se hortatur: Quomodo si dicat Dauid, Lauda Dauid dominum: sic & ipsa anima dicit ad se, Lauda anima mea dñm: laudabo dominũ in vita mea. Vide quid dicat: Ipsa se hortatur, & ipsa respõdet. Quid dicit? Dicit mihi, lauda anima mea dominum. Ego ipsa respõdeo:

p ¶ Laudabo dominum in vita mea.) Modo laudare nõ possum, peccatis premor. Quotiensc ũq; labia in laudes dei aperio: totiens illa conglutinat conscientia peccatorum. Laudabo dominum in vita mea. Pulchrè dixit, laudabo: non, laudo. Quando cum domino meo fuero, tunc laudabo dominũ in vita mea. Nunc in morte sum, laudare nõ possum. Laudabo dominum in vita mea. Vita nostra Christus est. Dominum laudemus in vita.

q ¶ Psallam deo meo quamdiu fuero.) Vide quid dicat: Quando iustè aliquid agimus, sumus: quã-
D do verò peccamus, esse desistimus. Multa sunt quæ dicãtur: sed ad finem festinat oratio.

r ¶ Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominum, in quibus non est salus.) Hoc generaliter ad omnes dicit: Nolite confidere in principib⁹. Non in imperatore, non in præfectis, non in iudicibus seculi. Nolite confidere in principib⁹. Qui sunt principes? Filij hominum. Qui sunt filij hominum? Quibus non est salus.

s ¶ Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.) Cùm autem regressus fuerit in terram suam, quid fiet?

t ¶ In illa die peribũt omnes cogitationes eorum.) Omnis principum confidentia periet: & peribunt omnes cogitationes eorum. Nolite confidere in principibus. Hodie fuit, eras non est. Hodie illum præcedit exercitus, & serò i sepulchro iacet. Post tãtam magnitudinem, tantam claritatem, nulla intercedunt tempora: in eodem momento Chri-
E sti est operatio. In filijs hominũ, in quibus non est salus. Qui sunt principes? Filij hominum. Si ipsi homines nihil sunt, quid sunt filij eorum? Exibit spiritus. Cuius? Hominis. Exibit spirit⁹. Hic spiritum pro anima ponit. Pater, in
Lucæ.23.f manus tuas commendo spiritum meum. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. Nõ spiritus reuertetur in terram suam: nõ enim est spiritus de terra, sed egreditur spiritus: & homo reuertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nos ipsi qui nunc sumus principes, quanta quotidie cogitamus, & dicim⁹: die crastina illud faciã, destruã horrea
Luc.12.c. mea: & rursum die crastina ædificabo illa. Dicit mihi: Stulte, hac nocte rapiet anima tua: quæ autem præparasti, cuius erunt? Hoc de illis dicit qui confidunt in principibus. Cæterùm de sancto quid dicit?

u ¶ Beatus cuius deus Iacob adiutor eius.) Hi in curribus & hi in equis, nos autẽ in nomine
Psal.19.b. domini inuocabimus. Illi plures habent adiutores: sed principes sunt, sed homines sunt, sed corruunt. Nos vnum habe-
F mus qui saluare potest.

x ¶ Spes eius in domino deo ipsius.) Videamus tres pueri quid dicant in fornace Babylonia:
Dan.3.b quando vocat eos Nabuchodonosor rex: Non necesse est nos de hoc verbo respondere tibi. Potest quidem nos deus liberare de fornace ardenti. Sed si non liberauerit: scito rex quia imaginem quam constituisti non adoramus. Videte fidem. Credimus, inquit, quòd liberare potest. Sed si fortè peccata nostra prohibuerint: tamen credimus & in eum qui nõ vult liberare. Non enim credimus in hac vita, sed in futura. Non propterea credim⁹ in illum, ne hìc ardeamus: sed ne per ista incendia ad alia transeamus. Incende igitur, præpara caminum: iste ardor, ista combustio, nostra purgatio est. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius. Videte significantiam verborum. Adiutor eius: & non poterat ibi vllum signum facere,
Matt.13.g propter incredulitatem eorum. Deus adiutor noster est. Volentes & laborantes liberat, & collaborat: dormientes, & tacentes, & nolentes, non liberat. Spes eius in domino deo ipsius. Egregiè dixit, spes: Et si in præsenti nõ liberat, tamẽ spes de futuro est.

y ¶ Qui fecit cœlum & terram.) Iste deus qui fecit cœlum & terram.

z ¶ Mare & omnia quę in eis sunt.) Ad cõparationem cœli, & terræ, & maris, nos homines secundũ conditionem carnis sic sumus quasi formicæ, & pulices. Qui ergo cœlum fecit & terrã, hominem nõ potest

a Qui custodit veritatē in seculum: facit
b iudicium iniuriam patientibus: dat escā
c esurientibus. Dominus soluit compedi-
d tos: dominus illuminat cæcos. Dominus
e erigit elisos: dominus diligit iustos. Do-
f minus custodit aduenas, pupillum & vi-
g duam suscipiet: & vias peccatorū dispersdet. Regnabit dominus in secula, deus tuus Sion in generatione & generationem.
h
i
k
l
m Halleluia. CXLVI.
n Laudate dominū, quoniam bonus est psalmus:

G liberare quem fecit? a ¶ Qui custodit veritatem in seculum.) Si nos opprimit mendacium, non contristemur. Custodit dominus veritatē in seculū. Nescio quis contra nos mentitus est: & magis illi creditur mentienti, quàm nobis verum dicentibus. Non debemus desperare. Custodit dñs veritatē in seculum. Pulchrè dixit, custodit. Custodit illam, & habet in thesauro suo: reddet nobis quod seruauit. Qui custodit veritatē in seculū. Christ⁹ est veritas. Veritatē loquamur: & veritas nobis seruat veritatem. b ¶ Facit iudiciū iniuriam patientibus.) Etiam si tardauerit, non desperes. Veniens veniet, & saluabit. Facit iudicium iniuriam patientibus. Hoc solum sit in nostra conscientia: quia iustè patimur. Hoc habeamus in conscientia, quia nos propter peccata nostra patimur: & non facimus illud pro quo arguimur. c ¶ Dat escam esurientibus.) Et secundum literam ædificat: & si simpliciter intelligatur, ædificat audientem. Respicite volatilia cœli: quia nō serunt, neq; metunt: & pater vester cœlestis pascit illa. Dat escā esurientibus. Esurientib⁹ dat, nō eructuantibus. Qui ergo nō habet monachus, confidenter accipiat. Qui habet & eructuans est, nō accipiat. Scis quia esuris: scis quia non habes: si esurieris, & nō habes: magis das beneficium, si accipias quod tribuit tibi. Si autē habes, & nō esuris: nō debes cibum esurientium tollere, & accipere saturatus. Accipe quod in ventrē mittas, nō quod in sacculū: accipe tunicā quæ corpus tegat, nō quæ arcas impleat. Dat escā esurientibus. Hoc secundum literam. Dicamus & aliter: Esuriamus Christum, & ipse nobis dat cœlestē panem. Panē nostrum quotidianū da nobis hodie. Hoc qui dicunt, esuriunt. Qui panem desiderant, esuriunt. Qui dicit, panem nostrum quotidianū da nobis hodie: vtiq; esuriens loquitur: Dat escā esurientibus. Putat aliquis, quòd panem cœlestem de mysterijs dicat. Et hoc quidē accipim⁹: quia vera caro Christi est. Cæterùm dicam⁹ & aliter. Panis Christi & caro eius sermo diuinus est, & doctrina cœlestis. Quicunq; panē istum acceperit, & saturatus fuerit, quid fiet? Quid? d ¶ Dñs soluit compeditos.) Si animā nostram iste panis refecerit: hoc est, sermo diuinus, & doctrina cœlestis: statim pedes nostri, qui colligati fuerant, soluuntur. Dominus soluit compeditos. Et Lazar⁹ ligatus erat, & dixit: soluite eum. Dñs soluit cōpeditos. Et filia Abrahā decem & octo annos incuruata fuerat & vincta: soluit, & in cœlū respicit. Videte q̄d ibi dicitur in euā gelio: Ecce, inquit, quædā erat mulier quæ spiritū infirmitatis habebat decē & octo annis: & nō poterat, inquit, eleuare ceruicem. Quoniam spiritum infirmitatis habebat, ceruicem sursum leuare nō poterat. Dñs soluit compeditos. Ipsi sunt cōpedes quæ & opera: siquidē eadem peccata, quæ ceruices nostras excipiūt, & ligāt pedes. Quicūq; compeditus est, currere nō potest. Quicunq; cōpeditus est, in stadio Christi currere non potest. Prægrauantur enim pedes cōpedibus, & premunt in terra, & configunt in terra. Dñs soluit cōpeditos. Videte ordinē. Dat escā esurientib⁹. Primùm esurimus: deinde accipimus cibū. Cùm autē saturati fuerimus, soluuntur pedes nostri, qui cōpediti fuerant. Cùm autem ambulare cœperint liberè, quid sequit? e ¶ Dñs illuminat cæcos.) Videte quid dicat: Si de cæcis istis loqueretur, debuit dicere: Dñs illumināt cæcos. Sed nō dixit hoc: sed secundū Hebraicā & Græcā veritatē quid dixit? Dominus sapientes facit cæcos. Si de istis oculis loqueretur carnis, debuit dicere: Dñs illuminat cæcos. Nunc verò dicit, dominus sapientes facit cæcos. Si cæci, inquit, essetis, peccatū non haberetis. Cor nostrū obcæcatū est tenebris peccatorū. Insipientia & stultitia, tenebræ non oculorum, sed morum sunt. Cùm ergo esurientes refecti fuerimus, & pedes nostri liberati fuerint: tunc incipient & oculi cordis nostri videre lumen quod aliquando perdiderunt, & habere sapientiam. Si effectus fuerit sapiens, quid sequitur? f ¶ Domin⁹ erigit elisos.) Et si iacebas: securus esto, dominus porrigit manum. g ¶ Dominus diligit iustos.) Res duas video: diligit, & custodit. Qui diligit, quasi suum diligit. Qui autem custodit, eum custodit qui in periculo constitutus est. Dominus diligit iustos. Quicunque iustus est & perfectus, ab illo diligitur. Quicunque autem peregrinus est, & venit ad seruitutē domini, ille seruatur. h ¶ Dominus custodit aduenas: pupillū & viduam suscipiet.) Et secundū literam prodest, pupillum & viduā suscipiet. O martyr qui teneris vt pro me fundas sanguinem: noli de filijs esse solicitus: noli de vxore: me habent pro te. Dicam⁹ & secundum spiritum: Pupillum & viduam suscipiet. Pupillum suscipiet, qui patrem deum perdiderat per peccata. Et viduam suscipiet. Viduam: hoc est, eam animam quæ Christum virum perdiderat. Sed vide quid dicat, pupillum & viduam. Nō dixit, custodiet: nō dixit, saluabit: sed, suscipiet: si reuertatur ad patrem, si redeat ad maritum. i ¶ Et viam peccatorum disperdet.) Non dixit, peccatores disperdet: sed secundū primum psalmum: & iter impiorum peribit. Si iustorum via Christus est, peccatorum via diabolus est. Et viam peccatorum disperdet. Omnium ergo peccatorum via diabolus est, illum perdit: cæterùm nos saluabit qui ambulabamus per eā, & ambulare desiuimus. k ¶ Regnabit domin⁹ in secula.) Quando via peccatorum perierit, tunc regnabit dominus in secula. Non dixit, in seculum: sed, in secula. Quandiu via nō perit, Christus non regnat in nobis. Quandiu via peccatorū non perit, Christus non regnat in nobis. Quandiu pedes nostri ambulant in via diaboli, Christus non regnat in nobis. Irascor sine causa fratri meo: in via diaboli ambulo: Christus nō regnat i me. Detraho fratri meo: in via diaboli ambulo: Christus non regnat in me. In quocunq; peccato ambulauero, in via diaboli ambulo: Christus non regnat in me. Mēs mea vana est, & in diuersa distrahitur. In vno loco sum, & mens mea per totum orbem vagatur. Angelos mundus capit: reges capit, exercitus capit, monachum vnum non capit. Hoc totum quare dico? Propter eos qui in toto orbe vagantur, & in vno loco sedere non possunt. l ¶ Deus tuus Sion in generatione & generationem.) Deus tuus Sion. Frequenter diximus Sion speculam aut ecclesiā interpretari, aut animam contemplantem deum. Deus tuus Sion in generatione & generationem. In prima generatione, Iudæorum: in secunda, ex gentibus. In omnibus scripturis, & in omnibus psalmis generatio & generatio dicit: vt duos populos significet. Dicere autem & aliter possumus: Regnauit domin⁹ in secula de⁹ tuus Sion: in generatione ista, & in generatione ventura, Regnet Christus in nobis, non regnet peccatum in corpore nostro. Cor regis in manu dei. Simus reges: imperemus corpori nostro, & subijciamus illud: & cor nostrū sit in manu dei. Cui sit gloria in secula seculorum. Amen.

Matt.6.b.

Ioan.11.f.
Luce.13.d

Prou.21.a

m ¶ Halleluia.) Psalmus iste vt cœlestis ciuitatis laudemus ædificatorem, nos admonet, dicens: Psalmus CXLVI.

n Laudate dominū, quoniā bonus est psalmus.) Iste psalmus Halleluia titulo prænotat. Solent hi q̄ Hebream ignorant linguā, quando viderint in psalmorū titulo esse præpositum Halleluia, quærere quid significet. Psalmus igitur iste nō solum in titulo, sed & in exordio psalmi habet Halleluia. Vbi autem dicitur, Laudate dñm: in Hebræo dicit, Halleluia. De⁹ enim apud Hebræos decē habet nomina: dicitur Sabaoth, צְבָאוֹת: dicitur Saddai, שַׁדַּי: dicitur Eloim, אֱלֹהִים: dicit El, אֵל: dicit etiā Ia, יָהּ: dicit Aeheieh, אֶהְיֶה: Inter cætera autē nomina vnū est nomē quod dicitur Ia יָהּ. Ia autē interpretatur inuisibilis. Vbi ergo dicit laudate, in Hebræo dicit hallelu הַלְלוּ. Sic dicit hic hallelu ia: quomodo si diceret hallelu sabaoth, hallelu saddai, hallelu eloim: sic & nūc dicit hallelu ia. Deniq; Theodotio, qui vnus est de interpretibus,

a psalmus: deo nostro sit iocunda, decoráq; b laudatio. Aedificans Hierusalem domi- c nus: dispersiones Israël cōgregabit. Q ui d sanat contritos corde: & alligat cōtritio- e nes eorum. Q ui numerat multitudinem f stellarum: & omnibus eis nomina vocās. g Magnus dominus noster, & magna virt9 eius: & sapientiæ eius non est numerus. h Suscipiens māsuetos domin9: humilians i autem peccatores vsq; ad terram. Præci- k nite domino in cōfessione: psallite deo l no m stro in cithara. Q ui operit cœlum nubi- n bus: & parat terræ pluuiam. Q ui produ- o cit in mōntib9 fœnū, & herbam seruituti p hominū. Q ui dat iumētis escam ipsorū: q & pullis coruorum inuocantibus eum.

A pretibus, volens interpretatiōis ediscere veritatē, ait, αἰνεῖτε θεόν. Hoc totum quare diximus? Vt sciamus in isto psalmo halleluia esse præpositum: laudate dominum. Hæc interpretatio est. Cùm egressi fuerimus considerabitur in cordibus nostris. Cæterùm sermo dilatabitur: Laudate dominū: quoniam bonum psalmus. Nō dixit, bonus psalmus: sed absolutè, bonū psalmus: hoc est, bona res est psallere. Psallere autem nō voce, sed corde. Q uanti bonā vocē habent: & quoniā peccatores sunt, malè psallunt. Bene psallit q cantat in corde, qui cantat Christo in conscientia. a ¶Deo nostro sit iocunda laudatio.) Iocūda sit laudatio non voce, sed conscien- Gene.8.d. tia. Deniq; & Noë obtulit hostias, & odoratus est dominus odorē suauitatis. Multa sunt quæ dicantur, sed nos breuiter debem9 summa quæq; pstringere, vt sensum magis indicemus, quàm verba lautiora. b ¶Aedificās Hierusalem domin9, dispersiones Is- B raël cōgregabit.) Quomodo ędificetur Hierusalem, quomodo congregetur, iam dictum est: Quoniam igitur de istis duobus versiculis dissertum est: & super alienū fundamentum non debemus ædificare: ad reliqua transeamus. Videamus igitur quomodo ædificet Hierusalem. In reliquis enim propheticus sermo descripsit.

Psal.50.d. c ¶Qui sanat contritos corde.) Cor contritum & humiliatum deus non spernit. d ¶Et alligans contritiones eorū.) Tu cor tuum contere, & dominus colligit cōtritiones tuas. Luc.10.f. Samaritanus ille, qui descendebat de Hierusalem in Hiericho: quando vidit vulneratum iacentem in itinere, colligauit vulnera eius. Iste est de quo & nunc dicitur: Et alligans contritiones illorum. Hoc dicitur de his qui agunt pœnitentiā. Cæterùm de his qui non agunt pœnitentiam, dicitur: Nō est Esaiæ.1.b malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas. e ¶Qui numerat multitudinem stellarum.) Quæ consequentia iuxta literam: & alligat contritiones eorum: qui nnmerat multitudinem stellarum? Sed quando sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum: illos qui antè contriti fuerant, & postea sanati, vertit in stellas. Qui numerat multitudinem stellarum. Multi enim fuerant qui peccauerunt: multi sunt qui curati sunt. Qui numerat multitudinem stellarum. Non numerat vulneratos, sed eos numerat qui iam in stellas versi sunt. Non numerat deus, nisi qui numero eius digni sunt.

C f ¶Et omnibus eis nomina vocās.) Quia de Lucifero dicit, & de Orione quem videmus in cœlo. Et hocquidem potest intelligi: Mirabilis deus qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt. Cæterùm sic intelligamus: vt nobis prosit quod quotidie fit. Et omnibus eis nomina vocās. Vultis scire quomodo de contritis stellæ fiant? Scriptum est in Gene- Gene.15.b. si: quia eduxerit deus Abraham, & ostenderit ei stellas, & dixerit ei: Sic erit semen tuum. Et omnibus eis nomina vocans. Ibidē.17.a De Abram vocat Abrahā. Abram dicebatur in Chaldæa: & in cœlo vocatur Abrahā. Eo tēpore quando factus stella est, Acto.9. vocatur Abraham. Qui antea erat Saulus: postea vocatur in Marc.3.b. cœlo Paulus. Ioannes & Iacobus filij tonitrui. Tonitruū vtiq; in cœlo est. Numerantur itaq; stellę: numerātur infiniti sancti: & Christus vnus non potest numerari. g ¶Magn9 dominus noster & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est 1.Cor.1.d numerus.) Magna virtus, Christus dei virtus & dei sapiētia. Et sapientiæ eius non est numerus. Christus sapientia est. Et vna sapientia non potest numerari. h ¶Suscipiens mansuetos dominus.) Quæ sunt istæ stellæ? Suscipiens mansuetos dominus. Mansueti vertuntur in stellas. Iusti autē fulge- Dan.12.d. bunt quasi stellæ cœli: Daniel loquitur. i ¶Humilians autem peccatores vsq; ad terram.) Videte differentiam rerū. Angeli in terrā corruunt: homines ad cœlos vadūt. Suscipiens mansuetos dominus. Māsuetudo ad cœlum vocat: superbia in terram detrahit. Humilians autem peccatores vsq; ad D terram. k ¶Præcinite domino in confessione.) Hoc impleuit Dauid, qui nobis iustitiæ exemplum præbuerat: præbuit & pœnitētiæ. Docuit enim nos quomodo debeam9 agere pœnitentiā, ipse agens. Videte sanctum prophetā: quia nō solum iustitia eius nobis profuit, sed & peccatum. l ¶Psallite deo nostro i cithara.) Nulla virtutū chorda rupta sit. Tota virtutum chorda cōcinat: Psallite deo nostro i cithara. Cithara multas chordas habet: si vna rupta fuerit, sonus reddi non potest. Sic & sanctus vir, quanuis sanctus sit, si vna virtus defuerit: vocalem sonū reddere nō potest. m ¶Qui operit cœlū nubibus.) Cœlū hoc quod cernim9, nubib9 operiri nō potest. Sed aliud est cœlū, & aliæ sunt nubes. Et veritas tua vsq; ad Psal.35.b. nubes. Ergo veritas dei vsque ad istas nubes quæ vento flante citò dissoluunt? Veritas dei Christus est. Ego sū via & vita & veritas: Ioan.14.a ergo veritas Christi i his nubib9 E Non est, quæ nō habent in se substātiæ veritatē? Fieri ergo potest, vt ibi sit veritas, vbi ventus dissipandi potestatē habet? Man- Esaiæ.5.b dabo, inquit, nubibus ne pluant super eos imbrē: hoc est, sup populū Iudæorū. Nubes prophetæ sunt. Mandauit illis dominus ne pluerent super Israël imbrē. Ad nos prophetiæ sermo conuersus est. Nubes istæ si sibi collisæ fuerint, tonitruū faciunt & fulgura: Qui operit cœlū nubibus. Quare dixit q operit cœlum nubibus, si nubes prophetæ sunt & apostoli? Quomodo autē apostolis, & prophetis cœlum tegitur? Cœlum mysteria sunt diuina. Quoniā igitur mysteria quæcūq; diuina sunt, cœlum appellātur: quicūq; dignus fuerit, istū nubes protegunt. Si quis indignus est sacramenta accipere, non potest tegi à nubibus. n ¶Qui parat terræ pluuiam.) Indiget pluuia terra nostra: & nisi pluuiā acceperit: id est, doctrinarum fontem: fructum non afferet. Terra cùm humecta fuerit istiusmodi doctrinarū fonte: quid sequit? o ¶Qui pducit in mōtibus fœnū &c.) Si de solo fœno loqueret: vtique fœnum magis in cōuallibus nascitur, quàm in mōtuosis. Vbicunq; enim pluuia amplior fuerit, ibi magis fœnū nascit. De montibus defluunt aquæ in conuallibus: & magis herba nascit. p ¶Et dat iumentis escā ipsorum.) Scriptura ista quā legimus, quā tractamus, quam habemus in manib9: montes sancti dicuntur in scripturis. Mons vocatur Abrahā: mōs vocatur Isaac: mons Hieremias: montes sancti prophetę. Mō- F tes isti habent & frumenta, habent & fœnū. Si homo es: accipis ab ipsis frumentū: si pecus es, fœnum accipis. Homines & Psal.35.b. iumenta saluos facies dñe. Secundū fidem tuā saluaris. Qui producit in mōtibus fœnū, & dat iumētis escam ipsorum. Si homo es, in scripturis sanctis accipis spiritualē intelligētiā: si iumentū es, secundū literā more Iudaico. Rem magnā video. Deus qui tātis præconijs collaudatus est deducit ad viliora, & dicit: q ¶Et pullis coruorū inuocantibus eū.) Si de auibus cœli diceret, magis aquilas nominasset aut vultures. Et pullis coruorum inuocantib9 eū. Nulla alia auis nuncupatur, nisi pullus coruorū: & non ipsi corui, sed pulli coruorum. Non saluatur coruus, sed pullus qui de eo natus est. Nos pulli coruorū sumus. De parentibus enim idololatriæ nascimur. Legimus in Salomone: quoniam oculus qui irridet Prou.30.c patrē, & sermonem matris, effodiāt eum corui de cōuallib9. Non dixit pulli coruorū, sed ipsi corui. Qui enim coru9 est, saluari non potest. Coruus de arca dimittitur & nō reuerti- Gene.8.a. tur. In diluuio cū cęteris est: post diluuium in infœlicitatem proijcit: hoc est, eo tēpore quando tranquillitas est nō potest esse in arca dei. Si quando diluuium est, coruus in medio est. Tranquillitas redit: & coru9 fugit. Qui sunt isti corui? Qui sunt pulli coruorum? Ego puto coruos nigri coloris, q semper persequuntur cadauera mortuorū: qui semper voce raucissima

a Non in fortitudine equi voluntatem habebit: b neque in tibijs viri beneplacitum c erit ei. Beneplacitum est domino super d timentes eum: & in eis qui sperant super misericordia eius.

Halleluia Aggei & Zachariæ.

CXLVII.

e Lauda Hierusalem dominum: lauda f deum tuum Sion. Quoniam con- g fortauit seras portarum tuarum: be- h nedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines i tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit

G cissima rixas cõparant, dæmones esse: & quicunq; dæmonib⁹ seruierint, iuxta coruos & ipsi colorem coruorum accipiũt. Igitur nostri parẽtes, sicut iã diximus, qui idolis seruiebant, & dæmonibus, corui erant. Nõ enim inueniunt nisi vbi illuuies, & spurcitia, & cadauera mortuorũ fuerint. Nos verò q de coruis nati sumus, nõ cadauera expectamus, sed rorẽ. Pulli enĩ coruorũ dicũtur de rore viuere. Sic enim philosophi dicunt, q̃ de rore viuant pulli coruorũ. Vultis & aliud scire mysterium de coruis? Elias interpretatur, deus dominus. Elias, hoc est dominus noster atq; saluator, à Iudæis persecutionẽ patitur: & à coruis, id est, gentium populo pascitur. Et pullis coruorũ inuocantibus eũ. Si inuocas eum, pullus es: si taces, coruus es. Et pullis coruorũ inuocantibus eum. Legim⁹ in prophe- Ioel.2.g. pheta: Et omnis qui inuocauerit nomen domini, salu⁹ erit. Igitur si de coruis simpliciter accipimus: ergo & corui salui erunt? RespondeLudæe, respondequi Iudaicam literam tantum sequeris: dicis istos coruos H verè coruos esse? Non interpretaris spiritualiter, sed carnaliter: dicis enim scriptũ esse de coruis. Si ergo de pullis coruorum scriptum est: & hic dictum est, & pullis coruorũ inuocantibus eum. Et scriptum est: omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit: ergo & pulli coruorum salui erũt in resurrectione. Nos ergo pulli coruorum inuocam⁹ atq; sal- 1.Cor.1.d. uamur. Denique & Paulus apostolus scripsit ad sanctorũ ecclesiam, scripsit ad eos q̃ inuocant nomẽ domini. a ¶ Nõ in fortitudine equi voluntatem habebit.) Breuitatem promisimus: & necessitate compulsi sumus latius disputare: mẽ- Mat.14.d titi sumus, sed mendacium vtilissimum est. Vtinam Herodes mentitus esset & peierasset. Et nos igitur minora promisimus, & orantibus vobis maiora præbuimus. Hora compellit vt taceam: magnitudo mysteriorum compellit vt loquar. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Audio equum hinnientem, & non possum⁹ præterire. Scriptum est Psal.32.d. in psalterio: Fallax equus ad salutem. Et alio loco: Equum Exod.15.a & ascensorem deiecit in mare. Præcipitur & Israẽl, ne equos Deu.17.d nutriant. Denique Salomon quia quadrigas adducebat ex 3.Re.10.c. Aegypto: voluptate superatus est. Non in fortitudine equi voluntatem habebit. Equum & ascensorem deiecit in mare. Hiere.5.c Equi insanientes in fœminas facti sunt mihi: vnusquisque in vxorem proximi sui hinniebat: loquitur Hieremias: Ergo su per tales equos deus non habet voluntatẽ. Diximus de equo: equum & ascensorẽ deiecit in mare. Diximus qui sunt equi: I dicamus qui sunt equites. Ego puto equos homines esse peccatores, & equites dæmones qui equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persequentem & inimicum esse, sciamus quia ille equus est. Cæterũm eques diabolus est, qui sua lancea nos percutit. Iste currit, & ille percutit. Sed & ipse equus calcaribus ducitur, confoditur, & inuitus insanit. b ¶ Nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.) Videte quid dicat. Non dixit, in capite viri: non dixit, in manibus viri: sed, in tibijs: quæ deorsum sunt. Nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Tibiæ hic sicut & fœmora, semper in libidine accipiũtur. Ezec.11.g. Denique & in Ezechiel de⁹ videtur à lumbis vsque sursum, electreus: à lumbis vsq; deorsum igneus. Si quis sursum est, huic aureus est: si quis deorsum, huic gehẽna præparata est. Nec in tibijs viri beneplacitum est ei. Dicamus secundum literam. Quoniam dixerat, non in fortitudine equi voluntatẽ habebit: & quasi bellatorem virum describerat: videl mihi hic vbi dixit, non in tibijs: nõ vocare tibias, sed πηγικνήμιδας. Videmus ergo quodcunq; tibias texerit non placere deo, sed illud quod sursum est. Non placet deo in fortitudine, nõ placet in tibijs viri, placet autem in timore suo. Virtus non placet, timor placet. Bellantem destruit: rogãtem eleuat: humiles exaltat, superbos deijcit. c ¶ Beneplacitũ est deo super timentes eum.) Vnus timor plures timores proijcit. Melius est vnum timere, vt plures non timeas: quàm plures K timere: vt vnum non timeas. d ¶ Et in eis qui sperant super misericordia eius.) Sperant non in operibus suis, sed in misericordia iudicis. Laudate dominum quoniam bonũ est psalmus: quoniam qui sperant super misericordia eius, sola saluatione sanantur. Cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Coruorũ pulli.

Elias.

Psalmus CXLVII.

e Lauda Hierusalem dominum: lauda deũ tuum Sion.) Modo audiuimus sanctum prophetam prædicantem propter præuaricationem legis populum Iudaicum esse desertũ, & quomodo nunc dicitur: Lauda Hierusalem dominũ: lauda deũ tuum Sion? Deinde quid sequitur? f ¶ Quoniam confortauit seras portarum tuarum.) Ergo de ista Hierusalem loquitur, de ista Sion: lauda deum tuum Sion. Quare? Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Non sunt portæ, & quomodo seræ saluæ sunt? g ¶ Benedixit filios tuos in te.) Quomodo benedixit, qui dixit, Relinquetur vobis domus vestra deserta? h ¶ Qui po Lucæ.13.g suit fines tuos pacem.) Vbi pax posita est, quæ bello subuersa L est? i ¶ Et adipe frumenti satiat te.) Frumentum adipes habet? O Iudæe responde. Frumentum adipem habet? Si ergo frumentum adipes non habet, & compelleris necessitate spiritualiter intelligere, secundum istum versiculum & cætera intelligenda sunt. Lauda Hierusalem dominum. Hie- Hierusalẽ. rusalem visio pacis. Lauda deum tuum Siõ. Sion specula in- Sion. terpretatur. Videtis ergo quid dicat. Lauda Hierusalem dominum. Vbicunque visio pacis est: vbicunque contemplatio dei: ibi laus dei fit. Laudat ergo ecclesia dominum, quando cœperit in illum credere & habere pacem, & cœperit videre pacem: hoc est, Hierusalem visionem pacis. Qui prius eras seruus idolorum: factus es seruus dei. Lauda ergo deum tuum. Quando verò cœperis iam habere scientiam, & esse specula: hoc est, Sion: lauda dominum: hoc est, tu lauda Hierusalem, tu lauda Sion: tu ecclesiastica, tu anima, tu ecclesia: Non laudent hæretici: non laudent synagogæ, sed tu lauda. Quare? Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Di- Psal.86.a. ligit dominus portas Sion: super omnia tabernacula Iacob. Portas Sion diximus prophetas. Quoniam ergo portas Sion nouimus prophetas dici: videamus quæ sint seræ portarum. Vereenim ecclesiæ portæ prophetæ sunt. Sine prophetis ecclesiam ingredi non possumus. Manichæus intrare voluit sine portis, & non intrauit. Marcion non recipit vetus testamentum, & sine portis veteris testamenti in euangelium M intrare non potuit. Nos ergo recipimus portas prophetas, & per portas ingredimur. Sed videam⁹ quæ sint seræ portarũ. Multi latrones, multi fures cupiũt intrare per portas. Omnes qui ante me venerũt, fures fuerunt & latrones. O si & mi Ioan.10.b. hi concederet dominus vt sera essem de portis Sion. Si quis hæreticorum per illas in euangelij dispositionem vellet intrare: ego starem in portis, & prohiberem illum. Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Da mihi aliquem ecclesiasticum virum, scripturis cœlestib⁹ eruditum: si viderit venire Eunomiũ, venire Arium, velle tollere aliquid de prophetis cõtra nos: nónne stat quasi sera: nónne vincit quasi sera? Quoniam confortauit seras portarum tuarum. Pulchrè dixit, confortauit: vt quando videris virum ecclesiasticum disputantem: non putes illum esse qui disputat, sed qui confortat ecclesiasticum. Et adipe frumenti satiat te. Nisi, inquit, Ibid.12.c. granum tritici ceciderit, ipsum solum saluum erit. Si autem ipsum ceciderit, multos saluos facit. Dominus noster granũ tritici in terrã cecidit, & nos multiplicauit. Sed istud granũ frumẽti pinguissimũ est, medullã habet, adipẽ habet. Et adipe frumenti satiat te. Fœlix est qui in frumento isto adipem intelligit. Legimus sanctas scripturas. Ergo corp⁹ Iesu, euãgelium puto: sanctas scripturas, puto doctrinã eius. Et quando dicit:

a Qui emittit eloquium suum terræ: velo-
b citer currit sermo eius. Qui dat niuem
c sicut lanam: nebulam sicut cinerem spar-
git. Mittit crystallum suum sicut buccel-
d las: ante faciem frigoris eius quis sustine-
e bit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea:
f flauit spiritus eius, & fluent aquæ. Qui an-
nunciat verbum suum Iacob: iustitias & iu
dicia sua Israël. Non fecit taliter omni na-
tioni: & iudicia sua non manifestauit eis.
Halleluia

do dicit: qui non comederit carnem meam, & biberit sanguinem meum: licèt & in mysterio possit intelligi: tamen verus corpus Christi, & sanguis eius, sermo scripturarum est, doctrina diuina est. Si quãdo imus ad mysterium: qui fidelis est, intelligit: si in maculam ceciderit, periclitatur. Si quãdo audimus sermonem dei, & sermo dei, & caro Christi, & sanguis eius in auribus nostris funditur, & nos aliud cogitamus: in quantum periculũ incurrimus? Et adipe frumenti satiat te. Pinguissimus sermo diuinus est. Omnes habet in se delitias. Quicquid volueris, ex sermone diuino nascitur, sicut tradunt Iudæi: quoniam manna quando comedebant, secundum voluntatem vniuscuiusque sic sapiebat in ore. Ac si dixisset: Qui manna comedebat: si desiderabat mala, si pirum, si vuam, si panem, si carnes, secundum qualitatem & voluntatem comedentis, ita & sapor in mãna erat. Sic & in carne Christi, qui est sermo doctrinæ: hoc est, scripturarum sanctarum interpretatio, sicut volumus, ita & cibum accipimus. Si sanctus es, inuenis refrigeriũ. Si peccator es, inuenis tormentum. Et adipe frumenti satiat te. Non dimittit aliquas reliquias. Benedixit filios tuos in te. Quotquot autẽ receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Qui posuit fines tuos pacem. In alio psalmo legimus: Et factus est in pace locus eius. Pacem meam do vobis: pacem meam relinquo vobis: non sicut mundus habet pacem. Siquidem mundi pax, nostrum bellum est. Meam pacem do vobis. Bellum habetote cum mundo, & meam pacem habebitis. Qui posuit fines tuos pacem. Qui ergo nõ est in pace cum fratre, iste nõ est in finibus Hierusalem. Dicat aliquis: Quid facio? Nõ vult mihi reconciliari frater: ergo extra fines sum Hierusalem? Quantum, inquit, ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habẽtes. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Tu habeto pacem, si alius irascitur. Ille bellum habet, & per bellum illius tibi pax nascitur. Vultis scire quomodo & bellum pax sit? Infœlix Iudas veniebat ad proditionẽ, & dominus ei pacis osculum porrigit: ille osculo bellum creat. a ¶Qui emittit eloquium suum terræ:) Respondet Iudæ: Si de frumento dicebat, & adipe frumenti satiat te: quomodo nũc dicit: Qui emittit eloquiũ suum terræ? In principio erat verbum. Hoc verbum in carne mittitur. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Qui emittit eloquium suum terræ. Eo tempore completum est: Terra dedit fructum suum. Qui emittit eloquium suum terræ. De prædicatione loquitur euangelica, & de doctrina apostolorum. Denique sequitur: b ¶Velociter currit sermo eius.) In omni enim terra auditus est sermo eius, & in orbe terrarum, apostolica doctrina. Vnus homo pauper, & iam senex prædicauit ab Hierusalem, vsq; ad Illyricum, & velociter currit sermo eius. Quoniam ergo venerat de Hierusalem, vsque Illyricum: & velociter cucurrit sermo eius: deinde sequitur, & dicit ipse sermo qui prædixerat, de Hierusalem, vsque ad Illyricum: Volo autem ire & ad Hispanias. Hoc loquitur apostolus Paulus: Videte velocitatem sermonis: Non est contentus ad Orientem, ad Occidentem currere desiderat. c ¶Qui dat niuem sicut lanam: nebulã sicut cinerẽ spargit &c.) Videtis quãta sit difficultas, q̃ obscura sunt quę dicuntur. d ¶Ante faciem frigoris eius quis sustinebit?) Cuius? Nihil dicitur. Deinde dicitur: e ¶Emittit eloquium suum, & liquefaciet ea.) De illo de quo dixerat: Emittit eloquium suum terræ. Emittit verbum suum. Quis emittit? Deus pater. Et verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Diximus patrem: diximus filiũ: non possumus in duplo numero credere, nisi compleatur trinitas. f ¶Flauit spiritus eius, & fluẽt aquę.) Videtis quoniam vbi pater, & verbum dei, statim & spiritus sanctus est. Videamus ergo ab initio quod dicitur: Et adipe frumenti satiat te: emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius. Repẽtè quid sequitur? Qui dat niuem sicut lanam. Sermo domini, qui velociter currit: sic datur quasi nix, & ipsa nix est quasi lana. Videte misericordiam domini. Cibus domini, nobis in vestimentum vertitur. Dixerat Ioannes de domino saluatore: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Et in alio loco Esaias: Quasi ouis ad victimã ductus est. De isto igitur agno, & de ista oue, lana ista est quasi nix. Dicit Esaias: Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi niuem dealbabo. Asperges me domine hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Qui dat niuẽ sicut lanam. Tolle domine sordes meas: tolle quodcunque vitij est. Niuem tuam, & puritatẽ tuã tribue mentibus Christianis. Nisi tu nobis niuem dederis mũdiciarum tuarum, vestimẽtum tuũ habere non possumus. Christus vestimentum nostrum est. Si volumus Christi habere vestimentum, mundi simus quasi nix. Nebulam quasi cinerẽ spargit. Malè interpretatus est Latinus nebulam. Quod enim ὁμίχλην dicitur in Græco: in Hebraico habet כְּפֹר, id est, pruinam. Deniq; ita sequitur: Pruinam sicut cinerẽ spargit. Docet nos, & facit nobis vestimentũ quasi niuem, & cùm nos vestierit vestimẽto suo, tunc nobis tribuit alimẽta. Pruinam sicut cinerem spargit. Vide quid dicat: sicut cinerẽ. Vis esse mundus, age pœnitentiam. Panem meum sicut cinerem manducaui, & potum meum cum fletu miscebam. Nonnè vides quomodo pruinam suam sicut cinerem spargit? Grandis rerũ mutatio. De cinere nix fit. De pœnitentia, mundus efficitur. Mittit crystallum suũ sicut buccellas. Quomodo panes franguntur, & buccellæ fiunt: sic & crystallus frangitur, & in buccellas vertitur. Crystallus naturam hanc habet, sicut aquæ quando congelantur: quod nos glaciem dicimus. Inter crystallum ergo, & aquam hoc interest, quod est inter aquã, & glaciem: quoniã aqua latissimè funditur: cæterùm crystallus quasi compingitur in se, & in vnam formam redigitur. Si quando aqua congelascit, crystallum efficit. Quoniã ergo nos in totũ verbi carnes capere non possumus: frangũtur, vt per partes illas capiamus. Res sunt obscuræ, & interpretationis difficultas nõ nobis cõcedit latius loqui. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Cuius? Alij dicunt crystalli, alij domini. Mihi autem videtur de deo dici. Ante faciẽ frigoris eius quis sustinebit? Quæ tormenta dicũtur in scripturis sanctis peccatori præparata? Nihil gehẽna calidius est, & tamẽ ipsa frigida est. Gehẽna exigne est. Sed si quis à charitate refriguerit, mittitur in gehennæ ignem. Scriptum est: Quoniam in nouissimis diebus refrigescet charitas multorum. Quicunque ergo sic infriguerit, iste mittitur in ignem. Dominus nobis præstet: ne quando frigus ingrediatur corda nostra: nõ peccamus, nisi antè refriguerit charitas. Deniq; quid loquitur Apostolus? Spiritu feruentes. Et deus noster ignis est. Si ergo deus noster ignis est: propterea ignis est, vt frigus diaboli eijciat. Aquilo vẽtus frigidissimus, nomine autem dexter vocatur. Pulchrè dixit, vocatur. Assumpsit enim sibi nomen, cùm sinister sit. Si cuius ergo anima refrixerit, vt Aquilo ventus frigidissimus est. Quando autem calor charitatis in corde nostro refrigescit? Si peccauerit, si refrixerit, si mortuus fuerit. Diligẽter attendite quæ dico: Si refrixerit, si mortuus fuerit. Refrigescere autem mortuorum est: calere viuentium. Si quis ergo refrixerit, & mortuus fuerit, mittet deus verbum suum, & liquefaciet eum. Dominus præstet, vt & nostrum frigus liquefiat, vt crystallum illud soluatur, & molle fiat. Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Da mihi peccatorem quem dominus non respicit: non habere calorẽ, sed totum esse frigidum, & mortuum. Si ad sermonẽ dei cõpunctus fuerit, & cœperit agere pœnitentiam, & durissimum cor illius emollitum fuerit: eo tempore completur: Emittet verbum suum, & liquefaciet ea. Emittit pater: verbum mittitur: vngit spiritus sanctus. Flauit spiritus eius, spiritu feruentes. Frigus nõ expellitur, nisi calore spiritus sancti. Vbi sunt Eunomiani,

Ioan.6.f. A Pſal.75.a. Ioan.14.d Rom.12.d Pſal.119.b Lucę.22.e Ioan.1.a Ibidem. b. Pſal.66.a. C Rom.15.c B Ioan.1.b Sapiẽ.16.c D Ioan.1.d. Eſa.53.e. Eſa.1.e. Pſal.50.b. E Pſal.101.b F Mat.24.b Rom.12.c Deut.4.d

G Eunomiani,vbi Ariani,vbi Macedoniani,qui dicunt ſpiritũ ſanctum nõ numerari cum patre & filio? Deus pater mittit: verbum mittitur:& tamen plena ſanitas non eſt,niſi ſpiritus ſanctus flauerit. Flauit ſpiritus eius,& fluẽt aquæ. Aquæ quę antè duræ erant,molles fiẽt. Qui antè iuſtitiã audire,vel dare nõ poterat,iſte nunc diſcipulus eſt. Quoniã autẽ multa locuti ſumus,& quæ ſequũtur,manifeſta ſunt: oremus dominum,vt noſtra duritia molleſcat, & noſtra peccata purgentur,vt efficiamur quaſi ignis:vt & frigus diaboli,quodcunque eſt,in cordibus noſtris,expellatur: & cãleamus ſpiritu ſancto. Eſt quippe & malus calor. Omnes adulterantes quaſi clibanus corda eorum. Sed ille calor, calore ſpiritus ſancti expellitur. Cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Oſeę.7.a

a ¶Halleluia Aggei & Zacharię.) Iſte pſalmus duo halleluia habet in titulo,& hoc multi putãt,quoniã in titulo ſint pſalmi poſita. Scire autem debemus,quoniã vnũ halleluia,de fine ſuperioris pſalmi eſt. Aliud halleluia,initium ſequẽtis pſalmi eſt. Et hanc regulam debemus accipere & ſcire:quoniam omnes pſalmi qui in principio habent halleluia,& in fine habeant. Multi autem putant,quoniam alterius pſalmi principium ſit. Non eſt ita,ſed ille pſalmus qui in principio habet halleluia,ipſe & in fine habet. Hoc totũ quare dixi? Vt ſciatis quare in iſto pſalmo,duo halleluia præpoſita ſint.

H Regula.

Halleluia Aggei,& Zacharię. CXLVIII.

a

b Laudate dominum de cœlis:laudate eũ in excelſis. Laudate eũ omnes angeli eius:laudate eũ omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna:laudate eũ omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorũ:& aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen domini. Quia ipſe dixit, & facta ſunt:ipſe mãdauit,& creata ſunt. Statuit ea in ſeculum,& in ſeculum ſeculi:præceptum poſuit,& non præteribit. Laudate dominum de terra:dracones & omnes

b c d e f g h i k l

Pſalmus CXLVIII.

b Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelſis.) Ad laudẽ dei ſola hominũ natura non ſufficit,iungantur & cœli. Laudate dominũ de cœlis. Non dixit,laudate cœli:ſed vos laudate,qui eſtis in cœlis:hoc eſt:qui habitatis in cœlis,throni,dominatiões,poteſtates,ſeraphim,cherubim:& omne nomen quod nominatur:nõ ſolũ in præſenti ſeculo,ſed in futuro. Laudate dominũ de cœlis. Qui eſtis in cœlis,qui eſtis in excelſis,laudate eũ in excelſis. Excelſi laudate excelſum. Non dixit humilibus & deorſum poſitis,laudate:ſed vos qui in ſublimi eſtis. c ¶Laudate eũ omnes angeli eius.) Vides in quo gradu ſunt angeli? Primùm throni dicuntur. Throni,ſedes. Non putemus cathedras eſſe,in quibus deus ſedeat: ſed virtutes aliquas in cœleſtibus,in quibus deus ſedeat ſemper,quaſi in quadriga ſua. Laudate eũ omnes angeli eius. Qui angelus eſt,laudat: qui dæmon eſt,laudare non poteſt. d ¶Laudate eum omnes virtutes eius.) Quia ad laudes dei angelos prouocauimus,& homo cũctarum virtutum nomen ſcire non poteſt,generaliter dico: Laudate eũ omnes virtutes eius. Hucuſq; de inuiſibilibus:laudate eũ qui eſtis inuiſibiles. Inuiſibilia humanus oculus non poteſt intueri. Nũc venit ad creaturas quas oculis cernimus. e ¶Laudate eum ſol & luna.) Videte gentiles:videte Manichæi: Sol laudat,nõ laudatur. Laudate eum ſol & luna. Vos ſolem deũ dicitis:Ecce poſt quanta laudat. Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Deus veſter in quinto gradu laudans ponitur. Laudate eum ſol & luna. Non dixit,luna & ſol:ſed,ſol & luna: Quod maius in lumine eſt,prius laudat. Videte ordinem viſibilium. Laudate eum ſol:poſt ſolem,luna:poſt lunam,omnes ſtellæ. Non tantum Lucifer:nõ tãtum maiores ſtellæ,ſed minores pariter laudent dominum. Dicat aliquis: Quomodo ſol,& luna,& ſtellæ laudant deum? In eo quòd à ſuo officio & ſeruitio non recedunt. Seruitium ipſorum,laus dei eſt. Grandem honorem habes humana anima. Sol,& luna,& ſtellæ pro te currunt: pro te ſeruiunt. Angeli, throni,dominationes non habent ſolem neceſſarium,nõ lunam,non ſtellas. Super ſolem enim,& lunam ſunt in cœleſtibus. Sol enim,& luna,& ſtellæ propter nos ſunt:nobis ſeruiunt. Dicit & Apoſtolus: quòd ipſa creatura congemiſcit,& parturit in liberatione ſeruorum dei. Quãdo autem filij dei aſſumpti fuerint,& ipſa creatura de hoc ſeruitio liberatur. Dicat aliquis:Quomodo ſol ſeruit,& liberatur? Quomodo luna? Quomodo ſtellæ liberantur? Sol liberatur,ne Iudæos videat:nec gentiles,nec blaſphemantes dominum ſuum. Videt parricidas,videt homicidas:& tamen ſeruit imperio eius qui iuſſit. Solem enim ſuum oriri facit ſuper iuſtos & impios. f ¶Laudate eum omnes ſtellæ & lumen.) Dicat aliquis: Quod eſt lumen ſine ſole,ſine ſtellis,ſine luna? Dicere poſſumus inter noctem & diem, vel inter diẽ,& noctem,quòd abſque ſole lucet: licèt multi putent ipſum ſplendorẽ ſolis eſſe. Dicit igitur: Laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Vt quomodo de inuiſibilibus dixerat,laudate eum omnes virtutes eius:ſic & de viſibilibus dicat, laudate eum omne quod lucet. g ¶Laudate eum cœli cœlorũ.) Plures cœlos dicimus. Denique Apoſtolus vſq; ad tertium cœlum raptum ſe eſſe dicit. Videte igitur quantus fulgor eſt,vt cœlum cœli ſit. Et cætera quæ ſequuntur,dixit de viſibilibus. h ¶Quia ipſe dixit, & facta ſunt.) Dei iuſſiſſe,feciſſe eſt: eius imperium fabrica eſt. Quia ipſe dixit,& facta ſunt,ſecũdum illud quod in Geneſi ſcriptũ eſt: Et dixit deus,& fecit deus. Hoc eſt,dixit deus pater:fecit filius. Dicat aliquis:Ergo maior eſt ille qui iubet, & minor eſt iſte cui iubetur. Dicunt hoc Ariani,dicunt hoc Eunomiani,& dicunt Macedoniani. Reſpondeo tibi ſecundum ſenſum tuum:O hæretice dicis:maior eſt pater qui iubeat,& minor eſt filius in eo quòd iubeatur ab illo. Si hoc ſecundum ſenſum humanum accipis,reſponde mihi: quid eſt maius,iubere,an facere? Dico:fiat dom⁹,& alius facit domũ. Dicere nihil grande eſt,facere difficile. Maior ergo ille qui facit,q̃ qui præcipit. Sed & hoc impium eſt: Non enim filius maior eſt patre. Sicut enim hoc impiũ eſt de filio contra patrem credere,ſic & illud impium eſt de patre contra filium credere. Quia ipſe dixit,& facta ſunt:ipſe mandauit & creata ſunt. Vna natura iubet & facit. Deus iubet,& deus facit. Iubet pictor, vt pingat pictor: & pictor pingit,quod pingi præceperat. i ¶Statuit ea in ſeculum,& in ſeculum ſeculi:præceptum poſuit,& non præteribit.) Grandis eſt hominis honor,& grãdis infœlicitas. Sol tibi currit:elementa tibi ſeruiunt:& tu ignoras creatorem tuum. Præceptum poſuit, & non præteribit. Præceptum ſoli poſuit. Ecce per tãtos annos præceptum dei nunquam præterijt. Intantum non præterijt,vt curſus eius ex humana obſeruatione comprehenſus ſit. Præceptum poſuit,& nõ præteribit. Lunæ præceptũ poſuit,vt per triginta dies creſcat atq; decreſcat. Nunquid curſus ſuos aliquando mutat? In cœlo præceptum dei ſeruatur, & in terra non ſeruatur. Mari præceptum poſuit,vt littora ſua non egrediatur. Venit Oceanus tumens fluctibus,& in ſe redit,& præceptum dei meminit. Totus mundus deo ſeruit, & præceptum eius meminit:& homo ſolus nõ meminit. Ideo dicimus,& in oratione dominica: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. Sicut in cœlo angeli tibi ſeruiunt,& creatura ſeruit,ita ſeruiat & homo. O infœlix hominũ genus. Deſcendit ad te deus:quoniam tu ad cœlum non vis aſcendere. Non tibi ſufficit,quòd non ſuſcipis: ſed occidis, crucifigis, blaſphemas,flagellas: Non tibi ſufficit,quòd occidis,ſed nec pœnitentiam agis quòd occideris. Dixit de inuiſibilibus: dixit & de viſibilibus,ſed de viſibilibus cœleſtibus: nunc etiã de terra. Videte ordinem laudantis. Primùm laudant inuiſibilia,deſude viſibilia. Et ipſa viſibilia diuiduntur in duo: in cœleſtia & terreſtria. Dixit de cœleſtibus,nunc dicit de terreſtribus. k ¶Laudate dominum de terra.) Quoniam laudauerunt angeli,laudauit cœlum: laudet & terra. Videamus de terra qui prius laudent. l ¶Dracones & omnes abyſſi, ignis,grando,nix,glacies,ſpiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius:montes & omnes colles,ligna fructifera, & omnes

Mat.5.g

2.Co.12.a

I

K

L

Gen.1.a

M

Rom.8.d.

Matt.6.b.

omnes abyſſi. Ignis,grando,nix,glacies, ſpiritus procellarum,quæ faciũt verbum eius. Mõtes,& omnes colles: ligna fructifera,& oñes cedri. Beſtiæ,& vniuerſa pecora: ſerpentes,& volucres pennatæ. Reges terræ,& omnes populi:principes,& omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Confeſſiõ eius ſuper cœlum & terram:& exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius:filijs Iſraël populo appropinquanti ſibi.

Halleluia. CXLIX.

Cantate domino cãticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorũ. Lætetur Iſraël in eo qui fecit eum: & filij Sion exultẽt in rege ſuo. Laudẽt nomen eius in choro:in tympano & pſalterio pſallant ei. Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: & exaltabit mites in ſalutem. Exultabunt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilibus ſuis. Exaltationes dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Halleluia.

a Reges terræ,& omnes populi:principes,& omnes iudices terræ.) Deinde quid ſequitur? b Iuuenes & virgines,ſenes cum iunioribus laudent nomẽ domini:quia exaltatũ eſt nomen eius ſolius.) Et cætera quæ ſequuntur. O quanta in iſtis myſteria continentur. Laudauerunt cœleſtia:laudauerunt inuiſibilia:nunc ad terrena deſcendit: & ad laudationem dei, primùm dracones & abyſſi cõcitãtur. Vbi abundauit peccatum,ſuperabundauit gratia. Qui primùm draco eras,qui habebas venena ſerpentis. O tu qui primùm abyſſ⁹ eras, & tenebræ ſuper abyſſo ferebantur. Videte quid dicat: Vbi dracones,vbi venena,vbi abyſſus,vbi tenebræ? Ne deſperes igitur. O tu qui draco eras:qui tenebroſus eras,& deum laudare non audebas: age pœnitentiam,& ſtatim conuertêris. Licèt in Hebræo nõ habeat dracones,ſed habet תַּנִּינִים Thaninim,quod interpretatur,cete. Dicit autem cete infinitæ eſſe magnitudinis. Deniq; ipſe cete in abyſſis eſſe dicitur. Dicamus ergo primùm ſecũdum literam: Videte quid dicat: Laudate ea quæ in mari ſunt: & laudate ea quæ extra mare ſunt. Dracones & omnes abyſſi. A parte totũ ſynecdochicòs. Deinde ſequitur: Ignis. Videte cõcordantẽ diſcordiãa,quę & ignis:ſimul laudant deum. Dracones & omnes abyſſi. Vniuerſa quæ naſcũtur ex aqua,naſcuntur ex igne:hoc eſt,ex humore,& calore: nec ignis ſolus generare poteſt, ſine humore:nec humor,ſine igne. Nihil eſt tam contrarium, quàm humor calori,& calor humori. Tamen voluntate dei, hęc quę inter ſe diuerſa ſunt,in noſtra natiuitate concordãt. Grando,nix,glacies,& ſpiritus procellarum,quæ faciũt verbum eius. Multa ſunt quæ dicantur,& in ſingulis immorari non poſſumus. Grando,nix,glacies,& ſpiritus procellarum. Omnia quæ videmus in mundo,nobis ſeruiunt. Serpentes,abyſſi,ignis,grando,nix,ſpiritus procellarum,videtur ſine ratione eſſe:ſed nobis ſeruiunt. Die heſterna tempeſtas fuit,videbatur nobis eſſe contrarium:erat frigus:erat humor:erant pluuiæ. Hoc quod ad horam nobis videtur eſſe contrarium, pro nobis eſt:fructum enim nobis parit. Vide enim quid dicit: Illa & illa quæ faciunt verbum eius. Erubeſce homo. Serpentes,abyſſi,nix,pluuiæ,tempeſtas,verbum dei faciunt,& tu non facis. Montes & omnes colles. Nec montes mutantur in colles,nec valles in montes:ſeruant naturã ſuam. Ligna fructifera,& omnes cedri. Lignum vides quaſi ſiccum amiſſis foliis: æſtas cùm venerit,tibi mittit germen: tibi fructus parturit. Lignum tibi fructũ parit,& tu deo fructus non paris. Et omnes cèdri. Imitare cedrum. Cedri nituntur ad alta: quaſi ad cœlum ire feſtinãt. Et tu imitare ligna irrationabilia. Beſtiæ & vniuerſa pecora. Non mutant naturam ſuam. Omnia ſtant in ordine ſuo,abſq; ſolo homine,cui omnia ſubiecta ſunt. Serpentes & volucres pennatę: Neque ea quæ in cœlo ſunt,ad terram veniunt:ſed ibi deo ſeruiunt. Dicat aliquis,ſecundum hiſtoriam loqueris: non dicis Allegoricè. Si ſecundum hiſtoriã dicis:quare primùm abyſſi,& nix,& grãdo,deinde ligna fructifera, & cætera irrationabilia laudant deum:& ad extremum,homo? Legamus Geneſim,& ſecundũ ordinem natiuitatis,& creaturam,ita videbimus cuncta laudare. Ibi enim ſcriptum eſt,primùm eas animãtes factas eſſe, quæ in aqua ſunt:deinde ea facta quę in terra ſunt:deinde facta volatilia,& poſtea hominem vnum fecit. Igitur ſicut primum factum eſt:ſic laudat dominum. Sed alius ſenſus eſt: O homo,vniuerſa iſta quæ dixi,cuius cauſa facta ſunt? Beſtiæ, ſerpentes,ligna fructifera,volucres pennatæ:hæc vniuerſa in eo laudant deum:quia nõ mutant naturam ſuam. Reges terræ,& omnes populi,principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines,ſenes cum iunioribus laudẽt nomen domini,quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. Omnis ętas,omnis ſexus,omnis q; poteſtas illum laudet: cui pater euacuatis poteſtatibus,dedit nomen excelſum:nec quiſquam ſibi quo vtitur,reuocet,ſed ei de quo & ſequitur: c Confeſſio eius ſuper cœlum & terram.) Quia iuxta Apoſtolum:omnia ei confitentur: non ſolum cœleſtia ac terrena,verumetiam & inferna. d Et exaltauit cornu ppli ſui.) Eccleſiaſtici vtiq;. e Hymnus omnibus ſanctis eius,filijs Iſraël populo appropinquãti ſibi.) His deputatur cœleſtis hymnus, qui in eo ſancti effecti ſunt: qui eum mente conſpiciunt: qui eius fidei appropinquant,quos ab eo peruerſitas iniqua non ſeparat: qui nos dignetur tradere in regnum deo patri,& conformes efficere claritati corporis ſui: vt iam non ei locali & tranſitorio cantu,ſed perpetuo,& immobili cœleſtis ſtationis hymno, iugi modulatione canamus: quia ipſi eſt cum æterno patre & ſpiritu ſancto honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Philip.2.b

Pſalmus CXLIX.

Iſte pſalmus lectus eſt,qui habet in principio:

f Cantate domino cantícum nouum.) Quia & nonageſimusquintus pſalmus,& nonageſimusſeptimus,eadem habẽt principia. Nonageſimusquintus pſalmus hoc titulo prænotatur: Pſalmus Dauid,quando domus ædificabatur poſt captiuitatẽ: id eſt,poſt pœnitentiam,domus Chriſti ædificatur. Quoniam igitur dixit primò: Cãtate domino canticum nouum:& nouus populus cantat canticũ nouum,& benedixit: nos ad reliqua curramus. g Lætetur Iſraël in eo qui fecit ipſum.) Ille lętetur,qui ſenſu videt deũ. Iſraël enim hìc interpretatur,ſenſu videns deum. h Et filij Siõ exultent in rege ſuo.) Filij eccleſiæ,filij noui populi, exultent in rege ſuo, in Chriſto, qui regnat in eis. Videtis quomodo leuiter ſumma quæq; perſtringimus. i Laudent nomen eius in choro.) Vbicunq; chorus eſt,ibi diuerſæ voces in vnum canticum congeruntur. Quomodo enim diuerſæ chordæ,vnam vocẽ efficiunt cantici: ſic & diuerſæ voces: hoc eſt,cùm ſimul fuerint congregatæ,chorum domini efficiunt. Laudent nomen eius in choro. Vbi diſſenſio eſt,vbi inuidia,ibi chorus non eſt. k Laudẽt nomẽ eius in choro:in tympano & pſalterio pſallant ei.) Chorus iſte cãticum habet: & tympanum, & pſalterium habet. Crucifigamus corpora noſtra Chriſto,& tali tympano canam⁹ deo. In tympano & pſalterio pſallant ei. Tympanum non habet carnem, ſed pellem. Et nos quandiu carnei ſumus,non ſumus tympanum. Tympanum non eſt,niſi quod non habeat carnes: niſi quod tenditur. Tympanum non poteſt eſſe contractum, ſed extenſum. Et nos peccata non contrahant, ſed iuſtitia dilatet. Ad reliqua percurramus. In tympano,& pſalterio pſallant ei. Quod in choro dicimus,hoc dicamus in pſalterio. Pſalterium propriè genus organi eſt muſici, quod eſt quaſi cithara. Similitudinem habet citharę,ſed non eſt cithara. Inter pſalteriũ & citharã,hoc intereſt: Cithara deorſum percutitur: cæterùm pſalterium ſurſum percutitur: quod verbo vulgari dicitur polyphtongum. Hoc eſt ergo pſalteriũ. Hic ergo præcipitur nobis,vt in cantico nouo canamus deo: non deorſum de cithara, ſed deſurſum; hoc eſt, in pſalterio. Pſalteriũ. Cithara.

Quia bene-

G a ¶Quia beneplacitum est domino in populo suo:& exal-
Matt.5.a. tauit mansuetos in salutem.) Beati mites:quoniam ipsi possi-
debunt terram. Si ergo ibi dicitur,beati mites:hoc est,man-
sueti:quoniam possidebuut terram :& hic dicitur , exaltauit
mansuetos in salutē:& isti mansueti hæreditate possidebunt
terram:ergo ista terra nō est deor-
sum , sed desursum est. Quid
enim dicit ? Exaltauit mansuetos
in salutem. Si enim mansueti istā
terram possiderēt,quæ deorsum
est:nō diceret,exaltauit. b ¶Ex-
ultabunt sancti in gloria.)In qua
gloria?exurge gloria mea:exur-
ge psalterium & cithara:exurgā
Ioan.7.f. diluculò. In qua gloria?Necdum
enim erat spiritus datus:quia Ie-
sus necdū erat glorificatus : hoc
est,nō erat crucifixus. Exultabūt
sancti in gloria. Hoc ergo dico :
Galat.6.d exultabunt sancti in cruce. Mihi
autem absit gloriari,nisi in cruce
domini nostri Iesu Christi. Ecce
voce Apostoli prophetia cōpleta
est. c ¶Lætentur in cubilibus
H suis.)Lauabo per singulas noctes
lectū meū,lachrymis meis stratū
meū rigabo. Illud peccatoris est :
illud pœnitentis est. Hoc verò
quod dicitur , lætabuntur in cubilibus suis:ad sanctos pertí-
net,ad iustos pertinet. Quis de nobis in cubili suo lætatur ?
Quis non pugnat cum carne sua? Ego cùm è lectulo meo vi-
gilauero,non lætor,sed pugno:non regnū cœlorum suspiro,
sed cū carne pugno. Incendium carnis rigo lachrymis,& ex-
Psal.6.b. tinguo. Propterea dicitur : Lauabo per singulas noctes lectū
meum : lachrymis meis stratū meum rigabo. Lectulus meus
qui ardet libidine,extinguitur lachrymis. Fœlices isti,de qui-
bus dicitur: Lætabuntur in cubilibus suis. d ¶Exultatio-
nes dei in gutture eorum .) Vtique qui clamat:non in gut-
ture clamat , sed in labijs. Et quomodo dicit , Exultationes
Rom.8.c. dei in gutture eorum ? Clamantes in cordibus nostris,ab-
ba pater: Vox quæ clamat ad deum:nō est labiorum,sed cor-
Exod.14. dis est. Denique dicit dominus ad Moysen : Quid clamas ad
d. me?Certe Moyses nihil dixerat. e ¶Et gladij ancipites in
manibus eorum.)Istud,qui exultant in cubilibus suis:de san-
ctis dicitur : de perfectis viris dicitur:quid habent aliud ? Et
gladios ancipites in manibus suis. Gladij sanctorum ancipi-
tes sunt. Legimus in Apocalypsi Ioannis,quæ in ecclesijs le-
I gitur,& recipitur. Neque enim inter apocryphas scripturas
Apoc.1.d. habetur,sed inter ecclesiasticas. Dicitur ergo ibi de domino
saluatore:Et gladius,inquit,exutraque parte acutus egredie-
batur de ore ei⁹. Vides ergo quòd isti sancti gladios istos
ancipites,quos habent in manibus,de ore domini susceperunt ?
Dominus ergo gladios de ore suo donat sanctis suis. Gladiū
ancipitem:hoc est,sermonem doctrinę suæ. Gladium ancipi-
tem,& secundum historiam,& secundum allegoriam,& se-
cundum literam,& secundum spiritum. Gladius iste anceps,
duo capita habet : & de præsenti seculo loquitur,& de futu-
ro. Et hic occidit aduersarios,& in cœlo aperit regna cœlo-
rum. Gladios istos quare habent sancti? f ¶Ad faciendam
vindictam , inquit,in nationibus.) O si & ego gladium istum
ancipitem habere possem,vt vindictam facere possem in na-
tionibus:gentes possem interficere: Arium possem: Eunomiū
possem: Manichæū possem:vniuersas hæreses possem. Et vi-
dete quid dicat : Ad faciendam vindictam in nationibus. Vt
occidantur,& pereant?Non hoc dicit. g ¶Increpationes
in populis.) Increpat,vt saluentur populi. Saluentur,qui in-
ducti sunt à malis magistris. Nō autem possunt populi libe-
rari,nisi magistri obligati fuerint. Vnde sequitur: h ¶Ad
alligandos reges eorum in compedibus.) Vis populum libe-
rare?magistros liga. Ad alligandos reges. Non vocauit ma-
gistros,sed reges. Regnant enim in peccatis , & miserijs eo-
rum. Ad alligandos reges eorum in compedibus: Bene dixit,

a rio psallāt ei. Quiā beneplacitum est do-
mino in populo suo:& exaltauit mansue-
b tos in salutem. Exultabūt sancti in glo-
c ria : lætabūntur in cubilibus suis. Exul-
d tationes dei in gutture eorū:& glādij an-
e cipites in manib⁹ eorum. Ad faciendam
f vindictam in nationibus ; increpationes
g in populis. Ad alligādos reges eorum in
h cōpedibus , & nobiles eorum in manicis
i ferreis. Vt faciant in eis iudicium cōscri-
k ptū:gloria hæc est omnibus sanctis eius.
l Hallelūia. Psalmus CL.
m
n Laudate dominum in sanctis eius :
n laudate eum in firmamento virtu-
p tis eius. Laudate eum in virtutibus
q eius:laudate eū secūdū multitudinē ma-
r gnitudinis eius. Laudate eū in sono tubę:
s laudate eum in psalterio & cithara. Lau-
t u date eum in tympano & choro : laudate
eum in

in compedibus:ne magistri multum currerēt:ne multos de- K
ciperent:sed colligentur,& stent. i ¶Et nobiles eorum in
manicis ferreis.)Nobiles eorum videas inter hæreticos dice-
re,Iste vir doctus est :ille signa facit:iste dęmones ejcit. San-
cti domini : quia habent gladios ancipites:hoc est , duorum
capitum : & de veteri,& de nouo testamento , ligant illos magi-
stros : & præpediunt pedes ipso-
rum , ne possint currere. Et no-
biles eorum in manicis ferreis.
Ligant,non occîdunt:non inter-
ficiunt,sed ligant. Vinciunt ma-
nus,& captiuos ducunt ad eccle-
siam vinculis ferreis. Catenæ istę
nō fiunt,nisi de testimonijs scri-
pturarum:dum testimonium iū-
go testimonio. Si vis vt nō rum-
pantur istæ catenæ:non sint sim-
plices,sed hincinde contexte:Fu- Psal.138.a
niculus enim triplex non rum-
pitur. Hoc autem totum quare
fit? k ¶Vt faciant in eis iudi-
cium conscriptum.) Quid est
iudiciū cōscriptum ? Vt qui pri-
mùm negauerāt deum,reuertan- L
tur postea ad pœnitentiam . Iu-
dicium conscriptum,vt captiuos
suos soluant:vt quos ligauerant,
& quos ab ecclesia duxerāt,i ecclesia postea dissoluāt. Vt fa-
ciāt i eis iudiciū cōscriptū. Verbis simpliciorib⁹ loquor:hoc
est,vt sic eos iudicent,quomodo in scripturis sanctis digestū
est. l ¶Gloria hæc est omnibus sanctis eius.) Verè non
gloria est,vbi est aurum:vbi est argētum:vbi gemmæ:vbi ve-
stimēta sunt serica. Quicunque habet istos gladios,quid ha-
bet aliud necessarium? Vide quid dicit:Gloria hæc est omni-
bus sanctis eius. Rogemus deum,vt hanc habeamus gloriam:
vt gladius de ore nostri saluatoris egrediens , armet nostras
manus. Qui hanc romphæam habet,seculi gladium non ti-
met. Rem vobis dico nouam:Frequenter gladius istius secu-
li concedit illum gladium. Frequenter euenit,vt seculi gla-
dius donet nobis illum gladium. Si enim istum timuerimus,
illum nō accipiemus. Gratias igitur agamus ei qui habet istū
gladium:& benedicamus eum in secula seculorum. Amen.
m ¶Halleluia.) Iste psalmus tertij quinquagenarij conti-
net sacramētum:id est,quòd primus per baptismum & pœ-
nitentiam ad innocentiæ nos regenerat bonum : secundus,
post iudicium fructum innocentiæ comprehendit : tertius,
expleta diuinæ ciuitatis ædificatione:& consummata omniū
sanctorum spe,ad æternam gratulationem laudationémque M
nos exhortatur. Ait enim:

Psalmus CL.

n Laudate dominum in sanctis eius.) Qui eos post cele-
bratum iudicium , in æternitatis gloria collocabit.
o ¶Laudate eum in firmamento virtutis eius.) Eo
quòd omni infirmitate sublata , firmamentum his æternæ
virtutis inuexerit. p ¶Laudate eum in virtutibus eius .)
Pro eo quòd mortem immortalitate potentialiter consu-
mens , incommutabilis vitæ eis tribuerit gloriam : quam 1.Cor.2.c.
nec oculus vidit , nec auris audiuit , nec in cor hominis ascē-
dit. q ¶Laudate eum secundum multitudinem magni-
tudinis eius.) Quia multiphario honore distinctas cœ-
lestium corporum deputat mansiones : sicut dominus ait : Ioan.14.a
Apud patrem meum multæ mansiones sunt. r ¶Lau-
date eum in sono tubæ .) In quo bello occisi vicerunt:con-
terente domino satanam sub pedibus eorum. s ¶Lau- Rom.16.c
date eum in psalterio & cithara .) Eo quòd eis vel de cœ-
lo canticum legis implere præstiterit : vel post mortifica-
tam carnem , quæ cithara accipitur , in se viuificauerit.
t ¶Laudate eum in tympano & choro.)In tympano, quòd
mortificatum corpus sit immortalitate donatum. In cho-
ro,quòd choris sit angelicis sociatum. u ¶Laudate eum
in chordis & organo .) Quòd per ciborum abstinentiam

retortis-

A retortis viſceribus, concupiſcentijſq; euictis carnalibus, digni inuenti ſunt regno dei, ad concinendas diuinas laudes.
a ¶Laudate eum in cymbalis bene ſonantibus:laudate eum in cymbalis bene tinnientibus.)Impletur hęc laus in cymbalis bene ſonantibus exultantibusq;,eo quòd corruptione carnis ſanguiniſq; depulſa, conformati ad imaginem creatoris,omni plenitudine ſpei completa: ſicut ſol reſplendeant in regno dei patris omnipotẽtis. b ¶Omnis ſpiritus laudet dominum.)In hoc ergo regno non caro,nõ ſanguis,nõ corruptio,ſed homo iam ſpiritualis totus effectus,deum in ſpiritu (qui ſpiritus eſt) laudare nõ deſinat. Qui nobis præſtare dignetur:vt in hoc ſeculo factores legis effecti: in huius vitæ agone probati,& fideles inuẽti,ſpiritualibus ditati fructibus,his mereamur adiungi cõcinẽtibus. Ipſi gloria & imperium cum æterno patre & ſpirituſancto,& in cuncta ſecula ſeculorum. Amen.

a eum in chordis & organo. Laudatẽ eum in cymbalis bene ſonãtibus:laudate eum
b in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Pſalmus CXIX.

c AD dominũm cùm tribularer clamaui:

¶Secunda expoſitio ſuper pſalmum centeſimum decimumnonum.

B VEniamus ad pſalmum,qui poſt cẽteſimum decimũ octauum pſalmum lectus eſt. Centeſimus decimus octauus pſalmus(vt frequenter diximus) literatus eſt:hoc eſt,alphabetites eſt: Ab aleph enim incipit vſq; ad extremam literã Hebræam:quæ Hebraicè dicitur Tau. Et ſinguli verſus,à ſingulis literis incipiunt. Vigintiduæ ſunt literę Hebraicę,& octoni verſus à ſingulis literis incipiũt. Verbi cauſa:ab a litera quæ dicitur aleph,octo verſus incipiunt. Rurſum cùm illi finiti fuerint:à ſecunda litera quæ dicitur beth,alij octo verſus incipiunt. Et in tertio illis finitis,ab altera quæ vocatur gimel,alij octo verſus incipiunt. Ergo centeſimus decimus octauus pſalmus alphabetites eſt. Si volum⁹ legere epiſtolam,non poſſumus legere,niſi prius ſciamus literas. Sic igitur,& nos non poſſumus ſcripturas cognoſcere, niſi primùm alphabetum nouerimus. Centeſimus ergo decimus octauus pſalmus alphabetites moralis eſt:& inſtruit vitam noſtram. Et quia nunc non eſt tẽporis de vniuerſo pſalmo dicere:dicamus nunc de primo graduum pſalmo,qui ſic incipit: Pſalmus CXIX.

c AD dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.)Propterea autem vocãtur graduum pſalmi,vt frequenter diximus:quoniam gradibus quibuſdam ad maiora conſcendimus. Nunc nõ eſt temporis de omnibus pſalmis graduum diſputare,& dicere: quomodo per ſingulos pſalmos gradus fiant,vt ad ſumma veniamus. Interim dicamus nunc de primo gradu,relinquentes myſterium quare
C decimusquintus gradus dicatur:eandem enim rem frequen-
Gal.1.d. ter dicere,tædium eſt audientibus. Vnde & Apoſtolus quindecim dies ſe teſtatur feciſſe apud Petrum in Hieroſolyma: vt conferret vtrũq; teſtamẽtum,& ſeptenarium,& octonarium. Multa ſunt quæ dicantur. Ad dominum cùm tribularer clamaui:& exaudiuit me. Quicunque adhuc in imo gradu eſt,reſpicit altiſſimum gradum decimumquintum. Quicunque in quintodecimo fuerit,iam iuxta templũ eſt:& iſtud templum,cuius nũc ruinas videmus,offendit dominum ſuũ.
Ioan.14.d Et quid dixit dominus? Surgite abeamus hinc. Et quid dicit
Luc.13.g. in alio loco?Relinquetur vobis dom⁹ veſtra deſerta. Dominus egreſſus eſt,& templum corruit. Hoc igitur templum in circuitu quindecim gradus habet. Signa aliqua videmus:numerate:& videbitis ita eſſe vt dicim⁹. Leuitæ igitur,& ſacerdotes,vnuſquiſque ſecũdum ordinẽ ſtabat in gradibus. Verbi cauſa:Qui pontifex erat,ſtabat in primo gradu,hoc eſt,in quintodecimo gradu ſurſum. In ſecundo verò gradu ſtabant ſacerdotes,& in ipſis ſacerdotibus erat diuerſitas. In tertio rurſum minores ſtabant. In quarto rurſum ſtabant leuitæ: Et inter leuitas erat multa diuerſitas:quicunque erat extremus,ille in nouiſſimo gradu erat. Conſiderate quoniam ter-
1.Cor.15.e renum hoc templum,cœleſtis templi figura eſt: Stella enim à ſtella differt in claritate:ita & reſurrectio mortuorũ. Fœlix qui in quintodecimo gradu in cœleſti Hieruſalem, & in templo eſſe meruerit. Tamen quia illud grande eſt,& illud D
puto eſſe apoſtolorum,martyrumq; ſanctorum:nos oremus, vt ſaltem in vltimo gradu templi domini eſſe mereamur. In diuerſis quidem ſtant gradibus:ſed vnum pſalmum in laudes domini canunt. Diuerſa loca ſunt:ſed vna laus domini. Hoc quod diximus de cœleſti Hieruſalem,nunc interim in iſto ſeculo conſtituti,puto diebus omnibus exerceri. Alius noſtrum in primo gradu eſt, nõ deſperet ſecũdum:qui in ſecundo gradu eſt, nõ deſperet tertiũ. Fœlices martyres,quorum multi de nouiſſimo gradu, in primum gradum aſcendere meruerunt. Qui viuit in iſto ſeculo,non poteſt ſtatim de primo ad ſummum conſcẽdere. Non debemus igitur cõtenti eſſe primo gradu,ſemper debem⁹ ad maiora conari. Nec qui in nouiſſimo eſt,deſperet primum:nec qui in primo eſt,debet eſſe ſecurus:poteſt enim cadere in vltimum. Ego puto illud eſſe quod ſignificat
etiam Iacob ſcala:quando fugit Iacob Eſau fratrem ſuum. Et Gen.28.c.
venit,inquit,in Bethel,& dormiuit ibi,& poſuit lapidem ad caput ſuum. Videte ἀσκητὴν noſtrum,fugiebat hominẽ crudeliſſimum:fugiebat fratrem,& auxilium inuenit in lapide. E
Lapis ille Chriſtus eſt: lapis hic his qui perſecutionem patiuntur,auxilium eſt. Cęterùm Iudæis incredulis,lapis offen- 1.Pet.2.b.
ſionis,& petra ſcandali. Et vidit,inquit,ibi Iacob ſcalam erectam de terra vſque ad cœlum:& in cœlo,inquit dominum. Et vidit,inquit,angelos aſcendentes,& deſcendentes. Videte quid dicat: Vidit angelos conſcendentes: Vidit Paulum conſcendentem. Vidit angelos deſcendẽtes:Iudas proditor corruebat. Vidit angelos aſcendentes:ſanctos homines de terra ad cœlum pergentes. Vidit angelos deſcendentes: diabolum & dæmones cum exercitu ſuo de cœlo præcipitatos. Grandis eſt difficultas de terris ad cœleſtia conſcendere. Facilius ruimus,quàm conſcendimus: facilè ruimus in aſcendendo: grandis labor eſt:grandis ſudor eſt. Si fuero in primo gradu, quantum mihi reſtat vſque ad cœlum? Si fuero in ſecundo,ſi in tertio,ſi in quarto,ſi in decimo,quid mihi prodeſt niſi ad ſummum peruenero?Fac mihi iſtam ſcalam quindecim habere gradus:veni vſque ad quartumdecimum,niſi quintumdecimum tenuero:quid mihi prodeſt quòd ad quartumdecimum veni?Et ſi ad quintumdecimum venero & corruero, maior aſcenſus,maior ruina eſt. Simulq; conſidera ſacramẽtum:quia grandis labor eſt,& grãdis ſudor,de terris ad cœlum conſcendere. Vultis ſcire qui ſunt iſti gradus? Qui eſt prim⁹ gradus? Ego puto primum gradum eſſe ieiunium:adhuc enim iuxta terram eſt:recedimus de terra,cõſcendimus: tamen adhuc de terrenis,& corporalibus cogitamus. Dicat F
aliquis:quid mihi prodeſt ieiuniũ: ego quæro,vt anima mea pura ſit apud dominum: quanti non ieiunant,& ſancti ſunt? Ego non hoc dico. Si Paulus apoſtolus caſtigabat corpus 1.Cor.9.d
ſuum,& ſeruituti ſubijciebat:ne alijs prædicans,ipſe reprobus inueniretur. Si dicit:video autem aliam legem reſiſtentẽ legi mentis meæ:& ducentem me in captiuitatem. Et poſtea dicit:Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Si ille inſidias corporis timet,nos ſecuri ſumus?Si ille dicit:Quando infirmor,tunc fortior ſum:infirmitas corporis,ſanitas animæ eſt. Hoc totum quare dico? Quia abſtinentia primus gradus eſt,& non ſtatim putemus quòd ſi ieiunauerimus, conſcendamus ad regna cœlorum. Ieiunia nos non ducunt ad regna cœlorum:ſed ſine ieiunijs, non conſcendimus ad regna cœlorum. Sola non proſunt,cum alijs proſunt. Hoc totum quare dixi? Quia quaſi fundamentum eſt:& aſcendentibus ad maiora. Secũdus verò gradus eſt:ſeculo renũciare:nihil de ſeculo quærere:terrena cõtemnere. Aliquis dicat:Et hoc facere ſecundus eſt? Ego dico ſecundum. Nihil eſt terrena dimittere:vitia animæ dimittere,grande eſt. Si enim ieiunauero,hoc eſt, ſi fuero in primo gradu:ſi dimiſero poſſeſſiones meas,hoc eſt,ſi fuero in ſecũdo gradu:quid mihi prodeſt ſi rixoſus ſum:ſi iracũdus ſum: ſi detractor ſum:ſi inuidus ſum? Nihil grande eſt terrena dimittere:

G mittere:maiora ſunt vitia,quæ dimittẽda ſunt. Sed dicat aliquis,difficile eſt:grande eſt:durũ eſt. Et ideo grande eſt:quia difficile eſt: Athleta non coronatur,niſi legitimè certauerit. Nulli faciat deſperationem:arduus aſcenſus eſt,difficilis eſt: deſperatio naſcitur. Noli deſperare ô homo:in quintodecimo gradu dominus ſuprà eſt:intuetur te:dat auxilium. Si in primo gradu es,& videt tibi grande eſſe ſpaciũ inter primũ,& quintumdecimũ: noli reſpicere gradum, ſed cœlum aſpice. Et vide quid dicat:non dixit: Vidi dominũ ſtãtem in quintodecimo gradu: nos enim ad ſtantem,& erectum dominum peruenire nõ
Gen.28.c. poteramus. Sed vide quid dicat: Vidi dominum innitentẽ ſuper ſcalam. Vide quid dicat de eo qui ſtabat:incuruauit ſe,& humiliauit ſe:vt nos poſſemus aſcendere. Dominus incuruus eſt propter te: humiliauit ſe:ſecurus aſcende. Iſte igitur,qui nunc in primo gradu eſt:nõ eſt in tribulatione:iam enim receſſit de tribulatione:iam in primo gradu poſuit pedem. Nõ enim dicit:nũc tribulor:nunc clamo:ſed quia in primo gradu eſt:refert quid paſſus eſt. Et quid dicit? Ad dominũ cùm tribularer clamaui:& exaudiuit me. Antequã in primo gradu pedem ponerem,tribulabar:quia nõ poteram terrena di-
H mittere. Ad dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me. Videtur iſte verſiculus nihil habere intrinſecus. Verſiculus paruus eſt:ſed tres ſenſus habet in ſe pariter conglutinatos. Quid enim dicit? Cùm tribularer,ecce vnũ: clamaui, & poſt clamorem quid?& audiuit me. In vno verſu prior tribulatio,clamatio,exauditio. Non dixit: Quando ſecurus erã, quando lætus eram,clamaui: ſed quando tribulabar,clamaui. Petitis,inquit,& non exaudimini: quia negligenter petitis. Ad dominum cùm tribularer,clamaui,& exaudiuit me. Quid me exaudiuit? Fecit me ſtare in primo gradu: verũ ad comparationem quintidecimi gradus,quid eſt eſſe in primo gradu? Dimiſi terrena,necdum ad alta conſcendi: ergo non debeo eſſe ſecurus:in cæteris gradibus debeo auxiliũ dei poſtulare. a ¶ Domine libera animam meam à labijs iniquis & à lingua doloſa.) Dicit hoc de omnibus hæreſibus. Dicit de Iudæis:dicit de Arianis:dicit de Manichæis:dicit de cęteris hæreſibus. Quando dicit Arianus,pater maior,filius minor:quid dicemus nos? Domine libera animã meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa. Quãdo dicit Manichæus,& ſimilis Manichæorum,dominus non reſurrexit in corporis veri-
Ioan.20.f. tate: & vt ſcias non fuiſſe verum corpus,clauſis ingreſſus eſt oſtijs:nos quid dicemus? Domine libera animam meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa. Maiora vulnera ſunt linguæ, quàm gladij. Gladius interficit corpus,animam non interfi-
I cit. Lingua animam interficit: lingua mala res eſt,malũ magnum: modicum quidem membrum: ſed magna exulcerat.
Iacob.3. Quanta mala habeat lingua,legite epiſtolam ſancti Iacobi. Lingua nihil medium habet:aut grande malum eſt,aut grãde bonum. Grande bonũ,ſi Chriſtum deum confitetur. Grãde malum,ſi Chriſtum deum negat. Ergo ne putet aliquis & dicat interim,opere non peccaui: ſi peccaui,lingua peccaui. Quod eſt maius peccatum,quàm blaſphemia in deum?& tamen lingua peccat. Diabolus cur de cœlo cecidit:quia furtũ fecit?quia homicidium fecit?quia adulterium commiſit? Et
Eſa.14.a. hæc quidem mala ſunt:ſed diabolus nõ propter hoc cecidit, ſed propter linguam ſuam cecidit. Quid enim dixit? In cœlum aſcendam,ſuper ſydera cœli ponam thronum meum:& ero ſimilis altiſſimo. Nõ ergo putent monachi ſe debere eſſe ſecuros,& dicant interim: Grandia crimina non facimus in monaſterio:non adulteror:non furtum facio: non homicidium facio:non parricidium facio:& cætera quæ grandia vitia ſunt. Grande ſcelus eſt,quando detraho fratri meo: lin-
1.Ioan.3.c gua mea fratrem interficio. Qui enim odit fratrem ſuum,
Prou.18.d homicida eſt. Videte quid dicat Salomon: In manu linguæ, mors & vita. Videte quid dicat:In manu linguæ. Vides quãtum malum ſit lingua:& manum habet. Quid enim dicit? In manu linguæ. Grande vitium eſt detrahere fratribus:tacere non poſſe:circuire cellas: alijs detrahere. Ego peccator ſum:

a maui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lin-
b gua doloſa. Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi:ad linguam doloſam? Sagit-
c tæ põtentis acutæ:cum carbonibus deſolatorijs.

Iſte peccator eſt: quid ad te? Teipſum conſidera ne cadas. K
Quid in alterius ruina exultas? Nunquid ſi ego cecidero,tu ſtabis? Licèt ruina mea ſit:ruina fratris,timor tuus eſſe debet:non exultatio. Ille cecidit:lætaris,an triſtis es? Reſponde mihi: Frater cecidit: aut lætus es,aut triſtis? Si lætus es,vt quid in alterius ruina lætus es? Si autẽ triſtis es,quid circuis, quid alijs narras? triſtitiam tuam deus videat,& ipſe frater ſentiat,non fratrum aures audiant. Domine libera animã meã à labijs iniquis, & à lingua doloſa. b ¶ Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi,ad linguam doloſam?) Spirituſſanctus reſpõdet prophetæ dicenti: Domine libera animam meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa: quid detur tibi,aut quid apponatur tibi, ad linguam doloſam? Reſpondet ei,& dicit,tu qui dicis:domine libera animam meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa:quid tibi vis dari? Et poſtquam datũ tibi fuerit,quid tibi rurſum apponi vis ad linguam doloſam? Videte quid dicat: Non dixit,contra linguam doloſam:ſed,ad linguam doloſam. Si dixiſſet,contra linguam doloſam: videretur de aduerſario dicere. Videte quid ſit ſacramentum prophetæ: imò ſancti in primo gradu conſtituti. Dico ſimplicius,propter ſimpliciores. Quid dicit? Domine libera animam meam à labijs ini- L
quis,& à lingua doloſa. Verbi cauſa,à labijs aduerſarij mei, qui mihi detrahit. Sed dominus aliud reſpondet: Et quid dixit? Non dixit,quid detur tibi,aut quid apponatur tibi,contra linguã doloſam:hoc eſt,non dixit,quid deſideras tibi fieri contra aduerſarium tuum. Sed quid dixit? Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi,ad linguam doloſam? Non dixit, contra linguam: ſed,ad linguam. Videte quid dicat,ad linguã doloſam:ad tuam linguam,non aduerſarij. Si enim aduerſarius tibi detrahit,nihil tibi nocet:tu te interficis ſi alij detrahas. Verbi gratia: Si detrahat mihi frater,mihi quid nocuit? Si dicat me homicidam,ſi dicat me adulterum,ſi ſceleratum, ſi mendacem,mihi quid nocuit? E duobus enim vnum eſt:aut verum dicit,aut mentitur. Si verum dicit,non mihi illud nocet quod ille dixit:ſed quia verè ego feci. Si autem mentitur, mendacium ipſius non mihi nocet:ſed interficit animam loquentem. Infœlices ſumus:miſeri ſumus. Quando aliquem habemus inimicum: dum putamus quòd contra ipſum facimus,contra nos facimus. Detrahimus illi:huc illuc̃q; circuimus:omnibus dicimus de eo: putamus quòd illi noceamus? Illi non nocemus,ſed noſtras interficimus animas quòd mẽtimur. Os enim quod mentitur,occidit animam. Quid detur Sap.1.c.
tibi,aut quid apponatur tibi,ad linguam doloſam? Quaſi bonus medicus,qui dicit: ad hanc infirmitatem,ad hoc vulnus, quid tibi vis imponi: quod tibi vis emplaſtrũ imponi? Quo- M
modo ſi dicat aliquis ad vulneratum aliquem: quid detur tibi,aut quid apponatur tibi,ad vulnus quo doles? Interrogat dominus: non quòd ignoret,ſed quòd iſte qui rogabat,ſciat quomodo rogare debeat. c ¶ Sagittæ potentis acutæ,cum carbonibus deſolatorijs.) Sagittæ potentis acutæ: Nunc reſpondet ad dominũ,quid petat. Quia dixerat dominus: quid detur tibi,aut quid apponatur tibi? Nunc iſte dicit,quid petat: Domine hoc peto: ſagittas potentis acutas,cum carbonibus deſolatorijs. Videte quid dicat. Venenum linguæ meę,& detractionem meam,nulla res poteſt foras proijcere:niſi ſagittæ tuæ,quæ ſolitudinem faciunt linguæ meæ. Lingua mea tumet: venenum habet intrinſecus: niſi ſagittis tuis compuncta fuerit,& percuſſa: venenum nõ egreditur. Debemus exẽplum dare: ſi quando in corpore vulnus eſt,& in ipſo vulnere iam putridæ carnes ſunt,& cancer eſt,& fuerit pus intrinſecus: niſi apertum fuerit,nõ egreditur pus. Et ſi egreſſum fuerit pus: niſi cauteriatum fuerit,rurſum renaſcitur pus. Vide igitur quid dicat: Quia tumet lingua mea,& pus habet: & venenum habet: primùm ſagittis tuis vulnera,vt pus poſſit exire: deinde carbones tuos,& ignem pone: vt quicquid malum fuerit,excoquat & deſertum faciat. Vide igitur,quid dicat: Sagittæ potẽtis acutę,cum carbonibus deſolatorijs. Vtinam detur nobis iſte carbo deſolatorius. Vtinam & nos dicamus:

a latorijs. Heu mihi quia incolatus meus prolõgat⁹ est, habitaui cum habitãtibus
b Cedar: multũ incolá fuit anima mea. Cũ
c his qui oderunt pacem, erã pacificus: cùm
d loquebar illis, impugnabant me gratis.

Luc.24.e camus: Nonne cor nostrum erat ardens in via, cùm aperiret A nobis Iesus scripturas? Dicit & Esaias ad Babylonem: Habes
Esa. 47.b carbones ignis, sedebis super eos: hi erũt tibi in adiutorium. Et apostoli antequam acciperent spiritum sanctum, habebant in lingua sua adhuc aliquos tumores humanos: propterea spi
Acto. 2.a. ritus sanctus descendit in specie ignis in linguas eorum: vt quicquid puris habebant, spiritus sanctus decoqueret. Dicamus & aliud exemplum: Esaias cùm vidisset dominum sedentem super thronum excelsum & eleuatum,
Esa.6.b. quid dicit? Væ mihi misero, quia compunctus sum: quia labia immũda habeo, & in medio populi immunda labia habentis, ego sedeo. Vide, quid dicit? Væ mihi misero: quia immunda labia habeo. Et postea quid dicitur? Quoniam labia habebat immunda, propterea mittitur vnus de Seraphim, & tollit carbonem ignis de altari, & tangit labia ipsius & linguam, & purgat eam. Et quid dicit? Ecce hoc tetigi labia tua: & mũdaui linguam tuam. Et statim quid dicit? Quem mittam ad populum istum, & quis ibit? O mysteria scripturarum: quandiu habebat linguã dolosam, & labia immunda: non ei dicitur, quem mittam, & quis ibit? mũdantur labia ipsius, & statim mittitur ad loquendum. Ergo
B qui labia immunda habet, non potest prophetare: non potest mitti in obsequium dei. Cum carbonibus desolatorijs. Vtinã præstetur nobis & ista solitudo: vt quodcunque malum est, tollat de lingua nostra: vt vbi spinæ sunt, vbi vepres sunt, vbi vrticæ sunt: mittatur ignis domini: & vniuersa exurat, & fiat solitudo Christi. a ¶ Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.) Hoc sanctus dicit, qui corpus nõ desiderat: qui terram non quærit: qui cœlum cupit. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quando ægrotamus: quando febricitamus: quando suspicamur nos mori: quando iactamus brachia: quando timemus: quando commeatum petimus: istũ versiculum non possumus dicere. Iste sanus erat: non ęgrotabat: & quid dicebat? Heu mihi quia incolatus meus prolon-
2.Cor.5.b gatus est. Quandiu enim sumus in tabernaculo corporis huius, peregrinamur à domino. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Incolatus meus: Nõ dixit, habitatio mea, sed incolatus meus: in seculo enim præsenti non habemus habi-
1.Pet.2.b. tationẽ, sed peregrinationẽ. Vnde & Apostolus dicit: Quasi aduenæ & peregrini. Aduena ego sum, & peregrin⁹. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Quod dicit, hoc est: Infœlix ego, quãdiu sum in isto corpore. Quis nostrum hoc potest dicere? Si octogenarij fuerimus, timemus mori: & si centenarij sumus, & ægrotamus, tamen commeatum & spacium postulamus. Hoc totum quare facimus? Quia peccato-
C rum nos conscientia remordet. Scimus enim: quia si recedamus de corpore, nõ imus ad Christum, sed ad gehennã. Apo-
Philip. 1.c stolus quid dicit? Cupio dissolui, & esse cum Christo. Da mihi securitatem: quia post mortem futurus sum cum Christo, etiam nunc mori cupio. Ergo iste quia sanctus est, propterea dicit: Heu mihi quia incolat⁹ me⁹ prolõgatus est. b ¶ Ha-
Cedar bitaui cum habitantibus Cedar.) Cedar in lingua nostra interpretatur, tenebræ. Vide ergo quid dicat: In quo loco sumus: in quali mundo sumus? Habitaui cum habitantibus Cedar. Diu fui in tenebris: diu vixi in tenebris: diu fui in corpore mortis huius. c ¶ Multum incola fuit anima mea.) Vide sanctus quid dicat: Et si decem annos vixi, multum incola fuit anima mea. Quæ enim beatitudo est, ad comparationem cœlestium, esse in terrenis? Multa sunt quæ dicantur: sed iam ad finem festinat oratio. d ¶ Cũ his qui oderũt pacẽ, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabãt me gratis.) Infœlices nos, linguã nostrã continere non possumus: nõ possumus nõ detrahere: si nos aliquis offenderit, quasi vultum ostendimus pacatũ, cęterùm cor habet venenũ. Monachi dicimur, & licèt nõ simus, quales esse debemus, tamẽ dicimur. Hora tertia oramus: hora sexta oramus: nona, lucernarium facimus: media nocte consurgimus: deinde gallicinio oramus. Videte quibus horis semper ad obsequium dei suscitamur. Videte quid dicat: hora tertia, sexta, nona, lucernarium, medio nocti-
D bus, gallicinio, mane primo. Hoc totum facimus, & non consideramus: quia si inimicitias habet anima nostra cõtra fratrem, sine causa oramus. In euangelio enim quid dicitur? Si Mat.5.c. offers munus tuũ ad altare, & recordatus fueris ibi, quòd aliquid frater tuus habet aduersus te. Videte quid dicat: Non dixit: si habes aliquid contra fratrem tuum: sed, si aliquid frater tuus habet contra te. Rem quasi iniustam videtur nobis imponere: si enim dixisset, si habes aliquid cõtra fratrem tuum: in nostra erat potestate quod habebamus. Nunc verò quid dicit? Si recordatus fueris, quòd aliquid habet frater tuus aduersus te. Respondeo ei: Domine non est hoc in mea potestate, si frater meus habet aliquid contra me: ego nihil habeo contra eum. Si ille habet contra me, ad me quid pertinet? Et quare nõ vis suscipere munus meum, & dicis: si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quòd frater tuus aliquid habet contra te: dimitte munus tuũ, & vade prius reconciliare fratri tuo: & sic offeras munus tuum. Ecce ego nihil habeo: si ille habet, ad me quid pertinet? Respondet tibi dominus: Et quid dicit? Male serue, intelligo animum tuum: Nihil habes contra fratrem tuum? nihil habes? amas illum? Quare ergo
E saluari eum non vis? Si amas illum, vade roga eum, ne ille cõtra te habeat, vt saluari possit. Sed ostendis quia non diligis eum: quia saluari eum non vis: vade roga eum: mitte te ei ad pedes eius, diebus & noctibus deprecare, dicito: munus meũ dimisi ad altare, propter te victimas offerre non possum. Ille compungitur: & quid dicit? Si iste qui me rogat, non offert munus suum: ego qui rogatus sum, & non ignosco, quid fa-
Rom.12.d cturus sum? Propterea dicit & Apostolus: vt inimicis nostris manducare demus, & bibere. Et quid dicit? Hęc enim, inquit, faciens, carbones ignis congregas super caput eius. Dicat aliquis: hoc inimici faciunt: ideo bene faciũt aduersario, vt carbones ignis congregent super caput eius. Sed aliud dicitur: si tibi ille malè fecerit, & tu ei bene feceris: carbones ignis congregas super caput eius: hoc est, mũdas vitia eius: & excoquis maliciam eius, vt ad pœnitentiam conuertatur. Videte ergo quid dicat hìc sanctus propheta: Cum his qui oderunt pacẽ, eram pacificus. Non dixit, qui volebant pacem: sed, qui oderunt pacem. Illi oderant pacem: & ego amabam eos qui oderant pacem. Ideo dicit & Apostolus: Quantum ex vobis est, Rom.12.d
F cum omnibus hominibus pacem habentes. Rogemus fratrẽ: Si inimicus noster est, rogemus & bis, & ter, & septies. Tamẽ & si peccauerit frater meus, quotiens dimittam illi, septies? Matt.18.c Dico tibi: non septies, sed septuagies septies: hoc est, quadringenties nonagies. Si voluerimus computare de mane vsq; ad vesperam, tanta peccata facere non possumus, quadringenta nonaginta. Tamen quid dicit dominus? Si septuagies septies peccauerit in die, & cõuersus rogauerit te, dimitte ei. Sed dicis: non ex toto corde cõuertitur, mentitur. Nos dimittamus deo iudicium, rogat me, deprecatur: non dicit hoc verè, deus nouit: Ego vocem audio, Christus cor intelligit: ego suscipio quod audio, suscipiat Christus quod nouit. Deinde vide mercedem tuam: mẽtitur ille, tu verum suscipis: illius interfectio est, tua salus est. Hoc totum quare locutus sum? Quoniam in monasterijs, & maximè in cœnobijs, solent esse ista vitia. Non erubescimus: non dolemus: dimisimus matres: dimisimus patres: dimisimus fratres: dimisimus sorores: dimisimus vxores: dimisimus filios: dimisimus patrias nostras: dimisim⁹ domos: dimisimus cellulas nostras: dimisimus cellas, in quibus nati sumus, & nutriti: & dimisimus seruulos, cum quibus nutriti sumus: venimus in monasterium: & propterea hæc dimisimus omnia, vt propter rem friuolam rixam cum fratribus faciamus in monasterio? Dimisimus possessionem: dimisimus patriam: dimisimus seculum, & propter calamum rixam facimus in monasterio? Si verbum amarum audiero, ferre non possum: æstuat in corde meo: scribitur in medullis meis diebus decem aut quindecim: non potest tolli de corde meo: loquor fratri meo, qui mihi iniuriam fecerat: & pacem labijs promitto, & corde venenum teneo. Frequenter & oculi, &

G li,& vultus mentis indicium ſunt. Quãdo cor noſtrum vulneratum eſt contra aliquem: non poſſumus eum aſpicere rectis oculis: vultus ipſe & oculi, quaſi ſpeculum animæ noſtræ
Gen.37.a. ſunt. Quid dicit ſcriptura? Et non poterant loqui ei quicquã pacificum: non poterat lingua mentiri, quod cor intus non continebat. Hoc igitur dico,& vobiſipſis,& mihi: neq; enim ad hoc prædico, vt quaſi me ſecurum faciam: occaſio iſtius verſiculi compulit nos ita dicere. Grande malum eſt lingua. Domine libera animam meã à labijs iniquis,& à lingua doloſa. Nõ ab alterius lingua, ſed à mea lingua libera. Nihil mihi nocet lingua alterius: mea lingua mihi inimica eſt. Domine libera animam meam: Me libera à lingua mea: lingua mea gladius eſt: interficit animam meã. Puto quòd inimico meo noceam,& neſcio quòd meipſum occîdo. Pugnant aduerſarij, quando loquor illis,& ego pacifica loquor. Illi habeant inimicalem animum, nos verò habeamus pacificalem animum: ſiquidem ſcriptum eſt & in Paralipomenon: Et egreſſi ſunt, inquit, filij Iſraël ad pugnandum mente pacifica. Aliquis vadit ad pugnam,& mentem pacificam habet: ſed Chriſtianorum arma, pax eſt: pax Chriſti, quæ exuperat omnẽ ſenſum. Philli. 4.b
Beati pacifici: non ſolum qui pacem faciunt inter rixãtes, ſed Matt. 5.a.
qui in ſeipſis pacem faciunt. Beati pacifici. Si alij rixam faci- H
unt,& ego medius intercedam,& faciam inter eos pacem, & ipſe non habeã pacem in mente mea: quid mihi prodeſt quòd illi pacem fecerunt? Beati pacifici: quoniam filij dei vocabũtur. Beati pacifici qui loquuntur his qui oderant pacem, pacifica. Beati pacifici. Chriſtus pax eſt: Si enim Salomõ interpretatur, Chriſtus: Salomon autem interpretatur, pacificus: Salomon.
ergo Chriſtus deus noſter, pax eſt. Vadens ad cœlum: nobis vexillum dimiſit, dicẽs: Pacem meam do vobis, pacem meam Ioan. 14.d
relinquo vobis. Seruemus quod Chriſtus donauit: habeamus pacem: Seruemus pacem & illa nos ſeruat in Chriſto Ieſu: cui ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Commentariorum in pſalterium finis.

APPENDICI HVIC

INEST QVADRVPLEX PSALTERIVM,
videlicet Hebræum,& Hebraica veritas,diuo Hieronymo interprete. Græcum, & æditio vltima Latina authore incerto.

PARISIIS APVD CLAVDIVM
CHEVALLONIVM
ANNO M. D. XXXIII.

BRVNO AMORBACHIVS BASILIENSIS, pio lectori Salutem D.

DIci non potest quàm gratulemur rem Latinã ab interitu penè superiori seculo reuocatam, Laurẽtij Vallæ primùm opera: deinde proximis annis mirum in modũ studio Politiani, Hermolaiq; Barbari collustratam. Sed est cur non minus aggaudere debeamus, nempe quòd hoc tempore veteri probatæq; Theologiæ plurimum lucis accessurum speramus, ex hac castigatissima Hieronymianorum operum ædi tione, quam in primis Erasmo, nonnihil etiam nobis studiosi ferre debẽt acceptã. Emerserunt ab hinc pauculos annos literæ Græcæ, & nunc quod animo gestienti referimus, cum in Gallijs, tum in Germanijs permulti feliciſſimè græcãtur, quod haud ita diu vel in ipsa Italia rarum erat. Sed & Hebraicæ illæ sacratissimæ, quibus bona pars arcanæ scientiæ, hoc est, propheticorum mysteriorum nobis tradita est, doceri cœperunt, sed quas non perinde multi complectantur, nimirum quòd exemplaria non sint obuia typis Hebraicis excusa. Quapropter in rem studiosorum huius linguæ, simul quòd diuus Hieronymus, dum psalmos exponit, aut illorum vtitur testimonio, lectionem Hebraicam, & Græcam, quæ est interpretum Septuaginta, frequentissimè citat: nos huic octauo tomo corollarij vice quadruplex psalterium adiecim⁹, videlicet Hebraicum, & huic oppositam diui Hieronymi versionem, quam vulgo Hebræam veritatem appellant: Græcum item, cui respondet è regione trãslatio quæ passim legitur: ἄδηλος, hoc est, authore incerto, nonnunquam (vt dicam id quod res est) λὶς διὰ πασῶν ab exemplari Græco dissidens, cuius rei culpa in interpretis oscitantiam, an in librariorum incuriam, aut quod verisimilius sit, alicuius nebulonis audacem imperitiã reijci debeat, nolo excutere in præsentia. Quid quòd Hebraicam veritatem, vt vocant, in Iudæorum nostri temporis, sic suspicamur, gratiam (nam illorum expositionibus admodum fauet) nonnihil immutatam comperimus, ab aliquo Hebraicè docto: siquidem exemplari Veneto, cũ vetustissimis Hieronymi codicibus, multis locis non conueniebat. At enim nos pro virili in hoc incubuimus, vt, quẽadmodum cætera nostra, sic hæc in manus hominum quàm emendatissima venirent. Et in Hebraicis præcipuè curauimus vt quàm minimum ab archetypis & his antiquissimis discederemus. Cæterum puncta quæ nihil ad lectionem faciunt, sed ad cantum potius, consultò omisimus, quando ea res recens, & Constantini Cæsaris ætate à Rabinis, quos vocant, adinuenta narratur, vt quidam Iacobus Valentius, nõ omnino malus author prodit. Quòd si somnus obrepsit nobis alicubi, facilè veniã dabit æquus lector, qui cum ipsam prouinciæ difficultatem, tum angustiam temporis, quo hęc festinantes absoluere coacti sumus, secũ perpenderit. Porrò fatemur ingenuè hoc negocij οὐκ ἄνευ θεοῦ, quod aiunt, nos confeciſſe, sed adiutos opera doctissimi pariter & humanissimi patris Chonradi Pelicani Rubeaquensis, ex familia diui Francisci, cuius auspicio potissimum hæc res peracta est. Bene vale & Amorbachijs fausta precator. Basileæ VIII. Calẽd. Septembreis. Anno M. D. XVI.

Accẽtuum Hebraicorum ort⁹.

DIVI HIERONY. IN PSAL-

MOS IVXTA HEBRAICAM VERITA-

tem ad Sophronium præfatio.

SCio quoſdam putare pſalterium in quinq; libros eſſe diuiſum, vt vbicunque apud Septuaginta interpretes ſcriptum eſt, γένοιτο γένοιτο, id eſt fiat fiat, finis librorū ſit, pro quo in Hebræo legitur: amen amen. Nos autem Hæbræorum authoritatem ſecuti, & maximè Apoſtolorum, qui ſemper in nouo teſtamento, pſalmorum librū nominant, vnum aſſerimus pſalmorum volumē. Pſalmos omnes eorum teſtamur authorum, qui ponuntur in titulis, Dauid ſcilicet, Aſaph & Idithun, filiorum Core, Eman Ezrahitæ, Moyſi & Solomonis, & reliquorū quos Eſdras primo volumine comprehendit. Si enim amen, pro quo Aquila tranſtulit πεπισωμένως in fine tantummodo librorū poneretur, & non interdum, aut in exordio, aut in calce ſermonis ſiue ſententiæ, nūquam ſaluator in euangelio loqueretur: Amen amen dico vobis: nec Pauli epiſtolæ, in medio illud opere continerent. Moyſes quoq; & Hieremias, & cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in medijs voluminibus ſuis, Amen frequenter interſerunt. Sed & numerus viginti duorum librorum Hebraicorum, & myſterium eiuſdē numeri commutabitur. Nam & titulus ipſe Hebraicus, ſepher tehillim סֵפֶר תְּהִלִּים quod interpretatur volumen hymnorū, apoſtolicę authoritati congruens, nō plures libros, ſed vnum volumen oſtendit. Quia igitur nunc cum Hebræo diſputās, quædam pro domino ſaluatore de pſalmis teſtimonia protuliſti: volensq; te illudere, per ſermones penè ſingulos aſſerebat non ita haberi in Hebræo vt tu de Septuaginta interpretibus opponebas, ſtudioſiſſimè poſtulaſti, vt poſt Aquilam & Symmachum & Theodotionem, nouam æditionem latino ſermone transferrem. Aiebas enim te magis interpretum varietate turbari, & amorem tuum quo laberis, vel tranſlatione vel iudicio meo eſſe contentum. Vnde impulſus à te, cui & quę poſſum debeo, & quæ non poſſum, rurſum me obtrectatorum latratibus tradidi, maluiq; te vires potius meas, quam voluntatem in amicitia requirere. Certè confidenter dicam, & multos huius operis teſtes citabo, me nihil dūtaxat ſententię de Hebraica veritate mutaſſe. Sicubi ergo æditio mea à veteribus diſcreparit, interroga quemlibet Hebræorum, & liquidò peruidebis, me ab æmulis fruſtra lacerari, qui malunt contemnere videri præclara, quàm diſcere. Peruerſiſſimi homines. Nam cùm ſemper nouas expetant voluptates, & gulę eorum vicina maria non ſufficiant, cur in ſolo ſtudio ſcripturarum, veteri ſapore contenti ſunt? Nec hoc dico, quò prædeceſſores meos mordeam, aut quicquam his arbitrer detrahendum, quorum tranſlationem diligentiſſimè emendatam, olim meæ linguæ hominibus dederim: ſed quòd aliud ſit in eccleſijs Chriſto credentium pſalmos legere, aliud Iudęis ſingula verba calumniantibus reſpondere. Quod opuſculū meum, ſi in Græcū (vt polliceris) tranſtuleris, & imperitiæ meæ doctiſſimos quosq; viros teſtes facere volueris, dicam tibi illud Horatianum: In ſyluam ne ligna feras. Niſi quòd hoc habebo ſolamē, ſi in labore communi intelligam mihi & laudem & vituperationem tecum eſſe communem. Vale.

Pſalmorū liber vnus

Pſalmorū authores.

Δαυὶδ προφήτου καὶ βασιλέως μέλος. α

Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον ὃ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἢ ὡσεὶ χνοῦς ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Ὅτι γινώσκει κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Ἀνεπίγραφος παῤ Ἑβραίοις. β

Ινα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, κατὰ τοῦ κυρίου καὶ κατὰ τοῦ χριστοῦ αὐτοῦ. Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτούς, καὶ ὁ κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς. Ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ, ἐπὶ σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου. Κύριος εἶπε πρός με, υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παῤ ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου, τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς σκεῦος κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Καὶ νῦν βασιλεῖς σύνετε, παιδεύθητε πάντες οἱ κρίνοντες τὴν γῆν. Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, καὶ ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ. Δράξασθε παιδείας μήποτε ὀργισθῇ κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Ὅταν ἐκκαυθῇ ἐν τάχει ὁ θυμὸς αὐτοῦ, μακάριοι πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὅτε ἔφευγεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. γ

Κύριε τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με, πολλοὶ ἐπανίστανται ἐπ' ἐμέ, πολλοὶ λέγουσι τῇ ψυχῇ μου, οὐκ ἔστι σωτηρία αὐτῷ ἐν τῷ θεῷ αὐτοῦ. Σὺ δὲ κύριε ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου. Φωνῇ μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου, ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ. Ἐγὼ δὲ ἐκοιμήθην καὶ ὑπνωσα, ἐξηγέρθην ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου. Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τοῦ κύκλῳ συνεπιθεμένων μοι, ἀνάστα κύριε σῶσόν με ὁ θεός μου. Ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως, ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας. Τοῦ κυρίου ἡ σωτηρία, καὶ ἐπὶ τὸν λαόν σου ἡ εὐλογία σου.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὑμνοις ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. δ

Εν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με ἐισήκουσέ μου ὁ θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς με, οἰκτείρησόν με, καὶ εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου. Υἱοὶ ἀνθρώπων ἕως πότε βαρυκάρδιοι, ἵνα τί ἀγαπᾶτε ματαιότητα, καὶ ζητεῖτε ψεῦδος. Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάσωσε κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ, κύριος εἰσακούσεταί μου ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτόν. Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον, πολλοὶ λέγουσι, τίς δείξει ἡμῖν τὰ ἀγαθά. Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε, ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου. Ἀπὸ καιροῦ σίτου, οἴνου, καὶ ἐλαίου αὐτῶν ἐπληθύνθησαν. Ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμηθήσομαι, καὶ ὑπνώσω. Ὅτι σὺ κύριε κατὰμονάς με ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με.

Εἰς τὸ τέλος

Dauid prophetæ & regis Melos. I

Beatus vir qui nonabijt in consilio impiorum,& in via peccatorum nō stetit,& in cathedra pestilentiæ non sedit. Sed in lege domini voluntas eius,& in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum,quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius nō defluet,& omnia quęcunq; faciet prosperabūtur.

Non sic impij non sic,sed tanquam puluis quē proijcit ventus à facie terræ. Ideo nō resurgēt impij in iudicio,neq; peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit dominus viam iustorum:& iter impiorum peribit.

Sine titulo apud Hebræos. II

Quare fremuerunt gentes:& populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnū,aduersus dominum & aduersus Christū eius. Dirumpamus vincula ipsorū, & proijciamus à nobis iugum ipsorū. Qui habitat in cœlis irridebit eos: & dominus subsannabit eos.

Tūc loquetur ad eos in ira sua:& in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius,prædicans pręceptum eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu:ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Reges eos in virga ferrea,tanquan vas figuli cōfringes eos. Et nunc reges intelligite,erudimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cū tremore. Apprehendite disciplinā ne quādo iraſcat dñs,& pereatis de via iusta. Cùm exarserit in breui furor ei9,beati oēs q cōfidunt in eo.

Psalmus Dauid quando fugiebat à facie Abesalom filij sui. III

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me,multi insurgunt aduersum me. Multi dicūt animæ meę, nō est sal9 ipsi in deo eius. Tu aūt dñe susceptor meus es,gloria mea & exaltās caput meum. Voce mea ad dñm clamaui,& exaudiuit me de mōte sācto suo.

Ego dormiui & soporat9 sum & exurrexi,quia dñs suscepit me. Nō timebo milia ppli circūdātis me,exurge domine saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa,dentes peccatorū cōtriuisti. Domini est salus,& super populum tuum benedictio tua.

In finem in hymnis Psalmus Dauid. IIII.

Cvm inuocarem exaudiuit me de9 iustitiæ meæ,in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei,& exaudi orationē meā. Filij hoīm vsq;quo graues corde,vt qd diligitis vanitatē,& quęritis mēdaciū. Et scitote qm̄ mirificauit dñs sanctū suum:dñs exaudiet me cùm clamauero ad eū. Iraſcimini & nolite peccare,quæ dicitis i cordib9 vr̄is, & i cubilib9 vr̄is cōpūgimini. Sacrificate sacrificiū iustitię & sperate i dño, multi dicūt qs ostēdit nobis bona. Signatū est sup nos lumē vult9 tui dñe, dedisti lętitiā i corde meo. A fructu frumenti,vini, & olei sui multiplicati sunt. In pace inidipsū dormiā & requescā.

Qm̄ tu dñe singulariter in spe, cōstituisti me.

In finem

Eatus vir qui non abijt in consilio impiorum,& in via peccatorum nō stetit:& in cathedra derisorum non sedit. Sed in lege dñi volūtas eius: & ī lege ei⁹ meditabit die ac nocte. Et erit tanq̄ lignum transplantatū iuxta riuulos aquarum,quod fructum suum dabit in tempore suo, Et folium eius non defluet:& omne quod faciet prosperabitur. Non sic impij, sed tanq̄ puluis quem proijcit ventus. Propterea nō resurgent impij in iudicio:neque peccatores in congregatione iustorum. Quoniā nouit dominus viam iustorum:& iter impiorum peribit.

II

QVare turbabuntur gētes:& tribus meditabuntur inania? Cōsurgent reges terræ,& principes tractabunt pariter:aduersum dominum,& aduersum Christū eius. Dirumpamus vincula eorum:& proijciamus à nobis laqueos eorum. Habitator cœli ridebit:dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua:& in furore suo cōturbabit eos. Ego autem ordinaui regem meum,super Sion montem sanctum meum. Annūciabo dei præceptū,dominus dixit ad me,filius meus es tu:ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gētes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ. Pasces eos in virga ferrea: vt vas figuli conteres eos. Nunc ergo reges intelligite: erudimini iudices terrę. Seruite domino in timore:& exultate in tremore. Adorate purè ne fortè irascatur,& pereatis de via. Cùm exarserit post paululū furor eius: beati omnes qui sperant in eum.

Psalmus Dauid cùm fugeret à facie Absolom filij sui. III

DOmine quare multiplicati sunt hostes mei: multi consurgunt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ non est salus huic in deo.Semper. Tu autem domine clype⁹ circa me:gloria mea & exaltans caput meum. Voce mea ad dominū clamabo:& exaudiet me de monte sancto suo. Semper. Ego dormiui & soporatus sum & vigilaui:quia dominus sustētauit me. Non timebo milia populi:qui circundederunt me. Surge dñe saluū me fac deus meus, quia percussisti omnium inimicorum meorū maxillā:dentes impiorum cōfregisti. Domini est salus: super populum tuum benedictio tua.Sēper.

Victori in canticis psalmus Dauid. IIII

INuocantē me exaudisti me deus iustitiæ meę, in tribulatione dilatasti mihi:miserere mei, & exaudi orationem meā. Filij viri vsquequo inclyti mei,ignominiosē diligitis vanitatē: quęrētes mendaciū. Sēper. Et cognoscite qm̄ mirabilē reddidit dñs sanctū suū:dñs exaudiet cùm clamauero ad eum. Irascimini & nolite peccare:loquimini in cordibus vestris super cubilia vestra, & tacete.Sēper. Sacrificate sacrificia iustitię,& fidite in domino. Multi dicūt qs ostēdit nobis bonū,leua sup nos lucē vultus tui dñe. Dedisti lętitiam in corde meo: in tēpore frumētum eorū & vinum eorum multiplicata sunt. In pace simul requiescam & dormiam,quia tu domine specialiter:securum habitare fecisti me.

Victori

אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר־לֹא הָלַךְ ב
בַּעֲצַת רְשָׁעִים וּבְדֶרֶךְ ח
חַטָּאִים לֹא עָמָד וּבְמוֹשַׁב לֵצִים לֹא יָשָׁב
: כִּי אִם בְּתוֹרַת יְהוָה חֶפְצוֹ וּבְתוֹרָתוֹ
יֶהְגֶּה יוֹמָם וָלָיְלָה : וְהָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל
עַל־פַּלְגֵי־מָיִם אֲשֶׁר פִּרְיוֹ יִתֵּן בְּעִתּוֹ
וְעָלֵהוּ לֹא יִבּוֹל וְכֹל אֲשֶׁר־יַעֲשֶׂה יַצְלִיחַ
: לֹא־כֵן הָרְשָׁעִים כִּי אִם־כַּמֹּץ אֲשֶׁר־
תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ : עַל־כֵּן לֹא־יָקֻמוּ ר
רְשָׁעִים בַּמִּשְׁפָּט וְחַטָּאִים בַּעֲדַת צַדִּיקִים :
כִּי־יוֹדֵעַ יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים וְדֶרֶךְ ר
רְשָׁעִים תֹּאבֵד : ב

לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם וּלְאֻמִּים יֶהְגּוּ־ ר
רִיק : יִתְיַצְּבוּ מַלְכֵי־אֶרֶץ
וְרוֹזְנִים נוֹסְדוּ יָחַד עַל־יְהוָה וְעַל־מְשִׁיחוֹ
: נְנַתְּקָה אֶת־מוֹסְרוֹתֵימוֹ וְנַשְׁלִיכָה מ
מִמֶּנּוּ עֲבֹתֵימוֹ : יוֹשֵׁב בַּשָּׁמַיִם יִשְׂחָק
אֲדֹנָי יִלְעַג־לָמוֹ : אָז יְדַבֵּר אֵלֵימוֹ ב
בְּאַפּוֹ וּבַחֲרוֹנוֹ יְבַהֲלֵמוֹ : וַאֲנִי נָסַכְתִּי
מַלְכִּי עַל־צִיּוֹן הַר־קָדְשִׁי : אֲסַפְּרָה
אֶל חק יְהוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי־אַתָּה אֲנִי
הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ : שְׁאַל מִמֶּנִּי וְאֶתְּנָה
גוֹיִם נַחֲלָתֶךָ וַאֲחֻזָּתְךָ אַפְסֵי־אָרֶץ :
תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל כִּכְלִי יוֹצֵר תְּנַפְּצֵם :
וְעַתָּה מְלָכִים הַשְׂכִּילוּ הִוָּסְרוּ שֹׁפְטֵי־
אָרֶץ : עִבְדוּ אֶת־יְהוָה בְּיִרְאָה וְגִילוּ
בִרְעָדָה : נַשְּׁקוּ־בַר פֶּן־יֶאֱנַף וְתֹאבְדוּ
דֶּרֶךְ כִּי־יִבְעַר כִּמְעַט אַפּוֹ אַשְׁרֵי כ
כָּל־חוֹסֵי בוֹ : ג

מִזְמוֹר לְדָוִד בְּבָרְחוֹ מִפְּנֵי אַבְשָׁלוֹם
בְּנוֹ : יְהוָה מָה־רַבּוּ צָרָי
רַבִּים קָמִים עָלָי : רַבִּים אֹמְרִים לְנַפְשִׁי
אֵין יְשׁוּעָתָה לוֹ בֵּאלֹהִים סֶלָה : וְאַתָּה
יְהוָה מָגֵן בַּעֲדִי כְּבוֹדִי וּמֵרִים רֹאשִׁי :
קוֹלִי אֶל־יְהוָה אֶקְרָא וַיַּעֲנֵנִי מֵהַר קָדְשׁוֹ
סֶלָה : אֲנִי שָׁכַבְתִּי וָאִישָׁנָה הֱקִיצוֹתִי
כִּי יְהוָה יִסְמְכֵנִי : לֹא־אִירָא מֵרִבְבוֹת
עָם אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי : קוּמָה יְהוָה
הוֹשִׁיעֵנִי אֱלֹהַי כִּי־הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אוֹיְבַי
לֶחִי שִׁנֵּי רְשָׁעִים שִׁבַּרְתָּ : לַיהוָה ה
הַיְשׁוּעָה עַל־עַמְּךָ בִרְכָתֶךָ סֶלָה : ר

לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת מִזְמוֹר לְדָוִד :
בְּקָרְאִי עֲנֵנִי אֱלֹהֵי צִדְקִי
בַּצָּר הִרְחַבְתָּ לִּי חָנֵּנִי וּשְׁמַע תְּפִלָּתִי :
בְּנֵי אִישׁ עַד־מָה כְּבוֹדִי לִכְלִמָּה תֶּאֱהָבוּן
רֵיק תְּבַקְּשׁוּ כְזָב סֶלָה : וּדְעוּ כִּי־הִפְלָה
יְהוָה חָסִיד לוֹ יְהוָה יִשְׁמַע בְּקָרְאִי אֵלָיו :
רִגְזוּ וְאַל־תֶּחֱטָאוּ אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל־
מִשְׁכַּבְכֶם וְדֹמּוּ סֶלָה : זִבְחוּ זִבְחֵי־צֶדֶק
וּבִטְחוּ אֶל־יְהוָה : רַבִּים אֹמְרִים מִי־
יַרְאֵנוּ טוֹב נְסֵה־עָלֵינוּ אוֹר פָּנֶיךָ יְהוָה :
נָתַתָּה שִׂמְחָה בְלִבִּי מֵעֵת דְּגָנָם וְתִירוֹשָׁם
רָבּוּ : בְּשָׁלוֹם יַחְדָּו אֶשְׁכְּבָה וְאִישָׁן כִּי־
אַתָּה יְהוָה לְבָדָד לָבֶטַח תּוֹשִׁיבֵנִי :

Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης
ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ε

Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι κύριε, σύνες τὴν κραυγήν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ τῆς δεήσεώς μου, ὁ βασιλεύς μου καὶ ὁ θεός μου. ὅτι πρὸς σὲ προσεύξομαι κύριε, τὸ πρωὶ εἰσακούσῃ τῆς φωνῆς μου. τὸ πρωὶ παρασκευάσομαί σοι καὶ ἐπόψομαι, ὅτι οὐχὶ θεὸς θέλων ἀνομίαν σύ εἶ. οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος, οὐδὲ διαμενοῦσι παράνομοι κατέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. ἐμίσησας πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν, ἀπολεῖς πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος. ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται κύριος. ἐγὼ δὲ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ἐλέους σου. εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, ἐν φόβῳ σου. κύριε ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου. ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, ἡ καρδία αὐτῶν ματαία. τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν, ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐδολιοῦσαν, κρῖνον αὐτοὺς ὁ θεός.

Ἀποπεσέτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν, κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς, ὅτι παρεπίκραναν σε κύριε. καὶ εὐφρανθείησαν πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σε, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς. καὶ καυχήσονται ἐν σοὶ οἱ ἀγαπῶντες τὸ ὄνομά σου, ὅτι σὺ εὐλογήσεις δίκαιον κύριε. ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ὑπὲρ τῆς ὀγδόης
ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. ς

Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. ἐλέησόν με κύριε ὅτι ἀσθενής εἰμι, ἴασαί με κύριε ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. καὶ ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα, καὶ σὺ κύριε ἕως πότε. ἐπίστρεψον κύριε ῥῦσαι τὴν ψυχήν μου. σῶσόν με ἕνεκεν τοῦ ἐλέους σου, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου, ἐν δὲ τῷ ἅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; ἐκοπίασα ἐν τῷ στεναγμῷ μου, λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου, ἐν δακρύσί μου τὴν στρωμνήν μου βρέξω. ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου. ἀποστῆτε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὅτι εἰσήκουσε κύριος τῆς φωνῆς τοῦ κλαυθμοῦ μου. ἤκουσε κύριος τῆς δεήσεώς μου, κύριος τὴν προσευχήν μου προσεδέξατο. αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν πάντες οἱ ἐχθροί μου, ἀποστραφείησαν καὶ καταισχυνθείησαν σφόδρα. διὰ τάχους.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ὃν ᾖσε τῷ κυρίῳ ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ υἱοῦ Ἰεμενεῖ. ζ

Κύριε ὁ θεός μου ἐπὶ σοὶ ἤλπισα, σῶσόν με ἐκ πάντων τῶν διωκόντων με, καὶ ῥῦσαί με. μήποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων τὴν ψυχήν μου, μὴ ὄντος λυτροῦμένου μηδὲ ῥύοντος. κύριε ὁ θεός μου εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἔστιν ἀδικία ἐν χερσί μου. εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. καταδιώξάτω ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου καὶ καταλάβοι, καὶ καταπατήσαι εἰς γῆν τὴν ζωήν μου, καὶ τὴν δόξαν μου εἰς χοῦν κατασκηνώσαι. ἀνάστηθι κύριε ἐν ὀργῇ σου, ὑψώθητι ἐν τοῖς τέρμασι τῶν ἐχθρῶν μου. καὶ διεγέρθητί μοι κύριε ὁ θεός μου ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω, καὶ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε. καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος σὺ ἐπάνω, κύριος κρινεῖ λαούς. κρῖνόν μοι κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, καὶ κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμοί. συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν, καὶ κατεύθυνε δίκαιον, ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς ὁ θεὸς δίκαιος. ἡ βοήθειά μου παρὰ τοῦ θεοῦ τοῦ σώζοντος τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

ὁ θεὸς

In finem pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid. V

VErba mea auribꝰ percipe domine, intelligе clamorem meum. Intende voci orationis meæ, rex meꝰ, & deus meꝰ. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi & videbo, quoniã non deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operãtur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus, ego autem in multitudine misericordiæ tuæ. Introibo in domum tuam, adorabo ad tẽplum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua, ꝓpter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniã nõ est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant iudica illos deus. Decidant à cogitationibus suis secũdum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniã iritauerunt te domine. Et lætentur omnes qui sperãt in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum: quoniã tu benedices iusto. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

In finem in hymnis pro octaua, Psalmus Dauid. VI

DOmine ne in furore tuo arguas me, neque ĩ ira tua corripias me. Miserere mei dñe qm infirmus sum, sana me dñe qm cõturbata sũt ossa mea. Et anima mea cõturbata est valde: & tu dñe vsqquo. Cõuertere dñe & eripe animã meã, saluũ me fac ꝓpter misericordiã tuã. Qm nõ est in morte q memor sit tui, in inferno aũt qs cõfitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo p singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite à me oẽs q opamini iniqtatẽ, qm exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã, dñs orationẽ meam fuscepit. Erubescant & cõturbẽtur oẽs inimici mei, conuertantur & erubescant valde velociter.

Psalmus Dauid quẽ cantauit dño pro verbis Chusi filij Iemeni. VII

DOmine deus meus in te speraui, saluũ me fac ex oĩbus psequẽtibus me, & libera me. Nequando rapiat vt leo animã meã, dũ nõ est q redimat, neq; qui saluũ faciat. Dñe deꝰ meus si feci istud, si est iniqtas in manibus meis. Si reddidi retribuẽtibꝰ mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. Persequat inimicus animã meã & cõprehẽdat & cõculcet in terra vitã meã, & gloriã meã in puluerẽ deducat. Exurge dñe in ira tua, & exaltare in finibus inimicorũ tuorũ. Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti, & synagoga populorũ circũdabit te. Et propter hanc in altũ regredere, dñs iudicat populos. Iudica me dñe secũdũ iustitiã meam, & secundum innocentiã meam super me. Cõsummet nequitia peccatorum & diriges iustũ, scrutãs corda & renes deus. Iustum adiutorium meum à dño, qui saluos facit rectos corde.

Deus

Victori pro hæreditatibus
psalmus Dauid. V

VErba mea audi domine, itellige murmur meum. Aduerte ad vocē clamoris mei rex meus & deus meus: quia te deprecor. Domine mane audies vocē meā: mane præparabor ad te & contemplabor. Qm̄ nō deus volens iniquitatem tu: nec habitabit iuxta tē malignus. Non ſtabunt iniqui in conſpectu oculorum tuorū: odiſti omnes operantes iniquitatem. Perdes loquentes mēdacium: virū ſanguinum & doloſum abominabit dñs. Ego aūt in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domū tuā: adorabo ad tēplum ſanctum tuū in timore tuo. Domine deduc me in iuſtitia tua propter inſidiatores meos: dirige ante faciē meam viam tuā. Nō eſt enim in ore eorum rectū, interiora eorū inſidiæ: ſepulchrū patens guttur eorum, linguam ſuam leuificant. Condēna eos deus, decidant à conſilijs ſuis iuxta multitudinem ſcelerum eorū expelle eos: quoniam prouocauerunt te. Et lætentur oēs qui ſperāt in te, in perpetuū laudabūt, protege eos: & lætabuntur in te qui diligūt nomē tuum. Quoniam tu benedices iuſto domine: vt ſcuto placabilitatis coronabis eum.

Victori in canticis ſuper octaua.
Pſalmus Dauid. VI

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miſerere mei domine qm̄ infirmus ſum ego, ſana me dñe: qm̄ cōturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea cō turbata eſt valde: & tu domine vſquequo. Reuertere domine erue animam meā: ſalua me propter miſericordiam tuam. Qm̄ non eſt in morte recordatio tui: in inferno quis cōfitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo, natare faciā tota nocte lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Caligauit præ amaritudine oculꝰ meꝰ: conſumptus ſum ab vniuerſis hoſtibus meis. Recedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quia audiuit dominus vocem fletus mei. Audiuit dominꝰ deprecationem meam: dominus orationem meam ſuſcepit. Confundantur & conturbentur vehementer omnes inimici mei: reuertantur & confundantur ſubitò.

Pſalmus Dauid quem cecinit domino ſuper verbijs Chus filij Iemini.
Pſalmus VII

DOmine deus meus in te ſperaui: ſalua me ab omnibus perſequentibus me & libera me. Ne fortè capiat vt leo animā meā: laceret, & nō ſit qui eruat. Dñe deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibꝰ meis. Si reddidi retribuentibus mihi malum: & dimiſi hoſtes meos vacuos. Perſequat inimicus animā meā, & apprehendat & cōculcet in terra vitam meam: & gloriam meā in puluerē collocet. Semp. Surge dñe in furore tuo, eleuare indignās ſup hoſtes meos: & cōſurge ad me iudicio quod mandaſti. Et cōgregatio tribuū circūdet te: & pro hac in altum reuertere. Dñs iudicabit populos, iudica me dñe: ſecūdū iuſtitiā meā, & ſecūdū ſimplicitatē meā quæ eſt in me. Cōſummet malū iniquorū, & cōfirmet iuſtus, pbator cordis & renū deus iuſtus. Clypeꝰ meꝰ ī deo: q ſaluat rectos corde.

Deus

תהלים ה

לַמְנַצֵּחַ אֶל־הַנְּחִילוֹת מִזְמוֹר ל
לְדָוִד : אֲמָרַי הַאֲזִינָה
יְהוָה בִּינָה הֲגִיגִי : הַקְשִׁיבָה לְקוֹל
שַׁוְעִי מַלְכִּי וֵאלֹהָי כִּי־אֵלֶיךָ אֶתְפַּלָּל :
יְהוָה בֹּקֶר תִּשְׁמַע קוֹלִי בֹּקֶר אֶעֱרָךְ־לְךָ
